56f

IVSTINIANVS.

Iuſta imperia ſunto, iiſq; ciues modeſtè, ac ſine recuſatione parento.
XII. TAB.

Ad diuos iuſtè adeunto. Pietatem adhibento. Opes amouento. Qui ſecus faxit, DEVS *uindex erit.* L. XII. TAB.



Johann de Beyer Clivo-Vesalius A° XI October

Symb: RATIO non FORTV
ducat negotium

LEXICON

IVRIS CIVILIS, PER C. V. D. IAC. SPIEgelium, poſtremò auctum & recognitum.

Vlp. de Eden. l. j.
Eum edere Labeo ait, qui producat aduerſarium ſuum ad Album, & demonſtret, quid dictaturus ſit PRAETOR.

S. P. Q. R.

Cum Cæſ. Maieſt. Priuilegio ad quinquennium.

BASILEAE, APVD IOAN. HERVAGIVM,
M. D. XLIX.



IN LEXICON IVRIS CIVILIS,

PER D. IAC. SPIEGELIVM SELESTADIEN. CONGEſtum, ad ornatiſs. D. Adamum Carolum, Sacr. Latin. Scrin. in Aula ſereniſs. Regis, Cęſarisq; Ferdinandi pręfectum,

PRAEFATIO.

Qua & ratio, & ſeries ſuſcepti Operis explicatur.

QVOTIES, eruditiſsime Carole, fratris mei Ioannis Maij recordor, in cuius tu locũ apud Cæſ. Ferdinandum ſucceſsiſti (recordor autem tum ſæpè, tum lubenter) toties in mentem ſubit, incomparabilis ille literarum & uirtutis antiſtes, Iacobus Vuimphelingius, auunculus noſter: cui tam ego, quàm frater meus, omnem fortunam noſtram acceptam ſemper tulimus, inſtitutionis ergò, quam in literis illi totam debemus. Equidem Vuimphelingiorum familiam oppido quàm uetuſtam, origine materna attingimus, ex Brocomago (ut Antoninus in Itinerario, Marcellinus, & cæteri) ſiue Breucomago (ut Ptolemæus) oriundam, Romanæ ditionis olim urbe, quam hodie Germani corruptè Bromatum appellant, in uicum redactam: ubi quem locum Vuimphelingia gens quondam tenuerit, agrorum adhuc tituli teſtantur. Veriſsimum autem eſt, quod ad Ariſtotelem quidem referri ſcimus, Cum Deo, parentibus, atq; præceptoribus, neminem paria facere poſſe. Ergo Iacob. Vuimphelingius, auunculus noſter, qui paternam familiam primus, editis etiam nõ in una diſciplina tantum monumentis, domi, foriſq; nobilitauit, nepotum ſuorũ curam gerens: id quod alienis etiam præſtitit, rectę inſtitutionis uigilantiſsimus adhortator, ſtatim ab obitu patris mei, Iacobi Spiegellij, triceſimo tertio ætatis ſuę anno uita functi, Seleſtadio nouennẽ iam me, Spirã ad ſe uocat, in ęde maiori tum Concionatorem agẽs: ubi loci, propter indoctam, ſed receptam eius temporis inſtitutionem, quæ non reſpondebat ei, cui ſub Cratone Hoffmanno in patria aſſueuerã, nullo profectu accepto, mittor ad uicinam Heydelbergam, barbarioribus Dialecticæ atq; Philoſophiæ præceptorib. operam daturus. Nam qui tum ubiq; fermè Ludis præerant, nihil tenebant cultioris literaturæ, ex æquo linguarum imperiti: niſi quòd Sophiſticen callebant, qua neſcio quas præſtigias auditoribus ſimplicibus offundebant. Iuraſſes eſſe meros Chryſippos, qui nihil niſi Sophiſtæ erant, atq; uix hoc nomine digni. Sed ſic ſeculum illud ferebat. Quid autem ſperandum de ludis & eccleſijs, quũ ſic haberent Academiæ, ex quibus tales Palæmones, ac tales Gregorij in Prouincias, uelut ex ſeminario ſummittebãtur? Itaq; qui prima literarum rudimenta tam infœliciter ſum auſpicatus, quid puter poſtea promouiſſe? Certè contractam tum atq; imbibitam barbariem, quamlibet conatus, totam excutere nequiui. Adeò à teneris aſſueſcere multum eſt, ut eleganter cecinit Maro. Ioannem Maium fratrem meum, literis initiari quùm iuſsiſſet Vuimphelingius auunculus, decimonono ętatis meæ anno natũ, quum mater delabente re familiari, pertęſa uiduitatis, in qua tot annis perſeuerauerat, alteri marito

nupſiſſet, accidit, ut tum magis florerent ſtudia, ac Præceptores iuuentutem doctius inſtituerẽt, non tam in ludis ciuitatum minoribus, quàm in ipſis Academijs. Vtrobiq; ergo non mediocrem magni profectus ſpem nobis pollicitum fratrem, uelut è medio curſu abripui ego, tum in aula diui Maximiliani Cæſaris agens, & ſacris Scrinijs præfectus, quum fortè fortuna ſubadiuua ſiue exceptore egerem. Et ſentiebam me laboribus illis non ſemper ſuffecturum. Quòd ſi fratrem ad hoc officium ſcitè formaſſem, fieri poſſe uidebam, ut mihi ſucceſſor, fauentibus Superis, aliquando daretur. Nec meam ſpem res fefellit. Adeò docilem enim ſe præbuit, adeò diligentem in diſcendo, ut præceptorem diſcipulus paulo pòſt non æquaſſe contentus, induſtria ſua ſuperare conaretur. Cuius rei ſpecimen egregium dedit toto eo decennio, quo in locũ meum ſuffectus, quum rude donatus eſſem ego, officium ille dictandarum Epiſtolarũ cum laude ſumma adminiſtrauit. Vt autem hic excelleret, in cauſa fuit diligens hominis ſtudium, qui omnia ad eam functionem dextrè obeundam, ſibi antè præſidia comparauerat, ne minutioribus quidem neglectis: quod genus ſunt Voces I. C. in reſcriptis atq; diplomatibus Principum, ſubinde occurrentes. Quarum cognitionem cum per literas à me flagitaret, quòd experiretur nimis defunctoriam illam, atque ieiunam Vocabularij V. I. peruulgati conſarcinationem, quum quia autor ipſe parũ Latinè ſciuit, ut apparet, æquè imperitos ſecutus: tum quia in eo multa admixta reperiuntur, quæ à rudibus huius diſciplinæ percipi nequeũt, quos paulo intricatiores Iuris difficultates ſtatim obiectæ deterreant magis quàm adliciant: quum igitur à me peteret de his edoceri, quem ſciebat olim in Academijs Germaniæ celebriorib. Tubingæ & Friburgi, Legibus operã nauaſſe, Viennæ Auſtriæ etiam publicè profeſſum: cœpi in gratiam amantiſsimi fratris, cui nihil denegare poteram, aliquot uocabula Iuriſconſultorum ex autoribus notæ melioris colligere, breuibusq; annotatiunculis, quantum per ocium licuit, exponere. Quam lucubrationem quum amici aliquot docti uidiſſent apud me, non ſolum probarunt, uerumetiam urgere cœperunt ut pergerem, & Lexicon Iuris Ciuilis detexerem. Itaq; talium adhortatione uirorum animatus, hunc libellum congerere cœpi ſtudio accuratiori, nec omnino oſcitanter: nihil eo deterritus, quòd res ſit in ſpeciem humilis, nec fortaſſis ætati iſti ita conueniens: quum ſcirem laudatiſſimum illum Legum interpretem Albenrichum Roſatum Bergomatem, quem uulgato nomine Albericum, nobiliſsimus huius temporis Iuriſcons. Andreas Alciatus ſubinde citat, huc ſe quondam demiſiſſe, uoces Iuris ut colligeret: tametſi uir ille, infelicitate eius ſeculi, rem pro dignitate tractare non potuit, nudas dictiones, & adulterinas indicans magis, quàm exponens, nec uſum earum apud latiniſſimos illos Iuris conditores ſatis perſpectum habens. nam ea ætate bonæ literæ etiam in Italia nullæ erant, de ueteri atque adeò propria ſua poſſeſſione, in exilium longinquum & tranſmarinum exterminatæ: Græcè uerò ſciens, hæretici nomen uix effugiebat. Iam non prorſum ineptè feciſſe mihi uideor, qui ea quam expoſui occaſione hoc laboris ſuſceperim, ſuſque deque ferens, quid de me moroſuli quidam ſentiant: modò tibi, Carole

role humaniſſime, tuiq́ſimilibus probetur. Nec ſanè diſpliciturum augu-
ror. Vobis enim qui in aula uitam ducitis, uelut motoriam agentibus fabu-
lam, non licet iuſtas, & uoluminibus omne genus inſtructas Bibliothecas
circumferre: & ſi liceret circumferre, non licet reuoluere. Hic autem libellus,
tanquam ad memoriæ ſubſidium comparatus, in ſuo genere permulta indi-
cat, quorum ampliorem cognitionem poſsis in locis commonſtratis reperi-
re. Quis uerò tam facili memoria præditus eſt, ut in diuerſis negociorum cu
ris, huc illuc animum differentibus, aſsiduè uerſans, huiuſmodi auxilijs non
egeat, quæ etiam doctiſsimus quiſq; & ſtudijs in quiete uacans, ſibi parare
conſueuit? Cæterum hoc quicquid eſt Operis, tibi Carole inſcribere libuit,
cùm ob beneuolentiam, qua me ex animo proſequeris: tum quòd fratri meo
(in cuius gratiam hæc primum colligi cœpta ſunt) ſucceſſor datus es, à pru-
dentiſsimo Cæſare Ferdinando: cuius hic de te iudicium, præclaras iſtas do-
tes tuas, quibus excellis, attentè perpendentis, boni omnes unicè comproba
runt. Enimuero de tua erga me, meosq́; propenſa uoluntate, prolixè mihi
in literis ſuis ad me proximè datis, ſignificauit candidiſsimus Ioannes Oſtne-
rus: quæ adeò non uulgarem conſolationem mihi attulerunt, ut ſi ita ferat,
æquiore animo ſim ex uita migraturus, poſtquàm uideo tibi res noſtras cu-
ræ eſſe, quas apud Cæſ. Ferdinandum expediendas, optimo, communiq́; a-
mico noſtro Pantaleoni Vogto commiſi. Equidem ſpes me tenet, fore, Di-
uis bene fortunantibus, ut ſaltem alter Nepotum ex ſorore noſtra, quos
nunc duos educandos, admodum pueros adhuc, ſed bonę ſpei & indolis e-
ximię, ſuſcepi, in iſta Aula, inter ſcribas primarios aliquando coopteẽt: quem-
admodũ clementiſs. Princeps, fratrem meum Maium, mihi decedenti ſubſti
tuit. Nam familiæ noſtræ proprium eſt, Principibus Auſtrijs inſeruire, qui-
bus hactenus deditiſsimi fuimus, & erunt Noſtri deditiores perpetuò. Pro
inde curamus, ambos ſic inſtitui, ut iſto loco apud filios Regios aliquandò
digni uideri queant, non eruditione modò, ſed & morib. probatiſsimis. Eos
nunc tibi cõmendare uiſum eſt, quò ſi quid mihi humanitus accidat, priuſ-
quam adoleſcãt illi, tu meo, fratrisq́; Maij nomine in tutelã optimos puellos
accipias: & ſi ita ſe geſſerint, ut iſto ordine digni reperiantẽ, uice parentis fun-
ctus adiuues, adſciſcas, prouehas. Interim hunc libellũ, non abſq; labore, ex
optimis autoribus, cùm ueteribus tum recentibus congeſtum, tametſi &
mea quædam continet, quibus iudicium meum ſtudioſis interdũ probo, for
taſsis (ingenuè fateor) parum lectu digna, ceu Memorialem (ut Aulico uer-
bo utar) ſchedam tecum circumfer, ornatiſsime Carole. In hunc enim uſum
& conſcriptus à me eſt, & tibi nuncupatus. Siquidem, ut antè dixi, his rudi-
mentis alioqui nihil opus habes, qui ſumma eruditione cenſeris: etſi per ne-
gocia liceat, ipſe multo meliora condere poſsis. Ergo amanuenſes tui hoc la-
bore potius iuuabuntur. Porro qui noſtrum hunc qualemqualem laborem
obiter reſpexerit, uidebit id nõ candidatis modò Iuris Ciuilis, uerumetiam
bonarum literarum cultorib. & ijs quoq; qui iuuentutem erudiendam ſuſce
perunt, conducibile futurum: illis præſertim, quibus unde precioſorum uo-
luminum ſupellectilem ſibi parent, nummi non ſuppetunt. Acceſsit Ap-

 pendix,

pendix,tyrunculis ſtudij Legalis lectu,ut opinor,& utilis & iucunda. Adiecimus inquam Hegendorphini, uiri docti, diligentiſsimiq́ Conſilium, de Compēdiaria ratione diſcendi Ciuilia iura, prorſus è ſano iudicio profectū. quòd id multis paraſangis,ut eſt in prouerbio,præſtare uideatur Modo illi ſtudendi in utroq; Iure (ſic enim Titulus habet) qui peruulgato Dictionario cohæret. Deniq; ex Haloandri recognitione Tituli in uniuerſum Ius emendatius adſcripti ſunt, qui hactenus locis aliquot deprauati legebantur. Porrò adiecimus nuper, clariſsimi Iuriſconſulti Cl. Cantiunculæ, Regij à Conſilijs, elegantiſsimam parenesim, de Ratione ſtudij Legalis: quòd mirè conducat ijs, qui Legibus fœliciter cupiunt nauare operam. Inſuper & alia quædam ſunt adiecta, quæ candidati diſciplinæ Ciuilis boni conſulant: quos hac qualicunq; opera, laborioſa magis quàm ingenioſa, adiuuare pro uirili mea conatus ſum. Itaq; iam ad id, quod inſtituimus, accedendum.

EIVSDEM IAC. SPIEGELII, ET ALIORVM RELIQVA, quæ huic Lexico acceſſere.

In XII. Tabulas Scholia Ioannis Oldendorpij. Pag. 1.
In eaſdem Scholia Iac. Spiegellij 89
Nomina atque tempora prudentium, ex quorum ſcriptis Digeſtorum Opus eſt concinnatum, per Ioannem Oldendorpium. 97
Iureconſultorum laus. 100
In eos, qui ſermonis proprietatem negligentes, rem ipſam ſpectare ſe dicunt, cenſura 101
Quo tempore Romanorum leges introductæ, ac rurſus oppreſſæ, tandem que reſtitutæ ſint. Ioan. Oldendorpio autore. 103
Eadem de re, Iac. Spiegellij. 105
De commentarijs Doctorum, & certis Iuris præceptis ſequendis. 106
Oratio de ſcripto Iure, & dignitate ueterum interpretum Iuris, Philippi Melanchthonis. 110
Catalogus omnium regum & Imperatorum Ro. ad cognitionem Iuris ualde neceſſarius. 113
Anni & uitæ Impp. quorum Conſtitutiones xij. lib. Codicis ſunt inſertæ, annotati pro Iac. Spiegellium 117
Nomina Cæſarum Germanorum, Imperatorumq́; , quorum Conſtitutiones atque leges in Cod. Iuſtiniani, ac in placitis Feudalibus, ſiue Feudorum uſibus, atque in Extrauagantibus, quæ & undecima Collatio uulgo dicitur, continentur. 125
Romanorum leges à Langobardicis & Francicis ad tempus oppreſſas. 127
Index in omnes libros & titulos iuris ciuilis, Ioan. Oldendorpij 131
Eiusq́; uſus. 135
Tituli, quæ & Rubricæ uulgo nuncupantur, in uniuerſum ius ciuile, alphabeti ſerie cuiuis editioni reſpondentes, pro G. Haloandrum. 179
Nomenclatura Iuriſperitorum, qui in iure ciuili & pontificio nomen ſunt aſſecuti 219
Epitome tyrocinij Iuris ciuilis, Chriſt. Hegendorphino autore. 235
Loci Communes iuris ciuilis 251
Claud. Cantiunculæ de ratione ſtudij legalis Paræneſis 261
Romanum ius antecedere legibus aliarum gentium, Phil. Melanchthonis 281
Cenſura Phil. Melanchthonis de Legibus. 287
De perfecto Iuriſconſulto, M. T. Ciceronis. 303
Exegeſes Chriſt. Hegendorphini in xij. lib. Codicis. 317

FINIS.

LEXICON IVRIS CIVILIS, D. IACOBI SPIEGELII SELESTADIEN. OPERA AC STVdio collectum.

DE LITERA A.

A LITERA. M. Tullius de Diuinat. Sus :o ſtro humi A literã impreſsit. Ab eodẽ ſalutaris dicit̃, pro Milone. Nam apud ueteres Romanos nota erat abſoluendi, ſicut condẽnandi C. Quando uerò iudici perplexa & obſcura cauſa uidebatur, in tabella ſcribebat duas literas, N. L. quod ſignificabat, Nõ liquet. Vnde ampliatio, comperendinatioq́ꝫ naſcebatur. De quibus ſuo loco. Hanc rem uiri exquiſitè docti, ceu non uulgarem obſeruarunt. Quorum fuit patrum noſtrorum memoria Alexãder ab Alexandris Neapolitanus, iuriſprudentiæ ſcientiſs. cap. iiij. lib. iij. Gen. dier. ſatis ex eo opere cõſtat, ipſum feliciter Encyclopędiam abſoluiſſe. Cuius item Lancilotus Ferrarienſis, quo nemo hinc ſexcẽtos annos, teſte Dn. Beato Rhenano, non tantùm patriæ noſtræ, ſed omnis etiam Germaniæ, atq́ꝫ omnigenæ eruditionis ſplendore, cap. xiiij. lib. iij. De Rebus non uulgar. Proximè Guil. Budęus, quem non abs re quidam omnis eruditionis lumẽ appellẽt, in Annot. ad l. ij. ff. de Orig. iur. Eraſmus noſter ille Roterodamus, à nõnullis haud temerè Phœnix appellatus, in explanatione parœmię, ⊙ pręfigere. Erat & A litera nota pręnominis, & ſolo puncto poſtpoſito, Aulum ſignificat: hoc modo, A. Ofilius, qui fuit Iuriſcos. Octauij Cæſaris imperio, Ser. Sulpitij auditor. Item A. Caſſelius, uel ut in pleriſq́ꝫ locis eſt, Ceſelius (ſi Bernardino Rutilio credimus, qui uitas priſcorũ Iuriſcoss. exactè, eleganterq́ꝫ conſcripſit) Iuriſcõſultus, item æqualis Trebatio atq́ꝫ Ofilio: quorũ meminit Pomponius in modò citata l. §. Seruius autẽ. & §. Fuit eodem tempore & Trebatius. Spiegel.

A', particula, teſte Alciato, ex ui ſeparationis ſumitur, quam uox hæc, ut ait, naturaliter habet. Plautus: A' morbo benè ualui, ab animo ęger fui. id eſt, quantum ad morbum, uel quantum ad animum pertinet. ut fortè & apud Neratiũ Priſcum in l. ſed ſi hoc. ff. de cõdidit. & demonſt. intelligendum ſit, Si à liberis non nupſerit: Si, quantum ad liberos pertinet, non nupſerit. Spieg.

A' prępoſitione elegãter uſi ſunt Iuriſcoss. habetq́ꝫ uim immediati temporis. Sic Pompon. l. ij. de Orig. iur. dixit, A' cęde, pro, continuò poſt cædem. Item, à regibus, pro, poſt reges, in ead. l. Itẽ Paulus, ſimili loquendi figura protulit, à diuortio, in l. pater. ff. de adult. Interdum loci propinquitatẽ denotat. ut, à theatro uenire dicitur, qui à loco, qui eſt iuxta theatrum, uenit. E' theatro autẽ uenit, qui in ipſo theatro fuit. Item eleganter uſurpatur, quum inter partes diſsidentes, uolumus ſignificare, alterutrius expugnatores, & amicos: ut qui à reo, uel ab actore eſſe dicuntur. Particulæ uerò hæ, iunctæ cum certis nominibus, miniſtros ſignificant. ut à manu, à ſtudijs, à commẽtarijs, à libellis, à rationibus. Sueton. in Claud. Super hos Polybiũ à ſtudijs, Narciſſum ab epiſtolis, & Pallantem à rationibus, quos decreto quoq́ꝫ Senatus, non præmijs modò ingentibus, ſed & Quæſtorijs, Prætorijsq́ꝫ ornamentis ornari paſſus eſt. Albericus indicat pro per, aliquãdo A' poni. ut in l. j. C. ad leg. Fauiam. de plagiar. iuxta Haloand. uel Flauiã, ut Pomponius Lætus, uir ſuæ ætatis doctiſs. legit. Interdum pro de, accipitur. ut Baro à Viridi monte, uel à Nouo caſtro, potius quàm de Viridi mõte, uel de Nouo caſtro. Quanquam ſic loqui inuenias nec indoctos. ut teſtat̃ ille Thomas Linacer, Anglorũ decus: qui indicat, & pro uerſus uſurpari, & ſeparationem quoq́ꝫ ſignificare. Sic ponitur in l. ratio. §. fin. de Action. empt. Vide Bald. in l. à caligato. C. de Nupt. Bart. in l. ſi ex duobus. ff. de

duob. reis. qui uult, Ab, & Abs, ſynonyma eſſe, A. uſu tamen inter ſe differũt, ut tradit Priſcian. in primi Virgiliani carminis examine. Spieg.

A bis ſeptem uerbis. Prouerbiũ in eos competens, qui à noxia quapiã purgati ſunt. Propterea quòd antiquitus mos eſſet, homicidio pollutos ueſtes ſuas bis ſeptẽ inundationibus immerſionibusq; lauare. Eraſm. citat Suidam. Sp.

A Brunduſio uinum uenire, Pomponius uenuſtè dixit in l. iij. ſub finẽ, de Action. empt. cuius ſenſum Interpres non eſt rectè aſſecutus: qui tamen obuius eſt, callentibus Romani ſermonis elegantiam, cuius fuere ueteres Iuriſcõſulti in primis obſeruantes. ut in Compendio eruditiſſimorum hominum teſtimonio probabimus. Spieg.

A cane feroce lęſus, uide Paulum in l. ij. ff. ſi quadrup. paup. fec.

A capite arceſſere. Quum res ab eo repetitur, quod eſt in negocio precipuum, à capite arceſsi dicitur. Vide Ciceron. lib. de Oratore ij. Item lib. de Legib. j. & in Topicis. Spieg.

A capite ducere, id eſt, ab origine. Caput eſt enim, è quo riuuli manant. Vlpian. in l. j. de Aqua cotid. Nam ſuperiora, inquit, interdicta, ad eos pertinẽt, qui à capite ducunt. Vide infrà. Caput aquę. Sp.

A capite periculũ propulſare. Vide, Agere de capite.

A capite rationem reddendam, ut intelligi debeat, oſtendit Paulus Iuriſcõſultus in l. & qui natura. Neg. geſt.

A carceribus. Latini ſcriptores cùm exorſum negocij ſignificare uolunt, ab ipſis carceribus, dicunt: quũ finem, ad metã uſq;. Sumptum à certaminibus equeſtribus, ubi curſus initium eſt: à carceribus, id eſt, repagulis. Carcer autem, undecunque prohibemur exire, locum ſignificat. ab arcẽdo dictus Varroni. Eſt tamen noxiorum propriè cuſtodia: quem nonnullis à coercendo deduci placet. De quo ui de Barto. in l. capite quinto. ad Leg. Iul. de adult. & infrà, Carcer Iure Ciuili. Sp.

A commentarijs, qui præſunt commentarijs, id eſt, qui in cõmentarium cuſtodias referunt, & ueluti diarium cuſtodiarum conficiunt. Hos Aſconius, ut & Iuriſconſultus uocat Commentarienſes, non à commentario, carceris loco, ut Accurſio diuinare libuit, quemadmodum à Budæo in l. abeſſe. ff. De Minoribus, rectè notatur. Sp.

A cubiculo, pro eo qui Principali cubiculo miniſter adſcriptus eſt, uſurpari uideo etiam à nõ uulgariter eruditis. ut atteſtatur Epigraphe, quę extat apud Ciceronianorum principem, Petrum Bembum, libro Epiſt. xi. quas ipſe Leonis X. Pont. Max. nomine ſcripſit. Dum hanc adnoto dictionem, ecce adfertur epiſtola (ut id ſiderali decreto factum uideri poſsit) indicans, incomparabilem EQ. Germ. Ioan. f. Baronem Auij et Brentoni, Gaudentium à Madruſchi, qui inſigni alioqui, perueteriq; apud Vẽnones familiæ, uirtute ſua planè heroica, nouum ſplendorem inuexit (quod ego pluris faciendum cenſeo, quàm niti tantùm maiorũ imaginibus) à conſilijs Cæſ. FERDINANDI præfectum Regiorum liberorum Sacro cubiculo (ſic enim ab Impp. in Conſtitut. poſterioribus appellatur) eſſe declaratum. Qui quidem magiſtratus, etiam apud noſtræ nationis Principes, qui Romanum ſolium inſederunt, inter honoratos eſt habitus: cuius nec hodie nomine cenſeri, è Septẽuiris Germaniæ, quibus ſacroſancta eſt eligendi Imperatores poteſtas, faſtidit Marchio, ut nunc appellatur, Brandenburgenſis. Spieg.

A cunabulis, id eſt, à puericia, ſiue à primis uitæ rudimentis. Vide infrà Cunabula.

A Deo ficti. Qui uehemẽter ad aliquid naturà compoſiti ſunt, hos prouerbiali ſermone, ad hoc natos, factos, ſculptosq; dicimus. Huc alluſiſſe uidetur Imp. in Aut. Vt hi qui oblig. ſe res hab. perhib. min. in prin. Spieg.

A libellis uocantur, qui Principi in libellorũ, hoc eſt, ut uulgò Supplicationum dicimus, negotio ſubſeruiunt. Triphoninus in l. reſcriptũ. ff. de Diſtract. pig. Reſcriptum eſt, ait, ab Imperatore, libellos agente Papiniano. Erat autem Seuerus Pertinax, cui Papinianus aderat à libellis, quem filius eiuſdem Imperatoris interfecit. Spieg.

A filio legare, id eſt, ita legare, ut legatum non niſi à filio, ſi quis natus eſſet, accipi poteſt: ut ſcilicet legatario curæ ſit ſalus filij, cum in ea emolumentum poſitum intelli-

intelligit. Nam legata non ualent, ſi is à quo nominatim teſtamento relicta eſſent, heres eſſe non potuiſſet. Sp.

A' fonte ducere, ea figura dixit M. Tullius lib. de Legib. j. qua de Oratore ij. à capite arceſſere. De quo paulo antè: Vis'ne ergo, inquit, ipſius Iuris ortũ à fonte repetamus? Sp.

A' fronte atq; à tergo, pro eo quod eſt diligenter inſpicere, & præterita cum præſentibus ac futuris conferre. Id quod in primis ad perfectum Iuriſconſultum pertinet. Cuius imaginem nobis exhibet Cicero in Philippica nona, in perſona Seruij Sulpitij. De quo latius in Compendio. Sp.

A' iuuene ſuum conſequi, apud Caium in l. patri. ff. De minorib. Sp.

A' laude abeſſe, pro laude carere.

A' lenone manu aſſerere, pro eo quod eſt, à lenonis poſſeſsione et dominio, ſermone in compendiũ redacto, dicitur à Plauto in Perſa.

A' liberis, nõ nubere. apud Neratium Priſcum in l. ſed ſi hoc. ff. de condition. & demõſtrat: Is cùm uir (inquit) uxori legat, ſi à liberis non nupſerit. pro eo dixit, interprete Alciato: Si donec filios habuerit, eos non deſeruerit, & non nupſerit. Rationem idem indicat, eiuſmodiq; locutionis exempla reperiri perpauca putat. cap. xxi. lib. Parerg. vij. Quære, Si à liberis non nupſerit.

A' linea incipere dicũtur, qui ab ipſo rei exordio ſumũt initium. Dn. Eraſ. ille literarum inſtaurator, ac ut parcè dicam, primarius illuſtrator, obſeruauit, Tertullianum ad lineas dixiſſe, pro eo quod eſt, ab integro.

A' manu ſeruus, & à manibus ſcriba, cuius manu ad literas ſcribendas Principes uti ſolent. Barbari Ingroſsiſtas nominant. Tranquillus: Poſt uxoris exceſſum, Cænidem Antoniæ libertam adamauit, & à manu dilectam quondam, ſibi reuocauit in contuberniũ. Idem in Cæſare: Philomenem à manu ſeruum, qui necem ſuam per uenenum inimicis promiſerat, non grauius quàm ſimplici morte puniuit. Idem, Scribas à manu, in Neronem, tum alibi, peculiari uerbo uocat Amanuenſes. Horum manus in primis tam ſtrenua & uelox eſſe debet, ut meritò de eis dici poſsit Martial. illud: Nondum lingua ſuum, dextra peregit, egit. Huiuſmodi delectabatur diuus Cæſ. Maximilianus, cùm dictaret capita agendarum rerũ: hoc eſt, ut uulgato utar uerbo, in Aula, quãuis parum latino, in ea ſignificatione, Inſtructionum. Propriè autem eſt, ad uerbum dictorum exceptor. Sp.

A' me ſoluere, pro, de mea pecunia dare. Budeus exemplis comprobat in Commẽt. Linguæ Gr. & noſter Ioachimus Camerarius in j. Tuſcul. Ciceron. Sp.

A' momento, in momẽtũ, tempus ſpectaẽ. l. ij. §. minore quàm. ff. De Minorib. Sp.

A' millibus paſſuum circiter duobus: hoc eſt, interuallo duorum milliũ paſſuum.

A' parte legatarij. Quære, Suggeſtum eſt.

A' punctis, qui præerat reditui aquariorũ, Cur. Lancilot. citat Frontin. lib. ij. De Aquæductibus.

A' quatuor annis. Quære, Intra quatuor annos.

A' rationibus, ratiocinijs præfecti: qui uulgò, magiſtri computorum dicũtur. quo nomine cenſendos puto, qui nunc apud Auſtriacos Principes, Kamerrhæt appellantur. Spieg.

A' rei condemnatione relaxari, oppon. Ad reſtitutionem rei condemnari. Vlpian. in l. item ſi cum exceptione. §. Quatenus autem. ff. Quod met. cauſ.

A' remo ad tribunal. Dici ſolitum, Roterodamus indicat, ubi quis repentè ab infima conditione prouehitur, ad honeſti muneris adminiſtrationem.

A' ſacris abſtinendæ manus. Id quod cùm ueterum Iuriſconſultorũ reſponſis, tùm Imperialium, Pontificiorumq; conſtitutionum autoritate ſancitum eſt, non ſolum receptum, uerumetiã uulgo quoq; ita creditum eſſe conſtat: ut fatum inſtaret ei, qui ſacris rebus, ac Deo dicatis, manus iniecerit, aut certè fungentes ſacris miniſterijs oppugnarit. ueluti Pont. Rom. Epiſcopos, Abbates: etiamſi parum fuerint pijs moribus, quos propter id tamen nunc ratio æqui obtinet. Sp.

A' ſe decipi. Vide Paul. in l. nam ſi. ff. De Rei uendic.

A' ſecretis ſunt, qui ab ore Principis imperia accipiunt diplomatum ſubſcribendorum, edictorumq;, quæ in conſilio ſelecto ſecerni ſolent. Secretarij, ueluti ſcribarum uice funguntur, in reſcriptis ſubſignandis, quæ Iure & æquitate nitũtur:

quæq; ex bono & æquo poſtulantibus conceduntur ſine conſcientia Principis. Secretarij uocē, qua nunc ſignificatione utimur, ceu nuperam, quidam deuitandā putarunt. Eā Beroald. neutro genere pro repoſitorio rerū ſecretarum, latinam agnoſcit, & à latinis ſcriptorib. uſurpatā oſtendit, Cōment. iij. in Suetoniū. Conſtabit in utraq; etiā ſignificatione, ab Eccleſiaſticis frequentatā, ſi quis diligēter Actiones euoluerit Chalcedonēſis concilij, quo neq; celebrius, neq; maius fuit aliud ullū. Legimus enim in illo ſexcentos trigintaq; Epiſcopos ex toto orbe cōgregatos. Sed & ex eiuſdē Synodi Actionib. uocabulum A ſecretis, ab antiquo huc uſq; deductū colligitur. Vnum atq; alterū exemplū adducā. Mox haud longe à principio, fol. ccccij. facie ij. ad finē, ſic reperies: Quibus in Græcia interpretatis per Beronicianū, uirū deuotiſs. & Secretariū ſacri Conſiſtorij, glorioſiſſimi Iudices & ampliſsimus Senatus dixerunt. Item fol. ſeq. eadē facie, Conſtantinus deuotiſsimus à ſecretis ſacri Cōſiſtorij, dixit. Habentur ſacræ literæ ſepius directe, & cætera. Sp.

A ſtudijs, cuius opera Princeps in ſtudijs literarū utitur, utpote uiri eruditiſsimi. Quo nomine Cęſ. Maximiliano Auguſt. mem. familiaris fuit Ioannes Stabius Auſtriacus, meus, dū adhuc in humanis ageret, amicus, atq; conuictor ſuauiſſimus. Spieg.

A te aūt Meuia filia cha. peto, ut Stichū ſeruū tuū manumittas, cū in miniſteriū tuū tot capita ſeruorum tibi his codicillis legauero. Vide Modeſtinum, in l. Titia cum teſtamento. de legat. ij. Sp.

A te aūt Sei peto, ut cum ad annum xxv peruenerit, militiā ei cōpares: ſi tamen te antè non reliquerit. l. libertis. ff. de Alimen. leg. Sp.

A tormentis, id eſt, uiolentia & cruciatu, non eſſe incipiendū, diuus Auguſtus cōſtituit. Accedit item diui Hadriani epiſtola, cuius meminit Vlpian. in l. j. de Quæſtion. Sp.

A te heres peto, quicquid ad te peruenit, ut tantū ei des. Idem exponit eod. tit. ad fin. l. Mæuio fundi. Sp.

A te peto marite, ſi quid liberorū habueris, illis prædia relinquas: uel ſi non habueris, tuis, ſiue meis propinquis, aut etiam noſtris libertis. Hiſce uerbis non datam electionē, ſed ordine ſcripturæ factam ſubſtitutionē, Papinianus reſpōdit, in fi. l. cum pater filios. ff. de Legat. ij. Sp.

A te uxor chariſſima peto, ne quid poſt mortē tuam fratribus tuis relinquas, habes filios ſororū tuarū, quib. relinquas. Scis unū fratrem tuum filiū noſtrum occidiſſe, dum ei rapinā fecit: ſed & alius mihi deteriora fecit. Exponitur à Scæuola de legat. ij. in fin. l. pen. §. matre. Sp.

A te peto Cai Sei, quicquid ex hæreditate mea redegeris, illis meis alūnis des. & cętera, quæ ſequuntur uerba, Papinianus exponit in l. alio hærede. ff. de Alim. legat. Spieg.

A uinea in ius uocare. Caius in l. ſed etiam. de in ius. uocan. Sp.

AB particula in cōpoſitione complet nonnunquam ſignificationē dictionis cum qua cōponitur, ut abſoluo, abnumero, hoc eſt, omnino abſoluo, numero. Notum eſt, à, ab, abs, eiuſdē eſſe ſignificationis: differre autē in orationis contextu. de quo uide Linacrum lib. citato, & Albericū, qui hos è Ticino ſumptos refert uerſiculos: Quod facit A, facit Ab. ſed in hoc differre uidentur, A cum uocali reliquis uult aſſociari. Sp.

ABACES, erāt uaſorū precioſorū recōditoria, quę miniſtri principū qui cuſtodię argenteorū uaſculorū prępoſiti ſunt, Behaltcːle appellāt. horū fit mētio à Iaboleno, in l. heres. de leg. iij. Cui Corinthia uaſa legata eſſent, huic abaces quoq; eorū uaſorū collocandorum cauſa paratas deberi, Trebatius reſpondit. Labeo autem id non probat, ſi eas abaces uaſorū numero teſtator habuit. Proculus uerò, rectè (ait) ſi æneæ quidē ſint abaces, nō autē Corinthiæ, non deberi. Nebr. monuit, Accurſiū haud rectè interpretari Corinthias abaces. Vide eū in dictione Corinthiū ęs, & Dn. Alciat. pro Abaces legentē atq; interpretantē, baſes, cap. ij. lib. iiij. Parerg. Haloander noſter, à uulgata lectione non receſsit. Abax, & Abacum, inter coquinaria recenſentur uaſa. Scribit tamen Amonius, Abaca dici, in quo res apponātur: Abacion uerò, in quo ſupputationes fiant. Clarius Alciatus loco iam citato: Abax, inquit, eſt, qui Abacus dicitur, menſa ſcilicet non ſolū geometrarum & calculatorum, ſed etiam

am coquorum,in qua res deponuntur: & pincernarũ, in qua argenteos calices tenent. Sic dicta,ut inquit Suidas,quòd ſine baſi fieret.

ABACTI greges, qui aut furto, aut per uim abducti ſunt: &, Abacti magiſtratu,qui coacti depoſuerunt magiſtratũ, uel imperium.Ex Feſto.Sp.

ABACOTRES, pecuariorum animaliũ fures.quos Vlpian. Abigeos uocat. Iulio Paulo uerò Abactores ſunt, qui unũ equum, duos equos, totidemq; boues, uel capras decem,porcos quinq; abegerunt. Cætera uide libro Sententiarum eius v,tit.xx.Sp.

AB actis,quibuſdam ætatis noſtræ eruditis ſunt ij qui ad tribunal nomine partium producta,uel excipiunt, uel tranſcribũt in acta. Vulgus noſtrate Gerichtſchriber appellat.Sp.

AB aliquo peti, pro eo quod aliquis petit. ut Alberic.indicat, in l.cũ pater.§.ex pactis.ff.de Pact. dot. Item,ab aliquo non exigi, id eſt ne exigat.l.ult.§.ſi pater.eo. tit.Spieg.

ABACVS, nunc tabula eſt calculatoria, qua Logiſtæ,quos Algoriſtas dicimus, numeros ſubinde deletiles ducunt. Abacus autem in opere inteſtino, genus eſt ſcrinij, ſuper quod in triclinijs argentea uaſcula exponi ſolent, ein Credentz ſchanck. Vide Budæum in Annot.ad.l. q; ſi ſeruus.§.pridiè.de in rem uerſo. Sp.

ABALIENARE intelligitur & qui alienam rem uendiderit, ut ait Paul.l.ex hoc edicto.ff.de Alienat.iudi.mut.cauſ.Propriè eſt,cum quod noſtrũ erat, alienum facimus. ut apud Scæuolam in l.cùm pater.§.pater filijs.ff.de Legat.iij.Sp.

ABALIENATIO, trãslatio rei in aliud, ut dominij, poſſeſsionis. & ſicut res duplices, corporales, & incorporales: ſic ſpecies abalienationis ſunt etiam duplices: quæ explicãtur à Boethio in Topic. Ciceron.Sp.

AB aliquo,& ex aliquo ſoluere, uel perſoluere,uel dare,uel repręſentare,uel numerare,uel ſuppeditare dicitur quis,ſi quod ipſe alicui debet, id curet ut alius pro ſe ac nomine ſuo ſoluat, uel perſoluat, uel det,uel repręſentet.Nizolius.

ABAMITA, ſoror eſt abaui.ff.de Grad.l. præalleg.§.auunculus.

ABANNATIO, annuum exiliũ dici poteſt,Bud.autore. Vide,Banniti.Sp.

ABAVVNCVLVS, frater eſt abauiæ,ſecundum Iſidorum.

ABAVVS, eſt pater proaui, uel proauiæ: ſicut proauus eſt pater aui, uel auiæ: ſic abauia, mater eſt proaui, uel proauiæ: ſicut proauia mater eſt aui, uel auiæ. ff. de Grad.l. Iuriſconſ.§. quarto gradu. & §.tertio gradu.

AB auia recedere.in l.ne in arbitris.§.fin.C. de arbitr.

ABBAS,ſiue ſines, Abba, latinis uſurpatũ, origine Hebræũ eſt, ſeu mauis Syriacũ uocabulũ, ut Alciat.atteſtatur, in l. j.C. de in ius uoc.Significat autem illis patrẽ ætate,honore,cura, quemadmodũ Græcis πάππας. Vtroq; uocabulo priſci patres reuerentiæ cauſa, erga ſuum quiſq; præpoſitum ſunt uſi. Quod alicubi collegia artificum, quos ſibi ut plurimùm duumuiros præficere ſolent, Abbates uocant: id parum latinè dici, præmonuit Alciatus,in l. collegarum.de Verb. ſig.Eraſmus Roterodamus(quem Italorũ quidam eruditiſs.appellat, alterũ orbis iubar, maximumq; rei literariæ decus) eleganter compoſita uoce, Exabbas,pro eo qui Abbas eſſe deſijt,uſus eſt ſcribens ad Paulum Volzium: qui cum Hugonicæ Curiæ Archimandritam(ita enim Alciat. Abbatem uocari arbitratur,in.l.inter claras. C.de ſum.trin.) aliquot annis egiſſet, tamen antequam in ſuum ipſius extium ruſtica rabies arma corriperet, impetrato uix tandem ſuorũ ut nunc appellant,ſuperiorum conſenſu ſibi uiuere permiſſus eſt. Vnde poſthabitis & paternis,& monaſticis bonis,hodiè in tuguriolo (in quo et olim hoſpes delituit, auũculus meus Iacobus Vuimpfelingius,quum ei ob Auguſtinianum cucullũ negocium factum eſſet apud S. P.tribunal)ſecũ habitans,amicorũ beneficio ſuſtentał: illudq; lętus,ceu benè ſibi conſcius,è Thyeſte Senecę,ſępius repetendo canit:

Stet quicunq; uolet potens
Aulæ culmine lubrico,
Me dulcis ſaturet quies.
Obſcuro poſitus loco,
Leni perfruar ocio,
Nullis nota Quiritibus
Aetas, per tacitum fluat.
Sic cum tranſierint mei

Nullo cum ſtrepitu dies,
Plebeius moriar ſenex.
Illi mors grauis incubat,
Qui notus nimis omnibus,
Ignotus moritur ſibi.

Qui dictione Exabbate, inflexibiliter utuntur, imitãtur eam formã, qua Imp. in procemio Pandect. §. & hæc quidẽ fuerunt. uerſ. & primo quidem anno. protulit, Exqueſtore, & Exconſule. Honoris cauſa nõ potui nõ meminiſſe, uiri cũ doctrina, tum inculpatę uitæ laude pręſtantis, ex cuius neutiquam uulgariũ Obſeruationum reliquijs, quædã ad uerbum, ſuis in hoc Opere locis trãſcripta leges, nemini nõ, ut opinor, placitura. Dij male faciãt autorib. Ruſticani tumultus, quo perijt nobis multò maxima pars Obſeruationum Volzianarũ, earundemq́; , ut accepi, ab eruditis uiris, quibus illas uidere contigit, & rararum, & exquiſitarũ, ut etiã nunc rara auis eſt Abbas doctus: quando nihil uulgatius hodie, quàm indocti Abbates. Si libet uidere, habes in Alberico noſtro, quas adfert ridiculas expoſitiones in illud Apoſtoli, In quo clamamus Abba pater. c. ult. ext. de Simonia. ubi diſertè indicat, & Abbatem, Monachorum appellatione contineri. Cæterum Abbas eligendus eſt non ſecundum gradum monachorũ, ſed qui (ut ait Iuſtinianus) optimus inter optimos monachos apparuerit. In Nouell. conſtit. v. §. ordinatione uerò. Profectò ſi imperialib. ſanctionibus ſuus uigor in eligendis antiſtitibus ſeruatus fuiſſet, nihilo peius habuiſſet religio Chriſtiana: & mea quidem ſententia, niſi reponatur ille (priſcum enim morem optare licet magis, quàm ſperare) Germanici populi quies ſolida nulla conſtabit: nec ipſis Præſulibus dignitatis exiſtimatio integra manebit. Hæc tẽpora, quæ Cęſ. Maximilianus Aug. memoriæ prædixit, poſtulant, ut tandem ſe craſsioribus abdicent functionibus: uel illam uerã ijs permittant, quos morum integritas, ac doctrinæ ſacræ peritia cõmendat. Vbi abſunt hæ, coram oculis Domini, nec generis claritudo, nec opimi cenſus, nec mundanæ ditiones aliquid ſunt. Prorſus igitur eminentiſsimi Dn. Alciati ſententiæ hærendum, qui rectè ab Hoſtien. & Abbat. adſertione diſceſsit. Quæ ſic habet: In ea ciuitate in qua plurimæ controuerſiæ eſſent iudiciales exercendæ, Canoniſten eligendum eſſe. c. j. de Conſang. Siquidem principale Epiſcopi munus nõ eſt, ut lites dirimat, ſed ut diuina doceat: quod diuus Paulus ad Titum ſcribit. Quod qui facit, quouis monarcha ſublimior eſt: ad quem ſi conferas omnium mundialium (libenter utar uerbo Prudentiano) dignitatum munia, plebeia ſunt ac ſeruilia: tametſi plerīq; quod proprium eſt, negligãt: quodq́; alienum eſt, affectent. Quod Eraſmus illis dixit, meminiſſe debent. Quàm malè cohærent illa uocabula: Cardinalis ſtrategus, Epiſcopus Dux, Abbas Comes, Sacerdos Centurio? Perinde quaſi ſtatuam oſtendas ſemigemmeam ac ſemiluteam, aut centaurum ex homine & equo mixtũ. Huc pertinet quod diuus Maximilianus ꝓ re nata ferre ſolebat, pfaffen ſind halb fleiſch/halb fiſch. Hũc optime lector boni conſulito excurſum, non adeò multos expectaturus, licet eis Alberici Dictionarium ſcateat: qui & de Abbatũ materia pluribus diſſerit, ſi fortè requiris. Spieg.

ABBATISSAE uocabulum, diuus Hieron. uſurpat: non minus hanc ſibi licentiam permittens, quàm Virgilius, cum ſecundum regulas, Phœniſſam, Didonem dixit. Alciat. lib. ij. Parerg. Iuſtinianum defendit à Grammaticorum accuſatione, quòd Diaconiſſam dixerit. Hãc Bald. ęquiparat Abbati in bonorum adminiſtratione, c. j. Qui feud. dar. poſſ. Spieg.

ABBREVIATVRA (ſic enim legẽdum apud Bar.) inſtrumentũ eſt Notarij non extenſum. in l. chirographis. ff. de Adminiſt. tutor. Tametſi à uerbo ducatur hæc uox, cuius exemplum apud idoneũ autorem reperiri negant. Sp.

ABDERITIVM imperium, ubi quis fortunam tenuem, ſed cum libertate cõiunctam, anteponit amplis opib. ſed obnoxijs ſeruituti. ut exiſtimat uetus amicus noſter Vadianus, uir, Eraſ. teſte, iuxtà candidus, ac doctus. Sp.

ABDICARE ſe ſe magiſtratu, idẽ eſt quod abire magiſtratu, habere immunitatem. Budę. de origine Iur. annotauit in l. ij. ff.

ABDICARE, pro abiudicare, apud Pomponium, in l. ij. de Orig. iur.

ABDICAMVS filios uiui, hoc eſt, priuamus omni iure filij: exhæredamus, hoc eſt, ſubmouemus tantùm ab hereditate, poſt mortẽ. Itaq; quiſquis abdicatus eſt, idẽ eſt exheredatus: non econtrà. Lege, Exheredare. Sp.

ABDICATIO opponitur adoptioni, & transfertur etiã ad alia. Generũ abdicat, qui repudiat ſponſum: abdicat ſe tutela, qui deponit, ſiue relinquit tutelã. Abdicationi cõtraria eſt et dedicatio, ſiue dicatio. Dicat, qui alteri propriũ aliquid facit: abdicat, qui alienat. Solebat aũt abdicatio fieri, cum filius patrẽ iniuria affeciſſet, aut minus obediſſet dicto illius: eum pater ad iudices uocabat, et probata cauſa, abdicabat. Atq; abdicatũ filiũ pater educare non tenebatur: imò egenũ, ueſtib. ſpoliatũ dimittebat, qui & defũcto patri in hereditatẽ nõ ſuccedebat. Et propriè erat Ablienatio liberorũ, Grecè ἀποκήρυξις dicta. l. abdicatio. C. de Pat. pot. Si lex abdicationis nõ fuiſſet abrogata, ſuperuacaneũ fuiſſet exheredationũ cauſas ab Iuſtiniano nominatim ſcribi, teſte Dn. Alciato lib. ij. Diſpun. ca. xxviij. Sp.

ABDITAMENTVM, detractionem, ac deductionem precij ſignificat: cuius cõtrarium eſt Additamentũ. alterum ab addendo, alterũ ab abducendo, & quaſi ab dicando deriuatũ, ut ſcribit Beroald. in Comment Apul. Sp.

ABDVCERE, ita de hominib. dicimus, quemadmodum de pecoribus Abigere. Paul. in l. Imperator. Qui ſine manu. ad libert. perue. Nihil, inquit, intereſt, ipſe abducas & proſtituas, an patiaris proſtitutam eſſe precio accepto, cum poſsis eximere. Abducimus aũt ſine ui, & per uim. Sp.

AB epiſtolis, qui preeſt epiſtolis apud Principẽ, ſiue ut eas accipiat, ſiue ut ad illas reſpõdeat. Vulgò Secretarius appellat̃.

ABESSE uerbum, plurifariàm in iure accipi, Alciat. in l. mulieris. de Verb. ſign. indicat: & proindè pro re nata, hoc eſt ex ſubiecta materia, prudens iudex, quę interpretatio capienda ſit, dijudicare debebit. Obſeruandũ aũt, quòd in d. l. Caius dixit, Abeſſe etiam, quę in rebus humanis non ſunt.

ABESSE res uidetur, inquit Paul. ſi ueſtimentũ ſciſſum reddat̃, uel res corrupta reddita ſit. Itẽ, ſi eam dominus rem, quę ſibi furto aberat, ignorãs emerit, & c.

ABESSE de cauſa probabili. l. nec non. ff. Ex quibus cauſ. maior.

ABESSE dos dicitur, quòd maritus onera matrimonij ſuſtinet. l. Iulianus. ff. Mãdati. Spieg.

ABESSE in iure, à tribunali abeſſe: hoc eſt, à iudicio abeſſe. l. Paul. ff. de Dãn. infecto. l. non tantũ. ff. de Fideicom. libert.

ABESSE metus cauſa. Vide Metus cauſa.

ABESSE nobis dicitur id, in quo obligati ſumus. l. Si quis mandata. in fin. ff. Negoc. geſtor.

ABESSE reipub. cauſa quis dicatur, Paulus indicat, in l. qui mittũtur. ff. Ex quib. cauſ. maior. xxv. ann. Sp.

ABESSE reipublicæ cauſa eos ſolos intelligimus, qui non ſui commodi cauſa, ſed coacti abſunt, teſte Vlpiano, l. Reip. ff. Ex quib. & l. Abeſſe reip. eod. Sp.

ABESSE pecunia dicitur, quæ ſoluta eſt, uel ſoluta fingitur. l. inter cauſas. ff. Mandati. Spieg.

ABESSE porrò eũ propriè dicimus qui ignoret ubi ſit, et an ſit. Paul. in l. Si ita pater. ff. de Rit. nupt. Ibidẽ legimus maritũ abſentem expectandum eſſe triennio. Vlpianus docet in l. ſciendũ. ff. ad leg. Iul. pecul. quod aliud eſt abeſſe, aliud in fuga eſſe. Spieg.

AB exactione tributorum, hoc eſt, ne exactor tributorum conſtituatur. ait Paul. l. ult. ff. de Veteran. Sp.

AB excoctione ad auram ueſtimenta recreare, Dn. Haloander eleganter dixit in l. pen. §. procrearent inſuper. ff. de Via publ. quã ipſe uertit, ex pulchra Græcorum quæ extat lege, Tit. & loco iam citatis. Spieg.

ABFVISSE, ſuperuacuo timore perterritum. apud Calliſtratũ, l. ij. ff. Ex quib. cauſ. maior. Sp.

ABFVTVRVM, uerbum pleniſsimũ eſt, & ad omne tempus refert̃. Venuleius in l. nouiſsima. ff. de Prætor. ſtipulation.

AB hæredis debitore peti hæreditas non poteſt. l. quòd ſi in in diem. ff. de Petit. hæred.

AB hinc centum annis, id eſt quod dicitur, de poſt centũ annos, apud Alfenũ in l. proponebatur. §. nã &. ff. de Iudicijs. Sp.

ABHORRERE, pro alienum eſſe, apud Vlpian. in l. ſi tibi non. §. ſi tibi areæ. ff. de Præfect. urb. Sp.

ABIGEATVS. Lege, Abigimus. Abigei. Ibidem.

ABIGERE partum, uel fœtum, id eſt per abortionem expellere. Exemplum eſt apud Tryphonium, in l. Cicero. de Pœn. petitū ex eius Oratione pro A. Cluētio. Vlp. ait: Si mulierem uiſceribus ſuis uim intuliſſe, quo partum abigeret, conſtiterit, eam in exilium preſes prouinciæ exiget. Ad Leg. Com. de Sicar. Sp.

ABIGIMVS, quæ ubi acceſſerint expellimus. Arcemus, quæ prohibemus ne accedant. Abigimus muſcas iam inſidētes, Abigimus aues ſonitu. Arcemus eaſdē, ne auſint accedere. Abigei, hinc abactores dicti, qui pecudes ex agris alienis abducunt. l. j. ff. de Abig. Crimē abigeatus dicitur Ein viech diebſtal. l. ij. eo. tit. Nō eſt autem publici iudicij, quia furtū magis eſt. Spieg.

ABII dicuntur qui legibus utūtur, & politia, item qui multū poſsidēt uictus. Sp.

ABIECTIO in iure intelligenda eſt, cum cōteſtamur, abiectis omnib. quę aduerſarius dixit, uni rationi nos reſpōſuros, teſte Zaſio.

ABIECTA dicuntur, quæ incendij cauſa ſub diuum emittūtur. Vide l. falſus. §. qui alienum. ff. de Furt.

ABIICERE haſtā dicit̄, qui cauſę ſuę diffiſus, abijcit animū, ac deſinit cōtra conari.

ABIICERE rem uidetur, qui exiguo precio uendere cogitur. l. ita ut omnes ſummas. ff. Mandati. Sp.

ABIICITVR uxor, quum mittitur renunciatio, Conditione tua nō utar. Dimittere uxorem, an dicatur Latinè, uide Rhodigin. cap. xvj. lib. xviij. Sp.

AB incunabulis, eūdem ſenſum habet quē, à cunabulis.

AB inteſtato, aduerbium: id eſt, ſine teſtamēto. Inſtit. de Hęred. quæ ab inteſt. def.

AB ipſa meſſe. Senecæ hoc uerbū in eos cōuenit, qui uel cōmodis, uel ſpe cōmodorū detinent̄, quo minus ſemet explicēt à negocijs, quaſi deſerturi agrū, cum inſtat meſsis. Quàm multi ſunt, ait Eraſmus, in principum aulis, quos tædet eius uitæ, diſcrucianturq; libertatis deſiderio: uerùm iſtis ad libertatem aſpirantibus, reclamat cupiditas: Tam magnas ſpes relinquam? ab ipſa meſſe diſcedam?

ABIRE à nobis dominium. l. non ideo. ff. de Rei uend. Sp.

ABIRE ab emptione, id eſt diſceſſum à priore contractu. apud Iuriſconſultum: Sed ſi neuter abiecit emptorem, maiore autem precio addictum eſt prædium ei qui ſoluendo non eſt, abitum eſt à priore emptione. Sp.

ABIRE in deſuetudinē, aboleſcere eſt. Iuriſconſ. in l. j. §. j. de interrogator. action.

ABIRE rem longè, pro eo quod eſt, infinitatem reſpicere, pulchro loquendi modo à Iuriſcōſ. uſurpatum, in l. à diuo. §. ſed ſi emptor. de Re iud. monuit præceptor meus Zaſius, germanæ, ſolidæq; doctrinæ Iuriſconſ. quod ante me de eo laudatiſsimus uir, noſtræq; ætatis undequaq; doctiſsimus Andr. Alciatus, tam candidè, quàm uerè tribuit ad fin. luculentiſsimæ interpretationis l. quinq; pedum. C. Fin. regund. qui primus omnium genuinum eius ſenſum aperuit: ne mireris, hic lucernam tantùm Accurſianam defeciſſe. Spieg.

ABIVDICARE rem, eſt eam per iudiciū auferre, & alienare: ea forma qua dicimus abiurare. Bud. in l. poſter. de Orig. Iur. Spieg.

ABIVRARE, eſt rem creditā negare periurio, ait Ser. Sic abiuratū preciū, in l. tēperent. de Veſt. holober. lib. xj. Cod. Sp.

ABLATIVI duo reſoluuntur in conditionem, ut in l. j. C. de Iur. Emphyt. l. ab emptore. ff. de Pact. l. à teſtatore. ff. de Condit. & demonſt. l. euictis. ff. de Euict. & ibi Bart. Sp.

ABLATIVI abſoluti natura diligenter tradita ab Alciat. in enarrat. l. cum quærebatur. de uerb. ſig.

ABLATIVI abſoluti ad conditionē referunt̄, quū ex preteriti tēporis participio cōſiſtunt. uide Alciatū in l. Quū mota. C. de tranſact. §. uos qui matri. Sp.

ABLEGARE, pro longè mittere. Sp.

ABLOCARE, eſt denuò locare fundū tertio locatum. Zaſ. in §. Item Seruiana. Inſtit. de Action.

ABMATERTERA, ſoror eſt abauiæ.

ABNEGAMVS (Abſchlagen) quod à nobis aut dono, aut cōmodato petitur. Item, Verneinen, quod nobis creditum eſt ut depoſitum. Sed & quod promiſimus, Entpfallen. Sp.

ABNEPOS, filius nepotis: ſicut Nepos, filius filij, uel filiæ.

ABNEPTIS, filius nepotis, uel neptis: ſicut Ne-

cut Neptis, filij, uel filiæ filia.

ABNOCTARE, ſcitè uſus eſt Martianus, pro, extra prouinciam eſſe. in l. illud obſeruãdũ. de Offic. pręſi. Sic & in Lege xij. Tab. trinoctio abnoctaſſe uſurpatur. Põp. ſimiliter pernoctare, extra urbẽ eſſe interpretat. l. urb. famil. de Verb. ſig. Sp.

AB officio iudicis proficiſci, hoc eſt, impetrare, & exercere apud iudicẽ, ut de cautionum formulis, ac pretorijs ſtipulationibus dicitur. Sp.

ABOLERI nomen ſuũ petere, idẽ quod, abſolui ſe à iudicio petere. Vide l. iij. §. ulti. & l. hi tamen. ff. de Accuſat. Sp.

ABOLESCERE, pro euaneſcere, pro in deſuetudinem abire. de quo ſuprà.

ABOLITIO criminis, dicitur criminis remiſsio, accuſationisq́ꝫ peremptio. Hæc priuatim à præſidibus poſtulari, ac impetrari ſolet, hoc eſt, à quolibet ordinario iudice, maximè accuſatore poſtulante. l. j. Publicè item, ſed à ſolo Principe conceditur. l. abolitio. iuncta Gloſ. Ad Turpilian. Sed & fieri eam Papinianus docet, mortuo accuſatore, uel ex iuſta cauſſa impedito, quo minus accuſare poſsit. l. aut priuatim. eod. tit. Sp.

ABOMINARI uſurpat generaliter pro deteſtari, teſte Roterod. Eſt Alciato abominatus, qui excommunicatus, ſacriſq́ꝫ interdictus dicit, in Comment. ad l. pecuniam quam mihi. ff. Si cert. pet. Sp.

AB omnibus hæredibus legatum ita erat: Quiſquis mihi heres erit, dãnas eſto Titio dare centum. interpretatur ab Vlpiano, ff. de Legat. j. Sp.

ABORIGINVM ſeculo, cũ ſignificamus rẽ ab extrema uſq́ꝫ antiquitate repetitã. Porrò quid noſtris, Ab antiquo, ſonet, Iaſon diſſerit haud inutiliter, in l. admonendi. ff. de Iureiur.

ABORSA eſt, nõ eſt Latinũ, ſed abortũ fecit, teſte Donato in ſocru Terent. Sp.

ABORSVS & Abortus ita diſtinguũtur à Non. Marcello, ut ſit Aborſus, qui eſt in primis menſibus, quũ conceptui exordium factũ eſt: Abortus, prope tẽpus pariẽdi. tunc enim moritur quod naſcitur. Abortũ grauidæ mulieris dici, quod nõ ſit tempeſtiuè ortum, Sex. Pompeius autor eſt. Porrò procurare aborſum, homicidij ſpecies eſt, de quo Doctores, inter quos fuſe Alberic. noſter in l. qui in utero. ff. de Stat. hom. Spieg.

ABORTIO, idem quod abortus. Vide §. qui abortionis. l. ſi quis aliquid. ff. de Pœnis. Sp.

ABORTIONIS poculũ dare. Lege Poculum.

ABORTIVA oſcitatio, quæ abortire facit. Plinius: Oſcitatio quidem in enixu, lætalis eſt: ſicut ſternutaſſe à coitu, abortiuum. Cenſetur autẽ abortiuus partus, ſi quis naſcatur quinto, aut ſexto menſe: cum genuina, iuſta, & legitima non ſit recepta, niſi ſeptimo menſe, & deinceps. l. ſeptimo mẽſe. ff. Si pars hæred. pet. Hinc Abortiui ſubſtantiuè, qui aborſu nati ſunt. Sp.

ABORTO, pro immaturũ fœtũ edo, uſurpat Varro li. iiij. Columellę uerò abortio ꝓ eodẽ eſt, & abortior deponẽs eſt. Sp.

AB Ouo uſq́ꝫ ab mala, pro eo quod eſt, ab initio uſq́ꝫ ad finem. Qui rem altius repetunt quàm oportet, notantur illo uerſu Horatij, Nec gemino bellum Troianum orditur ab ouo. Sp.

ABPATRVVS, frater eſt abaui, uel abauię. Inſtit. de grad. cog. §. Sexto gr.

ABROGARE, deſtruere eſt, & delere in totum. Hinc Lex abrogata dicitur, quæ in totum ſublata, uel deſtructa eſt. Derogare uero, eſt partem eius aliquã ſubtrahere. Et abrogat, cum prioris legis infirmandę cauſa, promulgat altera. Nebr.

ABROGARE lege, & legẽ dicimus: ſed uſitatius accuſatiuo iungitur. Modeſtin. de Verb. ſig. Derogatur legi, cum pars detrahitur: abrogatur legi, cum prorſus tollitur. Sp.

AB re, modò fruſtra, modò ſignificat præter, ſiue cõtra utilitatẽ, aut ſine utilitate: cui contrariũ eſt, E re, id eſt ad utilitatẽ.

AB reo, pro eo quod eſt, pro reo, ut ſuprà indicauimus.

ABS, præpoſitio eſt ablatiua, idem ſignificans quod à, uel ab. ſed nunc in uſu rariſſima. Vide Ciceron. in Oratore ad Brutũ. Alberic. hic, Camerar. et Linacer, locis præcitatis. Sp.

ABQVE, & Sine, habent ſimilem ſignificationem, quæ eſt negatiua. ut, Abſq́ꝫ iniuria. l. omni innouatione. C. de Sacroſ. eccl. Eſt ubi pro pręter & excluſiuè ponitur. Exẽpla habes apud Albericum. Sp.

ABSQVE procœmijs & affectib. eſt, nulla uerboſa uti prælocutione, remq́ꝫ ut eſt, ſimpliciter proponere: ut in primis exi-

gunt

gunt tribunalia. Quin & Athenis inter-dicebat preco dicturis in cõcione, ne uel prefatione, uel affectib. uterent̃, rem mo do exponerẽt ἄνευ προοιμίων ϗ πάθων. Sp.

ABSCISSE, uel Abſciſe, pro eo quod eſt, fixè. Calliſtratus in l. ſemper. de Iure immunit. §. demonſtratur uariè, nec ab-ſciſſe, numerum liberorum ad excuſatio nem municipaliũ munerũ prodeſſe, ex Reſcriptis diui Aelij Pertinacis. id eſt, nõ præciſe & fixè. quia non eſt numerus ſtatus, qui immunitatem præbeat. Vide Budæum in l. qui cum uno. §. nõ omnis. ff. de Re milit. Sp.

ABSENS defendi non uidetur, ſi actor ul trò interpellat, nec quiſquã ſe defenſioni offerat. autor Paul. l. ergo ſciẽdum. ff. Ex quib. cauſ. maior. Sp.

ABSENTIS loco, modo furioſus eſt, mo do nõ eſt. Cõciliationem apud Copiam Dn. Oldendorp. habes. Sp.

ABSENS per contumaciam, habetur pro præſente. l. in cauſæ cognitione uerſabi-tur. §. cauſa. ff. de Minorib. Sp.

ABSENS reus cauſas abſentiæ per procu-ratorẽ reddere poteſt. l. abſens. ff. de Pro-curat. Spieg.

ABSENTES dicuntur, furioſus, demẽs, pupillus, & adoleſcens: quanquam cor-pore præſentes.

ABSENTES à quibuſcunq; defendi pu-blicè utile eſt, dicit Vlpian. l. ſeruũ quo-que. §. publicè. ff. de Procur. Sp.

ABSENS reipub. cauſa, tandiu abſens ha betur, donec finitum ſit reipub. officiũ, & donec commodè redire poteſt, præ-fixo illi tempore redeundi. Zaſius in §. rurſus. Inſtit. de Actionib. Abſentem, Vlp. ait, accipimus eum, qui nõ eſt in eo loco in quo petitur. Non enim trans ma-re abſentem deſideramus: & ſi fortè ex-tra continentem urbis ſit, abeſt. In ſtipu-lationibus abſentes ſunt, qui inuicem ſe exaudire nequeunt: in preſcriptionibus, qui in eadem prouincia, ſeu territorio nõ ſunt. Inſtit. de Vſuca. in prin. In iudicijs abſens eſt, qui ad eum actum non eſt ci-tatus: uel quamuis citatus, non adeſt. Idẽ & in eo, quem citare difficile eſt in le-gum diſpoſitione, abſens eſt, qui longè abeſt. l. aut qui. ff. quod ui. Et mortui ue rè abſentes ſunt: quia non ſolum abeſt qui ad tempus, ſed & qui perpetuò ab-ſens eſt. Alc. de Verb. ſignifi. Sp.

ABSENTIA, tiæ, ſicut præſentia, tiæ, di-cimus. Seneca ad Lucil. Aequo animo ferre debemus abſentiam. M. Antonius ad Ciceronem libro ad P. Atticum. xiiij. Quam ob cauſam uereor, inquit, ne ab-ſentia mea leuior ſit apud te. Item,

ABSENTIARVM genera quot ſint, & quo iure utamur, uide magiſtrum Gloſs. in l. fin. de in integr. reſtit. Sp.

ABSOLVERE, forenſe uerbum. Vnde abſoluere ſe iudicio ab aliquo, pro eo quod eſt, ab eius accuſatione ſe liberare. Spieg.

ABSOLVERE accuſatum, eſſe meri im-perij. l. ſolent. ff. de offic. procõſ. Tradũt Dd. in l. imperium. ff. de Iuriſdict. iudic. Mirum eſt interpretes conſtanter adſere re, per l. abſentẽ. in prin. ff. de pœnis. Me lius ſcilicet eſſe nocentẽ abſoluere, quàm innocentem condemnare. quia tex. non dicit, id ad quod à Dd. citatur. Norica æ-ditio perſpicuam habet ſentẽtiã, ſcilicet: Satius enim eſſe, impunitum relinqui fa-cinus nocentis, quàm innocentẽ damna ri. Hunc locum primus, quod ego ſciam, obſeruauit doctiſs. Iuriſcõſ. Dn. Nic. Bel lonus cap. xvij. lib. iij. Supput. Soleo ego & mirari & cõmendare cõſummatiſsimi huius uiri lucubrationes, quotquot ad noticiã meam peruenerũt, cùm propter miram breuitatem, tum & exactam dili-gentiã ubiq; ſeruatã, iudicioq; ſano con-iunctã. Profectò iurarẽ, à natis interpreti bus cõmentatoribusq; perfectiorem illo fuiſſe neminẽ, ſi puritatem ſermonis Ro mani adſequi potuiſſet, quibus & Alcia-tus & Oldendorpius, uiri immortalitate digni, perpetuam ſui memoriam poſteri tati conſecrarunt. Sp.

ABSOLVERE creditorem, eſt reddito precio, aut mutuo, dimittere liberum: quod eſt, liberare creditorem. Bud. in l. & in contraria. de Vſur.

ABSOLVERE ſe iudicio ab aliquo, pro eo quod eſt, ab eius accuſatione ſe libera re. Item abſoluere aliquẽ, ut Donatus in Terent. Adelph. docet, eſt, reddito illi precio dimittere. Nam uelut ligati ſunt, quibus debetur aliquid. Porrò notũ eſt, eum abſoluere poſſe, qui & condemna-re poteſt. l. iij. ff. de Re iudic. Sp.

ABSOLVI dicitur creditor, cum ſibi æs creditum ſoluitur ære.

ABSOLVTA, dicuntur lecta, & à parti-bus

bus approbata. Vel abſoluta, ſuſcripta. ſic exponitur Inſtit. de Contrah. empt. §. j. Aſtipulatur Imp. Iuſtin. in l. contractus. C. de fid. inſtr. Spieg.

ABSOLVTE, quibus in Iure locis pro conſummatè, pro liberè, præciſe accipiatur, Albericus indicat. Sp.

ABSOLVTIO ad cautelam, trita eſt in foro eccleſiaſtico: de qua plenè ſcribit Hoſtien. in laudato ſatis opere, quod Summa intitulatur. Verùm abſolutus dolo ſuo, actione prima conuenire poteſt. l. cum à te. ff. de dol. mal. Sp.

ABSOLVTIO ad crimen relatum, pro liberatione à crimine. Abſoluit maieſtatis, inſigni memorabiliq́ exemplo Cæſ. Maximilianus, publicè quidem Bruggas Morinorum, priuateq́ Cornelium à Bergis regulum. Sp.

ABSOLVTORIA ſunt omnia iudicia, id eſt, finem recipiunt omnes actiones, quæ olim perpetuæ erant. Inſtit. de Perpet. & tem. act. Abſoluere autem, pro finire ſumi, nemo eſt qui ignorat. Sp.

ABSTENTI uoce (quam noſtra memoria Ritius Neapolitanus, qui regum aliquot uitas epitomauit, ut ante eum diuus Cyprianus, pro excommunicato uſurparunt) Iuriſconſulti, Vlpianus & Africanus uſi ſunt, pro eo, qui ſe bonis paternis ſeu hæreditate abſtinuit. Apparet autem, eos illa ætate floruiſſe. Nam ab extincto Alexandro Imp. cuius ille ſcriniorum magiſter fuit, ad Valeriani imperium, ſub quo cõſtat Cyprianum decollatum, anni circiter uiginti interceſſerunt. Vlpian. in l. final. Si quis caut. Et interea, inquit, pupillus adoleuerit, aut mortem obierit, aut etiam abſtentus ſit hæreditate. African. in l. tutor pupilli. ad Vell. Et cùm paterna hæreditate abſtinere uellet, mandato uxoris defuncti, quæ mater pupilli eſſet, abſtento pupillo, ſolam ſe hæreditati immiſcuiſſet. Bifariam autem loquimur, Abſtinuit hæreditate, & abſtinuit ab hæreditate. Sp.

ABSTENTIO. lege Aditio.

ABSTINENS, ſuo contentus, qui non rapit aliena. Continens uerò dicitur, ut Ariſtot. uoluit, teſte Io. Petro Valla, in eſca, potuq́, ac libidine, nec non ira. Sp.

ABSTINENTE ſe hærede. in §. Sed quod Papinianus. l. ait Prætor. ff. de Minor. Porrò abſtentum prætor non habet hæredis loco, teſte Paulo. in lege, Si filius. ff. de Interrog. action. Sp.

ABSTINENTIA opponitur rapacitati. Abſtinemus enim ab alienis, cum nulli uim inferimus, nihil cuipiam eripimus. Eſt igitur abſtinentia in uiro innocente, continentia in temperante. Notum Ouidij carmen: Eſt uirtus, placitis abſtinuiſſe bonis. citat Scholiaſtes in Clemẽt. ad noſtram. de Hæret. Sp.

ABSTINERE honoribus. in l. j. C. de his qui non imple. ſtip. lib. x. quemadmodum dicitur, Abſtinere alieno, pro eo quod eſt, abſtinere ſe ab alieno. & apud Vlpian. in l. unica. Nihil innouari. Ergo etſi abſtinere ordine iuſſus ſit, & prouocauerit, eadem ratione poteſt cœlum participare. Sp.

ABSTRAHERE in ſeruitutem, quod & abripere in ſeruitutem dicitur.

ABSTVLISSE dicitur, quod etiã quis iudice autore recipit. l. uenditor ex hæreditate. ff. de Hære. uel act. uen. Spieg.

ABSVMPTIO. Vlpian. Videndũ eſt, inquit, finito uſufructu, an pecunia quę data ſit, uel cęterę res, quę in abſumptione ſunt, cõdici poſſint. l. hoc ſenatuſconſultũ. ff. De uſufruct. ear. rer. quę uſu cõ. Sp.

ABSVRDVM, quod omnium mentes aſpernẽtur ac reſpuant. l. nam abſurdũ. ff. de Bon. libert. Sp.

ABSVRDVM eſt, plus iuris habere eos qui poſſeſſionem duntaxat uſufructus, non etiam dominium ſunt adepti. Iulianus ait, l. iij. ff. Si uſufruct. petat. Sp.

ABVNDE patrimoniũ relinquere, apud Scęuol. in l. ult. §. qui diuiſã. ff. de leg. ij.

ABVNDAT, non quod ſuper fluum eſt, ſed quod eſt copioſum & cumulatum, Redundat, quod ſuperuacaneum eſt. Vide Redundare. Spieg.

AB Vnguibus incipere, eſt ordiri à leuiſſimis, minimeq́ ad rem pertinẽtibus. Vnde prudentes iudices admonere ſolent Cauſidicos, ut omiſſis parergis, ac friuolis, agatur de cauſa. Sp.

ABVSIONIS nomen à pleriſq́, ut atteſtatur Inſulanus, uir doctus ac ſani iudicij, in dubiũ uocatum eſt, nunquid rectè ſignificet corruptelam morum. Quantũ autem ad obſeruationẽ Latini ſermonis attinet, ſatis conſtat, eam uocem minimè eſſe refutandã: cùm Cicero lib. iiij. Rhetor. ueterum, Abuſionẽ uerborum (Græcis

(Grecis κατάχρησιν dictam) poſuerit inter exornationes uerborum. Apud Iuriſconſultos per abuſum uerba regulariter non accipiunt, niſi aliter actus uel periret, uel eluſorius redderetur. l. cum filio. de Legat. iij. Nec uerò Abuſionis uocabulum in ſignificatione uulgari ita nuper uſurpatum primò fuiſſe, patet ex his uerbis D. Auguſtin. lib. j. de Doctrina Chriſtiana, cap. quarto. Nam uſus illicitus, non uſus, ſed abuſus, uel abuſio eſt dicenda. Rectè tamē monuiſſe uidetur Inſulanus, pro corruptela, aut licentia morum, non dicendum ſimpliciter Abuſionem, ſed adiuncto aliquo uerbo: uti abuſio morū, abuſio legum, abuſio alienæ bonitatis, & ſic de ſimilibus. Spieg.

ABVSIVE, hoc eſt, impropriè, cōtra naturam, cōtra uſum. Vlpian. Bona ciuitatis abuſiuè publica dicta ſunt. Sola enim ea publica ſunt, quæ Pop. Rom. ſunt. Idē in l. nec ſeruus. ff. de Pecul. Sed & cum eo uerbo abutimur, factum magis demonſtramus, quàm ad Ius ciuile referimus obligationem. Quod huc pertinet, Alciatus Caij reſpōſum, hoc eſt, l. licet. de Verbo. ſig. ſummè annotandum cenſuit, καταχρηστικῶς, id eſt, abuſiuè ſępe uocem accipi, uel propria interpretatione reiecta. Vide, Catachreſticos.

ABVSVS, & Vſus, cōtraria iudicant. Nā autore Boetio, utimur ijs, quæ nobis utentibus permanēt: ijs uerò abutimur, quæ nobis utentibus pereunt. Spieg.

ABVTI eſt re aliqua malè uti, ꝓprieꝙ de rebus corporeis dicitur. Vlpianus: Mācipiorū quoꝙ uſufructu legato, nō debet abuti, ſed ſecundū conditionē eorū uti. l. Sed etſi quid. in prin. ff. de uſufruct. Sp.

ABVTI uſufructu contumelioſe, iniurioſé ue, apud Vlpian. in l. ſi pendētes. ff. de uſufructu. Spieg.

A ANTE C.

ACADEMIA locus eſt nemoroſus, ubi Plato natus, docebat magna laude: mille ab Athenis paſsib. Aliud quoꝙ gymnaſiū erat non ita procul ab illo, in quo Ariſtotelici diſputabāt, Lycæon dictū. Inde iam nūc appellamus, teſte Dn. Oldend. gymnaſia ſeu ſcholas inſigniores, in quibus maiorū diſciplinarū ſtudia exercent. Admonet idē Oldend. Academias autoritate imperatoria uel inſtitutas, uel cōfirmatas, rectè nuncupari Legum nutrices: ſicut Norebergenſis ciuitas uerè eſt legū reparatrix, D. Haloandro teſte, Conſtit. ff. ij. §. hæc autem tria uolumina. Verùm in Academia neceſſarij ſunt profeſſores, auditores, librarij, iudices: eadem ij. Conſtit. in fi. lege, gymnici agones.

ACAPNA, ea uident eſſe, quę Vlp. dicunt ligna cocta, ne fumum faciant. Spieg.

ACEDIA, quam Albericus iuxta uulgus corruptè uocat accidiā, & perperā exponit, tædium eſt honeſti laboris, cōtraria induſtriæ, quæ Græcis Philoponia dicitur, teſte Roterod. Spieg.

ACCEDERE ſignificat et adire. Inde Acceſſus, aditus: & increſcere, ſiue augeri atꝙ adiūgi. ut in §. pen. tit. ult. li. iij. Inſtit. Inde Acceſsio, pro incremēto. Item pro conſentire ponitur, cum dicimus Accedere ad pactionem, uel conductionem, pro conſentire, Vertrag vnd tādingſtuck annemen vnd verwilligen. Sp.

ACCEDERE rei emptæ uidetur, id ſine quo res empta foret inutilis. l. fiſtulas. ff. de contrahen. empt. Alberic.

ACCESSIO, pro adiunctione apud Iuſtinianū in §. fideiuſſores. Inſtit. de fideiuſſ. quùm ait: Nec plus in acceſsione poteſt eſſe, quàm in principali re. Acceſsionem naturalem, quæ à natura proficiſcitur, ut alluuio: & Ciuilem, ut uſuræ. Quæ hoc iure doctores oſtendunt. Spieg.

ACCESSORIVM Iureconſultis, quod principali adiungit: in quo, ut dictū iam, non debet plus eſſe quàm in principali. Dicimus & Acceſsionem adiūgere, pro addere incrementum. Spieg.

ACCENSI dicebantur, qui in locū mortuorum militū ſurrogabantur, & ad cenſum adijciebantur, Feſto. At Varro, miniſtratores magiſtratuum, ait, ab acciendo dictos, id eſt, uocando. Nam Accenſus inſtar præconis acciebat, iuſſu Conſulis, Quirites ad concionem: quod munus nemini niſi libertis deferebatur. teſtis Cicero ad Quint. Fr. Cętera in dictione, Cornicularij.

ACCENSVS & Pręco in hoc cōueniunt, quòd ambo Conſulis, alteriuſ'ue Magiſtratus dicto, ad imperiū, nutumꝙ præſto eſſent: at ille, ut ad cōcionē, hic, ut ad Comitia Quirites aduocaret. Alexand. de Alexan. Gen. dier. li. ij. cap. xxvij. Sp.

ACCEPTA ſententia dicitur, quæ rata habita eſt.

ACCEPTARE, eſt frequenter accipere, uel per acceptilationẽ liberare. ff. de Pactis. l. tale. §. poſt diuiſionem.

ACCEPTILATIO fit per interrogationẽ & reſponſionẽ, qua utriſq; contingit ab eo nexu abſolutio. ut, Habes ne acceptũ quod per ſtipulationẽ tibi ꝓmiſi, uel debui? te tu reſpõdes, Habeo, acceptũq; fero: iam acceptilatio facta eſt. Modeſt. Vide l. j. l. pluribus. ff. de Accept.

ACCEPTILATIO iure ciuili introducta eſt, quia nihil aliud eſt, quàm ficta ſolutio. Vide Alc. in l. j. C. de tranſact. Eã Vlpian. Iuris gentiũ affirmat, in l. an inutilis. de Acceptil. non quia iure gentiũ fuerit approbata, ſed propter pactum quod in ſe habet. id enim eſt iure gentiũ introductum. Lege, Apoca. Sp.

ACCEPTO ferri, id eſt approbari. C. de Suſcept. & arcar. l. ſecuritatis. lib. x.

ACCEPTVM abſolutè dicit̃, quicquid ab alijs accipimus, ſeu dono, ſeu mutuo, ſeu alio quouis modo. Sp.

ACCEPTVM ferre, eſt acceptum habere quod nobis ex ſtipulatione promiſſum eſt, ſiue, ut uulgo loquimur, habere pro recepto, etiamſi nulla ſolutio interceſſerit. l. ſi accepto latũ. de Acceptil. Sp.

ACCEPTVM ferre, emancipare, hæreditatẽ adire, & ſimilia, preſentis actus, uerba ſignificatiua ſunt, quibus tempus, uel conditio aduerſatur. l. actus. de Reg. Iur. Spieg.

ACCIDENS nihil eſt aliud, quàm circũſtantia. Iuriſconſult. in l. aut facta. de Pœnis. enumerat ſeptem. Spieg.

ACCIDERE, pro euenire, dũtaxat in tertijs perſonis: ſed propriè de malis dicitur ſicut contingere de bonis.

ACCIDERE humanitus, eſt mori. Alciatus de Verb. ſig.

ACCIDERE quid filio, in materia Subſtitutionum pro mori intelligitur. l. uulgari. in fin. de Verb. ſig.

ACCIPE, aufer, tolle, uerba hæc non abhorrent à donatione, maximè aliquo ſigno id ſuadẽte. ueluti ex diuitijs dantis, & indigentia accipientis. c. & ſi queſtio. de Simo. Non enim ueriſimile eſt, donũ modicũ potius factũ nõ eſſe. l. ſed & ſi ſuſceperit. §. j. de iud. cum munificentia in diuite laudabilis ſit, eiuſq; honorẽ augeat. l. nemini. in fin. de Cõſulib. lib. xij. Sp.

ACCIPERE item per ſe uidetur, qui per alium accipit. in fin. l. hæc ratio. ff. de donat. int. uir. & ux. Sp.

ACCIPERE iniuriam, id eſt lædi: cui opponitur, beneficium accipere.

ACCIPERE iudicium dicitur, tam qui agit, quàm qui conuenitur, **Jn ein recht dretten**. l. redhibere. §. idem Pomponius. ff. de Aedil. edict. Sp.

ACCIPERE, & recipere quo diſtent, uide §. mulier. & ibidem not. in l. cum quæ. ff. de Dote releg. ſic enim non tantùm tit. habet in Noric. textu, ſed ſeries eius per tot. Quod ipſum etiam ſatis indicant themata Iuriſconſ. Sp.

ACCIPIMVS de manu alterius, noſtra uerò autoritate capimus. Cætera Alciatus, in l. aliud. de Verb. ſig. Sp.

ACCIPIO, mutuor interdum ſignificat.

ACCIPIT ab aliquo beneficiũ, qui prius nihil ei contulit: Recipit, qui iam contulerat. Vide Senec. de Benefic.

ACCISAE res, hoc eſt, amputatæ, exhauſtę, debilitatæ. Ex luculentiſs. Rhen. annot. ad Liuium. Sp.

ACCOLA non eſt, ut exiſtimauit Accurſius, qui aliquo in loco domiciliũ conſtituit, ſed qui propè aliquẽ locũ ſimpliciter habitat. Et propriè iuxta flumina ſunt accolę. Virgil. in vij. amniſq; uadoſi Accola Vulturni. Hi & Accolentes Vlpiano, in l. j. §. ſunt qui putant. Ne quid in flum. pub. Sp.

ACCOMMODO, eſt etiam naturam meam uerſo, & ad tempus rego: quod aulici dicunt temporizare. Spieg.

ACCRESCERE, pro diminui, in iure accipi interdum, Albericus citatis locis indicat. Spieg.

ACCVMBIT, pro iacet. Procul. de Verb. ſig. l. hęc uerba. §. ſubdiſiunctiuorum.

ACCVMVLATIO, eſt plurium actionũ iudicialis adiunctio, ut ſi ex una cauſa, plures actiones naſcantur contra diuerſos: uel ex pluribus actionibus ex diuerſa cauſa contra eundem. Vide Alciat. in l. edita. C. de Eden.

ACCVSARE, eſt aliquẽ quaſi apud iudicẽ percudere, & quaſi malleo ad incudẽ pertundere, ut in quam uelit is qui accuſat formã redigat. Vnde ꝓpriè eſt apud iudicẽ, uel aliũ, & aliquando apud illum quẽ accuſas, oſtendere quempiã peccaſſe. Incuſare uerò dicitur, qui de moribus queritur, expoſtulat'ue. Cæterum quòd

b Seruio

Seruio autore, maior accuſat minorē, minor incuſat maiorē, non eſt perpetuò uerum. Interdū alterū pro altero ponitur, niſi quòd in iudicijs forenſibus nemo dicitur incuſari. Vide Alciatū in l. indicaſſe reū. De Verb. ſig. ubi declarat, accuſare propriè, quando dicebatur. & infrà in dictione Cuſo. dicimus autē, Accuſo te illi, uel apud illū, uel corā illo, magni ſceleris, uel de magno ſcelere. Sp.

ACCVSARE, crimina obijcere. in l. qui cum maior. §. accuſaſſe. ff. de Bon. libert.

ACCVSARE iure mariti, eſt in accuſando habere certa ſpecialia. de quibus tractatur in l. Iure mariti, & l. quamuis. C. ad Leg. Iul. de Adult. Sp.

ACCVSARE maiores. Aliud eſt accuſare maiores, ſeu eos quibus reuerentia debetur: aliud uerò expoſtulare, ac uerecundè exponere ſæuitiā eorum intolerabilem. Vlp. in l. j. §. quod autem dictū eſt. C. de offic. præfec. urb. Sp.

ACCVSATIONEM inſtituunt. Vide, Inſtituere actionem.

ACCVSATIONIS nomine, denūciatio continetur, quod eundem habet effectū per l. eam. §. qui nomen detulit. ff. de Iure patronat. Sp.

ACCVSATOR itē is dicitur, qui aliquē corā iudice accuſat, & criminalē ſibi quęſtionē mouet. Huic interdū præmiū debetur: ut cum famoſi libelli autorē indicauerit. l. lex Cornelia. in fin. de Iniur. reum úe impietatis, hoc eſt, hæreſeos arguerit, ſecundum Albericū in l. j. C. Quib. ex cauſ. ſer. pro præm. libert. accip.

ACEO, acorē ſapio. Inde acor & acidus, atque aceſco. Huius ꝑterito uſus eſt Vlp. de peric. & cōmod. rei uend. quum ait in prim. Si uinū uenditum acuerit, uel quid aliud uitij ſuſtinuerit, id eſt, factū fuerit acidum, acorem contraxerit. Sp.

ACERBAE nuptiæ, in Aut. quæ intra luctus tempus factæ, ſubiacent pœnæ. Sic Plautus uenuſtè, acerbā amationē dixit, pro dura & toleratu difficili. Sp.

ACERRIMA condemnatio, pro grauiſſima. C. de his qui latron. uel al. crim. reos occult. l. ij. circa medium.

ACERRIMA indago, id eſt, diligentiſſima. l. ubi. C. de falſis. Sp.

ACERVVS, propriè minutarū congeries eſt rerū, ut frumenti, leguminis, ſalis. Caius: Qui ædes, inquit, aceruū'ue frumēti cōbuſſerit, uinctus, uerberatus, igni necari iubet: ſi modò ſciens, prudensq́ cōmiſerit. Venuleius uult, Aceruū appellatione ſoli non contineri. l. quia aceruus. Quod ui, aut clam. Sp.

ACETVM, nec hoc appellatione uini cōtinetur. l. ſi quis uinū. ff. de Trit. uino, & oleo leg. niſi id paterfamilias uini numero habeat. l. j. eo. tit. & §. alioquin Sabinus. l. iam citata. Paratur aūt quandoq́ ignis extinguendi cauſa. l. cùm delationis. §. ſi domus. ff. de Fund. inſtr. Vide l. in uenditionibus, & quæ ibidem notantur. ff. de Cont. empt. Sp.

ACETVM factū. Quære, Vitiare uinum.

ACHAIA regio Greciæ āpliſsima, Sicyoniæ & Elidis media: duodecim olim urbib. habitabaꝰ, quas Polybius cōmemorat. Fuit aūt proconſularis prouincia. arg. l. meminiſſe. De offic. proconſ. Quę & Peloponneſus dicitꝰ: nūc uulgò Morea. Sp.

ACINACIVM uinū, quod ex uuarū folliculis, atq; acinis, expreſſo muſto, additaq́ aqua maceratis conficitꝰ: Grecè δευτέριον, id eſt ſecundariū. Latini Lorā, uel Loreā appellant. Vlp. de uin. & trit. leg. l. ſi quis. Vinum, inquit, acinacium, planè uino continebitur. Nebriſs.

ACINVM, M. Cato neutro genere uſurpat pro uuę grano, quē alij acinū maſcul. genere protulerūt. uide Vallā cap. xxviij.

ACONITVM, ueneni genus celebratiſsimū. dictū ab ἀκόνη, quod interpretaꝰ cos. quoniā, ut inquit Ouidius vij. Metam. ea herba ex cautib. colligitur. ait enim,
Quę quia naſcuntur dura uiuacia caute,
Agreſtes aconita uocāt. A' Grecis παρδαλάγχης uocatur. Marcel. ad l. Corn. de ſic. l. eiuſdē. Si quis, inquit, temerè cicutā & ſalamandrā, & aconitū, pityocampas & bupreſtim dederit. Nebriſs.

ACOR, & mucor. Vlp. in l. iiij de Peric. rei uend. Vtrū, ait, pręteritū duntaxat periculū acoris et mucoris, uenditor pręſtare debeat. Propriū aūt eſt, inter reliquos liquores uino immiſcere, aut in acetum uerti, ut ait Plinius lib. x. cap. xx. Sp.

ACQVIRERE, hoc eſt, dominium rerum nanciſci, poteſt homo donec uiuit. l. ſi creditores. in fin. ff. de Separat.

ACQVIRI dicitur ei, ad quem commodū pertinet. l. ſi extraneus. in fine. ff. de Iure dot.

ACQVISITA res dicitur Hoſtienſi, uel

empta,

empta,uel quouís titulo lucratiuo habita.Spieg.

ACQVISITVM id propriè dicitur, cuius dominium translatum eſt.

Ἀκριβοδίκαιοι, præduri iuris interpretes dicuntur,quaſi deterioris iuris ſtudioſi, uſurpatoresq́ꝫ.Bud.in l.j.de Iuſti.& iure. Vnde prouerbio locus, Summum ius, ſumma iniuria:id eſt, nimis callida iuris interpretatio.

ACTIO:huius uerbi ſignificatio latiſsimè patet, comprehendens generaliter omnem uiuentis operationem,quæ paſsioni opponitur,adeò ut ipſam quoque uitam agere dicamur. Vnde illud dici ſolet,Actiones humanę infinitis rerum circumſtantijs uariantur. Qua ſignificatione frequenter utuntur iuriſconſulti,teſte Dn. Oldendorpio . Proinde ne quis in ampliſsima huius uerbi Actionis ſignificatione hæreat, Celſus in definienda ea,in l.nihil aliud.ff.de Actionib. & oblig.prudenter adiecit hanc clauſulam(nihil aliud eſt) Verum Actionis ſignificatio reſtringitur ad uſum forenſem. Quas enim Greci dicas uocabant, eas Romani Latine Actiones, cauſas, ſeu iudicia dixerunt. Vide Oldend. in prin.Locor. cõmun. Actionũ Iur. Ciuil.uerè inſignium,& Dn.Budæum in Annot.priorib. & infrà,Dice. Cæterùm Actionis cognitio in his uerſatur,uidelicet Quo autore ſit introducta, Ex qua cauſa, cui detur, & aduerſus quem: An porrigatur ad hæredes,Quid in ea ueniat, Quamdiu concedatur, Quis ſit exitus, Quid ſpectandum ſit iudici, quid litigatoribus: An ne ſint adfinia remedia, quib.uti poſsimus.Hæc qui ignorat, non feliciter acturus eſt cauſam. Scire autẽ nemo poteſt, niſi qui ſingulariter actionum circumſtantias rectè tenet,quoniam per omnes actiones uariantur. Conſequitur ergo, ſtupidiſsimum eſſe actorem, ſeu cauſidicum, qui ſine certa actionis cognitione, cauſam perducit ad iudicem,tametſi fortaſsis apparatus non deſit uerborum, adeoq́ꝫ multarum legum allegatio: quę tamen nõ magis ad rem accedũt, quàm cupreſſus ad naufragiũ, apud Horatiũ. Quod tam uerè quàm elegãter eſt dictũ ab Oldendorpio, qui ſummis eſt extra controuerſiam,qui ætatem noſtram inſigniter exornant Iuriſcõnſultis (ut parcè dicam) æquandus,Alciatis,Zaſijs, Cantiũculis, Viglijs,Bonifacijs,Apellis, Fumæis, & ſi qui ſunt ſimiles. Licet leonem (ut aiunt) ex unguibus æſtimare. Vide, Actiones ſtrictiore ſignificatu. Spieg.

ACTIO, eſt ius perſequendi, hoc eſt, legitima facultas,uel autoritas, permittẽs perſequi in iudicio id quod ſibi debetur. Vel, eſt ius quod planum eſt. eſt enim res incorporea. Zaſ.in proœm tit.Inſtit. de Act. definitionem Iuriſconſulti, l.nihil aliud.ff.de Act.& oblig. craſſe & generaliter accipiendam, uaniſsimis altercationibus,Oldendorp.teſte,Commentatores obſcurant.Sp.

ACTIO, libellus item eſt, ſcriptura, ſeu formula, quæ reo porrigitur, ſiue ſolenni intentione, ſiue qualiquali petitione cõcepta ſit. Alciat.in l.edita.C.de Eden.

ACTIO eſt item executio obligationis,ut probat Vlpian.in l.in executione. ff.de Verb.oblig.Sp.

ACTIONIS formula , eſt apta, accommodaq́ꝫ facti apud iudicem propoſitio, ſiue expoſitio. Oldendorpius haud abs re capere uidetur cauſidicos, qui neglecta actionis formula, in forum cauſam deducunt,quam nec ſemel cum ſuis circumſtantijs rectè perpenderint. Errori cauſa prætexta, quòd in tit. C.de Formul. & impet. legerint, ſublatas eſſe actionum ſolennitates antiquas: putantes propterea incauti nihil referre, quomodo proponatur factum, nec ulla opus eſſe actionis inueſtigatiõe ſpeciali. Laudat'que Iaſonem, quòd is Inſtit. de Actionibus poſt Bartol.in l.edita.C.de Eden.multo rectius docuerit,hodie etiã actionum dici,& eſſe formulam,ſicut olim fuit, tantumq́ꝫ eſſe ſublatas uerborũ aucupationes, nec l.ſi ſeruus nauem.ff. de Furt.eſſe correctam.Sp.

ACTIONVM materia & cauſa. Vide,Materia & cauſa omnium actionum.

ACTIONIS ratio. Vide, Factum idem noſtris,quod caſus,ſpecies

ACTIONIS uerbum, inquit Vlpian.generale eſt,et ſpeciale. Nam omnis actio dicitur, ſiue in perſonam, ſiue in rem ſit petitio.Errant igitur,qui cũ Accurſio uacillant, an ſub definitione cõprehendantur in rem actiones.Sp.

ACTIONEM dare, eſt actorem ad intendendam

dendam actionem admittere. Vide, Dare actionem. & Bud. in l. ij. de Orig. Iur. Spieg.

ACTIO danda eſt. Obſeruandũ quòd nunquam lex actionem concedit, niſi ex iuſta cauſa uel conſenſus & æquitatis producatur. l. Si me & Titium. ff. ſi cert. petat. Spieg.

ACTIO, quatenus ad ſpecialem nomenclaturę rationẽ pertinet, in perſonã dicitur: in rem, petitio: in rem uel perſonam, perſecutio. l. actio. ff. de Actiõ. & oblig.

ACTIONEM diuidit Vlpianus, in l. pecuniæ uerbum. de Verb. ſig. in petitionem & actionem in ſpecie: ut ſit petitio in rem, actio in perſonam. Apellus uir doctiſs. Actionem, inquit, partimur in medium concludendi, narrationem, & petitionẽ: ſiue in propoſitionem maiorẽ, & concluſionẽ. diuidimus uerò in realem, & perſonalem. Ex quib. omnibus conſequitur, Iuriſconſ. in l. ſi pater. de Vſucap. pro ſuo, primùm locutum propriè, deinde impropriè. Bona namq; hæreditaria partimur, non diuidimus. Sp.

ACTIONEM pati. Vide, Pati actionem.

ACTIO debet accipi per emphaſim, teſte Oldendorpio, acuti iudicij iureccoſ. non pro qualibet externa actione: ſicut dicimus, eum qui contra ius aliquid facit, nihil agere. Inſtit. Quib. ex cauſ. manu non lic. ſed pro legitima perſecutione.

ACTIONEM hæredi alicuius concedi, & hęreditariam eſſe, differunt. Actio enim reuocatoria, quæ patrono datur, non eſt hæreditaria, id eſt, ex bonis liberti: ſed propria patroni. l. j. §. hęc actio. ff. ſi quid in fraud. patron.

ACTIONE expertus. Venuleius, in l. ſi hæres unus. ff. Famil. Et erciſ. actione, inquit, expertus uicerit: deinde cõditio hęredis extiterit, &c. Sp.

ACTIONIS fruſtrãdę cauſſa latitare. Vide l. iij. ubi quis ager. Sp.

ACTIONEM intendere, actionẽ inſtruere, actionem dictare, uel formulam actionum inſtituere, ad partes refertur.

ACTIONEM remittere, eſt querelam intermittere. In ciuili tamen quandoq; remiſſa actione, obligatio manet ſalua: in criminali autem ſecus eſt. cenſetur enim accuſatione remiſſa, etiam obligatio & tota remitti. l. j. §. uſq; adeò. ff. de Iniur. & ibi Bart. Aliud ergo eſt remitti actionẽ ciuilem, aliud criminalem. Quod non cõtemnendum, monet Oldend. Sp.

ACTIO petit pœnã, habet perſecutionem pœnę. l. ſi pro furto. §. furti actio. & §. cõdictio. ff. de Condict. furt.

ACTIONIS acerbitas interdũ uerbis tẽperanda eſt propter reuerentiam perſonarum, quãquam res eadẽ maneat. Vlpianus in l. non debet. ff. de Dol. malo.

ACTIO albi prætorij, datur in eum, eoſue, qui album ui corruperunt, aut ſuſtulerunt. ſicut autẽ olim edicta proponebantur in albo prætoris, ita hodie affiguntur Schedę citationis publicæ, quæ & edicta nominamus, & alia quę proſcribi, id eſt procul ſcribi debent, pro forib. eccleſiæ, uel collegij, uel curæ ſenatoriæ. Zaſius in §. pœnales. Inſtit. de act.

ACTIO ambulatoria. Vide, Ambulatoria uoluntas.

ACTIO pro amico datur contra amicum, ſi amicitiam prodidit, aut deſtituit. Hæc autem non à pretore datur, nec apud iudicẽ intenditur, ut à iure nõ prodita, ſed de ea iudicant æqui & boni in ſermone: & eius opinio uileſcit, qui amicitiæ ius prodidit. autor Tuſan. uir & doctus & diligens. Sp.

ACTIO arbitraria eſt, in qua officium iudicis exercetur mercenariũ, actioni inſeruiens, propter aliquod extrinſecum præter naturam actionis, ut cum iudex arbiter procedit contra reũ contumacẽ. Zaſ. in. §. Præterea. Inſti. de Act. Oldẽd. uulgatam hanc doctrinã, Quod in actionibus bonæ fidei ſit officium iudicis ſecundum naturã: in actionibus uerò ſtricti iuris, ſit præter naturã earum, impertinentem oſtendit & erroneam. Sp.

ACTIONES beneficiarias ſcitè appellat Dn. Oldendorpius, de quo paulo infrà, quas Dd. uocant condictiones ex lege non ſcripta, uel ex moribus. cui adſtipulatur Bartol. teſtis, & quidem ſtrenuus, in l. j. ff. de condict. ex lege. Sp.

ACTIONES bonæ fidei dicuntur, quod Iudex in ijs ex bono & æquo arbitratur, de quo inter partes non cõuenit. Vide Ferr. in tit. de actio. §. In bonę fidei. & infrà, Bonæ fidei actiones. Spieg.

ACTIO calumnię, quam uſus uel certè abuſus, Oldẽd. teſte, ſicut pleraq; alia præclara legũ ſancita, ſuſtulit, occurrebat actoris malitię. Nouell. de litigioſ. §. ad excludendas.

cludendas. quoniam neq; decernebatur
citatio, neq; ad executionẽ perduceba-
tur, niſi cautione ab actore data, quod
intra duos menſes litẽ conteſtaturus, uel
omne damnũ ei qui cõueniretur reſtitu
rus eſſet in duplũ : cautione tamen non
tranſcendẽte xxxvi aureos. Probatur l. j
C. de lit. cõteſt. Nouell. de execut. §. j. Et
hęc quidẽ cautio initiũ litis reſpiciebat.
Hodie uix lõgo tempore peruenitur ad
conteſtationẽ litis, adeò in præparationi
bus calumniamur omnes. Sp.

ACTIO in calumniatores, datur contra e-
os, qui ut alijs falſo in iudicijs negocium
faciant: uel ſi aliquod eſt, id non faciant,
pecunia, uel alia re induci non uerentur.
Ferr. in tit. de Act.

ACTIO centumuiralis. Quęre Centumui
rale iudicium.

ACTIO cautionis iudicio ſiſti condictitia
cõpetit ei qui ſtipulatus eſt iudicio ſiſti
aduerſus reũ ipſum, uel fideiuſſorẽ eius
qui ꝓmiſit. l. ij. Qui ſatiſd. cog. Hec aliàs
pœnã perſequitur, ſi eſt in promiſsione.
aliàs rẽ ipſam, hoc eſt, id quod intereſt.
l. ij. §. ult. & l. ſeq. ff. Qui ſatiſdar. cog. A-
ctio uerò cautionis iudicio ſiſti in factũ
prętoria, ſemper eſt pœna perſecutoria.
Vide Dn. Oldend. Claſs. j. actio. vj. Sp.

ACTIO cautionis uſufructuariæ tã multa
habet ſingularia, ut non ſufficiat actorẽ
remittere ad ordinem ſtipulationum cõ
munẽ: nec eſt ſuperflua, ſicut Dd. in ob-
ſcurã diſputationẽ torquent: imò eſt ual
de neceſſaria, teſte Oldend. & obſtat fu-
turę leuitati uſufructuariorum. Sp.

ACTIO Chirographaria ſecundũ Oldẽd.
propriè promiſsio eſt, debitoris manu
uel ſcripta, uel ſubſcripta. l. chirogra-
phis. ff. de Adminiſt. tutor. Vide eũdem
Act. xxx. Claſs. iiij. Sp.

ACTIONIS circularis, ſiue circuli, quem
Saltabellũ uocant formularij. in. l. j. §. cũ
prędiũ pignori. ff. de Pign. Et in l. uſuca-
pio. C. eod. tit. falſa eſt imaginatio, ſicut
Bar. quoq; animaduertit in iã citata l. u-
ſucapio, teſte D. Oldẽ. in Copia ſua. Sp.

ACTIO ciuilis eſt quando quis ciuiliter,
& non ad pœnã & uindictã agit. Crimi-
nalis uerò, quando quis de crimine ad
pœnã & uindictã in iudicio expetitur.
Vide Exeg. Heg. dicitur aũt actio ciui-
lis, quòd ex quinque partibus iuris ciui-
lis conſtet: uel ex Lege xij. tabul. uel ple
biſcitis, uel ſenatuſconſultis, uel reſpon-
ſis prudentum, uel cõſtitutionib. Princi
pum. Ex Zaſ. in. §. ſed iſtę. Inſtit. de Act.

ACTIO cõdictionis, certi ſpecialis, naſcit
ex mutuo. l. ſi quis cert. ff. Si certum pet.

ACTIO confeſſoria eſt, cum actor aſſerit
ſibi, uel prædio ſuo ſeruitutẽ deberi. Sic
uiciſsim Negatoria, quando actor aſſe-
rit & contendit prædiũ, uel domum ſuã
eſſe liberam ab aduerſario, et petit aduer
ſarium moleſtantem cõpelli, & conde-
mnari, ut deſiſtat: & declarari, quòd ei
nulla ſeruitus ad fundũ meũ debeatur.
Zaſius in §. Aeque. tit. eod. Itaq; actionẽ
Cõfeſſoriam intendens, ſibi ſeruitutem
deberi: Negatoriam proponens, ſibi li-
bertatẽ aſſerit. Confeſſoriã autẽ actionẽ
Vlp. alit accipit in l. ꝓinde. §. j. ff. ad leg.
Aquil. ꝓ ipſa ſcilicet legis Aquilię perſe
cutione. Nec uult intelligi (ut aliqui pu
tãt) propriã actionis ſpeciẽ: quoniã non
utiq; omni uerbo in iure obiter prolato,
eſt conſtituenda actio teſte Olden. Sp.

ACTIO contraria. Vide, Actio directa.

ATIO ex conſtituto, dicitur ea, cum quis
ſine ſtipulatione debitum ſe ſoluturum,
conſtituit pro ſe, uel pro alio. Et eſt ali-
quanto fortior quàm nudum pactũ, &
aliquanto fragilior ſtipulatione. Hanc
conuentionem frequentiſsimam uide-
mus inter mercatores, ubi quotidiè mit
tuntur epiſtolę, nuncij, chirographa quę
in fidem fundantur, & nihil alud ſunt
quàm conſtitutum. Idem eod. §. conſtitu-
ti. Vide Conſtituere eſt.

ACTIO criminalis. Lege, Actio ciuilis.

ATIO datiua, Actio natiua. differẽtia hæc
datiuę, natiuæq; actionis, teſte Alciato,
nuſquam iure noſtro legitur, ſed promi-
ſcuè Iuriſcõſ. dari naſci ue actionẽ dicũt.

ACTIO datiua. lege, Actio natiua.

ACTIO depoſiti, datur contra depoſitari-
um, id eſt, eum apud quem res eſt depo-
ſita, ut rem reſtituat in die. Contraria de
poſiti actio, cõpetit depoſitario ſimul &
heredi eius, in eũ qui depoſuit, nomine
impendiorũ in rem depoſitam factorũ.

ACTIO depoſiti ad duplum, datur ei qui
in quatuor caſibus aliquid depoſuit, ex
imminẽte periculo: ut, tumultus, ruinæ,
naufragij, incendij. Zaſ. eod. §. Sequens.

ACTIO directa duplex eſt. Vna quæ op-
ponitur contrarię: & eſt quæ reſpicit, &
quæ datur principaliter contrahenti, &

aliã partẽ obligãti. Alia, quę opponitur utili. Zaſ. in §. Pręiudiciales. Inſt. de act.

ACTIO directa cenſetur, qua id perſequimur, quod ex natura conuẽtionis inmediatè & æquè principaliter inuicem debetur à contrahentibus, ſcilicet quia utriuſq; gratia ſit contractum. Contraria uerò appellatur, cum aliquid exigitur præter ſubſtantiam contractus: dicta, quòd è regione competat. Sp.

ACTIO de dolo, maioribus hoc præſtat, quod minoribus reſtitutio in integrũ. Et plerunq; datur, ubi ex dicto uel facto alia non naſcitur actio. Vlpian. in l. quod uenditor. ff. de Dol. mal. Sp.

ACTIONES ędilitias. Redhibitoriam, & Quãto minoris, prætor introduxit de calumnioſis uenditionib. ut malorũ hominũ audaciã reprimeret. Quidquid enim ciuilis autoritas (ut elegãter ait Olden.) ſancire cœpit, id ſemper prætor diligentius ad uſum fori edictis ſuis ſupplere cõſueuit, adiutus quotidie multarum rerum experientia. Sp.

ACTIO de ęſtimato datur tũc, quando rẽ aliquã alteri ęſtimatã, aut uendendã, aut utendã damus, ſic ut rem ipſam, ęſtimationẽ ue eius reſtituat. Ferr. in tit. de act.

ACTIO emphyteutica. Dn. Ioan. Olden. iuris ciuilis in ijs noſtrę germanię, quib. florentior eſt, partib. profeſſor lõgè pręſtans (quo haud ſcio an ſimilẽ apud nos reperias, eſt eruditione ſolida, ingenio acuto, iudicio ſubtili, Chriſtianę pietatis admodũ ſtudioſus, ęquitatis, ueritatisq; acerrimus adſertor, & quod ſummũ eſt in eo qui docẽdi munere fungit̃, oratione perſpicuus) de actione Emphyteutica tractaturus: Aperti iuris eſt, inquit, Emphyteuſim cẽſeri formulã ꝓprij nominatim cõtractus, quidquid rixent̃ ocioſi homines. Vnde propriã habet actionẽ, quã quid uetat Emphyteuticã dici, ſicut ex alijs contractib. actionẽ empti, locati, cõmodati: teſte Bart. in l. j. de condict. ex lege. Eſt autem cõtractus planè colonarius, & (ut craſſe dicã) ruſticus: ideoq; frequẽtior, quàm ipſi perpendũt et iuris periti, qui multa de illo ſcribunt. Vide, Colonarius contractus. Sp.

ACTIO exẽpta, Vlpianus, ſic erit, inquit, accipienda, ſi deſijt agere poſſe. **der nim̃ zů verhör kummen mag.** Quib. id modis eueniat, idẽ explanat, in l. ſed etſi per pretorem. Ex quibus cauſ. maior. Vide, Eximere. Sp.

ACTIO ad exhibendum, non iudicij præparatoria, ſed alterius actionis eſt: non ſolum cum rei uendicatione, ſed etiam cum communi diuidundo, uel petitione hęreditatis agimus. Alc. in procemio C. de Eden. & actio in rem ſcripta. Vide Zaſ. in §. Omnium. Inſtit. de Action. & infrà, Exhibere.

ACTIO exercitoria dicit̃, quãdo dominus nauis, quem patronũ nominant, pręponit ſeruũ, uel filiũ, uel aliũ quempiã naui uehẽdæ: quicquid à uectorib. id eſt, qui uehuntur, contrahitur cum præpoſito nauis: eius rei datur actio exercitoria in dominũ, qui nominatur exercitor. Zaſ. in §. actiones. Inſtit. de Act.

ACTIO fabulę. Lege, Actor.

ACTIO in factũ dicitur, qua ſimpliciter ſpectat̃ id quod quilibet fecit, ſine certa negocij forma. Vnde & plures ęquè tenet, Vlp. in l. pen. §. ult. ff. Ne quis eũ qui in ius uoc. ui exim. Hæc actio nihil medij habet concludẽdi, quã ipſum factũ: ut quia hoc factũ eſt, quia tu hoc feciſti. & c. Vide Zaſium in §. Itẽ ſi quis poſtulante. Inſtit. de Act.

ACTIO in factũ ex iuramento, dat̃, ubi informiter iuratũ eſt. Zaſ. in ti. Inſti. de act.

ACTIONES famoſæ dicuntur, quæ ſuggillãt, notãt, et affricãt apud graues et bonos homines. Idẽ in §. Sic itaq; diſcretis. eod. tit. Vide infrà, Famoſæ actiones.

ACTIO Fauiana, & Caluiſiana, ſunt ex reuocatorijs actionibus: quę cõpetunt patronis, ſi liberti in fraudẽ patronorũ bona ſua alienaſſent inter uiuos, uel in teſtamento. idẽ in §. itẽ ſi quis. eod. l. quodcũq;. ff. Si quid in fraud. patron. fact. ſit. Omnes aũt querelę rectè uocãtur actiones reuocatorię: quoniã per eas reuocatur aliquid, & officium pietatis naturalis reducitur Sp.

ACTIONES forenſes dictæ ab eo, quòd inſolẽtes ac temerarios debitores, ad iudicia agamus: quoniam ſine cauſa recuſent ſolutionẽ, aut ſatisfactionẽ. Obſeruandum autẽ, quod actiones nõ niſi coram iudicibus & arbitris inſtitui ſolent, non autem coram arbitratoribus. Zaſ. in §. Omnium. Inſtit. de Action. Sp.

ACTIO funeraria, qua perſequimur, ut ſoluantur ſumptus funeris, hoc eſt, quidquid

quid corporis cauſſa, antequam ſepelire tur, conſumptum eſt. l. funeris, in prin. ff. de ſumpt. fun. Et eſt priuilegiaria, quoniam omnibus creditoribus præfertur. Vide infrà, Funus generalius eſt. Sp.

ACTIO furti, iure ſcripto eſt pecuniaria, duplo, aut quadruplo, iuxta differentias furti compenſanda. Idem in §. Ex maleficijs. eo.

ACTIONES generales. Vide, Generales actiones.

ACTIONES hæreditariæ uocantur, quæ ad heredes, uel cõtra heredes propagantur & intentantur. Item, quæ ab heredibus, uel contra heredes initium ſumunt.

ACTIO hypothecaria. Lege, Seruiana.

ACTIO ingrati, id eſt, eius qui contemnit eum à quo beneficijs adfectus eſt, teſte Dn. Oldẽdor. ciuili, atq; ſummo omniũ Legiſlatorũ conſenſu propoſita eſt, cuius fit mẽtio in l. pen. C. de libert. & eor. liber. dum dicit: Quibus ingrati actio, ſicut ipſis manumiſſoribus deferetur. Naſcitur autẽ ex delicto ingrati, bifariã tamen. Aut enim conceditur ob reuocandum liberalitatis beneficiũ. Et tunc quoniam perſonę ſtatũ reſpicit, uelut præiudicialis, cenſet̃ in rem actio. Aut datur ad reuocandas res donatas, quibus ſe accipiens indignum fecit: tunc eſt in perſonam conditio ex lege, ſicut tractatur in tit. C. de Reuocan. donat. Sp.

ACTIONEM impertinentem proponere dicuntur, qui ſine certa facti & iuris, ſeu actionis inueſtigatione, illotis (quod dicitur) manibus ad tractandas cauſas proſiliunt. Cauſam tam pernicioſi erroris Oldendorpius diſertè indicat, ſicut ex communi uoto tenentur omnes, iuxta l. eum qui nocentem. ff. de Iniur. Sp.

ACTIO iniuriarum, non ius poſſeſsionis aſſequitur, ſed dolorem imminutę libertatis, iudicio, pœnaq; mitigat. autor Cicero pro A. Cecin. Sp.

ACTIO inſtitoria dicit̃, qua dominus inſtitorẽ cõuenit, uel per inſtitorẽ conuenit̃. Eadẽ item cõpetit, cum dominus filium, uel ſeruũ, uel aliũ liberũ hominẽ præponit certę negociationi quæſtuariæ: puta emẽdis & uendendis libris: quia iſte qui præponitur, nominat̃ Inſtitor: atq; ideo quòd contrahitur ſecum, datur actio inſtitoria. Zaſ. in §. actio. Inſtit. de Action.

ACTIO internecij, pro accuſatione, ſeu iudicio homicidij, in Cod. Theodoſij: uox quam alibi uix reperire eſt, aſtipulante Alciato. Spieg.

ACTIONES interrogatoriæ olim introductę erãt, quib. alter ab altero ad reſpõdẽdi neceſsitatẽ compelleretur. Sed hodie ad hoc officiũ iudicis uiſum eſt ſufficere. l. ubicunq;. ff. de Interr. action. Sp.

ACTIO iudicij mutandi cauſſa facta continet damnũ, quod propter duriorẽ cauſſam ſuppoſiti aduerſarij paſsi ſumus. Sp.

ACTIO iudicati. Quære, Iudicati actio.

ACTIO iuriſiurãdi eſt, qua actor petit reũ ad præſtandum illud condemnari, quod delato per eum ſacramento, & per iudicem comprobato, ſibi deberi iurauit.

ACTIO ex lege, nominat̃ cõdictio ex lege.

ACTIO legis tum propriè dicebat̃, cum executio faciẽda erat, quę in inuitos iuſſu legis fiebat. ſiquidẽ uſq; ad ſententiã non tam legis iuſſu agi uidebat̃, quàm ipſorũ litigantiũ ſponte. Porro legis actionem apud eũ dici Alciatus exiſtimat, qui merum & mixtũ imperiũ habet, ſeu ius exequendi. Siquidẽ lege agere, apud idoneos autores, quos idem citat, eſt capitalẽ ſententiam exequi. cap. ij. lib. iij. Parerg. Quære, Lege agere.

ACTIONES legis, id eſt legitimæ actiones, appellatæ, quòd in certas formas redactę, quibus homines inter ſe diſceptarent. Vide item, Legis actio. Sp.

ACTIO liberalis, inter preiudiciales numerat̃ ſenatuſcõſulto introducta, cuius meminit Vlpianus in l. cognitio. ff. de liber. cauſ. tametſi Pretor tam multa adiecit, ut propemodũ diſputabile uideat̃, utrũ ſenatui, an uerò Pretori tribuẽda ſit hæc actio. Quare Iuſtinianus in §. præiudiciales. Inſtit. de Action. Ex quib. (inquit) ferè una illarũ legitimã cauſſam habet, per quã querit̃, an aliquis liber ſit. Cętere uerò ex ipſius prætoris iuriſdictione ſubſtãtiã capiũt. Quod Accur. nõ percipiẽs, rẽ planã, ut atteſtat̃ D. Old. inuoluit. Sp.

ACTIO male iudicati. Hac, teſte Dn. Old. meritò iudicantiũ temeritas reprimenda fuit, quo modo nullũ in republica genus hominum pernicioſius nocere poteſt, quàm iudices, ſi cõcredita ſibi poteſtate abutant̃. Itaq; fuit introducta hęc actio in factũ. in l. ult. ff. de Extraord. cogniti. Inſt. de oblig. quæ quaſi ex delict. naſ. §. ult. l. ſi filiusfamilias. ff. de iudi. l. ult. C. de

Pœnis iudic. qui mal. iudic. Sp.

ACTIO mandati, dicitur munus quo quis gratuito quid amici nomine faciundum ſibi ſumit. Quæ duplex eſt, directa, & contraria.

ACTIO mixta eſt, quę ipſa origine, & principaliter rem & perſonā ſequitur, ut eſt petitio hæreditatis. nam in ea hęreditas, ut res: & perſonales pręſtationes, ſcilicet penſiones redituū, & credita petuntur. Zaſ. in §. Omniū. Inſtit. de Act. Fit autē tripliciter. Primò, cum actio eſt perſecutoria rei, & pœnalis. Secūdò, cum eſt perſecutoria rei petitione reali: & eſt perſecutoria rei petitione perſonali, hoc eſt, quæ ex reali actione & perſonali conſiſtat. Tertiò, cum uterq; litigans eſt actor & reus, & confuſe agunt & defendunt. Idem in §. Quędam. Inſtit. de Act. actiones mixtæ ſunt, Familiæ Erciſcundæ, Finium regund. & Communi diuidun.

ACTIO natiua ea dicitur, quæ habet materiam præexiſtentem, quæ ſufficiens & efficax ſit, ut ex ea oriat̃ actio. ſicut ſunt contractus, & conuentiones legitimæ, ex quibus tanquam proles ex matre, natiuæ prodeunt actiones. Actio uerò datiua dicitur, quæ inſtar imperfectæ prolis materiam habet præiacentē, quę non eſt ſufficiens ad producendum perfectè actionem, niſi aliorum auxilio adiuuetur: nempe lege, prætore, conſuetudine. Zaſ. in prologo tit. de Act. in Inſtit. Hāc diſtinctionem, ſiue rationem utilium actionum à Doctoribus inuentam præter exemplum iuris ſcripti, nec ſubſiſtentem ulla ratione, Oldend. ait eſſe conſiderationem ocioſam. Sp.

ACTIONIS naturalis debitores, licet minus propriè debere dicantur: per abuſionem tamen intelligi poſſunt debitores, & qui ab his pecuniam recipiunt debitū ſibi recepiſſe. autor Vlpianus, in l. fideiuſſor. §. fideiuſſor accipi poteſt. ff. de Fideiuſſoribus. Sp.

ACTIO nonnunquā naturaliter accipitur pro eo quod facimus. Vlp. in l. hęredes palàm. §. fin. ff. de Teſtam. uno contextu actionis (inquit) teſtari oportet.

ACTIO negatoria, quæ & contraria elegāter uocatur ab Vlp. in l. ſicuti. in prin. ff. ſi ſeruit. uindic. Iuſtinian. tractat eam in §. contra quoq;. Inſtit. de Action.

ACTIO negociorum geſtorum locum habet, quando quis negocia aliena geſsit citra mandatum eius cuius negocia ſunt.

ACTIO negociorū geſtorū, datur ex quaſi cōtractu. ut ſi tu geſsiſti negocia mea ſine mādato meo, cum eſſem abſens, coluiſti fortè uineā meā: iam nullus interceſsit cōtractus inter te & me, nihilominus teneor tibi actione neg. geſt. ſi aliquid expēdiſti, ſumptus feciſti. Et dicit̃ quaſi cōtractus. Zaſ. in §. Omnium. de Action.

ACTIONES noxales. Quære, Noxales actiones.

ACTIO oneris auerſi. Abolita eſt oneris auerſi nomēclatura, re tamē ipſa manēte: uidelicet ut quicquid de caſibus fortuitis cōueniſſet, id per actionē ex locato & cōducto exigeret̃: ut ꝓbat Bart. in uulg. l. in naue Saupheij. & l. ſi quis fundū in prin. ff. Locat. & cond. l. licet. C. eo. ti. Vide infrà, Auerſione uel per auerſionem emere. Spieg.

ACTIO oratoris dicitur pronūciatio cum geſtuum ac uocis moderatione. Vnde hiſtriones fabularum actores dicuntur, nō geſtores, teſte Roterod. Sp.

ACTIO Paulina, dicitur reuocatoria, ab autore Paulo, qui eam inuenit. l. uideamus. §. in Fauiana. ff. de Vſur.

ACTIO de peculio, datur contrahentibus cum ſeruo, cum filiofamil. & uel patre, uel domino uolente, uel etiā matre. Datur & quaſi contrahentibus cum ſeruo. qua de re tractatur C. Quòd cum eo qui in aliena poteſt. eſt, geſt. eſſe dic.

ACTIO pecunię cōſtitutę, ex nudo pacto, ſine ſtipulatione interpoſita oborit̃. Cōſtituta autē pecunia dicitur, quando pro ſe quis, uel pro alio, cōſtituit ſe ſoluturū, ad ſimilitudinem fermè fideiuſsionis.

ACTIO perſonalis competit ad dandum, hoc eſt ad transferēdum dominiū. Zaſ. in §. Sic itaq; diſcretis. Inſtit. de Act.

ACTIO in perſonam, dirigitur contra obligatū ex contractu, uel maleficio. In rem, contra non obligatū niſi ratione rei poſſeſſæ. Zaſ. in §. Omnium. eod.

ACTIONES perpetuæ. Lege, Temporales actiones.

ACTIO pignoratitia locum ſibi uendicat, ubi creditor pecuniam pro re oppignorata datam à debitore recipit.

ACTIO plena, hoc eſt efficax, & quę locū habere poſsit, teſte Oldēd. apud Scęuol. in l. diuortio furto, in prin. ff. neg. geſ. Sp.

ACTIONES

ACTIONES pœnales. Lege, Pœnales actiones.

ACTIO popularis dicitur, quæ ſuum ius populo tuetur, autor Paulus in l. j. de Popular. act. cuius uerba clarius percipiuntur ex l. j. ff. de Loc. & itin. publ. Vide &, Populares actiones.

ACTIONES poſſeſſoriæ, quæ ex bonorũ poſſeſsione cõceſſa proficiſcuntur: ſicut dicimus hæreditarias actiones. l. pen. §. ſed nunquid. ff. de Bon. libert. Sp.

ACTIONES præiudiciales dicuntur, quę ueniũt ex pręiudicato, id eſt, ante iudicato: ſic dictę, quòd maiores & digniores cauſę faciũt ſilere, & pręeũt, id eſt, pręiudicant minorib. His agit pater erga filiũ, dominus contra ſeruũ, patronus cõtra libertũ, & ediuerſo, ſuper dominio, aut libertate. Zaſ. in §. Præiudiciales. Ibidem.

ACTIO præſcriptis uerbis datur, ubicunque uulgaria atq; frequentata actionum nomina deficiunt.

ACTIONES prætorias, qui dici putant omnes quas prætor daret, lapſi ſunt. Prætor enim, cuius autoritas, quantũ ad conſtituenda iudicia attinebat, ad ſummum perducta eſt faſtigium, ſcilicet ante ſuſceptam Imperatorum monarchiam, & ciuiles & ſuas actiones dabat, uel negabat. Vide infrà, Iudicia ordinaria. &, Prætoriæ actiones. Sp.

ACTIO prima, actio ſecũda, rectè dicitur pro inſtantia prima, inſtãtia ſecunda. Vide Oldend. in Copia.

ACTIO publiciana, eſt actio prætoria in rem ipſam: reſciſſoria uerò, in rem ipſam uſucaptam. Hæc actio, ut ſingulariter monuit Oldẽdorp. duriciem & ſummũ ius uendicationis attemperat: adeoq; ut abſq; huius beneficio, illa inutilis ſit. Proinde non mediocriter errant, qui Publicianam longo interuallo ſeparant à rei uendicatione. Sp.

ACTIO quanto minoris. Dn. Oldend. notat errorem doctorũ, diſtinguentiũ actionem quanto maioris ciuilem, à quãto minoris ciuili, aitq; nõ eſſe cur obſtinatè rixemur, utrum ſit actio quanto minoris, an uerò ſit ſimplex quædam adiectio actionis. Paul. in l. iuſtiſsimè. §. ult. ff. de ædil. edict. uocat actionem quanto minoris ęſtimatoriã, quoniam in ea res ęſtimatur, alioquin in redhibitione nihil fit aliud quàm quod redditur. Sp.

ACTIO querelæ inofficioſi, de qua uocẽ pluribus infrà in ſuo ordine, locũ habet dũtaxat, cum nullũ aliud fuerit remediũ, quo liberi ad bona defuncti parẽtis uenire poſsint. §. iam autẽ. Inſt. de Inoff. teſtã. unde uocatur ultimũ adiutoriũ. in l. maximum uicium. C. de liber. prætor. & uulgo querelam ſubſidiariã dicunt: in l. Papinianus. §. quis impubes. ff. de Inoffic. teſtam. Rectè autem diffinitur iudicium eſſe reſciſſorium, quia reſcindit obſtaculum (ut Oldend. ait) exercendæ petitionis hæreditatis. Sp.

ACTIO realis, eſt ex dominio, quaſi dominio, uel iure in re ſpecifico: perſonalis, ex obligatione. Sp.

ACTIO redhibitoria. Lege, Redhibitoria actio.

ACTIO receptitia, eleganti quadã loquendi forma dicta eſt, à recipiendo, hoc eſt accipiẽdo. In eam actionẽ (quòd ampla fuit, & latè patuit) uenerat, quicquid promittebatur deliberatius & citra ſtipulationem rerũ ſiue fungibiliũ, ſiue nõ fungibilium. Zaſ. in §. In perſonã. Inſtitut. de Actio. Hęc actio, & rei uxoriæ, omnino ſunt ſublatæ. Vide l. j. C. de Recept. acti. & l. unica, in prin. C. de rei uxor. act. Sp.

ACTIONES in rem, appellamus uendicationes, ea ratione: quia Vẽdico, denotat adproprio, meum eſſe dico. In perſonam uerò actiones, quibus dare, aut facere oportere intenditur. Condictiones, quòd debitoribus olim ſolennis condictio, hoc eſt denunciatio fiebat, ut ſoluerent. Lege, Denunciatio. Sp.

ACTIO in rem datur actori cõtra eum, qui nullo iure obligatus eſt, niſi ratione rei poſſeſſę per aduerſariũ. Et in hac actione reali cauſa proxima eſt dominiũ, uel quaſi: cauſa remota, titulus dominij. ut ſi actor dicat, Sum dominus, quia emi, quia heres, quia mihi donatũ eſt, legatum, aut in dotem datũ. Poteſt autem quintupliciter tentari. ut docet Zaſ. in §. Omniũ.

ACTIO de in rem uerſo dicitur, ſi quis noſtræ poteſtati ſubditus contraxit: & res illa, ſi in rem noſtram eſt uerſa, in nos primò omnium experiundi copia datur.

ACTIO rerũ amotarũ ꝑpter honorẽ matrimonij introducta eſt, quũ lex atrocẽ & turpẽ actionẽ furti cõcedi nollet. l. j. et ij. ff. de acti. rer. amot. & l. ult. & §. ult. C. eo. Clariſs. Equ. Germanus, Ioann. Zottus à Perneglę

à Pernegle ſplendidi in aula regia Quæſtorij ordinis columen, ſtudioſorũ Mecœnas, quem commẽdat ſingularis prudentia, longo rerum uſu comparata, qui cum mihi uetus inuiolatæ amicitiæ uinculum eſt. cuius ergo in prioribus editionibus in diction. Quæſtores pœcuniæ mentionem fecimus, quum me nuper in Nemetum, quę hodie Spirenſium eſt ciuitate, adhibuiſſet menſæ ſuæ conuictore ornatiſsimo uiro Sebaſtiano Tunſcelio à ſecretis regio, latinè græceq́; nõ mediocriter callẽte, rogaret, quî factum eſſet ut in hac Rhapſodia nobilẽ alioquin actionem rer. amot. pręteriſſem, mox ingenuè, quod erat excepi non id niſi per incuria factum, & fortè pleraq; ſimilia oculatiorem lectorem deſideraturũ. Sp.

ACTIONES in rẽ omnes rei perſequendę. cauſſa cõparatę ſunt. §. rei perſequendæ Inſtit. de Actionib. Petendo autem rem actor deſignare debet, quãtitatem, qualitatem, & omnem circumſtantiam eius, utputa imperfectæ materiæ põdus, ſignatæ uerò numerum: factę deniq; ſpeciem. Sed & menſura dicenda erit, cum res menſura continebitur. Sp.

ACTIO reſcindẽs. Lege, Iudiciũ reſcindẽs.

ACTIO reſciſſoria. Lege, Iudicium reſciſſorium.

ACTIO reuocatoria contra eos cõpetit, in quos res & bona debitoris alienata ſunt titulo oneroſo, ſi iſti poſſeſſores fraudem debitoris ſciuerunt, id eſt, participes fraudis fuerunt. Zaſ. in §. Item ſi quis. Inſtit. de Act.

ACTIO Seruiana, dicta à ſeruando: quia per pignora ſeruamus obligationes noſtras tutas. Et competit, ſi fortè colonus nihil inuehat in fundũ, uel ſi auferat res ex fundo, uel ſi inueniretur apud tertiũ aliquem. Quando uerò agitur pro alijs rebus aliter ex conuentione inter creditorem & debitorem obligatis, ea actio quaſi Seruiana eſt, et nominatꝰ ꝓpriè Hypothecaria. Zaſ. in §. Item Seruiana. eod.

ACTIO ſerui corrupti, competit domino in duplum ſuper damno illi facto, ſiue rerum ablatarum, ſiue contumaciæ in dominum, ſiue diminutione exiſtimationis, qua minoris exiſtimatur dominus propter ſeruum nequam. Idem in §. Omnes. Inſtitut. de Action.

ACTIO ſeruitutis confeſſoria, & negatoria. Vide, Actio Confeſſoria.

ACTIO pro ſocio dicitur, quæ datur ſocio contra ſocium, ſi quid perperam & ſubdole in cõmunionem admiſit. Alexand. Neapolit. nimirum altercatione doctorum, de nomine Actionis ingrati motus, quam tamen contemnendam rectè iubet Oldendorp. nullo iure ciuili, aut plebiſcito, pro ingrato dari actionem exiſtimat, ſed bonis moribus conuenire, ut ad ſimilitudinem actionis pro ſocio Iure naturæ, ſi quis eum, qui de ſe benemeritus fuit, illiberali animo, alio officio non demeretur, neq; illud gratè acceptũ fert, quippe qui nihil adiumenti, nihil opis confert: is profectò tãquam uiolator humani iuris, ita de officio decedit, ut omni ope indignus, ingrati, criminoſi & mali hominis ſuſpicionem nõ euadat, ſimulq́; famæ iacturã facere certum ſit. Vide, Ingratus. Sp.

ACTIONES ſpeciales. Lege, Speciales act.

ACTIO ſequeſtraria à ſequeſtro uocatur apud Pomponium, in l. ſi in Aſia. §. cum in ſequeſtro. ff. Depoſit. item Vlpian. in l. ſi quis adfirmauerit. §. Labeo. ff. de dolo malo. Spieg.

ACTIO ex ſponſo apud antiquos intẽdebatur interdum contra improbè aliquid negantes, ſicq́; aut ſuſcipere ſponſionẽ, aut fateri cogebãtur. Fiebat autem ſponſio plerunq; in interdictis. qua de re uide Quintilianũ lib. vij. Extat formula ſponſionis apud Ciceronem in Orat. pro P. Quintio, & exempla etiã apud eundẽ, & Liuium quoq;. Budęus admonet, ſi quis Ciceronẽ pro Cecinna totã legerit, et intellexerit, ſatis intelliget quid ſit ſpõſio. Habemus eam beneficio trium eruditorum hominũ cõmentarijs illuſtratã. Vtinam adoleſcẽtia mea in pares magiſtros incidiſſet. Eſt & alterius generis ſpõſio. cuius meminit Iuriſconſ. in l. rebus de Aleæ uſu, & ego infrà in ſua claſſe. Sp.

ACTIO ex ſtipulatu naſcitur, cũ aliquid incertum ſtipulatur.

ACTIONES ſtricti iuris, ſunt anguſtiores quàm bonæ fidei. nam ulterius non dantur, quàm natura ipſarũ ex cõtractu, ſeu obligatione prę ſe fert. l. quia tantundem. ff. de Neg. geſt. Directæ autẽ actiones ſummo quodã ac diſtricto iuris ordine dicuntur introduci ab autoribus ipſis, utiles uerò leniore quadã æquitatis

ratione,

ratione, latius producuntur ab interpretantibus leges Romanas. Quare directis nõnunquam præferuntur: ſicut Aequitas potior eſt ſummo iure. l. in cauſa. §. ult. ff. de Procur. Spieg.

ACTIO ſubſidiaria, datur minoribus erga tutores, rem eorum malè adminiſtrantibus. Idem in §. Sciendum. Inſtit. de Satiſd. cur. uel tut.

ACTIO in temerè litigantes datur, qui parentes, aut eos qui parentum loco ſunt, in ius prius uocauerit, quàm ueniã eius à iudice impetraſſet. Ferrar.

ACTIONES temporales. Vide, Temporales actiones.

ACTIO antiqua, de tigno iuncto, quæ in duplũ ex lege xij. Tab. deſcẽdit. Paul. in l. in rẽ actio. §. Tignũ. ff. de Rei uend. Sp.

ACTIO tributoria, Lege, Tributoria actio.

ACTIO triticiaria, uide Condictio Tritic.

ACTIO tutelæ datur contra tutorem, ſi damnificat pupillum.

ACTIO pro tutela dicitur, quãdo aliquis gerit tutelã pupilli tanquã tutor, & in ueritate nõ eſt tutor: cõtra quẽ ea actio cõpetit. Zaſ. in §. Actionum. Inſtit. de Act.

ACTIO uectigalis elegãter appellatur ab Vlpiano in l. ſi finita. §. ſi de uectigalib. ff. de Dam. infect. Sp.

ACTIO ui bonorũ raptorũ, datur in quadruplum, quòd furtum ſit manifeſtum.

ACTIO quod ui metus'ue cauſa, dat̃ duntaxat ex facto: ut qui in conſtantẽ uirum cadit, quòd timet uerbera, carceres, cruciatus corporis. Cætera quæ per mètum fiunt, uel minis, potentia, reuerentia, uel perfidia, reſcindũtur officio iudicis. Zaſ. in §. quadrupli. Inſtit. de Act.

ACTIO in ui eximentem, datur aduerſus eum qui in ius, hoc eſt iuris experiundi gratia uocatum, ui exemerit: id eſt, quoquo modo, ſed uiolenter impedierit.

ACTIONES uniuerſales. Quęre, Vniuerſales actiones.

ACTIO utilis dicitur, quæ non incipit currere creditoribus, niſi quando eis eſt experiũdi poteſtas: hoc eſt, niſi poſtquam bona debitoris nõ alienata, uẽdita ſunt, & debitores necdum ſoluti. Vide Ferr. in §. item quis. eod. tit.

ACTIO utilis ex cõtractu, datur iuranti: in qua mediũ concludendi eſt contractus. Zaſ. in §. Item ſi quis poſt, eod. tit. Sciendum item, quòd Actio utilis, quæ opponitur directæ actioni, dicitur ea, quæ nec ex uerbis legis, nec ex mente legis cõpetit, imò legislator non cogitauit de eis, ſed poſteriores Iurecõſulti moti ęquitate, & rationis pietate, extendunt etiã ad cauſas non nominatas in lege. Idem in §. Præiudiciales. eo. Eſt tamẽ ubi utilis tollit directam actionem. ut in l. in cauſæ. in fin. ff. de Procurat. Spieg.

ACTIO rei uxoriæ, ſublata eſt per Iuſtinian. Sed dat̃ ſuper dote promiſſa ex ſtipulatu. §. Fuerat antea. Inſtit. de Act. Sp.

ACTA propriè definiunt Interpretes, eſſe ſcripturas coram iudice, & eius iuſſu, per notarium confectas, ad naturam iudicij pertinentes. l. acta. de Re iudic. Sp.

ACTA aſſertoria dicunt̃, quæ allegant, ſed nõ ꝓbãt. Zaſ. in §. Curare. Inſtit. de Act.

ACTA, à Commentarijs, ex Ciceronis uerbis diſtare, oſtendit Bud. in Annotat. ad l. abeſſe. de Minor. nempe Commentarios eſſe priuatam memoriam: Acta autem debere eſſe memoria publica teſtata, quæ in ærario eſſe ſolebat. Sp.

ACTA, & Actitata. Vide, Poſitio.

ACTA coram iudicibus de priuatis cauſis confecta, ea iure noſtro, ut atteſtatur Alciat. priuatorum acta. l. in fraudem. §. ex his. de Iur. fiſci. aut priuati actus. l. actus §. de Ferijs. uel acta forenſia. l. comparationes. C. de fid. inſtr. non autem publica appellantur. l. bona. de Verb. ſig. Iure tamen Pontificio, uel potius recentiorũ conſuetudine, Acta publica latius accipiuntur, nempe pro omnibus iudiciarijs inſtrumentis à notario tanquam publica perſona confectis. arg. c. quoniam contra. de Probat. Sp.

ACTA diurna, quæ per ſingulos dies fiunt & ſcribũtur. Hinc Actuarij ſcribæ apud Sueton. in Cæſ. cuiuſmodi eſſe apparet, quos hodie Eccleſiaſticum tribunal alumnos habet notarios contractuum. Spieg.

ACTA circumducere, id eſt, antiquare, & delere. Paulus de Re iudic. Acta apud ſe habita, ſi partes conſentiant, iudex poteſt ea die iubere circumduci: niſi uel negocium, uel lis terminata ſit. Sp.

ACTA à Geſtis ut diſtẽt, Iaſon diſſerit in l. ij. C. de Eden. Quanquã geſta elegãtius dicunt̃ res geſtę. Interdũ tamẽ, Roterod. teſte, Actus pro geſtis legimus. Sp.

ACTA honeſtè ſuperior etas, id eſt, in rebus honeſtis tranſacta.

ACTA præſidū notis ſcribere. l. inter eos. ff. Ex quib. cauſ. maior. Sp.

ACTA publica, quæ ad fiſcum, uel ad commentaria Principis, uel ad grammatophylacium pertinent. Sed & Acta publica, pro libris etiam & tabulis cōtinentibus publica ciuitatis acta, id eſt, negocia, quæ & pro legib. (Statuta uulgus appellat) plerunq; intelliguntur. Id quod apud Plinium iuniorem, eruditiſs. uir Catanetus adnotauit. Sp.

ACTOREM fruſtrando efficere, hoc eſt, litem calumnioſe deferre. Africanus in l. ff. de procurat. Sp.

ACTOREM ad priſtinum actum redire. Vide Iureconſ. in l. quæſitum. §. Papinianus. ff. de Fund. inſtr. Sp.

ACTOR in cauſis forenſibus, generali uocabulo is eſt, qui agit, & uocat aliū in ius (der clåger) quippiā ab ipſo petens in iudicio. ff. de Iudi. l. in tribus. & ff. Fin. regun. l. iudicium. Hinc Actio, officium ipſum ius perſequendi. Dicitur & fabularum actor: ut & Actio fabulæ, hoc eſt, ipſa per geſtus repræſentatio. Actor itē pro eo, quem uulgus uocat Directorē, ſiue ſuperintendentē, apud Paul. in l. ult. de Offic. Pręſid. Vlp. ad fin. l. j. ff. de Ser. corr. & pro ſeruo ab Vlpiano ponitur. l. denunciaſſe. de Adult. Actorē quoq; appellant Iuriſconſ. petitorem: Reum uerò poſſeſſorem. ut in l. Carbonianū. §. ibidē Iulianus. ff. de Carbon. edict. Obſeruauit & Dn. Oldendorp. ciuitatis Procuratorem apud Vlpianum pro Actore poni, in l. nec ciuitatis. ff. de Procurat. Item Actorē & Syndicū promiſcuè accipi. l. j. ff. Quod cuiuſq. uniuerſ. nom. l. cū aliquā do. ff. negoc. geſt. Quęre Syndicū. Sp.

ACTVARIAE naues, id eſt, quæ remis aguntur, non modò uelis. Marcell. l. ſecū. de Capt. Vlpian. item: Quædam, inquit, naues onerariæ: quædam, ut ipſi dicunt, emphractæ ſunt, id eſt undique clauſæ: inſulſo reiecto ſcholio. Bayfius tamen in de Re nauali, hunc locum aliter legi poſſe indicat. Spieg.

ACTVARII, inter Scribarū ſpecies referuntur: quorū erat, Acta publica actiones'ue cauſidicorum in iudicio uelociter excipere. Oldē. Actuarij ſcriba ait, quos Notarios contractuum dicimus. Vide, Notarij & Librarij. Spieg.

ACTVM eſt, dicitur in ea re, de qua iam lata ſit ſententia. Donat. in Adelph. Terēt.

ACTVS, ſeruitus eſt, qua quis ius habet ducendi iumentū, uel uehiculū, nedum ambulandi per alterius fundum. l. j. & l. inter actum. ff. de Seruitut. ruſt. præd.

ACTVS nomine, omne quod agitur, complectimur. Paul. de Solut. Diſpenſatori, qui ignorante debitore remotus eſt ab actu, rectè ſoluit. Vlp. Qui purè teſtamento libertatē acceperunt, actus, quę uiuentib. dominis adminiſtrauerūt, rationē reddere nō cōpellunt. Eraſ. annot.

ACTVS maſculino genere reperit quidē, ſed in carmine. ut apud Lucanum, Licet ingentes abruperit actus. Cæterum, Actus qui à præſenti executione nomē habent, & legis fictione, uel interpretatione inducti ſunt, ueluti emancipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio, ſeruioptio, datio tutoris, neq; diem, neq; conditionē accipiunt: quoniā dies, uel cōditio nomini ipſius actus, executioniq; repugnat. Vide l. actus. de Reg. Iuris. Sp.

ACTVS conditionalis, ad effectum illum neceſſarius eſſe definit, qui aliter quàm cōditionaliter geri nequit: id eſt, niſi ſub tali conditione geratur, ad præſtitutum effectum perueniri non poteſt. Ex Salomonio. Spieg.

ACTVS extranei qui ſint, not. Inſtit. de Teſtam. l. hæredes palàm. §. fi. de Duob. reis. l. duos. in fin. de Verb. obligat. cum ſimilibus per Albericum citatis.

ACTVS forenſis, qui in iudicio uerſari conſueuit.

ACTVS legitimi explicantur in l. actus. de Reg. Iur.

ACTVS plures reſpicientes unum finem, dicuntur unum negocium. ut arare, ſerere, & ſi quæ ſimilia. l. ſi pupilli. §. final. ff. de Neg. geſt. Sp.

ACTVS priuatus quis ſit, uide. ff. de Itin. actu q; priuat. in prin.

ACTVS publici, & priuati. uide l. actus. C. de Ferijs.

ACTVS rerum, eſt quem uulgò rerum & negociorum expeditionem uocant.

ACTVS uoluntarius dicitur, qui diuerſimodè geri poteſt: & ex contrario, qui nō niſi uno modo geri poteſt, dicitur neceſſarius. Ex Bartoli doctrina. Sp.

ACVI, præteritum ab aceſco. Vlpianus: Si uinum

Si uinum ueditũ acuerit, uel quid aliud uitij ſuſtinuerit, id eſt factum fuerit acidum, acorem contraxerit. Sp.

ACVLEOS tranlatè, pro ſeueritate pœnę ſumi, in Conſtitutionib. ab Alberico indicatur. Sp.

A D.

AD cuſtodiã templi ſeruos relinquere, itẽ ex eo tẽpore, quo tẽplum explicitũ fuerit, apud Scæuolam in l. ſeruos. ff. de Aliment. legat. Spieg.

AD, particulatim pro iuxta, in Iure noſtro accipi, monuit Alciatus in comment. ad tit. de Verb. ſig. & Albericus uariè eam accipi, per exempla demonſtrat. Sp.

AD præpoſitionem, uulgus forenſium hominum in appellationibus plerunq; adiungit: quum frequentius, atq; ornatius ſit, Inſulano teſte, ut ſcribatur, appellat ſuperiorem iudicem. Sic Papinian. §. fin. l. in honoribus. de Vac. mun. Qui maximos Principes appellauit, & cauſam propriã acturus, Romam profectus eſt. Sp.

A. D. apud priſcos notæ erant, ante diem ſignificantes. Quod imperiti ſcriptores cum ignorarent, pro a. d. ſcripſerunt, ad. Rectè igitur illud eſſe animaduertendũ, monuit Paul. Manutius, quod ubi apud Ciceronem in impreſsis libris legitur, ad iiij. Cal. ad vj. Id. ad iij. Non. & ſimilia, in uetuſtioribus libris legi A. d. Lege & ante diem. Sp.

ADACTVM iuſiurandum dicebatur, id quod non uernaculum eſſet, ſed peregrinum, & aliunde aſcitum. ut ſi quis Chriſtianus Iudaico more iuret: uel quod nõ ſpontaneum, ſed adactum ſit: uel quod ſponte ſuſceptũ, nemine cogente, ſi Suidæ credimus, & Etymologico: ex Chiliad. Eraſ. Spieg.

ADAM. Vide, Homo tametſi. &, Hominis appellatione.

AD aliud miniſteriũ trãsferre. l. Si cui balinei. ff. Quib. mod. uſusfruct. amit. Sp.

ADAQVARE pro irrigare, ut & apud Palladium, uerbũ eſt, Rhodigino teſte, uulgo non frequens.

AD arma & rixam pręcedere pati pętor non debet, quos poteſt in ſua iuriſdictione cõponere. l. ſi cuius. §. ſed etſi inter. ff. de Vſufructu. Sp.

AD Calen. Ian. atque item de cæteris, qui eiuſmodi loquẽdi figura exiſtimant ſemper tempus reddi incertũ, eos errare indicat Eraſmus, in de Cõſcribẽd. epiſt. Sp.

AD conſtitutũ diẽ uenire, ſignificat quod uulgus diceret, uenire ad præfixũ diem, ſiue terminum. Sp.

ADDERE quid ſit propriè, not. in l. Ius ciuile. ff. de Iuſt. & iur.

ADDERE colophonem. Vide infrà, Colophonem cauſæ ponere.

ADDERE fidem, pro confirmare, apud Plinium iuniorem.

ADDICO, pro eo quod eſt adiudico, capiunt Iuriſconſulti. Titulus eſt, De in diem adiectione: pro eo quod eſſe debuit, de in diem additione. Vlpian. in l. quoties. eod. tit. Quoties, inquit, fundus in diem adijcitur. Et ibidem, Si res in diem adiecta ſit. pro, addicitur & addicta ſit. Item & in tit. de Fideicõmiſ. lib. ſæpe ſic legitur. Nebriſs.

ADDICERE, eſt licitanti rem auferendã permittere, hoc eſt, auctionẽ facere, bona ſua proſcribere, & licitantibus obijcere. Vnde Addicere in publicum, pro publicare. Addicere opus aliquod, pro locare faciendum, apud Cicer. & Addicere morti, apud eundem, pro deſtinare & deuouere. Eſt ubi pro damnare ſumitur. Vide Feſtum.

ADDICERE nummo, Prouerbiale eſt, quod uulgò dicunt, fragmẽto panis uendere: quod donationis eſt inſtar, cum ob tentu uenditionis rem donantes, inuidiã donationis uitamus: aut pudori accipientis conſulimus, ut Budæus atteſtatur. Sed & Eraſmus noſter indicauit prouerbiale eſſe, Nummo addicere, pro eo quod eſt, minimo uendere. Eſt autem fucus, quo legibus imponitur, prohibentibus donationes. l. ſi quis conduxerit. ff. Locati. l. ſi quis ante conduxit. ad fin. de Adquir. poſſeſs. Sp.

ADDICTI dicebantur oberati, qui & Nexi uocabantur, qui Leg. xij. tab. ob æs alienum creditoribus in temporariam ſeruitutem addicebantur. Bud. in Annot. priorib.

ADDITAMENTVM eſt, quod priſtinis bonis poſtea acceſsit. l. quoties. §. cõſtat. ff. de Admin. tut. cum ſimil. locis, quos Albericus citat. Sp.

ADDITIO, pro adiectione, nõ facit perpetuò rẽ nouã: ſicut nec detractio. Qua de re præ cæteris uidendus Iaſon in enarratione ſuprà citatæ l. Ius ciuile.

ADDITIONALES, uulgò uocant nouos articulos prioribus addendos. Vide Specul. de Depoſit. §. Quarto.

ADDITVS, pro datus. in l. cum furioſus. Itē l. Iudex datus. ff. ubi quis ager. Sp.

ADDVCI, declaratur interdum per uerbum uenire. ut, res in crimē adducta eſt, hoc eſt, in crimen, ſiue criminationem uenit. Interdū per uerbum redigere. ut, In anguſtum res adducta eſt.

ADDVCI in iudicium, apud Ciceronem pro Cluentio.

ADEMPTA hæreditas filio eſſe dicitur, quando non inſtituitur. l. ſicut certi. C. de Teſtam. milit. Sp.

ADEMPTIO ciuitatis eſt, cum quis ſua ciuitate expulſus, in exiliū agitur.

ADFILIATI. Vide Eccleſia.

ADFINE, quod cum re ipſa aliquam habet ſimilitudinem, aliquam adfinitatē. Plura exempla ex iure noſtro collegit diligenter Apellus, cap. vij. Method. Sp.

ADAERARE, ab ære deductū eſt, quare ſine aſpiratione ſcribi debet, in l. ſeptem. C. de Erogat. milit. annon. lib. xij. ut legitur in editione Haloandrina. Eſt autē Adærare, ære æſtimare, An gelts wert anſchlagen. Eſt autem huius l. ſenſus, exponente Budæo, ſpecies quæ militibus Stellaturæ cauſa penditur à Prouincialibus, ſi pecunia permutentur, æſtimari tanti debere, quantum eſt fori precium. Accurſius hic Adæratas ſpecies perperam intelligit, quiꝗ ſequuntur eum, ad ærarium delatas, pro ære æſtimatas. Simili modo in l. unica. C. de Collat. donat. lib. x. adærationem interpretatur æris præſtationem. Sp.

ADAERATA prædia ab eo dicta ſunt, quod à frumentaria, aut uinaria, ſpeciariáque præſtatione ad ærariam redactæ ſunt. Budæus.

ADESSE trifariā accipit̄. Adeſt, qui præſens eſt, cui cōtrariū Abeſſe. Secūdò adeſt, qui auxilio eſt, fauetꝗ. ſic adſunt propriè aduocati, patroni et amici, teſte Donato in Phorm. Tertiò ſignificat aduenire. Huc ades ô formoſe puer: id eſt, huc ueni.

ADESSE porrò nolle, non uidetur, qui latitat. l. ſi eum ſeruum. §. hæc uerba. ff. de Fideicom. libert. Sp.

ADFILIARI, Vide Eccleſia.

ADFINE, quod cum re ipſa aliquā habet ſimilitudinē, aliquā adfinitatē. plura exempla ex iure noſtro collegit diligenter Apellus, cap. vij. Method. Sp.

ADFINES ſunt uiri & uxoris cognati: dicti ab eo, quòd duę cognationes quæ diuerſę inter ſe ſunt, per nuptias copulant̄, & altera ad alterius cognationis finē accedit. Caius in l. j. ff. de Adfinib. & nomin. eorum. Spieg.

ADHAERENTES qui ſint, ut uulgò nūc uocant̄, uenuſtè oſtendit Felin. in Rubr. de Treuga & pace.

ADHIBERE, pro conuocare, citaréue. Vlpian. l. nā ita. de Adopt. Adhibitis etiā qui contradicerent, id eſt, qui lęderētur confirmatione adoptionis. Sp.

ADHIBERE uim, eſt uim afferre, ſiue cogere: Adhibere dolum, fraudē, calumniam, eſt uti in negocijs agēdis dolo, fraude, calumnia. ſiquidē huius uerbi ſignificatio ferè per uerbum Vtor declarari poteſt. Sp.

AD honorem prætoris uenire. Vide in l. ius autem ciuile. ff. de iuſticia & iure. Itē Olden. in Reſtaurat. polit. Sp.

ADIACENTIA poſſeſsionum quæ ſint, uide not. C. de Bon. uacant. l. ij. lib. x. l. libertinorū. §. chartis. ff. de leg. iij. Interdū adherentiā ſignificat, ut atteſtat̄ Alberi.

ADIECISSE, pro uendidiſſe interpretātur apud Paul. in l. ij. §. tueor. Pro emptore. Spieg.

ADIECTIO dominij, acquiſitio eius eſt, quę ſola legis autoritate defenditur.

ADIECTIO bonorum, ubi propriè non eſt hæreditas, ſed ſola principis autoritate quis pro hærede habetur. Sic,

ADIECTIO familiæ, & Adiectio in diē fit. Alc. in de Quinꝗ ped. preſc.

ADIECTIONE ab alio ſuperari. Vide Hermogenianū, l. Si in emptionem. ff. de Minorib. Sp.

ADIECTIONES, Iuſtinianus Inſtit. §. fin. de Succeſs. libert. accipere uidet̄ pro modis Rom. ciuitatis, familiarumꝗ Romanarū ius aſſequendi, ſi Alciato credimus: qui tamē non negat, eo in loco Accurſij interpretationem probabilem eſſe. Vide cap. xvij. lib. j. Parerg. Sp.

ADIECTVS fundus intelligitur, quando melior allata eſt cōditio. l. quod aūt Sabinus. de In diem addictione. Siquidem Adijcere, pro addere in iure accipi, notius quàm ut probari debeat. Eſt itē reperire.

perire, ubi conſentire ſignificat. Sp.

ADIICIALES cœnę: Lege Septemuiri.

ADIGERE iureiurando, ſiue ad iuſiurandũ, ut Vlpian. dixit, in §.fin.l. adoptiuũ. de in ius uoc. dicitur is, qui cõceptis uerbis aliũ iurare coegit: hoc eſt, qui uerbis arbitrio ſuo dictatis, iureiurando eum aſtringit: quod nõnulli, Budęo teſte, Adiurare dicũt. Qui autem ſic aſtrictus eſt, dicitur iureiurando adactus, uel adactus in uerba eius qui adegit. Verba Vlpiani ſic habent: Sed ſi iuſiurandum adegi, ne uxorem ducat, ne nubat, impunè in ius uocatur. Sp.

ADIGERE arbitrũ, pro ad arbitrũ agere: qua figura iuris ciuilis Cicero pleriſq; locis uſus eſt, corruptis tamen ferè uulgò locis, annotante doctiſsimo Ioach. Camerario Babenberg. Sp.

ADIMERE qualiter quis intelligatur, declaratur toto titulo, de adimend. legatis. Vide Perimere.

ADIMPLERE, uerbum rariſſimum, quo Imp. uſus eſt Inſtit. de contrahen. empt. §. Ita tamen. uidetur´ que idem eſſe quod impleo. Sp.

AD inſtar, non tantùm apud eundem, ſed etiam apud iureconſultos legimus. Locos indicat Alberic. Seruius dici negat, ad inſtar. Beroaldus item apud Apuleiũ monuit, nos ſimpliciter dicere, inſtar. Vlpianus ait: Publiciana uerò, adinſtar proprietatis, nõ adinſtar poſſeſsionis reſpicit. l. ſed & ſi res. ff. de Public. in rem actione. Vide, Inſtar. Sp.

ADIPISCI iudicium, ſiue ius, quod et ius obtinere dicitur: **Die ſach mit vrtheil erlangen.**

ADIRE hereditatẽ, et bonorũ poſſeſſionẽ petere, Paul. æquiparat: tametſi Aditio hæreditatis, quia illi è ciuili iure origo perpetua eſt. l. licet. C. de Iure delib. Bonorũ uerò poſſeſsio quia à pretore cauſam habet, temporaria eſt. Nam prætoris officiũ anguſtiore clauditur tẽpore. Hinc filius ſine patris iuſſu poteſt agnoſcere bonorum poſſeſsionẽ: adire autem hæreditatẽ non poteſt, niſi ſcrutata patris uoluntate, quũ facilè peti poſsit, non excluſa ſpacio temporis. Hęc eſt germana ratio diuerſitatis inter aditionem hæreditatis, et bonorũ poſſeſsionem, quam Pyrrho debemus, nihil uerito à recepta gloſſæ opinione recedere, etiam per Bartol. & Ang. & Iaſon. probata. Sp.

ADITIO. Theophilus autor eſt, quòd hęreditatẽ acquirere in extraneo dicatur Aditio: in neceſſarijs, Immiſtio. Et quod hęreditatem non admittere, in extraneo dicatur Repudiatio: in neceſſario, Abſtentio. Spieg.

ADIVDICARE, eſt iudicio peracto, rẽ cõtrouerſam actori addicere. notat Alc. de Ver. ſig. **Zůerkennen/Zůſprechen:** cui contrarium eſt, Abiudicare, **Aberkennen/Abſprechen.** Caius in l. ſi idẽ. ad fi. De iuriſdict. Quia tota res, inquit, in iudicium uenit, & uel uni adiudicari poteſt. Porrò, adiudicare pignus, addicere, & in ſolutum dare, quo diſtent, ex ueritate textuum excutit acutè, & ut ſolet, fideliter, Zaſius, in. l. à diuo. ff. de Re iudic. Spieg.

ADIVDICATIO propriè habet locum in iudicijs diuiſorijs. l. ſi quid putatis. §. ſi quis fundum. et §. officio. ff. Com. diuid. cum ſimil. per Alberic. citatis. Vlpianus l. ij. ff. Fin. regund. Iudici, inquit, fin. regũdorũ permittitur, ut ubi non poſsit dirimere fines, adiudicatione controuerſiam dirimat. Sp.

ADIVDICATIO neceſſaria eſt, emptio uoluntaria. Paul. in l. ſi pignori. ff. Famil. erciſcund. Adiudicationes prætor tuetur. l. inter. §. ſi familię erciſcund. ibidem.

AD iudicis religionem pertinere. l. ij. ff. Si uſufruct. petat.

AD iudiciũ occurrere non poſſe, apud Vlpian. in l. ij. §. j. Si quis caution. Sp.

AD iudicium uenimus hoc modo, ut totã litem aut obtineamus, aut amittamus. Ad arbitriũ hoc modo adimus, ut neq; nihil, neq; tantùm, quantùm poſtulauimus, conſequamur. Budęus in Annot.

ADIVVARE, pro adminiculari, apud Paul. in l. legitima.. de Pac. In uſib. feud. denotat opem ferre, & auxiliari. Hic finitur lex. per ibid. not.

ADIVTRIX, cognomentũ legionis Romanę, cuius mentio in Cõſtantini Imp. conſtit. l. fin. C. de Caſt. pec. lib. xij. Sp.

ADIVTORIVM quis præſtare dicatur, canoniſtæ pulchrè explicãt in c. ult. ext. de Homic. Vocabulum extat & apud alios receptos autores. Sp.

AD libertatem uindicta manumittendo perducere. l. filius. ff. de Dolo malo. Sp.

AD limina ſeruus, pro Atrienſi. Bud.

AD manus nummos non habere, uenuſtè dixit Africanus, in l. tutor.ff. ad S. C. Vell. pro eo, quod & non minus elegãs eſt, pecuniam ad manum nõ eſſe. uulgò aiunt, In promptu non eſſe. Sp.

AD manum ſeruus is dicitur, cuius manu ad literas ſcribendas Princeps, aut quiuis alius utitur: eſtq; idem qui & à manu & Amanuenſis dicitur.

ADMENSVM uinum, ridiculè interpretantur pro uino ad menſam uenditum: tametſi Haloander annotat, aliàs deeſſe hæc uerba, in l. ſi per emptionem. ff. de Pericul. & commod. rei uend. Eſt autem admenſum uinum, idem quod ſimplex menſum. Sic Cato de Re ruſtica, Vinũ emptoribus ſine moleſtia hoc modo admetiri debet. Sp.

ADMINICVLVM, adiumentũ. Vlpian. l. j. ff. Si uſusfr. pet. §. j. Vſusfructus legatus, ait, adminiculis eget, ſine quibus uti frui quis nõ poteſt. Propriè dicitur ſuſtẽtaculũ ſiue fulcimentum rei alicuius. Sp.

ADMINICVLA. Vide l. inſtrumenta. C. de Probat. l. ij. §. j. conſtit. pec. l. j. ff. Si uſur. pet.

ADMINISTER, id eſt magnus & præcipuus miniſter, uox Ciceroni familiaris. Ad enim habet uim intendẽdi. Adminiſtrationis appellatiõe, apud Canoniſtas continent̃ tantũ eccleſiaſtica officia, nimirũ exẽplo tutoris, qui adminiſtrator in iure noſtro appellat̃, diciturq; habere officiũ. l. alienã C. de procurat. Notum eſt & apud Cæſarem, idoneum latinitatis autorem, adminiſtrare pro gubernare accipi. Spieg.

ADMINISTRATIO libera quæ ſit, uide in l. filius famil. ff. de Donat. Vlp. in l. cum actũ. ff. Negoc. geſt. caſum indicat, quo ex ſuperioris temporis adminiſtratione nihil amplius in iudicium deduci poteſt. Cæterùm adminiſtrationem rerum liberam, qualem dominus habet, procuratori commiſſam, Barbari altam & baſſam uocant. Ex Oldendorp. Sp.

ADMINISTRATOR is eſt, qui rerum publicarum, ſeu temporalium curam gerit: at Magiſtratus, qui iuriſdictionem exercet. Azo. C. de Adminiſtr. reipub. lib. x. in Rubr.

ADMINISTRATORES in iure noſtro dicũtur maiores Magiſtratus: quòd illi ſolam meri imperij adminiſtrationem habeant. quæ uox eum comprehendit, qui alieno nomine, nõ proprio agit, ut atteſtatur Accurſius in Rubr. de Adminiſtr. reipub. lib. C. xj. Quod & iuramenti formula probatur, qua iurant, Magiſtratus occaſione, traditæ adminiſtrationis fidem ſe Cçſari ſeruaturos. in Aut. Iuſiur. quod præſt. Vides, quo te titulo uendis, qui ais te liberum eſſe: nihil ad te ius meri imperij pertinet, quod ſolius Imperatoris eſt: tantum exercitium tibi cõpetit. Spieg.

ADMISSIONALIS is dicitur, cuius officium eſt, admittere aulicos intra cubiculum ad Principem ſalutandum. Camerarios nunc appellant.

ADMISSIO, pro permiſſu: quemadmodum admittere, pro fieri ſinere, nonnunquam uſurpatur. Notum admittere homicidiũ, pro committere, & ut uulgò dicitur, perpetrare, apud Iuriſconſ. in l. j. §. pen. de Sicar. & pro delinquere ſimpliciter, in l. ſpurij. in prin. ff. de Decurion. Spieg.

ADMITTERE, pro marem fœminę, aut mari fœminam admouere ad initum (zũ lauffen) apud Vlpian. in l. Si quis uxori. quum ait, Si quis aſinum meũ in equas ſuas τῆς γονῆς duntaxat χάριν captum admiſiſſet, furti non tenetur. Vide hoc loco Budæum. Sp.

ADMITTERE uim, pro facere uim, uim inferre. Admitti uim alicui, pro pati uim, Vlpian. in l. Item ſi cum. ff. Quod met. cauſ.

ADMONEMVS propriè de re quæ nondum in mentẽ uenit ei qui admonetur. Vndè apparet, interpretes non admodum rectè, ꝓ corrigere, exponere apud Paulum in §. ſciendum eſt autem. de Officio præfect. uigil. tum alibi. Sp.

ADMONITIO protelatur. in §. fin. l. ij. ubi quis ager.

AD nos pertinere intelligitur, quod competit nobis iure uel dominij, uel poſſeſsionis, uel curæ, ſiue adminiſtrationis. argum. l. j. §. quod ait. de Offic. præfect. urb. Spieg.

ADNOTATIO, reprehenſio eſt, quæ fit motu proprio Principis, ut tradunt Doctores in l. non aliter. C. de Pactis. Fit autem nonnunquam reſcripto Principis, paucis adhibitis. C. de Sacroſan. eccl. l. iubemus. Quandoq; fit ſine teſtibus adhibitis.

hibitis. C. de Probat.l. inſtrumenta. in gloſs.j.

ADOLESCENS & iuuenis, Caio idem. l.patri.ff.de Minorib.Sp.

ADOLESCENS & pupillus equiparantur furioſo, quia non rectè intelligunt.l. diem proferre.§.coram.ff.de Recept.

ADOLESCENS luxurioſus, apud Vlpian.in l. Si uerò non remunerandi cauſa. Mandati. Quære infrà, Luxurioſus.

ADOLESCENTES, qui moribus & ſolertia præditi ſunt, tametſi legitimam ætatem nondum expleuerint, anno tamen uigeſimo poſſunt impetrare ueniã adminiſtrandarum rerum. l. ij. in prin. C. de his qui uen. ætat.impetr. Alioqui prætor opem pollicetur eis ceu minoribus annis xxv. Et ideo in hanc uſque ætatem adoleſcentes curatorum auxilio reguntur: nec antè rei ſuæ adminiſtratio eis committi debebit, quanquam bene rem ſuam gubernantibus. teſte Vlp.l.j. de Minorib.Sp.

ADOLESCENTIAM, quæ pubertas eſt, Iuriſconſultis placuit, à quartodecimo anno ſumere initiũ, uigeſimo quinto perfici.l.non aliter.§.j. de leg.iij.cum ſimil. Sp.

ADOLESCERE, pro incipere uigere, item pro ſuccreſcere & augeri, per metaphoram. Vide Rhenani theſaurum ad Tacitum.Sp.

ADOPTARE, eſt iuxta delectũ ſibi quos uelit in filios deligere: cùm natura nonnunquam diſsimiles parentibus producat, qui uel mortui, uel exhæredati, aut quòd ſterilitas in matrimonio apparet. Vigl. Inſtitut. de Exhæred.lib.

ADOPTATIO, idem quod adoptio, ſed in uſu rariſsimum.

ADOPTIO, gratuita quædam electio eſt alicuius in filium. Hinc qui ſic eligitur, adoptiuus uocatur. Theophilo eſt actus legitimus, naturam imitans, ad eorum qui liberos non habent, ſolatium inuentus. Placuit hæc diffinitio Placentino, cum Ioanne: licet ab Accurſio reprehendatur. Adoptionis autem origo antiquiſſima eſt. neque enim modò Romani, uerumetiam Græci, & ueteres Iudæi filios ſibi aſſumere conſueuerunt. Cauſam eius explicat Viglius in §.adoptiui liberi. Inſtit. de Exher.lib.Sp.

ADOPTITIVS, ex adoptato filiò natus.

ADOPTATI ex tribus manibus. Sic enim legendum, ut rectè cenſet alibi Alciatus in l.penultim.§. quæ autem de alijs.C.de Adopt. quòd de patris naturalis manu in fiduciarij manum traderentur: qui deinde in manum & poteſtatem adoptiui parentis dabit. Vnde in l. ſeque. per tres mancipationes adoptionem fieri legimus, quas Imp. Iuſtinianus antiquauit. Sp.

ADPROMISSOR dicitur, qui alienæ promiſsioni accedit, id eſt fideiuſſor: eadem ratione qua adſtipulator, qui ſtipulatori accedit. Pomp.l.v. de Verb.oblig. Satis acceptio, eſt ſtipulatio, quæ ita obligat promiſſorem, ut ad promiſſores quoque ab eo accipiantur, id eſt qui idem promittant. Sic enim ibidem legendum iuxta editionem Nor. cui ſubſcribit Alciatus in Parerg. & non expromiſſores, ut uulgò habetur. Sp.

ADPROBATVS fideiuſſor apud Caium in l. Si uerò. ff. Qui ſatisdar. cogant. Spieg.

AD quem ea res pertinet. Hæc iuriſconſultorum uerba, ſenſum recipiunt uarium, ut uidere eſt apud Albericum. Sp.

AD quemcunque ex teſtamento meo, uel ab inteſtato. uel ita: Ad quemcũq; quoquo iure bona mea perueniant. hæc uerba quid uelint, Metianus de Legat.iij.l. ſi ita fuerit, oſtendit.

ADROGATIO, & adoptio differunt ſecundũ Gel. Cum in alienã familiam, inquit, inq; liberorum locum extranei ſumuntur, aut per prætorem id fit, aut per populum. Quod per prætorem fit, adoptio dicitur: quod per populũ, adrogatio. Modeſtin. autor eſt, adrogationem ab adoptione differre, ut ſpeciem à genere. Adoptionis enim nomen generale, in duas ſpecies diuiditur: quarum altera adoptio ſimiliter dicitur, altera adrogatio. Nebriſs.

ADORATIO, pro proſternatione corporis exhibita reuerentia ponitur interdũ, uti regibus & ſummis principibus in Orientalibus regionibus ſolet fieri: noſtris enim tãtum genua flectuntur, niſi quòd Pontifex Romanus imitatus Perſarũ reges, non ſolum patitur adorari ſe, hoc eſt proſtrato corpore uenerari, ſed etiam pedes ſibi oſculari: idq; non à uulgaribus, ſed aliqua etiam dignitate preditis. reli-

quis magnam gratiã facit, ſi oſculari pedum ſuorum ueſtigiũ permiſerit. Adeò Petri ſucceſſor (ut ait Aretius) & Chriſti uicarius dignitate & honore tam Chriſtum quàm Petrũ ſupergreſſus uidetur.

ADORARE, iuxta Alberic. impropriè dicitur adorari princeps. C. de Fabricen. lib. xj. & cum ſalutatur. l. Sãcimus. C. de Conſulibus. lib. xij. Sed ex uerbis Laur. Vallæ cap. xj. lib. Elegant. v. ſatis colligimus, Adorare id eſſe propriè, quod humiliare ſe, & reuerentiam facere uulgò dicimus, hoc eſt, uel flectẽdo genua, uel proſternendo corpus uenerari, **Zů füß fallen, oder eren mit zů füß fallen.** quẽmadmodum reges, principes, & præſtantes uiros debito honore proſequentes, uel genua flectendo, uel corpus proſternendo ueneramur. Sic Iacob fratrem ſuum Eſau ſepties adorabat in terram, hoc eſt, ſepties proſternendo ſe coram illo in terram. Eſt ad noticiam bonarum literarum quidam etiam Scripturę, & quidem per omnem linguam peritiſsimus, qui monuit, Adorare, cum pro Dei cultu accipitur, expreſsius reddi poſſe à noſtris per **Ein Gottes dienſt thůn/oder Got vereren**, quàm per **anbetten**. plus enim tum ſignificat adorare, quàm in formam precantis procidere, quod **anbetten** uidetur propriè ſignificare. Quę Alberic. de Latreia & Duleia inſulcit, non poſſe conſiſtere, itidem cognoſces, ubi legeris quæ Valla diſſerit aduerſus Theologos, in cap. iiij. apud diuum Matthæum. Sp.

ADSCRIBERE, eſt adiungere, cuius extat inſignis ſimilitudo in lib. de Natur. deorum iij. Ciceron. Hinc ciues & coloni adſcriptitij. Sp.

ADSCRIPTITII. uide, Adſcribere.

ADSERERE ſibi procurationem nulli licere. l. quæ omnia. ff. de Procur. Sp.

ADSIDERE in prouincia ultra tempus. l. qui. ff. quib. cauſ. maior. Sp.

AD ſimilitudinẽ abſentis haberi. l. qui mittuntur. ad fin. ff. Ex quib. cauſ. maior. Sp.

AD ſubſellia, id eſt apud iudices.

AD ſummam rempublicam, interpretantur ſummam reipublicæ utilitatem, in l. ſi is qui nauem. ff. de Exercitat. act. Sp.

AD tempus, duobus modis ſumitur. Vno modo, ad conditionem temporis, neceſſitatem & opportunitatem, Altero, ad ſpacium temporis.

ADVENA. Seruius: Omnes terræ habitatores, aut indigenæ ſunt, aut aduenæ, aut conuenæ. Indigenæ, ſunt inde geniti: Aduenæ, de uno loco uenientes: Conuenæ, de diuerſis. Interpretes aduenam eum accipiunt, qui alicubi temporaneam moram agit. l. hæres abſens. §. j. Vide l. omnes peregrini & aduenæ. C. Commun. de ſucceſsio. Quod quidam exiſtimant, aduenam eundem eſſe qui & incola dicitur, non ſubſiſtit. Sp.

ADVENAE. Vide Budæum in Annot. in l. pupillus. de Verborum ſignifi. Sp.

ADVENTITIA bona ſunt, quæ non recta ſucceſsione, puta patris & aui, ſed ex legatis, aut aliter caſu aliquo nobis adueniunt: id eſt, quæ non iure agnationis, ſed ab extraneis, & inſperatò accedunt, in quibus ueniens uſumfructũ, & liberalem adminiſtrationem habet.

ADVENTITIA bona, hoc eſt, aliunde quàm à parentibus acquiſita.

ADVENTORIVM autem, quod amico aduenienti occurrit, ut epiſtola. Sp.

ADVENTITIA dos. Vide, Dos profecticia.

ADVENTITIA neceſsitas intelligitur, ubicunque repentè aduenit aliquid peragendum, quod ad publicam utilitatem ſpectet. Vide Alciatum, enarrantem l. placet. C. de Sacroſancta eccl. Sp.

ADVENTITIVM peculium. Lege, Peculium profectitium.

ADVERSA pars, eſt noſter aduerſarius, ſeu aduerſaria, aut etiam multi in eadem cauſa nobis aduerſarij. Quintilianus libro ſeptimo: Nam & noſtra confirmanda, & aduerſæ partis deſtruenda finitio. Spieg.

ADVERSABILE, quod aduerſum eſt, & contrarium homini. Auerſabile uerò, quod auerſari debemus, & hoſtiliter cauere. Sp.

ADVERSARVM rerum nomine continentur, morbus, damnum, carcer, exilium, & cætera eiuſmodi. Sp.

ADVERSA tempeſtate, de mari accipiendum, in l. nauis. ff. ad Leg. Rhod. quæ non ſemper aduerſa eſt. Sp.

ADVERSARIA, in fœminino genere à Cicerone uſurpatur. Sic etiam aduerſaria dici poteſt mulier, quæ aduerſus nos iudicio contendit. Sp.

ADVERSARIA, tumultuariæ quædam tabulę erant, quæ ante tabularum confe ctionem præſcribebantur, ne memoria rerum excideret, ut ex ijs poſtea tabulæ iuſtæ & æternæ fierent. Budæus in l. talis. §. ſocer. de Iure dot. Alciat. lib. ij. Diſpunct. cap. xxix.

ADVERSATIVA particula ſeruans naturā ſuam, aduerſatur in iure & in facto. l. hoc amplius. §. de his. ff. de Dam. infec. Spieg.

ADVERSARIVS propriè dicitur, qui aduerſus nos litigat in iudicio: alio nomine dicitur pars aduerſa: ſed hoc eſt generalius, quia & de fœmina, & de multis ſimul dici poteſt. Sp.

ADVERSO caſu laborare, apud Vlpianum, l. prima. in princip. Ex quibus cauſis maior. Vide Beroald. in tertiam. Tuſcul. Spieg.

ADVERSVS edictum feciſſe propriè dicitur, qui uetante prętore fecit.

ADVERSVS bonos mores conuicium fieri, Vlp. declarat. in l. item apud Labeonem. de Iniur.

ADVERSVS omnes, exponitur in l. naturaliter. ff. de Vſucap. l. qui ſit fugitiuus. ff. de Aedil. edic.

ADVERSA ualetudo: contrarium eſt, bona, ſecunda, proſpera. §. final. Inſtitut. de Curat. §. item propter. de Excuſatio. tuto.

ADVERSA uulnera, quæ in pectore fronte'que accepta ſunt, & laudi dantur. Auerſa, quæ in tergo, & probro dantur. ex Valla. Sp.

ADVERSVS exterū poſſeſſorem actionem dirigere. l. j. §. Si ergo. ff. Si pars hæredit. pet. Sp.

AD uiſitandum dominum uenire, Scæuola, uſu retinetur ſeruitus, cum ipſe cui debetur, utitur, qui'ue in poſſeſsione eius eſt, aut mercenarius, aut hoſpes, aut amicus, uel medicus, qui ad uiſitandum uenit, uel colonus, uel fructuarius. Sp.

ADVLANDI ſtudiū, l. j. & ij. C. de Stat. & imag. Adulamur ſeruiliter, Valla inquit, etiam geſtu, quod nobiſcum commune eſt canibus. Fr. Phil. libro ij. Conuiuior. Adulari poſitū eſt, ait, in ficto & ſimulato uultu, ac geſtu corporis: dictū, quaſi adurari, ab cauda, quam Gręci οὐρὰν uocant. Nam canes, cum cibi quidpiam ueluti poſcunt, motu alludentis caudæ adulantur. Aſſentari uerò, ad gratiam loqui eſt: eo'que aſſentatio non tribuitur mutis animantibus. Sp.

ADVLATIONIS cauſa dicta uerba, quæ interpretes Curialia uocant, ut teſtatur Alciatus capite duodecimo libri ſecundi Parerg. quòd ſcilicet ſoleant aulici, & qui in principum comitatu ſunt, aliud ſentire, aliud loqui, nullam obligationem inducere traditum eſt: idem & de Verbis iactatorijs dicunt. l. diuus. de Milit. teſt. Sp.

ADVLTERARI rationes, per translationem, iuriſconſultis eſt conturbari, uel falſo deſcribi. l. j. in fin. de Ser. corrup. Sic adulterare iudiciū, pro corrumpere. Vide, Metaphora. Sp.

ADVLTER & adultera dicuntur, quia & ille ad alteram, & hæc ad alterum ſe conferunt. Feſtus.

ADVLTERIVM propriè in nupta committitur, propter partium ex altero conceptum, compoſito nomine. Stuprum in uidua, uel uirgine, ſeu qualibet alia muliere, quæ corporis quæſtum non facit. Græci διαχόρευσιν appellant. Alciatus Diſpunct. libro primo capite uigeſimoſexto. Rectè tamen Lex Iulia hæc duo promiſcuè appellat: non quòd omne ſtuprum ſit adulterium, ſed quòd omne adulterium ſit ſtuprum. Apud nos adulteriū pugnat cum ipſa natura matrimonij. Nam Deus inſtituēs matrimonium, dixit: Et erunt duo in carne una. Itaque iam non ſunt duo, ſed una caro. Quòd ſi coniugiū ex duobus facit unū, et adulter rurſus ex uno facit duo, certè adulteriū pugnat cum ipſa natura matrimonij. Sp.

ADVLTERINVM dicitur, quicquid nō eſt legitimum, ſed ſuppoſititium. Sic anulus quo ſigna imprimuntur, adulterinus dici poteſt, ut Ad legem Corneliam de falſ. l. Cornelia. ubi Modeſtin. ait: Qui ſignum adulterinum fecerit, uel exculpſerit. Africanus quoq; in eodem titulo l. ſi quis. Quòd ſi teſtamentum, inquit, adulterinum non eſſet. Item ad legem peculatus. l. ſacrilegij. Vlpianus ait, Non uidentur adulterinam monetā exercuiſſe. Nebr.

ADVLTERINA moneta, quæ pro uera aſsimilata eſt. l. ij. C. de Fal. mon. Adulterina ſcientia, quæ nec legitimo tramite, nec loco priuilegiato traditur. Vide Iuſt.

in procemio Pandectarũ §. diſcipuli igitur. Spieg.

ADVLTERIORVM legem nullam ante Cæſarem Auguſtum fuiſſe traditur. Quære infrà, Lex Iulia.

ADVOCARE, ſignificat pro opponente poſtulare: & aduocatus dicitur, qui aliqua in cauſa patrocinium ſuum præſtat. Aduocatus uerò non poteſt eſſe notarius in eadem cauſa, ut eſt inuenire in l. uniuerſas. C. de Decurionibus libro, decimo.

ADVOCATIONE & foro interdicere, prohibere eſt ab officio aduocãdi: quod genus pœnæ eſt. Foro tamen plus eſt, quàm aduocationibus interdicere. Siquidem huic omnino forenſibus negocijs accommodare ſe, non permittitur. autor Vlp. in l. moris. de Pœn. Papinianus autor eſt, Imp. Tit. Antonium reſcripſiſſe, Eum cui aduocationibus in quinquennium interdictum eſſet, poſt quinquennium pro omnibus poſtulare non prohiberi. l. imperator. ff. de Poſtuland. Spieg.

ADVOCATIONEM præbere, procurationem ſuſcipere. l. final. ff. de Inoffic. teſtamen.

ADVOCATI, ſiue patroni, ijdem oratores cauſarum erant, qui in foro, & uiua uoce cauſas tuebantur. Alciatus in l. credimus. C. de Pactis. Vlpian. in l. j. de Extraord. cog. Aduocatos, inquit, accipere debemus omnes omnino, qui cauſis agendis quoquo ſtudio operantur. Sed & Aduocatus qui alio nomine quaſi legatus, ſeu patronus uocatur, qui ſcilicet in forenſibus, ſeu extraneis negocijs patrocinatur. Hinc Aduocare, pro poſtulare paſsim legitur. Vide infrà, Patronus. Spieg.

ADVOCATVS monaſteriorũ, Teuton. Kaſtuogt, ut Zaſio uidetur. Qui inutilis foro extitiſſet aduocatus, uulgò Cauſidicus appellabatur, Quintilianus autor eſt. Spieg.

ADVOCATVS ueterator. Vide, Veterator.

ADVOCATORVM error non nocebit litigatoribus, ſi incontinenti, id eſt triduo proximo contradixerint. Sp.

ADVOCATVM malum ſolent dicere formularij genus hominum, ut quidam ait, pernicioſum, qui patiatur intra decem annos litem cõteſtari cum tutore aut curatore, ut eſt apud Speculatorem abominabile exemplum de Vberto in Tit. de Except. §. Viſo quando exceptiones. uerſicul. Item nota ſecũdum Vbertum. Spieg.

AD urbem eſſe, ut Pedianus ſcribit, dicebatur de ijs, qui cum poteſtate prouinciali reuerſi, aut in prouinciam profecti nondum eſſent. annotauit Paulus Manutius. Spieg.

ADYNATVS, eſt ſtatus cum in themate ponitur quod ſit contra naturæ fidem. ut ſi infans accuſetur adulterij, quòd cum uxore cubuerit aliena. Fortunat. autor.

Ἀδύνατος, impotens, imbecillis, inualidus. Spieg.

AE

AEDERE, eſt libello cauſæ merita complecti, & dare, deſcribendiq; copiam facere. Alciatus in l. ædita. C. de Edend. Vel aliter, Aedere eſt copiam deſcribendi facere, uel in libello complecti, & dictare. Hinc Aeditiones uariæ: eſt enim æditio actionum, eſt rationum, hoc eſt, quando proferimus Rationarium, in quo accepti & expenſi conſcripta eſt ratio. Eſt & æditio inſtrumentorum, & actorum.

AEDES, ex fundamẽto, pariete, tecto, ceu partibus integralibus conſtare, in confeſſo eſt: uel ſaltẽ, ut Celſo & Iaboleno placet, ſolo, & ſuperficie. l. ſolum. ff. de Rer. uend. & l. eum qui ædes. in prin. ff. de Vſucap. Dicuntur & urbana prædia. l. fundi. de Verb. ſigni. Eſt autem Superficies, omne quod ſupra terrã eſt: quapropter in prædijs urbanis parietes & tecta, in ruſticis arbores, herbæ, frutices, ſuperficiei adſcribuntur. Alciat. in ead. l. Quæ uerò ædium diſtractis ædibus intelligantur, oſtendit Iuriſconſ. in l. Iulianus. §. fin. de Actionib. emptio. cum ſim. per Albericum indicatis. Cæterum, ædium quàm domus latiorem appellationem pleriq; ſenſerunt. l. j. §. deinde. ff. de Don. Aedes enim pro omni ſpecie ædificij capi, etiamſi nulla adſint tecta: at domum non dici, quæ adhuc contecta non ſit. Sed Alciatus lege citata, promiſcuè hæc accipi magis ſentit. Sp.

AEDES ſeruas efficere. Vide Vlpianum in lege, Si quis duas. ff. Commun. præd. Spieg.

AEDICVLA

AEDICVLA, nō eſt parua domus, ut uulgò accipiunt: ſed modò cellulā in ędibus ſignificat, modò ſacellum, id eſt, ædis ſacræ appendicem, Ein neben Capell, quod ex Liuio Budęus demonſtrat. Nebriſſenſis ait, Aedicula, templum ſacrum eſt apud Iuriſconſ. ad l. Iul. pecul. l. ſacrilegij. Qui ædiculas, inquit, incuſtoditas tentauerit. Quòd ſi ædiculæ non eſſent ſacrę, tentare illas, non eſſet ſacrilegium, atq; ex conſequenti ad legem peculatus non pertineret crimen. Sp.

AEDIFICARE nouum opus, & reficere uetus, nō differunt, fauore ſepulchrorū. l. j. §. ędificare. ff. de Mortu. inferen.

AEDIFICIA affecta dicuntur, quæ propè abſoluta ſunt.

AEDIFICARE, cum ſit propriè ædē facere, ponitur tamē pro omni genere cōſtructionis καταχρηστικῶς. autor Feſtus. Sp.

AEDIFICIVM, dicitur omne quod ædificatum eſt.

AEDIFICIVM perfectum. Vide, Perfectum ædificium.

AEDILES curules ab eo dicti ſunt, quòd ædes ſacras & priuatas procurarent. Curules autem ideo, quòd ſella conſulari uterentur, ut Theophilo ad uerum accedere magis uidet. Inſtit. de Iure nat. gen. §. quatuor diximus. Horum uerò officiū erat, ludos publicos exhibere, & ſacras, priuatasq; ędes procurare: totam urbem tueri, ut cloacę & aquæductus, & quęq; publica ædificia, mūda & integra eſſent: loca in theatro aſsignare, & reliqua multa. Vnde Aedilitiū edictum. Erāt & alij ædiles, qui frumento præerant. Sp.

AEDITVI, uel Aeditimi, à tuendis ædibus appellantur.

AEGRA mulier, pro triſti, difficili, irata, apud Papi. in l. ult. Si quis aliq. teſt. proh. Sed ut fieri aſſolet, offenſam ægræ mulieris, maritali ſermone placauerat. Sp.

AEGRE ferre, uitioſe ſcribitur cōiunctim, cum ſint duæ dictiones, pro eo quod eſt moleſtè ferre. Anto. Imp. l. iij. de Quæſt. Neq; enim ægre feret, quæ uenenis ſuis uiſcera hominis extinxit. Sp.

AEGROTI. Vide, Miſerabilium perſonarum.

AELIAE dorcadi matri meæ dari uolo, quoad uiuet, uſumfructum bonorū meorum, ita ut poſt obitum eius ad liberos meos, aut ad eum qui ex his uiuet, pertineat. Vide l. generali. ff. de Vſufruct. Sp.

AENIGMA, Accurſius in Act. de æqual. dot. §. j. ſpeculum interpretatur, etiamſi hoc ſenſu nuſquam legitur. Satius ergo eſt, legis uerba ſimpliciter accipere. qui enim decipere aliquem uolunt, obſcurè, perplexeq; loquuntur, ex iiij. lib. Parerg. Alciat. Sp.

AEQVA lance ſeruari ius intelligitur, Oldend. teſte, pro exercere ęquitatem, cum ultro citroq; ſic obſeruatur proportio, ut alteri nihil adſit cum diſpendio alterius. l. non tantum dotis. ff. de Re iudicat. Alciatus monuit, Aequa lance, & æquis paſsib. dici prouerbiali figura dé his quę ſimilia ſunt. At æqua lāce ſeruari ius, (ut Dn. Old. ait) intelligitur, pro exercere ęquitatem, cum ultro citro'que ſic obſeruatur proportio, ut alteri nihil deſit cum diſpendio alterius. l. non tantum dotis. ff. de Iudic. Sp.

AEQVABILE ius apud Cicer. lib. ij. Offic. accipiendum, non quod æquet omnes, ſic enim non poſſent alij alijs eſſe potentiores, aut ditiores: ſed quòd iuſticiā inter homines, & æqualitatem quādam proportionabilem, æquitatemq; conſeruet: hoc eſt, quòd pari ſtudio defendat tenues & potentes, ſummos & infimos, & neutris patiatur ab alteris ſuum ſumi. Ariſtoteles ἀνάλογικόν, & κατ' ἀναλογίαν δίκαιον appellat. Sp.

AEQVALE idem eſt quod ęquū, aptum locis, temporibus, perſonis. Oldend.

AEQVALIS ſubſtantiuum pro pare. Vlpian. ut ſi quis maior uel æqualis ſubijciat ſe iuriſdictioni alterius. Sp.

AEQVALIS conuerſatio, pro pari conſuetudine uictus. Calliſtratus: Nam, inquit, ex conuerſione æquali contemptio dignitatis naſcitur. l. obſeruandū. de Offic. Præſid. Sp.

AEQVALIS fides, cuiuſmodi eſſe debet inter dominum & uaſallum, in iure Beneficiario maxime conſideratur, ut fidus dominus efficiat fidum clientem. Sicut uulgò dicimus, trúwer her, trúwer knecht.

AEQVALITER ad iuris cenſuram, non autem ad facti paritatem referre oportet.

AEQVALITER ad nos pertinere, apud Caium l. ult. de uſufructu. Sp.

AEQVIS penſionibus, item, iniquis penſionibus,

ſionibus, id eſt inæqualibus, in l. iij. ff. de Ann. leg. Sp.

AEQVITAS, eſt perfecta ratio, quæ leges, & omne ſcriptũ dictumq́ interpretatur, emendat: ex qua ius manat, quod bonũ & æquũ dicitur, nullo ſcripto comprehenſum, ſed in ſola uera ratione conſiſtens. Salomon. in Comment. in tit. de Iuſt. & iur. Vel, Aequitas eſt iuſtorum condecentiumq́ remiſsio, moderatio in commercijs, ordo naturalis animæ, quo ad honeſta & turpia: Speuſippus. A' M. Tullio eleganter æquitas appellatur uerum ius, germana iuſticia: lib. Offic. iij. Eſt autem æquitatis proprium, ſtricti iuris rationem, uel intendere, uel remittere. Nihil enim eſt quod ad omnem humanitatis ratione potius accedit, quàm æquitas. Qua ratione Liuius lib. v. Ius Gentium, ſiue Naturale, uocat Ius humanum. Et cõtrà Vlpian. in l. furti. §. pactus ue. de his qui not. infam. Iniquum ius appellat inhumanum. Sicut et Iuſtinian. durum & impium uocat, in Aut. Nul. cred. agricol. Inde ſunt iſtæ appellationes paſsim in iure, Humanius eſt, benignius eſt, & cæteræ id genus. Lege item Bonum & æquum. Cæterum ad cognitionem atq́ interpretationem ęquitatis, quatuor maxime rebus opus eſt, de quibus latius in Compendio. Sp.

AEQVITATEM deſcribere uolens Iuſtinianus, utitur appellatione (ut Oldend. ait) admodum pulchra. Nam gubernatiuam uocat ſapientiam ex uarietate negotiorum colligendam. Nouell. ne uir ex dot. conſtit. xcviij. Sp.

AEQVITATEM ſubditis cõſeruare, eſt neq́ lucri, neq́ alicuius affectionis cauſa in alterutrã partem concedere. Nouell. De mandat. princip. §. deinde conueniens eſt. Sp.

AEQVITAS in iure maxime ſpectanda eſt, ut ait Paul. Obſeruãda teſte, Oldend. phraſi in iure, inquit, reſpicitur æquitas. hoc eſt, in iure ciuili ius naturale, in lege humana Lex naturę: breuiter, in iure ius ſpectatur. Sp.

AEQVITAS actionis omnẽ metum eius abolet. uide Vlpian. in l. non ſolũ is. ff. de Iniur. & Dn. Oldend. in Copia. Sp.

AEQVIVOCATIO, hoc eſt, uocis ipſius finitio, quæq́ ad eandem pertinẽt: cuius certe neglectus peperit nobis in iure ciuili Commentarios; ut recte monuit Apellus. Sp.

AEQVVM, id latine dici annotauit Alciatus, quod Ariſtoteles τὸ ἐπιεικὲς uocat: eſt que naturalis quædam moderatio, quæ in pectoribus hominum reſidet, nec ſatis lege præſcribi poteſt.

AEQVVM & bonum, ius quidem eſt, ſed nõ lege comprehenſum, id eſt legitimũ, ſed legitimi iuris emendatio. δίκαια græce. Bud. in l. 1. de Iuſt. & iur.

AEQVVM & bonũ, dicimus abſolutam bonitatem & æquitatem, & iuris (ut ita dicam) medullam, germanamq́ iuſticiam: quam cenſendo aſſequi, non eſt cuiuſuis iuriſperiti. Bud in l. j. de iuſt. & iure. Inſcite nonnulli diſtinguunt bonum ab æquo in iure, aſtipulante Oldend. Vide, Bonum. Sp.

AEQVVM & iuſtũ, was billich vñ recht iſt. Vide Oldend. in de Formula inueſtig. action. Tit. Quid ſit æquitas.

AEQVVM iudiciũ. Lege, Iudiciũ ęquum.

AEQVVS iudex appellatur, quẽ uulgus non ſuſpectum uocat. Sp.

AERARII milites, dicti ſunt ab ære, quòd ſtipendium facerẽt: æs enim ſtipem quoque dicebant. Vnde ſtipendium.

AERARII tribuni, à tribuendo ære dicti erãt. Nam tributa erat eis pecunia, quam in litibus redderent. Idq́ quod attributum, dicebatur æs militare. Var.

AERARIVM populi erat, unde & publicum dictum, Fiſcus Principis, donec omnia in fiſcum ſuum tranſtulit. notat Alc. de Verb. ſig.

AERA, æribus. Lege, Aerariũ ſic dictum.

AERARIVM ſanctius. Lege, Sanctũ, & Patrimonium.

AERARIVM ſic dictũ, quod æra, hoc eſt nummi principaliter inferebãtur. Quanquã & aliæ res precioſæ atq́ opes in ærario reponi ſolebãt. Aes enim, ęris, quod pluralem quoq́ numerum habet, ęra, æribus, quamuis generaliter omne metallum ſignificat, tamen frequenter pro pecunia accipitur: & inde transfertur ad debitum, ut æs alienum, geltſchuld. Vlpian. etiam aureos nummos (inquit) æs dicimus. ff. de Verb. ſig. ex reſtaur. Polit. D. Old. Sp.

AERARIVM antiquius uocabulum eſt, quàm fiſcus, ein ſchatzkamer. Aerariũ ſanctius, ex quo non niſi in maxima neceſsitate

ceſsitate pecuniade ptomebat, Oldend. annotante. Sp.

AREA, pro loco quoq; ubi frumenta triturantur & excutiuntur, apud Iuriſconſ. in l. à filio. §. Teſtator. ff. de Aliment. legat. Spieg.

AES circumforaneũ Old. inquit, pecunia ad uſuras accepta.

AES alienum, quod alijs debetur.

AES autem alienũ ſoluere neceſſe eſt, credere autẽ non eſt neceſſe. ut ait Paul. in §. reſtitutió. l. quòd ſi minor. ff. de Minor. Sp.

AES alienum meum, hoc eſt, quod ego cõtraxi. oppon. Aes alienũ diſſoluere, uel exonerare.

AES noſtrum, quod nobis debetur. In ære noſtro eſſe, pro in bonis noſtris eſſe. Cicero etiam de amicis dixit. In ære nullo eſſe, pro nihil debere, ex Old. Sp.

AES, diſtincta eſt ſpecies ab auro, argento, ferro, atq; reliquis metallis, l. in uenditionibus, de contrah. empt. Plerunq; tamẽ ꝓ auro accipimus, l. etiã aureos. de Verbo. ſig. Sæpenumero etiam pro argẽto, hoc eſt, argentea moneta, perinde quaſi ſit genus cum reliquis ſpeciebus collata. Non quia uocis penuria hoc exigat, eſt etenim genus metallum: ſed quia uſu ſic eſt receptũ: ideo fortaſſe, quòd olim omnis pecunia fuerit ærea. monuit & Apellus. Sic autem Oldend. Aerarium ſic dictum, quòd æra, hoc eſt, numi principaliter inferebantur. Quanquam & aliæ res precioſę atq; opes in ęrario reponi ſolebant. Aes enim, ęris, quod pluralẽ quoque numerum habet, æra, æribus, quãuis generaliter omne metallum ſignificat, tamen frequenter pro pecunia accipitur, & inde transfertur ad debitum: ut ęs alienum, **Geltſchuldt**. Sp.

AES cõtractum uerò dicitur, quod mutuò ſumptum eſt. Sp.

AES militare. Lege, Aerarij tribuni.

AESTAS, nũc ſecunda eſt ex quatuor anni partibus: olim tamen erat anni pars dimidia. Tunc enim annus in duas tantum partes diuidebatur. teſte Vlpiano in l. j. §. hoc autem interdictum. de Aqua cotid. uerſ. Aeſtatẽ incipere, peritiores tradiderunt, ab æquinoctio uernali, & finiri æquinoctio autumnali: & ita ſenis mẽſibus æſtas diuiditur, atq; hyems. Sp.

AESTIMO, as, pro eo quod eſt taxare, accipitur: uerbum frequens in iure, ſcribitur per æ, diphth. quod ab ære, & τιμὴ preciũ, componitur. Hinc eſt apud antiquos Pœna æſtimata ab ære, inquit Feſtus. Atq; hinc fit Aeſtimatio, Aeſtimator, & Aeſtimatorius. Eſt tit. apud Iuriſconſ. de æſtim. act. Neb.

AESTIMARE litem, uulgus imperitè dicit, taxare ad expenſas. Grammatici indicarunt, æſtimare tanti, quanti, tantidem, pluris & minoris, eſſe uerba precij. Lege Lis æſtimata. De ea quoque Dn. Alciat. non uulgaria tradit in Parerg. Sp.

AESTIMATIO, conſideratio eſt, & perpenſio: Aeſtimatio, iudicium & arbitratus. Exiſtimatio ab æſtimatione proficiſcitur. Rebus enim æſtimatis, id eſt perpenſis & excuſsis, poſtea iudicamus & arbitramur. Bud. in l. paulo pòſt. de Teſtib. Vide, Ratus eſt. Sp.

AETATIS flexus dicitur, cum ætas uergere incipit & inclinari.

AETAS legitima. Quære, Legitima ætas.

AETATIS lubrico captus. l. uerum. §. ſi locupleti. ff. de Minor. Sp.

AETAS militaris, pro robuſta ac apta ad militiam. Ex Theſauro Renan. Sp.

AETAS naturalis. Lege, Naturalis ætas.

AETERNA autoritas. Lex Atinia furtiuam rem uſucapi ꝓhibebat. Verba eius Legis à Gellio commemorantur: Quod ſubreptum erit, eius rei æterna autoritas eſto: id eſt, Alciato exponente, æternum tempus ad uſucapiendum. Sp.

AETERNA lex. Budæus in l. ij. de Legib. annotat. quod Theologi Legem naturæ uocant, Ciceronem & Summam legem, & alibi æternam legem uocant. Sp.

AETERNVS paries. Cum in lege Aediũ, Paulus inquit, ita ſcriptum eſſet, Paries onerari ferundo, uti nunc eſt, ita ſit: ſatis apertè ſignificari, in perpetuum parietem eſſe debere. non enim his uerbis In perpetuum, hoc dicitur, ut idem paries æternus eſſet (quod ne fieri quidem poſſet) ſed uti eiuſdem modi paries in perpetuum eſſet, qui onus ſuſtineret. l. eum debere. ff. de Seruit. urb. præd. Fr. Philelphus reſpondit cuidam Cremenſi Iuriſcõſulto, quod inter æternũ, ſempiternũ, ac perpetuũ nullam omnino priſci perdoctiq; Latini differentiã eſſe uoluerũt. Illud autẽ probat Ciceronis autoritate, indicans ſuæ tẽpeſtatis philoſophos nõnullos, itẽq; Theologos, nõ tam uerborum,

rum, quàm Ariſtotelis ſententiam ſecutos, ea inter ſe nomina differre uoluiſſe: ut perpetuum ſit cui & principiũ datur & finis. Sempiternũ uerò, quod ex ſemper & æternũ componitur, id uolunt intelligi, quod principiũ quidẽ habet, at finem nequaquam habiturum ſit. l. mercatores. C. de cõmerc. & mercat. Sed æternum nihil aliud eſſe, quàm Deum, cuius nec principiũ fuerit, nec item finis futurus ſit. Id quoq; indicat ſcholium in allegata l. eum debere. Sp.

AETERNIS tenebris, uinculisq; mandare, Ciceroĩ eſt, quod ſic barbarè à uulgo efferẽ, ad perpetuos carceres dãnare. Sp.

Αἰτία, ratio, cauſa, crimen, ob quod quis meritò in ius uocari poſsit. &c.

A F

AFFECTA, ea propriè dicuntur, quę nõ ad finẽ ipſum, ſed proximè finẽ progreſſa deducta ue ſunt. Affectam fidem, pro læſa, apud Tacit. & affectas res, apud Liuium, pro imminutis, debilitatisq;, Rhenanus obſeruauit. Sp.

AFFECTARE, uitium ſonat, quod extra modum uerborũ, uel cultũ, uel nouitatẽ quęrit. Hoc ſuffricatur Tubero, qui alio qui uir habitus eſt Iuris publ. & priuati doctiſs. atq; ideò, teſte Põp. l. ij. de Orig. Iur. parum eius libri grati habentur. Sp.

AFEECTATIO eſt æmulatio, ſiue appetentia rei ferè in malũ ſonans, quam Gręci κακοζηλίαν appellãt. Eraſ. Affectus ſiue affectio eſt nimius animi motus, & opponiẽ rationi. Eius interdũ ratio habeẽ. l. cũ ſeruus. ff. Mãdati. Leuiores animi ſeu corporis affectiões quidã Diatheſes appellant: infixas uixq; mobiles, ἕξεις, id eſt, habitus. ut, ira affectiò eſt, iracũdia habitus. uide Philippum in Epitom. Philoſ. Moral. & infrà, Motus animi. Sp.

AFFECTIO æſtimanda nõ eſt, teſte Pedio, apud Paulum, quũ ait, precia rerum non ex affectione, nec utilitate ſingulorum, ſed communiter fungi

AFFERRE in mediũ, pro afferre in cõmune, id eſt communicare.

AFFERRE manus bonis alienis, pro eo quod eſt, aliena inuadere: quod & manus inijcere dicitur.

AFFERRE morã, ꝓ impedire & retardare.

AFFICERE lucro, apud Plaut. & Vlp. in l. ſi filia. ff. de Diuort. ut afficere beneficijs, & commodis, apud Cic. Sp.

AFFICI, eſt trahi ad unamquãq; rẽ ex aliqua animi paſſione. In bonã partẽ ſumiẽ in l. ſeruus ea. ff. de Ser. export. Sp.

AFFINIS eſt, qui habet conſanguineã alterius in uxorem: uel econtrà, quę habet conſanguineũ alterius in maritũ. Hinc affinitas, irregularitas perſonarũ eſt, ex nuptijs coniunctorũ, omni carens parẽtela. C. de Nupt. l. liberi. Dicta, quaſi ad fines alterius acceſsio. Vel, Affinitas eſt, quæ ex coitu proximitatẽ perſonæ contrahit: et oriẽ tàm ex coitu nefario, quàm nuptiali. Ferrar. Inſtit. de Nupt. lege, Affinis neminẽ.

AFFINIS culpæ, conſors & conſcius delicti. Spieg.

AFFINIS nomine, uxor nõ uenit, ſed cauſa affinitatis cenſetur: tametſi quandoq; dicatur affinis. ut Albericus atteſtaẽ, adductis locis. Sed & Affinitas diciẽ inter ſponſos & cõiuges, ſed tamẽ impropriè, ut tradit Gloſ. in l. quod Seruius. ff. de Cõd. cauſ. dat. Porrò ceſſante affinitatis cauſa, ceſſat & ipſa. Vnde licet quis nõ poſsit eſſe teſtis uxoris fratris uiuẽtis, tamen ſecus ſi uidua eſt: quia affinitas eſt ſoluta. Spieg.

AFFINES dicunẽ uiri et uxoris cognati: ſuntq; ab eo dicti, quòd duę cognatiões quæ diuerſæ inter ſe ſunt, per nuptias copulãtur, & altera ad alterius cognationis finẽ accedit. Vide Cantiunculã in §. Affinitatis. Inſtit. de Nupt. Cl. hũc Cantiunculã, uirũ celeberrimũ, rectè priſcis Iuriſconſultis comparaueris, quorum titulo ſuperbire non erubeſcimus, qui neglecta Legum lectione, interpretum Commẽtarijs, ac Repertorijs Doctorũ contenti, meritò malè audimus ab eis, qui Iuris prudentiæ appellationem uerè conſecuti ſunt, coniuncta aliarum rerum cognitione: quam interim Leguleii tantùm, egregiè fortiter que contemnimus. Iacobus à Bãniſsis, patronus, dũ uiueret, noſter, uir perdoctus, experientia ſingulari præditus, integer uitæ, ſceleriſq; purus, aulicus (omnem enim uitam in aulis ſummorũ Principũ contriuerat) feſtiuè mordens, aiebat, eiuſmodi Leguleios inſignia reportaſſe ſub Rubrica de Iur. & fac. ignor. Sed & à Solomonio taxantur, ac Oldendorpio, uiris extra controuerſiã Iuris prudentum appellatione dignis. Sp.

AFFINES ab ignotis, itēq; à propinquis differunt. l. 1. C. unde uir & ux.

AFFINITATE cognatione'ue defūctū cōtingere, apud Vlpian. in l. Si uerò plures. §. Hæc autē actio. ff. de his qui deiecer. Nomina adfinitatis quære apud Rhodiginum. Sp.

AFFIRMATORES qui ſint, not. ff. de Fideiuſſ. tut. l. cū oſtēdimus. §. ult. in fin.

AFFLICTVS, id eſt oppreſſus aduerſis rebus. Nihil tritius hoc uerbo, Afflictio non eſt addēda afflicto. Vide Gloſſ. in l. diuus. ff. de Offic. præſid. Spieg.

AFFLIGERE te damno, pro afficere. l. 2. C. ad Leg. Aquil.

AFFLVERE in exercitum, apud Impp. in l. 1. de Metall. lib. 11. pro inſeri corpori metallariorum, accipiendum. Scholiaſtes ineptè nimis, pro affluentiam habere, exponit. Spieg.

AFRICVM frumentum, optimum intelligitur. l. ſi is qui. §. nonne cum frumentū. ff. Mand.

A G

AGAPE, græca uox, dilectionem ſignificat. Extat apud Tertullianum in lib. ad Martyres, & Apologetico. In Decret. Pont. xlij. diſtinct. c. ſi quis deſpicit. pro Eleemoſyna, quòd ex charitate proficiſcatur, ut explicauit Rhenanus noſter: indicans, priſcos Chriſtianos, uocaſſe conuiuiola ſua communia, Agapas. Vide Alciatum lib. Prętermiſſ. l. qui exiſtimat, loco è Decretis iam citato, eclapinas legendum, pro Agapes. Spieg.

AGASO, ab agēdo, id eſt, ducēdo equos, uel mulos. l. cùm quæreretur. §. 1. & ult. Si quadrup. paup. fec. dic.

AGATVR fiat, ſine copula, Caius in l. 1. §. 1. ff. Quod cuiuſ. cun. uniuerſ. nom. Per quem (inquit) tanquam in rempublicā, quod communiter agi fieri oporteat, agatur fiat. Spieg.

SECVM agendi poteſtatē nō facere. hoc eſt, id efficere, ne ſecum agatur, fortè dū iudicem corrūpit, uel alia uerſutia. Paul. in l. ſed etſi per Prætorem. ff. Ex quib. cauſ. maior. Sed & ad eos (inquit) pertinet, qui conuenti fruſtrātur: & qualibet tergiuerſatione & ſolertia efficiunt, ne cum ipſis agi poſſit. Sp.

AGENS uerum. Paul. l. fin. de Offic. Præſid. Si actor rerum egentis, inquit, corruptus eſſe dicetur, ueluti qui nunc uulgò dicitur eſſe diſpenſator. Notum & uerbum Satago iūgi genitiuo, quod eſt, anxius ſum, & curioſus rerum. Sp.

AGENS pro actore. l. ante omnia. ff. de Probat.

AGENTES in rebus qui ſint, non adeò ſatis conſtat, niſi quòd generis uocabulū eſt, in eos relatū, qui res Principis agūt, aut procuratores Principis, ac Commiſſarios, quos uocant, per diuerſas prouincias ad legatos, auctoq; Imperio per turmas diſperſos. Vnde in libris poſteriorib. Ducenarij quidam, alij Centenarij leguntur. Vide Pyrrhi Commentarios, quos in eoſdem libros ſcripſit. Spieg.

AGER ab agendo dicitur: ſicut Villa, domus ruſtica, à uehendo, quòd in eam fructus aruorum uehantur. Alc. de Verb. ſig. Vide Rhenan. in Annot. ad Liuiū, in fine lib. x. tertiæ Decad. Sp.

AGER eſt locus in rure qui colit̄, ſiue cōpaſcuus ſit, ſiue aruus, ſiue floridus, ſiue conſitus. Conſitus habet arbores, Aruus aratro proſcindit̄, Compaſcuus habet gramina, Floridus ſeruatur apibus & uoluptati. Ager interdū declarat non unum aliquem, ſed uniuerſum territorium urbi circumiectū, quod Gręci χώραν dicunt. ea uox complectitur et ſaltus & nemora, & flumina & mōtes. Spieg.

AGER, id eſt, prædium ruſticum quod ſine ædificio eſt: quùm id accedit, Fūdus dicitur. Albericus locos indicat. Pro circumiecto item ſumitur alicui urbi agro, ut ager Selatiſtanus. Aduertendum tamen, in hoc ſignificato non habere pluralem numerum: continere aūt id, quod ad Iuris peritiā pertinet, flumina, lacus, cæteraq; omnia: quod rectè Valla admonuit lib. 4. Vide infrà, Fūdus. Spieg.

AGER aſſignatus dicebatur, qui inter ueteranos certis limitibus diuidebat̄, qui etiam Limitati nomē ſumpſit. l. in agris. de Acquir. rer. dom. Vide Alciat. in Prętermiſſis. Spieg.

AGER colonus, uidet̄ is propriè dici, qui ad arandum accommodatus eſt, & alio nomine Aruum uocatur. Sp.

AGER farrarius, qui fruges producit. Nā far apud ueteres de omnibus frugibus dicebatur. Scæuola Sempronio ait, do lego ex reditu fructuū holeris & porrinę, quæ habeo in agro farrario, partē ſextā. l. defūcta. §. pen. ff. de Vſufructu. Sp.

AGER ſubſeciuus dicit, qui aſſignari propter incõmoditatem non poterat. Sp.

AGER tutelatus, unde ligna in reparationem publicorum uel mœnium, uel balneorum diſtrahebãtur. Vide Agenniũ Vrbicum de Limitibus agrorũ. Spieg.

AGER uectigalis. Quære Vectigales fũdi.

AGERE, eſt iudicio perſequi. Vnde cauſarum actor, patronus dicit: quandoq; & Declamator. Alc. in l. tranſactionis. C. de Tranſact. Vide, Peragere.

AGERE, plus eſt quàm contrahere. l. Labeo. lib. 1. de Verb. ſig.

AGERE dicitur, qui excipit. l. 1. ff. de Excep. cum ſimil. quæ Alberic. adnotauit.

AGERE ꝓpriè dicit in iudicio: Facere uerò extra iudiciũ. not. ff. Quod cuiuſq. uniu. l. 1. §. quib. l. facti. §. agi. de Verb. ſig.

AGERE etiã is uidet, q exceptiõe utit. Nãre us in exceptiõe actor eſt. l. 1. ff. de Except.

AGERE cenſum. Quære Cẽſum agere, in dictione Cenſus.

AGERE ante litẽ cõteſtatã nemo dicit. l. amplius non petitũ. ff. Rem rat. hab. Sp.

AGERE auem, pro perſequi, Venuleius eleganter dixit, in l. fin. Quod ui aut clã. Scholiaſtes, ſi eſt auem portare, ut exponit, ipſe doceat. Spieg.

AGERE animã, agere diẽ extremũ uitæ, hoc eſt, morti iã operã dare, ad exitũ huius uitę agonẽ inire ſeu, certamẽ. Oppo. Agere in humanis rebus, Agere uitam, Agere ętatẽ, Agere annũ decimũ. l. 1. C. de inoffic. teſtam. ex Oldẽd. Copia. Sp.

AGERE cauſam dicimur, non gerere, die ſach oder den rechtshandel füren.

AGERE conſulẽ dicit, qui cõſulis perſonã gerit. Regierender Ammeyſter/Burgermeyſter/Obriſtermeyſter/Stettmeyſter.

AGERE curam reprimẽdæ improbitatis, hoc genus hominum apud Vlp. l. iiij. ff. Naut. caup. ſtab.

AGERE diẽ extremũ uitæ, ſignificat morti iam operam dare, & eſſe in exitu uitę. de quo ſcitè diſſerit Salom. in Parad. Sp.

AGERE ferias, id eſt feriari. Agere diem feſtum, pro obſeruare, uel, ut uulgus loquitur, facere feſtum.

AGERE forum, eſt iura reddere, & cauſas audire.

AGERE furti, hoc eſt actionẽ furti intendere, quod eſt, de furto apud iudicẽ accuſare. Sic agere falſi. In his & ſimilib. ſubauditur ablatiuus, *crimine uel actione.*

AGERE in humanis rebus. C. de Inoffic. teſtam. l. 1.

AGERE lege. Vlp. Nemo, ait, alieno nomine lege agere poteſt, hoc eſt, merũ impiũ, et gladij poteſtatẽ exercere. teſte Dn. Oldẽd. in Copia. Vide et infrà Lege agere.

AGERE pœnitentiam dicitur, quem facti pœnitet. Paulus in l. ſi in lege. §. colonus. Locati. Quòd ſi in paucis diebus prohibuit, deinde pœnitentiam egit, omniaq; colono integra ſunt. Spieg.

AGERE cũ patribus, eſt ad Senatũ referre.

AGERE cũ populo, eſt rogare quid populũ, quod ſuffragio ſuo uel iubeat, uel uetet. Vnde rogatio pro lege dicta. Agere uerò cũ patribus, eſt ad Senatũ referre. Bud. in annot. ad l. Iuliam. de Amb.

AGERE ad populũ, hoc eſt cõcionẽ habere.

AGERE in ſimplum dicit, cũ rẽ noſtrã, uel nobis debitã, uel deniq; pœnã aliquã ſine ulla re, abſolutè perſequimur. In duplũ uerò, triplũ aut quadruplũ tũc experimur, cũ præter rẽ debitã, exigimus aliquid ultrà, quod ęſtimationẽ eius rei duplo, triplo, aut quadruplo excedat. Vide Iuſtinian. in §. In duplũ. §. Tripli. & §. Quadrupli. Inſtit. de Action. Sp.

AGERE ex ſpõſo, id eſt ex ſpõſione. ſponſũ enim & ſpõſio, ut pręceptũ & pręceptio reſpõſum & reſponſio, promiſſũ & promiſſio, in eadem re dicuntur. Sp.

AGERE ſurdis teſtimonijs. quære, Surda teſtimonia.

AGERE ſuũ negociũ dicit, qui ſic in ꝓprijs reb. eſt occupatus, ut nihil curet aliena.

AGERE tabellis obſignatis, eſt quempiã refutare teſtimonio ſuarũ literarũ, ſcriptorum'ue: q̃d refutãdi genus, ut cui uix cõtradici poſſit, uidet eſſe potiſſimum. Sp.

AGGERES, per periphraſim Cic. uocat moles oppoſitas fluctib. l. 1. C. de Nili agger. nõ rump. Vide Bart. C. de Immun. nem. conced. libro x. ubi docet, quorum impenſis fieri debeant. Spieg.

AGGRESSVRA. Vlpianus: Sed et ſi q̃d, ait, ex peculatu, uel ſacrilegio quęſitum erit, uel ui, aut clã, aut latrocinio, aut aggreſſura, hoc non diuidet. l. iiij. ff. Fin. regund.

AGI de bonis, uel bona alicuius aguntur: Es trifft die güter an. Old.

AGI de capite, in capitis diſcrimen uenire, Das leben antreffenn.

AGI, ferri, portari, quæ dicantur, oſtendit Iuriſ-

Iuriſconſ.in l.ferri.de Verb.ſig.

AGINATORES, Feſtus ſcribit, qui paruo lucro mouentur. Sp.

AGITATORES, aurigæ ſunt, qui in ludis Circenſib. curuli certamine ſe exercebāt. Alc. in l.j.C.de Spect. lib. xi. Adde Dn. Budæum elucidantem l. athletas. in prior. Annot. Sp.

AGITATORES, pro miniſtris ludorum publicorum. l.iij. C.de Spectacul. libr.xi. Albericus indicat. Sp.

AGNATIO eſt inter eas perſonas, quæ idē habent gentilitatis nomen, eaſdem imagines, eandem familiā, eadem ſacra. arg. l. j. de Ritu nupt. atque adeò inter eas quæ ſunt ex eodem maſculo parente. Clarius Theophilus, qui, ut totā, inquit, rem uno uerbo abſoluā, tamdiu per ordinē procedit agnatio, quādiu nulla interuenit perſona fœminina, quę cauſam det cognationi. Itaq; agnati ſunt, qui per maſculos nobis cōiungunt: ut frater cōſanguineus, & ſoror conſanguinea, et fratris liberi, & nepos, neptis'ue ex fratris filio, & patruus, & patrui liberi, et ex filio patrui nepos, neptis'ue, & amita. Dicimus etiam Agnatū, quicquid ultra naturę debitū natū eſt. Sp.

AGNASCENTIA & agnata membra appellantur, quæ abundant.

AGNASCI propriè dicuntur, qui naſcuntur alicui poſt factum teſtamentum. Sp.

AGNATI dicuntur quaſi adnati. ſignificat autem ipſa dictio, ad, iuxta: atq; ideò agnata membra Plinio dicūtur, quæ prope alia ſuboriunt: ut in Sedigitis uidemus. Vnde filius patri ſuo non adnatus, ſed natus dicitur. Quòd ſi filiorum, nō contemplatione patris, ſed inter ſe mentio eſt, tūc adnati ſunt, quia omnes iuxta ac propè eodemq; gradu adgeniti ſunt. Id quod ignorauit Accurſius, cui, cæteriſq; interpretibus mirum uiſum eſt, ut Alciat. cap. pen. iij. Parerg. refert, quod Vlpianus ait, Filius patri agnatus proximus nō eſt. Cęterùm ad agnatos & gentiles aliquē ducere, eſt furioſum eſſe, prouerbiali dicto antiquorū. Vnde Iuſtinianus lib. 1. Inſtit. §. ij. de Curat. Furioſi quoq; & prodigi, licet maiores xxv. annis ſint, in curatione ſunt agnatorum, ex lege xij. Tab. Spieg.

AGNI, quòd nondum habeant annum. l. cum quæreretur. de Legat. iij. Agni legati quatenus uiderētur, Africano teſte, quidam aiebant, agnum duntaxat ſex menſiū eſſe: ſed uerius eſt, eos legatos eſſe, qui minores anniculis eſſent. Martianus ſcribit, Quādiu autem agnorū loco ſunt, ex uſu cuiuſq; loci ſumendum eſt. Sp.

AGNITI natales, de nullis alijs, quàm ingenuis intelligendi, autor Pomponius, l. hoc ſermone. Si libert. ingen. dicat. Sp.

AGNOSCERE, pro non repudiare, ſed libenter admittere. Quemadmodū agnoſcere liberos dicimur, quos ut noſtros alendos ſuſcipimus. Scęuola de Legat. ij. l. pen. ad fin. §. quæ marito. Nec non etiam, inquit, ſi quid poſt mortē domini mei ſolui agnoſcatis, hoc eſt admittatis, ratum, gratumq; habeatis. Sp.

AGNVS, pro fœtu ouis, Gręca dictio eſt, ſignificatq; purum, ſiue caſtum. Paul. de Legat. iij. l. cum quæritur: Agni, inquit, legati, quatenus uiderentur, quidam aiebant tantum ſex menſium eſſe. Sed uerum eſt, eos legatos, qui minores eſsēt anniculis. Hinc pelles agninæ dictæ, ut apud Vlp. de Aur. & arg. leg. l. ueſtis. Pelles, inquit, agninæ & caprinæ. Nebr.

AGO tibi ius non eſſe altius tollendi. Hæc uerba non ſemper actionem negatoriam arguunt, quod nonnulli Doctorum per errorem tradunt. Nam contrarium apparet in l. ſi priuſquam. ff. de Oper. no. nunc. Itaq; ad utramq; actionem, hoc eſt, tā negatoriam, quàm confeſſoriam deſeruire poſſunt, ſicut figulo lutum, ad uariam uaſis ſpeciem formandam. Vide Oldend. Action. v. Claſſ. iij. Sp.

AGALACTA paſcua nuncuparunt ueteres medici lacti minus accōmoda: nā herbis lactis aliquo modo naturā immutari, traditū eſt. Adi Cœlium, cap. 8. lib. 28. Sp.

AGONOTHESIAN, qua uoce uſus eſt Iuriſcōs in l. Si filia nupta. §. Neratius. ff. Famil. erciſc. D. Haloāder interpretat̄ cōſtituēdi deſignādiq; certaminis munus. Sp.

AGONOTHESIA, eſt agonothetæ munus. Neratius eum qui plures filios haberet, unū ex filijs ἀγωνοθεσίαν ſuſcepturum, profeſsū eſſe. ſic enim Noric. text. habet, in l. ſi filia. ff. Fam. erc. atq; ſic legendū, Alciat. quoq; admonuit in Parerg. Spieg.

AGONOTHETA, certaminis diſpoſitor, qui certātibus proponit præmium quod detur uictori. Modeſt. de Pollic. l. Septicia. Agonem inquit, conſtituo trietericū. & ſequit̄, Agonotheta exiſtēte, ac præſidēte uiro meo. Nebriſſ. annotāte. Sed &

Agonothetæ dicebantur, qui ſacris certa minibus præerant: erantq; Decemuiri, ut Iul. Pollux ſcribit. Et præmia quę his iam emeritis diſtribuebantur, dicebant Agonothetica, ſiue ea quæ ipſi agonothetę athletis adiudicabãt. Alc. in l. iubemus. C. de Fund. patrimon. libro xi. Pyrrhus de Mil. off. Spieg.

AGRARIVM, quod ad agros pertinet. ut Lex Agraria, & Agrarij homines, id eſt, fautores legis Agrariæ. Sic agraria facultas, itẽ agraria res, apud Ciceronem.

AGRICOLAE, qui & agricultores, & agriculatores. Eorum aliquot diſtinguit genera Dn. Oldẽd. & ſcitè & dilucidè. quòd ea interpretes aut nõ perceperint, aut an ſint dignati craſſius tradere, offundentes nobis tenebras in totum ius ciuile. Sp.

AGRIPPA. Scæuola l. pater. de Leg. iij. Iulius Agrippa primipilaris, teſtamẽto ſuo cauit: Quorum in naſcendo, non caput, ſed pedes primi extiterant, qui partus difficillimus, ægerrimusq; habetur, Agrippas appellari, ab ægritudine & pedibus, autor eſt Gellius. Spieg.

AGRIPPINENSES. Celſ. in l. fin. de Cenſib. In Germania inferiori, inquit, Agrippinẽſes iuris Italici ſunt. Tradit Tacitus, eos puduiſſe Germanicæ originis, patriamq; eiuraſſe, nõ Vbios, ſed Agrippinenſes ſeſe uocantes. Cauſam indicat eius rei Rhenanus noſter, libro German. rer. primo. Cætera apud eundem legere licet de Vbijs, Coloniaq; Agrippinenſiũ, hactenus uulgò haud cognita: cuiuſmodi uir ille, uel tribus ſeculis dignus, nobis, ex terbeata penu ſua proferre ſolet. Hic diuus Maximilianus ſcito procerum Germanici imperij edidit, ſi rem reſpicis, inſignem illam conſtitutionem, quæ ad officiũ notariatus pertinet. Vide Imperatoris nomen, & Colonia Germaniæ. Sp.

AGRI plagam, quæ eſt in regione illa, Mœuijs Publio & Caio trãſcribi uolo, precio facto uiri boni arbitratu, & hęreditati illato, dupli euictione expromiſſa à reliquis hæredibus, ita ut ſub pœna centum promittant eam agri plagam, partem'ue eius ad Seiam, poſteros'ue eius non peruenturam quaqua ratione. Vide Scæuolam in l. uxorem. de Legat. iij. Sp.

AGRVM nõ preſcindere, uites nõ ſubſerere, aquarum ductus corrumpi pati. l. ſi cuius. §. deniq; conſultus, ff. de Vſufr, Sp.

A H

AHENEVM, Paul. in l. cum de lanionis. §. aſinum. ff. de Inſtruct. Nec multum refert, ait, inter cacabos, & aheneum, quod ſupra focum pendet. Hic aqua ad potandum calefit, in illis pulmentarium coquitur. quod ſi aheneum inſtrumento contine tur, urcei quoq; quibus aqua in aheneum funditur. Adiectiuum pró æreo poeticũ eſt, ut apud Ouidiũ 1. Metam. Tertia poſt illã ſucceſſit ahenea proles. Vide ſup hoc uerſu interpretẽ. & Ant. Manc. 1. cõment. in lib. 1. Carmin. Gellius, Ahenũ dicimus, per h interpoſitam inter a & e, nõ aënum, ut ſonus ſit uiridior, uegetiorq;.

A I

AIO, & Nego, contraria ſunt. Nam aio proprie fateri ſignificat. Donatus in Andr. indicat, Aiũt de ea re dici, quam nolumus eſſe falſam. Quod locũ nõ habet apud iuriſconſ. in l. j. de ædil. ed. & l. ædiles aiũt. Sp.

AIAT, apud Vlpian. inquientem, in §. cum uerò. de Legat. j. Quia iniquũ eſſe aiat id ſeparari à ſe. Spieg.

A L

ALAE, equitum ordines, ab alitum ſimilitudine, ut ait Gellius. Alas, equites Seruius intelligit: ob hoc ſic dictos, quia pedites tegũt alarum uice. Gloſſ. in l. j. de his qui not. infam. triginta equites alã conſtituere dicit, haud ſcio quàm rectè. Spieg.

ALEA emi. Species emptionis eſt à Pomp. propoſita, qua ſine re uenditio intelligitᷓ. l. nec emptio. de Contrah. empt. Vide infrà, Quaſi alea emi. Sp.

ALEATORES, qui ludum aleæ quaſi artẽ quandam exercent. Aleæ autem nomine uenit omnis ludus qui in uarietate fortunæ cõſiſtit: tametſi propriè de teſſeris ſit. Itaq; cum alea pro omni ludo accipiatur, fit ut ad fortunã, et periculi cuiuſuis dubitationem porrigatur: ut iacere aleam dicitur is, qui ſe periculo exponit. Emere itẽ aleã, qui incertę rei futuræ ſpẽ emit. Paulus, ff. de Hęredit. uel action. uendit. cum hęreditatẽ, inquit, aliquis uendit, eſſe debet hæreditas, ut ſit emptio. Nec enim alea emitur, ut in uenatione, & ſimilib. Sp.

ALBVM, Nebriſſ. tabula erat in qua iudicũ nomina ſcribebãt, ꝙd λευκῶμα à Grecis dicitᷓ. ut eſt apud Iul. Pol. Vlp. de Eden. l. j. Eum, inquit, edere Labeo ait, qui producat aduerſarium ſuum ad albũ, & demonſtret quid dictaturus ſit. Vſos tamen prætores

tores fuiſſe charta,uel alia materia cõſtat: iudicante Oldend. Qui putant cum Accurſio fuiſſe parietem dealbatũ, nõ recte perceperunt Vlpianũ in l.ſi quis id quod. §.hoc uerò.ff.de Iuriſdict. Nã ex eius uerbis colligitur,fuiſſe aliquid muro appenſum,uel affixũ. Præterea & Albũ Iudicũ, uelut matriculã habuerunt, in qua nomina eorũ,qui unoquoq; tempore iudicare debebant,per ordinem referebantur. De hoc albo iudicum loquitur tit. ff. de Albo ſcribend.Spieg.

ALBERGARIAE,Canoniſtis cẽſus ſunt, ſeu pactiones,quæ debẽtur pro comeſtionib.de hoc Gloſſ.in c.præter.de Iure patr.

ALBI prætorij corruptor multis modis nocet,de quo uide Old.Claſſe j. Action.iij.

ALDVS,D.Alciat.enarrãs l.lecta,de Reb. credit.obiter monuit,in lege Longobardica ſeruũ ſignificare, & inde Caſtaldum ſeruũ cui caſæ ſeu domus cura eſt demandata:ſicq; generaliter omnes œconomos dici. l. pen. ff. de Teſtib.l. cum unus.in prin. ff.de Alim.legat.Sp.

ALENDOS inopes ſcholaſticos ab opulẽtis Doctoribus, Innocent. recte cenſuit, in c.fin.ext.de Magiſt.Sp.

ALERE,propriè eſt,uictu temporali uitam ſuſtentare. Sic mater tenetur naturali iure alere filium triennio: ut abinde cura alimentorũ ad patrẽ magis ſpectare uideatur.l.nec filiũ negare.C.de Pat.poteſt.Sp.

ALIMENTIS legatis, cibaria & ueſtitus, & habitatio debebĩt: quia ſine his, ut ait Iabolenus, ali corpus non poteſt.Sp.

ALGIDI montis Pomponius meminit in l.ij.de Orig. Iur. ad fin.§.Et cũ placuiſſet. de quo uide Sipontinum.Sunt exemplaria, indicãte Heruagio amico noſtro, Typographorum eruditiſſ.in quib. Algido de Vecilio monte legitur.Sp.

ALIAS,uariè poni, Albericus oſtendit.Propriè ſumpta,facit cõditionem.l. diuortio. ff.Neg.geſt.Sp.

ALIBI,alio in loco: inibi,in eo loco: necubi, ne quo in loco: ſicubi,ſi quo in loco: nunc ubi,num quo in loco: utrobi,utro in loco, ex Alc. Quid autẽ interdicto Vtrubi caueatur, Vlp.exponit.l.unica,tit.eod.nomine. qui extat,lib.xliiij.Pandectarũ.Sp.

ALIBI, & alio in loco, & pro in re alia ſignificat.

ALICVBI fuerit deprehẽſus.l.ij.ff. de Furtis.

ALICVNDE,& ad locum,& ad rem,& ad hominem refertur.

ALIENARE dicĩt, qui ius aliquod dominij transfert. Vnde qui rem uendit, antequam tradat, nullũ ius dominij transfert, neq; alienaſſe dicitur. Traditionibus enim dominia rerũ trãsferunĩ. In actione edicti, de Alienat. iudic. mut. cauſ.fact. Alienare intelligitur non ſolũ qui dominiũ transfert,ſed et qui poſſeſſionẽ calumnioſè amittit.Nõ quòd ea carere uoluerit, ſed quoniã ſcit iniuſtã eſſe, ſperatq; eam defendi poſſe per potentiorem.Sp.

ALIENATIO,translatio dominij eſt.

ALIENATIONIS uerbũ latè patet. Nam ad directi & utilis dominij translationẽ, ad uſucapionem,ad pignoris nexũ refertur: idq; ſiue à lege,ſiue in cõtractu teſtamento'ue prohibita ſit. Propriè tamen alienatio eſt, cum directa dominia transferunĩ. Alc.de Verb.ſig. Verũ,alienatione prohibita, intelligitur prohibita omnis alienatio,ſiue iuris directi,ſiue utilis,ſiue alterius cuiuslibet. per l.fin. C. de Reb.alien. nõ alien. Vide Iaſon.in §.itẽ ſi quis in fraudẽ.Inſtit.de Act.Obſeruandũ,quòd alienationis appellatione generali, uenit pignoris obligatio in prohibitione legali: in iudiciali enim,quòd ea ſtrictior ſit, locum non habet.l. in quorũ.ff. de Pig.Sp.

ALIENATVM,plus eſt quàm uenditum. l.alienatum.de Verb.ſig.Sp.

ALIENATVM nõ propriè dicitur, quod adhuc in dominio uẽditoris manet, uẽditũ tamẽ rectè dicĩ.autor Vlp. de Verb.ſig.

ALIENI appellãtur,qui amici, aut affines, aut propinqui non ſunt. Extraneos uulgus appellat.Sp.

ALIENIS ædificijs connexa. Vide Iulianum l.habitator,de Rei uind.

ALIENI facti promiſſor dicitur,qui temerè antequam rem compertam haberet & exploratam,promiſit.Sp.

ALIENO facto nemò onerandus. l.in cauſſæ.ff.de Procur.Sp.

ALIENIGENAM,cùm pro in alieno territorio nato, tũ ꝑ alterius iuriſdictioni ſubiecto,recipiunt interpretes.l.j.C.de Eman. lib. Val.Max.alienigena exempla,pro externis dixit.Sp.

ALIENO nomine litem uel inferentes, uel ſuſcipientes,ſunt tutor, curator, procurator,defenſor, excuſator, actor, quem & Syndicum dicimus.Sp.

ALIENO nomine poſſidere dicĩ, qui ab alio cauſam habet.l. eſt ſpecies.& ibi Gloſ. ff.pro ſuo.ex Alber.Sp.

ALIENVM æs non loci eſt, ſed uniuerſarũ facultatum, ut ait Vlpian. l. ſi fidei cõmiſſum. §. tractatum eſt. ff. Vbi quis ager. Sp.

ALIENVM eſt, quod commune eſt. Inſtit. Vi bon. rapt. in prin.

ALIENVS poſthumus, qui nõ eſt teſtatori futurus ſuus hæres. Inſt. de Leg. §. Poſthumo. quære, Poſthumi. Sp.

ALIENVS à ui. l. metum autem. §. ſed licet uim. ff. Quod me. cauſ. Sp.

ALII, indefinitè, ſignificat aliquos eiuſdem generis de quo agitur, nõ autem omnes.

ALII non abſimiles adhibendi. in fin. l. Labeo ait. ff. de Recept.

ALIIS pulſantibus reſpondere in l. ij. §. Legatis. ff. Vbi quis ager.

ALII ulli, Caius in l. argẽtarius. ff. de Edẽd. Neq; alios ullos, ait, abſimiles rationes edere cogit. Sp.

ALLECTI dicebãtur, qui propter inopiã, ex equeſtri ordine, in ſenatus ſunt numerũ aſſumpti. Bud. in annot. ad l. ult. de Senator. Vlpian. in Tract. de Decurionib. ſcribit ſpurios poſſe in ordinẽ allegi, hoc eſt numero addi. Quid ſit Allectio in l. ciues. ff. de Incolis. Accurſius non intellexit. Spieg.

ALLEGO, as, ex ad, & lego, as, pen. pro. eſt ad aliquem locum mitto. Vnde Iuriſcoſſ. conſueuerunt allegare leges: id eſt, citare teſtes ad id de quo diſputãt, comprobandum. Nebriſſ.

ALLEGO, gis, penult. breui, pro eo quod eſt coopto, hoc eſt, in collegium adſciſco: compoſitũ ex ad, & lego, gis. Vlp. de Decurion. l. generaliter. Allegi, inquit, id eſt, per electionem in ordinem aſſumi. Idem.

ALLEGARE, hoc eſt, citare librum, ſat eſſe receptum aiunt. §. fin. Inſtitut. Per quos ager poſſ.

ALLEGARE pro ſe. Vlpianus: Hos igitur, ait, perſonis, quæ non uirtutis cauſſa cum beſtijs pugnauerũt, pro ſe prętor permittit allegare, pro alio prohibet. Spieg.

ALLEGATIONES iuris cur in margine potius quàm in cõtextu ſcribẽdæ ſint, extat elegãs cap. in lib. iiij. Parerg. Alciat.

ALLEGATIO pro productione iuriũ. Paul. Minor xxv annis omiſsã allegationẽ per in integrum reſtitutionis auxilium repetere poteſt. Sp.

ALLEGATIONEM ſumi, pro allegatione iuris, Albericus exẽplis demonſtrat. Minor omiſſam allegationẽ, per integrum reſtitutionis auxilium repetere poteſt: autor Paulus in l. minor. iiij. ff. de Minor. Sp.

ALLEGORIA eſt, quum aliud loquimur, aliud intelligi uelimus: quam non temerè apud iureconſultos reperies. cum enim perpetua & remota ſit trãslatio, apud eos in uſu eſſe nequit, qui ex uerbis mentem ſenſuum conijciũt. l. Labeo. §. fin. de Sup. leg. Sp.

ALIMENTARIVS, cui alimenta legata ſunt. Vlp. §. fin. in l. cum hi. ff. de Tranſact. Hęc omnia, ait, habent diſceptationem prætoris, & pro utilitate alimentarij accipienda ſunt. Sic ſæpe legitur in Iure ciuili. Quod & ab alijs obſeruatum eſt. Sp.

ALIMENTARIA cauſſa, quæ ad alimentum pertinet. Vlpian. Superfluũ, ait, in alimentariam cauſſam eſt. l. cum hi. §. tranſactiones. uerſ. Si eidem. ff. de Tranſact. Spieg.

ALIMENTARIA lex. Hac prouidebatur, ut filij alerent parentes ad inopiã redactos.

ALIMENTORVM appellatione non cibaria tantum, ſed etiam ueſtitus & habitatio continentur. quandoquidem ſine his corpus ali non poteſt. ut cognoſces ex nobili tractatu, de Aliment. & cib. leg. nec non Gloſ. l. ſi quis à liberis. §. iudex. ff. de Liber. agnoſc. Sp.

ALIMONIAM, uictum neceſſarium interpretantur: Pontific. Decreta eam, ut conſueta eſt, miniſtrari iubent. lxij. q. ij. Sp.

ALIMVS maiores, nutrimus uerò pueros, ſi ſcholiaſtæ credimus, in l. ſi iudex. ff. de His qui ſui uel alien. iur. ſunt. Spieg.

ALIO modo ſuccurri poſſe l. cum à te. ff. de Dolo. Spieg.

ALIOQVI, coniunctio, pro quòd ſi non, uel præter hoc: conditionaliter efficit diſpoſitionem, nõ autem orationem. l. ſi finita. §. ex hoc edicto. ff. de Dam. infec. cũ ſimil. apud Alberic. Vide Bart. in l. j. de Cõd. & demonſtr. Sp.

ALIOQVIN, non rarò, pro in alijs, uſurpatur. Spieg.

ALLIGARE loro mulum ad pollicem, apud Vlpianum ad leg. Aquil. in fin. l. Si ſeruus ſeruum.

ALLODIVM, à uerbo laudo deductũ, oſtendit Alciat. in Parerg. & allaudium fundũ dictum, qui pleno iure ad poſſeſſionem pertinet, pro quo nullum alicui laudatiuum præſtandum eſt. Videntur id ueteres, proprium dixiſſe. Aliter, Allodium res eſt libera & propria alicuius, ex quo tamen præſtatur tributum. de quo uide l. at ſi quis. §. interdũ. ff. de Relig. & ſump. fun

ſun. Et Allodium, allodij, dicitur hæreditas quam uendere, uel donare poſſum. Secundum Bald. id dicitur, quod alicui ſic eſt proprium, ut id à nemine, quàm à ſolo Deo recognoſcat. D. Oldẽ. Allodiũ nũc, ait, receptũ eſt apud Feudiſtas: quo ſignificãt bona clientis beneficiarij hęreditaria ac propria, quę liberè poſſint alienari. Sp.

ALLVSIO, ad ſolius uocis ſimilitudinem refertur. ut poſſeſsio, quaſi poſitio: magiſtri, quòd monſtrent: furtum, quaſi furuũ: teſtamentum, teſtatio mentis: ſacellum, ſacra cella: interdictum, inter duos dictũ. Ex Alciato. Sp.

ALLVSIONEM, ſignificatum uocabulũ, præſumi uolunt. Qua de re uide Bart. in l. j. de Fide inſtr. Sp.

ALLVVIONES ſunt uel fluminũ, uel maris, uel pluuiæ, aut dimerſiones, aut trãſlationes locorum. Eluuiones foſſæ, pluuia factæ. uide, Per alluuionem. Sp.

ALMA urbs, pro clariſsima. l. j. C. Negociat. ne milit. lib. xij. ut apud Vergil. Ser. teſte, almus dies, Ecl. viij. Sp.

ALOGISTES. Vide, Elogij munus.

ALIQVANTVM ad modum refertur: aliquot, ſiue aliquammulti, ad numerum: aliquantiſper ad tempus, ſed cum ſignificatione breuitatis, quemadmodum & tantiſper. Vide Vallam.

ALIQVALIS & aliqualiter nõ Latinè dicũtur, ſed aliquãtus & aliquantũ. uide Vall.

ALIQVID inopinatum emergere in l. oratione. ff. de Ferijs.

ALIQVID, uel quidpiam iuris habere. l. ſi legati. ff. de Pignorat.

ALIQVIS, incertam perſonam ſignificat, habetq; uim pluralem, quamuis ſingulariter proferatũ. non enim eſt aliquis, niſi de multis. l. ſi uerò plures. §. ait prætor. ff. de His qui deiec. l. ſi ſeruitus. de Seruit. urb. præd. Spieg.

ALIQVOCVNQVE die. uide Quis.

ALIQVORVM res dicuntur, etiamſi nõ ſint cõmunes, ſed alia unius, alia alterius. l. littus. §. fin. de Verb. ſig.

ALITER, quantitatem'ne, an qualitatem reſpiciat, Bart. diſſerit in l. j. §. quod autẽ. ff. Ne quid in flum. pub. Sp.

ALIVD eſt tueri, quod accepimus, aliud nouum facere. Vide Neratium l. uſufructuarius. ff. de Vſufr. Sp.

ALTER, ad utrumq; ſexũ refertur. l. iij. §. alterius. de Neg. geſt. in prin. Propriè tamẽ de duob. intelligitũ, l. qui duos. ff. de Reb. dub. & ſimilib. locis. tametſi de trib. quoque, ut Alberic. indicat, accipiatur. Sp.

ALTER, propriè de duobus dicitũ. Vnde adnotarunt latius ſumi, in l. ij. ff. de Relig. & ſumpt. fun. l. ſi reus. de Duob. reis. Sp.

ALTERA pars, pro contraria. ij. q. iij. §. aptandum. Vide Albericum.

ALTERCATIONES antiqui Iuris, à Iuſtiniano placatas, in §. & deditities quidem. Inſtit. de Libertin. elegãter exponit Cl. Cãt. priſcæ obſeruationis difficultates reſecatas. Spieg.

ALTERNANS teſtis, q ſubinde uariat, & nũc unũ, nũc aliud dicit, qui & uacillans, hoc eſt, parũ ſibi cõſentiẽs dicitũ. Ex Bud. Sp.

ALTERNI dies, in l. j. Quan. dies uſufruc. Leg. ced. & l. v. de Seruitut.

ALTERNIS diebus, apud Vlpianum in l. j. de Aqua cotid. & alijs in locis. Eſt autem elegãtius quàm Alternatis. Sic monet Inſulan. Alternis uicib. quàm Alternatis uicibus, citius dicendũ. Alternis, abſolutè, ac ſeorſum poſitum, eſt poeticum. Sp.

ALTERNIS annis duobus ſimul legetũ, an ſingulis alternis annis, multum refert, indicante Papiniano ad fin. l. ij. ff. Quib. mod. uſufruct. amit. Sp.

ALTERNIS annis uti, frui. Vide Iulianũ l. quoties. ff. de Vſufructu. Sp.

ALTERNIS diebus uſufructus legatus. l. unica. ff. Quan. dies uſusfruct. leg. Spieg.

ALTERIVS prouinciæ homo, aut potentior oppoſitus aduerſarius. Adi l. j. ff. de Alienat iudic. mut. cauſ. Sp.

ALTIVS tollere. Totam materiam altius tollendi, ſeu extollendi, non bene declarant interpretes. Quare tenendæ ſunt regulæ, quas ea de re diligentiſſimus Oldend. noſter tradidit Action. iiij. Claſſ. iij. Porrò altius tollere, ſeruitus eſt urbana, quæ debetur ædificijs, quamuis ſecundum ſubiectam materiam cenſetur interdum non ædificio acquiri, ſed potius fundo, cui pretorium, uel uilla accedit. arg. l. plenũ. in prin. iunctam. l. ſi habitatio. §. ultimo. ff. de Vſu ex habitat. Cæterùm altius non tollere, & proſpectui non officere, differunt. l. ędificia. ff. de Ser. urb. pręd. l. altius. C. de Seruit.

ALVEVS, continens fluminis inter utramque ripam: unde ſubinde occurrit apud Iureconſult. Si fluuius alueum mutauerit. Spieg.

ALVEVS, uenter fluminis eſt, ſicut ſtomachus uini. Item,

ALVEVS, fluminis eſt uallis, ſiue foſſa, ſeu conceptaculũ, & locus per quem fluuius labit̃, dũ intra ripas notas currit. Nã cũ euagat̃, alueũ trãſcendit. ff. de Acq. rer. domin. l. adeò. Quòd ſi in toto, ait, alueo naturali flumen aliàs fluere cœpit, prior quidẽ alueus eorũ eſt qui prope ripã prędia poſſidẽt. Aliàs alueus eſt apũ receptaculũ. ut in eo. tit. l. naturalẽ. Anteaquã apes, inq̃t, in alueo à nobis cõcludant̃. Neb.

ALVMNVS, & alumna dicit̃, ſicut filius & filia. Eſt aũt alũnus, non is qui aluit, ſed qui ab alio alitus eſt. l. codicillus. §. qui Sẽproniã. ff. de Vſu & uſufr. Et eſt nomẽ ad aliquid dictũ. Refert̃ enim propriè ad nutricium, nutricem'ue, utcunq; Nonio reclamante. Pro eo enim qui alit, impropriè dicitur. Scholiaſtes in l. j. C. Quę res pig. oblig. poſſ. alumnos interpretatur filios concubinæ. Spieg.

A M

AMATOR, pro amatoriè amãte, apud Vlpianũ in l. j. §. fin. de Seru. corru. Aut amator exiſteret. Accipit̃ & in bonã partẽ apud Ciceronem. Neq; tantũ corporis eſt, aut ad tẽpus amantis, ut Donat. tradidit. Sp.

AMBAGE: hũc ablatiuũ Plinius, abſq; tamẽ ueterũ exẽplo, ꝑ multiplici errore & ambiguitate uſurpat. Nam apud ueteres has duas uoces tantũ legi, Ambages & ambagibus, ſunt qui annotauerũt. Extat uocula apud Iuſtin. in l. fin. §. Tales itaq;. C. de furt. tũ alijs locis ab Alberic. indicatis. Sp.

AMBASIATORES, ꝑ Legatis uulgò dicũtur, & barbarè. Baldus exiſtimat hos ſuã priuatam utilitatem procurare poſſe in legatione: quẽ uide in l. Si cui. uerſic. planè. l. non uer. ff. Quib. ex cauſ. maior xxv. ann. Sp.

AMBIGERE, inter alia & controuertere eſt. Terentius Heaut. Vicini noſtri hic ambigunt de finibus. Cicero in Verrin. iiij. Illius hæreditatis de qua ambigebatur. Sp.

AMBIGVITAS modis fit quinq;. Primò per diſcretũ & indiſcretũ. ut, Meretrices ſi ancillas habuerint, publicę ſunt. Meretrices habent ancillas. Quæſtio eſt, quę debeãt publicari, meretrices, an ancillę earum, an utræq;? Secundò per homonymiã. ut, Legauit teſtamento diſcũ ſuo amico, hæres offert uas uitreũ, ille petit argenteũ. Tertiò, per diſtinctionẽ. ut, Quidã duos amicos habebat, alterũ nomine Mileſiũ, alterũ Leſiũ: teſtamento ita cauit: Amicus meus hæres eſto Mileſi. Cõtendunt de hæreditate Leſius, & Mileſius. Quartò per abundantiam. ut, Meretrix aurata ueſte ne utat̃: ſi uſa fuerit, publicet̃. Meretrix aurea ueſte uſa eſt. Quæſtio eſt, quæ debeat publicari: ipſa, an ueſtis eius? Tolle, ne utatur, legẽq; ita pone: Meretrix aurata ueſte ſi uſa fuerit, publicet̃. incipiet publicatio ad meretrices pertinere. Quintò, per deficientiã. ut teſtamento ita cauit, Ab hærede meo dari uolo amico meo decẽ uaſa argentea quæ elegerit. quæſtio eſt, quis debeat eligere? Ex Fortunatiano. Sp.

AMBIGVITAS imperſonalis uerbi in ſtipulatione propter pręcedentẽ interrogationẽ declarat̃: ut promittendi reus uideatur πρὸς ἔπος, id eſt ad rogatũ reſpõdiſſe. unde Alciato ualet hęc ſtipulatio, Promittis mihi centum? Promittuntur: tametſi frequentius traditum eſt, non ualere. Lege cap. xviij. ſecundi Parerg. Alc. Sp.

AMBIGVITAS nominis, eſt quæ minus doctè æquiuocatio dicitur.

AMBIGVVM duas res ſignificare, Quintilianus de Amphibologia ſcribit: & ideo Paul. de Reb. dubijs ait: In ambiguo ſermone non utrunq; dicimus, ſed id duntaxat quod uolumus. Vnde colligitur, qui ambiguũ loquitur, unum dicere, & id ſolũ quod ſentit: quamuis ambiguũ plura ſignificet. Vnde regula eſt: Quòd in ambiguis, eius qui ſcripſit, ſententiã ſpectemus. At Fortunatianus inter ambiguũ et obſcurũ illud intereſſe docet: quod in ambiguo plura ſe oſtendunt, quorũ quid potius accipiendũ ſit ignoratur: in obſcuro aũt aut nihil, aut parũ, quid attendat̃, apparet. Sed ubi parũ eſt quod apparet, obſcurum eſt ambiguo ſimile. ueluti ſi quis excipiatur aliquo triuio, ubi dẽſitate nebulæ, nihil uiarũ quod eſt, eluceſcat. Ergò à pergendo, prius obſcuritate tenetur. At ubi aliquantulum rareſcere nebulę cœperint, uidetur aliquid, quod utrũ uia ſit, incertũ eſt: & hoc eſt obſcurũ, ambiguo ſimile. Diluceſcente aũt cœlo quantũ ſatis eſt, iam omniũ uiarum deductio clara eſt: ſed quà ſit pergendũ, non obſcuritate, ſed ambiguitate dubitat̃. quere, Obſcurũ. Sp.

AMBIGVVM, ſiue obſcurum, quibus modis perſpicuũ fiat, ex Rhetor. Cic. docet Salom. in l. omnes populi. ff. de Iuſt. & iure. Spieg.

AMBIGVA intẽtione, uel oratione, ſi quis uſus ſit, id quod utilius ei eſt, accipiendũ eſt: Vlpianus ait, l. Si quis intentione. ff. de Iudic. Spieg.

AMBITIOSA decreta, Iureconſultis per gratiam facta, quę reſcindi iubet Vlpian. Id ante nos annotauit apud Liuium Rhenanus noſter. Spieg.

AMBITIOSA diligentia, pro nimia & anxia. Vlpian. Nam inter inſolentiam iniurioſam, & diligentiam non ambitioſam, multum intereſt: hoc eſt, Bud. exponẽte, iuſtam & accuratam, nec nimiam, nec affectatam, aut famæ aucupatricem. in l. ſi benẽ collocatæ. ff. de Vſur. Sp.

AMBITVM Scęuola definit, quantum ſpaciũ eſt, quo tectũ prominet. Proinde partes non claudit ædium ambitum. Spieg.

AMBITVS, affectati honoris crimen appellatur: à circumeundo, ſupplicandoq́. autor Feſtus. Super quo & leges ad ambitum puniendum latæ. qualis lex eſt Calphurnia. Spieg.

AMBITIOSAE amicitię, quæ plurimum oſtentationis, nihil aut parum rei habẽt, cuiuſmodi nunc ſunt inter aulicos, qui ut quidam incorruptæ famę uerißimè dixit, multis, ſed fucatis uerbis et magnificis ꝓmiſſis amici uideri incipiunt, cum reuera alter alteri inuideat: imò alter alterũ, ſi detur occaſio, plerũq; decipiat. Obſeruauit & St. Rob. Sed profectò grauius eſt, atq; reip. exitialius, quod in l. ij. ff. de Legib. Budæus annotauit, quum ait: Quotus enim quiſq; eſt qui modò in aula interiore alicuius ſit nominis, aut etiam ex eorum gente, qui in aula præpotentes ſunt, qui non ſe dignum cenſeat, quem propter leges & Conſtitutiones, quantumuis graui ſanctione munitæ, uiolari debeant. Sp.

AMBITVS, ab ambitione diſtat, quòd ambitus in actu eſt, ambitio uerò in animo. Ambitione peccat, qui præter modũ cupit honores: & dicitur Ambitioſus. Ambitum uerò committit, qui largitionibus magiſtratum conſequitur. Modeſt. ad l. Iul. de Amb. Hæc, inquit, lex in urbe hodie ceſſat: quia ad curiam principis magiſtratuũ creatio ꝑtinet, nõ ad populi fauorẽ, qui ſcilicet declarat̃ ꝑ ſuffragia. Nebr.

AMBOS feciſſe dicimus, ſi duo coniũctim aliquid fecerint. ut, ambo ſibi ſepulchrum conſtituerunt: hoc eſt, unum ſepulchrum commune. uide infrà, Vterq;. Sp.

AMBVLATORIA uoluntas ultima teſtatoris dicit̃, uſq; ad mortẽ: quòd ut certa fixaq; conſiſtat, nulla lege coerceat̃, ſed potius ei cõceſſum ſit, ſubinde alienare mentẽ. Sic apud Paul. poteſtas ambulatoria, in l. erit ergo. de Fun. dot. et apud Iuſt. ambulatoria actio. in l. ult. §. j. C. de Fur. Sp.

AMICA, quã quis amat inhoneſtè, hæc paulò honeſtior eſt concubina. l. Maſurius. de Verb. ſig.

AMICITIA, eſt diuinarum, humanarumq́ rerum cum charitate conſenſio. Sp.

AMICITIAE cauſas, quas leges uel indulgent, uel uetant, eleganter explicat Alc. enarrans §. amicos appellare. in l. latæ culpæ. de Verb. ſig.

AMICITIA ductus paterna. l. is qui. ff. Negoc. geſt.

AMICOS quos appellare debeamus, Paulus docet in l. latæ culpę. §. amicos. de Verbor. ſig. Pomponius in l. fundi. ff. de Acquir. poſſeſſ. eleganter procuratorem appellat amicũ, nimirũ ad officiũ reſpiciens. Amicus noſter, ſic ab Impp. appellat̃ Pręfect. urb. l. fin. de Offic. Pręf. uigil. Sp.

AMINAEVM uinum, Campanię celeberrimum, Seru. dictũ putat, quaſi ſine minio, id eſt, rubore. nam, ut ait, albũ eſt. Procul. de Vin. & trit. leg. j. Qui aminæũ, inquit, Græcum, &c. Nebriſſ.

AMISSI appellatione uenit, corruptũ, ſciſſum, fractum, non autẽ raptum. l. prætor. §. loquitur. & §. amiſſa. ff. Vi bon. rapt.

AMISSIO, quia in ſeſe eſt priuatio, non admittit probationem, niſi per quod contigerit aliquod factum, oſtendat̃. Vide D. Old. Action. viij. Claſſ. j. Spieg.

AMISSVM non intelligitur, quod ablatũ alteri nõ eſt, ait Papinianus, l. nec utilem. ff. Ex quib. cauſ. maior. Sp.

AMITA, ſoror patris mei, quia tertia à me ſit, atq; auia uideri poteſt. Dicta ab eo, quòd ab antiquiorib. Auita ſit uocitata. Siue Amita dicta eſt, quia à patre meo amata eſt. Nã plus ſorores à fratrib. quàm fratres diligi ſolent, uidelicet propter diſſimilitudinẽ perſonarũ: quæ eo minus habẽt diſsẽſionis, quo minus æmulationis. Amitamagna, ſoror aui. Amitinus, qui ex ea generat̃. l. amitę filius. ff. de Grad. Sp.

AMMIRALDVS pro litorũ curatore, ſiue maris præfecto, neſcio cuius linguę uerbum eſt, inquit Eraſ. Quod genus ſunt & illa, Mariſchalcus, Seneſchalcus, Baro, quę uidẽt̃ unà cũ Barbarico impio inuaſiſſe. Quibus qdẽ uocabulis aut utendũ cenſet, aut uetus aliq̃d uocabulũ ſubijciẽdum, q̃d nouo reſpõdeat. Id ut cõmodius fieri poſſit, ipſe

ipſe indicat in de Conſcribend.epiſt.Sp.

AMNESTIA, obliuio iniuriarum eſt, quaſi lex obliuionis: ubi cauetur, ne de iniurijs, damniſq; ultrò citroq; illatis, ius ciuiliter, uel criminaliter reddatur. ab Athenienſibus inducta. Alc. in l. qui in poteſtate. C. de in ius uoc.

AMOTAE res qualiter intelligendę ſint, oſtendit Iuriſconſ. in l. iij. §. res amotas. ff. Rer. amot.

AMOVISSE eum accipimus, qui celauerit, interuerterit, aut conſumpſerit. l. ſi ſeruum. §. ſi quis ſeruus. ff. de Acquir. hęred. l. qui tabulas. in fin. ff. de Furt. Sp.

AMPHORARIVM uinum, apud Proculum, l. fin. ff. de Tritico & uin. leg. inquientem, quod ſi ita eſſet, legatum uinum amphorariũ, aminæũ, Græcum, & dulcia omnia, nihil interdulcia, niſi quod potionis fuiſſet, legatum putat Labeo ex collatione uini amphorarij. Sp.

AMPHIBOLOGIA, nota figura. de qua Doctores ſub Rubrica, de rebus dubijs, pleraq; attigere. Si uerbi amphibologia incideret inter actorem & reum, tunc utroq;, aut altero eorum poſtulante, uel etiam ſi iudex animaduertat ueritatem nõ ſatis conſtare, nullo pacto interim procedet ſub incerto: propter quod meritò totus corruit ꝓceſſus. c. ij. de Libel. oblat. Vide Bart. in l. ſi rem. ff. De rei uend. Sp.

AMPLIFICATIO uulgò dicit̃ augmentatio, hoc eſt, copioſa rei alicuius dilatatio. Amplificatio rhetorum collationib. creſcit, eſtq; ꝓpria generis demõſtratiui.

AMPLITVDO eſt (ut ſcribit Cicero lib. ij. de Inuent. potentiæ, aut maieſtatis, aut aliquarum copiarũ magna abundantia.

AMPHORA, uas eſt uinarium, menſuram uidelicet continens. Hemina, uncias continet noſtras ſeptẽ ſemis. Sextarius, unc. xv. Congius, hemin. xij. Modius, hemin. xxxij. Vrna, hemin. xlviij. Amphora, heminas xcvj. Alc. lib. iiij. Diſ. cap. xxi.

AMPHOTEROPLON, fœnus nauticũ eſt, cum fœnerator & cõmeatus & remeatus periculũ ſuſcepit. Heteroplon uerò, quum commeatus tantũ. Bud. in Annot. ad l. nihil intereſt. de Naut. fœn.

AMPLIARE. lege, Augere.

AMPLIATI rei ſunt, quorũ damnatio differtur: aut quia coràm ſiſtendi teſtes ſunt, & cum illis cõmittendi: aut quia nondũ planè liquet, aut de crimine, aut de pœnę modo. Bud. in Annot. Sp.

AMPLIATIO, in hoc à comperẽdinatione differt: quòd Ampliatio certum numerum actionum non habebat: Comperendinatio uerò, iteratam actionem in tertiũ diem, hoc eſt, perendinum, quod Græci μεταύριον dicunt, quaſi poſt craſtinum. Budæus ibidem. Sp.

AMPLIATIONIS nota, à iudicibus in tabella ſcribebatur, N. L. id eſt, nõ liquet, autor Aſconius.

AMPLIOR ſumma, pro maiore, apud Iuſtinian. Inſtitut. Per quas perſ. nob. acq. §. Ideoq;.

AMPLISSIMVM, quod latiſſimẽ patet.

AMPLISSIMVS ordo, pro Senatorio, nempe omnino maximo & nobiliſſimo. Ampliſſimum teſtimonium, pro grauiſſimo, & magni ponderis. Vide Budæum in l. ult. ff. de Senatorib. Sp.

AMPLIVS, aduerbium notæ ſignificationis, quando indicat quantitatem, uel conditionem, Bart. docet in l. ſi tibi. de Leg. iij. quib. adde quæ idem refert in l. lecta. ff. Si cert. pet. Eſt item ubi pro plus, non ineleganter uſurpatur. Spieg.

AMPLIVS & minus, comparatiua quãuis ſint, tamen ex ſubiecto argumẽto uim cõparationis quandoq; amittunt, poniturq; amplius pro toto, minus pro nihilo. Exẽpla producit Alciat. in cõment. de Verb. ſignifi. Spieg.

AMPLIVS quàm Titio legaui, hæres meus Seio decem dato. Africanus in l. ſi ſeruus legatus. §. Si ita ſcriptũ de Legat. Sp.

AMPLIVS quàm mihi debes, decem dare ſpõdes? uide Africanum de Legat. j. l. ſeruus legatus.

AMPVLLARIVS, ampullarũ artifex.

AMVRCA, ſanies, ſiue ſuccus eſt ille aqueus, atq; niger, qui ex oliua ſimul cum oleo exprimitur, atq; ſubſidit. Quod uerò poſt oleum in dolia conditum, quaſi ſecundũ purgamentum, Fraces appellantur. Vlp. in l. qui penum. de Penu. legat. Ariſto, ait, notat etiam quæ eſui, potuiq; nõ ſunt, contineri legato, oleum, garum, amurca. Legendum fortè, muria, pro amurca, quę non eſitatur. Nebriſſ.

A N

AN, particula duplicem interrogationẽ denotat, etiam ſemel poſita: ſecunda, ſubaudita cum negatione. Inſtit. de Rer. diuiſ. §. cũ ex aliena. & §. ferè. in fin. Quib. mod.

mod. teſt. infir. l. an uſuſructus. ff. de V-ſufr. & ſimilib. nec paucis locis. Spieg.

ANACEPHALAEOSIS, id eſt, rerũ repetitio. Vulgus impitũ, Recapitulationem uocat: à quibuſdã Latinorũ, Enumeratio dicitur, qua memoriam iudicis reficimus, & totam ſimul cauſam ponimus ante oculos iudicis. Spieg.

ANACHORETA, qui in ſolitudinẽ, aut aliò quopiã ſeceſſit. Græca uox eſt, non Hebrea, ut putat Alberic. extat apud Iuſtin. in Aut. de Monach. §. cogitãdũ. Sp.

Ανάκλησις, reuerberatio, repercuſsio, Vlpianus: Qui deprimit ædificium, poteſt luminib. officere, ſi fortè τὴν ἀνάκλησιν, lumen in eas ædes deuoluatur. l. ſi arborẽ. de Seruit. urb. præd. Spieg.

ANACRISIS. Martianus in l. diuus Hadrianus: Et ideò cũ quis ἀνάκρισιν fecerit, iuberi oportet uenire irenarchã, et quod ſcripſit, exequi. Eſt aũt Anacriſis, examinatio negocij, quæ per delati interrogationem fit. Huic ut occurri debeat, Fortunatianus oſtendit, & ex eo Alciat. lib. 1. Parerg. Spieg.

ANADEMA, ſimpliciter corona eſt: Diadema uerò, Regum. Dictum Anadema, ab ἀναδέω, q̃d eſt corono. Paul. de Aur. & arg. leg. l. quamuis. Sicut mitrę, ait, & anademata. Nebr.

ANADESMATA legit Alciat. interpretans ornamenta capitis. Ex Suida. Sp.

ANAGRAPHE, deſcriptio, ut Cicero, uel ut uulgus, Inuentarium. Haloander apud Vlpian. in l. fin. de Bon. iud. aut. poſſid. ſic ait legendum: Puto & ἀναγραφὴν ſcilicet facere inſtrumentoriũ. & nõ ut uulgata habent exemplaria: Puto creditoribus eſſe dandã copiã inſtrumentorum. Inuentarium autem, & Repertorium, uoces eſſe in uſu Iuriſconſſ. norũt quibus textus eorũ familiaris eſt. Sp.

ANALOGISTAE, tutores ſunt, qui non tenentur reddere rationẽ tutelæ adminiſtratæ, ab ἀνὰ καὶ λόγος, ratio, ut ἀνὰ tollat rationẽ. Iulian. de Admi. tut. l. quidã decedens, Eos, inquit, analogiſtas eſſe uolo. Et paulo pòſt: Teſtamentũ cõprehenſum ſit, ut analogiſtæ eſsẽt. Nebriſſ. Sũt qui ἀλόγιστοι legũt hoc loco, ut indicat Alciatus: tametſi magis probat, ut ἀνεκλόγιστοι legamus. Hinc apparet, Nebriſſ. corruptũ exẽplar ferè ubiq; ſecutũ. In ꝓbis codic, lex allegata Vlpiano tribuit. Sp.

ANALOGOS. Vide Elogij munus.

ANAPHORAE, id eſt, relatiõis uaria exẽpla in iure habemus, cum & ipſa uarijs modis fiat, ut Alciatus indicat lib. iiij. de Verb. ſig. Sp.

ANASTASIA. Vide, precor optime lector, quam etymologiam de hac dictione Albericus afferat: quoniã ſimillimas illi, quibus abundat uolumen eius, intactas relinquã. Hoc ideo hic ſemel monere libuit, ut cognoſcas ſic habere, quod in Nuncupatoria præfati ſumus. Spieg.

ANATHEMATA per ε, dicti ſunt homines ſacri, quorũ capita dijs inferis dicata ſunt: quemadmodũ etiã Latini ueteres, Sacrũ, in malũ ſenſum uſurpabãt. Vnde Anathematizare, id eſt execrari ſeipſũ, ac Dijs manibus, ut Ethnici loquuntur, deuouere. D. Eraſmus in Lucam annotãs, indicat dici etiã Anathemata, ea dona quę dicata dijs ſuſpendũtur in parietibus & columnis tẽpli, cuiuſmodi nũc uiſuntur potiſſ. iuxta monumenta diuorum, ſtatuæ argẽteæ, equi aurei, pocula gẽmata. D. Hieronymus admonet, Anathema uerbũ eſſe ꝓpriũ Iudęis, quo extremã deteſtationẽ ſignificare ſoleãt. At ex uſu ſcripturæ, & Eccleſiaſtico, Anathema eſt pręſciſio à Chriſti corpore. Et fieri anathema, præſcindi ab eodẽ. Quę autoritas Eccleſiæ, hoc eſt, ſummis eius hierarchis, rectoribus et paſtoribus, in cõtumaces, & ſuis iuſſionibus ac moderationibus rebelles competit. Aut. de Eccleſ. tit. in princ.

ANATHEMATIZO pro anathemate ꝑcello. in Conſtitution. Nouell. tit. de Interdict. colleg. hæret. §. ij. Spieg.

ANCEPS periurium, Vlpian. eleganter dixit, pro incerto & periculoſo. in l. iiij. de In lit. iur. Spieg.

ANCHORAM tranſlatẽ uſurpat Vlpian. in l. 1. §. magiſtrum. ff. de Exercit. action. pro gubernatione & moderatione. Sicut Latinis gubernator, rector & moderator nauis ꝓpriè dicit. Hęc uox in Parœmijs celebris habet, ut Anchora domus. Anchora nõ uulgari nitendũ, Anchora rupta, Anchoræ iactũ præuertit Deus, Anchoris duabus niti bonũ, Anchoras tollere, Anchoris duabus fultus, Sacrã ſoluere anchoram. Huius Oldẽd. meminit, Action. iiij. Claſſ. iiij. Vide Eraſ. in Chiliad. apud quẽ uox ipſa aſpiratione caret.

caret, nos Seruianos ſequimur. Spieg.

ANCILLA, mulier ſerua. Modeſtinus de Leg. iij. Seruis legatis, etiã ancillas quidam deberi rectè putant: quaſi commune nomen utrumque ſexum cõtineat. Ancillis uerò legatis, maſculos non deberi, nemo dubitat. Sp.

ANCILLA deuirginata, ſeruus ſtupratus, apud Paul. in. l. fin. de Offic. Preſid.

ANCILLAE non ideo comparabantur olim, ut párerent, ſed ut opera earum uterẽtur. l. Ancillarũ. ff. de Petit. hæredit.

ANCILLA urbana, uide Vrbana ancilla.

ANCILLARIVS. Lege, Mulierculárius.

ANCONES, uaſa ſunt cubitalia. Paul. de Fund. inſtru. l. taberne: Doliaria, inquit, uaſa, ancones, calices, trullæ. ἀγκών græcè, cubitus eſt latinè. Nebriſſ. Rhenanus Anconem, familiare telum priſcorum Francorũ, ein Fränckiſcher hack/ eleganter deſcribit lib. ij. Rer. Germanic. Spieg.

Ἀνεκλόγιστοι, apud Vlpianum in l. ita autem. de Adminiſtr. tut. intelligẽdi, qui rationibus reddendis ſoluti ſunt. Spieg.

ANFRACTVM. lege, Porrectum.

ANFRACTVS, pro uiarum flexu, in l. uiæ latitudo. ff. de Seruit. ruſt. præd. Sp.

AMFRACTVS, ut Iureconſulti pronunciant, uel anfractus, ut alij, propriè ſunt uiarum flexus. Ab eo leges iubent in directo pedum VIII eſſe: in amphracto XVI. id eſt, in flexu. Celſus, Quemad. ſeruit. amit. ad finem. l. nam ſatis. Contrà (inquit) illud commodum acceſſiſſe ei, cui uia debebatur: quod per duas pariter uias ire agere poſſit, pedes octonos in porrectum, ſenosque denos in amfractum. Spieg.

ANGARIA, pen. lon. interpretatur coactio. Mat. xxvij. Luc. xv. Angariauerunt Simonem quendam Cyrenæum. Vlp. de Priuil. ueter. Naues, inquit, angariare poſſe. Nebriſſ. Et,

ANGARIARE, teſte Eraſmo, Suidas indicat uocem eſſe Perſicam: quòd apud illos Regij nuncij, ἄγγαροι dicerẽtur. Vnde et qui literas inuicẽ tradunt perferendas, Angari dicuntur: quos eoſdẽ ἀστάνδας appellabant. Denique translata uox eſt ad quoſuis, qui ſeruorum, aut iumentorũ ritu baiularent onera. Vide Aſtanda. & Rhodigin. cap. viij. lib. xviij. Sp.

ANGARIAE, ſeu Parangariæ, ſeu Perangariæ, munera ſunt, quæ in operis perſonarum uerſantur: ſicut Perangariæ, in quibus etiam aliquid impenſæ fit. Vide l. neminem. C. de Sacroſanct. eccl. & Alciat. in l. hac noſtra. C. de Præpoſit. ſac. cubic. lib. xij. indicantem omnia munera, quæ à militibus fiunt, etiam non uilia, ſecundum Veget. lib. ij. ut ſunt uigiliæ, itationes, & geſtationes in uſum belli, & cætera, Angarias, ſeu perangarias quoque dici: quòd neceſſitate urgente, illa munera ſubeuntur. Spieg.

ANGELI mentes ſunt incorporeę, quę ſi quo modo apparent, aſſumptitiã ſpeciẽ exhibẽt oculis. Dicunt̃ uiri, nõ quòd ullus ſexus ſit in angelis, ſed quòd ea ſpecie ſeſe oſtendunt. Porrò ſpirituum tum bonorum tum malorum ordinum quorundam tituli proditi ſunt, atque etiã propria nomina, ut Michael, Gabriel: quæ in formula iuriſiurãdi, quod præſtari ſolet ab ijs qui officia ſuſcipiunt, legimus in Nouell. Conſtit. ix. Rabini Hebræorum putant, ſpiritibus ipſis nomina impoſita eſſe ab Adamo, iuxta illud quod ſcriptum eſt Gen. 1. Adduxit Deus cuncta quæ fecerat ad Adam, ut nominaret illa: & quomodocũque uocauit rem, hoc eſt nomen illius. Sed præſtat de natura Angelorũ nõ altius philoſophari, quàm in Canonicis libris traditum eſt. Scripſit librũ de Spiritibus Ioan. Tritemius Abbas, quẽ dicauit Cæſ. Maximiliano, laudabantque qui id temporis erant Magiæ ſtudioſi. Spieg.

ANGVILLARIVS lacus, apud Proculũ, pro anguillarũ alumno. in l. Rutilia Palla. de Contrah. empt. Tradũt, anguillas lacuſtres inſuauiores eſſe marinis, & pluris alimẽti. Anguillæ tamen omnes fluuiatiles ſunt, ſed in mare etiã deſcendunt: quas ad tricenos quoque pedes longas, in Gange amne reperiri, Plinius & Solinus ſcribũt, quod & à Maſſario Fo. obſeruatum eſt. Sp.

ANGVSTE ſcribere, eſt uerbis proximis & quaſi conſtrictis compreſſisque ſcribere: quod contrà magni ſui quæſtus cauſa Aduocati hac ætate (& illos ſecuti iudicialium actorum, nec nõ contractuũ, ut uulgò uocãt, ſcriptores) faciũt. quàm iuſtè, ipſi uiderint, dicit Fr. Syluius. Sp.

ANGVSTIAE pluraliter tantum dicuntur

tur loca ſeu uiæ, quę uix tranſiri queant, Vlpian. in l. ij. ſi quis caut. Niſi anguſtiæ, ait, nõ patiebantur terra iter metiri, uel flumen circumire. Sp.

ANGVSTICLAVII. Lege, Clauus.

ANGVSTVS locus, demonſtrante Pomponio in l. ſi tam anguſti. de Seruit. iter magis, quàm uiam recipit. apud eũdem in l. pen. ff. de uſu & habit. legimus anguſtum legatarium, pro eo qui eſt re tenui atque modica. Sp.

ANIMA, pro uita apud Iuſtin. §. ſunt præterea. Inſtit. de Pub. iud. Sic Iuuenal. de teſtibus loquens, Summum crede nefas animæ pręferre pudorem. Sp.

ANIMADVERSIO grauior, itẽ maior, pro punitione & caſtigatione infamiæ. ut ex Vlpiani uerbis patet, in §. j. l. j. de Offic. præf. urbi. & Venuleij de Offic. Proconſ. Omnis autem & adnimaduerſio & caſtigatio, contumelia carere debet: neq; ad eius qui punit aliquem, aut uerbis caſtigat, ſed ad reipub. utilitatem referri. autor Cicero ij. Offic. Sp.

ANIMADVERSIONEM ſeuerißimã apud Iuſtin. in l. nemo. C. de Sũma trin. ultimũ ſupplicium interpretantur. Sp.

ANIMADVERTERE, pro cõſiderare, colligere, apud Vlp. in l. j. de his qui ſui uel alie. iur. Quamuis propriè intelligimus aliquid argumentis, animaduertimus ſenſib. præſenti animo utentibus. Id Aſcon. monuit. Significat & animi iram exercere, punire. Vnde animaduerſio ſæpe pro pœna accipitur. Vlpianus de Iniur. l. itẽ. apud Labeonem ait prætor: Ne quid inſinuandi cauſa fiat, ſi quis aduerſus ea fecerit, prout quæq; res erit, animaduertã. Hinc Animaduerſio, pro punitione. Iabolenus ff. de Furt. l. meminiſſe. Extraordinaria, inquit, animaduerſione coercendum. Obſeruanda tamen differentia, quòd punire, eſt quorũcunq; ſiue iure, ſiue iniuria: animaduertere eius eſt, qui in alterum habet poteſtatem ordine ac rite puniendi. l. iij. ff. de Iuriſd. om. iud. C. de Epiſc. & cler. l. ſi quis in hoc genus. Sp.

ANIMADVERSVS, apud Paul. pro eo qui ſupplicio affectus eſt. Corpora animaduerſorũ quibuslibet petentibus, ad ſepulturam danda. Sunt tamen qui annotarunt id uideri dictum licenter, in l. fin. de Cadauerib. punitorum. Sp.

ANIMADVERSIO pretoria, prout quęque res erit, animaduertã: ſic intelligendũ eſt, ut plenior ſit pretoris animaduerſio: id eſt, ut quidquid eũ mouerit, uel in perſona eius qui agit iniuriarũ actione, uel eius aduerſus quem agitur, uel etiam in re ipſa, id eſt qualitate iniuriæ: non audiat eum, qui agit. Vlpian. in l. itẽ apud Labeonem. §. Quod ait prætor. ff. de Iniur. Spieg.

ANIMAEQVVS, eſt moderatus & tolerans, & minimè querulus in aduerſis. Bud. in Annot. prior.

ANIMAL, definiunt philoſophi, ſubſtantiam animatam, ſenſibilem: noſtri, quod per ſe mouetur, unoq; ſpiritu cõtinetur. Alber. citat l. mouentiũ. de Verb. ſig. & l. rerum mixtura. de Vſucap. Sp.

ANIMAL partimur in corpus & animã: diuidimus in hominem, leonem, bouẽ, equum. &c. Sp.

ANIMARE, pro incitare, animum addere. in l. cum ſeruum. C. de Ser. fug.

ANIMI uirilis eſſe, pro eo quod ad patrẽ pertinere, ut tutoria, curatoriáue facta dijudicet, & eſtimet, uenuſtè dixit Triphoninus in l. fin. Qui pet. tutor. uel curat. Spieg.

ANNALES, memoria publica, monumẽta uetuſtatis. Sp.

ANNALES actiones, quòd plerunq; intra annum exerceri poſſunt. Vide Inſtit. de Perpet. & temporal. act. Sp.

ANNI centũ, meta tẽporis humanę uitę. teſte Caio in fin. l. an uſufr. ff. de Vſufr. Sp.

ANNI plurimi, ſunt xxx. uel xl. ff. l. de Diuerſ. tempor. præſcrip. l. ſi quiſquam. Vide Alber. in dictione, Certi anni. Sp.

ANNICVLVS, dicitur tam de animatis, quàm de inanimatis, quę ſunt unius anni. ut, anniculus puer, anniculus agnus, anniculum uinum. Paul. de Verb. ſig. l. anniculus. Anniculus, ait, amittitur, qui extremo die anni moritur. Et infrà: Anniculus, inquit, non ſtatim ut natus eſt, ſed trecenteſima quinta die incipiente, planè non exacta, dicitur. Item African. de Lega. iij. l. cũ quæreret. Agni, inquit, qui minores eſſent anniculis. Nebriſſ.

ANNONA, pro pane capitur: quemadmodum & panis quoq; pro annona: præſertim apud Imperatores, qui non tam emunctę naris ſunt, ut Iuriſconſulti, quòd à fiſco percipiendos redditus, quos Iuſtin. in

ſtin.in Aut.de Non. alien.§. hęc ergo.an nonam ciuilem appellat: idem Cæſar in l.ult.C.de Iure dot.&.in l. hac edictali.§. his illud.C.de Secund. nupt.panem ciuilem uocat.Alc.C. de Frum.ur.conſtant. in l.j.lib.xj.

ANNONA item, non tantum ad fruges, ſed etiam ad obſonia refertur. Vnde & annonam macelli dicimus, Tranq. autore. Hinc & Vegetius annonarias expẽſas uocat, eas frugũ pabuliq; ſpecies, quas prouinciales militibus expẽdunt. Præfectus annonę,ut apud Pyrrhum lego,dictus etiam eſt Comes horreorum. Is & Sitocomus, à frumenti cura,ſeu frumentatione dictus.Sp.

ANNONARII, qui à ruſticis eſculenta emunt,ut deinde uendant, nomine comprehenduntur uenalitiorum,teſte Alciato in l. mercis appellatione. ij. de Verb. ſig.Spieg.

ANNOTATIO,in Iure ciuili,Principis reſcriptum dicitur,quod ipſe ſuo ipſius cõſilio adductus,alicui impertit.

ANNOTINVM,& quod ad annonã pertinet.ut annotinę naues,quibus annona cõportatur,et quod eſt unius anni,dicit.

ANNOS non in totum compleuit. Vlp.in l.j.§.j.de Poſtuland.

ANNVS.quidam auſpicãtur eum à Natali Chriſti,quidã à Cal.Ianuar.quidãà die Paſchæ,quidã à feſto Annũciationis.Atque ex hac re ſæpenumero captio naſcitur parum attentis, quam uarietatem expediret tolli è rebus mortalium, ut rectè ſentit Eraſm. Lege Alciat. in l. biſſextus de Verb.ſig. quibus adde quod tanta fuit olim etiam in Eccleſia eius rei cura, ut Cyrillus affirmet in Synodo conſtitutũ eſſe,ut quatenus Alexandrinus Epiſcopus ſignificaret Romano certũ æquinoctij diẽ, propterea quòd in ſchola Alexandrina eo tẽpore adhuc florebãt cœleſtium motuum ſtudia. Romæ uerò nõ perinde nota erant.Sp.

ANNVS conſtat ex continuis diebus trecẽtis ſexaginta quinq;. Paulus.in l. cum hęres.ff. de Statu liber. Adde l.anniculus.ff.de Verb.ſignific.Sp.

ANNVS Biſextilis, nũc quartus quiſq; annus dicitur. quia duobus continuis diebus bis dicimus, ſexto Calendas Martias, duos dies pro uno computantes: ut ſit biſextum,quaſi bis ſextum. Cuius meminit Celſus in l.cum biſextus.ff.de Verbor.ſig.Sp.

ANNVS continuus eſt, in quo dies ad momentum reputantur,nullis agendi obſtaculis interim exceptis.ut in uſucap.l.nãque.§.j.ff.de Vſucap.Sp.

ANNVS cœptus pro cõpleto habet.l.Qui filiũ.§.j.ff.ad S.C.Trebell.Etenim fauoris ratio ſuplet tẽpus, quod alioquin natura nondũ cõpletũ eſt.Annuus cœptus pro completo non habetur.l. non putabã.ff.de Condition.& demonſtrat.Sp.

ANNVS extremus, extrema pars anni, quę apud nos eſt Decembri menſe,cum duodecimus apud antiquos eſſet Februarius.Ideo eo mẽſe Terminalia feſta celebrabantur, quòd is dies extremus eſſet anni:de quibus,ſi placet, uide Ouidium lib.Faſtorum ſecundo.

ANNVS utilis,trifariam dicitur: primò,ſi actor habet experiundi poteſtatẽ: item ſi reus præſtet ſui cõueniendi facultatẽ: & tertiò, ſi iudicis copia adſit. l. j. ff. de Diuerſ.& temp.præſcr.Sp.

ANNVVM, quod ſingulis annis datur.l. j.C.Quand.dies leg.ced.

ANNVA bima,hoc eſt,ſingulis annis duo redituũ nomine. Scæuola in l.cum quis decedens in prin.ff. de Legat.iij. Falſo autem legit Accurſius annua bima, pro duobus annis.Oldend.

ANNVA,bima,trima die,dare decẽ promittis: hoc eſt tẽpore unius, duorũ, triũ annorũ.l.ſi legatũ.de Annu.leg. Si legatũ, inquit Iuriſconſ. ſit relictũ annua, bima, trima die,triginta fortè, dena per ſingulos debentur annos,licet non fuerit adiectũ, æquis pẽſionibus. Et ꝓbat ibi Vlp. idem ius eſſe,ſi teſtator decẽ,trima die legauerit.Quod nota. Non ſolum aũt annua,bima,trima die dicere ſolebãt ueteres,ſed etiã annuo, biẽnio,triẽnio.Pomponius de Manumiſ.teſt.l. ſi ita, inquit, fuerit ſcriptum in teſtamẽto:Stichus ſeruus meus,hęredi meo mille nummos annuo,biennio,triennio,ſi ſoluerit,liber eſto:non poteſt is ſeruus,niſi triennio prę terito,liber eſſe.Sp.

ANNVA ſtipulatio,nũ uera ſit,Bart.diſſerit in l.ſi ſeruus cõmunis.§.cum ſeruũ.ff. de Stipul. ſeru. Annuæ uerò penſionis materiam,Guido Papa nõ inutiliter tractat in quæſtionibus.Sp.

ANNVATIM, aduerbiũ, niſi probetur idoneis

neis autoribus, quidã recipiendũ negãt.

ANNVI reditus pecunia parentis empti, quorum commoda & alenare & hæredibus tranſmittere poſſunt filij, reputantur eis in legitimam. l. omni modo. §. imputari. C. de Inoff. teſt. Sp.

ANNVLI leues ſunt Iuriſconſulto, qui rẽ nõ excedunt aureorũ quinq; in l. ult. de Bonis dãnat. Verùm, ueniat' ne annulus auri appellatione, Bart. indicat in l. cum aurum. ff. de Aur. & arg. leg. Vlp. in l. diuus. ff. de Damnat. bonis. Sp.

ANNVLVS ſignatorius, qui characťera, id eſt, ſculpturam habet: quo utimur, ut ſignum imprimamus. Alc. de Verb. ſig. Lege, Signatorius annulus.

ANNVLARIVS, opifex annulorũ. Sp.

ANOMALAM, hoc eſt, irregularẽ, & innominatã exceptionẽ, interpretes appellant, quæ nec peremptoria, nec dilatoria ſit. Quanquã hoc non eſſe uerum, Zaſ. ſtudioſe obſeruãs proprietatẽ ſermonis ueterum Iuriſcoss. alicubi tradidit: quia non inuenitur eiuſmodi exceptio. Sp.

ANQVIRERE capite, eſt criminaliter contra aliquem procedere. Aliàs idem quod quærere, ſine appoſito. Bud.

ANSA, eſt qua quippiã prendit ac tenetur. Paul. in l. in rem actio. §. ij. de Rei uẽdic. Veluti, inquit, ſi quis ſtatuę ſuę brachiũ, aut pedẽ alienum adiecerit, aut ſcypho anſam, uel fundum. Hęc uox per metaphorã uarias adagiorũ formas præbuit. Plaut. in Perſa: An nõ uides hanc anſam quærere? id eſt, captare occaſionẽ reſcindendæ, irritandæq; pactionis. Cicero in Lęlio: Quo plures det ſibi tanquã anſas ad reprehẽdendũ. Anſis uaſa tenenť. Et Arę primò anſę dictę ſunt, quòd teneantur à ſacrificantib. Varro autor. Epictetus in Enchiridio ſuo ſcripſit, Vnicuiq; rei binas eſſe anſas: alteram, qua teneri poſsit: alteram, qua non poſsit. Cætera apud Chiliad. Eraſ. Sp.

ANSITARIA, expũge peregrinã dictionẽ, & repone, Amphitapa, in l. ueſtis. de aur. & arg. leg. intelligeq; ueſtes utrinq; uilloſas. Sic enim corrigit Alc. teſte, Marinus Brixienſis. Quod ait Vlp. Anſitaria quid uelit, ingenuè fateor me planè neſcire. Bayfius inquit, in de Reueſtiar. putatq;, ut Marinus repoſuit legẽdum, Amphitapa. Sed quid ſi ſtragulã inſtitoriã legamus, q̃d in Parer. Alc. annotauit quib. in officinis inſtitores ſe induũt. Sp.

ANTE, Poſt, Mox, & cætera id genus, certam ferè temporis formam non recipiunt, teſte Dn. Oldendor. Sp.

ANTE calẽdas, & poſt calendas, idẽ poſſe ſignificare, Alciatus demonſtrat in Cõment. ad l. anniculus. de Verb. ſig. Sp.

ANTE decimũ diẽ Calen. ſignificat undecimã, ſi de futuro loquar: poſt decimũ diẽ, ſignificat undecimã, ſi de præterito agatur. autor Alciat. in d. l. anniculus. Sp.

ANTE diẽ iij. Non. annotante Manutio, ueteres dicebãt, id eſt die tertio ante Nonas. Nã cum diciť, iij. Non. conciſa locutio eſt: quę integra eſſet, ſi diceres, iij. die ante Non. qua nõ admodũ utebanť antiqui, ſed eius loco, Ante diem iij. Nõ. Sp.

ANTE id tẽpus ſignificare, quod pręcedit actũ: poſt uerò id tẽpus, quod ſubſequitur, Doctores concludunt. Quę ſententia in actu momentaneo expeditũ intellectũ habet. Sed & in actũ tractum habẽte, idẽ eſt. ut cum dico rem factã ante bellum, intelligitur cœptum. Vide Alciatum, in l. ij. ff. Si cert. pet. Sp.

ANTE iudicium acceptum, id eſt, ante litem conteſtatã, colligitur. ff. Rẽ rat. hab. l. amplius. Albericus.

ANTE omnia, id eſt, antequam ad alia procedatur. l. ante omnia. ff. de Proba. l. cum alimenta. de Alim. et cib. leg. c. quamuis. ext. de Elect. lib. ſexto.

ANTAE populi Iſtri fluminis accolę, cõgeneres Sclauinis, quos in Romanas prouincias incurrentes Iuſtinianus per Childibium ducẽ repulit, & poſt aliquot annos duce germano ſororis ſuę filio, ad internecionẽ ferè deleuit, ut meritò ab eis nomẽ Antici uendicauerit. Quapropter Haloander noſter (quẽ fata ante diẽ nobis pręripuere, non ſine, ut candidè fateť Alciat. inſigni ſtudioſorũ iactura) rectè in titulo Iuſtiniani, ꝓ Attico Anticus reſtituit. in quo bis erratũ uulgo eſſe idem Alciat. oſtendit, cap. iij. lib. Parerg. v. Slauij cognomẽtum, de quo infrà in litera I, Haloander non agnoſcit. Sp.

ANTECESSORIS uocabulo, qui iura profitentur, appellatos exiſtimat Alc. Iuſtinianiq; tempeſtate id uocabulum in uſu fuiſſe. Vide ca. xij. lib. Diſpunct. iij. Cic. ętas pro eo qui antecedit, uſurpauit, Quamuis hanc dictionẽ in Conſtit. quæ in uulgatis codicibus, ſolũ Præfationis

inſtar eſt: in Pandectis Florentinis ſecundum locum obtinet. Haloand. teſte, plerique, ut ratione caretem, et ſubditiciā, expungendam cenſuere, & uel adſeſſores, uel anteceſſores reſtituere nō dubitarūt: quaſi de Paredris Athenienſiū, uel Præſidum paredris hoc loco habeatur oratio: ac non potius ſcholaſticum hoc uerbum fuerit, de uoce Græca (licet nimis quàm curioſe) expreſſum. Siquidem apud Græcos uerbum προηγεῖσθαι, per tranſlationē inter cætera ſignificaſſe, præeundo aliquē ueluti porrecta manu, in penetralia facultatis ac profeſsionis alicuius deducere: id uel particula προηγμένος, Alexādro Aphrodiſieſi, cęterisque familiaris oſtendit. ut anteceſſores ea ętate nihil aliud, quàm iuris profeſſores habiti ſint, qui in ſcholis publicis, autoritate Principis, certis locis Ius ciuile docerent. Sp.

ANTEFERRI, pro præferri, anteponi: unde Antelatus apud Cic. Orat. de Prouinc. Cōſularib. De hac dictione & clauſula, Anteferri prę cæteris, Felinus eſt uidendus in Com. ad tit. de Reſcriptis.

Ἀντέγκλημα, nō abſimilis anticategorię: ſed in hoc genere recriminationis fortiſſimū eſt, ſi crimen cauſa facti tuemur: qualis eſt defenſio Oreſtis, & oratio Milonis. ut, Occiſus eſt, ſed latro: excæcatus eſt, ſed raptor. Budæus lib. iam citato.

ANTEVERTERE, pro occupare, & pręuenire legitur.

ANTIADES, quo uocabulo uſus eſt Vlpian. in l. quæritur. de Aedil. edic. græcè tonſillæ dicuntur, german. Schlund gſchwär. Antias. uocat Tertul. annotāte Rhenano noſtro, pilos anteriores, & è fronte pendentes. Vide Rhodigin. lib. iiij. cap. ij. Sp.

ANTICVS cur Iuſtinianus dictus, uide Antæ populi.

ANTICATEGORIA, recriminatio dicit̃, ſiue mutua accuſatio. Et fit, aut quū litigatores idem crimen inuicem tentāt, aut aliud atque aliud. Bud.

Ἀντίχρησις, pignus eſt quod ita datur, ut eius uſum & fructum, pro uſuris ſibi creditor computet. ut, ſi tibi fundum impignorem, ut eius fructus colligas, donec tibi centū ſoluerim. Alciat. lib. ij. Diſpunct. cap. iij. Lege, Pignus diuiditur. Sp.

ANTIDORVM, doni redditio eſt, ab ἀντὶ re, & δῶρον, donum. Vlp. de Pet. hæredit. l. ſed & ſi. Planè ſi antidora acceperunt, dicendum eſt, eatenus locupletiores factos, quatenus acceperunt. Obſeruandū autem, ab ἀντὶ Græca uoce, quod eſt contrà, uiceuerſa, pleraque produci. ut antidorū, anticategoria, antichreſis, antipelargia, antiferna, antipepentos, antipocha, antigraphe. Eleganter autē diffinit genus quoddam eſſe permutationis. Et remunerandi obligationem cēſet naturalem. Spieg.

ANTIDOTVM, medicamētum eſt, quo nos cōtra uenenum pręmunimus. Paul. ff. de Penu. le. l. non omne. Quæ, inquit, in numero antidotum non eſt. Item de Contrah. empt. l. quod ſæpe. Antidota, inquit, & alia quędam ſalubria medicamina. Idem.

ANTIFERNA, bona ſunt, quæ à marito uiciſsim loco dotis adferuntur in matrimoniū. nam φερνὴ dotem ſignificat: unde & Paraphernа uocantur bona, quæ mulier ultra dotem ſibi habet. Sp.

ANTIGRAPHAEOS Budæus uocat, quos Galli Cōtrarotulatores dicunt. Hoc uocabulum Cæſ. Maximilianus, & pleraque alia, quæ miniſtros Principis indicant, è Gallia in Germanicum tranſtulit, Contralier/Grafier/Quartier/Forier/finanzier/Trapezier, Guardier, atque ijs ſimilia. Spieg.

ANTINOMIA, legum contrarietas. ab ἀντὶ contra, & νόμος lex. C. de Vet. iure enucl. l. Deo auctore: Nulla, inquit Iuſti. in omnib. prædicti codicis mēbris antinomia. Et paulo pòſt: Per ſuū uitiū antinomias induxerunt. Nebriſ. Preceptor noſter Zaſius, in diſſoluēdis antinomijs apud Iuriſcoſs. per Dn. Budæum haud temerè obſeruatis, multum operæ impendit. Sed ueritas eſt, multas leges ſcriptas, ſibi implacabiliter eſſe inuicem cōtrarias, teſte Dn. Oldendorpio, qui rectè tradit, tunc poſtremā ſequi nos oportere, memores ſemper mutationū quas circumſtantiarū diuerſitas exigit. Exempla ſunt nouiſſimi Iuris cōſtitutiões. Sp.

ANTIPELARGIA, dicitur quaſi Ciconiaria lex, qua liberi parentes alere iubētur. πελαργὸς grecè ciconia dicit̃. Nam ferunt, parentes ſuos ſenio confectos alere: & uolatu imbecilles, alis ſuis ſubuehere. Hinc uerbū ἀντιπελαργεῖν, quod eſt promerentibus gratiam in tempore referre.

ferre. Bud.in Ann.ad.l.j.de Iuſt. & iure.

Ἀντιπεπονθός, talio dicitur, quod genus Iuris (de quo infrà latius) Ariſt.improbat, nec legitimo iuri, nec ei quod in ciuilitate uerſatur, conuenire ait. Bud. annotauit l.ius ciuile.tit.eod.Sp.

ANTIPOCHA.Lege, Apocha.

ANTIQVARII ſunt, Pyrrhus inquit, qui rerum antiquarũ memoriã Principi ſuggerebant. Hi memoriales quoq; dici uidentur: quamuis & aliud quoq; in poſter.lib.C.ſignificent.Sp.

ANTIQVARIVS, qui antiqua uerba interpretatur, qui' ue curat uetera. Iuuenal. ſaty.vj.Ignotosq; mihi tenet antiquaria uerſus. Alciat.in l.hac parte. C.de Prox. ſacr.ſcrin.lib. xij.Bud.in annot.ad.l. poſteriorem.§.etiam Lucius.de Orig.iur.

ANTIQVIORA præferuntur.l. in finalibus.ff.Fin.regund.

ANTIQVORVM mos ſeruandus eſt,l. more.ff.de Iuriſdict.

ANTIQVITATI creditur tanquam cognitæ ueritati, ad quam ueteres iuriſconſultos reſpexiſſe cõſtat. In hoc enim, ut pręceptor meus Zaſ.cum Imp.Iuſtiniano dicebat, omnis uirtutis parens Homerus citatur. Ceterũ ea que de antiquitate dicuntur, intelligenda ſunt de tempore quod Conſtantinũ Principẽ interceſsit. Enimuerò quę in nouiſſimis libris Codicis leguntᷓ, nihil ferè, teſte Oldend. antiquitatis redolẽt. A' recẽtiorib. nanq; Grecorũ moribus ſumpta ſunt: & ob id magna ex parte non intelliguntur. Sp.

Ἀνυπεύθυνος, & ἀνεύθυνος, magiſtratus dictus, qui dicendę cauſę aut immunis eſt, aut quouis modo eximitur. Bud.in l.ult. de Senator.

A P

Ἀπενιαυτισμός. Vide, Banniti.

APERIRE ſcelus, furtum, coniurationẽ, adulterium: pro detegere, patefacere.

APER, porcus ſylueſtris, animal ꝓpter cõuiuia natũ, iuxta Satyrograp. Triphõ.uſufructuariũ, inquit, uenari in ſaltib. uel montibus poſſeſsionis, probè dicitur: nec aprum aut ceruum, quem ceperit, proprium domini capit, ſed fructus aut iure ciuili aut gentium, ſuos facit. Sp.

APERTA uis, hoc eſt, manifeſta, euidens, non recipit ſimplicitatis excuſationẽ: ut neq; ſeditio, neq; inobedientia, & alia id genus delicta, ut docet Bald.in l. quicũque.C.de Ser.fugit.Spieg.

APERTISSIMAS probationes opponere.l.fin.§.j.ff.Quod met.cauſ.

APERTVM ius, Cicerone et Quintiliano autoribus, id eſt quod clarũ & indubiũ eſt. Variũ autem, quod in opinionibus iureconſultorũ uagatur, quod et controuerſiam appellãt: à contrarietate opinionum, ueluti à uarietate uarium. & interpretes dubium, licet ineptius dicunt. de quo latius diſſerit Salomon. in §.reſponſa prudentum. Inſtit de Iure nat. Sp.

APERTVRAM, pro apertione, uel ipſo aperiendi actu, uſurpauit Iuriſcoſ.in l.iij. ad Sylan. quũ inquit, Omnis enim apertura prohibita eſt. Apud Vitruuiũ quaſi os quoddã in ædificijs intelligitur. Sp.

APHTHAE, medicis ſunt oris ulcera, quibus præcipuè infeſtãtur infantes. Vnde Aphtiphũ uolunt dici, qui eiuſmodi uexetur affectione: & ob id apud Vlp.in l. item Offilius. de Aedil.edict. hanc uocẽ eſſe reponendam, qua Iuriſconſultus linguæ locutionisq; prauitatem attigerit. Atypum autem Budæus legit, quod magis probandum, ſuffragante Noric.textu, & non ſatis expedito plectro linguæ utentẽ, ab etymologia uocabuli intelligit. Scholiolũ uerò, præpoſterè loquentem exponit. Porrò Rhodiginus, Si diuinare permittimur, inquit, malim Athyrophanam, uel Athyrotum ſubſtituere, quibus feſtinata nimis in loquendo celeritas ſignificatur. Sp.

APICES iuris, hoc eſt, ſubtilitates, ſummũ ius, ſtricta iuris ratio, quę bona fide agẽti nõ cõueniũt: ut eximius æquitatis cultor Vlp. dixit, in §. quædã.l.ſi fideiuſſor. Mandati. Hinc dubio procul emanauit uulgatũ illud, Diſputãtẽ in re liquida nõ eſſe audiendũ. de quo latius diſſerit Bar. in l.cõfeſſus.ff.de Cuſtod.reor.Sp.

Ἀπιθεία, qua uoce Iuſtinianus utitur in Nouella xcvij. moroſitas eſt quędã qua quis contumaciter reſiſtit rogantibus, & ſibi perſuaderi non permittit: uitium crudelitati contrarium. de quo lege cap. viij. lib.iiij.Parerg.Alciat.Sp.

APOCHA Græcè, receptio eſt latinè, uulgò Quittantia. Nam tunc illam creditor dat debitori, cum ab illo pecunias numeratas, aut rem quam illi debebat, recepit. Vlp.de Acceptil.l. ſi accepto latũ. Inter Acceptilationem, ait, & Apocham

hoc intereſt, quòd acceptilatione omnimoda liberatio cõtingit, licet pecunia ſoluta nõ ſit: Apocha nõ aliàs quàm ſi pecunia ſoluta ſit. Item de Fide inſtrũ. l. plures apochæ. atq; in eodẽ tit. eſt, de Apochis. Antipocha uerò uocatur, quã debitor creditori facit in pręſtationib. annuis oppidò neceſſariam. Vide Nebriſs.

APOCRYPHVM Alberic. ꝓfligatę barbariei ſecutus autores, Aprocriſum dici putauit, ab ἀπὸ, id eſt de, & κρίσις, ſecretũ: unde liber apocryphus, ſecretus, occultus, qa eius autor ignorat̃. Melius interpretãtur Eraſ. in Scholijs epiſt. B. Hieronymi ad Lętã, de Inſtit. filię: et Viues in cap. xxiij. D. Auguſt. de Ciuit. Dei lib. xv. ubi ait, Sicut multa ſub nominib. aliorũ Prophetarũ, et recẽtiora ſub nominib. Apoſtolorũ ab hæreticis ꝓferunt̃, quæ omnia ſub nomine Apocryphorũ autoritate Canonica diligẽti examinatione remota ſunt.

APOCRISIARII, nõ Apochryſarij, nec Ipochryſiarij. quãuis perinde barbarũ, ut hęc eſſe uideant̃: attamẽ illud rectius ab ἀποκρίνομαι, q̃d reſpõdeo ſignificat, dicit̃. Eſt aũt Apocriſiarius, ut quidam putat, Reſponſalis & legatus Epiſcopi, inde dictus, quòd aliquãdo ꝓ Epiſcopo reſpondere cogat̃. Vſi ſunt hac uoce pontifices, Itẽ Iuſt. loca indicat Alberic. Canonũ interpretes Papę nũcios intelligũt Apocriſiariorũ nomine, ut et apud medię ætatis annales reperit̃. Melius Oldend, qui ait: Apocriſiarij dicebãtur uelut locũ tenentes Epiſcoporũ, ut res Eccleſię gubernarent, negotia ſingulorũ audirent, referrẽtq; ad Epiſcopos, ut Nouel. Quom. opor. Epiſc. §. Si uerò nõ metropolitanus. & §. propterea ſancimus. Sp.

APODECTAE, Athenis dicebantur, qui collationib. & uectigalib. pręerant, quorum iudicio quicquid cõtrouerſiæ erat, in publicis collationib. decernebat̃. Alex. Neap. Gen. dier. lib. iij. cap. xiij.

APOGONI. Lege, Epigoni.

APOGRAPHA, eſt annotatio bonorũ, indexq; eorũ quę reperta ſunt. Iuriſc. Inuẽtariũ uocant, et Repertoriũ, ut in Commẽt. linguæ Græcę Budęus teſtatur. Sp.

APOGRAPHVM, dicit̃ exẽplũ uel libri, uel tabulæ, Latinè deſcriptũ, uel exſcriptũ.

APOLECTI, id eſt, delecti, eximij, ſelecti, hoc eſt ſanctius conciliũ, q̃d ex delectis conſtat uiris, des heymlichſten Rhats.

APOLIDES, itẽ inſularij dicunt̃ à Iurecõſultis, uiles ſerui, ac peſsimi, ſine ciuitate, & in inſulas deportati, & in publicũ opus, aut in metallũ dati. Canonica decreta, ſeruos colẽdis agris deſtinatos, nũcupãt tum Originarios, tum Aſcriptitios. Sed Originarij dicuntur propriè, qui ex Aſcriptitijs nati ſunt in ipſo ſolo, ſiue fũdo. ut C. de Agr. & cẽſ. l. colonos. lib. xj. et eiuſmodi ſine gleba, quã coluerũt, uendi nequeũt. Aſcriptitij uerò ſunt, qui per xxx. annos fuerunt in ſolo. Sp.

APOLIS, extorris, ſiue exul. ab ἀπολλύω, deperdo: ſiue ab ἀ priuatiua particula, et πόλις ciuitas. Mart. de Pœn. Quidã, inquit, apolides ſunt, id eſt, ſine ciuitate. Vlpiã. quoq; de Leg. in l. j. Nec teſtamẽt, ait, faciẽdi ius habent, cũ ſint apolides. Nebr.

APOSTATA quis propriè dicatur, oſtendit Bart. in Rubr. C. de Apoſtat. Eſt autem nomen deteſtabile hæc uox, ac Græcè neſcientibus atrocior quàm Latinè deſertor, aut transfuga. Et,

APOSTASIA peius ſonat quàm defectio.

APOSTASION, repudij libellus. Cæterùm

APOSTATAM, hoc eſt defectorẽ à fide Chriſtiana ad Paganiſmũ, uel Iudaiſmũ deficientẽ, abſq; libello licet accuſare, ꝓpter enormitatẽ criminis. l. apoſtatarũ. in prin. tit. eo. Nec tamen minus ueri Apoſtatæ ſunt, quorum tota uita pugnat cum Chriſto, ac mundo ſeruit, & à baptiſmi profeſsione diſcrepat. Sp.

APOSTATES miles dicitur, quũ ab Imperatore ſuo deficit ad hoſtem. Sic & diſcipulus, qui recedit à placitis ſui doctoris, apoſtates appellatur. Hinc ueteres Chriſtiani, qui ab Euangelicica fide defeciſſent ad Paganiſmũ, aut Iudaiſmũ, eos infami uocabulo apoſtatas uocabãt: q̃d ab Imperatore Chriſto, cui ſemel dederant nomen, ad Satanam, quem abiurarunt, deſciuiſſent. Sp.

Ἀποστῆναι, Gręcis dicitur, uxor, quę diuortiũ cum marito fecit. Vide Eraſ. Rot. in de Ratione concionandi lib. iij. Sp.

APOSTOLI itẽ, legati cum mandatis miſſi, cuiuſmodi xij. Dominus noſter miſit ad prędicandũ Euangeliũ regni, cũ poteſtate ſanãdi morbos, eijciendiq; dęmonia. Iuſtin. ſecundũ horũ Canones (quos Haloander adiunxit Nouell. cõſtit. et quidẽ ut ipſe indicat, non temerè) ſubinde profitetur ſe leges condidiſſe, prohibens ne quis à communione arceatur pręter Apoſtolicorum Canonum tenorẽ, quorũ

cognitio neceſſaria eſt iuris ſtudioſo. Sp.

APOSTOLICAM Eccleſiã interpres Romanã intelligit. Qui primus ſic accepit, multorũ pernicioſorũ errorũ autor fuit. Nã Apoſtolus ab Epiſcopo diſcernit. Si quidẽ Apoſtolus eſt immediatè à Chriſto uocatus ad docendũ Euangelium, & habet certum teſtimoniũ ſuæ doctrinæ, quòd ſit diuina: ac certũ eſt eum habere ſpiritũ ſanctũ, et in doctrina nõ errare, ac poteſt ubiq; in omnib. eccleſijs docere. At Epiſcopus eſt uocatus per omnes homines ad docendũ Euãgeliũ certo loco, et poteſt errare: nec neceſſe eſt certũ eſſe, quòd habeat ſpiritũ ſanctũ, nec poteſt à dictatis Apoſtolorũ recedere, nouumq; & aliud doctrinæ genus inuehere.

APOSTOLI, dimiſſoriæ ſunt literæ. ab ἀποστέλλω, quod eſt remitto. unde Apoſtole, es, remiſsio. T. Liuius: Apoſtolos fregit in ſenatu. Tit. Iuris eſt, de Dimiſſorijs, qui dicunt̃ Apoſtoli. Modeſt. quoq; de Verb. ſig. Dimiſſoriæ, inquit, literæ dicũtur, quæ uulgò Apoſtoli, ꝙ acta cauſæ à primo iudice ad ſecundũ demittantur, ut de cauſa inſtrui poſsit. Et hoc in Appellationib. ubi ſi appellationi defert̃, Apoſtoli dimiſſorij dicunt̃: ſi non, Refutatorij. Quòd ſi dubitet̃, an deferendũ ſit, nihilo minus dari debent: quòd obſequij teſtimoniũ præſtent aduerſus ſuperiorẽ iudicẽ. ideò à quibuſdã Reuerentiales appellant̃. Alc. de Verb. ſig. Itaq; Apoſtoli, literæ ſunt teſtimoniales, teſtificãtes ſcilicet de facta appellatiõe. Et hi ſunt uarij: Cõuentionales ſcilicet, quãdo pars admittit appellationẽ: Dimiſſorij, per quos apparet, quòd iudex detulit appellationi: Refutatorij, per quos apparet, quòd iudex nõ defert appellationi: Reuerẽtiales, ſeu reuerendi, ſcilicet quando ob reuerentiã ſuperioris defert̃ appellationi: Teſtimoniales, de quibus iam dictũ. Solent enim Acta iudiciaria nonnunquã loco Apoſtolorum deſignari. Nam ſatis eſt appellanti, quòd teſtimoniũ habeat qualecunque, uidelicet prouocationẽ interpoſitã, et iudici inſinuatã fuiſſe. Vnde Notarius quoq; (ſi utcunq; iudex tamen uoluerit) poteſt apoſtolos teſtimoniales dare. Sp.

APOTELESMATA, mathematicorum reſponſa dicuntur: quo titulo Ptolemæi liber Quadripertitus, ἀποτελεσμάτων inſignitus eſt. Alc. de Verb. ſig.

APOTHECAM Vlpianus, exẽplo Plinij & Columellæ, pro cella uinaria uſurpat. l. uulgaris. ff. de Furt. Idem pro repoſitorio, quod propriè eſt, uſurpauit in l. quæſitum. §. inſtructo itẽ fundo. ff. de Fund. inſtr. quum ait: Sed ſi quaſi apotheca librorum utebatur, cõtrà erit dicendũ. Videtur tamẽ à cella differre: ut ſit Apotheca maius quoddã repoſitorũ, Cella uerò minus, ad uſum ſcilicet quotidianũ. Sp.

APOTHECARII inter inhonoratas perſonas cẽſentur. C. Si cohortalis. C. de Cohortal. lib. xij. Sp.

APPARERE, paria ſunt: Non eſſe, & nõ apparere. l. in lege. ff. de Contrah. empt.

APPARITIO, pro præſtatione officij, cuiuſmodi ſolet eſſe apparitorũ apud Vlp. in l. fin. Quod met. cauſ. cũ ait delegante eo per uim apparitione Præſidis interueniẽte: quæ uerba interpres nõ intellexit, elegantẽ uerborũ, delegãte, & apparitione, ſignificationẽ minimè aſſecutus. Sp.

APPARITIO, interdum pro præſtatione officij, ſeu præſentia ad obſequendum: cuiuſmodi ſolet eſſe apparitorum circa magiſtratũ. Interdum pro diſcuſsione, ut in l. C. de Locat. præd. ciuil. lib. xj.

APPARITORES, miniſtri magiſtratuũ: præcipuè uiatores, qui homines in ius uocãt, alio nomine Statores dicti. Horũ fit mẽtio in aliquot TT. C. lib. xij. ad fin. ab apparendo dicti ſunt, quòd apparent ac præſto ſunt, obſequuntur q; magiſtratib. Vlp. de Euict. l. ſi pignora. Si pignora, inquit, ueneãt per apparitores. Sũt & miniſtri regij, qui aſtabãt lateri, & corporis erãt ſtipatores: ut ſi quãdo opus eſſet, ad imperiũ nutũq; regis præſto forẽt. Alex. Gen. dier. lib. j. ca. xxvij. Præterea dicunt̃ etiã apparitores, qui citant partes, & eas apparere faciunt in iudicio. Apparitura autẽ, ipſum miniſteriũ et officiũ, ut Tranquillus ſcribit in li. de Grãmaticis. Vide Old. in Claſſe j. Action. iiij. in prin. Sp.

APPARO, media correpta, ꝑ intẽdo uſurpatur. Vnde apparitores dictos quidã putant. Frequẽs eſt in iure noſtro, ut nomẽ Actionis, uel Exceptionis, per cõiunctiuam huius uerbi, & particulam Si, denotetur. ut apud Iuſtin. in §. Sic itaq;. Inſt. de Action. & Pomponiũ in l. pen. de Condict. cauſ. dat. cauſ. non ſecut. Sp.

APPELLARE, eſt à ſentẽtia inferioris iudicis ad ſuperiorẽ prouocare, aut etiã ex

tra iudiciũ implorare ſuperiorẽ poteſtatem, in iniuria quę fit nobis à minore magiſtratu. Vlp. Qui appellat, maiorem iudicem debet appellare. Eſt etiã, eodẽ autore, appellare, blanda oratione alterius pudicitiam attentare. Sp.

APPELLARE, in iudiciũ uocare: quod etiã interpellare dicunt Iuriſcoss. Eſt etiã citra iudiciũ repoſcere debitum, hoc eſt, de promiſſo, aut debito admonere.

APPELLARE, pro alloqui, et uerba cum aliquo facere: ut debitor, antea quàm uocet ad iudicem, appellãdus eſt ut ſoluat. Vnde teſte Dn. Old., hoc ſenſu rectè dicet: Appellatus debitor, bona cõſcientia urget apud iudicẽ ad ſolutionẽ. Itẽ appellare, eſt auxilij gratia quempiã implorare. Sic accipit in titulo de Appellat. Idem ſignificat uerbũ prouocare, quaſi ab uno iudice ultrà uocare ad alium. Sp.

APPELLARE ex aduerſo, hoc eſt, nomina per antiphraſim, ſeu antiſtophen imponere: ut bellum, quòd minimè bellum uel bonum ſit. Old.

APPELLATIO, eſt à minore iudice, per inuocationem maioris iudicis, prætextu iniquitatis primę latę ſentẽtiæ, receptio. ff. de Minor. l. præfecti. Vulgò, de minore iudice ad maiorẽ prouocatio. Eaq́ triplex. A' diffinitiua ſententia, ut in l. j. et toto tit. ff. & C. de Appellat. Ab interlocutoria, ut in l. ij. ff. de Appellat. recip. uel nõ. A' grauamine extraiudiciali, ut in l. j. §. ſolent. ff. Quan. appell. ſit. Porrò Bart. rectè diffinit, appellationem eſſe ius, per quod prior ſententia tantiſper extinguitur, donec iudex appellatus, per cognitionem in cauſa pronunciauerit. in l. j. ff. de Appellat. Sp.

APPELLATOR, qui appellauit, hoc eſt, qui ab aliquo iudice ad aliũ prouocauit.

APPELLATVS Modeſtino eſt, quẽ iudicem Ad quem uulgò uocant. Proinde labuntur, qui litigatorem alterum uocant appellantem, alterum appellatum. quia iudex ſuperior eſt appellatus, non aduerſarius. Imò contra eum prouocatur, ut in d. l. j. Sp.

APPELLO debitorem, cum in iudicium eum uoco, uel de promiſſo, aut debito circa iudicium admoneo. Sp.

APPELLATIVVM nomen, naturaliter commune eſt multorũ, ut Priſcianus docet lib. ij. Hoc quàm propriũ, magis attendi uidetur alicubi, ut colligũt Doctores, l. Thais. §. Stichus ſeruus. ff. de Fideicom. libert. ex Alberico. Sp.

APPENDERE mutuò, pro dare mutuò.

APPENDICIVS, a, um, quod ab alio pendet. Vlp. de Acquir. hæred. l. ſi quis. Sunt, ait, appendiciæ pręcedentis inſtitutionis. Nebriſs.

APPENDIX, propriè ædificium quod alteri adiungitur, & quaſi appenditur.

APPIA uia. Hæc ſic nominata fuit ab Appio qui eam muniuit, ut autor eſt Liuius in nono j. Decad. Eſtq́ præcipua uiarũ ducẽs Brunduſiũ, in qua erãt cõditoria ſepulchraq́ Romanorũ. uide Põp. in l. ij. de Orig. iuris. §. fuit autẽ in primis.

APPIVS Claudius, nõ ille deceuir, ſed centum amplius annis poſterior, omnes omniũ actionũ tẽpora, & obſeruationũ ſolẽnitates ꝓpoſuit, & in unũ librũ per ordinem redegit. Vide Old. in §. poſtea cum Appius in poſter. l. ff. de Orig. iur. Sp.

APPLICITVM, pro iuncto, apud Scęuolam, quum ait, Domũ meã cum horto applicito. l. uxorem §. j. de Leg. iij. ut apud Plinium lib. ij. epiſtol. Applicitũ eſt cubiculo hypocauſtum perexiguum. Sp.

APPLVMBARE argentum, eſt plumbo addito curare, ut argentum argento, uel maſſa maſſæ cohæreat. cuius fit mentio in l. in rem actio. de Rei uendic. Sp.

APPONERE ſibi preuaricatorem, eſt curare per tertium ſe adornandum, ut colluderet ſcilicet. Bud. in Annot. prior.

APPREHENDERE, pro capere perſonã, apud Vlp. ad Leg. Aquil. l. iij. Sin aũt, ait, cũ poſſet adprehẽdere, maluit occidere: magis eſt ut iniuria feciſſe uideatur. Sp.

APPREHENSIO, id eſt captura perſonæ, nõ eſt paſsim cõcedenda propter magnam iacturã nominis & famæ, iuxta l. iij. §. tutores. ff. de Suſpect. tut. Sp.

APPREHENSIO aſsimilat traditioni, l. pen. de Vſuca. ꝓ legato. l. qua ratione. §. hoc aũt amplius. de Acquir. rer. do. cũ ſimil. ꝑ Apellũ indicatis cap. iij. Meth. Sp.

APPROBARE opus, ſiue probare, eſt, ut uulgus loquitur, rectè & probè conſummatum præbere. Id autẽ redẽptoris eſt, nõ locatoris. Paulus de Locat. Si in lege locationis cõprehenſum eſt, ut arbitratu domini opus approbetur, perinde habetur, ac ſi uiri boni arbitratu comprehenſum eſt. Ex Budæo. Porrò approbare, & non

non contradicere, idem ſunt. Bartol. in l. ne in arbitris. C. de Arbitr.

APPROMISSOR eſt, qui quod ſuo nomine promiſit, idẽ pro altero quoq; promittit. Feſtus.

APTA perſona, pro conueniente alicui rei, & idonea. l. j. ad fin. de Conſtitut. Sp.

APVD particula, ad perſonã, uel locũ ſimpliciter refert. Hinc depoſitarius, cõmodatarius, & colonus, apud ſe habere dicuntur: dominus autem penes ſe. l. Ticia. §. Caius. de Leg. ſecũdo. Sed & Vlpian. tradit, penes ſe amplius eſſe, quàm apud ſe: licet hæc differentia nõ perpetuò conſtet. l. ſi quis in tantam. C. unde ui. Lege, Penes te. Sp.

APVD ærarium pendere. Qui apud ueteres fiſci debitores erant, interim dum eorum bona uenirẽt, cognoſcereturq; quãtum ex eorũ bonis redigi poſſet, apud ęrarium pendere dicebantur. autor Alcia. cap. xxiij. lib. x. Parerg. Sp.

A Q

AQVA ubi uenundari ſolet, alimentorũ appellatione continetur. l. j. ff. de Alimẽ. leg. Spieg.

AQVA ęſtiua eſt, qua ęſtate ſola uti expedit. l. j. §. duo autem ſunt genera. d. tit. de Aqua cotid.

AQVA Claudia, cuius Pomponius meminit l. ij. de Orig. Iur. Vide Claudia aqua.

AQVA cotidiana eſt, quæ duci aſsiduè ſolet, tam æſtiuo quàm hyberno tempore. Hæc diſcernit̃ ab æſtiua primùm ex propoſito utentis, utrũ æſtate tantum, an ea ſemper uti uoluerit. Deinde ex natura aquæ, cum non niſi æſtate duci poſsit. Poſtremò ex natura & utilitate loci, quę nõ mittat aquam, niſi æſtate. l. j. l. de interdicto. ff. de aq. cotid. & æſti. Sp.

AQVA paluſtris, eſt aquæ putrefactio.

AQVA pluuia, & aqua cœleſtis, pro eodem ponitur.

AQVA uiua, quę uſui eſt. Labeo ait, interdicto, quod ui, aut clam, eum teneri, qui aquam corrupit. l. is qui in puteum. ff. Quod ui, aut clã. Quære, Viua aqua. Sp.

AQVA & igni interdici, id eſt, iure ciuium Rom. priuari, exiſtimationẽ ponere, ac demũ ultimo ſupplicio, ſecũdũ Iuriſcoſ. affici. Lege infrà, Interdici igni et aqua.

AQVAEDVCTVS, ius eſt ducẽdi aquã per fundũ, uel agrum alienũ, ad irrigandum agrũ meum, uel alterius, iure ſeruitutis cõſtitutæ. Hæc fit per fiſtulas ſubterraneas. Aquæ hauſtus autẽ fit per animalia. l. ſi prius. §. j. & ij. ff. de Aqua plu. arc. Quantopere autẽ curæ fuerit priſcis Romanis, ne quis uiolare ductus aquarum, necnon cõceſſam deriuare auderet, cùm ex multis apparere poteſt longè poſt editis Iurecoſs. reſponſis: tum ex hoc, quòd Circus maximus, ne diebus quidem ludorũ Circenſiũ, niſi Aediliũ, aut Cenſorum permiſſu irrigabat̃. Agri uerò quos aqua publica contra legem quis irrogaſſet, publicabantur: cuius rei cauſa ædiles Curules iubebant̃, per uicos ſingulos exire, qui in unoquoq; uico habitarent, prædia ue haberent, binos præficere, quorũ arbitratu aqua in publicum ſaliret. Sp.

AQVAEDVCTVM trãſduci per domũ perpeti. Vide l. Si ego emi. ff. de Public. act. Spieg.

AQVAM per fideicõmiſſum relinquere. Vide Modeſtinum in l. Mela ait. §. quidam libert. de Alimen. legat. Sp.

AQVAM euocare, aquã abducere, apud Paulũ in l. Proculus ait. de Dã. infec. Sp.

AQVAGIVM, quaſi aquę agiũ, id eſt, aquę ductus, appellat̃, teſte Feſto. Hac uoce poſt Iurecõſ. in l. Q. Mutius. ff. de Seruit. præd. ruſt. uſus eſt Dn. Haloander in Gręca uertenda l. pen. ff. de Via publica, quum ait: Pręterea, ut ante ſuas quiſq; ædes, publicas uias reparet, repurgetq; aquagia. Sp.

AQVAGIVM facere deterius. Vide Põponiũ in iam citata l. Quint. Mutius. Sp.

AQVALICVLVS, ὑποκορισικόν eſt, ab Aqualus, quod aluum ſignificat. Perſius Sat. ij. Nugaris cum tibi Calue, Pinguis aqualiculus propenſo ſeſquipede extat.

AQVARIOLVS Feſto dicitur, mulierũ impudicarum ſordidus aſſecla. Sp.

AQVARIOS uocat Vlp. ſeruos aquęgerulos. Rhodiginus ſcribit, Aquarium in Pomponio, ff. de Seruit. ruſt. pręd. eſſe locus uidet̃, unde ducitur aqua in fundum riguum. Vlpianus de Fund. inſtruct. legat. Hoſtiarij, inquit, topiarij, dietarij, aquarij, domui tantũ deſeruientes continebantur. Quod ad Biſtoniũ ſcribẽs cõprobat diuus Hieronymus: In lignarios, inquit, & aquarios damnauit. Sp.

AQVATIONEM pro irrigatione Palladius uſurpat. annotauit & Rhodiginus.

AQVILEX, qui ſcientiã deducẽdę aquę habet:

habet:uel qui,Marcello autore,aquã colligit. Apud Iuriſconſ.l.fin.de Iure immũ. Aquilices inter eos, qui immunes habẽtur, numerat: tametſi fuerint, qui uel erraſſe Iurecõſ.affirmarint, uel aquilegem ſcribendũ. Sed nihil obſtat. Alciatus ait, ab eo qui aquilex nominãdi caſu dicit,et aquilicem,& aquilegem deduci. Sicut et maior unicuiq; uideri debet Columellæ, iuriſconſultiq; autoritas,Nonij Marcelli teſtimonio: qui ignoraſſe uidetur, qui ſint Elices. Huius dictionis explicationem infrà pete. Sp.

AQVILIANA ſtipulatio, quia à Gallo Aquilio introducta eſt: qua omnes in uniuerſum obligationes, quib. ultrò citróque obſtringimur, in ſtipulationẽ,& uerborũ obligationẽ perducuntur, ut ſic acceptilatione ſopiri queãt.l.& uno.§.eius rei.ff.de Accept.l.ſi donatiõis.C.eo. Sp.

AQVIMINARIVM, uas eſt quod quoquo uerſum fundit aquas. à Grecis dictũ Peritãterion, à περὶ circũ, & ῥαντίζω, ſpargo, irroro. Pomp.de Aur.& arg.leg.l.& ſi de aquiminario dubitatũ eſt.& eo.tit. l.in argẽto.de Aquiminario, ait Caſsius, ſe conſultũ reſpondiſſe.Itẽ de Supel.leg. l.j,aquiminarij ſępè meminit.Nebr.

A R

ARABARCHES, prefectus officio publicanorum. Vide Alciat.lib.j.Pretermiſs. qui cenſet,non immeritò dãnandos,qui apud Iuuenal. Arabarchen, ſimpliciter mollem accipiunt. Arabarchiæ uocabulum extat in Cõſtit.C.de Vectig.cõmiſ. quæ ſic habet: Vſurpationem totius licentiæ ſubmouemus circa uectigal arabarchiæ per Aegyptum, atq; Auguſtaneam conſtitutum, nihilq; ſuper tranſductione animaliũ uendicari permittimus. Quæ uerba indicant,arabarchen,præfectum fuiſſe exigẽdo uectigali de Pecuarijs,quæ ex Arabia in Aegyptum deuehebantur: ut ſit illud officij publicanorum. Sunt qui ſimpliciter mollem accipiunt: ſed reclamante Alciato, qui eos damnandos exiſtimat.Sp.

ARATRVM pati ciuitatẽ, id eſt, excidiũ, ſed & amittere eſt ius ciuitatis,illudq; ob delictũ,quaſi morte deſinere habere.ut, teſte Modeſtino,l.ſi uſufructus. Quibus mod.uſusfr.amit.paſſa eſt Carthago, & Mediolanum Inſubriæ,Anno ſalutis M. clxiij.Propriè pœna eſt Cõiurationis atque Inobediẽtię. Qua de re nõnihil attigimus in Scholijs noſtris ad Ligur.Sp.

ARBITER dicitur non à lege,neq; à iudice,ſed à litigãtibus electus: qui totius rei poteſtatẽ habet. Ab arbitrãdo,id eſt, exiſtimãdo dictus: eiusq; ſentẽtię metu pœnæ ſtandũ eſt: quæ ſi adiecta non ſit,uulgò Arbitrator dicitur, nulla cõminatione pœnæ formidabilis, ſed quemadmodum Tranſactor arbitratur quod illi æquum uidetur. Vide Alciatũ in l.ſi quis. §.omnes itaq;.C.de Pact.& in Cõment. de Verb.ſig. Spieg.

ARBITRI duo, ſi nõ conſentiant,eligere debẽt tertiũ.l.itẽ ſi unus.§.principaliter. & l.etſi ita.in prin.ff.de Recept.

ARBITRI ſententiæ ſtare, nihil aliud eſſe Proculus ait,quàm id agere (quãtum in ipſo ſit) ut arbitrij ſententiæ pareat. Sp.

ARBITRI ſententię ſtari debet, quã de re dixerit, ſiue æqua, ſiue iniqua ſit: & ſibi imputet, qui cõpromiſit. autor Vlpian.l. diem proferre.ff.de Recept.Sp.

ARBITRARI, eſt libera uolũtate aliquid declarare.ut habet in l.ſi quis arbitratu. ff.de Verbo.oblig.Itaq; ſtatur ſententiæ arbitri,ſiue iuſtæ, ſiue iniuſtę,uulg.l.diẽ. §.ſtari.ff.de Arbitr. Oldend.rectius accipit,ſ.pro exiſtimare & cenſere ex æquitate. Compromiſſarij nanque hi dicuntur, quorum ſententię,ſiue æqua,ſiue iniqua ſit,metu pœnæ parendum eſt.Sp.

ARBITRATV rẽ terminare,ſentẽtiam dicere,uel ferre,arbitratũ eſſe: iudicare itẽ arbiter dicitur. Scæuola in l.inter Statilianum.& l.de his rebus.ff.de Recept.

ARBITRATVS boni uiri, nihil aliud quàm ęquitatẽ ſignificat,ut oſtẽdit Old.in Tractatu,quẽ de Iur.& ęquit.edidit,ex Vlp. uerbis l.j.ff.Vſusfr.quemad.caueat. Sp.

ARBITRII appellatione, nõ continetur cuiuslibet prauus adfectus, ſed arbitratus boni uiri,l.in propoſita autẽ.ff.pro ſocio.l. hęc uenditio.ff.de Contrah.empt. Eſt autẽ incorruptũ animi iudiciũ, quod arbitriũ boni uiri dicit. Siquidẽ hęc uox, Arbitrio, uel arbitratu boni uiri, ſemper denotat, debere abeſſe calumniã, & agi rem ſyncerè ex æquo & bono. Vide & Oldend.in Copia.Sp.

ARBITRIVM, non ipſa eſt ſententia,hoc eſt, iudicium arbitri, ut magni nominis interpretes uolũt,ſed ſentẽtiæ dicẽdæ facultas.unde ſic Rubricã conceptã habemus,

mus, de Receptis arbitris, & qui arbitriũ receperũt, ut ſententiã dicant. Vnde quidã rectè finit his uerbis: Arbitriũ eſt facultas dicẽdæ inter cõtrouertentes ſententię, priuato cõſenſu, nõ autẽ publica autoritate tributa. Arbitriũ item pro ipſa ſententia, & toto cognitionis exercitio promiſcuè ponit̃. ut in l. Pomponius ait. & in l. qualẽ autem. iam citata Rubrica. Nec laudum, tametſi id quoq; magno errore receptum eſt, dici poteſt, de quo infrà. Rectè igitur Alc. aduerſus Iaſo. colligit, ut aut proprio nomine arbitri iudicium careat, aut ſententia dicenda ſit, l. v. §. fin. de Verb. oblig. Inter arbitriũ & iudicium, cum propriè loquendũ ſit, differentia eſt, teſte Cicerone, qui inquit, in Orat. pro Comœd. Cauſam perdidiſti: ꝓpterea quòd aliud eſt iudiciũ, aliud arbitriũ. Iudiciũ eſt pecunię certæ, arbitriũ incertæ. Ad iudiciũ hoc modo uenimus, ut totam litẽ aut obtineamus, aut amittamus. Ad arbitriũ hoc modo adimus, ut neq; nihil, neq; tãtũ quãtũ poſtulauimus conſequamur. Iam monuit Dn. Old. uoces has, Arbitratores, Arbitramẽtũ, Laudũ, à Cõmentatorib. introductas eſſe, pari incuria, qua rẽ ipſam neglexerunt. Sp.

ARBITRIVM recipere dicitur, qui quaſi bonus uir receptus, admittit in ſe ſollicitudinẽ & curã finiendæ cõtrouerſiæ priuatim transferri, cum alioqui nõ teneret̃. Itaq; elegãter dicitur teſte Oldend. receptus, & recipere arbitr. Cætera in eius Copia. Spieg.

ARBITRIVM iudicis, arbitriũ boni uiri religio iudicãtis, Papinia. in l. quæſitũ. ff. de Teſtib. Omnia enim iſta ex cõſtante illa & perpetua uolũtate boni & ęqui uelut ex uno procedũt, & eõdẽ tendunt, ſcilicet ad dirimendas celeriter controuerſias litigantium. Ex Copia Dn. Old. Sp.

ARBITRIA propagare. quęre Propagare arbitria.

ARBITRIO tutorũ legare pupillo. Vide l. j. uincta. Gloſ. prima de Legat. q.

ARBITRATORIS nomen apud idoneos autores latinitatis, negant reperiri, nec eſſe neceſſe cõſtitui differentiam aliquam inter arbitrũ, & arbitratorẽ, quòd hic appellari queat ſequeſter pacis, aut arbiter honorarius. Porrò pro laudo, aut arbitramento, dicendum uolunt arbitrium, aut ſententia arbitri. Sp.

ARBITRARIA pœna dicit̃, quæ non lege ſtatuta eſt, ſed iudicis arbitrio relicta.

ARBITRAMENTVM, quidã pro arbitrio, hoc eſt, arbitri ſententia uſurpant.

ARBOR, generale nomẽ eſt, & appellatione eius, uites quoq; & hederas & arundines & ſalictum contineri, ex textibus Iuriſcoss. relucet. Id tamen excipit̃, quod tam tenerum eſt, ut meritò herbæ nomine ueniat. l. certè. ff. Arb. furt. cæſ. Sp.

ARBOR cędua dicitur, quæ exciſa repullulat, ſiue ab eodem ſtipite, ſiue ex ſtirpibus: ut ſalix, arundo, cornus, fraxinus, eſculus, quercus, laurus, almus, bætula, ſambucus, populus, multæq; id genus ſpecies. Alc. de Verb. ſig.

ARBORES euulſæ, uel ui uentorum deiectæ, l. arboribus. ff. de Vſufruct.

ARBOR uento deiecta, nõ iam arboris nomen, ſed ligni magis obtinet. l. ligni. de Leg. j. Arborem partimur in radicẽ, truncum, & ramos: diuidimus uerò in laurum, cedrum, quercum, &c. Sp.

ARBORVM grãdium appellatione, quæ intelligendæ ſint, pete ex Alciat. Comment. ad l. ſylua cędua. de Verb. ſig.

ARBVSTVM, locus eſt, quo certo ordine arbores uitium cauſa plantãtur. quę ſunt populus, ulmus, attinia, cornus.

ARCA, pro monumẽto, uel loculo in quo mortui cõdunt̃ in terra. in l. is qui intulit. ff. de Relig. Itẽ eodẽ ſignificatu Arcula, in l. diui fratres. e. tit. Sed Arculã ipſam, ſi res exigat, in locũ cõmodiorẽ licere trãſferre, nõ eſt denegandũ. autor Mar. Sp.

ARCA camerata, id eſt, arcuata & conformata. Vlp. in l. ſi inquilinus. Locati. Vide in hunc locum Bud. Sp.

ARCA lapidea, Caius in l. is qui intulit, aduerſus eũ, inquit, qui in alterius arcã lapideã, in qua adhuc mortuus nõ erit conditus, mortuũ intulit: utilẽ actionẽ in factũ procõſul dat: quia non propriè uel in ſepulchrum, uel in locum alterius intuliſſe dici poteſt. Sed & Plinius de Viris illuſtribus pro loculo lapideo uſurpauit. abſumptus eſt, inquiens, poſitus apud Libyſſam in arca lapidea. Sp.

ARCALIA, pro fiſci quodã iure particulari. Reliqua (inquit Theodoſius) tam arcaliã, quàm utriuſq; ærarij, uſq; ad incipientem primã inductionẽ, iubemus ad indulgentiã pertinere, id eſt, remitti. Sp.

ARCARIVS eſt, qui pecuniam publicam adſeruat.

adſeruat. Scęuola de fideicõmiſs. libert. l. Thais. Stichum, inquit, rationibus redditis, manumitti uolo. Stichus uicarius, probante domino, nomina fecit. Et in C. Iuſt. tit. eſt, de Suſceptoribus, & præpoſitis, & arcarijs. Nebr.

ARCARII, & Atriarij, à iureconſultis inter ſeruorum ſpecies numerantur. Eas refert Alex. Neapol. ca. xxv. tertij Genial. dier. & Pyrrh. li. ij. de Quæſt. magiſt. Sp.

ARCANVS homo, qui quæ audit, tacet & continet optimè. Subſtantiuè Arcanum dicitur ſecretũ, cuius occultatio iuris naturalis eſt, quod nulla ciuili conſtitutione tolli poteſt. Alci. citat B. Thomã in enarratione l. bona fides. ff. depoſi. Sp.

ARCEI. Lege, Biarchi.

ARCESSERE ſignificat ad uocandũ ire, uel uocare. apud Vlpian. l. ij. §. legatis. ff. Vbi qui ager. Interdum accuſare ſignificat, & ablatiuo iungitur cum genitiuo. Cicero pro Cælio: Ipſe alterum iterũ ambitus crimine arceſſeret. Sp.

AREA, Feſto locus eſt uacuus, quaſi exaruerit, & non poſsit quicquã generare, qualis eſt in qua teruntur meſſes. Florent. de Verb. ſig. l. fundi. Locus, inquit, ſine ædificio in urbe, area: in rure, ager. Nebriſs.

AREA, locus ſine ædificio eſt, ab ariditate dictus, quòd in ea fructus areſcant: alij, quòd ſolo ſit nimio ardore arido: quidã, quòd ſicut ara in templis pura eſt, ita hęc ab ædificijs pura, nec obtecta ſit: ſunt & qui ab aere dictam putent. Alciatus priorem etymologiam probat, nec in urbe ſibi nomen uendicare arbitratur, niſi metaphoricè. Oldend. noſter: Area inquit, locus eſt purus in urbe ſine ædificio. Dicta nõ abſimiliter, quòd arida ſit, nihilq; generet. Sp.

AREA in ſubſtãtia bonorũ eſt, ait Iulianus in fin. l. quoties. ff. de Vſufructu. Sp.

ARENA, pro amphitheatro ponitur, quo in loco beſtiæ conficiebantur: ſic appellatus, quòd arena in eo ſolo ſpargebatur, quæ ſanguinem uel ferarum, uel gladiatorum effuſum, ebiberet. Vlp. de Accuſat. l. qui iudicio. Qui cum beſtijs, inquit, depugnandi cauſa, in arenam intromiſsi ſunt. & in l. j. de Poſtuland. niſi in arena paſsi ſunt ſeſe honorari. Hinc & Arenarij dicti, qui operas ſuas locabãt, aut obijciendo ſe feris, aut cõgrediendo cũ altero gladiatorũ. cuiuſmodi homines infames ſunt. Calliſtr. de Operis libert. l. hæc demũ. Neq; arenarius, inquit, manumiſſus, & cætera. Nebriſs. Quęre, Harena.

ARENARIAE, id eſt, arenę fodinę. Sp.

ARENIFODINAE. Vlp. Inde eſt quæſitũ, an lapidicinas, uel cretifodinas, uel arenifodinas ipſe inſtruere poſsit. l. ſi cuius. §. inde eſt. ff. de Vſufr. Sp.

ARCHIATRI, dicũtur medici Principis. ἀρχὸς enim Princeps, ἰατρὸς medicũ ſignificat, in aula Imperatoria. Alci. in Rubr. C. de Comitibus & archiat. lib. xij.

ARCHICAPELLANVS. Lege Capella.

ARCHIDVCIS appellationẽ primũ Bruno frater Ottonis Imp. eius nominis I. inſolenter aſſumpſit, teſte Aemilio Veronen. lib. Frãc. hiſt. iij. Id poſtea Carinthianorũ principes uſurparũt: quibus extinctis, ad Auſtriacos ſimul cũ ditione tranſijt, quod & hodie obtinent. Sp.

ARCHIEPISCOPI nomen in Apoſtolicis literis nõ extat, quemadmodũ nec hypodiaconi, nec archidiac. Extãt aũt in Põtificũ & eccleſiaſticorũ libris, nec nõ apud Impp. in l. iubemus. in prin. C. de Sacroſ. eccl. & Nouel. de Eccl. diuerſ. cap. §. iubemus igit, tũ alibi. Archiepiſcopi appellatione contineri & Patriarcham, Alberic. annotat. Sp.

ARCHIEVNVCHVS, id eſt, cubiculariorum Regis Princeps, cuiuſmodi nũc eſt apud Cęſ. Ferdinandum inclytus heros, Martinus à Guzman. de quo in dictione, Theſaurarij. Sp.

ARCHIGERON, princeps ſeniorum. γέρων enim ſenex eſt. C. de Epiſ. audien. l. archigerontes. Archigerontes, inquit, & diœcetæ. Nebriſs.

ARCHIGVBERNIVS, gubernatorum princeps, ſiue claſsis pręfectus. cõpoſitũ nomen ex ἀρχὸς græco, & latino, quod perrarò fit. Iabolen. ad S. Conſ. Trebel. l. eius. Saturnius, inquit, archigubernius, ex claſſe Britannica. Sp.

ARCIMANDRITA, agminis, ſiue gregis princeps. μάνδρα apud Gręcos ſpelũca ſeu cubile eſt: multaq; alia ſignificat. At Iuſtin. lib. j. Cod. pro Põtifice accipit. Reuerẽdiſsimi, inquit, archimãdritę. Idẽ coll. j. de Monach. Deo, ait, amabiles epiſcopi et archimãdritę. Vtrobiq; pro paſtore. Nebriſs. Sunt itaq; Archimãdritę, Abbates, quòd μάνδρα græcè, ut diximus, ſpeluncam ſignificat latinè, uel gregem.

gem. Nam monachi olim in eremis, ἐν ταῖς μάνδραις, id eſt ſpeluncis, & cauis montiũ habitabant. Vel à grege paſcendo ſic dicti. Alciatus in l. ult. C. de Sum. trin. & fid. cath.

ARCHIMIMVS, mimorũ princeps. Sũt autẽ mimi, qui in ſcena geſtus, actuſq́ eorũ quos irridere uolũt, ſoli imitantur: tum etiã mores, qui Ethologi nominantur, & Ethopœi: unde & Ethopœia, apud Quintil. poemata item laſciuientia in turpitudinẽ. à μιμέομαι, quod eſt imitor. Iulian. de Operis libert. l. patronus. Nam ſi quis, inquit, archimimũ, uel pantomimum. Pantomimi, rerum omnium ſunt imitatores: Archimimi præcipui, & ceu minorum principes. Sp.

ARCHITECTVS, princeps fabrorum. Nam τέκτων, faber eſt Græcis, cuius ſcientia, ut inquit Vitru. eſt pluribus diſciplinis, & uarijs eruditionibus ornata: cuius iudicio probantur omnia, quæ à cæteris artibus proficiſcuntur, opera. Calliſtr. de Iure immun. l. quibuſdam. Veterinarij, inquit, architectus. Nebriſs.

ARCHIVA, grãmatophylacia, ſiue chartophylacia, quæ latinè tabularia, ac tablina dicuntur. Vlp. de Pœnis. l. moris. Quo loco, inquit, publicè inſtrumenta deponantur, archiuo fortè, uel grãmatophylacio. Roſtra, forũ erat ante curiam Hoſtiliã Romæ, à roſtris nauiũ appellatum: ubi pulpitũ erat cõcionantium, his roſtris ornatũ: ibiq́; legũ tabulæ affigebantur, omnibus conſpicuæ. autor Salomon. in Cõment. ad tit. de Orig. Iur. Budeus ait, Archiuum ex Græco factũ eſt. Archiũ aũt etiã magiſtratuũ ędes ſignificat, & regiã, & palatiũ, & iudiciale forũ. ex quo factũ, ut Archiũ, & interpoſita u, Archiuũ, ſignificet chartophylaciũ. Sp.

ARCHOENOCHVS, pincernarũ, ſiue, ut diuus Hieron. ſub finem Quæſt. in Geneſ. interpretatur, uinariorum princeps.

ARCHOS, Athenis magiſtratus erat, ut in Gallienis ſcribit Pollio. Alc. in Rubr. C. de Comit. & archiat. li. xij. Vide & eiuſdẽ cap. vj. oppidò elegans, Diſpunct. lib. iiij. Spieg.

ARGENTARIVS, nõ tã argenti opifex eſt, quàm is qui pecunias publicas exigit, aut pecunias ſub fide publica permutat. Cicero in ea, quam ad Auguſtũ Cęſ. ſcripſit epiſtola, indicat illijpſi auũ fuiſſe argentariũ. Atq́; hi uulgò Campſores appellant. Marcellus de Statu liber. l. Stichus. Aut argentarię, inquit, menſæ exercitores. Itẽ lib. ij. ff. de Eden. l. prætor. Nebriſſ. Sciendũ tamẽ, quòd argẽtarij, nũmularij, mẽſarij, cãpſores, trapezitę, collibiſtę, ferè idẽ ſignificãt: niſi quòd argentarij maiores negociatores erãt, qui non in permutãdo tantum, ut cęteri, taberna exercebãt: ſed qui etiã nummos fœnori collocabãt, nõ ſuos tantum, ſed etiã aliorum. Vnde argentariã facere, uel exercere dicebanẽ. l. Argentarius. §. j. ff. de Eden. & ll. iã à Nebriſſen. citatis. Hi quoq́; præerãt auctionib. hoc eſt, uenditionib. quæ in publico ſolenniter fiebant, rerum non ad eſum, ſed ſupellectilẽ, uel alios uſus pertinentiũ. Contractus quoq́; apud eos celebrati, eorum calendarijs inſcribebantur. Quod enim argentariorũ olim fuerat, hoc hodie notariorũ eſt officium publicum in contractibus deſcribendis extra iudicium. Dicti aliàs Collectarij, in l. quiſquis. C. Si certum petatur. Alci. lib. iiij. Diſpunct. cap. xxij. Sp.

ARGENTVM factum etiã in hiſtorijs ſępicule lectitamus: id eſſe uideẽ paratum, nõ rude, ſed elaboratũ, cælatumq́. Nam quæ abſoluta parataq́; ſunt, facta, eruditiorib. dici ſolẽt. diſtinguiẽ tamẽ à ſignato, quod ex Seneca cognoſcimus de Beneficijs primo: Libentius donabo argentum factũ, quàm ſignatũ. Infectũ argentum apud Paulũ Octauenus ita definit, infectę materię põdus, ſignatę uerò numerũ, factæ autẽ ſpeciẽ dici oportet. At Põponius ff. de Aur. & arg. lega. Q. Mutius, ait, uaſa argentea cõtineri, uelut paropſides, trullę, pelues, & his ſimilia. Infecti autem argenti appellatio eandẽ materiam continet, id eſt nõ factam. Secundum Vlpianum argentum factum rectè quis ſic diffinierit, quod neq́; in maſſa, neq́; in lamina, neq́; in ſignato, neque in ſupellectili, neq́; in mũdo, neq́; in ornamentis ſit. l. Quintus. §. fin. eod. tit. Sp.

ARGENTVM. Vide, Aurum obrizum,

ARGENTVM puſtulatum. Lege, Puſtulatum argentum.

ARGENTVM ſublimatũ, nuſquã apud Antiquos reperiri, traditũ eſt. Planè uenenũ eſt, quod ſemihora & minori ſpacio exedendo interficit. Nam omnia intrinſeca, & præſertim præcordia, uelut ignis urit, ut atte-

ut atteſtatur Ant. Muſa Ferrar. Sp.

Ἀργυρόλογοι, argenti ſunt exactores. Hegẽd. in tit. de Suſcept.

ARGENTVM uiuum, cuius uim naturæ cõſulti maximã eſſe perhibent, atq; eius genera quatuor. græci ὑδράργυρον, quaſi aqueũ argẽtum uocant: à Romanis, ex motu, uiuũ argentũ. Hermol. Barb. hoc minerale & naturale exiſtimat. Hydrargyrum arte factum: tamen apud autores tam Græcos quàm Latinos nomina cõfundi inueniuntur. Sp.

ARISTOCRATIA, eſt paucorũ optimatum Principatus, qui adminiſtrat omnia ad utilitatẽ publicam. qualis fuit Romę, cum ſenatus ſumma autoritate ciuitatis ſtatũ gubernabat, nihilq; præter populi dignitatẽ, aut domi, aut foris ſpectabat. Quo tẽpore factæ fuerunt leges, & ſenatuſconſulta. Hæc quando corrumpitur, relicta ſcilicet adminiſtratione ad utilitatem potentium, cõtemptis tenuioribus, tunc fit Oligarchia: qualis fuit tempore Syllæ. Quęre, Democratici. Sp.

ARGVERE reum, eſt ipſum primò iudici deferre: deinde probationes in eum inducere: tum receptis teſtimonijs, & facto (ut uocant) proceſſu, eum accuſare, id eſt, ad cauſam dicẽdam cogere, introductis aduocatis. Alc. in l. qui accuſare. C. de Eden.

ARGVAMVS, id eſt, argumentis probebemus. in l. licet. §. poſſumus. ff. Naut. caup. ſtab. Albericus.

ARGVIMVS aũt, hoc eſt, probabiliter, colligimus et demonſtramus in iure noſtro trifariã, lege, ratione, & exẽplo. Methodum arguendi Bar. tradidit ſingulari tractatu: clariſs. itẽ uir Cl. Cantiuncula Iuriſcoſ. eloquentiſs. in explanatione legaliũ Topicorũ tyrunculorũ Iuris diſciplinæ ſtudium plurimum adiuuit. Sp.

ARGVMENTATIO ab argumẽtis differt: quòd argumenta ea ſunt, quibus cauſa probatur: argumentatio uerò elocutio qua argumenta ipſa uerbis explicantur. autor Fortunat. Sp.

ARGVMENTVM dictũ eſt quaſi arguto ac ſubtili quodã artificio elicitum. ut probat tex. in c. forus. de Verb. ſig. Gloſſæ ſunt. in l. de tutela. C. de In integr. reſtit. in l. deſideriũ. C. depoſit. in l. ſi uoluntate C. de Reſc. uend. Sp.

ARGVMENTVM pronunciat Cicero, eſſe rationem, quæ rei dubiæ faciat fidẽ. Ita etiam finit Bald. in l. conuenticulã. C. de Epiſ. et cler. Gloſ. ſuper Rubr. C. de Probat. & ibi Doct. Quæ argumenti definitio, Cãtiuncula teſte, ex l. ſi duo patroni. §. Marcellus. ff. de Iureiur. & l. qui filiũ. §. fin. ad S.C. Trebell. iuncto c. ad apoſtolicæ. circa mediũ. de Re iudic. lib. ſexto, apertè ſumi poteſt. Iſthic enim ex argumentis fuit rei cõtrouerſę facta fides. Sp.

ARGVMENTVM, pro probabili, uel nõ neceſſaria præſumptione, aut ſuſpiciõe, ut apud Africanũ, in l. nõ omnes. §. à Barbaris. de Re milit. Quo loco elegans eſt, Old. teſte, exemplũ comparandę preteritę uitę ad preſentem: & contrà. Sp.

ARGVMENTVM ab alluſione, cum illa ad ſimilitudinẽ uocũ ſolùm referatur, nõ eſt iuſtũ, niſi ſimilitudini nominis, ſimilitudo quoq; rationis accedat. Sp.

ARMAMENTA dicuntur, quę ad inſtruendũ aliquid pertinent, ut ſunt in nauibus, arma, remi, uela antennæ, rudẽtes, clauus, funes, anchorarij, & cętera id genus. Adhæc reſpexit indubiè Iuriſconſ. in l. j. §. quid ſi mutuã. ff. de Exercit. action. Spieg.

ARMAMENTA dicunt̃, teſte Sipõtino, quę ad inſtruendũ aliquid pertinẽt. Vlpian. l. iij. ff. de Rei uindic. armamẽta nauis, ait, ſingula erunt uindicanda. In nauibus autem armamenta ſunt non ſolum arma, ſed remi, uela, antennæ, rudentes, clauus, & alia eiuſmodi. Sp.

ARMARIVM, rerum receptaculum, uelut i ueſtiarium. Sp.

ARMARIVM, & armamentariũ, ab eadẽ origine eſſe, id eſt ab armis, Varro autor eſt. Valla ſcribit, armariũ eſſe, ubi reponuntur libri, cęteraq; huiuſmodi: armamentariũ, ubi reponunt̃ armẽta et arma. Eſt igitur armamentarium, quod uulgò Zeüghuß uocamus, ubi machinæ bellicæ, tela, ſagittæ, aliaq; eiuſmodi generis arma reponuntur. Eſtq; armamentariũ priuatum, eſt etiam publicum. Sp.

AROMATA in plurali (nã aroma non dicit̃) quarundã herbarũ fructus, odoris et ſaporis admodũ grati, quib. utimur uel ad excalfaciendũ uẽtriculũ, uel ad appetentiã prouocandã, ut ſunt zinziber, piper, ſaccharũ, & huiuſcemodi, quas uulgus ſpecies uocat. Vlp. l. pen. ff. de Vſufruct. ear. rer. quę uſu cõſum. Silanæ, inquit,

quit, alicui legatus ſit uſusfructus uel odorum, uel aromatum. Sp.

ARMATOS milites, lex Caligatos appellat: forte nunc Küriſſer. in Aut. Quibus mod. nat. effic. legit. l. à caligato. C. de Nupt. Vide infrà, Miles caligatus. Imperitũ uulgus armigerum appellat: quum hoc uocabulum denotet eum, qui in prælio gerit tela domini ſui, ut ſcutum, ut arcum, lanceam, & cætera huiuſmodi. Valla & hoc monuit. Sp.

ARMATAM legibus, hoc eſt, ut eleganter Cantiuncula explanat, iudiciorũ atq; Legum præſidio uelut armatã & inſtructã eſſe maieſtatem Imperatoriam, ſapiẽter cenſuit Iuſtinianus in procœmio elementorum Iuriſprudentiæ. Oldend. ceu grauiter dictũ ab eo recipit alicubi: tametſi quidã, ſi dijs placet, Accurſianorũ patronus adſerat, quòd nemo adhuc conijcere potuerit, quid ſit, Legib. armare, quid Armis decorare.

ARMENTA, Varro ab arando dicta tradit, quòd principalis eorum is uſus eſſet. arg. l. ſeruis. de Leg. iij. Sp.

ARMENTUM, quaſi aramentũ: ad quod boues maximè parabantur, ut inde eligerent ad arandum. Pomp. de Verb. ſig. l. boues. Boues, inquit, armentorũ magis quàm iumentorũ nomine appellantur. Nebriſs. Alij id genus pecoris intelligũt quod eſt idoneũ ad opus armorum, hoc eſt, quorũuis inſtrumentorũ. Armẽto legato, etiã boues contineri cõuenit, nõ etiam greges ouium & caprarum. Inter armentũ & gregẽ quid interſit, latè explicat Valla libr. Eleg. iiij. Sp.

ARMILLAE erant ex auro, quas uiri militares ab Imperatoribus donati, gerebant: dictæ, quòd ab armis, hoc eſt humeris dependebant. Feſt. Vlp. de Auro & arg. leg. l. argumento. Inaures, inquit, & armillæ. Nebriſs.

ARMORUM appellatio non ad ea tantũ, quæ offendẽdi cauſa habemus, refertur: ſed & ea continet, quæ pro noſtri corporis tutela gerimus. Scutum, gladius, caſſis, idq; genus ſimilia, poſtliminio reuerti negãtur, quòd turpiter amittantur. l. ij. de Capt. & poſtlim. reuerſ. Etenim ſemper apud ueteres infame fuit, arma amittere. Explodit Angeli ſententiã Alc. im ꝓpriè arma dici exiſtimãtis, quæ ſolũ defenſionis cauſa parãtur: quòd id procul à Caij Iuriſconſulti mente abſit. denotat item ſcripta, ſeu inſtrumenta, atq; quęcũque alia documẽta, iuxta uulgare illud, Non ſumẽda ſunt arma ex domo aduerſarij quibus lędatur. l. j. l. qui accuſare. & l. ult. C. de Eden. Sp.

ARRA, ſimpliciter pignus eſt apud idoneos autores. Apud Iurecõſ. uerò arra, uel arrabo, propriè illud eſt, quod datur pro emptionib. confirmandiſq;. Nam quemadmodũ Vlp. ait, ſine precio uẽditio nulla eſt, neq; precij numeratio, ſed conuentio facit emptionem. Nebr. Sunt & arrę ſponſalitię, quas utrinq; ſponſus & ſponſa mutuò dant in ſignũ contrahendi matrimonij. Quęre, Sponſalia dicuntur.

ARRAE proxeneticæ. Lege, Proxeneta.

ARRESTARE, uulgo eſt aliquem, uel bona ſua, per mandatum iudicis impedire, ne moueatur à loco, donec conquerenti reſpondeat. Arreſtum, pro ſequeſtro, uerbum quoq; barbarum eſt. Vide, Inijcere manum.

ARRIPARE. Lege, Plumbum in ripa.

ARROGANTIA, pro temeritate uiolatę legis apud Zenonẽ Imp. in l. unica. C. de priuat. car. lege, Iniuſtitia. Sp.

ARROGARE, eſt in filium ac familiam ſibi quempiam aſciſcere.

ARROGANS in moralibus, eo quòd de ſe plus quàm meret̃, dicit: et mẽdax eſt, & iniuſtus, quia alienam, & ſibi non conuenientem gloriam rapit.

ARROGATIO fit, cum quis quempiam qui ſui iuris eſt, in poteſtatem ſuam loco filij accipit. In hoc differens ab Adoptione, quæ fit, cum quis eum qui alieni iuris eſt, ſibi adoptat, & proprium facit.

ARS, inquit Seruius, τῶν μέσων eſt: unde ſine epitheto malè ponitur: ut bonas artes, malaſq; artes dicamus. Exempla in malam partem uocis accepta, habes in l. j. de his qui ad ſtatu. confug. l. omnes. de Præſcrip. trigin. ann. Sp.

ARTEMON, trochleæ genus tractoriũ eſt, quod ἴπτυγον Græci uocant: quo fune ductorio, per orbiculos traiecto, & acto in gyrum, facili ductu importantur onera, uel exportantur. Alex. de Alex. Gen. dier. lib. j. cap. xxv. Eſt & Artemon, uelum addititium, dirigendæ nauis cauſa ad auræ flatũ. ab ἀρτάω deductum, quod ſuſpendere ſignificat, & aſſuere. Vnde & ἄρτημα itẽ pro loco paruo accipitur, cui

erumena aſſuitur. Eſt et hac ſimilitudine trochlea, græce ἐπάγοντα, qua ingentis oneris lapides tolluntur. Nomen quoq; machinarij fabri. Alc. de Verb. ſig.

ARTICVLATVS libellus, cuius formulã antiquitas ignorauit, idem qui Poſitionalis. Porrò uſus poſitionũ et articulorũ, modò non miſceantur inutiles diſputationes, & priſca ſeruetur forma, maximũ adfert compendium in cognoſcendis litibus, ut ait Oldend. Sp.

ARTICVLVS, modo pro tèmpeſtiuo rei alicuius faciẽdo puncto, ſiue hora ſumitur. l. fin. C. de Offic. com. rer. priuat. modò pro themate, ſeu caſu, ut uulgò loquũtur. l. non poſſunt. ff. de Legib. l. hoc articulo. de Hæred. inſtit. cum ſimil. modò pro mẽbro, ſeu particula. l. cum oportet. §. ſub hac. C. de Bon. quæ lib.

ARTICVLI calũnioſi ſunt, cum ſub diuerſo loquẽdi ſchemate habent aliquid, ad q̃d ſi in ſpeciẽ reſpondeas, aut negaturus ſis q̃d prius negaſti: aut contrà cõfeſſurus, quod paulo antè negaſti, nõ ſine diſcrimine periurij. Quomodo id fiat, oſtẽdit elegãter Oldend. de Formula libell. Sp.

ARTICVLI captioſi. lege, Captioſi articuli.

ARTICVLI impertinentes. Vide, Impertinentes poſitiones.

ARTIFICIALES Operæ. Lege, Operarum duplex eſt ſpecies.

ARTIFICES ſunt, qui rem à ſe in aliã formã elaboratã uendũt: quales ſunt cerdones, fabri, pelliones, ſutores, textores, ſarcinatores, fullones, bractearij. Vide Alciat. in l. mercis appellatiõe. de Verb. ſig.

ARTIFICIS nomine uidetũ cõtineri ludi literarij magiſter, ex his Pauli uerbis: Duo ſocietatẽ coierunt, ut Grammaticã docerẽt, et quod ex eo artificio quæſtus feciſſent cõmune eorũ eſſet. ff. pro Socio. Sp.

ARTIFICIVM Paulus & Modeſtinus pro ſciẽtia cuiuſcunq; artis accipi uolũt. Martianus autor eſt, officiũ artificio mutari, non idẽ è contrario. Huius dicti rationẽ reddit gl. ſuper uerbo Officiũ. in l. legatis ſeruis. de Legatis iij. Notũ eſt, artificiũ pro fraude quoq; ſumi, & malitia: & numero multitudinis ferè pro artificibus, ut ſeruitia pro ſeruis, dicuntur. Sp.

ARTIFICIVM ſumptib. poſſeſſoris diſcere. Paul. in l. Cæterùm. ff. de Rei uindicat. Spieg.

ARTIFICEM facere, apud Modeſtinum l. quod ſi. ff. de Rei uindicat.

ARTITVS, bonis inſtructus artib. Feſtus.

ARVALES fratres, dicti ſacerdotes, quos Romulus primus inſtituit: ſeq; inter illos duodecim, fratrẽ appellauit, ut arua fruges ferrent. Quorũ inſigne erat, infula alba, & corona ſpicea. Dicti ab aruo. Eſt autem Aruus, ager aratus, nondum ſatus, ut ait Feſtus.

A S

AS. Varro lib. j. de Lingua latina aſſem ab ære dictũ eſſe putat. As enim, & libra, & pondo, idẽ ſignificãt: quod nec Accurſius, ut mox ſequitur, ignorauit. Sumitur tamen etiã pro integra quacũq; re. Veteres enim uolẽtes aliquid diuidere in partes ęquales, ut hæreditatem, & quiduis ſimile, id aſſem appellauerunt, & partes uncias. Ex aſſe hæres dicitur, qui ſolus eſt hæres. Spieg.

ASSARIA pro obolis poſita legimus. nã & aſſem pro re minima uſurparunt priores, teſtimonio Ciceronis & Plauti. Vnde ad aſſem reddere, apud Plinium Cecilium: etiamſi aliter doctiſsimo interpræti eſt uiſum. Spieg.

ASSEM, librã, et pondo, idem ſignificare, Accurſius rectè admonuit: ſed tamen aſſis appellatio, ſępius pro hęreditate accipitur. aliquando & nũmum ſignificatapud Latinos. Voluſius Metianus (cuius nuper prodijt libellus, de Aſsis diſtributione, notis, & uocabulis) dicit aſſem in duodecim partes duodecimas diuidi, eáſque ſingulas uncias uocari. De etymologijs aũt horum uocabulorum, ſcribit M. Varro de Lingua latina quarto, Alexander Neapolit. lib. j. Gen. dier. Budæus omniũ exactiſsimè, opere pulcherrimo, ut ei tractationi peculiariter dicato. Quãquam à priſtinis uocabulis nũc propè deſueuimus, partis uocabulo utentes unà cum numerali nomine. ueluti, Inſtituo Ticium in duabus tertijs, Caium in tertia tertię: quod eſt perinde, ac ſi unum in beſſe, alium in triente inſtituam. Ex Cõment. Viglianis ad tit. de Hæred. inſtit. lib. Inſtit. ſecundo. Sp.

ASCIA ne polito, &c. uerba leg. xij. Tab. quæ explicat Dn. Oldend. in Scholijs.

ASCISCERE, ꝑ approbare, decernere ut in l. xij. Tab. cũ Senatus, populusq; aſciuerit. lege cap. vj. et in illud Dn. Oldẽdorp.

Ἀσκητήριον, locus in quo moniales ſeruãtur, & ad

& ad pietatis ſtudia exercent. ἀσκέω Grecis exerceo: & τηρέω, ſeruo, cuſtodio, ſignificat. Hinc Aſcetria, p Nõna, apud Iuſtinianũ in conſtit. ult. de Sanctiſs. epiſ. tum alibi. pro qua ecce ſuppoſuerũt, qui eam nõ intellexerunt, Aſſiſtria, cõmẽti ab aſſiſtẽdo ęgrotis, ſic dictã. ut & in tit. C. de Epiſ. & cleric. Aſſiſterijs, pro Aſceterijs legendum putarunt. Sp.

A' ſe ſoluere, quod barbari dicunt, ſoluere de ſuo proprio.

ASPERGILLVM, nouũ uidetur, ſed nõ inelegãs uocabulũ: ſignificat inſtrumentũ, quo nos ſacris aquis ſolemus aſpergere, quarũ antiquiſsimũ uſum Alb. Campenſis cap. vj. li. j. Eccl. Hierarch. aſtruit, cõtra ſcripturarios: quorũ nomine, uir ille per omnia orthodoxus, cõplectitur quicquid portentorũ, paulo ſub exceſſum diui Imperatoris noſtri Maximiliani, natum eſt, ad apoſtolicam eccleſiaſticamq́ ſubuertendam traditionem. Sp.

ASPERGINE iactas res fieri deteriores, hoc eſt, madefactione, apud Calliſtratũ, ad leg. Rhod. de iactu. l. nauis. §. cũ aũt. Sp.

ASPERNARI, pro non agnoſcere, recuſare, apud Vlpian. in prin. l. j. Quod quiſque iuris. Sp.

ASSCRIBI in ciuitatẽ, eſt recipi in ciuẽ.

ASSCRIBI uerò numinib. eſt canonizari.

ASSCRIPTICII genus agricolarum adfine originarijs, de quib. ſuo loco: dicti, quòd aſſcribebantur agricolationi: & recens admittebant̃ cum cęteris agricolis, ut unà eſſent eiuſdẽ cõditionis. Sic & adſcripticij ciues nũcupant̃ extrarodinarij, & haud ita pridem in ius ciuitatis admiſsi. Porrò (niſi fallor) nos adſcripticios, ruſticos, ſiue colonos, **Meyer** uocamus, et uillam, **eyn Meyerhoff**. Sp.

ASSCRIPTOR, idẽ ſignificat quod Subſcriptor. Eſt autem ſubſcriptor, ut ait Pedianus, cauſidicus, qui cauſam adiuuare poterat.. Spieg.

ASSECLA, dicitur ac aſſectando, qui officij cauſa deducit.

ASSECTARI prętextatum, aut prætextatã, eſt pudorẽ pueri ingenui, aut puellæ ſuggillare. Iuſtinian. in Inſti. de Iniurijs. §. primo. Siue quis, ait, matrẽfamilias, aut prętextatũ, prętextatam'ue aſſectatus fuerit. Adi Vlpian. in l. item apud Labeonem. §. appellare. de Iniur. Cætera apud Budaicas Annot. Sp.

ASSENTARI, ut lib. ij. Conui. apud Philelphum ait Muzanus, in uerbis eſt: ſed Blandiri, in uerbis & rebus, cum aut dicimus, aut facimus quidquam præter animi ſententiam, placendi ſtudio: id quod fraude carere non poteſt.

ASSEQVI, adipiſci, & quod uulgus lucrari appellat, **Erkofern/Erlangẽ/Eroberen**. Impp. C. de Iure deli. Nec emere, nec donatũ aſſequi, nec damnoſam quiſque hęreditatem adire compellitur. Sp.

ASSERERE, eſt in libertatem uindicare.

ASSERERE in ſeruitutem, eſt ex libero ſeruum facere.

ASSERERE manu, ſunt iuris uerba. A' quibus etiã Aſſertores dicunt̃, uindices alienæ libertatis. Nam & cauſa ipſa liberalis dicitur, quæ actionem in ſe continet libertatis. Vide Donatum ſuper illud Comici, Nam ego illam liberali aſſero cauſa manu. Sp.

ASSESSVRAE uerbo uſus eſt Vlpian. in l. iij. de Proxen. Sp.

ASSESSORES dicuntur, qui aſſident iudici: non ut iudices, ſed ut approbaturi iudicis ſententiam. Paul. de Offic. aſſeſ. l. omne officiũ aſſeſſorũ, quo iuri ſtudioſi partib. ſuis fungũtur, in his cauſis cõſtat, & eſt. Eſt & in C. ſingularis tit. de Aſſeſs. & cancel. Nebriſs. Aſſeſſores item dicũtur, qui ab illo cui delegata eſt iudicandi poteſtas, coguntur, ut ſibi in cauſis cognoſcẽdis aſsideant, & ſuis conſilijs adſint, quo controuerſijs finis imponatur: Gręci παρέδρους uocant. Lucas à Lenna, in l. omnes. C. de Decurion. lib. x. ſentit, iudicem ſequi debere aſſeſſoris conſiliũ, niſi ſit iniuſtum: tametſi Alexander Imp. apud Spartianum rectiſsimè cenſet, non expedire reipub. ſi promouerentur iudices, qui non per ſe, ſed ope aſſeſſorum iudicarent. Domeſtici uerò iudicis ſunt, qui apud iudicem domeſticorum officio funguntur: uel conſcij arcanorum iudicis. Cancellarij aũt dicebant̃, qui iudicib. libellos ſupplicatorios & offerebant, & legebãt, quos hodie Notarios uocamus.

ASSEVERARE, quo diſtet à Profiteri, uide in l. non nudis. C. de Probat.

ASSIDVAE mulierum adulationes, problandimentis continuis, apud Iuſtin. in l. aſsiduis. C. Qui pot. in pig. hab.

ASSIDVI fideiuſſores, dicebãtur locupletes: quã, teſte Budæo, Galli Burgeſiacã

cautionem nunc appellant. Sp.

ASSIGNARE libertum, ut ait Modeſtinus de Verb.ſig. eſt hoc teſtari, cuius ex liberis libertum eum eſſe uelit. Sp.

ASSIGNATIONES. lege, Attributę pec.

ASSIGNO dominij translationē, nō perpetuo ſignat, quoad cùm pro ratione iuris, tū pro re nata accipiendum ſit, ut docuit Bart. in l. ſi conſtante. ff. Solut. mat. Cui Bald. ſubſcripſit, in l. ubi adhuc. in fin. C. de Iur. dot. q̄d & antè monuit Oldē. Sp.

ASSIMVLO, pro cōparo, nō aſsimilo dicimus: quod pauci animaduertūt. Nā aſsimilare, teſte Inſulano, tollitur de claſſe Latinarū uocū, nō impediente quicquā ſpurio illo ſophiſtarum loquendi more, quo dicere ſolent, Iſtud aſsimilat̃ illi. Sp.

ASSISTERE, pro pręſentē & iuxtà eſſe. l. fin. C. de Aduoc. diuerſ. iud.

ASSOLET, pro conſuetū eſt. Marcel. in l. diuus Marcus. de Offic. præfec. Sp.

ASTANDA, regū in Perſide nūcios Angaros nūcupatos, à doctis obſeruatū eſt, atque illarū gentiū eſſe uocabulū Herodoto uidet̃. Sicuti aſtādę ferè notionis eiuſdē, hoc eſt, grāmatophori ſiue tabellarij, qui certis itinerū ſpacijs permutarētur. Plutarchus in libro de Alexādri fortuna ſcribit, Darium Perſarum regem fuiſſe quandoq; regis aſtandam. Sp.

ASSVLTVS, ob quem quis feudo priuatur, eſt impetus in perſonā, uel locū, ſiue hoc pedib. fiat, uel equo, aut machinis, uel alia quacūq; re aſsiliat̃. Vide Baronē à Tauteberg in tit. v. lib. j. Feudorū. Sp.

ASSVMPTIO, pro profeſſione. Vlp. ad Municipal. Aſsūptio originis quæ non eſt, ueritatem naturæ non perimit. Sp.

ASSVRGERE, pro honorē prębere, ferè adiungit̃ datiuo, de quo uide Vall. lib. v. Trebatius. Iuriſcoſ. fretus Cęſaris beneuolentia, adeūte quondā Cæſarem cum plurimis honorificētiſsimiſq; decretis ſenatu, ſedentē eū pro ęde Veneris genitricis admonuit, ut P.C. aſſurgeret: q̄d ille ita ęgrè tulit, ut ſubirato uultu Trebatium reſpexerit. Quā tamen deſpecti ſenatus contumeliā autores inter præcipuas Cæſarianæ necis cauſas cōmemorāt. Sp.

ASYLIA, ab aſylo dicta, dicit̃ pro eo iure libertatis & uenię, q̄d quis apud aras cōſequit̃: quam Immunitatē Eccleſiæ uocāt. Vide Budæum in Annot. prior. Sp.

ASYLVM, ἀπὸ τοῦ α, καὶ σύρειν, q̄d eſt trahere, quaſi aſyrū, miſericordię tēplū, unde neminē per uim extrahi fas erat. Ferr. Inſti. de his q ſunt ſui, uel alie. iur. §. q ad ædē.

ASYLI etiā dicūtur à gręcis, homines à uiolentia tuti, ut ſunt ſacroſancti, quos attingere ſine periculo non licet, nec prehendere: quales erant Tribuni plebis apud Romanos, & Caduceatores.

ASYSTATOS, id eſt, non conſiſtens ſtatus. Africanus hac uoce uſus eſt in l. qui quadringēta. ad leg. Falcid. ut uulgati habēt codices, tametſi in Not. text. τοῦ ψευδομένου legat̃. Iuxta Alc. utraq; lectio uidet̃ poſſe defēdi: niſi quòd alterum ad rhetores, alterū ad dialecticos pertinet. Vide eum cap. viij. lib. Parerg. j. Sp.

Ἀσωμάτιος, apud Scęuolam in l. Si ſic. ij. ff. de Verb. obligat. pro hac dictione, qua is uſus eſt, Alciato teſte, cap. xviij. li. jx. Parerg. Dd. eandē Grecā nō intelligentes, ſuppoſuerūt hęc uerba, Si actum ſit: ſanè quàm ridiculè, ut idē rectè dixit. Cuius ſignificationē Imp. Iuſtin. ſic expreſsit in emēdatis codicib. l. pen. C. de Verb. ſig. Aut pro Et accipi, ut uideatur copulatiuo modo prolata, qui coniūgi nō poteſt. Græcæ ἀσωμάτιον dicitur. Sp.

ATAVVS, pater abaui: ſicut atauia, mater eſt abauię. Feſt. Atauus, quia ata, uel tata eſt aui, id eſt, pater, ut pueri uſurpant.

AT, Atque, particulas uariè accipi, demonſtrat Albericus.

ATQVE ſi, Vlp. non inelegāter uſurpat ꝓ perinde, cū inquit: Pro eo habēdū eſt, atq; ſi nullo iure factum eſſet. Cæterùm Grāmatici indicant, Atq;, uarijs particulis pro uarijs ſignificatis ſuccedere.

ATQVE, ſi gemina fiat, auget, intenditq; rem de qua agitur. Vide Gellium cap. xxix. lib. x.

ATQVI, pro imò, apud Vlpian. in l. Barbarius Philippus. de Offic. pręt. & alijs locis ſimilib. Atquin pro, ſed tamē, apud eundem. l. j. Si ſeruit. uind. Sp.

ATHLETA, interpretatur pugil, ſiue certator, ἀθλητής. ἆθλος, certamen. ἆθλον, præmiū certaminis. Vlp. de Excuſat. Athletę, inquit, habēt à tutela excuſationē. Idē de His qui not. inf. Athletes autem, ait, artem ludicram non facere. Nebriſſ.

ATHLETARVM nomine, gymnicus omnis intelligitur. Hi autē ſunt παλαιστροὶ, id eſt, luctatores. δρομοὶ, curſores. πύκται, pugiles. δισκόβολοι, qui diſcū in ſublime iaculan-

iaculantur. ἀλτικοὶ, qui ſaltus pernicitate contendunt. Bud. in annot. prior.

ATNEPOS, & atneptis, filius uel filia abnepotis, uel abneptis.

ATRIDAE, Agamēnon & Menelaus Atrei filij, qui Grecorū principes fuerūt in expeditione Troiana. Vlpi. in l. Si uxor. de Adul. indicat ceu uulgò iactatū, autore Sex. Cęcilio, illud Homeriū, ἦ μοῦνοι φιλέουσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων Ἀτρεΐδαι: id eſt, interprete Eraſmo: Non ſolis hominum Atridis affectus amorq; Vxorum eſt. Hinc & Maro Homerū ſecutus lib. Aeneid. ix. Coniuge pręrepta, nec ſolos tangit Atridas Iſte dolor. Vide Bud. in poſter. annot. citato titulo Alciatum lib. ij. Prætermiſſor. eod. & Roterod. in Parœ. Atridæ non ſoli amant uxores. Sp.

ATRIENSIS, ſiue Atriarius, ſeruus eſt qui alijs ſeruis à domino pręponitur. Dictus, quòd atrio, hoc eſt, primæ domus parti, ubi apud antiquos diuitię adſeruabanť, cuſtos adhibebať. Vlp. de Fun. inſtruct. l. inſtrumēta. Si uilla, inquit, cultior eſt, ueluti atrienſes & ſcoparij. Item de Verb. ſig. l. in lege: Vtrū, ait, diſpēſatores inſularij, uillici, atrienſes. Nebriſs.

ATRIENSES, domini negocia ꝓcurabant, res uenales diſtrahebāt, debita exigebāt, & in alios ſeruos nō parum iuris uſurpabāt. Ab atrio dicti, in quo ſportulæ, cibariáue diſtribuebantur. Alc. de Verb ſig.

ATRILICIVM, eam atrij partem ſignificat, in qua olim licia etiam texebantur. autor eſt Aſcon. Pedianus. Sp.

ATRIVM quid ſit, & unde dicatur, Feſtus indicat. Tu autem uide, quæ in dict. Seruorum ſpecies, infrà relata ſunt.

ATROCIA facinora dicunť, homicidia, adulteria, et omnia capitalia crimina, per glo. ſingularem in l. ad ea. ff. de Reg. iur. Sp.

ATROCEM iniuriā, quaſi cōtumelioſiorem & maiorē accipimus, Vlp. ait, de Iniur. Idem in l. ij. in fi. Aut ut adſpectu, inquit, atrox iniuria eſtimetur. Quot modis illa fiat, à Iuſtiniano petendū eſt. §. atrox iniuria. Inſtit. eod. Spieg.

ATROCITATEM facinoris habere, dicunť flagitia maiora: cuiuſmodi ſunt, quæ ad publicorū iudiciorū uindictā ꝑtinēt. Sp.

ATROCIORES fures, qm̄ noctu furtū cōmittūt ui priuatę adiunctū: metu em̄, relicto pallio diffugiūt uiatores. tametſi uериſimile ſit, expoliatores à iurecōſul. eos potius eſſe dictos, teſte Alciato. Sp.

ATROCITER uerberādi ius habere. Venul. de Offic. Proconſ. l. ſi quid erit.

ATROX, contrarium miti. ut, ſententia atrox, tametſi iuſtè dicta ſit. Vide Gloſ. ſuper uerbo, Atrocitate, in §. maxima capitis. Inſtit. de Capit. dimin. Sp.

ATROX perſona, quę uel maiora flagitia habet, **die etwas mehrs vff der huben hatt**, iuxta uulgatū dictum: uel quæ ſæuitiam præ ſe fert, apud Paulum in l. iij. de Offic. præf. uigil. Sp.

ATSI particula, aduerſatur & facto, & iuri, c. concertationi. ext. de Appell.

ATTAMEN, una dictio, notæ ſignificationis, in l. ij. de Offic. aſſeſs.

ATTAE appellantur, ut Feſtus atteſtatur, qui propter uitium crurum, aut pedum plantis inſiſtunt, & attingūt magis terrā, quàm ambulāt. Nos **Schürpfer/oder lurtſcher** appellamus. Sp.

ATTENDERE, uerbū eſt non plenū, ſed nudū. animū enim ſubaudiēdum eſt, ſignificatq; aduertere. Arcadius l. fi. de Teſtib. Mandatis cauetur, ut præſides attendant, ne patroni in cauſa cui patrociniū pręſtiterunt, teſtimonium dicant. Sp.

ATTENTARI pudicitia diciť, cū id agiť, ut ex pudico impudicus fiat. l. attētari. ff. de Iniur. Obſeruandū autē, aliud eſſe attētare, aliud adſectari. Appellat enim, qui ſermone pudicitiā attētat. Adſectať, qui tātū frequēter ſequiť. Aſsidua em̄ frequētia quaſi prębet nōnullā infamiā. Vlp. in l. item apud Labeonem. ff. de Iniur. Sp.

ATTENTATA, interpretum, non autem iureconſultorum eſt uocabulum.

ATTENTIVS moneas, & inducas, quid hæc ſibi uelint uerba in Principis reſcripto, latè explicat Arch. in c. ſi pauper clericus. de Præben. lib. vj. Sp.

ATTESTARI, propriè eſt, abſenti denūciare. Cur aūt magis abſenti, quàm præſenti denunciamus, ſcitè Alci. ut omnia, exponit in l. ſubſignatum. De Verb. ſig.

ATTESTATIONES, dicta teſtiū ſunt, uel teſtimonia, ordine iuris ſcripto deducta.

ATTINERE, pro curare, barbarū eſt: ut alicubi Accurſ. interpretatur. Imperſonaliter ferè legiť pro pertinet, decet, conuenit. l. quod attinet. ff. de Reg. iur. Sp.

ATTINGERE hęreditatē, apud Iuriſcōſ. reperire eſt: quemadmodū dixit Cic. ad Atticum ſcribens, libro Epiſt. vj.

ATTINGERE rem quis dicatur, uide de Petit. hered. l. ſed etſi. §. ſi quis re ſua.

ATTRIBVTAE pecunię nũcupant̃, quas nunc Aſsignationes dicimus. Et tributũ à tribubus dictũ: quòd ea pecunia quæ à populo imperata erat, tributim à ſingulis proportione cẽſus exigebatur. Ab ea attributa, quæ aſsignata erat, dicta eſt.

ATYPVS. Vlp. tria uitia linguæ expreſsit in l. Offilius. de Aedilit. edict. & aliud pręterea, quod Atypi nomine uocauit: quod quid ſit, Bud. ſe nondum inueniſſe ingenuè fatetur. Exiſtimat tamen ab etymologia uocabuli, eos eſſe Atypos dictos, qui non ſatis expoſito plectro linguæ uterent̃, quaſi aerem nõ ferientes: uel quaſi nõ ſatis uerba exprimẽtes, conformãtes'ue. Hos, ni fallor, Gaxer, uulgò uocãt noſtri Germani. Bap. Egnat. cap. ix. Racemat. in fin. Aphthiphũ legendũ exiſtimat, uocemq́ interpretat̃, qui aphthis, hoc eſt, ulceribus oris laboraret. Sp.

A V

AVARITIA, ex ære nomen eſt ſortita. Interpretes exiſtimant, eam propriè eſſe in retinendo, ut cupiditatẽ in acquirendo: ſed fallunt̃. Nam incitata ſemel uanis indicijs auaricia, ad alia àcquirẽda ſe accingit ſubinde: quòd nondũ ſit cõſecuta tantum, quantũ ſatis ſit, ut uoti fiat cõpos, ut ait Viues li. iij. de Anima. Porrò ne quis auariciam exerceret in ſacroſanctis Iudicijs, ubi latiſsima eſt, Oldend. teſte, extorquendæ pecuniæ occaſio, prętextu ſportularum conſtituta eſt actio condictitia de Sportulis. Cuius meminit Iuſtin. in §. tripli & quadrupli. Inſtit. de Action.

AVCTIONEM facere, eſt per auctionem uẽdere. Eſt enim auctio rerum uenditio, quæ in publico & celebri loco fit. Inde Auctionari, eſt publicè & ferè ſub haſta uendere, non ea quæ ad eſum pertinent, ſed ea quæ ad ſupellectilem, atq́ ad alios uſus. Vall. Hinc ꝓſcribere auctionẽ, pro uendere uſurpant, quòd auctio fiat in ijs quæ publicè uenduntur per augmentum precij. Lege Iac. Bugel. in j. Orat. Ciceron. & lege Agrar. Sp.

AVCTIONARIA atria, in quibus auctio fiebat. Sic auctionariæ tabulæ, in quibus auctionis ratio notabatur.

AVCTOR. Lege, Autor ſæpe.

AVCTORAMENTVM, ſumit̃ pro obligatione, nexuq́, ac ueluti ſtipendio, precioq́ eius qui ſit auctoratus, id eſt, obligatus. Merces igitur in ipſis mercenarijs, eſt auctoramentũ ſeruitutis: quoniã mercenarij ad tempus ſeruiunt, ut auctoramentũ, hoc eſt, mercedẽ ſeruitutis pręmium conſequantur. Hinc Auctoratus, auctoramento obligatus, mercede conductus dicitur.

AVCTORARE, obligare eſt. Et auctorati milites dicuntur, qui ſacramento aſtricti ſunt, & quaſi obęrati, hoc eſt, ære ſtipendiario obſtricti, ac iam non ſui arbitrij. Inde & Exauctorare, auctoratum & aſtrictum dimittere, & abire ſinere, ac ſuo arbitrio reddere. Bud. in l. ij. de his qui not. infam.

AVCTORATVS. Lege, Auctoramentũ.

AVCTORITAS, ab auctore deducit̃: cuius dictionis in iure quinq́ ſignificationes, & quidẽ nondũ in uulgus proditas, Alciat. ſcribit reperiſſe ſe. Et prima eſt, ut ius rei ſuæ uendicandæ, qualibet uſucapione reiecta, ſignificet. Vnde in l. Atinia dicebatur: Quod ſurreptũ erit, eius rei perpetua auctoritas eſto. & in Lege xij. Tab. Aduerſus hoſtẽ perpetua auctoritas. & ſi quæ ſimilia ab eodẽ declarata. Alia ſignificatio eſt, ut actionẽ pro re euicta ſignificet. ut apud Venuleiũ l. fin. de Euict. Tertia, cum pro iure accipit̃, quod quis ab auctore, id eſt, uenditore conſequutus eſt. §. fin. de Pig. act. Quarta, pro iudicis edicto reperitur. l. j. C. Si cert. petatur. Quinta, ex Theodoſij nouella conſtitutione, de Indulgentijs reliquorũ accipitur, ubi pro mandato & iuſſu Principis, ſeu ſenatus legitur. Sp.

AVCVPATIO, pro lucro. Vide Budæũ.

AVCVPIORVM & uenationũ reditus. Vide Vlp. l. ſi fundi. ff. de Vſufructu. Sp.

AVDENTER, apud Vlpian. in fin. l. j. Si pars hæredit. pet.

AVDACIA, pro fidentia, proteruitate. Vlpian. de Public. & uectig. Quantæ audaciæ, quantæq́ temeritatis ſint publicanorum factiones, nemo eſt qui neſciat. Albericus indicat in bonam accipi partem Audere uerbũ. Volunt, nomen Audax, quod non tantum ad hominem, ſed ad factum refertur, pro forti & ſtrenuo accipi. Vide Eraſ. in Chiliadibus, Fortes fortuna adiuuat. Spieg.

AVDACIOREM ſpe fieri, hoc eſt, confidẽtiorẽ, proteruiorẽ, apud Iuriſcõſ. in l. j. in prin.

in prin. Si is qui teſt. liber eſſe iuſs. fu. Sp.

AVDACISSIMVS quiſque. Vlpian. de Carbon. ed. Nam ſi aliter obſeruetur, inuenta erit ratio, quemadmodum audaciſſimus quiſq;, eo maiore iniuria impuberem adficiat. & cætera.

AVDACTER, id eſt, confidenter, in malã partẽ: quod mali plerũq; faciũt, & tamẽ à multis iuſtã cauſam tueri credunt̃. Sp.

AVDIENS dicto. Alphenus in l. arbiter ex compromiſſo. de Arbit. Alter ex litigatoribus dicto audiens non fuerat, hoc eſt, non obtemperauerat. Sp.

AVDIENTIA, etſi eſt nomen latinũ (Cicero namq; de Senect. audientiã ſibi facere dixit) tamen Canoniſtæ, ut pleraq; alia, ineptè loquuntur, audientia cauſarum, audientia literarum. Sp.

AVDIENTIA. Audire uerbũ, uarij uſus eſt, & elegãtis. Frequẽter autẽ accipitur pro eo quod eſt, Pareo præcipiẽti. Sic uidetur accipienda Epiſcopalis audientia, de qua tract. tit. vij. lib. j. Cod. Siquidem expeditiſsimũ eſt, Imperatores cõſtituiſſe in primitiua Eccleſia de rebus & perſonis eccleſiaſticis. Audientiæ uocabulo Plautus eſt uſus in Pœn. & Cicer. de Senect. Vulgò ineptè utuntur hac uoce, cum hominem multæ autoritatis, ac gratiæ, aut celebris exiſtimationis, dicũt eſſe magnæ audientiæ. Nec ignoro, noſtros uſurpaſſe d. tit. audientiam, pro iuriſdictione, ſed ut rudes temporum. Sp.

AVDITOR contradictarum, hodie inſigni officio clarus, quod uerſatur circa reſcripta, conſtituendosq; iudices extra Romanam curiam: ut & quos auditores nunc uocant Sacri Palatij, quibus Pont. Max. cauſarum cognitionem demãdat.

AVDITOREM ueteres pro eo ſolũ accipiebãt, q auretenus adeſſet, donec tãdẽ etiã ꝓ q̃libet diſcipulo uſurparũt. l. ij. §. pe. de Orig. iur. l. cũ ſcriptũ. de Dot. rel. Vnde

AVDITORIVM, appellatur locus ubi cauſæ audiuntur. l. contra. §. is qui. de Re iud. Porrò, Auditoriũ propriè ad Imperatores, Conſiſtorium ad Rom. Pont. interpretes pertinere exiſtimant: licet noſtro iure cõſtet, id haud perpetuum eſſe. Pro ludo literario quoq; dici cœpit, l. j. C. de Stud. liber. lib. xj. Aut. habita. in fi. C. Ne filius pro patre. Vide, Secretariũ.

AVENTINVS, Põpon. l. ij. de Orig. Iur. §. & cũ placuiſſet: Signa, inquit, in Auentinũ tráſtulerũt. Hic mõs extra pomœriũ fuit Romę, ꝓpter alterũ ex duab. cauſsis: aut q̃d plebs eò ſeceſsiſſet, aut q̃d Remo auſpicãte illo loco aues nõ addixiſſent. Sp.

AVERSIONE, uel per auerſionẽ emere, ut Budęus legit, ſuffragante Nor. textu, eſt, quũ periculum uẽditor à ſe auertit in emptorẽ. Modeſt. in l. qui officij. de Contrahend. empt. Res auerſione empta, uel ſi nõ dolo uẽditoris factũ ſit, ad periculũ emptoris pertinebit, etiãſi adſignata nõ ſit. Ibidem, per auerſionẽ uino uẽdito, id eſt, ut periculũ acoris & mucoris ſit emptoris. Sic per auerſionem nauem cõducere, in l. j. de Exercit. act. §. exercitorem. Interpres, rem auerſione emptam, ut corrupti codices habent, accipit, pro omni aduerſo caſu ab emptore ſuſcepto. Bart. ſecutus hanc expoſitionem, docuit periculi appellatione, caſus fortuitos contineri. Certè quàm rectè id ex hoc reſponſo colligat, ipſe dixerit. Spieg.

AVERTA dicit̃ ex eo quòd auerſa ſit. eſt enim ὑπομάσχαλον, id eſt lora latiora, quæ per terga equi iugalis excurrunt, ſub alis eius ſuccincta. Iuriſcõſ. in l. quoniam. de Curſu publ. Sella (inquit) cũ frenis, ſexaginta libras, totidem auerta non tráſeat. Hęc ex Budęo in poſter. Annot. Accurſio Alciatus adſtipulat̃. Sed quid, ait, ſi capitis ornamentũ, quo habenę figunt̃, intellexerimus, ab auertendo: quòd equi per eã uertant̃, prout ſeſſori uiſũ eſt? Sp.

AVERTERE hæreditatem, pro auferre, ſeu eripere capitur.

AVFERRE, & pro è manib. rapere, & pro furari accipitur. Vide l. iij. et ibi. not. ff. de Incend. rui. nauf. §. non ſolum autem. Sp.

AVFERRE dies, eſt dierum dilationem impetrare.

AVFERRE iudicio, id eſt, uincere. Budęus. **Mit vrtheil erlangen/erhalten/oder erkoferen.**

AVFERRE pignora, **vm̃ ſchuld pfånden.**

AVFERTVR leuius, quàm datur. l. nõ ſtatim. de Pecul.

AVFVGIENS à fundo ante uim illatam, non dicitur ui pulſus. l. metum. ff. de Eo quod met. cauſ. Sp.

AVGERE ſpectat ad quantitatẽ, Ampliare ad preciũ. C. de Sacroſanc. eccl. l. iubemus nulli. de Iur. fiſ. l. nõ intelligit̃. §. diui. Augere hęreditatẽ, gregẽ, et pecorũ partus. in fi. l. ſed etſi. ff. de Petit. hered. Sp.

AVGMENTVM,

AVGMENTVM, ꝓ acceſsione, Anfall. deminutioni, Abgang, opponit iuxta uulgatũ illud: Hereditas & augmentũ recipit, & deminutionem: primum ex fructibus, deinde ex precijs rerum hereditariarũ exactis, uel quæ exigi potuerunt. l. item uẽdunt. §. item nõ ſolũ. & §. fructus l. ſi quo tempore. ff. de Petit. heredit. Sp.

AVGVSTALES erant, qui primos ordines in bello ducebãt, quòd ab Auguſto ad id munus eſſent adiuncti. l. quinque ſummates. de Decurion. Verius tamen hac lege dignitas eſt, quę inter magiſtratus municipales erat. Alc. C. de Decur. l. præallegata, lib. x. Strabo autor eſt, deuicta Cleopatra, in certã adminiſtrationẽ Aegyptũ redactã, et ad eam mitti ſolitos moderatione & prudẽtia inſignes uiros ſub prefecti titulo. Is eſt prefectus Auguſtalis, qui uicem regis obtinet, teſte Alciato. Vide l. unic. de Officio prefect. Auguſtal. Dicuntur item Auguſtales omnes Cæſarei.

AVGVSTALES item ſunt omnes Cæſarei miniſtri ad palatium principis. Auguſtale nãq; eſt ipſum principis pretoriũ: et Auguſtales prætoriani, cuſtodes palatini ſunt, qui & Comitatenſes dicti: & Cæſariani, & Curiales, id eſt aulici, quos Curtiſanos uulgus appellat. Ex Pyrr. Sp.

AVGVSTI dicunt̃, qui nunc regnant, & à Senatu Imperatoris nomine honeſtati ſunt: at Cęſares, qui ab ipſo Auguſto electi ſunt ad regendã prouinciã aliquã, cũ Cæſaris honore tantũ, donec Auguſtus uixerit, poſt eius mortẽ ſucceſſuri in Imperio. Alc. C. de Excuſ. artif. lib. x. Quære, Imperatores appellant̃ Auguſti. Alijs propriè eſt Auguſtus, cui ſumma in rebus gerẽdis autoritas obtigit. Cęſar uerò qui iam quidẽ adminiſtrat, ſed ad Auguſti nutum. Teſte Alex. Neapolitano, nemo ambigit, quin à Diuo Iulio & Octauio, reliqui Imperatores, Cęſares Auguſti dicti, cognominati que ſint: partim quòd deſiderio illorũ poſt funera tenerẽtur, partim quòd ipſi quoq; ad præclara facinora obeunda inuitarent̃. Sed & mulieres Auguſtas dictas, præter hiſtoriam Vlpianus indicat, quum in l. princeps. ff. de Legib. ait: Auguſta licet legibus ſoluta, nõ eſt. Qui primus apud nos interpretatus eſt Auguſtum, ein Merer, quod uulgò receptũ eſt, putauit deductã uocẽ ab augẽdo: quod Inſulanicus Huttenus ꝓbare uidet̃, quũ arrogantes titulos perſtringens: Et uult Cęſar, inquit, inuictiſsimũ triumphatorẽ ſe dici: cum alioqui docere poſsimus, ſocordia, negligẽtiaq; Cęſaris Romani factum terminum Imperij Chriſtianorũ iam inde à ſeptingẽtis annis quotidie anguſtiorẽ, & ferè de nobis hoſtes triũphaſſe. Auguſti uerò duo, quando facti, quære, Duo Auguſti.

AVIARIVS, qui auiario pręeſt, hoc eſt, loco in quo aues educantur. Vide Columellam, lib. viij. cap. j.

AVIA, mater eſt parentũ, ſicut auus pater parẽtum. Auia negotia nepotis adminiſtrat. Vide l. Neſenn. ff. de Neg. geſt. Sp.

AVLAEVM Vlp. l. ſed & ſi quid de uſufructu, uelut aulæi, inquit, uel alterius apparatus. Sed & apud Ciceronem pro Cælio, in ſingulari legitur. Nam uſitatius in plurali & neutro genere Aulæa legitur: tapeta ſunt quibus parietes & aulæ ornatus cauſa teguntur. Sp.

AVLICVS, qui aulę ſectator eſt aſsiduus.

AVOCARE, pro auertere, retrahere, apud Calliſtrat. §. fin. de Teſtib. Teſtes, inquit, nõ temerè euocãdi ſunt per longũ iter, et multo minus milites auocãdi ſũt à ſignis uel munerib. perhibẽdi teſtim. cauſa. Sp.

AVRARIA, uox ab Alciato obſeruata in Codice Theodoſiano, functionis nomẽ eſt, quę collatione luſtrali exigebatur de rebus promercalibus & uenalitiarijs. Eam ſuſtulit Iuſtinian. lib. xj. Cod. Sp.

AVREA pecunia in l. tres fratres. ff. de Pact.

AVREAE ueſtis Iuriſconſ. in uulgatiſsima l. ueſtis. de Aur. & arg. leg. nullã facit mẽtionẽ: nec eſt quòd mireris. Nã ad ea potius debet adaptari ius, quæ frequẽter, ꝙ̃ quę perrarò eueniũt. Neq; enim tam frequẽs erat uſus pãni aurei tẽporibus illis, ꝙ̃ eſt hodie, quo hippotoxotę noſtrates, nec niſi proſciſsis utunt̃, ait Bayfius. Sp.

AVRES ꝓpitiæ opponunt̃ hebetib. quas habere dicunt̃, qui nõ curãt quę audiẽda ſunt, audire. Vlp. in l. ſi extraneus. de Iur. dot. Nequaq̃ eñ iudex ꝓpitijs aurib. audiet mulierẽ dicentem, cur patrẽ, &c. Sp.

AVREOS quadringẽtos Pãphilę dari uolo, ita ut infrà ſcriptũ eſt à Iublio actore, aureos tot & in caſtris quos habeo tot, et in numerato quos habeo tot. Exponit Vlp. in prin. l. quidã teſtamen. ff. de Leg. j. Sp.

AVRELIVS Antoninus Imperator, qui ad appel-

ad appellationẽ ex Germania iudicauit, ut memoriæ tradidit Paulus in l. nõ puta bam. de Condit. & demõſtrat. is eſt, qui uirtute & eruditiõe inſignis, Philoſophi cognomentum tulit. Bella geſsit in Germania cõtra Marcomannos: quorum loca hodie tenent Morauí & Sileſij. Sp.

AVREVS nũmus. Aureũ ubiq; pro ſolido Gloſſæ exponunt, ut in l. fin. ff. de In ius uoc. & in l. quicunq;. ff. de Ser. fugit. & alijs pleriſq; in locis iuxta Dn. Old. Aurei æſtimationẽ apud Iuriſcoss. interpretari oportet ad ſeculi ſui rationẽ, non autẽ ut Accurſius putauit, ꝓ quatuor libris. Verùm apud Iuſtinianum, ſolidi pro aureo, ſummã quatuor librarum nõ excedant. Quod autẽ apud eundẽ in §. poſtea. Inſtit. de Succeſs. libert. pro mille ſeſtertijs unum aureũ accipimus: inopiã ſui ſeculi reſpicit. Nec; enim diuitię Romanorum ſub Iuſtiniano cõparari poſſunt cum ętate aurea, quę ſub Auguſto fuit: quo tempore lex Papia lata, propter magnas Romanorũ diuitias mille ſeſtertia requirebat. Non autẽ uoluit aureum ualere mille ſeſtertijs. quia id, Alciato teſte, ineptiſſimum eſſet dicere. Proinde & hodie, ut rectè monet Oldend. ex præſente rerum ſtatu colligenda eſt ęſtimatio aureorum, hoc eſt, florenorũ Rhenenſiũ: ut temporibus deſeruiat, ac benignior interpretatio, pro minore quantitate locum inueniat, iuxta l. factum. §. ult. ff. de Reg. Iur. Vide Budæum in princ. libr. iij. de Aſſe. Alciatum in Diſpunct. et infrà in dictione, Solius. Spieg.

AVREVS typus. Vide, τύπος.

AVRICVLARII. Vide, Silentiarij. Sp.

AVRIFODINA, quę & Auraria ſubſtantiuè dicitur, locus ubi aurum effoditur. l. j. ff. Quod cuiuſq. uniuerſ. nom.

AVRIS. Qui aurem alicuius tetigit, inquit Treba. totũ uideri eũ tetigiſſe, l. uulgaris. ff. de Furt. Sunt exẽplaria quę hoc uocabulũ habẽt. Si lectio proba eſt, tunc ruit qđ à Grãmaticis conſtitutũ eſt: aures hominũ eſſe, auriculas uerò reliquorũ. Sp.

AVRVM coronariũ dicebatˀ, quod ob peculiaris ſplẽdoris fulgorẽ, coronis faciendis aptiſsimũ erat. C. de Iudęis. l. Iudæorum. Quã formã patriarchæ quondã coronarij auri nomine poſtulabãt. Itẽ li. x. de Auro coron. l. uni. Ad collationẽ, inquit Imp. auri coronarij, placuit neminẽ abſq; cõſuetudine eſſe cogendũ. Nebriſ.

AVRVM negociatoriũ, dictũ à negociatoribus, quòd illi Principib. pẽderent. Sp.

AVRVM obrizum, id eſt, defæcatiſsimũ: quod nunc non habetˀ propter Principũ (ut quidã Italorũ eruditiſs. ait) ignauiã, & innatã quandã auariciã. Idem queritˀ, Venetos etiã, quorum moneta probatiſſima erat, Scutos (ita enim appellatur impuri auri moneta) cudere cœpiſſe: & omnes Italiæ Principes ſequutos eſſe. Obrizi uſum in re medica rariſsimũ fuiſſe monuit: feſtiuè innuens, melancholicos donatos pului aurearum monetarũ, melancholico humore potius priuari, quàm auri puluere deglutito: demirans item de quibuſdã medicis, qui, ut uires animales ægris augeant, & cor (ut dicunt) confortent, & exhilarent, aureas monetas inter capones decoqui iubent, ex quibus nihil aliud abſumitˀ, quàm multarũ manuũ ſudor, quæ ipſas tractarũt, inhærens: itaque arbitratur potius, aurũ pernicioſam naturam habere, ut cætera metalla. Quia nihil aliud eſt aurum, quàm argentũ uiuum, purum, cõdenſatum, puriſsimã ſulphuris puris partẽ actu recipiens. Quam ob rem aurũ in honore habetˀ: quia gaudemus poſsidentes, adeò ſtolidi effecti, ut rubram terram exiſtimemus, & albam. Nam argentum & aurũ nihil aliud ſunt, quàm terra rubra, & alba. Argentũ enim, eſt uiuum argentũ, purum, cõdenſatum, ſulphur potentia mixtũ habens. quod ex hoc deprehenditur, quia ſi tractetur, ſulphuris odorẽ ſpirat: non eſt autem actu, alioqui auri colorẽ habuiſſet. Optandum eſt magis, quàm ſperãdum, ut noſtrorum fert temporũ conditio, ut monetæ in purã metallorũ perfectionẽ reuertantur: ut ſub diuerſis Imperatorib. factum eſſe, Annales teſtantur. Aurum à Gallis Or, ab Hiſpanis Oro, à nobis Gold nuncupatur: Argentum Galli Argent, Hiſpani Plata, nos Sylber uocamus. Quia uerò & frequẽs eſt in iure noſtro & auri & argenti mentio, præter ſingularem titulum, hæc non omnino inutiliter, ut puto, noſtram farraginem retexendo, acceſſerunt. Sp.

AVSPICIA maiora, maiores honores & magiſtratus ſignificant. nullus enim magiſtratus inauſpicatò creabatur. Ex Budæo, Spieg.

Auß beweglichen vrſachen. Hāc clauſulā qua nunc ferè iudices uti ſolēt, quod ſub eius prætextu nihil non excuſari poſſet, Dn. Oldend. ſumma ratione admonet expungendam, in epiſtola illa ſalutari, quam tum cordatè, tum grauiter ſcripſit ad Heſsiæ Cancellarium Dn. Ioan. Ficinum. Profectò digna eſt, ut ſubinde legatur ab omniū principum Germaniæ Cancellarijs, quòd eos nō modo ſui admoneat officij, uerumetiam tam luculentis à ſe actionū inſtructis claſsibus (quæ hactenus abſq; certa ratione tractatæ) labore inueſtigandi iuris & æquitatis non mediocriter ſubleuauit, in maxima rerū occupatione detineri ſolitos. Sp.

AVTHENTICON, Græca uox eſt, pro authorato. Hinc lex authentica, & decretum authenticum, quod multorum authoritate comprobatum eſt. Cur uerò authentici nomine conſtitutionum Iuſtiniani uolumen citetur, cum tamen nuſquam appareat, hunc titulum ab ipſo legislatore præfixum eſſe, declarat eleganter Alciatus cap. xlvj. lib. ij. Parerg. Haloander acerrimi iudicij uir, authēticos, hoc eſt, ut ait, breues illas ſententias ex Nouellis Iuſtiniani conſtitutionib. exceptas, in recognoſcendo codice loco mouit ſumma ratione, ut eſt legere apud eū. Alciatus obſeruauit authentici uocabulum, pro re certæ fidei poni non ſolum apud Iulianum, Paulumq; Iuriſs. ſed etiā apud Ciceronem Epiſt. ad Atticum lib. ix. & x. Tametſi Gaza libello de Menſibus, hanc uocem apud ueteres hoc ſenſu non reperiri ſcribat. Sp.

AVTHENTICAE rationes, plerūq; ſunt neceſſariæ actori ad inſtruenda ea quæ poſtea emergunt ad notitiam eius ſpectantia: & neceſſariū eſt, cautionem ab eo ſuper hoc cohæredibus præſtari. autor Vlpian. l. Pomponius ſcribit. ff. Famil. erciſc.

AVTHENTICAE tabulę, apud Vlpian. in fi. l. iiij. ff. Famil. erciſc. Hæredē enim, ait, exemplum debere dare: tabulas uerò authēticas ipſum tenere, aut in ędem deponere.

AVT particula diſiūctiua, inter diuerſa ponitur. l. exigendi. C. de Procur. Sp.

AVTOREM fieri, eſt ſe probare id quod agitur. Paul. in l. iij. de Autorit. tut. Sp.

AVTOGRAPHVM. Lege, Opiſthographū.

AVTOR eſt, ut ſic dicam, factor, ait Valla. Nam factor in uſu non eſt, niſi in quibuſdam à Græco translatis.

AVTOR eſt is, à quo quis ius in re cōparauit, aut aliàs quæſiuit: hoc eſt, qui debet præſtare, ut emptor cum tali iure poſsideat uenditam rem, quali ipſum eſſe in uenditione affirmauit. Budæus citat locum è Ciceron. ult. actione in Verrē. Sp.

AVTOR, ſæpe pro duce negocij. Exempla pete ex Rhenani theſauro, in Tacitum. Sunt qui autorē, cùm eū qui opus facit ſignificat, uel qui primus inuentor perſuaſorq; eſt, per th ſcribendū putent: ut à gręco ueniat, qui αὐθέντην, αὐθέντην, αὐθέντιον dicunt. Sed Alci. in Parergis ſcribit, ſe ſemper in plurimis ueterum monumentis auctorē legiſſe, atq; Vall. Probum libello de Præſcriptis notis, AVC. id eſt, auctorem interpretari: atq; ideo arbitror ab augendo deduci. auget enim, confirmat'que alios exemplo ſui, qui auctor alicui rei eſt. Sp.

AVTORES pupillorum uocātur, in quorum adminiſtratione infirma ætas, resq; eorum ſunt. Ideoq; filios Regum pupillos ſub autoribus fuiſſe legimus: ſicut & noſtra memoria fuere ſub autoritate auorum, paterni, diui Cęſ. Maximiliani, materni, inclyti illius Ferdinandi Aragonū Regis, Principes noſtri Auguſti, Carolus, & Ferdinandus. Vnde Paulus: Etiamſi non interrogatus tutor, autor fuit, ualet autoritas eius, cum ſe probare dicit id quod agitur: hoc eſt enim autorem fieri. Et Pomponius de Aut. tut. l. iiij. Et ſi pluribus datis tutoribus, unius autoritas ſufficiat: tamen ſi tutor autor erit, cui adminiſtratio. & cætera. Sp.

AVTOR iniuriæ publicæ, qui uindicat iniuriam publicam. Sp.

AVTORAMENTVM. Lege, Autorare.

AVTORARE aliquem, eſt illum ſibi obnoxium facere, atq; obligare: quoniam autores dicuntur, qui habent poteſtatē aliquid faciendi, & ſine quorum autoritate non poteſt aliquid fieri. Vnde tit. eſt apud Iuriſconſ. de Leg. uel Autorando milite. Hinc & autoramentum, ipſa obligatio. Vlp. de Autor. & con. tut. l. & ſi plurib. ſi tutor, inquit, autoretur cui adminiſtratio tutelæ conceſſa non ſit: pro, obligeť. Inde exautorare, pro eo quod eſt ab obligatione ſoluere. Nebriſs.

AVTORARE militē.Lege,Exautorare.

AVTOREM & teſtē producere dicimus, quum eum cuius ſuaſu, autoritate'ue aliquid factum eſt,aut unde rumor ortus eſt,indicamus. Vide Rhenanum in ludum Senecæ.Sp.

AVTOMATA dicuntur à mechanicis ea opera, quæ ſpontè mouentur: qualia ſunt horologia. Hinc Automatoria apud Paulum in l.cætera.§.fin.de Leg.j. ut habet Nor.tex.& Alciat. probat.Sp.

AVTORITAS, eſt nomen unum ex his, quæ dominium rerum perficiūt,inquit, Budęus.Illud Ciceronis, Iure autoritatis,ſignificat iure uſucapionis, quā prę ſcriptionem uocant, quæſito ab autore, cuius cauſam ſequit̄,qui ab eo rem quouis modo legitimo & ciuili.Sp.

AVTORITAS eſt duplex: Neceſſaria & probabilis.Neceſſaria eius eſt qui habet ſtatuendi poteſtatem, uel generalē, ut Cæſaris:uel ſpecialem, ſicut alterius magiſtratus.Probabilis autoritas eſt eorum, qui ſtudiorum aſſiduitate meruerūt profeſſoris titulo inſigniri, iuxta l. j. C.de Profeſſ. qui in urbe conſtant. Hęc nullam fidem mereri debet, niſi quatenus lege aut ratione comprobata fuerit. Tūc enim admittet̄,inquit Oldend. nō quia Doctoris,ſed quia iuris ſit ſententia.de quo latius in uocabulo, Opinio.

AVTORITAS doctiſſimorum uirorum extra profeſſionem ſuam non recipitur in iure.l.in tantū.§.fin.& l.ſeq. ff. de Diuiſ.rer. Old. Iuriſconſultorum autē tanta eſt autoritas, quanta Imperatorum iuris ratione.ff. Conſtit. j.§.cumq; hęc materia.Idem.Sp.

AVTORITAS,fama, & fides ex uirtute quæſita.Pomponius,nullam,inquit,obligationē ea ſcriptura recipit, ſed ad authoritatem meam conſeruandam poteris (ſi uelis) facere.Item, ad authoritatē ſcribentis hoc quoq; pertinet. & infrà: Sed ad authoritatem defuncti cōſeruandam pertinet,ut ubi iuſſerit,ibi ſint.l.Q. Mutius.ff.de Ann. Legat.Sp.

AVTORITAS ęterna.Vide infrà, Aeterna autoritas.

AVTORITATEM interponere, apud Ciceronem pro approbare,& confirmare:ut,decretum interponere, apud Liuium:Ius eo die ſe non dicturum, neq; decretum interpoſiturum.

AVTORITATEM laudare. Vide,Laudare autoritatem.

AVTORITAS teſtatoris,Pōponio teſte, ff. de Ann.Legat. neq; omnino ſpernēda,neq; omnimodo obſeruāda eſt. Sp.

AVVNCVLVS magnus,hic eſt auiæ frater.Paul.

AVVNCVLVS maior, is eſt proaui frater,patris uel matris auūculus magnus. Paul. Iuriſcoſ.

AVVNCVLVS nemo fit per adoptionē, ſuper hoc Vlp. uerbo in l. ſi qua mihi. ff.de Ritu nupt. Vide gloſſ.Accurſ.Sp.

AVVNCVLVS,matris meæ frater,traxit appellationē ab eo,quòd æquè tertius à me ut auus eſt,ſed non eiuſdem iuris: ideoq; uocabuli facta diminutio eſt. Siue auunculus appellatur,quòd aui locū obtineat,et proximitate tueatur ſororis filiam.Hæc Feſtus.

AVVS,patris & matris pater, inquit Paulus. Vnde quidam putant ſic dictum, quia ad duos attineat:quaſi Aduum.Vide Feſtum.Sp.

AVXILIVM ferimus armis, manu, clamoribus, obiectu corporis, plorando. Vlpian. autor eſt.l. j.de S.C. Sill.§. hoc autem Senatuſconſultū.Lege infra, Opitulationem.Notum eſt,auxilio nouo indigere, quæ de nouo emergunt.l. de ætate.§ ex cauſa.ff.de Interrog. action. Item auxilium legis fruſtra implorare, qui in legem committit.l.filio.§.j. ff.de Ritu nupt.Sp.

A X

AXIOMATA, diſciplinarum principia, & propoſitiones quædam indemōſtrabiles,quæ in communi ſenſu,cōceptuq; uerſant̄.Bud.in tit.de Offic.præf.pręd.

A Z

AZONIS opinio,maxima habetur, quia ipſe fuit uas electionis, id eſt fons ll. ſi credimus Baldo,enarranti l.cōtractus. C.de Fid.inſtr. At Nic.Rhodius uir doctus, incorruptoq; animi iudicio, uix Azoni concedit: in quo Placentinum uincit.Sp.

B A

BABYLONICARVM ueſtiū meminit Vpianus in l. argumento ſunt.de Aur.et argēto legat.ſecundum ueram lectionem,Item Martianus in l.in

terdum. §. diui quoq;. de Publican. Sentit autē Vlpianus, tametſi ueſtes Babylonicæ, ueſtimentorū appellatione contineantur: tamen ſtragulæ Babylonicæ quæ equis inſterni ſolent, non ueniūt appellatione ueſtis: quandoquidem in aliū uſum paratæ uident̃. Colores diuerſos picturæ intexere, Babylon maximè celebrauit, et inde nomē Babylonicis impoſuit, à doctiſsimis uſurpatū utriuſq; linguæ autorib. ē quib. teſtimonia producit Bayfius in libro de Vaſculis. Sp.

BACALARII, teſte Rhenano, à bacillo nominati ſunt: quia primi ſtudij autoritatem, quæ per exhibitionem baculi cōcedebat̃, iam conſequuti fuiſſent: ut fuerit uelut quoddam mācipationis ſignū in huiuſmodi aliquod ſtudium, baculi traditio. Vulgus Bacalarios, eruditi Baccalaureos uocant. Sūt qui putant, quos hodie Iur. ciuili Baccalaureos nuncupamus, à Iuſtiniano Græco uocabulo λύτας appellatos, in Prooemio Pandect. §. ſed quia ſolitum eſt. Sp.

BACCA, non à Baccho deducitur, ſed primogenium eſt: & ſignificat modò fructus arborum minutiores, modò gemmas & lapillos. Propriè tamen fructus ſunt minutiores diuerſarū arborum: ut lauri, oliuæ, myrti, & ſimiliū. Vide Ruellium cap. ij. lib. j. de Natur. ſtirp. Spieg.

BACCHARI, idem quod furere. & Bacchæ appellatæ, quę per furorem ſacra Liberi patris celebrarent. Ideo Mænades quoq; dictæ, & Bacchus ipſe Mænoles, quaſi totus furens: ut ſcribit Clemēs Euſebio citante, cap. v. lib. ij. de Præparat. Euang. Vnde Bacchata mulier ſeruili amore, pro uehementius, impotentiusq; agitata, correpta, & planè furenti. apud Iuſtin. §. fin. Inſtit. de Succeſſ. ſublat. & Bacchatus, id eſt Baccharum more lymphaticè uaticinatus. in §. itē Iulianus ait. l. j. de Aedil. ed. Sp.

BAII equi. Lege, Palmati equi.

BAIVLARE. Caius: Ferri propriè dicimus, quæ quis ſuo corpore baiulat. l. ferri. de Verb. obl. à baiulis tractū eſt uerbū. Sp.

BAIVLI appellāt̃, qui onera mercedis gratia proprijs humeris portāt: à Baijs, oppido Cāpanię fertiliſs. & amœniſsimo, in quo ꝓpter cōfluentiū aduenarū multitudinē, ob aquas calidas in eius agro exiſtētes, & ad uoluptatē, & ad curādos uarios morbos commodiſs. magna erat huiuſmodi hominū gerulorū copia. Sp.

BALANTIVM. Vide Phollis.

BALANVS, glandem generali nomine ſignificat: ſed ſpecialiter de palmulis, quas uulgò dactylos uocamus, accipitur. Alciat. in Comment. ad l. Carbonū. de Verb. ſig. Sp.

BALBVS, lingua hæſitans, cuius lingua inhæret, ita ut ægrè loqui poſſit. Vlpi. in l. item Offil. §. fin. de Aedil. edict. Quęſitum eſt, inquit, an balbus, & blęſus, & atypus ſanus ſit?

BALINEVM in domo uſibus dominicis ſolitū uacare. uide §. fin. l. ſi cuius. ff. de Vſufruct. Sp.

BALNEATOR, balnearū magiſter. Id nominis uulgato conuicio dicebat̃ in hominē alienarū rerū plus ſatis curioſum. Adi Chil. Eraſ. Vocabulū genere cōmune eſt: licet Petron. uſurpauerit Balneatricem. Zeno Imp. in l. unica. C. de Monopol. uetat, ne balneatores inter ſe pactum ineant, &c. Sp.

BALNEATORIVM, quod balneis uſui eſt & accommodatum. Martianus: Inſtrumento balneatorio legato, balneatores cōtinentur: quoniam ſine his balneæ uſum ſuum præbere nō poſsūt. Sp.

BALNEVM, quidā Balineū: ſicut et apud Vlp. in l. ſi cuius. §. fin. ff. de Vſufructu, & apud multos legitur. Quod nō abhorret à ratione, cū Gręci βαλανεῖον uocent. de cuius uerbi ſignificatione Suidā, & magnū Etymologicū lege. Enimuerò in monumentis antiquorū, Balineū potius, q̃ Balneū annotauimus frequenter, ait Cataneus. Poëtæ tamen Balnea, & non Balinea uſurpant. Balneas uerò P. Victor ſæpius, interdū Plin. & Iuriſconſ. utroq; utuntur. Scæuola in l. patronus. §. penul. de Legat. iij. Varro tradit, Balneas publicas ſignificare, ut neutro priuatas. §. j. Inſtit. de Libert. l. prædij. §. Balneas. de Leg. iij. Sp.

BALNEAS legatę domus eſſe portionē, ſi per domum intrinſecus adibantur. Vide Paul. in l. prædijs. de Legat. iij. Sp.

BALIVVS, pro præſide: Balia, ſeu Baliuatus, pro prouincia, uocabula ſunt omnino peregrina. Vides in quā uocū ſpurcitiē degenerarint interpretes, paulatim recedētes à puritate Latini ſermonis ueterū iuriſc. Nos Lādtvogt uocamus. Sp.

BAL-

BALLVCA, aurũ eſt nondum purgatũ, neque adhuc in maſsã redactũ. Græcè χρυσαμμὸς dictum. quaſi ab eo quòd ſit aurũ imperfectũ: uerbũ nõ Latinũ, ſed Hiſpanũ. Plin. lib. xxxv. Hiſpani, inquit, aurũ quod minutũ eſt, ballucã uocãt. Iuſt. lib. xj. C. in tit. qui eſt de Metall. Octonos, ait, ſcrupulos in balluca. Et infrà l. ob metallum. xiiij uncias in balluca. Nebr.

BALNEARII fures, quibus Iurecoſſ. ſingulari tractatu, ſiue Rubrica, grauiorẽ pœnam conſtituerunt, dicti ſunt, qui in balneis, huiuſmodiq́ locis publicis furantur. Vide Ariſtot. in Problem. ſect. xxix. quem refert Alc. eius rationes approbans, lib. ij. Parerg. Sp.

BANDVM. Procopius ſignum dici militare ab Romanis interpretatur: unde factum coniectamus, Rhodiginus ait, ut uulgus inſcitum Banderias nũcupet. Nam quod C. de Epiſ. & cleric. ſcriptũ inuenias, Banno ſubiaceant imperiali: aliud eſt. ſiquidem eo nomine recentioribus appellat̃ exilij ſpecies, quam proſcriptionem dicebãt ueteres: qui uſu togæ carent, quando eſt illis aqua interdictum & igni. Sp.

BANNVM, neotericum & nuper inuentum uocabulum eſt, inquit Oldend. ſed res antiquiſſima. Eſt autem Bannũ, eodem finiẽte, quo omnia humanitatis iura, uiciſsitudinesq́ officiorum, & commercia interdicuntur rebellibus. Ideoq́ ſoli Cæſari, qui generalem ubiq́ iuriſdictionem habet, iure bannũ interdicere licet. Cęteri magiſtratus non banno, ſed relegationibus, alijsq́ pœnis utuntur. ſumptus eſt autem Banni uſus, iuxta ipſum, ab inſtituto Romanorum. Romani enim Draconis Athenienſis duriſsimam legẽ imitati ſunt, ſimilitudine quadam: quia igni & aqua interdicere ſolebant: quod ei nihil eſſet reliquum, cui hæc elementa denegarentur. Sp.

BANNVM, Albericus autor eſt, à Banderia, quę uox illi paruũ uexillũ ſignificat: & à uerbo, eo, is, ire, deriuari. Noſtri tradũt, banni ſententiã nõ excedere bannientis territoriũ. Et hoc uſq́ adeò uerum eſt, Zaſ. aſtipulãte, quod etiã de Morib. Germaniæ præſes prouinciæ non auderet capere aliquẽ in ciuitate ſuæ prouincię. Obſeruandũ aũt, Italos habere in cõmuni ſermone quædã uocabula, quę licet Latina nõ ſint, uident̃ tamẽ originẽ ab antiqua aliqua, & recondita hiſtoria ſũpſiſſe. ut cũ eũ qui in exiliũ miſſus eſt, Bannitũ uocãt. Siquidẽ apud Grȩcos, qui homicidiũ nõ ſpõtè cõmiſiſſet, is amiſſis bonis, patria per annũ exulabat, donec à tali crimine expiatus, deinde reuerteret̃: id exiliũ ἀπενιαυτισμὸς, quaſi abãnatio dicitur: cuius exemplũ profert ex Hom. Alc. in Parerg. qui adnotauit ibidẽ, ab hac abãnatione uideri poſſe bãnitos dictos. Sed ea certè uox, teſte Dn. Old. à ratione huius uocabuli Bannum, lõgè diſtat: credẽs proinde dici à Vandalico uerbo Bãner, quod uexillũ ſignificat, quoniam in omni re ſeria ſolebant Vuãdali adhibere uexilli cerimoniã: cuius uſũ dicit nũc palàm uideri in Vuandalicis ciuitatibus frequentẽ: tũ apud Italos quoq́, ad ſignificandã pœnalis iudicij executionẽ, uexilla adhiberi. Cęterũ bannũ æquiparat̃ deportationi: & rurſus excõmunicatio habet ſimilitudinẽ cum banno. Gloſſ. in §. relegati. Inſtitu. Quib. mod. ius patr. poteſt. ſolu. Doctores in l. j. de Hæred. inſtit. Sublata autẽ deportatione, cũ prouinciarũ numerus ſub imperio Romano in anguſtũ redigeret̃: peruentũ eſt ad proſcriptionem, quam dicimus Bannũ, ſeu Excõmunicationẽ Imperialẽ. cuius meminit Fridericus ij. in Conſtit. de Statut. & cõſuet. §. itẽ nulla poteſtas. Et cũ primùm hæc nouiſſima proſcriptionis pœna introduceretur, obſeruata fuit, ut idẽ nouè tradit Oldend. differentia, inter Cenſuram & Bannũ, hoc modo. Cenſura Imperialis, Die Keyſerlich Acht / intra annum habebat hanc appellationẽ. Quia imperiũ cẽſet, utrum in eam ſit declarandus, an nõ. noſtra enim lingua Achten / ſignificat, iudicare, exiſtimare, reputare. Adimebat aũt ſecuritatẽ & pacẽ, publicatis perſonis & rebus. Bannum uerò, Die bann, id efficiebat, ut ſic bannitus, apprehendi quidẽ poſſet in quolibet iudicio, ſed nõ paſsim occidi. Poſt annũ uerò iſta cẽſura & proſcriptio iterabat̃, cõfirmata grauiorib. pœnis. Inde dicta eſt Die Oberacht / quaſi aggrauatio excõmunicationis & cẽſuræ Imperialis. Sp.

BANNVM componere, iure Langobartico, eſt ſuper mulcta paciſci. Vide Alber. in l. hodie. ff. de Pœnis. Sp.

BAPHEVS, tinctor: & Baphe, tinctura. utrunq; à βάπτω ductũ, quod eſt tingo, coloro, inficio. Iuſt. lib. xj. C. tit. de Muril. Baphei, inquit, ꝑ quos & priuata noſtra ſubſtãtia tenuatẽ, & ſpecies gynecij cõfectæ corrũpuntẽ. Idẽ in tit. de Veſt. olob. l. purpur. Ad Baphia, ait, Phœnices.

BAPHIA, taberna eſt tinctoria, βαφική. Hinc Lampr. in Alex. purpura Alexandrina, uulgò Probiana dicitur: idcirco quòd Aurel. Probus præpoſitus baphijs, id genus muricis reperiſſet. Apud Phœnices autẽ tingebatur precioſiſsima purpura, quorũ tincturam Suidas appellauit Oxũ. ὄξος ὠδῖ τῶν φοινίκων. Hinc Oxobapta, in l. 1. C. Quæ res alien. non poſſ. Corruptè ergo ibi dipapta legitur. Alc. C. de Veſt. olob. l. ult. lib. xj.

BAPTAE. Vide infrà, Sericobaptæ.

BAPTIZARE, è Græcorum uerborũ numero eſt, quæ modica inflexione facta, olim ſunt cõuerſa in latinitatem. Impp. in l. ij. C. Ne ſanct. bapt. iter. utuntur uocabulo rebaptizare. Sp.

BARBAM expilare, in Placit. Feud. de Pac. tenen. §. ſi quis alium cœperit.

BARBARAE nationes, quæ alio iure utuntur, quàm Romanorum principum conſtitutionibus. l. nulli. C. de Epiſc. & cler. §. quòd ſi teſtator. Sp.

BARBARICARII, qui barbaricas ueſtes intexunt. Aliter dicti phrygiones. horum artis eſt, ex auro et coloratis filis, in ueſtibus hominum, animaliũq; effigies exprimere. Virg. Pictus acu tunicas, et barbara tegmina crurum. Alciat. C. de Excuſat. artif. lib. x.

BARBARVS primò dictus eſt Gręcis, omnis qui aliena loqueretẽ lingua: quòd ipſis grauiter loqui uideretur. Tandem uiſi ſunt et Latinis Barbari, qui aliena uterentẽ lingua, uel ipſis nõ intellecta, uel incõcinnè duriterq; prolata. Nũc quiſquis loquitẽ peregrina, et nobis incognita lingua, aut morib. eſt incõditis & horridis, is eſt nobis barbarus: ita quibus tantum cognita eſt lingua Germana, ij omnes aliæ linguæ ſunt barbaræ, quod ipſi uocant Welſch. Et hi iam diu ſatis, non tamen fruſtrà ab Italis uocati ſunt Barbari: quòd Latinam linguam grauiter & incõcinnè loquerentur. Dei tamẽ dono, & clarorũ diligẽtia uirorum, nũc barbariẽ exuerũt, & utraq; lingua cũ Italis certare poſſunt. Sed quantũ linguæ barbariẽ ademerũt, tantũ eandẽ morib. adiecerũt, per mercatores & milites peregrè allatã. Inde eſt luxus in ueſtiendo, & ueſcẽdo, CHRISTI contẽptus in maledicendo, & inſania in potando: quod Volzius Exabbas queritẽ in ſuis Obſer.

BARBARAE gẽtes, initio omnes præter Gręcos dicebantẽ, etiã Romani ipſi iã domini: pòſt Latini, & Itali ea ſunt nota exempti, donatis ꝓuincijs omnib. ciuitate, et in ſenatũ ex illis cõplurib. etiã aſcriptis, q fuerũt ſenatores, ut atteſtatẽ Lud. Viues, tametſi Romã nunquã ueniſsẽt, ut ciues alij qui Romã nunq; uiderunt. Cęterùm Barbarici nomine illi ſoli ſunt notati, qui ſub Romano imperio nõ eſſent. Sic Rhenus noſter duas dicebatur habere ripas, hãc citeriorẽ, illã ulteriorẽ, Barbarã: cuius meminit iurecõs. in l. Lucius. de Euict. et Claudian. O' q̃ties doluit Rhenus, qua Barbarus ibat, Quòd te nõ geminis frueretur iudice ripis. Sp.

BARBARI, apud Romanos ioco prouerbiali, dicti homines, priſcis ac ſimplicibus morib. ruſticaneq; ueritatis: quòd illic ſerò receptũ ſit, radere barbã. Eò ſpectat illud Iuuenalis, Facilè eſt barbato imponere Regi. Quod de ueterũ horrida, nõ pexa barba accipiendum eſt. Hęc ceu molliter curata, ꝑ diminutionẽ Barbula: eoſq; qui eã gerũt, Barbatuli appellati ſunt. Cic. in Orat. pro M. Cælio. Sp.

BARBARICVS ritus in mẽſis, pro Romano & frugali, cur à Plauto dictus, oſtendit elegãter Alc. li. Parerg. vj. c. xvj. Sp.

BARDVS, id eſt, elũbis & ignauus, ſtrenuo & uiro bellicoſo opponitẽ. Zaſius nõ inſcitè noſtrate lingua, ein Stuchenhenſſlin uocat. in Epitom. Feud. tit. de Feud. ſucceſſ. Spieg.

BARISELLI, ſeymer uulgò, apud Sicambros, ſeu Vueſtualos, umbrã prę ſe ferũt Quæſtorũ, Triũuiraliũ parricidij capitaliũ. Zaſ. in l. ij. de Orig. iur. Bal. in Vſib. Feu. in tit. de Prohi. feu. alien. §. pręterea. ij. Bariſellos nominat ſingulares iudices, ſine certo tribunali iudicantes. Sp.

BAROS, inquit Eraſ. Græce nõnunquam faſtum ſignificat. et Latinè graues uiros dicimus eximios magnæq; autoritatis, unde ſuſpicor & uulgò nunc dici Barones, qui generis ac uirtutum autoritate cæteris præeminent. Sp.

BARRONES,quam probã eſſe putauit dictionẽ apud Cic.in de Finib.ij.interpres doctiſſ.inquit, quaſi naſci quoſdã homines,& ſola corporis mole graues, ut ſunt barri,id eſt elephantes: quorũ uox Barritus dicitur.Qui elenchũ illius cõment.addidit,Barones, ait, per ſimplex r, dicunt̃ potẽtes & principes:citatq; Cic.ad Atticũ lib.v. Epiſt. Sed fortè nõ minus fallit̃, quàm ij qui putãt, & Ciceronẽ in eodẽ opere Francorũ meminiſſe. Id errati primus omnium Rhenanus reſtituit. Nã & hic lectio corrupta uidet̃.pro Barones enim reponendũ Varrones, haud uulgarirer eruditi quidã monuerũt. Inſulanus tamen,ceu probũ Baronis uerbũ, agnoſcit apud Cic.receptũ,& ait,eminentẽ atque maiorẽ aliquã poteſtatẽ ſignificare: Italosq; nomẽ Baroncelli inde,ſuo more, tanquã minorẽ Baronẽ finxiſſe. Alciatus Verones,inquit, ſeu imitatione Dorica Barones,accepi populos Hiſpaniæ eſſe: ſic à fluuio,cuius Mart. quoq; meminit, dictos: qui ſolebãt principib. apparere, & excubias facere: quos & ueriſimile eſt eligi ſolitos prægrandi corpore, quãuis mente ſtolida eſſent: quod huius militiæ propriũ eſt.Hæc ille. Sed an rectè Baronis uoce ſignificet̃,qui Germanicè Freyherr dicit̃, adhuc quærendum eſſe puto. Cõſtat aũt cõſenſu interpretũ Põtificij iuris,Barones Comitib.pręponẽdos,in Epigrapha.c.grãdi.de Supp.negl. prael.li. vj.Cæterùm in Placitis Feudalib. Barones numerant̃ inter Valuaſores,& Vaſallos,uocabula illota, ut ait præceptor noſter Zaſ. Sed teſte Barone à Tautenbergo,noſtris,hoc eſt Germaniæ morib.Comiti Baro prorſus æquiparat̃, nullumq; eſt inter eos uel dignitatis,uel præeminẽtiæ diſcrimẽ:niſi quòd de Comitatu non ſit inueſtitus Baro: qui tamen in omnib. reb.ſuſcipiẽdis,honoribusq; adminiſtrãdis, haudquaquã Comite cẽſet̃ inferior. Baro itẽ mulier fuit philoſophiæ dedita, ut ſcribit Suida: quem P.Manutius allegat.Ex eo philoſophos,qui ſtolidiores eſſent,nõ philoſophos,quòd eo nomine uiderent̃ indigni,ſed Barones uocabãt: ut quaſi mulierculæ per cõtemptũ appellarent̃.Cic.ult.Epiſt.lib.ix.Fam. Ille Baro te putabat quæſiturũ, nũ unũ cœlũ eſſet, an innumerabilia? Sic enim ille hũc locũ emendauit. Quãuis Eraſ.inter eas uoces Baronem commemorat,quę uident̃ unã cum barbarico imperio inuaſiſſe.Sp.

BARTOLVS è Saxo ferrato oppido Piceni, quod nũc Marchia dicitur, Rainerij Foriliuienſis diſcipulus,& Cini auditor. Lucernã iuris ciuilis Bartolũ appellat Baldi frater,Angelus Peruſinus. Omniũ uel calculo interpretum, Bartolus præter omnes Iuris ciuilis ſciẽtiã maximè illuſtrauit: quod iudiciũ Alc.elegãtib. iãbis probauit cap.xlj.lib.Parerg.iij. De authoritate Bartoli,poſt Iaſon.in l.j.ff.Si cer.pet. uide Neuizanũ in Sylua nuptiali. Oldendorpius, acerrimi ſanè iudicij uir, ſentit, plurimũ illũ profuturũ Reipub. ſi in meliora tẽpora incidiſſet: cæteris uerò omnibus præferendũ, quòd in diſtinguẽdis factorũ ſpeciebus, ut certũ ius colligatur, nulli ſecundus fuerit inter iuriſperitos illius ſeculi.Certè ob olim Bartoli opinionẽ,qui acutiſſimi Baldi teſtimonio, uidit omnia,cæteris præſtare,receptũ eſt. Sed quatenus id intelligendũ, Zaſius noſter Salomoniusq; monſtrauere:quos cũ Alciato,Oldẽdorpioq; ueterib. Iureconſultis haud indignè comparare poſſis. Vide ca.x.Compendij, ibidẽ & de Bartoliſtis.

BASEM eſſe ſedẽ, & pedamentum cuiq; rei ſuſtinendę, Alciat.tradidit, interpretans l.ſtatuæ.de Verb.ſig.& cap.ij.lib.iiij.Parerg. Vnde Baſes uaſorũ Corinthiorũ.Iabolen.in l.hæres.§.pen.de Leg.tertio.In uulgatis editionibus atq; Norica,abaces pro baſes legitur. Ego ab Alciati tanti uiri lectione uix puto recedendũ: quam & Beroal.antè probauit.Sp.

BASILICA, priſcis locus amplior erat publicus ſub tecto, ubi conſilia priuata & iudicia & arbitria cõficiebant̃. deinde pro domo principis, id eſt regia dici cœpit. Poſtremò et ad diuina tẽpla ſignificãda recepta eſt. Alc.in rubr.C.de Sacroſanc.eccl. Vide Rhodig. cap.xj.li. xij.cui uidet̃ illud Cic. ad Atticum libro j.Epiſt. Baſilicam habeo, prouerbiali figura dictã.Sp.

BASSE.Lege,Blada.

BASTAGIA,munus eſt ferẽdi res neceſſarias ad exercitũ.βασάζω,porto.Inde Baſtagarij.

BASTAGARII erãt,qui neceſſaria militibus portabãt:ut q̃d in bello calones, in priuata familia mediaſtini, in militia palatina faciãt baſtagarij.à gręco uerbo βασάζω,q; portare ſignificat.Inde etiã uernacula Italorum lingua, Clitellam Baſton dicunt: quòd onera portet,atq; ſuſtineat.Sũt itaque & baſtagarij, qui ueſtes ad tincturã fere-

ſerebant, & referebant opus, ſecundum Scot. in opere ſuo ad Theodoſ. Imp. iunctũ gynęciarijs. Alc. in C. de Metal. li. xij.

BAVCALIS, uas eſt quo æſtate utimur refrigerandis in aqua cyathis. Alciat. autor in Prætermiſsis. Sp.

B E

BEARE. Vlp. ait, eſt prodeſſe. l. bonorum appellatio. §. naturaliter. de Verb. ſig.

BEATE uiuere, & honeſtè, interpretatur Cicero, cum uirtute uiuere. Sp.

BEATI dicunt̃ diuites: quia cęteris prodeſſe poſsũt, & debẽt. Dicunt̃ itẽ ſimili ratione fœlices. Alc. de Ver. ſig. Etenim beatũ uolũt eũ, qui extra aleã ſit fortunæ, quiq́; ſortẽ ſuã nolit cõmutatam. Quod rectè dubitat Inſulanicus Huttenus, an cuiq́; mortaliũ cõtigerit unq́;: imò nec illi L. Syllæ, qui ꝓprio cognomẽto dictus eſt Felix. Vera beatitudo eſt ęterna & cœleſtis illa ꝓpter quã manifeſtãdã, uerbũ caro factũ eſt. Sp.

BEATISSIMOS, Patriarchas et epiſcopos in Cõſtit. ſubinde cõpellat Iuſtinian. Nec caret nos ita cõpellãdi Rom. Põt. exẽplo uetuſto, uel D. Hieron. teſtimonio, q̃d ante me ab eruditiorib. in hoc obſeruatũ uideo, ut inter audiendũ cogitet ſeſe dignũ tanto honore ſublimitateq́; præſtare: illud Horatij ſecum reputans, Tu rectè uiuis, ſi curas eſſe, quod audis. Sp.

BELLARIA ſunt, quæ ſub finem conuiuij afferuntur: & ſecundę menſæ appellantur. Alc. de Verb. ſig.

BELLE dubitare, apud Terentiũ Clementẽ in L. cum ab uno. de Legat. ij. Sp.

BELLISSIME, ſcribere, apud Vl. l. j. q̃d leg.

BELLICA captiuitas. Quęre, Captiuitas bellica.

BELLE dubitare apud Terentium Clementem in l. cum ab uno. de Legat. ij. Sp.

BELLVM iuſtũ habet̃, q̃d denũciatũ antè et indictũ eſt. Verius aũt eſt ſolũ indicẽdi belli arbitriũ eſſe apud principẽ, id eſt, Chriſtianorũ Imꝑatorẽ, aut Regẽ, ſi abſoluta illa poteſtate cũcta metiamur, modò ea in cõmodũ Reipub. utat̃. Qua de re elegãter tractat ſacri imperij baronũ per Germaniã doctiſſ. præilluſtreq́; ornamentũ Fridericus à Tautenberg. tit. vj. li. iij. Feud. Quãuis et maximè iuſtũ bellum habeat ſuas calamitates: quarum meminit Auguſtinus in de Ciuitate Dei, & Eraſ. in Chil. Sp.

BELLVM iuſtũ ideo uideri nõ debet, quòd triduo prius indictũ ſit, aut etiã, ſi placet, decennio, niſi ſyncera conſciẽtia ſuſcipiat̃ pro tuẽdis bonis aduerſus malos, ac legitima et neceſſaria ratione ab ijs, quibus Deus cõmiſit gladium. Old. Doctores argutè magis, quàm utiliter diſputãt de bello. in l. ut uim. de Iuſt. & iur. ac alijs locis.

BELLVM etiã hoc tẽpus dicit̃, quo ceſſat̃ à prælijs, aut intercedũt inducię. Sola pax finit bellũ. Induciæ dirimũt cõgreſſus. Præliũ aũt eſt conflictus bellicus. Verũ tẽpore bellorũ, pręſcriptiones ceſſãt, donec finiat̃ tumultus. l. ab hoſt. C. Quib. nõ obijcit. lõ. tẽp. præſcrip. Idẽ ſentiũt Iuriſperiti de magna peſte. Bar. in l. naturaliter. ff. de Vſucap. per. l. ult. C. de Fũd. limitroph. li. xi. Sp.

BELLVM recuperatoriũ, quod ſcilicet ob recuperationẽ rerũ ablatarũ infert̃. Defenſoriũ uerò, quod uidelicet neceſſariæ defenſionis gratia, nõ interuallo, ſed ex cõtinẽti ſuſcipit̃. Verũ hoc nõ propriè belli nomẽ meret̃, ſed potius defenſionis cẽſetur facultas, cuilibet omni iure, ipſoq́; rationis ductu permiſſa. quandoquidẽ uim atq́; iniuriã ꝓpulſare, ius gentiũ ꝑmittit. l. ut uim. ff. de Iuſt. & iur. cũ ſimil. notatis ꝑ dictũ baronẽ loco allegato. Bellũ offenſiuũ, bellũ defenſiuũ, ut uulgò loquunt̃, in Barbarorũ ſchola nata ſũt uocabula. Sp.

Βέλος, diuidit̃ in τόξευμα, & βέλος. ut prius ſit telum, quod arcu mittit̃: poſterius, quod mittitur manu. l. ſi caluit̃. de Ver. ſig. Sp.

BELVAE inde dictæ ſunt feræ, quòd abſq́; lumine, id eſt, ſine intelligentia ferantur & mente. Sp.

BENE agier. Quære, Inter bonos.

BENE conſulere quid ſit, Pontanus docet libro iij. de Prudentia. Sp.

BENE eſt, pro commodum eſt, ſeu bona ratione. Vlpian. uſurpat exemplo Ciceronis. l. prima. de Reb. cred.

BENE ſit, communis uox, qua in teſtamentis præfabantur. Vide Eraſ. interpretantẽ καλῶς ἔσω. Sp.

BENEDICERE, ꝓ laudare & gratias agere, & benè precari, beneq́; ominari, in ſacris literis frequẽtiſſimũ, ſed apud Latinos autores inuſitatius. Nec refert dandi caſum addas, an accuſandi, ut apud Pſalm. Benedicã dominũ omni tẽpore. & alibi, Benedicite Domino. Siquidẽ tradẽte Rotero. Græci ut dicũt, benefacio tibi, et benefacio te: ita dicunt, benedico tibi, & benedico te. Itaq́; differentia quã quidã adferũt inter benedico te, & benedico tibi, planè ridicula eſt, eodem teſte. Sp.

BENEFICENTIA, hoc eſt, liberalitas ceu

cognata iuſtitiæ, quæ communicat res debitas, res non debitas præſetrim iure ciuili communicat: quas tamen aliquo modo inter nos iure naturæ communicare debemus. Iuxta regulam, Quod tibi nō nocet, & alteri prodeſt, benignè præſtandū eſt: qualia ſunt, nō prohiberi aquā profluentē, mōſtrare uiā errāti, dare cōſiliū petenti: hæc qui non cōmunicat, iuſtiſſimè cenſeri & appellari debebit miſanthropos, ut uerè dixit undequaq; doctiſſimus noſter ille Suuartzeidius, quem nomine Melanchthonis norūt, Et Tagus et Ganges, forſan & Antipodes. Sp.

BENEFICIARIAE Actiones. Lege, Actiones beneficiariæ.

BENEFICIVM, Seneca definiente, eſt beneuola datio tribuens gaudiū, capiēſq; tribuendo, in id quod facit pronè & ſponte ſua parata. cap. vj. lib. j. de Beneficijs. Extat hæc definitio in C. Obertus in uſibus. Feud. tit. in quib. cauſ. feud. amitt. Eſt aūt duplex beneficiū, publicū & priuatū. Lōgè præſtantiſsimū eſt publicū, uidelicet eorū qui aut cōſtituūt, aut defendūt, aut retinent reſp. Priuatum, cū uidelicet priuatim operæ aut facultates cōmunicant. Vide elegantē §. ſicut in l. in cōmodato. ff. Cōmodati. & poſt Iouian. Pontanū noſtrū Philippū de Beneficentia lib. ij. Philoſoph. Moralis. Sunt aūt eodem tradēte cap. xviij. lib. iij. qui ita diſtinguant quædā beneficia eſſe, quędā officia, quędā miniſteria. Beneficiū eſſe, quod alienus det. alienus eſt, qui potuit ſine reprehenſione ceſſare. Officium eſſe, filij, uxoris, & earū perſonarum, quas neceſſitudo ſuſcitat, & ferre opem iubet. Miniſterium eſſe ſerui, quem conditio ſua eo loco poſuit, ut nihil eorū quę pręſtat, imputet ſupiori. Sp.

BENEFICIARII. Lege, Munera militaria.

BENEFICIVM, benefactū, benignitas, liberalitas, meritum, promeritū, officiū, gratia, munus. Nizolius exēpla indicat. Sp.

BENEFICIVM ceſſionis, eſt quo ſubuenitur obæratis, & qui ſoluēdo non ſunt. l. j. C. Qui bon. ced. poſſ. Cedendarū aūt actionū beneficio, de quo in l. fideiuſſoribus. ff. de Fideiuſſor. petimus ut creditor ſuas nobis cedat actiones. Sp.

BENEFICIVM nouæ conſtitutionis pro fideiuſſoribus tractat Aut. de fideiuſſor.

BENEFICIVM de duobus reis, pete ex Aut. de duobus reis.

BENEFICIVM epiſtolę diui Adriani (de quo fit mentio in §. ſi plures. Inſtit. de Fideiuſſ. etiā in l. inter fideiuſſores. ff. l. fin. eod. tit.) eſt, ſi unus è multis fideiuſſorib. de toto debito cōueniatur, rectè excipiet pro rata parte duntaxat ſoluenda. Spieg.

BENEFICIIS Imperatoris obuiare, ſacrilegij inſtar eſſe, pulchrè declarat Baro à Tautenberg. tit. xiiij. j. Feud. Sp.

BENEFICIVM manumiſſionis apud Vlp. in l. manumiſſiones. de Iuſt. & iur. Sp.

BENEFICIVM, ne quis āplius, quàm facere poteſt, cōdemnet, cōpetit certis perſonis, hæredibuſq; eorū, de quib. uide in l. ſunt qui. cū aliq̄t ſequētib. ff. de Re iudicat. Sp.

BENEFICIVM, interdū pro priuilegio uſurpat: quia benefacit ijs, quibus conceditur contra legem communem: latiſſimamq; admittit interpretationē, non iniurioſam tamen, l. ult. ff. de Cōſtit. Princip. Sp.

BENEFICIVM principis decet eſſe manſurū ab omni diminutione alienū. Vide Andr. Eſernitanum lib. j. Feud. Quib. mod. feu. conſt. pot. Sp.

BENEFICIVM quadrimeſtre ijs cōpetit, qui in actione perſonali ad ſolutionem condemnati ſunt, ut ad ipſam ſolutionē quatuor habeāt menſium dilationem, etiamſi à iudice tempus breuius ſtatutum eſſet. l. iiij. §. Si quis cōdemnatus. ff. de re iud. Sp.

BENEFICIVM S.C. Macedoniani competit filijsfamiliàs, parentibuſq; eorum, qui pecuniam mutuam accipiunt patribus inuitis uel inſcijs. Sp.

BENEFICIVM reſtitututionis in integrū duplex eſt. Alterum minoribus xxv annis, alterum maioribus ex clauſula, SI QVA IVSTA MIHI CAVSA VIDEBITVR competit. Sp.

BENEFICIVM S.C. Velleiani. Lege, S.C. Velleianum.

BENEMERITA, quando ſint ſpecificè exprimenda, in inſtrumento cōceſſionis remuneratoriæ, petēdum eſt ab interpretibus uſuum feud.

BENEMERITI, ſunt remunerandi, adeò, ut nec filiæ Vaſalli benemeriti præteriri debeant. c. unico. quemad. feud. ad. fil. pert. Spieg.

BENEVOLVS. Eraſmus alicubi ſcribit, ſicut beneuolentia nihil aliud ſonat Latinis, quàm amor: beneuolus nihil aliud eſt q̄ amicus: & bene uelle, nihil quàm amare: ita maleuolentia ſonat odiū, maleuolus inimicū, male uelle odiſſe. Iuſtinianus tit. de Nuptijs, C. li. v. Imperialis beneuolen

tiæ propriũ hoc eſſe iudicat, ut Dei beneuolentiã imitetur, qui quotidianis hominũ peccatis ſemper ignoſcere dignatur, & pœnitentiam ſuſcipere noſtram, & ad meliorem eam ſtatum deducere. Sp.

BENIGNITAS, proprium æquitatis epitheton: cuius contrarium eſt, Rigor. Modeſt. de Leg. Nulla iuris ratio, aut æquitatis benignitas patitur, &c. Sp.

BERO, ſaccus, quaſi pero. à pera dictus. Vide prior. Bud. Annot.

BERYTIENSIS colonia, Auguſti beneficijs gratioſa, & (ut diuus Hadrianus in quadã oratione ait) Auguſtiana Colonia dicta, autor Vlpian. l. j. de Cenſib. Spieg.

BERYTOS, poſt Sidonẽ eſt, haud procul ab Lyci amnis oſtijs, quã hodie Barutum uocãt, omniũ eius littoris nũdinario mercimonio clariſſimã, teſte Vadiano noſtro. Fœlix Iulia Plinio. Seb. Munſtero annotatore, Euſtachius ut à Volaterrano citatur, etymi rationẽ hãc adſignat, quòd Berũ ex autoritate Helladij lingua Phœnicũ robur ſignificat, quaſi urbs in loco inexpugnabili ac robuſto ſita. Nobis inde urſum ut puto denotat, ein bär. Theod. & Valent. AA. metropolitano nomine ac dignitate Berytum exornarunt. l. unica. de metrop. Beryto. C. lib. xj. Sp.

BES. Lege, Sextans.

BESTIA, crudelitatem exprimit: Belua, magnitudinẽ, & quaſi monſtroſitatẽ. Fera, opponit̃ cicuri. Vlpianus, Beſtias, ait, accipere debemus ex feritate magis, quàm ex animalis genere. Nã quid ſi leo ſit, ſed manſuetus, uel alia dentata mãſueta? Sp.

BESTIARII dicebantur, qui ludis publicis in amphitheatro cũ beſtijs depugnabant. Notum aũt, quòd apud Romanos ad beſtias damnati, & feris obijci ſolebant parricidæ, & alij. Qua de re Budæus in Annot. poſter. Martianus autor eſt, Diuos fratres reſcripſiſſe, dominos neq; per ſe, neq; per procuratores ſuos, ut cũ beſtijs pugnent, etiam criminoſos ſeruos uendere poſſe. l. domini. de Contrah. empt. Sp.

B I

BIARCHI erant, qui emebant neceſſaria ad uitam totius domus principalis. βί@ uitam, ἄρχ@ principẽ ſignificat. Aliàs dicti Biarcei, quòd uitæ neceſſaria curarent. Alc. in C. de Agent. in reb. lib. xj.

BIBLIA, latinè libri, nec tantũ ſacri dicũtur. Bibliothecã Gellius librariã appellat. Sp.

BIBLIOTHECA, locus ubi reponũtur libri. nã βίβλ@ liber, θήκη repoſitoriũ dicitur. Vlp. de Leg. ter. l. libror. Libris, inqt, legatis, bibliothecas nõ cõtineri. Nebriſſ. Sed & locũ ſignificare bibliothecã, & aliàs armarium, alias libros, Nerua autor eſt. Sp.

BICOLOR, duorum colorum.

BIDELLI. Alciatus: Ego, inquit, & gymnaſiorum cuſtodes, quos nullo Bidellos appellabamus hoc nomine (epiſcopi) ſignificari poſſe arbitror: idq; ex Lucilij poetę Epigrãm. qui Mercuriũ gymnaſiorũ epiſcopũ dicũt. Vide eũ cap. 22. lib. 7. Par. Sp.

BIDENS, genus inſtrumẽti foſſorij: q; duos habeat dẽtes, ſic dictũ: ſicut Raſtrũ, quòd habeat plures. Vlp. Ligones, inquit, ſarculi, falces putatoriæ, bidentes. Nebriſſ.

Biderman. Vide, Iudex æquus.

BIDVVM cõtinẽs, pro perpetuũ biduũ, q̃d uulgò dicit̃, per duos integros dies. Qui ꝓmittit pecuniã, aut factũ in dieb. nõ adijciẽs quib. is poſt biduũ tenet̃. l. inter illã. ff. de Verb. ſig. Idẽ dicendũ eſſe, ſi promittat quis ſe daturũ, aut facturũ in annis: nã de duobus proximis intelligendum eſt, l. libertas. §. ul. ff. de Manum. teſta. quod Accurſ. rectè notauit. Sp.

BIGAMVS, qui duas duxit uxores: à quo Bigamia, ipſa conditio. Vide Sipõtinum.

BIGENERA animalia dicuntur, ex diuerſo genere nata. ut leopardus, ex leone et pãthera: cicurſus, ex apro & ſcropha domeſtica: mulus, ex equa & aſino: hinnus, ex equo & aſina. Sp.

BINI, idẽ ſignificat q̃d duo. Sic in prætoris uerbis apud Iulian. in fi. l. j. de His qui not. infa. Qui'ue ſuo nomine, nõ iuſſu eius in cuius poteſtate eſt, eius'ue nomine, quẽ, quam'ue in poteſtate habet, bina ſponſalia, binasq; nuptias eodem tempore conſtitutas habuerit. Sp.

BINA ſpõſalia cõſtituere, eſt unã duob. ſpondere, ut utriuſq; ſit uxor, & ſic q̃d uulgò dici ſolet, una filia duos generos facere. §. ſiqs alien. nom. l. quid ergo ſi nõ. ff. de His qui not. infa. ubi Bal. monuit, ut leges, quę de binis ſpõſalib. loquũt̃, diligẽter notemus. Nã ex his argumẽtũ ſumi, quod nõ poſſit quis eligi ad multas Eccleſias. Aetiologiã addit: Nã electũ fieri ſpõſum Eccleſię. Nũc ô Balde unius humeris imponunt̃ tres aut quatuor epiſcopatus cũ aliq̃t abbatijs annexis. Id quo colore excuſes, q̃uis acutiſſimi ingenij cognomen tuleris, haud ſcio ſi quem unquam inueneris. Spieg.

BIS credere idem dicitur, qui ante ſecundum

dũ,& poſt eũ crediderit. autor Martian. in l. creditor. Qui pot. in píg. hab. Sp.

BIS, duũ actuũ eſt, nec ſæpius fieri, ut uerbũ iterũ, accipiendũ eſt. autor Paulus, l. uelutí. in fin. de Edendo. Spieg.

BIS factum, etiam frequenter, ſępe, & multum factũ interdũ accipitur. Vide Zaſ. in l. ſæpe. ff. de Re. iud. Sp.

BISSEXTVS, ſiue Biſextus dicit̃, quòd bis ſexto calẽdas dicamus. Vide ſuprà, Annus biſextilis. Bart. in l. iij. ff. de Minor. Alc. in l. cum biſextus. de Verb. ſig. Sp.

BISSVS lini ſpecies in India naſcens. iam uerò & Aegypto ex arbore lanicium quoddã fit, ex quo ueſtẽ factã líneã magis dixeris, quàm laneã. Sola enim craſſitudine à linea. autor Pollux. A' byſſo tenuiſsimo, & precioſo lino byſsina ueſtis, ut à croco crocatula dicta, penè ut aurum fulgens. Sp.

B L

BLADA, pro frumentis, inter ea uocabula, quæ uſu quodã, ſed nimiũ quàm corrupto, ex Italica lingua ſunt deſumpta, habenturq́ uulgò pro latinis. ut Allodiũ, pro hæreditate, aut poſſeſſionibus: Appreciari, pro æſtimare: Mediare, pro cõponere, aut pacificare: Appropriare, pro uendicare: Cãpus, pro exercitu: Liga, ꝑ fœdere: Treuga, pro inducijs: Manutenere, pro tueri, ac ſuſtentare: Saiſare, uel ſachiſare, pro extorquere, aut per uim auferre: Importat, pro intereſt, ſeu refert: Perpetuare, pro continuare: Fortaliciũ, pro arce, ſeu munitionibus: Succurſus, pro ſuppetijs, aut ſupplemento: Cõtentare, pro eo quod ſit contentũ reddere: Aſſe curare, & contutare, pro eo quod ſit, ſibi tutò ac diligẽter prouidere, ſiue munire: Baſſe, pro humiliter, ſummiſſè aut in imo: Partialitas, pro factione, aut ſtudio partiũ: quorum aliquot crebrò apud interpretes occurrũt, purè loquuturo omnino uitanda. monuit id eruditiſsimus Inſulanus. Verùm Bladi appellatione quid ueniat, Bart. explicat in l. j. §. eo opere. ff. de Aqua pluu. arc. Sp.

BLANDIRI ſibi, pro eo quod eſt, ſeipſum fallere, apud Vlp. legimus in l. iij. de Adminiſtr. tut. Blandiunt̃, ait, ſibi, qui putant honorarios tutores non teneri. Dicimur & blandiri uitijs noſtris, dum ea excuſamus, aut attenuamus. Lege Philelph. lib. ij. Conuiu. Sp.

BLANDITIAE potẽtũ, inſtar minorũ. gloſ. l. j. C. Si rect. prouinc. in uerbo Pignora.

BLASPHEMARE, quod uerbũ latinũ non eſt, ſignificat conuicium in Deũ ingerere. Nota eſt in Nouell. conſtitut. quæ ultimo ſubmittit ſupplicio blaſphemias in Deũ ingerẽtes. Annotauit Eraſ. in cap. xxvj. Matthęi, blaſphemię nomen Chriſtianis atrocius quiddam ſonare, quàm conuiciũ: nẽpe conuiciũ in Deũ. Vide Bart. in l. itẽ apud Labeonẽ. de Iniur. Sp.

BLASPHEMVS eſt, qui de Deo non bene credit, indignari illi attribuit. Sp.

BLATTA, purpura, conchyliũ. Blatta & eũ uermiculũ ſignificat, qui pannos & res alias corradit, & pro purpura atq́ cõchylio accipitur. Vnde Blatteus color, medius inter albũ & purpureum: & Serico, blatta, Blattoſericum palliũ apud Vopiſcũ: quod & annotatũ eſt ab Alciato, in l. balluca. C. de Metall. lib. xj. Sp.

BLESVS eſt, qui literam aliquam exprimere non poteſt, eãq́ non quamlibet, ſed certã. annotãte Bud. in Vlp. §. ſuprà citatum, ex l. item Offilius.

B O

BOEMIAE Rex. Vide, Rex.

BOETHI dicunt̃ ab Imperatore adiutores ſcribarũ: quos alij Subadiuuas, alij Adiutorios appellant. ut in l. unicuiq́. C. de Prox. ſacr. ſcrin. βοηθέω enim ſignificat adiuuo. Inde Seuerin. Boethius dictus, quem falſò Boetium uocant. Alc. C. de Tabular. ſcrib. & logo. lib. x.

BOMBYCINVM, quod eſt à bombyce. Eſt aũt bõbyx uermiculus, ex cuius capillamento depectit̃, quod uulgò Hiſpanorũ dicit̃ ſergo, ſiue ſeda. Nã ſericũ lõgè aliud eſt, quàm quod putat uulgus. Vlpian. de Aur. & argẽt. legat. l. ueſtis. Veſtimentorũ, inquit, ſunt omnia lanea, líneaq́, ſerica, uel bõbycina. Nebriſſ. Adde ſi placet, quæ Bayfius annotauit cap. vj. de Re Veſtiaria, huc facientia. Sp.

BONA intelliguntur cuiuſq́, quæ deducto ęre alieno ſuperſunt, ut ait Paul. in l. ſubſignatum de Verb. ſig. African. Bonorum appellatio, inquit, ſicut hęreditatis, uniuerſitatem quandam, ac ius ſucceſſionis, et nõ ſingulas res demõſtrat eod. tit. Porrò tradente Vlp. Bonorũ appellatio, aut ciuilis, aut naturalis eſt. Bona ex naturali ſignificatione omnia cõprehendũt, quæ proſunt. Ex ciuili ad facultates

tates tantum referunt teſte Alciato. quę uide in l. bonorum appellatio. j. pręcita to tit. & eod. Iabolenus autor eſt, propriè bona dici non poſſunt, quę plus incommodi quàm cōmodi habent. Quandoq; tamen, ut Alc. oſtendit ibidem, appellatione bonorum comprehendũtur ea, in quibus plus incommodi eſt. Sp.

BONA aduenticia ſunt, quæ acceſſione quadã & præter ſpē nobis contingunt.

BONA ciuium publicare, eſt illa in publicũ è priuata poſſeſſione redigere.

BONA de eccleſiæ menſa dici, poſt uarios opinionum fluctus, obtinuit Bart. in l. ſi uacantia. C. de Bon. uacan. lib. x. ſi illa ſint in regeſtis, libriſq; cēſualibus Eccleſiæ per prælatum, uel eius officiales inſcripta. ex Zaſio. Sp.

BONA deficere dicuntur, nō ſolùm cũ nulla extant, ſed etiã ſi aliqua extarent, quę in remotis eſſent collocata. Bald. in l. fi. ff. Si cert. pet.

BONA fides, eſt ſyncera cōſcientia, unumquenq; certò excuſans de ignorãtia rei alienę, quam uel tradit alij, uel accipit ab alio. Nemo ſanè conſcientiam ſuam, uelut mille teſtes, fallere poteſt, ſi utcunq; aduerſario, uel iudici imponat. Eadē ratione mala fides, eſt læſa conſciētia, quę accuſat & conuincit aliquem, non ignorare rem alienam eſſe, quam per fraudē uel tradit, uel accipit. Quare bona fides dolo fraudiq; aduerſatur, l. iij. in fin. ff. pro Socio. & contractus bonæ fidei dicti. §. Actionum autē. Inſtit. de Action. l. conſenſum. ff. de Action. & oblig. Sp.

BONA fides, pro æquitate accipitur in l. ſi fideiuſſor. §. quędam. ff. mandati. & in d. l. conſenſum. & ſimilib. Sp.

BONA fide, hoc eſt citra ullum figmentum facere, dicebãt antiqui, cum fieri aliquid non perfunctoriè, nec translatiuè, id eſt uulgariter, ſed accuratè & enixè & toto perè intelligi uolebant. Ex Bud. in Annot. ad l. emptorem. de Act. empti. Sp.

BONAM fidem agnoſcere, eleganter dictũ à Iuriſconſ. in l. quoties tutor. §. ſicut autem. de Adminiſt. tut.

BONAE fidei actiones, non quòd ulla ſit actio malæ fidei, quoniam in omnibus negocijs exigitur bona fides. C. de Act. et oblig. ſed ideo dictę ſunt, quòd iudex in cognitione poteſt habere rationē earũ quoq; rerũ, quarũ inter contrahentes nulla mentio facta eſt. §. in bonæ fidei. Inſtit. de Action. Iulian. in l. conſenſu. in fin. ff. de Action. & oblig. Sp.

BONAM fidē præſtare, nil eſt aliud, q̃ ſine dolo & fraude uerſari. Bona fides enim, ut ſuo relatum eſt loco, contraria dolo & fraudi eſt. l. iij. in fin. ff. pro Socio. Inde dicitur, homo bonæ fidei, qui nihil dolo facit. l. iij. iunct. glo. C. de Peric. & cōmod. rei commendit. Sp.

BONAE fidei homo. Quære, Præſtare bonam fidem.

BONAE fidei contractus. Vide, Contractus bonæ fidei.

BONAE fidei emptorem, definit Modeſtinus de Verbor. ſign. L. Titulus nouus.

BONAE fidei homo, cui res tutò creditur, uel qui rem ſibi creditã fideliter ſeruat.

BONAE fidei homo, qui nō habet in ſe dolum. l. iij. C. de Peric. & com. rei uen.

BONAE fidei poſſeſſor eſſe uidetur, qui rē poſſidet nō ſuam, quam tamen ſuam eſſe putat: & eum qui uendidit, ius uēdendi habuiſſe, puta procuratorem, ac tutorem fuiſſe. Contrà uerò, malæ fidei poſſeſſorē eſſe dicimus, qui nec rem ſuã poſſidet, & eam ſcit ſuã nō eſſe. Itaq; bonæ fidei poſſeſſor uſucapit: malæ non item.

BONA gratia. Appellatio eſt certæ ſpeciei ſolutionis matrimonij, cuius Iuſtinian. meminit in nobili illa Cōſtitutione, cui uerior titulus, De his qui nuptias iterãt. Vulgò de nuptijs allegatur. Plauto locutio familiaris eſt, Bonam gratiam habere: pro eo quod nos dicimus, zũ gũtem danck annemmen. Sp.

BONA hæreditaria partimur, non diuidimus. Spieg.

BONA in ipſis poſſeſsionibus, Fortunas in fructibus eorũ, uocamus. Pedianus.

BONA lex, à mala, nulla alia niſi naturæ norma diuidi poteſt. Ariſtoteles libro Politicorum tertio: Qui legem, ait, ciuitati dominari uolunt, hi uidētur Deum ac leges dominari uelle. Qui uerò hominem uolunt dominari, hi beluam præficiunt. Legem accipi uult, pro naturali ratione diuinitus indita, ex qua ducatur certa uiuendi forma. Per hominem intelligit ſolam autoritatem humanã, qua ſic placeat, ſic receptum ſit. Spieg.

BONAE leges ex malis morib. procreantᷓ. Vetus uerbũ eſt, citatᷓ à Macrob. lib. iij. Saturnal, cap. xvij. Ariſtot, autor eſt lib.

Rhetoric.

Rhetoric.ij.apud Aeginatas olim pecuniaria pœna mulctatos eos, qui legis inſtituendæ dediſſent occaſionẽ. Sp.

BONAE literæ ſunt, quarũ finis ad quæſtum non pertinet, & quæ uiã ad philoſophiam muniũt. Nam ſine eis, iuris ciuilis cognitio, tanquam firmiſsimo præſidio deſtituta, cõſiſtere nequit. His certè debemus ueteres iuriſconſult. de quibus extat Laurẽtij Vallæ iudiciũ, & Budæi, in Epitome noſtra, infrà relatũ. Sp.

BONI cẽſentur ij, Viues inquit, lib. de Anima iij. qui pridie ſunt officio ſuo perfuncti, erga Deũ, patriã, parentes, principẽ, herũ, amicos, liberos, neceſſarios, propinquos, familiares, ſocios, ciues, peregrinos. quæ officiorum ratio in humano genere patet latiſsimè: quando, ut rectè eſt à M. Tullio ſcriptum, nullæ uitæ pars ſeu publica ſeu priuata carere poteſt officio. Habent pro uiris bonis, qui quàm plurimis profuerũt, proſunt, proderunt. nam qui nobis, aut ijs quos habemus beneuolẽtia cõiunctos profuit, eũ ritè fungi ſuo officio ducimus, & bonum eſſe uirum. Sp.

BONI uiri q, uide paulo antè, Boni cẽſent.

BONI magiſtratus patrum nomine cẽſentur. Et hoc ueriſsimũ eſt, inquit Oldẽd. de Magiſtratu patriæ, ac natalis ſoli, cuius filij quoq; uidemur. Vnde Vlpian. in l. j. §. & generaliter ff. de Ventr. in poſſeſſ. mit. Qui etſi, inquit, nõ tantũ parenti, cuius eſſe dicit, uerumetiã reipub. naſcitur. Et Pomponius inter iuris gentiũ exẽpla refert, ut parẽtib. & patriæ pareamus, in l. ueluti. ff. de Iuſtic. & iur. Sp.

BONA memoria. Vide, Memoria.

BONA naturalia, omnia comprehendũt quæ nobis proſunt, & nos beãt, hoc eſt fœlices reddũt. Bona aũt ciuilia referũtur tantũ ad facultates noſtras. Hinc philoſophi bona diſtinguũt, ut ſint quædã corporis, quędã animi. Alc. de Ver. ſig.

BONA nomina, nonnunquã mala fieri, ſi nunquã interpelles, ait Alphius fœnerator apud Collumell. Ille nomina, iurecõſultorũ more, debitores uocat: & interpellare, ſubinde creditum repoſcere. Sp.

BONA pars, pro magna parte: quod tamẽ non eſt perpetuum. Nam interdum pro ea, quæ alioquin non uideatur contemnenda, accipitur. Id antè monuit Inſulanus. Spieg.

BONA prædia uno nomine dicuntur, bona ſatiſdationibus obnoxia. Pedian.

BONA paterna præſumuntur communia inter fratres, l. ſiue poſsidetis. C. de Probat. arg. l. ſi neceſſarias. §. penult. ff. de Pignor. act. Spieg.

BONA rapta etiam accipimus, una re rapta. l. ij. §. uel cuius. ff. Vi bon. rapt.

BONA ſequeſtrata, hoc eſt, conſenſu partiũ uel iudicis decreto apud ſequeſtrem depoſita, nec ab actore, nec à reo poſsidentur. l. libertus. ff. de Stat. hom. Sp.

BONI ciues. Lege, Ciues boni.

BONI conſulere cum genitiuo. Vlp. in l. generaliter. de Decurionib. Vt qui clementiorem ſententiam paſſus eſt, ob id quòd ad tempus relegatur, boni conſulere debeat humanitatis ſententiæ, nec Decurionatum accipiat. Per genitiuũ, quaſi græco more dixit: id eſt, exiſtimare, clementer ſecum à iudicibus actum eſſe in animaduerſione criminis. Vide Budęum in Annot. poſter. Boni ducere, apud Tertullianum ſubinde reperire eſt. Vide Annot. Rhenan. in lib. v. aduerſus Marcion. Sp.

BONI rhetoris quæ partes ſint in caſu in integr. reſtitut. indicat Marcellus in fin. l. pen. ff. eod. tit. Sp.

BONI uiri arbitratu frui. l. Si fundi in prin. ff. de Vſufructu.

BONI uiri officium eſt, exẽplo Sexti Aelij, in publicum ædẽ, quod publicè profuturum crediderit. §. augeſcente ciuitate. l. ij. de Orig. iur. Spieg.

BONIS cedere, ſignificat bona ſua creditoribus, improbè æs alienũ à nobis contendentibus, permittere.

BONIS conditionibus ſeruum uenditũ, ut accipiendum ſit, oſtendit Iuriſconſ. in l. conditioni. de ædil. ed.

BONIS interdicebat olim prætor, his uerbis: Quando tibi bona paterna habita, nequitia tua diſperdis, liberoſq; tuos ad egeſtatẽ perducis, ob eã rẽ tibi ea re, cõmercioq; interdico. Citat Paul. autor libro Sent. ſiue Factorum, iij. Sp.

BONIS uiris præſentibus. l. ſi pater. §. quędam. ff. de Fideicom. libert.

BONITAS, ut docet Alciat. in l. iij. de Reb. cred. quædã qualitas eſt, quæ rẽ ipſã nõ immutat: unde à ſubſtãtia nõ parũ differt. l. ubi autẽ. ff. de Verb. oblig. Spieg.

BONORũ appellatio ęre alieno deducto ex ſermo-

ſermonis proprietate intelligenda eſt: ex mente tamen diſponẽtis, aliter quandoq; accipitur, cum aliàs aliquid abſurdum induceretur. l. ſi quis ſeruum. §. fin. de Leg. ij.

BONO genere natus, id eſt bona familia, uel ut uulgus dicit, bona domo.

BONORVM poſſeſsio, pro iure ipſo hæreditario accipitur, quod cum prætoris decreto acquiritur: ut tametſi res ipſas hæreditarias poſſideamus, bonorum tamen poſſeſsionem, id eſt ius ipſum, à iudice impetrare nobis neceſſarium ſit: nihilq; ab ea hæreditate differt, niſi quòd ſolo animo hęreditas aditur: bonorum poſſeſsio ut acquiſita uideatur, ius dicẽtis officium requirit. Nec eſt duntaxat ius perſequẽdi, retinendiq; patrimonij, ſed & rei cuiuſq;, cum is moritur, cuius fuit. l. iij. de Bon. poſſ. Vide Alciatũ lib. quarto Paradox. & ſuprà, Aditio hæreditatis. Spieg.

BONORVM poſſeſsio decretalis. Quære, Decretalis bonorum poſſeſsio.

BONORVM poſſeſsio ſeptima, ex pluribus bonorũ poſſeſsionibus, quæ aliàs erant in uſu redacta, eſt res ad ſex ordinarias. §. decima. Inſt. de Bon. poſſ. eſt tamen addita ſeptima, quam Iuſtinianus hic appellat Extraordinariam, quæ ita appellatur, non ea ratione qua Carboniana bonorum poſſeſsio: uel uẽtris nomine, quòd ſcilicet non tribuatius: nam imò ius tribuit ut reliquę ordinarię: ſed quia eſt uaga, & non ſtabilita certa parte edicti, ut notat hic gloſ. ſuper uerbo. & extraordin. & gloſſ. in l. fin. C. unde legit. Doctiſſ. Iuriſcõs. Nic. Bellon. cap. xv. lib. j. Supput. unde excerpſi hæc: Iuuenes, inquit, cum difficultate percipiunt, quæ nam ſit hæc bonorum poſſeſſio, & quomodo, & quãdo cõpetat. Sp.

BONORVM poſſeſſor, licet propriè hæres non eſt, tamen cum omnino hæredi ſurrogatus ſit, quælibet diſpoſitio de hęrede uerba faciens, eum quoq; comprehendet. l. in conditionib. §. ſi patronus. de Condit. & demonſt. Sp.

BONORVM poſſeſſores, Vlpianus inquit, in omnibus uice hæredum habentur. li. ij. de Bon. poſſeſſ. Spieg.

BONORVM poſſeſſor, cui ad exemplum hæredis bona defuncti iure pretorio decernũtur: aliud poſſeſſor bonorum, qui rem aliquam poſsidet. arg. l. j. C. Quor. bon. ex Apello. Quamuis Alciatus monuit alicubi, uulgarem hanc Doctorum differentiam à ueritate abeſſe. Spieg.

BONVM in ſacris literis tripliciter intelligitur. Primùm pro eo quod eſt conditũ & ordinatum à Deo. Huiuſmodi ſunt omnia, quæ uocantur bona naturæ. Nã omnes creaturæ deſtinatæ ſunt ad aliquem uſum & conſeruationem naturę. Secundò bonum ſignificat ἀδιάφορον, id eſt conceſſum lege Dei. Ita bonum intelligitur cum inquit Apoſt. Bonũ eſt homini non comedere carnem. Hic bonũ opponitur prohibito. Tertiò bonum ſignificat actiones uirtutis, quas Deus præcipit, ſeu ueros cultus Dei, & quidẽ præceptos à Deo, ut apud Prophetam: Hoc eſt bonum ambulare coram Deo, & timere Deum. Hæc quòd multum lucis inferãt partim antè dictis, partim & dicendis in hac editione lubuit adſcribere. Spieg.

BONVM in philoſophia generaliter ſignificat, quod eſt cõueniens naturæ. Et eſt duplex, Bonum naturale, & bonũ morale. Naturale, eſt res conueniens ad cõſeruationem naturę, ſeu nata ad bonum uſum, ut cibus, potus, bona ualetudo, opes, imperia. Sic appellatio boni continet res dubias. Morale, quod eſt in actionibus conueniens naturæ, iudicio mentis. Hoc modo appellatio boni intellecta, tantum ſignificat honeſtum. tale bonum ſola uirtus eſt: cui opponitur uitium ſeu turpitudo, quæ, teſte Philippo, uocatur malum in genere morum, ſeu malum culpæ. Deinde bonum utile eſt res naturæ conueniens ad corporis conſeruationem, quæ eſt expetẽda propter aliud, ſcilicet uſus cauſſa: ut bona ualetudo, uita, opes, &c. Bonum ſuaue eſt cognatum utili: ſignificat enim id quod ideo expetitur, quia affert ſenſui aut animo iucundos motus. Hæc duo ſcilicet utile & ſuaue uocãtur ἀδιάφορα, quod attinet ad genus morum. Quanquam igitur non ſunt bona moraliter, tamen ſunt natura res bonæ ad uſus aliquos expetendos natæ. Oppoſitum eſt malum pœnæ, ut uulgò loquuntur. Sp.

BONVM accepiſſe uidetur Accurſius eam æquitatem, quæ ex ancipiti hinc atque inde inclinantis animi motu preualet, &

let, & ſcriptis mandari poteſt, qualis eſt uſucapionis materia: & apud Ciceronē Ius, quod Iupiter ſanxit, ut omnia quæ reipublicę ſalutaria eſſent, legitima & iuſta haberentur. ut

BONVM etiam id ſignificet, quod in quacunque ciuitate utile eſt, tametſi non ſemper cum æquitate concordet: uideturq; græcè δίκαιον dictum, ut Grammatici atteſtantur, παρὰ τὸ δύο εἴκειν, quòd ex duabus partibus ſecernat, quid pręualere debeat. ex Alc. Sp.

BONVM item, eſt iuris ipſius temperatio atq; emendatio: quæ fit ex prudentia Iudicis accommodantis ſe rationi cauſę, & flectentis legem ad cauſam, non cauſam ad legem. Hoc bonum ſolet etiam bonū & æquum nominari: ut oſtendit exemplis Lud. Viues, uir immortalitate dignus, in planè diuinis Commētarijs, quibus illuſtrauit Ciuitatē Dei, apud diuū Auguſt. Cicero ęquum bonum, in Bruto, ſine copula dixit. Sp.

BONVM pro cōmodo. Iuxta illud Caſsij iurecōſulti dictū apud Ciceronem, Cui bono fuerit, eum feciſſe credendum. Declarat hoc eleganter Alciatus cap. xvj. Secundi Parerg. Sp.

BONVM & æquum Ariſt. lib. v. Ethicorū tanquam differentia ponit. Sic Accurſ. aliud bonum eſſe cenſet, aliud æquum, narrans Iuriſconſulti hæc uerba, in l. prima. de Iuſt. & iur. nec ſatis explicat, Budæo teſte, qui ea de re latè diſſerit, traditque: cùm æquum & bonum dicimus, abſolutè bonitatem ęquitatem'que ſignificari, & iuris medullam, germanamq; iuſticiam, quam cenſendo aſſequi, non cuiuſuis ſit iuriſperiti. Oldend. opportunè monuit, tota errare uia, pariterq; oſtēdere, ſe uim ac poteſtatem boni & æqui nō intelligere, qui diſtinguunt inter ſcriptā & non ſcriptam æquitatem: fingentes pugnare inter ſe, ſcriptum ius, & ſcriptā æquitatem: quorum neutrum probari ulla ratione poteſt. Sp.

BONVM ac ęquum impetrare, eſt, Budęo exponente, ius ſuum obtinere, rem ſuam recipere: idq; exemplis demonſtrat in Annot. prior. Sp.

BONVM nomen facere, hoc eſt idoneum, & ſoluēdo reputare eum, quem quis admiſit ſibi debitorem delegari. l. inter cauſas. §. abeſſe. ff. Mandat. Sp.

BONVM & frugi ſeruū intelligunt Iuriſc. coss. apud quos frequens eſt hæc locutio, utilem & neceſſarium. Beroal.

BONVS ſanè Martinus in auxilio, ſed carus in precio. Apophthegma priſcorum Franconum. uide Capella.

BOVES cerebroſi, oppo. Domiti, horū meminit Iuriſconſ. in l. inſtrumēto fundi. ff. de Inſtruct. et inſtrū. leg. lege Cerebroſi.

BOVES. Vide Vlp. in l. ædiles aiunt. de Aedil. edic. & infrà, Iumenta.

B R

BRABEVTAE, teſte Dn. Budęo, à uerbo βραβεύω dicti ſunt, quod cōſtituere & arbitrari ſignificat. Brabeutæ, qui & Maſtigomi et Rhabduchi dicūtur à Gręcis, autoribus Polluce & Suda, latine Deſignatores dicuntur ab Vlpian. in l. Athletas. ff. de his qui not. infam.. Sp.

BRABIVM, ſic dicendum, non brauium, ut admonet Eraſmus: Latinis eſt uictoriæ præmiū. An id debeatur domino equi, qui primus metā attigit, ſed tamē excuſſo prius inſeſſore, uide ff. de Aqua quot. & ęſt. l. j. §. quæſitū. & de Acquir. poſſeſ. l. j. §. per eum. & Bart. in §. item acquirimus. eiuſdem l. Item in l. qui fundum. ff. Quemad. ſeruit. amit. Sp.

BRACTEARIVS eſt, qui ſecat aurum in tenuiſsimas laminas, quæ dicuntur bractęę apud Iuſti. li. x. C. l. j. de Excuſat. artificū. Græcè uocat̄ πέταλον, quod foliū eſt atq; bractea. Hinc & petalia Plauto. Annotauit Alciatus ibidem. Sp.

BREPHOTROPHIVM, locus ubi infātes expoſiti, publicè alūtur. Nam βρέφος infans, τροφὴ, alimentū dicit̄. C. de Sacroſanc. eccl. l. illud. l. ut inter. Nebriſ.

BREVE teſtatum dicitur, quod ſummam rei continet, teſtiū aliquando, nedum tabellionis ſubſcriptione confirmatū. Nobis rectius, Oldend. inquit, cliētulare inſtrumentum dicetur, iuxta formam Nouell. de Inſtrumēt. fide. §. Si quis igit̄ caute. Dicimus itaq; Breuis, uel Breue, Budæo meliore teſte, quàm Baldo, cuius exēpla ſunt in l. actuarij. l. iubemus. et l. excellētia. C. de Erogat. militar. annō. & l. ult. de Conuē. fiſc. debitor. Quæ Bald. de teſtato breui ſcripſit, indicauimus in Scholijs apud Ligurinum lib. viij. Sp.

BREVI manu accipere. in l. licet. ff. de Iur. dotiū. Simile exemplū extat in §. fi. l. iij. ff. de do. inter uir. et ux. lege Lōga manu. Sp.

BREVIA, & breues in Annotatio. prior. Budæus indicat, Commentariolos ſummam rerum continentes: cuius exempla eſſe ſcribit in l. actuarij. & l. iubemus. & l. excellentia. C. de Erog. milit. an. li. xij. Item in l. ult. de Conuen. fiſci debit. lib. x. ſic legimus: Inter chartulas confiſcati, Breuis quidam aſſeueratur inuētus, qui nomina debitorum continet. Dicitur igitur Breuis, & breue ſubſtantiuè: ſicut uulgò, breue Apoſtolicū, breue Cęſareum, pro minore aliquo diplomate. Sp.

BREVIARIVM, opus conciſum, Græcè fœminino genere Epitoma: tum etiam libellum eum non ineleganter accipimus, quem ærarij Principis, quos honeſto uocabulo **Pfennigmeyſter**, uulgus autem odioſe interdum **Finanzer** uocat: Statum generalem appellāt, quo Princeps ſtatuit, quam ſummam miniſterio omni Aulico expenſam ferri placeat. Spieg.

BREVITAS. Vide, Grata breuitas.

BREVITER, pro paucis uerbis: cuius cō trariū eſt, productè, id eſt, plurib. uerbis.

BREVICVLVS. Interpretans hymnum Prudentij, Ad omnes horas, latius indicaui, à breui diminutiua forma deduci. Alciatum item non dubitaſſe, quin legē dum ſit in Rubr. C. de Sentent. ex breuiculo recitandis. quod uitio ſcriptorum uox illa, ex periculo, non ſatis explicabilis irrepſiſſet. Sed pòſt ab ipſo obſeruatum eſt, etiam legi poſſe, in d. Rubr. ſine periculo: quòd ſic habeat Cod. Theodoſianus: ut appareat de periculo, ſeu experimento memoriæ accipiendum. Sp.

BREVISSIMI loculi, repoſitoria in quibus monilia magnum patrimonium æquantia ſeruantur, annotauit Rhenan. in lib. Tertul. de Habitu muliebri. Sp.

BROCARDICVM, uocabulū eſt barbarum, in noſtro eleganti Iure ciuili: relinquendum igitur barbaris.

BRVTIARII dicebantur ij, qui coacti erāt ſeruilia exhibere: pro eo quod bello Punico ſecundo, poſt cladē Cannēſem, ad Hannibalem defeciſſent primi. Alexand. Genial. dier. libr. j. cap. xxvij.

BRVTVM dicitur, quod quàm longiſsimè abeſt à ſenſu, ſagacitatè que. Vnde animal brutum, non aptè ac peculiariter accipitur, pro animali carente ratione. Quamuis Iure gentium, hoc eſt, humano, conſtituta ſeruitute quadam uitæ atque necis alteri in alterum, ſerui inter bruta animalia reputabantur. §. j. Inſtit. de his qui ſui uel alien. iur. & l. ij. ff. ad leg. Aquil. lege Ruſtici & domini. Sp.

B V

BV, particulam ſolebant ueteres magnis et amplis rebus præponere, à magnitudine ſcilicet bouis. Vide F. Pomp.

BVBVLA, abſolutè: & ſubauditur, caro.

BVBALINAE, ſtragulæ, in l. argumento ſunt. de Aur. & arg. leg. à Iurecōſulto dicta ſunt, quæ equis inſterni ſolebant. Ex pellibus enim bubalinis fiebant antiquitus ſtragula ad equos. Ex Bayſio. Sed editio Norinbergen. quam idem Bayſius uerā putat, pro bubolonicis, Babylonicas habet: indicans ſibi dictum, hoc in loco legendum Bubalinas, ut ſubintelligatur, pelles. Vide, Babylonicarum. Spieg.

BVBVLCVS, qui bobus utitur, aut boum cuſtos. Paul. de Fund. inſtr. l. cum de lanionis. De bubulco, ait, ſiue de eo qui bobus arat. Inde Bubulonicus, a, um, res ad bubulicū pertinens. ut in eod. tit. l. Sed & ſtragulas ueſtes, & bubulonicas, quæ equis inferri ſolent Nebriſ.

BVCCELLARII Gallogræci uocabantur: & bucellaniorum regio Gallogræcia, ut eſt apud Suid. Sunt & buccellarij, equites cataphracti per Orientem, qui ſuberant magiſtro militum, ut legitur in Breuiario Scoti ad Theodoſ. Impe. Alberico latrones ſunt, qui ponunt in ora captiuorum lignum, ut non clament. C. ad l. Iul. de ui. l. ult. Buccellatum dicitur à bucca, quæ eſt fruſtulum panis, quantum cōmodè bucca capere poteſt. Auguſtus apud Tranq. Poſt horam primā noctis duas buccas mādicaui. Inde fit Buccella Martiali. Alc. l. j. C. de Eroga. milit. anno. lib. xij. Sp.

BVCCINVM, genus conchiliorum eſt, ex quib. purpureus color inducitur. Vlpian. de Leg. tert. l. ſi cui. Purpuræ appellatione, omnis generis purpuram contineri puto: ſed coccum non cōtinebitur, Buccinum autem & Ianthinum continebitur. Nebriſ.

BVLEVTA. βουλὴ, in ciuitatib. Græciæ & Aſiæ dicebatur Senatus, & conſiliū. Vnde βουλευταὶ, Senatores et decuriones. Plinius Traianū cōſulens, an qui Senatores

fiunt,

fiunt, debeant certum quid inferre pro introitu: Supereſt, inquit, ut ipſe diſpicias, an in omnibus ciuitatibus certum aliquid, qui deinde Buleutæ leguntur, debeant pro introitu dare. Sp.

BVLGA, nota etiamnum aulicis uox: quam Feſtus indicat fuiſſe Gallorū, qui folliculos, aut crumenas, aut ſacculos ſcorteos, hoc eſt, è pellibus factos, olim appellabant Bulgas. Sp.

BVLLA aurea, infantiū ingenuorum eſt, ſcortea libertinorum. Vide Pedianum, & Feſtum, cui à Græco ſermone Bullæ uocabulum dictum uidetur. Sp.

BVLLARI, uerbum barbarum: quo tamen Accurſiani utunt̄, pro eo quod Im. Cōſtantinus; in l. ſi quis in metallum. C. de Pœnis. translatè, nec omnino inelegantur dixit, in facie ſcribere. Bulla item pro diplomate, uox eſt barbara: quum latine ſit tumor ille inanis, qui uiſitur in aquis, momento temporis enaſcens, ſimul & euaneſcens.

BVNAS iudicat, prouerbio dicitur, ubi lis in longum profertur, nec unquam explicatur. qui mos nūc eſt, teſte Eraſmo, perditiſsimis aduocatis noſtri temporis: ut ſubinde nouam reperiant cauſam producendæ litis, quo plus nummorum extorqueant à litigatoribus. Sp.

BVPRESTIS, animal ſimilimum ſcarabæo, inter uenenatorum nomina recenſetur. Vide Plin. in xxx. & Paul. Aeginetam lib. v. Ex eo perniciale uirus confici dicunt. Hinc Vlpian. legem Corn. de Sicarijs interpretatus, ſcripſit: Pigmentarios, ſi cui temerè dederint pityocāpas, aut bupreſtim, legis Corneliæ de ueneficijs ſanctione teneri. l. ſecunda. Sp.

BVRDO, partus eſt ex equo & aſina: ſicut e diuerſo, mulus, ex aſino & equa. Vlpian. de Leg. iij. in l. item legato. in prin. ubi ait: Item iumenta, uel lectica, uel ſella, uel burdones, item mancipia alia. &c. Nebriſs.

BVRGI, quorū mētio in cōſtit. Paul. Oroſius lib. vij. Crebra, inquit, per limitē habitacula cōſtituta, Burgos uulgò uocāt. Hinc in tit. C. de Fund. rei priuatę. Eum qui collegio, uel curiæ, uel burgis, cæteriſq; corporib. ſeruierit. And. Althā. uir eruditus, pręcipuuſq; Germanię illuſtrator, à Græco pyrgo uocabulū deductū putat. Colligit'que haud abſurdè ab hac uoce, eos qui in caſtellis, munitionibus & turritis mœnijs habitant, **Burger**, quod ciues ſignificat, quaſi dicas Pyrgios: et **Burggraff**, appellatum præfectū atq; Comitē arcis & caſtri. conſtans aūt eſt opinio, à Burgis, Burgundiones Germaniæ populos eſſe dictos. At Rhenanus noſter uetuſtius nomen arbitrat̄, q̄ quod primū Cęſaris, Tyberijq; ætate natū ſit: à Burgijs, hoc eſt, caſtellis limitū. Quam opinionē ſecutus Oroſius, innumeros, qui ſubſcriberent, reperit. Horū ueteres ſedes, priuſquam per Germaniā in Sequanos cōmigarunt, quicquid de illis cùm proditu dignū, tum circa ſtatū eorū, pleroſq; etiā magni nominis uiros latuiſſe, res ipſa manifeſtat, primus omniū idē Rhenanus. Herculeo planè habore mōſtrauit, aperuitq; ſimul uiā ſtudioſis rerū indagādæ, patefaciēdæq; uetuſtatis: cuius inter primos, quos eruditio ſumma cōmendat, noſtra ętate celebris uiri memoria poſteris pręcipuè celebrāda, ſacroſanctaq; habenda eſt. Sp.

BVRRHVS, homo dicitur, qui pranſus cibo & potione rubet. Sp.

BVSTA facientem, pro cōbuſtore defunctorum corporū, ſed perperam, Albericus intellexit. Nec enim Iuriſcon. eo loco quem citat, buſta, ſed iuſta facientem, dixit. Vide Seruium Aeneid. xj. & Oldend. explicantem hæc uerba Lege xij. Tab. Rogum buſtum'ue nouum. Sp.

C

CEST litera triſtis, & condemnationis. Vide ſuprà litera A. & de eius pronūciatione, quādo difficilioris eſt diſtinctionis, Dn. Eraſ. in Dialogo De pronunciatione inſcripto. Spieg.

CABALLATIO, in Cōſtitutionibus munus alendi equos publicos, à caballis dicta: Feſtū autorē habet Alciatus. Vnde apparet & exemplaria in hoc uariare. Adi Rhodiginū, cap. xxiiij, lib. xxxj. Sp.

CABALLVS, ab equo eo diſtat: quòd caballus ferè nunquam ſine deriſione dicitur: equus uerò ſemper de apto & probato. Pomp. de Fūd. inſtr. l. Si ita. Caballos, ait, qui in piſtrinis eſſent: tanquam dicat, malos. Nebriſs.

CABVS, frumentaria eſt menſura: unde cabæſi, qui expleri nequeunt. Sp.

CACABVS, olla grandior, ſiue illa ſit ex argilla,

argilla,ſtanno,argento,uel alia quacũq; re metallica. Pomp. de Aur. & arg.leg.l. & ſi. Certè,ait,ſi cacabos argẽteos habebat,uel miliariũ argenteum,id eſt uas ad coquendũ milium. Nebriſs. Cacabos & patinas inter culinaria uaſa adſcribit Paulus, in l. cum de lanionis.ff. de Fund. inſtruct. Sunt & alia eius generis uaſa apud Latinos. Aula, ſiue olla, ad pultem & olera coquenda,uel quod prouerbio manifeſtum fit, celebrata Catullo, Ipſa olera olla legit. Annumerantur & iſta, lebes, ahenũ, tripus, patella,frixorium, craticula,mortarium,& paſtillum. Sp.

CACOETHES,malus mos latinè dicitur.

CADERE. Hoc uerbum multas egregias & uetuſtas translationes habet: quas refert Oldendorpius in Iſagogico. Primò, cadere pro Republica, hoc eſt, occidi, mori. Secundò, cadere commodè, pro contingere, euenire. Tertiò, cadere in ſuſpicionem, in deliberationẽ, pro incidere,uenire. Quartò, cadere cauſa, pro amittere. Quintò,cadere animos, cadere uultus, pro frangi, perire, debilitari. Sextò,cadere in poteſtatem, pro redigi.ut Inſtit. Quib.mod.Ius pat.poteſt. ſol.§.j. Adde, cadere formula dicuntur patroni in iudicio, cum rem ipſam, ſeu proceſſum, quẽ uocãt,per ſuas formulas non poſſunt rectè explicare: ut interdũ quod magis ad rem ſuam pertinet,negligentius omittant. Cadere in conſuetudine, pro congruere conſuetudini. Item cadere incommodum dicitur, quando propter aliquod moderatum negocium periculum conſequitur. Sp.

Καδίσκος, ſuffragiorum urna, ſeu amphora. Fuerunt autem duo apud Veteres cadiſci, in quos calculos mittebant iudices. Alterum κύριον, in quem condemnationis,alterum ἄκυρον, in quem abſolutionis calculos proijciebant. Hæc καδίσκος ἐλέου,id eſt, miſericordiæ, uocabatur, in quẽ οἱ σώζοντες mittebãtur: altera θανάτου, hoc eſt, mortis erat, priore loco ſita. Vide Budeũ in Cõment. & ſuprà, A litera.

CADVCAE aquæ, quę ex caſtellis,aut fiſtularum emanationibus effluunt.

CADVCA bona ſunt, quę à fiſco uendicanť. Marcel. de His quę in teſ. del. Vide Bar. in l. ſi duob. in princ. de Leg. primo. Sp.

CADVCA hæreditas,eadem ratione dicitur, qua caducũ legatum, quod ad fiſcum defertur, uel ſubſtitutũ. Quoniam uerò iucundum erat ſubſtituto, legatum caducũ accipere, quaſi rem minimè ſperatã: ideò Iuuenalis, dulce dixit legatũ, quaſi ſcilicet lucrum abruptum. Sp.

CADVCVM dicitur, nõ quod cecidit, ſed quod facile caſurum eſt, ruinamq; minatur. Vnde & paries caducus, & glans caduca. Alciatus de Verbor. ſignificat.

CADVCVM ex lege Papia, legatum erat, relictum ſub conditione: qua deficiente, uel uiuo, uel mortuo teſtatore, cadebat, & redibat uel ad teſtatorem uiuum, uel ad ſubſtitutum eo mortuo. Vnde tit. eſt in C. Iuſtin. de Tol. caducis. Nebriſs.

CADVCVS. Vide infrà, Glandem caducam.

CADVCEVM, & haſtam ſimul mittere, eſt permittere, ut pro arbitrio quis uel bellum ineat, uel pacem amplexetur. Caduceum uerò eſſe pacis inſigne, caduceatorum nomen demonſtrat. Sic enim uocantur, qui ad pacem mittuntur. Sp.

CADVS uocabulum gręcum eſt, ἀπὸ τοῦ χάδειν, quod capacem eſſe ſignificat: quamuis Plinius eo utatur, ſed nõ niſi, ut aptè doctiſsimus Georg. Agricola monuit, ubi uel Gręca transfert, uel de Græcis uinis loquitur. Extat & apud Proculum l. pen. de Vino leg. Illud uerum eſſe puto, cui uinum cum uaſis legatum erit, ei amphoras, cados, in quibus uina diffuſa ſeruamus, legatos eſſe. Sp.

CAECVS iudicantis officio fungitur. Vide Bart. in hanc l. ff. ubi quis ager. Sp.

CAECAM diem, & cæca teſtimonia uocãt Iuriſconſulti, quæ ſcripto perhibẽtur abſentibus. Nam cæca ſunt nõ tantum quę non uident, ſed & quæ non uidentur, & abſunt. Vide Eraſ. exponentem parœmiam, Cæca dies, & Occulta fides. Sp.

CAECITATEM morbum eſſe, Sabini autoritate Vlpianus oſtẽdit. in l. j. de Aedil. edict. Eſt autem tam corporis quàm animi orbitas. Sp.

CAECVS utriſq; luminib. orbatus, à poſtulando repellitur: tamen & ſenatoriũ ordinem retinet, & iudicandi officio fungitur. l. j. §. origo uerò. ff. de Poſtul.

CAEDVA ſylua, à ſcindẽdo dicta, quòd illius arbores licitũ ſit ſcindere, ſiue lignorũ, ſiue materiæ cauſa. Papinian. Soluto matrimon. l. diuortio. Si arbores, inquit, cæduę fuerint, uel germinales. item de Verbor.

Verbor.ſignif.l.ſylua cędua.Sp.

CAELARE, pro inſculpere.l.cum aurum. §.quid ergo.ff.de Aur.& arg.leg.

CAELATVRA, plaſticæ pars eſt, ſicut Statuaria & Sculptura.l. ex argento.de Condit.furt.

CAELEBS dicit̃, tam qui caruit ſemper uxore, quàm qui nũc caret. Nota Rub. C.de Infirmand.pœn.cœlibatus.Sp.

CAELESTE oraculum, exponitur, Principis reſcriptum.l.iubemus.C.de Sacroſanct.eccl.Alberic.

CAELICOLAE, apud Iuſtin.lib. j. Cod. interpretantur Chriſtiani.

CAELVM, pro aere.l. ſi cuius.§. deinde queſitũ.ff.de Vſufruc. Virgilius j.Georgic.Et uariũ cæli prædicere morem. Vbi Seruius, Cæli, id eſt, aeris. Lucretius, In hoc cælo qui dicitur aer.Sp.

CAEMENTICIA fundamenta.l.qui domum.ff.Locati.

CAEMENTARIVS, qui cæmento conſtruit ædificium.

CAEMENTVM, ſunt alterius generis lapides rudes & informes, qui cæmenta uocantur, quibus ad farcturas operum utuntur inter pilares, uel quadratas eductiones. Hoc genus ſtructuræ incertum eſt, & ſine uenuſtate, quaſi lapide temerè inuento conſtructum. Vide Bud.in annot.prior. Sp.

CAEMENTVM, non ædificij fundamentum, ſed lapides ſunt, quib.ædificia conſurgunt, præcipuè quadrati. Vlpian.de Riuis.l.Seruius. Si riuum cæmenticium uelit facere, audiendum eſſe. hic pro lapidib.quadratis poſuit.Sp.

CAERA prima ueteres ſolebant teſtamentũ ab hæredis inſtitutione ordiri: ideo olim legata, uel libertates ante heredis inſtitutionem ſcriptę nõ debebãtur. caput enim, fundamentũq; tabularum, ipſa eſt inſtitutio, ut ait Iuſtinianus, §. ante hæredis.Inſtit.de Leg. Hinc ea pars ab Horatio Saty.lib. ij. prima cæra dicitur. cuius carminis ſenſum, ut non ſatis ab interpretibus perceptũ, Alciatus explicat cap.vj. lib.iiij.Parerg. Sicut ergo prima cæra eſt, in qua hæredis nomen deſcribitur: ita ea in qua ſecundi hæredes, uel legatarij deſcribuntur, Ima cęra dicitur, quia ſub priore collocatur. Imis autem cæris eradere quid ſit, docent Alexand. Nepolitan. lib. j.cap.j.Gen. dier. & noſter Eraſmus Centuria iij.Adagior.Chiliad.iiij.Sp.

CAESAR, dictus primus Iuliorum familiæ ex matris utero cæſus, ut Plinius putat: cum tamen uerius Pompeio ſit Cæſon. A' cæſarie tamen quidam deriuant: quòd primus eius familię cum cęſarie natus ſit. Nonnulli à cæſo elephanto, quem Perſæ Cæſum uocarunt. Vide Ferrar.in Rubr.Inſtit

CAESARIS procurator, pro fiſci procuratore, & hic pro illo frequenter occurrit: quemadmodum & Fiſcus, & Aerarium plerunq; confundi reperimus apud Iuriſcoss.quorum uerbis Pandectæ conſtant.Spieg.

CAESARES, Viues ait, conſueuit Romanus ſermo cognominare eos, qui uel cæſo matris utero, uel cum cęſarie naſcerentur, uel oculis eſſent cæſijs. Addunt quidam, de elephanto in Africa occiſo, quẽ indigenæ Cæſarem uocãt. eamq; ob cauſam, cognomen hoc primùm auo Dictatoris cõtigiſſe. Sed qui hęc tradunt, ignorare uidẽtur, quòd non ſola illius progenies ex Iulijs hoc cognomẽ habuit, ſed & alij, & ante eum multi, & cum eo gentiles illius pleriq;. Vide infrà, Iulius.Sp.

CAETERA, abſolutè, pro quantum ad cętera, ponitur. Cætera cognitionis differre apud Scæuolam.l.intra.ff.de Minoribus.Sp.

CAIN fratricidæ & patriarchæ impiorũ fit mẽtio in ix. Cõſtit.Iuſiurãd.quod præſt. ſol. Quidã ſignũ illud quod illi dominus impoſuit, Gen.iiij.tremorem intelligũt. quos cõſtit.ſequit̃. Tu, ſi placet, uide B. Chryſoſtom.homil.xix.in Gen.& Ambroſ.in cap.ult.li.ij.de Cain & Abel. Caini heretici, Cain & Iudã honorabant: autor D.Auguſt.Iude quoq; meminit hæc conſtit.in fin.quum ait: Habeboq; partẽ cum Iuda, & lepram Giezi, & tremorem Cain.Spieg.

CAIVS Seius pronepos meus hæres mihi eſto ex ſemiſſe bonorũ eorum, excepta domo mea & paterna, in quib.habito, cũ omnib.quæ ibi ſunt. quæ omnia ſcias ad portionem hereditatis, quam tibi dedi, non pertinere. Vide Paul.de legat.ij. l.Caius Seius.Sp.

CAIO Seio illud et illud hæres meus dato, & te Sei rogo, fideiq; tuæ mando, uti ea omnia quæ ſcripta ſunt reddas ſine ulla mora, & reddas ipſe. Habes ſententiam

Marcelli in l. Lucius Titius, cum duos. de Legat. j. Sp.

CAIVS. Plutarch. in Problematis Romanis querit, cur ſpõſam ad ſponſum deducentes, iuberent illam hec uerba profari: Vbi tu Caius, ego Caia? Forma ſermonis, ut monet Eraſmus, ſumpta eſſe uidet̃ à iuriſconss. qui pro cuiuſuis nominibus ponũt, C. Scium, & L. Titium: quemadmodum philoſophi Dionem, ac Theonem. Vide Vigliũ in §. nominatim. Inſti tut. de Exhæredatione filior. Sp.

CALAMITAS, pro damnatione. Lege, Mutatio ciuitatis. Sp.

CALAMITOSI, miſeri, ęrumnoſi, damnati. Macer in l. obſeruandum. de Offic. præſid. Neq; precibus, ait, calamitoſorum inlacrymari oportet. Sp.

CALATA comitia dicebãtur ex eo, quòd populus uocatus in unũ locũ, ad ferenda ſuffragia cõueniebat. καλῶ, eſt uoco. Comitia preterea à coeundo, hoc eſt, conueniendo dicta ſunt. Iuſtin. li. xj. Inſti. tit. de Teſtam. ordi. Teſtamentorũ, ait, duo genera in uſu fuerunt: quorũ altero in pace & ocio utebant̃, quod calatis comitijs appellabãt: id eſt, ad cuius ſolẽnitatẽ requirebat̃ populi uocati conſenſus. Nebriſs.

CALCARIA fornax, eſt ubi calx ex coctis lapidibus conficitur. Imperator tamen in titulo de Pœnis. l. aut damnũ. pro fodina poſuit lapidũ, ex quibus igni reſolutis calx ipſa fit. Nam de dãnatis ad metalla loquitur. Sunt autem lapides in genere metalli. Nebriſs. Calcarius, ſubſtantiuum, qui calcem coquit. Sp.

CALCEARIVM, pro calceo aut alio quouis, quo pes tegitur. Vlpian. in l. cum hi. §. ſed & perſonarum. ff. de Pact. De calceario quoq; ait, arbitrio Prætoris tranſigendum eſt. Idem de aliment. leg. Diarijs, inquit, uel cibarijs relictis, neque habitationem, neq; calceariũ deberi, palàm eſt. Spieg.

CALCEATVM coerrare. Quære, Coerrare.

CALCITROSVS dicitur, qui ſolet calcibus impetere.

CALCVLARE. Vide, Ratiocinator.

CALCVLATOR propriè dicitur, qui lapillis & calculis cõputat. Modeſt. de Excuſat. l. ſpadonum. Neq; calcularios, ait, quos uulgo Rationarios dicũt. Nebriſs.

CALCVLVS, eſt computus. C. de Error. calc. l. unica. Eſt & cauſæ cognitio & enumeratio. C. de Iud. l. rem nõn nouam. Itẽ prima ſententia diffinitiua. C. de Appellatio. l. ſi actor. Dicitur item ſententia & ſuffragium, quæ per lapillos ſignificantur. Candidus calculus dat̃ in abſolutione, niger in damnatione. Beroaldus autor eſt, Bononienſem ſenatum etiamnum fabis albis ſuffragari, nigris refragari. Spieg.

CALENDARIVM, liber erat rationum, non quarumcunque, ſed earum quæ ad fœnus pertinebant, et in quo debitorum nomina ſcribebantur. Dictum, quòd primo cuiuſq; menſis die, hoc eſt, Calendis pecuniæ dabantur fœnori, & exigebantur cum uſura. Scæuola de Fun. inſtr. l. ne poti. Legauerat, ait, prædia ut ſtructa ſunt cum uino, grano, calendario. Item Aphr. de Leg. tert. l. qui filium. Certa prędia nepoti per fideicommiſſum dederat, excepto calendario. Adde l. nomẽ. eod. tit. Nebriſs. Accedit Budæus, Calendaria, inquiens, dicebãtur tabulę, ab obſeruatione ſingulorum mẽſium: ut Diaria, à ſingulorum dierum ratione obſeruata. cuius exempla ſunt tam apud Iuriſconſultos, quàm apud alios. Quoniã uerò fœneratores diligentius faciebant huiuſmodi tabulas, ideo factum eſt, ut Calendariũ in iure, ꝓ negociatione nominũ faciendorũ accipiat̃. Vlp. Calẽdarij quoq; curatio & quæſtura in aliqua ciuitate inter homines non habetur, ſed perſonale munus eſt. Africanus: Itaq; ipſę pecuniæ ſi adhuc Calẽdario, id eſt, nominibus faciendis deſtinatæ eſſent, fideicommiſſo cedere ſolent. Sp.

CALENDAE quintæ. Vlpianus l. prima. de Verborum obligation. Si quis interrogatus, Intra Calendas quintas dabis? reſponderit, Dabo Idibus, non obligabitur. non enim ſic reſpondit, ut interrogatus eſt. Verba hæc, Alciatus inquit, maiores noſtri hactenus de quinq; diebus ante Calendas eius menſis, de quo ageretur, interpretati ſunt: exiſtimantes, opinor, idem eſſe, Promittis intra quintas Calendas, uel quinto Calendas? cui ſententiæ ratio latini ſermonis repugnat. Quapropter ea appellatiõe potius de quinque menſibus eſt accipiendum. Qui modus loquendi ex fœneratorum conſuetudine ortus uideri poteſt. l. lecta. ff. Si certum petatur. qui ſolebant in ſingu-

ſingulas calendas mutuum dare. Vnde & Calendarium, pro libro rationum, in quo fœneratores nomina debitorũ deſcribebant. l. penult. eod. tit. cum ſimilibus, quę Nebriſs. & Alciatus, c. xxiij. ſecundi Parerg. indicarunt. Sp.

CALENDIS centeſimis dari ſpondes. Obſeruandum, ut & Alciat. ſingulariter monuit, ea ratione ſtipulationes concipi ſolitas, quòd Calendis fœnora exigebantur. & ex hac conſuetudine ipſe putat haud temerè deductum, ut Calendaria, libros rationum dicamus. Nam, ut animaduerti, inquit, ſolet Iuriſconſultus ea dictione uti, cum fœneratorum rationes deſcribit.

CALENDIS, intra Galendas, ante Calendas ſtipulari, idem eſſe, uenuſtè demonſtrat Alciatus eod. cap. quod eſt aduerſus Gellium. quia intra Calendas, non in Calendis, ut ille docuit, ſed in Calendas ſignificat. Nec eſt dubium, præpoſitionẽ In, accuſatiuo caſui appoſitã, Vſq; ſignificare. Qui ergo in Calendas promittit, uſq; ad Calendas, & conſequenter etiam ante Calendas promiſiſſe uidetur. Exempla habes. l. qui ante l. præced. de Verb. oblig. Spieg.

CALENDAE Martiæ: Scæuola, Quãuis fructuaria ante Calendas Martias, quib. penſiones inferri debebant, deceſſerit. l. defuncta. ff. de Vſufructu. Sp.

CALERE iudicia Cicero dixit, pro exercere iudicia magna diligentia.

CALIGAE, in materia odioſa, ueſtis appellatione non cõprehendunť, ſecundũ deciſionẽ Tholoſanæ capellæ. Proinde ſi alia ueſtimenta clerici capti congruant ordini clericali, nihil oberunt ei caligę bipartitę, aut diuerſorũ colorũ, quo minus ad iudicem Eccleſiaſticũ remittatur. Sp.

CALIGATVM, pro caliga, hoc eſt, tegumento tibiarum militari indutum, ſimpliciter Iuriſc. accipit, in l. iij. de Offic. præf. uig. Apud priſcos Romanos, caligæ clauis ferreis ſuffigebantur: cuiuſmodi hodiè Græci milites, die Stratioten (ut ipſe Veneta expeditione uidi) geſtant, & alij de Turcis quoq; tradunt. Sp.

CALIGATVS miles, dicebatur manipularis, à caliga, hoc eſt, tibiali, ſiue ocrea, crurum armatura, infimę conditionis miles. Vlpian. de His qui not. infam. Ait, inquit, prætor, qui ab exercitu dimiſſus erit, dimiſſum accipere debemus militẽ caligatũ, uel ſi quis alius uſq; ad centurionẽ, uel præfectũ cohortis, uel alæ, ſiue legionis. Nebr. Vide itẽ, Miles caligatus.

CALLIDITAS tacendo, fallacia dicendo admittitur. Lege prin. Aut. de Teſtibus. & infrà, Fallaciæ.

CALLIDO cõmento uideris accuſationis inſtigator fuiſſe. hæc uerba ſentẽtiæ Preſidis prouinciæ, Papin. explicat, in l. ob hęc uerba. ff. de His qui not. infam. Sp.

CALLIDO conſilio uẽdere, in l. eum qui à furioſo. §. Pretor ait. de Publiciana. Cic. ad Atticum, Callidius inire conſilium.

CALLIDVS rerum Iudex, pro prudenti & intelligenti rerum æſtimatore.

CALPHVRNIAE, ceu improbiſsimę fœminę fit mentio in l. j. de Poſtul. tametſi, ut Alciatus indicat, antiquorũ codicum lectio in eius nomine uacillat: unde ipſe arbitratur de C. Affrania intelligẽdum, cap. xxxvij. lib. j. Parerg. Sp.

CALVMNIA, eſt propriè alicuius in litibus per fraudẽ & fruſtrationẽ uexatio. Cicero pro malicioſa & nimis callida iuris interpretatione uſurpat in Offic. lib. j. eſtq; à caluendo, id eſt, fallendo appellata. Igitur & calumniæ eſt, cum quis ex certa ſcientia iniuſtè agit, uel reſiſtit. ff. ad Turpil. l. j. §. calũniari. Interpretať quoq; Calumnia, petitio iniuſta, ex certa ſcientia in iudicio facta, & iuſtæ petitioni iniuſta reſponſio. In l. j. §. per calumniã. ff. ſi uent. nom. mul. in poſſeſs. miſs. accipitur pro mendacio, fraude, impoſtura: nõ quæ alij intendatur in iudicio, ſed qua aliud adſeriť quàm res eſt, Ein erdichte lugen, Oldend. interprete. Preterea, falſi criminis eſt impoſitio. ff. de Verb. ſig. l. j. in prin. & l. ſi quis calũnietur. Hinc uerbum Calumniari, quod eſt, per moras & fruſtrationes negocium differre, uel per fraudẽ alios litib. uexare. Quod & cauillari diciť: utrũq; ab antiquo uerbo caluo, hoc eſt, decipio: quo uſi poſt Plautũ, Gellius, & Caius in l. ſi caluitur. de Verb. ſig. licet uulgò legať, calũnieť. Tracta eſt aũt à caluis metaphora, qui eos fruſtrãtur, à quib. ꝑ capillos prehẽdi uidenť. Hinc & calũniator. De quo uide l. j. ff. ad Turp. l. athletas. §. calum. ff. de His q not. inf. Sp.

CALVMNIOSI articuli. Quære, Articuli calumnioſi.

CALVMNIOSA crimina, quæ falſo delata ſunt,

ta ſunt, & data opera. Vlp. in l. illicitas, de offic. Preſid. Ne ue, ait defenſores eorum calumnioſis criminibus inſectetur innocentes. Sp.

CALVMNIOSA poteſtas aduerſarij apud Caiũ in l. ſi idẽ §. ij. de Iuriſdict. omn. iud. intelligenda, quum recõuenit quem aduerſarius, qui per moras & fruſtrationes (**mit vmbziehen vnd verlengeren**) negotium differt reconueniendo, uel per fraudem primum actorem litibus uexat. nam calũniari in iure ciuili, eſt ferè rem morari, fruſtrari, teſte Hegendorphino. Spieg.

CALX. uox hæc ueterum teſtimonio, ſiue cęmentum ſignificet, ſiue pedis partem extremã, fœminini generis eſt: ut quorũdam Grammaticorum iuniorum diſtinctio locum non habeat. Ab eo quod eſt calx, & exuſtis lapidibus fit, Calcarius, qui calcem coquit: & Calcatorium, locus ubi calx coquitur: qui calcaria quoq; dicitur, teſte Vlpiano in l. ait dominum. §. in calcariam. ff. de Pœn. Calx uerò pro extrema pedis parte, à calcando. Vnde calcaneum, & calcar, & calceus, qui è corio fit animantis: & calcearium, quo pes tegitur, apud Vlp. l. diarijs. de Aliment. leg. Calx pro fine, per metaphoram, in l. Palatinos. C. de Pal. ſacro. larg. lib. xij. ut apud Ciceronem de Senect.

CAMBIO, elegans & antiquum uerbum, quod alicubi Alciatus annotauit, id ferè ſignificat quod permuto. Vnde Cãpſor latinè dictus. Noſtri uerò uocem Cambij inde deducunt: quæ, eodem admonente, latina nõ eſt. Id autem ea uoce intelligũt, quod & Collybon Gręci, id eſt, ut Pollux ait, ἀργύριον ἀλλαγήν. unde Lagium alij dicunt, deductionem uidelicet quandam, quam ſibi trapezitæ retinent, uel ob mercedem ſuam, uel quia ſua tantum interſit, pecuniam, quam permutationis uice exhibent, potius retinere, ob monetæ uarietatem. Sp.

CAMELASIA, ſiue Camelaria, curatio eſt camelorum: & Camelarij, ipſorum camelorũ curatores. Arcad. de Mun. l. munerum. Camelaſia, ait, perſonale munus eſt. Nebriſſ. Scholium Dn. Haloandri in huius l. §. Camedelaſia, ſic habet: Aliàs camelaſia. quod & ipſum probari poterit, ſi antiquo more dictum putes, pro camelaria: quemadmodum eſt, Pecuniaſium, lex Fuſia, &c. Sp.

CAMELI, de quibus multa Plinius, iumẽtorum operã pręſtant. l. ij. §. j. ff. ad legem Aquil. Sp. Camelum uſurpant quidam literis nil mutatis, genere tantũ diuerſo, pro anchorario fune. Vt illud Euangelicum (quanquam de animãte intelligere maluit diuus Hieronymus) Camelum facilius eſt per foramẽ acus intrare, quàm diuitem in regna cœlorũ. Sed doctiſsimi grãmatici malunt ſcribere Camilos. Sp.

CAMERA, feudiſtis eſt locus in quem theſaurus recolligitur: Cauena uerò, in qua frumẽtũ, uinũ, oleũ, & huiuſmodi cętera reſeruantˢ. Zaſ. quæ res in Feud. dar. poſ.

CAMERA ex figlino opere facta. l. fiſtulã. §. iuxta. ff. de Seruit. urb. prӕd. Vide Nonium. Sp.

CALIX diatretus. Vide Diatretarij, item Rhodigin. cap. xxvij. lib. xxvij.

CAMERATA arca, uehiculũ cõtectũ, **ein Senffte/oder eyn hangend wäglin,** qua matronæ geſtari ſolent, & ualetudinarij. Vlp. in l. ſed addes. Locati. Si inquilinus arcã cameratã in ędes cõtulerit. Sp.

CAMINO, græco uocabulo uſus Iuriſcõſ. in l. ſi arborem, de Seruit. urb. præd. notũ autem, fornacem nobis ſignificare. Sp.

CAMPANA, notum inſtrumentum. Albericus indicat, olim in Vrbe magna contentione certatum, liceat'ne Dominicanis plures habere campanas: nec minore ſtudio, impendio autem multo maximo, per ſodalitium ordinis, ut uocant, Humiliatorum, aduerſus neſcio quos Monachos, qui priores, ut ipſe ait, deberent pulſare Matutinum, anxiè quæſitũ. atq; poſt diuturnã litem, operãq; & impenſam egregiè perditam, graui profectò ſentẽtia cauſam deciſam tandẽ uidelicet, quòd qui primò ſurgeret, primò pulſare deberet. Habes quod rideas. Sp.

CAMPANI, qui Campaniam Italiæ regionem habitant, ſic dictam quòd campeſtris ſit. Vlpian. in l. metũ autem. Quod met. cauſa. §. ſed ex facto. Cum Campani, ait, metu cuidã illato extorſiſſent cautionem pollicitationis. Sp.

CAMPVS, eſt ampla planicies ſiue in urbe, ſiue extra urbẽ: & regio campeſtris, quæ montes non habet. Spieg.

CAMPI Martij (qui priuſquam Marti conſecraretur, Tyberinus, autore Gellio, dicebatˢ: ſicut Tyberis Martius, ut teſtis eſt

Papinius

Papinius lib.ij.Syl.) meminit Iuriſconſ. in l.ſed & Celſus. de Contrah. empt.Sp.

CAMPSORES.Lege,Argentarius.

CAMPSORIS & Bancharij, ſanè barbara à Iuriſperitis uſurpata nomina, quæ Iuriſconſulti noſtri non agnoſcunt.Sp.

CAMVM, in uulgatis exemplaribus apud Vlpian.legitur,in l.ſi quis uinum.de Vino,trit.leg.in qua recēſentur aliquot genera uini facticij. Alciat. rectè corruptū locum putauit.nam pro hac dictione repoſuit Haloander uocem Curmi. Lexicon uulgare, cui titulus, Vocab.utriuſq; iuris,Camnium habet.citatq; Dioſcoridem,ſed perperam.Sp.

CANABIS, herba eſt, ex cuius cortice funes intorquentur:accipitur tam pro ipſa herba,quàm pro ipſo ſemine. Vlpian.in in l.j.§.igitur.Sed ſi ut certis mercibus eā locet,puta legumini, canabi. Vide Budæum in eundem.§.de Exercit.act.Sp.

CANALES. Vitruuius autor eſt libr.viij. ductus aquæ fieri generibus tribus: riuis,per canales ſtructiles, aut fiſtulis plū beis, ſeu tabulis fictilibus, aquæductus uocabāt Romani. Hinc præfecti aquæductuū. Vlpian. Fiſtulę quoq;. & paulo pòſt,item canales.l.funes.ut uulgati codices.uel lineæ.ut Nor.tex.habet, de Action.empti.Spieg.

CANCELLARE,eſt ſcripta tranſuerſis ueluti cancellis,ſeu lineis expungere, illinire. Vlp.de his quæ in teſtam.del.l. cancellauerat quis teſtamentum, uel induxerat. Et ibidem,l.proxima, Si omnē ſcripturam cancellaſſet. Item de Probationib.Si chirographum cancellatū fuerit.Vnde officium Cancellarij eſt,reſcripta,uel reſponſa Imperatoris, & mādata inſpicere, & malè ſcripta cācellare:benè uerò ſcripta, ſignaculo ſuo obſigillare. Cæterū,qualis eſſe debeat Cancellarius, Budæus indicat in Annot.ad Rubr. de Offic.Præfec.Pręt.illum perquam uenuſtè Promum condum clemētiæ benigni tatisq; principalis factum eſſe declarans, id eſt,qui illius æquitatis officinæ,quam Cancellariam dicimus, liberam adminiſtrationem habet. Quamuis quidā Cancellarij nomen non putant reperiri apud ꝓbatos autores: niſi quod Fl. Vopiſcus ſcribit,à Carino Imperatore factum eſſe præfectum Vrbis,unum ex Cancellarijs ſuis.At Dn.Oldendorpio hęc uox adeò probatur,ut ſic ad Cancellarium Heſsiæ in epiſtola ſuperius indicata,de ea ſic ſcripſerit: Verumtamen id mihi uiciſsim do nabunt omnes boni uiri, hoc tempore omnino nullam reperiri uocē, & ne quidem inter eas quas recenſui, qua ſignificantius exprimi poſsit magiſtratus iſte ſalutaris, quàm ut Cancellariatus appelletur,ab expūgendi functione.Id autem quacunq; ratione initiò acciderit, nihil moror, quum nunc ſit appoſitiſsima ſignificatio, utpote per quam hac tempeſtate omnes omnium principum Cancellarij ſuarum partium admoneantur maximè.Siquidem in Republica noſtra, ſi quis diligenter rationem ineat,nullo magis opus eſt munere, quàm Cancellarij, ſcilicet qui uerſo ſtylo multa cancellet ex ijs quę parum prudēter introducta ſunt, & ita quidem recepta, ut non à quolibet homine ſine piaculo mutari poſſe uideantur, &c. Cæterum Cancellarij nomen tum officium ampliſsimum etiam, fuiſſe Iuſtiniani etiam principatu,ex Aur.Caſſiodori uerbis manifeſtum fit, quæ non grauabor ex li.xj.Variar.ſubijcere. Quā uis,inquit,ſtatutis gradibus omnis militia peragatur, & tempora ſibi cuſtodiāt, qui iudicum iuſsionibus obſecundant, tuus honor cognoſcitur ſolenni ordine non teneri, qui ſuis primatibus meruit anteponi. Tibi enim reddunt obſequia, qui te pręire noſcuntur.& infrà: Reſpice quo nomine nuncuperis.latêre non poteſt,quod inter cancellos egeris. & paulo pòſt: Vide quò te Antiquitas uoluerit collocari,undiq; cōſpiceris,qui in illa claritate uerſaris.Spieg.

CANCELLATVM,inductū,productū,quo diſtēt,Bart.docet in l.j.§.j.ff.de His quæ in teſt.del.Idē oſtēdit,quò differāt Cācel lare, circūducere, & inducere,in l.ſi quis libertatem.ff.de Petit.hæred.Sp.

CANCELLARIAE Regulæ Rom. Curiæ.Lege,Quæſtoria decreta.

CANCELLARIVS.Lege,Cancellare.

CANCELLI,ligna ſūt inter ſe modicis inter uallis in trāſuerſum cōnexa:quib.tribunalia, ſcenę, & feneſtrę muniri cōſueuerunt.Huiuſmodi quoq; feneſtrę Clatratę dicūtur. Aphric.de Leg.j.l.cætera. Si cācelli, inquit, ſint,uel uela.Itē de Fund. inſtr.l.queſitum.Cancellos quoq; inſtrumento contineri puto.Nebriſs.

CANDIDATI: hi, cum eligendus erat magiſtratus, candidis & perſpicuis ueſtibus induti, circumibant tribus & curias, manus ſingulorum prehenſantes, corporiſq; uulnera ex ueſtibus tralucentia oſtendentes, tanquam bene de Republ. meriti, ſuffragia petentes: id quod ciuibus Roman. omnibus licebat, ob uirtutis præmium conſequendum. Zaſ. in l. ij. ff. de Orig. iur. Itaq; candidati uocantur, qui nondum ſunt aſſecuti honorem, ſed ambiunt, & ſpes eſt eos aſſecuturos eſſe. Adi Vlpian. de Offic. Quæſtor. in fin. & Budæum hic. Sp.

CANDIDATI principis, teſte Vlpiano, ſolis libris principalibus in ſenatu legendis uacabant. Vide l. unicam. de Offic. Quæſtor. Sp.

CANI, pluraliter tantum, capilli albi in capitibus ſenum. Hos interdum uenire ante tempus, Alberic. citans uulgatũ Boethij uerſiculum, indicat: Intẽpeſtiui funduntur uertice cani.

CANICIES, pro ipſa ſenectute. in §. ſi uerò aliqui. Aut. de Queſtore. Hac cenſuit Imp. caniciei deferendũ, nimirũ quòd gloria ſenũ habeatur. Vide Alberic. Sp.

CANIS, appellatione pecudum non continetur. autor Caius l. ij. ad Legẽ Aquil. Longè magis beſtiæ in eo numero non ſunt. Verùm canem non licet retinere, qua uulgò iter fit. l. hi enim. §. deinde aiunt ædiles. Albericus.

CANON, annua frumentatio appellabatur, quam Aegyptus, & Africa, & Sicilia ſtatam populo Rom. penderet. Aſcon. canonem inter tria penſitionum genera, quæ apud antiquos fuere, numerat. Sp.

CANONICA illatio, cuius meminere Imperatores Honor. & Theod. in l. placet. C. de Sacr. ſan. eccl. eſt ordinarium munus, quod habet certam præſtationem lege impoſitã, ad cuius ſolutionem etiam Eccleſia tenetur. Sp.

CANONICI & rituales libri, ſunt Decreta priſcorum ſacerdotũ, quibus doctrina iuris Pontificij conſtare debet. Tuſanus. Vide & Feſtum in uerbo, Rituales. Sp.

CANON largitionum, prouinciales largitiones ſunt, quæ fiſco præſtantur.

CANONIZO, nõ eſt quod uulgò putant, in cœlitum numerum referre, ſed ad regulam examinare. κανὼν enim, latinè regula dicitur. Vnde Canonibus ſoluere (quorum cõditores magis probi, quàm docti fuere, ut ait Alc. cap. xxiij. lib. ij. Diſpunct.) pro diſpenſare dicendum eſt: quod &, ut docet Budæus, Gratiam canonis, legiſq; facere, dici poteſt. Sp.

CANTHARIS, ſcarabæi quædam ſpecies oblongioris. Marcell. ad l. Corn. de Sic. & uenef. l. eiuſdem. Et quod quis, ait, luſtramenti cauſa dederit cantharidas. Nebriſſen.

CANTHARVS, nõ figlini modò nomen eſt, à figulo ductum artifice, ſed & nauigij ſpecies. Quin apud Antiphanẽ, Coſmarion, id eſt, ornamentulum muliebre Cantharus dicitur. Eſt præterea Cantharus illud aquæ conceptaculum, unde ſalientes aquæ erumpunt. Paulus de Leg. primo. l. cætera. Canthari, ait, per quos aquæ ſaliunt. Nebriſs. Nor. text. & Alciatus hanc dictionem in ſyllaba aſpiratione priuant: & Alciato dubium eſt, quid hoc loco ſibi uelint cãthari: niſi accipias pro uaſis aquarũ, quibus epiſtomia adduntur, unde aqua exit: ideoq; ſalientes dicti Latinis autoribus. Idẽ indicat, græcè legi poſſe κατάῤῥοι, ut generaliter intelligatur omne inſtrumentum unde aqua defluit. Spieg.

CAPELLA. Vetus amicus noſter eruditiſſimus ille, à Diuo Frãciſco Ioã. Camers, ſcribit in Commentario in Tabulam Cebetis, quod qui noſtro ſeculo capellam pro ædicula, ſacello'ue uſurpant, nedum non ineptè, ſed ne friuolè quidem loqui exiſtimandi ſunt, quod ea uoce præter cæteros Clemens ſecundus poſt Petrum Rom. eccl. epiſcopus uſus fuerit, cuius uerba referũtur in c. non fuit. ext. de Iur. patronat. De Capellis tota fermè cauſa xij. Decretorũ ſcripta eſt. Tit. itẽ xxxvij. lib. iij. Decretal. de Capellis monachorũ & aliorum religioſorũ inſcriptus extat. Teſtatur itidem, ueterum plures Capellæ nomen in hac ſignificatione uſurpaſſe. Noſter autem Rhenanus nouè tradit, et quidem bellè, Capellę uocem Francis ueteribus deberi, qui in Gallijs regnum conſtituerunt, et Germanica lingua ſunt uſi. Occaſionem nouæ uocis ex annotatione codicis cuiuſdam peruetuſti hanc fuiſſe narrat. Diuus Martinus Ludouico regi, illi (barbara pronunciatione Clodouæus nominatur) qui fidem Chriſtianam ex Francis primus ſuſcepit, à Remigio tin-

Vox Capellæ, veteribus Francis deberi, ut Rhenanus [illegible]
procul dubio [illegible]

gio tinctus, adeò obſeruatus fuit, ut pleraq; bella ope eius diui ex uoto confecerit, quorum minimum non eſt illud aduerſum Viſigothos geſtum. Extat apophtegma relatum in annalibus Francorum: Bonus ſanè Martinus in auxilio, ſed carus in precio. Frequētèr igitur pręſentiſsimum Martini numē experti, tandem Cucullum, qui Francis & Germanis Cappa atq; Capula dicitur per diminutionē, de illius pallio nacti, Capellam ſancti Martini nominabant ſua lingua, Sant Martens kappell. Hancq; non ſolum domi ceu rem ſacram colebant, uerum etiam ſecum in militiam ferebāt tot nationū uictores Frāci. Locus in caſtris, ubi ſeruabat tētoriolo obduci ſolitus, & temporaria ſtructura exornari, magnæ erat uenerationi uniuerſis, quem uocitabant das kappell, figuratè pro cōtinente contentū uſurpātes. Vnde factum eſt, ut quibuſuis poſtea Sacellis id nomē tribueretur. In Actis Concilij Triburienſis recentius habiti, citante Gratiano legimus: Sicubi à Nortmannis & Sclauis, ab Vngaris, & malis Chriſtianis, ſeu qualicunq; modo eccleſiæ fuerint incenſæ & combuſtæ, in Capellis cum tabula conſecrata miſſas iterū celebrari permittimus (de Conſecrat. diſtinct. j. c. cōcedimus) ubi interpres: Fortè capellæ non erant, inquit, olim Eccleſiæ, cum antiquitus dicerentur Capellæ, tuguria caprarum pellibus tecta. audis perbellā etymologiā. Ab illa ſua Capella reges Francorum ſacrificum priuatum, cum his nunc militiæ, quod frequenter admodum eueniebat, nunc peregrè uerſantib. tum ob ardua ſubinde negocia, non liceret ſemper intereſſe publicis Miſsis, Capellanū nominabant, & Archicapellanum, uel qđ principis eſſet Capellanus, uel quòd cæteris præeſſet, nihil Grammaticorum præceptionem curantes, qua græca cum Latinis componi prohibent, ne dicam cum barbaris. Archicapellanorum officium fuit etiā, tabulas atq; imperiales annotationes recognoſcere, quas omnes latinè perſcribi mos erat (quarum pleraſq; autographas magna uoluptate uidi, quum in Auguſtali curia ſacris Scrinijs præpoſitum agerem) eſt & penes Rhenanum exemplum literarum Ludouici regis, qui Caroli magni pronepos fuit, ſic ſubſcriptum: Ernuſtus Cancellarius ad uicem Theotmari Archicapellani recognouit. Et alterum Othonis j. Aug. cum hac ſubſcriptione: Vuilligiſus Cancellarius uice Roberti Archicapellani notaui. Dignitas enim eſſe cœperat. Et hunc titulum ſub poſterioribus Cæſaribus diu Archiepiſcopi Electores retinuerunt, donec ab officio in Archicancellariū mutatus eſt. Et habet nunc hunc titulum Abbas Fuldenſis, ut ſit Archicapellanus Auguſtæ.

CAPERE uerbum, ad effectum acquiſitionis magis refertur, quàm accipere. Nam plerunq; accepiſſe dicitur, qui tamen dominium adhuc non acquiſiuit. l. naturalis. §. j. de Præſcript. uerb. Quamuis etiā capere dicimus eum qui rapit, uel ſimpliciter aufert. l. j. de Fid. tut. Sunt & qui accipere, de manu alterius: capere uerò, propria autoritate, intelligant. Sed hæc confundi aliquando, monuit iam antea Alciatus. Attamē plus eſt capere, quàm accipere. l. aliud eſt capere. de Verborū ſignific. Spieg.

CAPESSERE honorem, l. j. C. Si ſer. uel libert. ad dig. aſpir. lib. xj. pro capere honorem, Plautus dixit in Bacchid.

CAPISTRVM, capitis amiculum cuiuſcunq; animalis: transfertur tamen ad uites, & ſimilia. Vlp. l. j. Depoſiti. Nec ſi equus cum capiſtro. Sp.

CAPITA Leg. Iul. de Adul. graphicè exprimit Triphoninus, in fi. l. auxilium. ff. de Minor. Sp.

CAPITA in libris dicuntur, quibus diſtinguuntur res uariæ. Dicitur et Capitulum à Cicerone.

CAPITE CENSI. Lege, Cenſere.

CAPITA diminuta, capiuntur pro capitatione, pro tributo uidelicet, quòd pro ſingulo quoq; capite exigebatur. Pacatus in Panegyr. Quid memorem capita diminuta, & uitam ære taxatam? Alciat. l. unica. C. de Colonis Thracenſ. lib. xj.

CAPITIS diminutio, eſt prioris ſtatus cōmutatio. Huius Maxima eſt, cum & libertas, & ciuitas, & familia ſimul amittūtur: ut eſt Deportatio. Media eſt, cum ciuitatem & libertatem amittimus: ut eſt in colonias Latinas tranſportatio. Quū uerò duntaxat familia mutatur, retenta libertate & ciuitate, capitis diminutio Minima dicitur: ut eſt Adoptatio. Interpretatur

tatur uerò potius, quàm definit Iuriſcōſ. Capitis diminutionem. apertius etenim dicitur ſtatus, quàm caput: cum figuratè hoc poſterius dicat̃: & apertius dicitur commutatio, quàm diminutio. Sp.

CAPITA rerum, quæ uulgò principalia puncta alicuius materiæ dicuntur.

CAPITALIS aduerſarius, qui mortem & caput alterius petit. Sp.

CAPITALE crimen, item quot capitales pœnæ ſint, Bart. exponit in l. ij. ff. de Publi. iud.

CAPITALEM diem dicere reo, ein Anſatz vmb den halß.

CAPITALEM fraudem admittere, eſt tale aliquid delinquere, propter quod delinquens, capite puniendus ſit. l. cum autem. §. excipitur. de Aedil. edict. Sp.

CAPITALIS cauſa quælibet intelligitur, quæ ad exiſtimationem refertur. Sed ſi pœnam capitalem dicimus, de ea intelligimus, quũ uita, libertas, uel ciuitas perditur. Quam irrogare poterunt magiſtratus maiores, non autem municipiorum duũuiri: quos Alciatus fuiſſe exiſtimat ex Decurionibus municipiorum. per l. j. ff. de Albo ſcriben. l. in honorarijs. ff. de Act. & obligat. locare publica ſoliti erãt, ut indicat Vlp. in l. ſi quis uxori. §. ſi fugitiuum. ff. de Furt. Lege, Duumuiri. Sp.

CAPITALIS homo, & capitale crimen, propter quod caput committentis peti debeat ad pœnam. Papinian. l. publicorum. ff. de Publ. iud. Capitalia, inquit, iudicia ſunt, ex quibus pœna, mors, aut exiliũ eſt, hoc eſt, aquæ & ignis interdictio. per has enim pœnas eximitur caput de ciuitate. Nebriſs.

CAPITALIS locus, ubi ſi quid uiolatum eſt, caput uiolatoris expiatur. Feſt.

CAPITALIS noxa, eſt crimen capitale.

CAPITALE odium, ſupplicium, morbus itẽ capitalis: quòd caput alterius, id eſt, uitam petat.

CAPITALES Triumuiri, Romæ erant, ad quos capitalium cauſarum animaduerſio ſpectabat, carceriſq; cuſtodia: ut cum animaduerti oporteret, interuentu eorum fieret. autor Pomp. l. ij. de Orig. iur. Quæ uerò ratio fuerit olim in facinoroſos animaduertẽdi, Budæus refert. Sp.

CAPITANEI, uox Barbarorũ Feudiſtanorum, qua tamen & ſimilibus uocibus, in re, ut ait Dn. Oldendorp. præclara nobis utendũ eſt, ſi planè intelligi uelimus, dicuntur, quod ceu capita quædam, & (ut ait Baro à Tautenbergo) uertices inter alios emineant uaſallos, feudum præcipuæ ſiue maioris nobilitatis conſecuti regni proinde, aut Regis Capitanei nominati. Vide eundem Baronẽ in §. j. de Feudo. March. Item Comes, & inferius Valuaſores. Spieg.

CAPITATIO, nomẽ ordinarij tributi eſt, quod pro unoquoq; animalis capite ſoluebatur. ab hoc Theſſalonicen. Eccleſiã ſpeciali priuilegio exemit Carus Imp. l. ſacroſancta. C. de Sacr. ſanct. eccle. Vide exegeſ. Hegendorf. Sp.

CAPITVLARIA, id eſt, libri Statutorũ. Fridericus Sueuus Imp. ſecũdus, hoc uocabulo uſus eſt in Conſt. cui initium, Caſſa & irrita. C. de Sacr. ſan. ecc. Sp.

CAPITVLARII in Iuſtiniano Codice, ad columnas pertinent nihil: eos ex iurecõſultis nonnulli eſſe coniectant, quos capita contuberniorum appellat Vegetius, turmæ uidelicet præfectos.

CAPITOLIVM. Nemo ignorat à Tarquinio Superbo extructum, de quo lege Liuium primo ab urb. condit. lib. Adde Dionyſ. Halicar. Antiquit. Rom. lib. iiij. Ex recentoribus Alexandrum lib. Gen. dier. ſexto & x. Bartolomęum Marlianũ cap. j. & ij. lib. ij. Cæterum nihil frequentius apud ueteres Iuriſconſ. hac conditionali locutione, ſi Capitolium aſcenderit, uter eorum prior Capitolium aſcenderit, & ſimiles. Sp.

CAPITVLENSES, populi ſunt Italiæ, à Capitolio oppido, cuius meminit Plin. cap. v. li. iij. Celſ. l. fi. de Cenſ. Similes his Capitulenſes eſſe uidentur. Sp.

CAPITIVM, eſt capitis tegmen. Vlpian. de Aur. & arg. leg. l. ueſtis. Muliebria, inquit, ſunt, ueluti ſtolæ, pallia, tunicæ, capitia, zonæ. Nebriſs.

CAPITVLVM, nõ ſolum latinè paruum caput hominis ſignificat, ut apud Terẽ. ſed etiam particulam opuſculi. ut apud Vlpianum l. j. de Teſtam. milit. annotauit Alciat. in l. cubiculi. C. de Priu. cor. qui in ſacr. palat. milit. lib. xij.

CAPSA dicta, quòd res in ea conditas capiat. Vide Fr. Syluium in Action. j. in Verrem.

CAPSARII dicuntur, qui filijs nobiliorũ ciuium ad ſcholas euntibus, libros deferunt in

runt in capſula. Vlp. de Manumi.uind. l.ſi collectaneus. ubi exprimitur Capſarij officiũ, eius ſcilicet qui portat libros. Item de Iure immun. l. quibuſdã.Nebr.

CAPSOLDVM, barbara uox ſic à uulgo conficta, quia de ſolido, id eſt, integro carpatur.autor Alciat. Capſoldum, non diſsimilem collybo deductionẽ, Salicetus de Stipẽdijs Iuris profeſſorum,deduci non poſſe docuit.l.priuilegia.C.de Sacroſ.eccleſ.Sp.

CAPTA hæreditas, apud Ciceronem lib. j.ad Atticum.

CAPTARE hęreditatem legitimam,apud Vlpianum, in l. j. Si quis aliq. teſt. prohib. Abericus.

CAPTARE hæreditatem ultimam. l. j. ff. Si quis aliq. teſt.prohib.

CAPTARI non debent uerba iuris, hoc eſt, in alienum ſenſum pertrahi.l.pen. ff. Ad exhibendum.Paul.Sp.

CAPTIO apud Vlpian.in l.ſi uerò plures. ff. de His qui Dei cer. Interdum tamen, quo ſine captione actoris fiat, oportebit prętorem, &c. Hinc captioſus,pro fraudulento & fallace: à captione,hoc eſt, deceptione. Hac uoce Cicer.utitur. Sed & captioſa ab alijs uſurpari, Alc.refert.Sp.

CAPTIO, id eſt, deceptio.l.ſi fundo.ff.de Act.empt.Hanc in contractibus,inſidias uerò extra eos fieri receptum eſt.l. j.ff. de Minoribus. Captio item pro captatione honorum.l. magiſtratus.ff. de Mun. & honor. cum ſimil. Sed & pro captura uſurpatur,Alberico indicante.

CAPTIOSI articuli dicuntur,qui ita concœpti ſunt, ut ſiue cõfitearis, ſiue neges, ſemper tibi incommodo ceſſurum ſit. exemplo l. qui iuraſſe.§. ſi pater. ff. de Iureiur.His autem articulis reus conuentus, non tenetur reſpondere, quoniam nemini laqueus eſt inijciendus. xxvij.q. j. de uiduis.ij.Sp.

CAPTIOSAM liberalitatẽ, interpretatio prudentium fregit, ut ait Vlp. in l. cum Aquiliana.ff.de Tranſact.

CAPTIVITAS bellica. olim in bello capti per hoc ſeruabantur,fiebantq́ capientiũ ſerui.§.ſerui autẽ eo. Inſtit.de Iur.perſon. Et quanquam hodie ſit abolita ſeruitus talis,qualis olim apud gentes fuit, tamẽ aliquam eius imaginẽ etiã nunc in bellica captiuitate obſeruant tenaciſsimè:uidelicet ut captus cẽſeatur ſub diſcrimine honoris & famæ, quaſi proprius homo uictoris:nec niſi manumiſſus redit ad libertatem. annotauit alicubi Dn.Oldẽd. Spieg.

CAPTO.ſunt qui negent hoc uerbum frequentiam ſignificare, ſed blanditijs quibuſdam ſeu gratiam,ſeu hæreditatem aucupari. Hinc etiam dictos Captatores, cœnarum & hęreditatum aucupes.Sp.

CAPTORIA inſtitutio, ex qua teſtator remanet captus,id eſt,deceptus, uulgo accipitur. Sed rectius Alciat. cenſet, cum captare propriè ſit, illecebris, obſequio, donis, ſpe maiorum aucupari: ut meritò Captatoriæ inſtitutiones dicantur, quæ hac ex cauſa factæ ſunt,ut ab aliquo quis inſtituatur, uel legatum conſequatur.l. captatorias.de Hęred.inſtituẽd.Eas adulatorias interpretãtur Papinianus & Caius.Spieg.

CAPTVS membris, qui officio membrorum priuatus eſt.

CAPVT, nõ tantũ in iure ciuili pro ſtatu accipi,ſed etiã ſic apud ueteres reperiri,Cãtiuncula monuit,Inſtit. de Capit.dimin. Vulgò principale pũctum uocatur, **der Haupt artickel**: cuius acceſſiones ſunt reliquæ quaſi liticulæ. Vide Budæum in Annot. prior.Sp.

CAPVT aquæ illud eſt, unde aqua naſcitur, ait Vlpian.in l. j. de Aqua cotid. Cicero pro Cælio: Tum quęram deniq;,ex quo iſte fonte Senator emanet. Nam ſi ipſe orietur & naſcetur ex ſeſe: fortaſſe, ut ſoleo, commouebor: ſin autem ut riuulus accerſitus, & ductus ab ipſo capite accuſationis ueſtræ,lætabor.Sp.

CAPVT noxa ſequitur.l.licet. C. An ſeruus ex ſuo facto. Vide infrà, Noxalis actio.

CAPVA,urbs Cãpaniæ, olim nobilis,quæ Hãnibalem fatigatum uictorijs,luxu atque otio perdidit. Cicero ait eam ſuperborum quondam domum fuiſſe.Eius in exemplis mentio fit à Iureſcoss.Nihil ferè hodie præter umbram nominis retinet,Falco nominata.Sp.

CAPVT omnium urbium urbs Romana. §.fin.Inſtit.de Satiſdat.

CARBO, non tantũ pruna extincta,ſed dicitur etiã cum eſt ignitus.l. ſeruitutes.ff. de Seruitut.l.fundũ.de Act. empt. Quæ carbonũ appellatione ueniãt, docet Iuriſcos.in l. carbonum.ff. de Verb.ſig. itẽ in l.ligni.& l.pali. de Legat.iij. Carbone

notare, id eſt damnare: cui contrariũ eſt, Creta notare. De quo Eraſ. in Chiliad. Carbonariam ſubſtantiuè, eſt negocium carbonarium exercere. Sp.

CARBONIANVM edictũ, à Gn. Carbone, ut puto, dictum. Is fuit homo ſumma autoritate in rep. partes Marianas ſecutus. Hoc edicto impubes bonorũ corporaliũ poſſeſsionem adipiſcitur, non ſecus ac ei nulla ſtatus controuerſia mota eſſet.

CARCER, iure ciuili pœnę loco non eſt, ſed cuſtodiæ. Et carcer duplex eſt: alter cuſtodiæ, alter pœnæ. c. quãuis extra. de Pœn. lib. vj. et in Clem. c. j. de Hęret. Sp.

CARCERARIVM, quod ad carcerẽ pertinet: ut, Carcerarius quæſtus.

CARCERATICVM, in Cõment. ad tit. de Verb. ſig. Alcia. accipit pro illa mercede, quam militibus, qui cuſtodię carcerũ præſunt, humanitatis cauſa magiſtratus largiunt̃. Verùm Haloãdri noſtri editio id uerbi haud agnoſcit in §. pãnicularia. l. diuus. ff. de Bonis dãnat. ſed genuinũ, nẽpè Chariſticon, quod ob gratiã alicui datur. Eſt enim dictum à Charitibus, id eſt, Gratijs. Suidas, ut Alciatus refert, χαρίσιον, ſeu χαριστήριον interpretatur munuſculum, quod illi rependimus, à quo maiora nos accepimus. Vide, Chariſticõ. Sp.

Κάρδαξ, ſaltatio obſcœna, & Comica. Bud. in l. athletas. de his qui not. infam.

CARDINALES, in Põtificio iure dictos opinatur Alciat. exemplo ciuilium magiſtratuum. In libro Officiorũ Theodoſij Cardinales appellantur Præfecti prætorio Aſianę diœceſios, & Præfectus Aphricæ, quòd maiores cæteris eſſent. Nã teſte Sipontino, Cardinalis, & Cardineus, præcipuum ſignificat. Minimè errare uidentur, qui nomen Cardinalis, diui Hieronymi ætate fuiſſe ignotum tradunt. Certè hoc Cardinalium genus non erat, etiamſi demus nomen fuiſſe. Sed & adhuc ſub iudice lis eſt, quo tempore, quo fonte ſit ortus Cardinalium ordo. Pontificum libelli, teſte Roterod. indicant tũ inſtitutos, quum orbis agnoſcens Rom. eccleſ. totius Reipub. Chriſtianæ Principem, eò conflueret, ſi quid extitiſſet, quod eruditorũ cõſilium requireret. Ad id muneris electi ſunt duodecim Card. uiri, doctrina, morib. & linguarũ peritia inſtructi, qui nunc uocãtur Pœnitentiarij, penes quos hæret functio. Nomen & dignitas penes alios eſt, quæ nunc regum ęquatur altitudini.

CARDO rei in eo uertitur, pro eo quod eſt, ex hoc tota res pendet. Cardo cauſæ, perinde eſt, ac ſi dicas, Ius per hoc, uel illud pono: ac ſi ex dilẽmate arguat̃, an fateatur, uel neget pars aduerſa. Atq; hic litiũ cardo, aut ſummam totius litis conſtituere eſt. Bud. in l. ij. de Orig. iur. Sp.

CARENDI nomen, triſte Cicero appellat. j. Tuſcul. quo loco declarat etiã quid ſignificet.

CARERE culpa, pro eo quod eſt, non delinquere.

CARREVM laſer, quod à celebratiſs. Cararum emporio aduehebatur, ut Alciat. ſentit, gentis ſuę nomine nuncupatũ, & Cariũ, & Caroũ, putant culinis principale, & in Caria laudatiſsimũ. à Ruellio in ſtirpiũ nomenclaturã relatum eſt. Paulus eius meminit in l. nõ omne. de Penu leg. Haloander ſubſtantiuè legit, ut & liguſticum, copula adiecta, uidelicet Sed: quod quidã negauerunt, piper, & liguſticũ, & carreum, & laſer, & cætera huiuſmodi in penu non eſſe, improbatum eſt. Sp.

CARINA, infima trabs, qua nauis fundatur. Pomponius in fin. l. quod in rerum natura. de Leg. j. Et ſi nauem legauero, & ſpecialiter eam adſcripſero, eamq; per partes totam refecero, carina eadem manente, nihilominus rectè à legatario uindicabitur. Spieg.

CARNIFICIS, hoc eſt, eius qui in reos animaduertit, & eius item, qui reos in carcere cuſtodit, officium uitandũ eſſe dicit Ariſtoteles libr. Politic. vj. quòd huiuſmodi homines improbi eſſe ſoleãt. Cenſoria lege cauebatur, ut nemo carnifex ciuis Romanus eſſet. Sp.

CAPSARII, queadmodũ reſtituit ex Tuſcis Pãdect. Haloãder, ſunt, ut Paul. l. iij. de Offic. præf. uigil. refert, qui mercede ſeruãda in balneis ueſtimẽta ſuſcipiunt. In eadẽ l. pro oberrare calceatũ, idẽ repoſuit, Coerrare. Quod apparet ad ſentẽtiã Iuriſcons. ac ſimul magis accedere ad uenerandã illam ueterũ Iuriſcoss. in dicendo maieſtatẽ, quã diligenter obſeruarũt. Demiror autem, interpretẽ monuiſſe, & legi poſſe Coherare: quod uerbũ ipſe à uerbo Hero, heris, nuſquã uel lecto, uel audito deflectit: id autem ei præcipere ſignificat. Lege, Coercere. Sp.

CARRVCA,

CARRVCA, quæ & rheda uocatur, uehiculi genus eſt, à carro deductum. Scæuola in l. uxori quis legauit. de Aur. & arg. legato: Quæſitum eſt, inquit, an carruca dormitoria, cum mulis, qua ſemper uxor uſa ſit, ei debeatur. Inde carrucariæ mulæ, trahendis carrucis aſsignatæ. Vltima ſylaba ſpiritũ habet in editione Norica. Spieg.

CARRVCIS ſtabulum uacans, in fin. l. ſi cuius. ff. de Vſufructu.

CARRVCARIVS, ſubſtantiuè, qui carrucam regit.

CARTHAGO. Iuriſcons. Modeſtin. Si uſusfructus, ait, ciuitati legetur; et aratrum in ea ducatur, ut paſſa eſt Carthago: ciuitas eſſe deſinit, ideoq́ʒ quaſi morte deſinit habere uſumfructũ. Mirũ autẽ, poſteris ſeculis refloreré eam principũ Romanorũ beneficẽtia potuiſſe, quę ſic diruta, ſic diſiecta uaſtataq́ʒ fuit, ut omnis muralis lapis in puluerẽ comminutus ſit. Sp.

CASA, Papinianus, ſi areæ uſufructus legatus mihi ſit: poſſe me caſam ibi ædificare, id eſt tugurium, quod et tegurium, ut infrà indicabimus.

CASARIA, quæ cuſtodit caſam. Feſtus.

CASEAREAM tabernam, Alberic. exponit, domum in qua fit caſeus. citat §. è. l. ſicuti. ff. Si ſeruit. uind. Haloander autem adnotauit legendum in ead. l. utrobiq́ʒ, Ex taberna raſoria. Sp.

CASITO, frequentatiuum à caſo, frequentatiuo uerbi cado. Paulus de Seruit. urb. pręd. §. Si ſeruitus ſtillicidij impoſita ſit, non licet domino ſeruitutis areæ ibi ædificare, ubi caſitare cœpit ſtillicidium. l. ſeruitutes. Feſto Caſabundum, crebro cadens eſt. Sp.

CASSIANI apud Paulũ ad fin. l. quod dicitur. ff. de Furt. à Caſsio Longino, qui Maſurio Sabino ſucceſsit, principe et parente Caſsianę ſcholæ nomen ſortiti, teſte Põponio Paulo ante fin. l. ij. de Orig. Iur. Quo loco Zaſius Scholiaſtes ingenuè fatetur felicius Caſsianis & Proculianis contigiſſe, ut diuerſas tuerentur opiniones, quàm barbaris leguleijs, qui horum uix umbras ſequantur. Sp.

CASTE uiuere, quãdo mulier dicatur, Bart. diſſerit in l. fi. C. de Indic. uid. toll. Alber.

CASTALDVS. Ald. Dn. Alciat. enarrãs l. lecta. de Reb. cred. obiter monuit in lege Longobardica, ſeruum ſignificare: & inde Caſtaldũ ſeruũ, cui caſæ, ſeu domus cura eſt demandata. Sicq́ʒ generaliter omnes œconomos dici. l. pe. ff. de Teſtib. l. cũ unus. in prin. ff. de Alim. legat. Sp.

CASTELLANI non ſunt, ut uulgi error recipit, arcium pręfecti, ſed caſtelli habitatores, ſicut oppidani, ſicut urbani. Nã caſtellũ, uera ſignificatione non arcem, ſed uicũ, aut oppidum ſonat. Significat quoq́ʒ in Iure noſtro aquæ cõceptaculũ, unde ex aquę ductu publicitus diſtribuẽda eſt per urbem aqua. Aphr. de Leg. j. l. cętera. Si cancelli, inquit, ſint, uel uela legari potuerunt, non fiſtulæ, uel caſtella. Itẽ lib. xliij. de Aqua cotid. l. j. quid ſit. Vlpian. ſatis clarè interpretatur: Ex caſtello, inquit, id eſt, ex eo receptaculo, quod aquã publicã ſuſcipit. Hinc Caſtellarius, caſtelli aquarũ cuſtos, ut probat Marlian. lib. iiij. Antiq. Rom. cap. xxj. Sp.

CASTIGARE fuſtibus, apud Paulum, l. iij. de Offic. pręf. uig. §. cognoſcit. & Caſtigationẽ fuſtiũ remittere, ibidẽ Vlp. in l. magiſtratib. municipalib. de Iuriſdict. om. iud. caſtigationẽ modicã, id eſt, corporis coercionẽ, ut puta uerberationẽ, et id genus ſupplicio, id eſt, morti, ſiue graui crutiatui ſeu pœnæ opponit. Sp.

CASTRATOS, Interpres more ſuo, hoc eſt præter bonos autores, pro ijs accipit, qui naturaliter ita nati ſunt, ut gignere nequeant. Lege, Spadonum genera.

CASTRENSIS ordo is ueteribus erat, ut miles Centurionis, Centurio Tribuni, Tribunus Legati, Legatus Cõſulis, Magiſter equitũ, Dictatoris parêret imperio. Bud. d. l. de Orig. iur.

CASTRVM à uilla diſcernit Bart. in l. j. §. ſiue autem. ff. de Oper. nou. nunc. Caſtra pluraliter tantum locus eſt, ubi milites tentoria figũt, à caſtri ſimilitudine, quòd foſſa, ualloq́ʒ quaſi muro circumdari ſolet. Modeſtinus: Emanſor eſt, qui diu uagatus, ad caſtra regreditur. lib. iij. de Re milit. Sp.

CASTVM & periurũ, Cicero contraria eſſe notat, pro Q. Roſcio Comœdo. Sp.

CASTALDIA, gubernatio ditur, qua domini res gubernantur: Caſtaldi, gubernatores, uel uicedomini. Zaſ. de Feud. degenerant. Itaque erat Caſtaldio non abſimilis procuratori, & actori poſſeſsionum domini: cuius fit mentio in l. ult. C. Quod cum eo qui in alien. pot. eſt. Secundum

eundum Aluarot. & ſecūdum Gloſ. erat uelut œconomus quidam, cui res dominica gubernanda committebatur, inſtar œconomi eccleſiaſtici. argu. l. iubemus nulli. C. de Sacroſ. eccl. ex Commēt. Feudalib. Baron. à Tautenberg. Sp.

CASVS, iuriſperitis eſt certa ac determinata facti aſſertio, quam rhetores Hypotheſin uocant. Si uerò indeterminata ſit, & generalis, Theſis eſt: quales ſunt, ut Alc. docet, quas Cōcluſiones, uel regulas Iuris uocamus. Spieg.

CASVS item dicitur, quòd fortuito hominib. accidat. Vide, Fortuitus caſus.

CASVS repētinos eſſe aiūt, ſi mulier enitens iam moriat̃. l. ſi mater. C. de Inoffic. teſt.

CASVM pro caſu, hoc eſt, uocabulorum forma, qua in aliam cadunt effigiem, etiā in iure noſtro poni, demonſtrat Albericus: quàm rectè, ipſe uiderit. Conſtat autem, Iuriſcōs. figuratè uti compoſito pro ſimplici. l. uerbū reddendi. de Verb. ſig. & contrà ſimplici pro compoſito. Gloſ. fin. Rubr. Solut. matrim. Vbi Bart. & Iaſon. Quod & teſtat̃ Apellus. Tēpus itē pro tempore. l. uerbū erit. Numero plurali pro ſingulari. l. non eſt ſine libertis: & ecōtrà ſingulari pro plurali. l. in uſu Iuris. de Verb. ſignificat. Sp.

CASV maiore, non negligentia perdere. in l. ueluti. ff. de Edend.

CASVRVM, interdum, pro euenturum.

CATADROMVS, interpretatur decurſus, ait Nebriſ. Nam καταδρομέω, eſt decurro. Decurſio autem per catadromum non ſine periculo erat: quod & Iuriſcōs. ſignificat, de Act. empt. l. ſi ſeruus tuus. Eum, inquit, fuiſſe ſeruū, qui per catadromū deſcēdere, aut in cloacā demitti ſolitus eſſet. Alexandro Neapolitano eſt & Catadromus, in quo agitabātur equites pręcipiti curſu. ἀπὸ τοῦ δρόμου, per quem ſeruus currendo, uel in cloacam ſe demittēdo, nimirum uitæ periculum adibat. Gē. dier. lib. iij. cap. xiij. Alciato probabile uidetur, Catadromum nomē ſumpſiſſe γεράνιον, id eſt, gruum machinam, qua architecti ſaxa ingentia ſubleuant: de qua apud Vitruuium. Attamen Catadromi uocabulum, de quo miranda cecinit, id eſt, uaticinatus eſt Accurſius, Latine decurſorium ad uerbum transferri poteſt. Budæo teſte in Annotation. prior. Sp.

CATALOGI uox ridiculè apud Alberi- cum exponitur. Hac ſignificatur nobis oratio, ſiue ſermo, alicuius rei ordinem ac diſpoſitionem continens.

CATASTA, locus ubi ſerui uenales exponebantur.

CATASTRVM, quod Extimum eſt barbaris Iuriſperitis, uulgo Steürbůch appellatur. Spieg.

CATECHISMVS. ex ijs quæ iam retulimus dilucidū fit, quàm errent, inter quos & Alberic. quib. ea uox adiurationē ſignificat. Quę uerè Eccleſia dicit̃, rectè cēſuit pueros ſeptēnes catechiſmo habiles.

CATECHESIS, latinè inſtructio dicit̃, à uerbo κατηχέω, q̃d eſt audio, erudio, inſtruo, eaq; doceo uoce, quæ ſcriptis tradere nolim. Siquidē olim (ut annotauit Eraſ. in præfatione diui Lucæ) qui Baptiſmatis eſſent candidati, ijs tradebant̃ fidei Chriſtianę myſteria, ſed uiua uoce, ſine ſcripto, quemadmodū priſcis illis theologis mos erat apud Aegyptios, & apud Gallos Druidib. Id erat initiari myſterijs, q̃d B. Paul. & S. Lucas uocant κατηχεῖν. ἠχεῖν enim eſt uoce ſonare. Inde κατηχεῖν, uoce erudire, quę ſcripto nolis cōmittere. Catechiſare aūt eſt docere quocūq; modo, ut St. Rob. eod. Rot. autore indicat. Sp.

CATECHISTA, qui catechumenum docet. Huius inſtar quidam arbitrātur, qui uulgo Compatres dicuntur. Sp.

CATECHVMENVS, non catechuminus (ut uulgus Canoniſtarū) pronunciādum, Budæo eſt, nondum initiatus, ſed qui adhuc imbuitur elemētis religionis, nondum ad ſacra ſpectāda introductus, cui myſteria fidei uiua uocis miniſterio concredebantur. Hinc olim ter Diaconus pręco (ut Rhenanus admirabilis eruditionis uir ad Volzium noſtrum Exabbatem ſcribit) exerta uoce clamabat, Ite Catechumini, Miſſa eſt. Idq; apud Latinos imitatione Græcorum, à quibus myſteria religionis accepta ſunt, qui abeundi uerbo utebant̃, ubi Latini Miſſam, ꝓ dimiſſione uſurpabant. Qua de re fuſius inferius, in dictione Miſſæ uocabulum. Porrò hunc clamādi morē rectè declarat Germanus Archiepiſcopus ille Conſtantinopolitanus in hiſtoria Eccleſiaſtica, ſiue myſtica theoria, cuius uerba Rhenan. noſter in alia quadam ad eundem Volzium Epiſt. ſcripta, ſic uertit Latinè: Catechumeni egrediūtur tanquā non initiati

ſacro

ſacro Baptiſmate, & myſterijs Chriſti, de quibus dicit Dominus: Quoniam alias etiam oues habeo, quæ non ſunt de iſto ouili. Leo Tuſcus interpres Liturgiæ Chryſoſtomicę, utpote in Græcia olim uerſatus, rectius Eraſmo, cui, ut arbitror, Leonina uerſio incognita fuit, percepit dimiſsionẽ Catechumenorũ per uerba diaconi eos abire iubentis, μή τις τῶν κατηχουμένων, hoc eſt, nullus Catechumenorũ (ſubauditur) remaneat. Et tertiam exclamationẽ, ὅσοι πιστοὶ ἔτι καὶ ἔτι ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. Id eſt, Quotquot eſtis fideles, etiam atq; etiam in pace Dominum rogemus. Nõ Catechumeni iam exierant, & preces pro illis etiam ab illis ipſis erant antea factę. Vuicelius ſic uertit in noſtrã, ut clarè appareat uirum Deo amabilem nõ percepiſſe hęc uerba· μή τις τῶν κατηχουμένων, exlamationem eſſe diaconi Catechumenos excludẽtis. Qualis et illa fuit, teſte Rhenano, in Eccleſia Romana olim uſitata, Qui non communicat, det locum. cuius meminit D. Gregorius, Dialog. lib. ij. cap. xxiij. & quidem bis. Apud Eraſmum legitur peruerſo ſenſu, Quotquot eſtis Cathechumeni, accedite, &c. Quibus locis pro Accedite, legendũ, abſcedite. Hæc deprauatio fecit, ut Melanthõ, & multa eruditiore ſingulari preſtãtes uiri, qui uerſionẽ Eraſmi nuper in editione Chryſoſtomi nouiſsima adiectã legerunt, tamen rem iſtam, & quam infrà in uocabulo Miſſæ recitabimus, deprehendere nequierint, hoc eſt, Miſſæ etymologiam. Spieg.

CATERVAM, extra militiã rectius noſtri pro turba, ſeu cõuentu hominum, quam ſocietatem interpretarentur. Sp.

CATEGORIA. Lege, κατηγορία.

CATHOLICA Eccleſia, id eſt uniuerſalis ideo dicitur, quia non duas aut tres inuenire liceat, ſed quòd uniuerſorum electorũ Dei numerus in Chriſto unitus et coadunatus per fidei uinculum in unã coeat ſocietatem, atq; in unum Dei populũ, cuius CHRISTVS Dominus noſter, dux ſit & princeps. Extra huius Eccleſiæ contubernium nullam eſſe ſalutem, Scriptura pronunciat in formula Iuramenti Magiſtratuum Nouell. Iuſiuran. quod præſt. ſol. extat hæc clauſula, Et quod cum ſanctiſsima Dei Catholica & Apoſtolica Eccleſia cõmunionẽ habeo, Dn. Oldend. indicat eam per omnia conuenire ei, quod in Iureiurãdo Athenienſes dabant, cum aſcriberentur in ciues. Erãt autem hæc uerba: Pugnabo pro ſacris, & ſolus, & unà cum alijs ciuibus: quod tamen quantum ad ius naturale attinet, accipiendum eſt. Sp.

CATHOLICANOS docet Alciatus dictos apparitores Præf. præt. Orientis: quoniam is propter ampliſsimam iuriſdictionem, Catholicus, id eſt uniuerſalis diceretur: quem titulum etiam Antiochenos epiſcopos uſurpaſſe, autores aliqui prodiderunt. Hunc autem obtinuit Pont. Roman. Bonifacius à Phoca Imp. magna cõtentione, ſi Platinæ credimus.

CATHOLICA fides. quęre, Fides catholica.

CATHOLICVM aliqui exiſtimant eſſe idem quod Chriſtianum, ſeu pium, dicentes, Ille eſt homo catholicus. Cæterùm Catholicus idem eſt quod uniuerſalis cõmunis. Inſulanus id rectè monuit. Sic eñ in prima Rubr. C. Catholica fides, pro uniuerſali accipitur: uel quia hæretici ſingularib. opinionibus innitãtur, uel quia fides CHRISTI, ab Apoſtolis per uniuerſum orbem fuit diuulgata. Iuxta illud, In omnẽ terrã exiuit ſonus eorũ, et c. Id autẽ Pſaltæ carmen Alciatus interpretans d. Rubr. putat hyperbolicôs accipiendum: uel quod uerius arbitratur, intelligendũ eſſe, ante conſummationem ſeculi fore, ut ubiq; inualeſcat. Ego ſequẽdos puto, qui indicant, in ſcriptura frequentem eſſe Synecdochen. Sp.

CATILLVS. Paulus de Fund. inſtr. ll. cũ de lanionis. Eſt autẽ meta, inferior pars molæ: ſuperior, catillus. Sp.

CAVDEX. lege, Codicillus.

CAVEA, ſignificat areã, quę in medio theatri uelis tecta, caueę ſimilitudinem referebat: in qua equitũ uelut honoratiorum ſubſellia conſtitui ſolebant. Vide Tit. C. de Spectac. & de expenſ. ludor. libr. xj. l. ciuitatibus. in prin. ff. de Leg. j. & l. Septitia. ff. de Pollicitat. l. legatum. §. ſi municipio. ff. de Adminiſtra. rer. ad ciuit. pertin. Quo in loco Spectacula non improbantur, ſicut Accurſius putat, ſed municipibus extra urbẽ Princip. Romã. prorſus inutilia cenſentur. Nam & apud Romanos multum diminuta fuit ludorum celebritas, teſte Oldend. cap. vij. Tit. j. Leg. xij Tab. Sp.

CAVENA. Lege, Camera.

CAVERE, uerbũ eſt legale, id eſt, dare cautiones in iure. Sicut enim et oratoriæ cautiones. Vnde Cicero ad Trebat. Iuriſperitum dixit: Vt te aliquid de ueſtris cautionibus admoneam, Treuiros uites cẽſeo: audio capitales eſſe. Sp.

CAVERE, idem ſignificat quod ſecurum facere, Verſicheren. Is autẽ ſecurus eſt, cui uel pignore, uel fideiuſſione conſultum eſt. Vide Alc. in l. habere. de Verb. ſig. Lege, Satiſdare.

CAVERE, pro conſulere, quod aduocatorum eſt, qui in cauſis, litigatoribus ius ſuggerunt. Nam ſicut hodie, ita & quondã iuriſperiti de iure reſpõdebant, quod cauere dicebantur: ex quo ut Bart. Latomus atteſtatur, Reſponſa prudentum ſunt appellata, quæ ceſſerunt in partem iuris ciuilis.

CAVERE alicui, & cauere ab aliquo.

CAVERE boni uiri arbitratu perceptum in uſumfructum: hoc eſt, non deteriorẽ cauſſam uſusfructus facere. & c. l. j. ff. uſufructuar. quemadmo. caueat. Sp.

CAVERE capite, eſt capitis periculo ſe obſtringere, & alium ſibi eodem uinculo obligare. Vide Bud. in poſter. Annot. Spieg.

CAVERE dotem, pro promittere. Lege tit. de Dote cauta. C. lib. v.

CAVERE idoneè quid ſit, in l. ergò. §. ad dici. de Fideicom. lib. Vlpian. oſtendit. Eſt etiam cauere, ſatiſdare: item, ſatiſdationem ab alio accipere: item, uitare. Et Budęo admonẽte, cauere ſibi ab aliquo, eſt ſatis accipere, arbitrio ſuo cautionem exigere. Spieg.

CAVERE teſtamento, pro prouidere, ne quid pręter uoluntatem fiat.

CAVERE, pro nominatim exprimere: ut lege cautum eſſe, cautum non eſſe. uide Oldendorpij Copiam.

CAVILLARI, uarijs modis in Iure accipitur. Cauillatur, qui calumnioſe agit. Cauillatur, qui breuiter & falſe aduerſarium ſermone captat, aut irridet. Cauillatur, qui ſciens, ut ſuam ſententiam tueatur, faſa prodit. Specialius uerò cauillari dicitur, qui eo aſſumpto, quod euidenter uerum eſt, diſsimiliter, acceptis terminis, quod falſum eſt infert. Cauillationem Græci σόφισμα uocant. Quod tamen nomen apud antiquiores honeſtum fuit: & qui philoſophiæ doctores erant, Sophiſtæ dicebantur. Alciat. de Verb. ſig. Sp.

CAVILLATIO, pro argumento ſophiſtico à Iuriſcoss. uſurpatur, quo ab euidenter ueris, per breuiſsimas mutationes, ad ea que euidenter falſa ſunt, perducimur. l. natura cauillatiõis. de Verb. ſig. l. ea eſt. de Reg. iur. Græcis ſophiſma eſt. Sp.

CAVILLATIO, iocoſa calumniatio: & cauillari, iocari eſt. Vlpianus de Verb. ſignific. l. natura cauillationis. Itẽ de Reg. Iur. Ea, inquit, eſt natura cauillationis, quam Græcis σκῶμμα uocant. Nebriſs.

CAVILLATIO propriè eſt, quando ab euidenter ueris, tranſitur ad euidenter falſa, per quandam uerborum inuolutionem, uel ſophiſtriam. c. uenerabiles. de Iud. Sp.

CAVMA, καῦμα, calor, ſiue incendium. Vlpianus de Leg. j. l. cum res. Si fundus, ait, caumate perierit. Atque alibi: Prædia, ait, quæ caumate perierunt. Atq; adhuc alibi: Si caumate, alióue caſu pars fundi perierit. Nebriſs.

CAVPO, propriè eſt qui uinum uendit. Caupona, mulier itidem uinum uendens: & locus in quo uinum uenditur. Caius l. nauta. ff. Naut. caup. ſtab. Caupo, ait, ut uiatores manere in caupona patiatur. Apud Iuriſconſultos tit. eſt Furti aduerſ. naut. caup. & ſtab. Sp.

CAVPONATIONIS nomen, latius patere apud Græcos, ex Platone deprehendi poteſt: ubi de Legibus tractans, docet, cauponationem omnem in ciuitate non nocendi gratia, ſed contrà, omnino naturaliter adinuentam eſſe, lib. ſiue Dialogo. xj. Sp.

CAVSA criminalis dicitur maior: Ciuilis, minor. Aut. Vt omn. obed. Iud. prouin. §. ſi igitur fuerint.

CAVSAM dicere eſt defendi, uel per ſe, uel per patronum.

CAVSAM dicere itẽ eſt, quod Græci tum κρίνεσθαι, tum εὐθύνεσθαι dicunt, hoc eſt, iudicium ſubire, & culpam, fraudesq́ iudiciorum ſuorum, actorumq́ præſtare. Budæus in l. ult. ff. de Senator.

CAVSAM dicere ex uinculis, id eſt, interim dum quęſtio criminis peragitur, in carcere uinctum eſſe. Ex Bud. Sp.

CAVSA efficiens eſt eius, ex quo res ipſa fluit. ut Ius ciuili, tutelæ: Teſtator, teſtamẽtarię: lex, legitimę: et magiſtratus, datiuæ:

tiuæ: ius Gentium, emptionis, locationis, mutui, commodati, depoſiti, &c. Ius Ciuile, ſtipulationis, contractus emphyteutici, &c. Ex Apello. Sp.

CAVSA extraordinaria. Quære, Extraordinarius reus.

CAVSAE fauorabiles quæ ſint, uide, Fauorabiles cauſæ.

CAVSA & factum interdum pro eodem uſurpantur. l. plurimum. ff. de Iur. & facti ignor. l. ſi ex plagis. §. in cliuo. ad Leg. Aquil.

CAVSA ius reſpicit, Occaſio factum. Cauſa dominij quæ proxima ſit, item quę remota, Glo. explicat in l. poſsidere. §. ueteres. ff. de Acquir. poſs.

CAVSA magna. Quære, Magna cauſa.

CAVSA mediante. Nouum enim non eſt quod cum aliquid abſolutè non liceat, mediante tamen cauſa rectè fieri poſsit. Sic libera perſona, quod aliàs abſurdum fuerit, uendicať. l. j. §. j. ff. de Rei uēd. Lege, Vendicare liberam perſonam. Sp.

CAVSA obligationis, contractus, delictū, & quaſi. Sp.

CAVSAM obtinere, eſt cauſa uincere.

CAVSA propria. Quęre, Propria cauſa.

CAVSAM publicam ſuſtinere, eſt in oculis conſpectuq; omnium exponere. Sp.

CAVSAM recipere, eſt eam ſuſcipere defendendam. Sp.

CAVSAM rhetores eſſe maximam propoſitionem definiunt, à qua argumentum deduciť. ſic à Paulo accipi in l. j. de Reg. iuris cenſet Alciat. cap. j. li. v. Parerg. Sp.

CAVSA ſontica. Vide, Sonticus morbus.

CAVSA ſuperior, quæ iure communi fundata eſt: uel ius apparentius. Cuius contrarium eſt, Cauſa inferior. Vide Bud. in l. poſter. de Orig. Iur.

CAVSA, uerbum generale eſt, quod comprehendit principiū negocij, cum proponitur, & cum quis deliberat, & proponit ut litiget. Cum uerò diſcutitur, iudicium eſt: quod accipitur non ſolum cum ipſum factū diſcutitur, ſed etiam tractantur ea, quæ præparatoria dicimus ipſius diſcuſsionis. At ubi iudicatū fuerit, dicitur facta iuſticia: quia tum ius unicuique eſt redditū. Alciat. libr. ij. Diſpunct. cap. xxiiij. Vlpiano, cauſa factum eſt unde obligatio oritur, quod Rhetores αἴτιον uocant. Idem in l. ix. ff. Si cert. pet. Vtraque translatiuè, dicitur omnis actio, quam in ſenatu, uel in foro habemus. Et Cauſidici, patroni, qui in cauſis, iudicijsq; uerſantur, ubi lites & cōtrouerſiæ, id eſt, cauſæ iudiciales aguntur. Præterea, cauſa dicitur id, ex quo, uel per quod, uel à quo, uel ꝓpter quod aliquid fit. Differtq; hoc à ratione, quòd cauſa eſt impulſus ipſe ad aliquid agendū: ratio uerò, ordo gerēdorū ex cauſa uenientiū. Vide, Lis. Sp.

CAVSARVM tria genera eſſe, notum eſt: Demonſtratiuū, Deliberatiuū, (quod et Cōcionale appellať) & Iudiciale. Ex ijs tamen propriè cauſa dicitur, quę iudicialis eſt. Vnde cauſam pro lite & cōtrouerſia ponimus. Quamuis nōnulli ita diſtinguunt, ut controuerſiā, ſeu litem dici uelint poſtquam conteſtatū eſt: cauſam autem, & ante & poſt conteſtationem.

CAVSAE definitionē, quam refert Gloſ. in rubr. ff. de Condit. & demon. Bart. improbat: qui ait, cauſam eſſe quid præteritum, uel inſtans, quo quis impellitur ad aliquid diſponendum. Sp.

CAVSSA in tit. de condict. cauſ. dati cauſ. non ſecuta. Sic enim legēdum, teſte Dn. Old. ut infrà in uoce Datū exponemus, pro ratione futuræ rei accipitur propter quam datū eſt. Facit huc quod in uerbo, Ob rem datur, relatum eſt. Sp.

CAVSA cognita, pro examinare iuſticiam cauſę, hoc eſt, an ueritas ſubſit. Vide Modeſtin. in l. iij. ff. de in Integ. reſtit. Sp.

CAVSA cadere dicebať, qui malè agendo, ius agendi perdidiſſet. Apud priſcos enim ſuperſtitioſe ſeruabatur, ut qui in actione inſtituēda, uel uerbo lapſus eſſet, cauſa caderet: cuius ſuperſtitionis, ut Eraſ. atteſtatur, ueſtigia nō exigua adhuc reſident apud Anglos, interdū totū inſtrumētū reijciētes, ſi cognomē aliquod una litera fuerit ſecus ſcriptū. Admonet idem, cadere formula, litem perdere, & rem amittere, pro eodem dici uideri. Sp.

CAVSAE cognitio dicitur ad differentiam actionis, quæ obiter indulgetur. Vlpian. in l. ſi quis adfirmauerit, in fin. ff. de Dol. mal. Sp.

CAVSAE ſubſcribere. Lege, Subſcribere.

CAVSSAE tranſactionis referuntur à Iuriſcos. in l. cum hi. §. cauſſæ huiuſmodi. ff. de Tranſact.

CAVSOR, aris, eſt, cauſam rei geſtæ affero, ſiue excuſationem. Vlpian. de Fideicō. libert. l. generaliter. Neq; enim cauſari debe-

ri debere, quo minus illi relictũ ſit. Nebr.

CAVSARI tempeſtatem, hoc eſt, in excuſationem & defenſionem afferre. Vlpianus in l. j. §. ui fluminis. Si quis caut. Sp.

CAVSARII dicuntur, qui cauſam habent ex morbo, ut munerib. uacent. Martian. de Re milit. l. milites. Cauſaria, inquit, miſsio eſt, quæ propter ualetudinem laboribus militiæ ſoluit. Modeſtin. de Excuſat. Propter ægritudinem cauſariam uocatam, cauſariam remiſsionem acceperint. Nebriſs.

CAVSIDICI ſordidi, qui adhibebantur ad moram faciendã, dum meliores aduocati recrearentur. Vide Pedian. Sp.

CAVSIFICARI, eſt iura allegare, et in iure diſceptare. Vide Bud. Sp.

CAVTELA, à Cautus, hæc uox omnino barbara non eſt, ut quidam exiſtimauerunt: utitur ea Ammian. Marcell. l. xiiij. tametſi elegantius Captionẽ dicamus, teſte Alciato. Cautelas iuris ſumma ratione improbat Budæus. Illis namq; imputandum eſt, quòd ſanctiſsimum olim iuris ſtudiũ uidemus ab antiquo illo ueroq; degeneraſſe. Sp.

CAVTERIVM, inſtrumentum eſt chirurgicum, ad inurẽdum uulnera. Eſt & inſtrumentum pictorium, quo utuntur in ea pictura, quæ dicitur Encauſtice. Cauſtum autem latinè uſtile eſt. Vnde Cauſtica medicamenta, quæ cauſticam uim habẽt, id eſt uſtiuã. Martianus de Fund. inſtr. l. item pictoris. Peniculi, ait, & cauteria, & conchæ.

CAVTI dicũtur, qui uident ne à recto delabantur, ne'ue ab aliis decipiantur. Itaque duplex dolus habet̃: & bonus, qui cautorum eſt, quo fraudem, malasq; artes repellant: & malus, per quem ad iniqua, captioſaq;, qui peruerſo ſunt ingenio, impelluntur. Prior prudentiæ comes, ſequitur iuſticiã: poſterior ſubdolorũ eſt, atq; fallacium, fraudis ſatelles, ad ſuas tãtum utilitates omnia referens, id eſt, omnem ciuilis ſocietatis conſeruandæ rationem euertens. Ex Pontano. Sp.

CAVTIO, nuda promiſsio eſt, ex qua inducitur firma obligatio et ſecuritas. C. de Verb. ſig. l. ſancimus.

CAVTIONEM extorqueri. Cauen. alicui per iudicem hoc eſt, cõpelli aliquem per iudicis officiũ, ut caueat. Vlp. in l. ſi cum exceptione. §. quatenus autem diximus. ff. Quod met. cauſa. Ex Old. Copia. Sp.

CAVTIO indemnitatis. Papinianus l. liberto. §. j. ff. Neg. geſt. Sed ei, inquit, cautionem indemnitatis, officio iudicis pręſtari neceſſe eſt.

CAVTIONES iudiciales, ideo dici putant Dd. ſed falſo, quaſi iure ciuili eſſent introductæ: Prætorias uerò, quod à Prętore traxiſſent originem. Quo, teſte Dn. Old. nihil abſurdius. Nam iudiciales recenſentur uelut ſpecies prætoriarum, in l. j. in prin. ff. de Prętor. ſtipul. Erroris cauſam ipſe demonſtrat. Sp.

CAVTIO iudicio ſiſti, uocatur, ſi quis non poſsideat immobilia bona, ut is cogatur ſatiſdare, hoc eſt, fideiuſſorib. idoneis cauere, ſe permanſurũ in iudicio uſq; in finem litis. Vide, Siſtere. Sp.

CAVTIONEM iudicatã ſolui petit actor à reo conuento: nec hodie poteſt exigi, quàm ab eo qui alieno nomine cauſſam defendit. nam olim qui conueniebatur ſuo uel alieno nomine, is ex legitima cauſa ſuſpicionis cauebat iudicatum ſolui. l. qui proprio nomine. in prin. & §. in aliũ. C. de Procurat. Inſtit. de Satiſdat. l. ſi uerò. & l. j. C. eod. tit. Sp.

CAVTIONES prætoriæ: omnes cautiones quoniam aliquam formam à Prætore acceperunt uno nomine appellantur Prætoriæ. Vnde Vlp. in l. in Conuentionalibus, in prin. ff. de Verb. oblig. Enim uero, inquit, Prætoriæ ſtipulationes legem accipiunt ex mẽte Prætoris, qui eas propoſuit. Et generaliter quicquid in iudiciis tractabatur, Prætoriũ dictum eſt. Vide, Prætoris cognitio. Sp.

CAVTIO ſaluo pudore. Lege, Pudor.

CAVTIO ſubrepta aut corrupta. ad fin. l. Argentarius. ff. de Edend.

CAVTIONALES ſtipulationes, prætoriæ, exponuntur apud Vlp. d. l. de Prætor. ſtipul. Spieg.

CAVTIONEM rẽ ratã haberi, petũt mutuo à ſeſe, actor à defenſore rei, & reus à poſtulatore actoris, ſcilicet cũ non ſatis cõſtat de mãdato. Nã hoc caſu, qui alieno nomine infert alicui litẽ, uel ſuſcipit, is debet cauere, dominũ rem ratã habiturum, hoc eſt, cõprobaturũ ea quę procurator fecerit: nec reclamaturum expreſſe, uel tacitè. §. ſin autem. per Procuratorem. Inſtit. de Satiſdat. l. Paulus reſpondit. ff. Rem rat. haber. Sp.

CEDENS

C E

CEDENS cenſetur extranei loco.l.ſi cum emptore. in princ. ff. de Pact.l.ij.§. cum quis debitori.ff.de Hæredit.uel actioni-bus uendit.Spieg.

CEDERE eſt,prorſus trāſferre ius in aliū. Concedere,eſt exercitum duntaxat permittere retento iure.Bart.in l.ad eum.ff. de Donation. Probat̃ in l.ſi uſufructus. ff. de Iur.dot.l.neceſſario.§.ult.ff. de Peric.& comm.rei uendit.Spieg.

CEDERE bonis,eſt bona dimittere,& deſerere creditorū improbitati & inſtātiæ. Vide Azon.in Rubr. Qui bon.ced.poſ. C.li.vij. Sanè nouella cōſtitutiōe cxxxv. ſanxit Iuſtinianus, eos qui non deſidia, aut luxuria,ſed caſu fortuito lapſi facultatibus ſunt,nō debere ad eam bonorū ceſſionem cogi, quæ cum ulla contumelia fiat. Quod & antè non abſimili caſu conſtitutum fuiſſe, in Codice Theodoſiano legitur. Vide,Foro cedere.Sp.

CEDERE diem,eſt incipere deberi pecuniam. Venire diem, eum diem ueniſſe, quo pecunia peti poſsit.Ex Vlp.in titul. de Verb.oblig.l.cedere diem.

CEDERE poſſeſsionē,uel uſumfructū, uel ius,eſt alteri poſſeſsionem, uel uſum,uel ius tradere.Idē in tit.de Leg.ij.l.& ſimiliter. Si uſumfructū,inqt,mortis cauſa ceſſero.Et in ti.de Acq.poſſeſs.l.ſępe.Neb.

CEDERE interceſsioni, eſt cedere prouocationi, id eſt, nō procedere ultrà,& admittere oppoſitionē.Et ſublata interceſſione dicimus,q̃d nūc, nō obſtāte oppoſitione, uocāt. Bud.in l.ij.de Ori.iur.Sp.

CEDERE teſtibus,eſt teſtibus conuinci.

CEDERE uita, ultrò ad mortem accedere,ſibi mortem conſciſcere. Cedere legibus, ultrò exiliū acceptare,ne leges uiolare uideatur,ſi in urbe poſt commiſſum facinus mãſerit. Sic Cedere fortunæ, eſt ſuccumbere. Bud.in l.ſi hominē.§.quoties.ff.Depoſiti.

CELARE,pro abſcondere teſtamentum, crimen falſi eſt.de quo Bart.in l.Paulus. C.de Falſ.Spieg.

CELARE fugitiuū, & Bãnitum, quid ſit, Vide tex. & Gloſ.in l. j.ff.de Fugit. & l. doli.de Ser.corrup.

CELARE uenditorem quid ſit, explicant Iuriſcoſs.l. j.§.j.de Act.emp.l.j.de Seru. & l.ſi is cui.§.celatum. Vt in poſs.leg.

CELEBERRIMVS,pro multorum ſermone comprobato.in l.ſi res puellaris.ff de Adminiſt.tut.Spieg.

CELEBRIS ciuitas, quam imperitū uulgus frequentatam uocat.l.ſi in aliquem. ff.de Off.Procons.& leg.

CELERES dicebātur milites CCC. quos Romulus ad cuſtodiam corporis ſui delegerat: à celeritate dicti, quòd pro belli neceſsitate,tū equites, tū pedites expediti pugnabant.Zaſ.in l.ij.ff.de Orig.Iur.

CELERITATEM deſiderare, Iuriſcons. in l.j. de Dam.inf.& Celeritas actionum hoc eſt, actorum, apud eundem,in l.iij. de Donat.int.uir.& uxor.De cauſis celerem cognitionem, hoc eſt, ſummariam deſiderantibus,Bart. petendus eſt in l.ſi quis.C.de Poſt.Sp.

CELERITER,pro uelociter.in l.ne quis. ff.de Cuſt.reor.Obſerua, quòd celeriter quid fieri,arbitrio iudicis relinquit̃.l.j.ff. de Iur.delib. Excludēda tamen eſt ubiq; & præceps feſtinatio, & moratoria cunctatio.l.fin.ff.de Appel.l.tutor qui repertorium.de Admin.tut.Sp.

CELERRIMO fini tradere.l.j.§.fin.C.de Vet.Iur.enucl.

CELEVSMA.Celeuſma eſt nautarū cantus,quo remiges uel concitantur, uel inhibentur remis inſiſtere. Bud.in l.j.ff.de Recep.arbit.

CELEVSES.Lege,Remiges.

CELSIORES,cognominantur legum Doctores,l.ij.ff.de Offic.diuerſ.iud.

CELLA, quòd ibi celemus, quæ occulta eſſe uolumus,appellata eſt.l.iij.de Offic. præfect.uigil.l.quis ſit fugitiuus.§.apud Cælium ſcriptū eſt. Capit autē ſignificationē, ut illi adiectiua iungunt̃:ut, Cella uinaria,penaria,olearia,mellaria.Sp.

CELLARII dicti, qui penui aſſeruando prȩeſſent. In Cod. Theodoſiano, Cellarium neutro genere,pro collatione prouincialiū accipit̃: cum eo nomine,ut atteſtat̃ Alciatus,Comites,uel Pręſides prouinciæ, ut cellā ſuā inſtruāt, annonamq; ſuam augeant, aliquid extorquent: eadē ratione uox deducta, qua Cerariū apud Cicer.in Verr.cum prætextu ceræ,uel ſigilli aliquid corraditur.Sp.

CELLARIVM,locus à reponēdis,celandiſq; eſculentis,poculentiſq;,dictus. Iuriſconſ.de Leg.iij. Cellariū,ait, iunctum eidem dietæ. Cellarius uerò eſt, qui cellæ uinariæ præſertim præponitur. Vlp.

de Fund.inſtr.l.quęſitū.§.ſi aliqua parte. Cellarium, quoqꝫ, inquit, ideò præpoſitum eſt,ut rationes ſaluæ ſint. & alicubi ſæpe.

CELLARIVM, Seruius ipſe putat dierū eſſe paucorū: Penū uerò tēporis longi.

COENACVLVM. Cœnacula loca ſunt altiora domus,ad quę ſcalis aut cochleis aſcenditur. Hæc autem incolebant tenuiores & inquilini. Inde Cœnacularius Vlpiano in l.ſolutū. ff. de Pignor. Action. Videtur, inquit, tacitè & cum domino ædium hoc cōueniſſe,ut non pactio cœnacularij proficiat domino, ſed ſua propria. Cœnaculariū item facere dicebantur,qui domos totas conductas, per ſingula cœnacula inquilinis locabāt, ut inde quæſtum facerent pluris in ſummam locando, quomodo Budæo teſte accipitur in l.ſi uerò.ff.de His qui deiec.Ita enim cœnaculáriā facere, ut argentariam & furnariam: apud Vlpian. exercere cœnaculariam legimus.Sp.

CENOTAPHIVM, imaginarium ſepulchrum dicitur. Sic uocari poſſunt hodiè, Bud.ait,quas repręſentationes in anniuerſarijs exequijs uocamus. Nebriſ.Cenotaphium, inquit, interpretatur inane ſepulchrum, id eſt, quod ſine cadauere, in memoriam tantum defuncti conſtructū eſt. Vlpianus de Religioſ. & ſumpt. fun.l.uel quæ. Si conotaphiū, inquit, ſit, uenire dicendū eſt. Et infrà,l.monumentum. Monumentum,ait,memoriæ cauſa factum, quod Græcè κενοτάφιον dicitur, ſimplici ε,ſine diphthon. Cænotaphium uerò per æ, nouum ſepulchrum eſt: per œ,commune multorū ſepulchrum. Gręcè πολυάνδριον.Spieg.

CENSERE. Iabolenus de Verb.ſig. Cenſere,eſt conſtituere, & præcipere. Vnde etiam dicere ſolemus, Cenſeo ut hoc facias, Et Senatū aliquid cenſuiſſe. Vnde Cenſoris nomen uidetur eſſe tractum. Pro arbitrari quoqꝫ ponitur. Vnde Cenſores dicti,ad quorum cenſionē,id eſt,arbitrium cenſeret̃ populus. Hinc & Cenſiti,quorū res eſt deſtinata certa quadam ſententia,& per eam in claſſem ſuā redacti. Qui etiā Opicenſi,id eſt,opibus cenſiti dicebant̃: et Capitecēſi,qui nullo,aut paruo ære cenſebantur. In C.Iuſtin.li.xj. tit.eſt, de Agric. & cēſit. Et infrà, In quibus cauſ. colon. capitecenſ. dom. accuſ. poſs. Pomp. de Acq.rer. domin.l.ergò. Cenſitorū, inquit, uice fungit̃. Sed & operari ſignificat, quod uulgò uocāt, hoc eſt, in ſententiā ſuam, explicata ratione approbare audientib. teſte Bud.in l.ult. de Senator. Propriè tamē eſt,ſententiam ſuam exponere,& conſtituere, quod eſt pręcipere. Nam Senatus quod iuſſu populi cēſuerat, omnino obſeruandū erat, annotauit Alciat.de Verb.ſig. Et Cenſeri prædia dicunt̃, quæ cenſum præbent. Eſt & cenſeri, in cenſum conſcribi.ut C. In quib.cauſ.pig.tacit.contrah.l.j.Sp.

CENSERE territoriū, pro imperare cenſum territorio l.j.C.In quib.cauſ.ius pig. & l.omne territoriū. de Cenſ.lib.x.Sp.

CENSITOR eſt, qui recipit præſentationes collectorum coloni,& pignoris, iure uendit prædium, ſi cenſus non ſoluatur.ff.de Cenſ.l.forma.§.illa.et l.cum poſſeſſor.§.cum pro pecunia.

CENSORES, à cenſendo dicti, quòd uitam, moreſqꝫ noſtros examinant, & de eis inquirunt: cenſus item rationē ducūt, profeſsionem curant, & pro meritis hos de albo eximunt, illos deligunt. Hinc & præfecti dicti morum, magiſtri ueteris diſciplinæ, & ſeueritatis. Horū ueſtigia noſtris temporibus æmulant̃, quos uulgò Heroldos uocamus, ſi tamē uerè utātur ſuo munere: qui & fœcialiū officio funguntur, dum bella ſolennibus uerbis indicunt. Vide Alcia.in de Magiſtrat.et Zaſium in l.ij. ff. de Orig. iur. Præterea ſunt Cenſores,à cenſu æris,hoc eſt, pecuniæ dicti, quia cenſum tollunt. Sunt & iudices. Nam cenſura,iudicium eſt. Vnde ſenatum aliquid cenſuiſſe, dicimus.l. cenſeri.ff.de Verb.ſig.Sp.

CENSVS, patrimonium eſt Zaſio, nō reditus annuus.in l.ij.ff.de Orig.Iur.Igitur nomine cenſus quidquid fortunarum quis habet, continet̃. Olim erat recognitio ciuiū per capita, & quantū quiſqꝫ haberet in bonis: quod quinto quoqꝫ anno fiebat à cenſoribus, à Seruio Tullio Rege inſtitutū. Vnde cenſum agere(uerbū peculiare hiſtorijs) eſt recenſere hominum facultates.l.de Creationibus. C.de Epiſc.aud.Itaqꝫ cenſus id quoqꝫ dici cœpit, quæ numerata pecunia Principi per capita ſoluitur, ſiue per focos. Spieg.

CENSVS equeſtris. Vide, Facultates equeſtres.

CENSITI

Sive per capita, sive per focos.

CENSITI dicuntur, qui cenſentur, id eſt, cenſum præbent. Eſt autem Cenſus, tributum & pẽſio publica. C. in quib. cauſ. pig. tac. contrahen. l. j. & C. ſi prop. penſ. pub. l. ſi accipitur. Olim autem nonnulli agricolatores cenſebãtur, pro quibus domini prædiorum tenebantur, ut uidere licet in Tit. C. de Agricol. & cenſit. In quo de colonis quidem omnibus, ſingulariter tamen aliquid tractatur de cenſitis, ne reſpub. ſua penſitatione defraudetur. Id quod à noſtris moribus nõ abhorret. Sunt enim hodie multi tributarij nobilium noſtrorum ruſtici. Sp.

CENSVALIS contractus admodum affinis eſt Emphyteuticario ſeu Colonario contractui. Nullo autem, Oldend. teſte, commodiore uocabulo latinè ſignificaueris Emphyteuſim, quàm ſi Colonariũ contractum appelles. Sp.

CENTIENS aureorum legit Haloander apud Celſum in l. propemodũ. de Verb. ſig. non centum aureos, ut eſt in uulgatis exemplaribus. Sic & in l. Oſidius. de Legat. iij. Pone, inquit, in condito centiens aureorum eſſe. Centiens, ſimile eſt huic Deciens, de quo ſcribit M. Varro lib. ij. de Analogia, quæ duo ſignificant decies uel centies centena milia: qua ſcilicet ratione & modo loquendi utimur, etiam cum dicimus Deciens uel Quinquiens ſeſtertiûm, pro decies uel quinquies centena milia numûm. Excerpſimus hęc ex nuncupatoria Haloandri Codici pręmiſſa. Spieg.

CENTESIMARE, et decimare, militaria uerba. milites enim ubi quid grauius admiſiſſent, ſępe decimus quiſq;, interdum centeſimus, extremo ſupplicio afficiebãtur, ut annotauit Egnatius in Macrino, apud Iulium Capitolinum. Sp.

CENTESIMIS Calendis dare ſpondes? notus loquendi modus Iuriſcoſs. ex fœneratorũ conſuetudine ortus, ut Alciato uidetur. Significat autem, intra octo annos, & menſes iiij. licet aliqui centũ annos intelligant: ſed nõ rectè, eodem tradente, cap. xxiij. lib. Parerg. Sp.

CENTESIMIS Calendis dari ſpondes? Obſeruandum, ut & Alciat. ſingulariter monuit, ea ratione ſtipulationes concipi ſolitas, quòd Calendis fœnora exigebantur. & ex hac conſuetudine ipſe putat haud temerè deductũ, ut Calendaria libros rationũ dicamus. nam, ut animaduerti, inquit, ſolet Iuriſconſ. ea dictione uti, cum feneratorum rationes deſcribit,

CENTESIMA uſura, antiquis fuit maxima & legitima. dicta ideò cẽteſima, quia centeſimo menſe ſortẽ ęquat. ſingulo autem mẽſe centeſimũ nummũ reddebãt, hoc eſt, duodenos aſſes annuos. Eius ſæpius meminere Iuriſc. ſed in primis Paulus in l. lecta. Si cert. pet. Obſeruatũ item eſt, antiquos non ſolum dixiſſe centeſimas uſuras, uerùm & centeſimum quæſtum. Vide Budæum in l. nihil intereſt. de Euict. & Old. Actio. viij. claſſe j. Sp.

CENTONES, cilicia ſunt ex pilis caprarum, ſiue pãni craſsiores, ex lana diuerſorum colorũ conſuti. Meminit eorũ Vlp. ff. de Fund. inſt. Alexand. Neapol. Dixere autẽ, inquit, cẽtones ex uillis groſsioribus ſagula intexta uiliorib. pãnis, quibus domorũ tecta, tabulata, aut ligneæ machinę militares, aduerſus incendia, ſi ignis maior uis ingruat, muniunt. Vide in Chil. Eraſmicis, Farcire centones. Sp.

CENTVM quę in arca habeo, aut quę ille apud me depoſuit. Vlp. ait, ſi nulla ſint, nihil deleri cõſtat. l. j. ff. de Dor. relec. Sp.

CENTVM anni, finis uitæ longæui hominis eſt, ait Caius in fin. l. an uſusfructus. ff. de Vſufructu. Sp.

CENTVMVIRALE iudiciũ, centũ quinque uirorũ erat. l. Titia. §. j. ff. de Inoffic. teſtam. His haſta erigebat, ut ſcirent iudicandi tẽpus. Sicuti noſtro ſeculo Sculte tus uulgò, ſolenni baculo, ueluti haſtula, manib. prætento, iudicij autoritatẽ aſſerere ſolet. Zaſ. in l. ij. ff. de Orig. iuris. Dictum eſt à Centũuiris (non autẽ à Senatoribus, qui Romæ centũ erant, rempublicãq; curabant, nõ dãtes operã iudicãdis cõtrouerſijs priuatorum.) Nam cum eſſent Romę xxxv. tribus, quæ & curiæ ſunt uocatæ, terni ex ſingulis tribubus ſunt electi ad iudicandũ: qui centumuiri appellati ſunt. Et licet quinque amplius quàm centũ fuerint, tamen quo facilius nominarent, centumuiri dicti ſunt. Bud. Sic ſeptuaginta interpretes dicti ſunt, quũ tamẽ duo & ſeptuaginta eſſent, teſte D. Auguſtino, lib. de Ciuit. Dei xviij. ca. xliij. Vide Bud. in l. ij. ff. de Orig. Iur. & Old. Claſs. v. action. v. Sp.

CENTVMVIRI. Paul. de Inoffic. teſta. l. qui repudiatis. Quaſi centumuiri hunc

ſolum

ſolum filium in rebus humanis eſſe nũc, cum facerent inteſtatũ, crediderint. Sp.

CENTVRIA, ex c. peditibus: Decuria, ex x. equitibus cõſtat. Ordo minor eſt centuria, maiorq́ꝫ decuria. nam ex lx. militibus erat: cui præerat uexillarius, plerũq́ꝫ centurio, aut ordinis ductor. Alexan. de Alex. Genial. dier. lib. j. cap. v.

CENTVRIATAE leges. Lege, Curiatę.

CENTVRIO, miles dicebatur, qui præerat centum militibus. Et cohors illa, cui præerat, appellabatur centuria. Centurionis inſigne erat, uitis, ſiue ſarmentum ex uite. Cuius meminit & Iuriſconſ. de Re milit. l. milites agrũ. Si uitem tenuit, militiam mutat. Nebriſs.

CERARIVM. Lege, Cellarij.

CEREBROSI boues, contumaces: ut homines, à peruerſo cerebro, qui toti ſuo cõſilio hærent, & iracundiæ obtemperant, & à nemine perſuaderi poſſunt. Col. lib. ij. Spieg.

CERNERE hæreditatem, pro adire: inde Cretio, pro aditio hæreditatis. quo uocabulo uſi ſunt Impp. C. de Iur. deli. uulgata l. Cretionum. Cætera apud Budæum in Annot. Sp.

CERTA dies. Vide, Dies certa.

CERTA inquiſitio, qua ſpecialiter expreſſa ſolennia continentur, l. libellorum. ubi Bart. de Accuſ. Sp.

CERTA inſtitutio hęredis dicitur, cum teſtator nominatim, uel indubitato ſigno eum expreſsit. l. iubemus. C. de Teſtam. l. quoties. §. ſi quis nomen. de Hæred. inſtit. Et exhæredatio certa, quæ nominatim facta eſt, l. ij. de Lib. & poſth. Sp.

CERTA mulier de mariti morte dicitur, quæ certo nuncio intellexit eum periſſe. Aut. hodie. C. de Repudijs. c. in præſentia. de Sponſal. Sp.

CERTAMEN, pro ludo, in quo eſt contentio: ubi etiam uictori ab agonotheta præmiũ proponitur. Scæuola de Annu. leg. l. liberto. Certamina, inquit, ſub nomine ipſius celebrarentur, id eſt, ludi. Nebriſs. Sic eo. ti. l. pen. apud Marcellũ aientem, cum erat pecunia certa reipublicæ Sardianorũ relicta per quadrienniũ certaminis Chryſantiani. Quære, Sardiani.

CERTAMEN Chryſantianum, ab aureo flore premio uictoris nuncupatũ: ἀπὸ τοῦ χρυσοῦ, id eſt ab auro, & ἄνθω flore. Huius ludi meminit Iuriſcoſ. in l. pe. ff. de Ann. legat. Dn. Budæus certaminũ, ludorum, & agonum antiquorũ quædam nomina explicat, non modò lucem inferentia ad l. athletas. ff. de His qui not. infam. ſed & ad alia multa & Pandectarum & Codicis Iuſtiniani. Alexander item Neapolitan. cap. viij. lib. v. Quibus adde Valturiũ cap. xij. lib. xij. de Re militari. et Rhodigin. cap. xxx. lib. xiij. Sp.

CERTATIO, pro cognitione extrema in leg. xij. Tab. Vide Oldend. cap. j. titu. ij. certis oneribus deſtinatum patrimoniũ, apud Vlpian. l. ſi fideicõmiſſum. §. quid tamen. ff. de Iudicijs. Sp.

CERVICOSVS ponitur pro duro & inexorabili.

CERTIFICO. Pro hoc uerbo, ceu reprobato, pleriq́ꝫ ponunt, certum, aut certiorem facere, ſeu reddere: licet etiã eum certiorem facere dicimur, qui alioquin nihil certi à nobis habuerit: atque ſic obtineat frequentior uſus ſcribendi, tamen aliter à Cicerone poſitũ, libr. ix. Epiſtol. famil. Inſulanus obſeruauit. Sp.

CERTIORO, as, uerbo hoc Iuriſcoss. utũtur: quod apud eos qui purè loquuntur, in uſu non eſt. Vlpian. de Eo qui pro tut. l. j. Sed neceſſarios, inquit, pupilli nõ certiorauit. Idem quoq́ꝫ lib. vij. tit. Mandati l. ſi fideiuſſor. Cum certiorare, ait, non fecit. Certifico uerò, & certificatio, nuſquã quod meminerim, legitur, niſi in titu. de Excuſ. Honores, inquit, & immunitates certificauit ſcribens. Item de Pignor. & hypoth. l. cum tabernam. quæ eſt Scęuolæ lib. xx. ff. Nõ certificationem, inquit, ſed ſuppoſitionẽ à me accipere. Nebriſs. Verùm Alciato uidetur uerbũ certiorare, ꝓ eo ꝙd eſt, certiorẽ facere, eadẽ ratione deductũ, qua & ueteres meliorare dixerũt. unde L. Columel. melioreſcere. Sp.

CERTI uox, nunc anguſtius, nunc latius, ſecundũ ſubiectã materiã declaratur: ut docet Iaſon in l. certũ. ff. ſi cert. pet. & Fel. c. j. de Sum. trin. Sanè ꝓpria ſignificatiõe.

CERTIS annis preſtitum, non modò de pluribus, longoq́ꝫ tẽpore dicitur, ſed etiã quod triennio præſtitum eſt. Cętera huc pertinẽtia, uide apud Alciat. in l. ſi certis annis. C. de Pact. Sp.

CERTIS oneribus deſtinatũ patrimoniũ, apud Vlpian. l. ſi fideicõmiſſum. §. quid tamen. ff. de Iudicijs. Sp.

CERTI limites, cum finibus adiectum eſt, qui duo

qui duo uicini proximi ſunt.l.forma. de Cenſib.Spieg.

CERTO certius,pro ueriſsimo, prouerbiali uoce Iuriſcoss.uſurpant.in l.teſtamento.ij.de Teſt.l.ait Prętor.§.ſi non mulier. Quæ in fraud. credit. l.ſtipulatio.§. ſunt autem.de Verb.oblig.Sp.

CERTVM dicitur,quod liquidò apparet, & occultiore ſenſu deprehenditur: deriuatione à cernendo ducta. Vnde illa demonſtratio,quæ per digitum fit,ea certior eſt quæ à nomine ſumitur. Gloſ.l.quæ extrinſecus.de Verb. oblig. Bald.l.contra.C.Ad leg.Aquil. ſiue id nomen proprium, ſiue appellatiuum ſit. Quorſum enim ſunt nomina, niſi ut rem demonſtrent? l.Labeo. de Supell. leg. Quamuis Decius,ſed friuola ratione,diſſentiat. Spieg.

CERTVM quandoque accipitur,pro eo quod clarum,manifeſtumq́ eſt: quę certitudo iuxta rei qualitatem,uarijs modis aſſumitur.Sp.

CERTVM quoque dicitur,quod licet incertum nunc eſt,tamen dubium non eſt, poſſe certificari.arg.l.quidam relegatus. de Reb. dub. Vnde Bartolus docet, & certum dici poſſe, quod licet incertum appareat,ſigno tamē indubitabili poteſt eſſe certum. Signum autem indubitabile illud intelligendum,quando fallere non poteſt.Sp.

CERTVM, cum de certi condictione agitur, dicitur, quod ui nominis,uel aliqua demonſtratione, aut relatione apparet, quid, quale quantumq́ ſit.d.l.certum.l. ſtipulationum.l.ubi autem.de Verb.obligat.Spieg.

CERTVS factus dicitur is, qui ab integræ fidei aliquo admonitus eſt.l.ſi quis ita. uerſ.pen. de Teſt.tut Gloſ.l. Ticio fundus.de Condit.& demonſt.Sp.

CERTVS hæres, ut adire poſsit, dicitur, qui probaliter,uehementi quadā opinione,credit ſibi delatam hæreditatē.l.Pannonius Auitus.§.j.de Acq.hæred.exitus que oſtendit eum rectè ſenſiſſe. Gloſ.l.ſi quis extraneus.in fin.eod.tit.Sp.

CERVICOSVS ponitur pro duro & inexorabili.

CERVICEM erigere, eſt imp.Cōſtantio, in eum cui gratitudo debetur,irreuerentem eſſe.l.ij.C. de Libertate & liber.eor. Notum, duræ ceruicis hominem dici, quaſi indomabilem, more ferocium boum, qui que ceruice erecta & rigida contumaciam quandam præ ſe ferat, tanquam nemini ceruicem inclinare uolēs, Hartnyckig.c.niſi cum pridem.§. propter militiam.de Renunc.Sp.

CERVISA,ceruiſia, uel ceruiſium, potio eſt ex hordeo, ſiue tritico, ſiue ex pane concinnata. Vlpian.de Trit.& uin.leg.ſi quis. Certè ceruiſium, quod ex tritico, uel ex hordeo, uel ex pane conficitur, Græcè ζῦθον. Plinius: Ex ijſdem fiunt & potus, zythum in Aegypto,celia & ceria in Hiſpania, ceruiſia & plura genera in Gallia. Quo loco melius quidam Cereuiſiam legunt,teſte St. Rober. Eſt locus in cap.xxv. lib. xxij. Porrò idē Vlp. citata l. Simili modo,inquit, nec curmi, nec ceruiſia continebitur.ſubaudi, uini appellatione.Spieg.

CESSARE,pro ocioſum & inutile eſſe,ſępius occurrit etiam apud Iuriſconſultos noſtros. Quod interpretes barbarè exponunt, modò pro nullum eſſe, modò pro non competere. Scæuola eleganter dixit in l.diuortio facto. de Negoc.geſt. Præterire denique aliquid temporis debebit, quo ceſſaſſe uideatur. Item ceſſare dicuntur, quæ non ſunt extincta, & quæ redire poſſunt. Sic dicimus, ceſſare obligationem, ſed non eſſe extinctam. Vide Zaſium in tract.Subſtit.cap.iij. & Gloſ.fin.l.propter.ff.Solut.matr.Sp.

CESSARE ſuo periculo, non negligentē eſſe.l. j.ff.de Adminiſt.tut.

CESSATIO, interdum contumaciæ imputatur.l.is cui.§. ceſſatum.ff. Vt in poſſeſ.leg.Albericus.

CESSIM,pro locum dare regrediendo,& retrocedendo. Iuriſcons. Ad leg.Aquil. Interim ſuperius plauſtrum ceſsim ire cœpit.

CESSIO, propriè eſt traditio actionum, id eſt rerum incorporalium.

C H

CHALDAEI,Aſſyriorum magi ex gentis uocabulo dicunt, qui diuturna obſeruatione ſiderū ſcientiam putantur effeciſſe, ut prædici poſſet quid cui euēturū, & ex quo quiſq́ fato natus eſſet: quorū profeſſio ab imperatorib.damnatur, quū aiūt: Chaldęi ac magi, & cæteri q̄s maleficos ob facinorū magnitudinē uulgus appellat. Sileat omnibus perpetuò diuinandi

curioſitas, quam ultore gladio uindicandam conſtituerunt: ut liquet ex l. nemo C. de Maleſic. & Mathemat. Sp.

CHALDAEI. Impia ariolandi & prædicēdi euētus futuros profeſsio, quia à Chaldæis originem accepit: nomine etiā hoc ſuos profeſſores inſigniuit, ut Chaldæi uocentur. Quales etiam apud nos exterum quoddam uulgus à præſagijs **Zigyner** appellant.

CHARACTER, figura uel ſignum, uel forma, literarum præcipuè. Vlpian. de Teſtam. l. ſi teſtium. Dum tamen, inquit, habuerit characteres. Nebriſs.

CHARISTIA, pro annona graui, ſeu difficili, malè ſumit. Eſt enim in hac ſignificatione Italici uerius quàm Latini ſermonis. χαρισία quidē Grecis ſonat gratiam, ſeu decentiam, nobis **Anmůt**. Sic gratioſus dicit, **ein Anmůtiger menſch**. Nec gratioſus princeps, ut Barbaris in ore eſt, beneficū, hoc eſt, **ein Gnádigen fürſtē** ſignificat. Fateor hoc Grammaticū eſſe relinquendū: ſed huc impegerunt, ut in ſexcentis eiuſmodi magni utriuſq; Iuris Interpretes, quos huius ergò nullis cōtumelijs inſectādos, Alciat. alicubi rectiſsimè cenſuit. Siquidem, ut & attigimus in Epiſtola nuncupatoria, huic noſtræ lucubrationi præfixa, uitia illa temporū fuerunt, non hominū. Aequiſsimū eſſet, humanioris literaturæ profeſſores, ſic cæcutientes Interpretes, in uerborum Latinorum ſenſu tolerare, nec tam durè cum eis agere, quod quidam Grāmatici fecerūt (teſtatur Alciatus) qui tamen interim ſibi licere permittūt, de ſignificatione uerborum Iuris ciuilis errare. Sp.

CHARISTICON, pro remuneratione apud Calliſtratū. in l. diuus Adrian. de Bon. dam. Sed debent ad ea ſeruari, quæ iure præſidum ſolent erogari: utputa Chariſticon quibuſdā officialibus, & cætera.

CHARTA, eſt pagina ſcriptiōi apta, ex quacūq; materia illa ſit, ſiue ex plūbo, ſiue ex cortice, ſiue ex linteis, ſiue ex papyro, ſiue ex corio, quæ dicitur Mēbrana. Vlp. de Leg. iij. l. librorū. Librorū, inquit, appellatione omnia uolumina cōtinent, ſiue in charta, ſiue in mēbrana ſint, ſiue in quauis materia. Neq; enim mēbrana excludit à chartæ appellatione, cum charta membrana appellatur. Idē quoq; ibi: Si quis, inquit, chartas legauerit puras, mēbranę non continebuntur. q. d. niſi addatur charta membrana. Idem de Bon. poſ. ſec. tab. l. chartæ appellatione. Etiam ad nouam chartam refertur. Sp.

CHARTACEI codices. Vlp. Quòd ſi in codicib. ſint membraneis, uel chartaceis, uel etiam eboreis, uel alterius materiæ. l. librorum, in prin. de Leg. iij.

CHARTOPHYLACIVM, Greci uocāt ſcrinium, in quo libri & ſcripturę reponūtur. Bibliotheca, quia & locum, & armarium, & ipſos libros ſignificat, Nerua tradit, ut Vlpianus refert, intereſſe, ſi quis bibliothecam legauerit. Sp.

CHARTOPRATI, chartarum & papyri uenditores ſunt. χάρτον enim chartam ſonat, & πιπράσκω, uendo. Nunc Papyropolæ uocantur.

CHARTVLARII ſunt Iuſtinian. qui tabulis nomina recepta & impenſa deſcribebant. Ex Pyrrho. Sp.

CHASMA, eſt hiatus & uorago terræ, ex calida ſiccaq; materia, igneos uapores ad ſuperna euomens: ut ſcribit Ariſtot. in Meteoris. Vlpian. Item ſi fundus chaſmate perierit. l. cum res. §. fi. de Leg. j. Sic Haloander noſter legit, et Alciatus interpretatur eſſe in Cōment. ad l. quòd te mihi. ff. Si cert. pet. Nebriſs. Caumate legit. Eſt. etiā chaſma ſubita aeris diruptio, & quidam receſſus cœli ipſius, teſte Plinio, quum libro ij. ait: Fit et cœli hiatus, quod uocāt chaſma. Hinc chaſmaticus dictus terrę motus, dum mouente ſe terra, huiuſmodi hiatus exiſtunt. Sp.

Χερύσφα, propriè terræ ruina, ſiue fiſſura, quā aqua pluuia, torrrens, aut terræmotus efficit. Sp.

CHILIARCHI, milleuiris præfecti, hoc eſt, decem Centurionibns. Bud. in l. poſteriore de Orig. iur.

Χειρέμβολον. Vlpian. in l. j. Naut. caup. ſtab. Quanquam ipſe uel nauicularius. uel magiſter id faciat, quod Grçci χειρέμβολον appellant. Significat hęc uox manus immiſſionem, ut Alciatus in Parergis refert, qui arbitratur χειρέμβολον à Iurecons. hic dici ſignum, quod magiſter in prora ſedēs dat, quum nautis imperat, ut aliquid faciant, ſeu aliquem recipiant, uel non recipiant. Verùm cum hæc uox à ſe nuſquam alibi lecta ſit, admonet amplius quærendum. Sp.

CHIROGRAPHARIVS à Iuriſc. ponit pro eo

pro eo qui ſuo chirographo ſcripſit ſe debitorem in codice. Sp.

CHIROGRAPHVM, eſt ſcriptura ex manu propria: quam Autographum etiam appellant. Differt autem à ſyngrapha, quòd in chirographo tantum quæ geſta ſunt ſcribi ſolent: in ſyngrapha, etiã contra fidẽ ueritatis pactio ſcribitur. Paul. de Priuil. cred. l. bonis. à chirographo, chirographarium formauit: quod ſignificat eũ qui à debitore autographum debiti habet. Chirographarijs, ait, creditoribus. Nebriſs. Propriè tamen Chirographum, promiſsio eſt obligatoria, manu debitoris ſubſcripta. At Libellus, manu creditoris concipitur: nec in eo uerba directè ullam. obligationem reſpiciunt. l. chirographis. de Admin. tut. Alciat. in l. procurator. C. de Edend. Vide, Opiſthographũ. Spieg.

CHIROGRAPHI appellatione uti nos pro ipſis actionibus, palàm eſt: cũ uenditis chirographis intelligamus nomen ueniſſe. l. Iulianum. de Lega. iij. l. qui chirographum. Sp.

CHIRONOMI, geſticulatores ſunt: & chironomia, ſaltatio geſticulatrix. Bud. in l. ij. de His qui not. infam.

CHIRONOMIA Lex. Quære, Lex Chironomia.

CHIRVRGVS, medicus uulnerarius, à manuum operatione ita uocatus: quem non raro medicum, abſolutè, Iuriſcoss. appellãt. Chirurgia ipſa ars, quę à Grecis chirurgice dicta eſt, clericis interdicta. c. ſententiam. ext. Ne cler. uel mon. Sp.

CHLAMYS, inter puerilia ueſtimenta recenſetur, ab Vlpiano in uulgatiſsima l. ueſtis. de. Aur. & arg. leg. Suidas autor eſt, Numam primum Romanorum regum chlamyde uſum eſſe, cum legationem Iſaurorum accepiſſet, rationemq́ eorum habitus percepiſſet. Vide Bayfium in l. ueſtis. de Aur. & arg. leg. Sp.

χλαῖνα. Cicero Tegmẽ dixit. Eſt ſumma ueſtis, quę pro tempore ſumitur ad uentos, pluuiam, frigusq́ depellendum.

CHOENIX, quæ & maior libra apud Athenienſes uocabatur, fuit menſura tritici quantum quiſq́ uno die comederet: pendebat eorum drachmas cl. hoc eſt, vij. & xx. uncias Græcas, noſtra autem menſura ſeſquilibram. Eius chœnicis dimidiũ, drachmarũ lxxv. libra, ſeu libella dicebatur. cuius fit mentio in l. iudices. C. de Epiſc. aud. qua iubent Impp. Honor. & Theodoſius duas libellas, id eſt, chœnicem uictualis ſubſtantiæ, cuſtoditis præſtari: quod etiam olim fieri ſolitũ, oſtẽdit Pythagorę ſymbolum, Chœnici ne inſidias. Cuius explicationem pete ex Chiliad. Eraſmi, & cap. xvij. li. j. Parerg. Alciat. Hac uoce Paulus utitur in l. ſeruis urbanis. de Legat. iij. quum ait, quod maxime ex libellis familiæ item cibarijs deprehendi poterit. Accurſius pro albis panibus inſcitè expoſuit. Sp.

CHOMATA quid ſint, interpretatur Vlpian. de Extraor. crimin. l. ſaccularij: Chomata, inquit, ſunt aggeres, qui ſolent aquam Niliaticam continere. χῶμα græcè agger, cumulus terræ, uallum item. Nebriſs. Quęre, Commata.

CHORTALE, à chorte, quod in chorte nutritum eſt.

CHORVS, pro cõgregatione. Id & Alc. adnotauit. Celius: Si chorus, inquit, aut familia legat̃, perinde eſt, quaſi ſinguli homines legati ſint, ead. l. de Legat. iij. Si ridere libet, Accurſium ſuper hac uoce uideas, quæ ei eſt muſicũ inſtrumentũ. Sp.

Χρημάτων appellatione Gręci accipiunt tam mobilia, ſeq́ mouentia, quàm immobilia: huiusq́ ſignificatio tam latè patet, quàm pecuniæ, apud Iuriſcoss. Sp.

Χρῆσις. de Legato eius, uſum'ne, an fructum ſignificet, dubitauit Iuriſcons. in l. ſi habitatio. de Vſu & habitat. & ex ui dictionis, magis credit uſum eſſe. quoniã, ut Suidas inquit, nihil ſit χρῆσις, quàm utilis ſibi rei χρεῖα, id eſt, pro neceſſitate, in digẽtia'ue perceptio: fructum uerò potius uidentur Græci dixiſſe ἀπόλαυσιν. Ex Alciati Parerg. qui Luciani epigramma uenuſtum adducit, & interpretatur cap. xiiij. lib. ij. Sp.

Χρῆσις, id eſt uſus. Vlpian. Sed ſi χρῆσις, ait, ſit relicta, an uſus ſit, uidendum. l. ſi habitatio. §. j. ff. de Vſu & habitat. Sp.

CHRISTI nomen, inquit Auguſtinus, à chriſmate dictum eſt. χρίσμα autem Grecè, Latinè unctio nũcupat̃. Ideò aũt nos unxit, quia luctatores contra diabolũ fecit. Tractat. xxxiij. in Io. Quũ hoc ipſum CHRISTVS humanę naturæ uocabulũ eſt, neq́ enim iuxta diuinã naturã fuit auctus gratia: ne ſecundũ corpus quidẽ unquã fuit unctus, ſed ſecundũ animam.

CHRONICA, corum. dicuntur ea quæ de temporibus ſcribũtur. Porrò Chronicis libris & ſua fides adhibenda eſt. qua de re extat commendata Felini commentatio in cap. ij. de Reſcrip.

CHRYSOMA, uas in quo aurũ infundebatur: unde & nomẽ ſumpſit. ἀπὸ τοῦ χρυσίου, id eſt, ab auro. Aliàs Balluca uocatur. Plaut. in Bacchid. Opus eſt Chryſo chryſale. Alciatus in l. balluca. C. de Metallarijs, lib. xj.

CHRYSULCA, aqua illa eſt, qua miſta metalla diducuntur. Vulgò, Aquafort, oder Scheydwaſſer. Eius uim ignoraſſe ueteres, colligit Alciatus ex Vlpiani uerbis, in l. idẽ Pompon ſcribit. uerſ. ſed ſi diduci. de Rei uen. Sp.

C I

CIBARIUM, ſubſtantiuè, pro alimento accipiendum eſt, ut apud Africanum, in l. mortuo. de Statulib.

CIBARIUS panis, qualis eſt paſtorum & ruſticorum. Cibaria namq; minus delicata eſſe arbitrantur quidã: quam uis cibus etiam delicatis, autore Donato, præbeatur. Cibarium aũt panem antiqui intellexerunt nigriorem, à quo furfur excretum non eſſet: ſicut ſimilagineũ albicantiſſimum, qui ex ſolo flore conſtat. Cibi uerò appellatione, potum quoq; contineri, dubium non eſt. Adi Archid. c. in quibuſdã de Conſec. diſt. ij. Sp.

CIBILA, eſt menſa eſcaria, à cibo dicta. cylibantum uerò, menſa uinaria à poculo cylice, calice dicta, M. Varr. autore. Sp.

CIBORIA, in poculorum nomenclatura refertur. Quæ & Scythia nũcupari poſſe, nonnulli putarunt, quòd anguſtiora in imo ſint. Spieg.

CIBUM à uictu ſic ſeparat Donatus, ut cibus ſit, qui etiã delicatis præbet̃. Victus uerò in paruis aridiſq; alimonijs ſit conſtitutus. Conſtat Gen. j. quod nullũ cibi genus permiſſum eſt præter fruges terrę, & arborũ fœtus. Atq; hic paſtus erat homini cum cæteris animãtibus cõmunis. Nec interim de uino ulla mentio. Sp.

CICATRIX, hoc eſt, ſignum quod ex uulnere remanet, ad agnoſcendum hominem, fidem facit. Vide Bart. in l. ſiquis in metallum. C. de Pœnis. & de Fabricẽ. lib. xj. Spieg.

CICONIARIA lex. Vide, Antipelargia.

CIDARIS, Perſis, & Armenijs Regibus inſigne erat, cęrulea ſcilicet faſcia, albo diſtincta: uel tiara, amictuſq; purpureus, quadrangulari figura. Interdum Candys. Alex. de Alex. Gen. dier. libro primo, cap. xxviij.

CIDONIUM malum, idem eſt quod Cotoneum. Hinc uinum cidonium, ex eius mali ſucco confectum. Vlpian. de Vin. & trit. leg. l. ſi quis. Cidonia, inquit, ſi qua alia ſunt uina, quæ non ex uinea fiunt. Nebriſs.

CILICIUM, textum ex lana caprina, ad uſum maximè tentoriorũ, ſiue caſtrorũ. Vnde cilicina ſaga fiebant ad arcendas pluuias. Vlpianus de Fund. inſtr. l. inſtrumenta. Vela, inquit, cilicina, inſtrumenta eſſe Caſs. ait, quæ ideo parantur, ne ædificia uento, uel pluuia laborent. Subaudi, prætenta. Nebriſs.

CINCTATI, pro uiris militarib. & quaſi ad militiam accinctis dicuntur. Contrà diſcincti ad pugnam imbecilles atq; imparati accipiuntur. Sp.

CINGERE arborem, eſt illam delibrare, ſeu decorticare. Paul. arbor. furt. cæſ. leg. cędere. Cingere, ait, arborem, eſt illam deglabare. Item infrà, l. furtim. & Alphe. Locati. l. in lege locationis. Ne'ue quem cingere, cædere, urere ſinito. Idem.

CINGULI præſcripto. Imp. Zeno. in l. ult. C. de Apparito. magiſtr. milit. Et ſine cinguli, ait, præſcriptione reſpondere negocio, ſancimus. Sp.

CINGULUM, & adminiſtrationem, ut in Nouell. ut liceat matri & auię. §. quia uerò quidam. & C. ut dignit. ord. ſer. l. ij. li. xij. l. omnes. de Metatis et Epidemeticis. & titulum dignitatis interpretantur, ut in Nouell. ut omn. ob id. Iudic. Prouinc. §. arripiat. & C. de Præpoſit. ſacr. cubic. l. ult. eodem libro. Sp.

CINGULUM deponere, pro militiæ exercitium relinquere. l. ij. C. ubi de Ratiocinijs agi oportet. Sp.

CINAEDI dicti ſunt apud ueteres, ſaltatores uel pantomimi. Capiũtur etiã in malã partẽ pro pueris meritorijs, quorũ aſſectatorib. hodie ultimũ ſuppliciũ debet̃.

CIRCA pertinet ad tempus, Circum ad locũ, Circiter ad numerum. Vide in l. Celſus. ff. de Vſur. Sp.

CIRCA, pro iuxta & propè, & ad locum & ad tempus refertur. exempla Alberic. indicat. Spieg.

CIRCA

CIRCA principem occupari, apud Vlpiã. in l. uerum. §. ex facto. ff. de Minorib. Sp.

CIRCA ſolũ fieri, ab eo quod in ſolo fit, aliud eſſe notatꝰ in l. j. §. hoc aũt edictũ non ad omnia. ff. de Oper. nou. nunc. Sp.

CIRCENSES ludi, qui in Circo magno Romæ fiebant: quaſi circum enſes. Hermog. de Muner. l. j. Equorũ, inquit, Circenſium ſpectacula. Et Paulus eod. l. ciuitatib. Ludos, ait, ſcenicos, uel ludos Circẽſes. Vlpianus de His qui not. infam. l. athletas. oſtendit tanquam maximũ beneficium, Circẽſium magiſtratum à Principe dari ſolitum.

CIRCITER ad tempus ſolum pertinere, Priſ. exiſtimauit. Contrà Valla (quod uerius eſt, nec latuit etiam interpretes noſtros) ad numerum frequentius refertur. Adi Card. de Offic. ord. lib. vj. & Specul. de Diſput. & alleg. §. iiij. Sp.

CIRCITORES dicuntur, qui uigilias nocte circumeunt. Vlpianus de Inſtit. act. l. quicunque. Circitores uocat, qui circum ferunt merces per uicos & urbes uendendi cauſa. Nebriſ.

CIRCITORES à Triumuiris, aut à præfecto uigilum conſtituti, urbem noctu circumibant, ad extinguenda incendia, & arcendos fures. Hos Veget. circuitores appellat. Sed & uariè apud Vlpian. in l. quicunque. de Inſtit. act. & Modeſtinum in l. ſi duos. de Excuſat. tut. capiuntur. Horum meminit & Pyrrhus. de Milit. off. Spieg.

CIRCVLATORES, circũforanei ſunt, qui publicè offucias quaſdam & præſtigia faciunt, ut uideantur deuorare gladios, araneos, & ſerpentes. Paulus de Extraord. crimin. l. Circulatores qui ſerpentes circumferunt, & proponunt, ſi cui ob eorũ metum damnum datũ eſt. Nebriſ.

CIRCVMCIDERE, eſt circum, uel per circuitum incidere & amputare. Ad legẽ Corn. de Sic. circumcidere Iudæis filios ſuos tantum, Reſcripto diui Pij permittitur, ut non in eiuſdem religionis hominem, qui hoc fecerit, caſtrantis pœna irrogetur. Spieg.

CIRCVMCIRCA, non id quod Accurſius exiſtimauit, ſed omni ex parte, ſignificat. Spieg.

CIRCVMDVCERE, per translationem pro delere & abrogare, Budæus exempla Iuriſcoss. producit. Eſt autem decipere, doliſqꝫ petere. ut in l. cum prælatis. ff. de Iud.

CIRCVMDVCERE edictũ, apud Vlp. in l. & poſt edictum. de Iudic.

CIRCVMSCRIBERE, eſt cauſam fraudibus, cauillationibusqꝫ in iudicio exornare, ut obtineas & uincas. Iulian. de Except. l. exceptiones. Aut pro minore, ait, uigintiquinque annis circumſcripto. Nebriſ.

CIRCVMSCRIPTOR, qui aliquem fraude priuat bonis. Vnde apud Cicer. Circumſcriptor teſtamentorum. Sp.

CIRCVMSCRIPTVS non uidetur, qui uſus eſt iure communi. l. non uidetur circumſcriptus. C. de In integ. reſt. Sp.

CIRCVMSCRIPTVS dolo dicitur, ſui facultate lapſus. l. j. ff. de Minor.

CIRCVMSTANTIAE dictę, quę in una quaqꝫ controuerſia quæri ſolent, & qua ſi quæſtionem circũſtant. Iuriſcons. in l. aut facta. de Pœnis. circũſtantias enumerat ſeptem, cauſam, perſonam, locum, tempus, quantitatem, qualitatem, & euentum. Aliquis comprehendit hoc uerſiculo, Quis, quid, ubi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando. Vide Apellum cap. ult. in Meth. Græcè περίστασις circumſtantia appellatur. Quo autẽ diſtet à Prædicamento, declarabo in dictione, Prędicamentum. Sp.

CISIARIVS, à ciſio, quod uehiculi genus eſt, cuiuſmodi nũc Hungari utunꞇ trijugi, dictus, hoc eſt, ipſius ciſij auriga et moderator. Vlpianus Locat. Si ciſiarius dũ cæteros tranſire contendit, ciſium euertit. Sic à Beroal. citaꞇ hic locus in Com. Philip. Cicer. & Haloander conſentit. Itaque Gloſſæ nomine, id eſt, Carrucarius, in contextum irrepſit. Sp.

CISTA, pro capſa, in l. j. §. ſi ciſta. ff. Depoſiti. Gloſ. inquit, interpretatur ſcrinium, ſecundum Teutonicos. Sp.

CISTERNA, pluuialis aquę cõceptaculũ eſt. Vlp. de Fon. deducen. l. j. ciſterna, inquit, non habet perpetuam cauſam, nec uiuam aquam. Sed ſi uinum condatur in conceptaculo ciſternæ, ſimiliter ciſterna quoqꝫ per translationẽ appellari poteſt. Vlpian. de Furt. l. uulgaris. Et quidem, inquit, ſi ciſterna uini ſit. Nebriſ.

CISTERNA, Feſtus ait, dicta eſt, quòd eſt cis, id eſt, infra terrã. Vlp. de Riuis l. j. Ciſternę aũt imbribus concipiuntur. Sp.

CISTOPHORI. Sũt qui in l. Publia. §. Titius. ff. Depoſiti. ciſtophoros putẽt reponẽdos, ubi mẽdoſe legant modò Coſtrophinati. Ciſtophorũ fuiſſe legimus quatuor miliũ et quingentorũ denariũ: ſicuti et Rhodiũ talentũ dici opinant ciſtophorũ ab inſigni ferẽtis ciſtã: ſicut coronati modò uocant nummi, à coronæ imagine. Ex cap. ij. lib. x. Lect. antiq. Rhodigini. Sp.

CITARE reum ſæpe & ipſe Cicero dicit, pro eo quod eſt, uocare in iudicium, uel in ipſo foro appellare reum ad cauſæ actionem. Spieg.

CITATIO, in ius uocatio, uel inuitatio. Eſt autẽ Iuris naturalis, & neceſſaria ad proceſſum iudicij, niſi præſens forte fortuna in iudicio aduerſarius, ad cõmonitionẽ iudicis uolens ſuſcipiat iudicium, & reſpondeat. Si uerò allegat, ſe non eſſe citatum, tunc non poteſt cogi, ut reſpondeat inuitus, ſed eſt uocandus ſolenniter in aliud tempus. Ita docet Bartol. in l. j. ff. de in Ius uoc. probatus ab alijs, Oldend. teſte. Spieg.

CITATIO realis doctoribus eſt (adeò degenerarunt à Romana loquendi puritate) quã uulgo Capturã dicimus. Iuriſcõſ. autem appellãt, In ius duci uel trahi. Sp.

CITATIO uerbalis. Doctores cum Accurſio diſtinguunt inter uocationem quæ uerbo fit, ut ipſi dicunt, et eam quæ re & uerbo expeditur: ſed hoc domi ſuæ natum eſſe dicit Oldend. quòd citatio quæ uerbis fit, utiq; non ſit imaginaria, ſed realiter & cum effectu contingat. Vide Vlpian. in l. iij. cum ſeq. ff. de Iudicijs. quib. edictorũ ordinẽ eleganter declarat. Sp.

CITIOR aqua pro rapidiore, apud Iuriſcons. in l. j. §. j. de Aqua pluu. arc. Obſeruauit & Alberic. Sp.

CITRA, præpoſitiua particula, opponitur ultra, in l. ſi filia. ff. Fam. erciſ. uim priuationis habet, & etiam interdum negationis. Pro fine, et aliter etiam accipi, ſicut apud idoneos autores, indicat Albericus locis citatis. Nobis ſat erit, Vlpianum adducere, qui. in l. ij. de His qui not. infam. Nõ tamẽ ait, ſi citra indignationẽ Principis ſucceſſor ei datus ſit. Interpretes autẽ annotant, eam plerunq; excluſiuam eſſe. Vnde ſi quid quod reſcripto iubetur fieri citra Cal. Martias, in ipſis calendis eſt factum, nõ ualere cõſtat. Annotatũ eſt et pro ante uſurpari, in c. dilecto. ext. de Teſtib. Quemadmodũ Suetonius in Auguſto, tit. de Spectaculis dixit. Citra ſpectaculum dies, hoc eſt, ante dies dicatos, ex more ſpectaculis. Vide Beroal. ibid. Sp.

CITREAE menſæ, ex citri materia elaboratæ, olim celebrabantur. Paulus lib. xix. ff. de Act. empt. & uend. l. ſi ſterilis. Veluti menſas quaſi citreas emat, quæ non ſint. Nebriſs.

CIVES, omnes liberi dicuntur, qui in Imperio Rom. communione ciuilium rerũ, bello & pace ſunt participes. Zaſ. in l. ij. ff. de Orig. iur.

CIVES boni dicuntur, qui reipublicæ ſtudioſi ſunt, etiamſi improbi ſint homines. nã bonus ciuis, & bonus homo, eodem modo nõ dicuntur. ut docet Ariſtot. lib. Politic. tertio. Qui uerò boni uiri dicantur, quorum frequens fit à Iuriſcoſs. mentio, ex Cicerone petendum eſt. Sp.

CIVIS meus, ciuis tuus dicitur, pro cõciui, quem barbari uocant compatriotam.

CIVIS Romanus cur diuus Paulus apoſtolus appellatus ſit, not. x. diſt. c. fundamenta. §. ult. de Elect. lib. vj. Sp.

CIVES Romani erant, quibus ius ciuitatis conceſſum fuerat. Vide Alciat. cap. xxj. lib. ij. Diſpun. de horum priuilegijs cap. xiiij. libro j. Parerg. Sunt autem Romani ciues omnes effecti, qui in orbe Romano ſunt, conſtitutione diui Adriani. l. qui in orbe. de Statu homin. Colligũtq; propterea Iuriſperiti, ius patriæ poteſtatis, quod ciuium tantum Romanorum erat, ad omnes Chriſtianos pertinere. Vide, Libertorum. Sp.

CIVILE bellum. l. unica. C. de Cad. toll. Albericus.

CIVILE eſſe, pro pertinere ad officium ciuis, uel ciuilis moris eſſe apud Imp. Alexandrum. C. de Furtis. l. ciuile eſt, quod à te aduerſarius tuus exigit, ut rei quam apud te fuiſſe fateris, exhibeas uenditorem: nam à tranſeunte & ignoto te emiſſe, dicere non conuenit, uolenti euitare alienam bono uiro ſuſpicionem. Sp.

CIVILE negocium, hoc eſt, iure ciuili receptum. l. unica, in princip. de Extra cognit. Albericus.

CIVILIS dies, incipit à media nocte, in ſequentemq; mediam noctem finit. l. more. de Fer. Sp.

CIVILIS interruptio. Lege, Interruptio.

CIVILIS poſſeſsio eſt, quę ſola animi deſtinatone

ſtinatione & ſolennitate quadã conſtat, etiamſi corpus non interueniat.

CIVILIS ratio naturalia iura corrumpere nõ poteſt, ut ait Caius.l.eas.ff.de Capit. minut.Spieg.

CIVILITAS, quaſi ciuilis mos, qui & urbanitas dicitur. Sic annotante interprete ciuile, pro urbano & elegante, in l.ciuile.C.de Furt.Spieg.

CIVILITER agere, quo diſtet à criminaliter agere, poſt Ciceronem libr.j.Offic. uide Iuſtin.in l.unica. Quando ciuil.act. crim.præiu.& l.fin.de Falſ.Sp.

CIVILITER annum non ad momenta temporũ, ſed ad dies numeramus. Nam naturaliter ultimus dies integer anno accedere deberet, & præterea quadrans, hoc eſt, ſex horæ. Ex Alc.Sp.

CIVITAS, eſt ciuilis ſocietas, non ſolum ſimul uiuendi, ſed & bene uiuendi. ait Salom.in l. Gallus. Cęſar lib.vj.belli Gallici ciuitatem uſurpat, pro ſocietate hominum, qui uno agro ac tractu habitant, ijſdem legibus & inſtitutis utuntur.

CIVITAS quandoq; nõ pro loco, ſed pro ciuibus accipitur. ut cũ quis ciuitati, uel ciuib. aliquid mandat.l.ſi quando. C. de Bon.uac.lib.x. Alciatus de Verb. ſig.in l.ij. Dicitur etiã Ciuitas ius ciuiũ. Vnde Ciuitate donare, eſt, **Das Burgrecht entpfahen.**

CIVITAS ſine legibus, eſt corpus ſine anima, ut ait Cicero. Quocirca multum eleganter Ariſtoteles in Ethicis: Ideo, inquit, non cõcedimus ut homo imperet, ſed ratio. Nam homo hoc ſibi tribuit, & fit tyrannus. Ex Pomponio, l.ij.ff.de Orig.Iur. animaduertere licet, Pop.Rom. uiginti uix annis potuiſſe ſine certo iure uiuere, quin leges à Græcis peterentur. Cætera Oldend.in citatam legẽ ſcribẽs.

CIVITATIS fex. Socrates lege ſanciuit, ut nec parua ſit ciuitas, nec magna, ſed una & ſufficiens. Quamobrem Cicero eleganter, aduenticiam illam ocioſorum hominum multitudinẽ, appellat fecem ciuitatis, ut quæ nulli proſit, multos autem oneret. monuit id ante me Dn. Old.

CIVITATEM uulgus appellat, muros, ac domos è lapidibus ligniſq; conſtructas: ſic Eccleſiã uocat, ſtructuram ſimili materia congeſtã: quum reuera ciuitas conſtet hominũ moribus, & Eccleſia ſit animorum in uera religione cõſenſus, ut infrà patebit. Nonio inter ciuitatẽ & urbem hoc intereſt: ciuitas dicũtur incolę: urbs autem complectitur ipſa ædificia. Adde quæ doctè annotauit Oldend.in l.ij.ff.de Orig.iur.Sp.

CIVITATES fœderatę. Vide, Fœderati.

C L

CLADES, pro calamitate, in l.j.C.de Iur. emphyteut.Sp.

CLAM, Priſcianus lib.xiiij. Clam, inquit, magis aduerbiũ eſt, cum nec localem habeat ſignificationẽ, quã plerunq; præpoſitiones poſsidẽt, & qualitatẽ demõſtret quę in aduerbijs inueniri ſolet: & diminuatur, quod nulla præpoſitio habet, ut clanculũ: & poſsit etiã abſq; caſu ꝓferri: ut bona apertè facit, mala autẽ clam, &c.

CLAM facere, eſt ſi quis celet aduerſariũ, neq; ei denũciet, ſi modò timuit eius cõtrouerſiã, aut timere debuit. ut pulchrè Iuriſconſ. declarat in l.iij.§.fin. Quod ui aut clam. Vide quæ ibidem, & in duabus ll.ſequentib.ſequuntur.Sp.

CLAM ferre ſententiã, eſt notam in urnam mittere: Palàm uerò, eſt ore pronunciare. Lege Ciceronem de Legibus tertio. Ternas autẽ notas ſingulis iudicibus dabatis, qui cauſæ præerat: ſcilicet, A. C. N L. de quibus ſupra monuimus.Sp.

CLAMORE quomodo pręſtetur auxiliũ, Iuriſconſ.oſtendit.l.j.§. excuſatur. Ad S. C.Sil.

CLANDESTINA matrimonia inhibenda. Quære, Matrimonium non eſt.

CLANDESTINVM factum, uitio perſonali, non reali adſcribitur: nec uſucapio impeditur illo, quod Albericus, ut obſeruatu dignum, adnotauit in l. quia.ff. de Vſucap.Sp.

CLARIVS face meridiana. C. de Probat. l.ſciant cuncti. ut apud Ciceronem, Clariora luce conſilia, Inuect.in Catil.iij. & Clariora ſole, lib.j.de Fin.Sp.

CLARISSIMATVS, dignitatis uocabulũ: de quo Alciatus c.iiij.lib.Diſpunction.iij.Spieg.

CLARISSIMAE mulieres appellantur, clariſsimis nuptæ.l.fœminis.ff.de Senator. Vide C. de Tut. & cur. clariſs.perſon.Spieg.

CLARVM. Lege, Notorium.

CLASSIARII. Lege, ἐπιβάται.

CLASSICI teſtes dicebantur, qui ſignandis teſtamẽtis adhibebantur, hoc eſt, primæ claſsis

mæ claſsis homines, quaſi primæ autoritatis, & idonei ueritatis ſponſores. Bud. in l. ult. de Pign. act.

CLASSIS, quam Græci τὸ ναυτικὸν uocãt, quidã, ſed barbarè, Armatam, ius poſtliminij habet: de quo tractat Marcell. in l. ij. de Capt. & poſtl. reuerſ. Vlpian. in l. omnia. de Bonor. poſſeſ. ex teſtam. milit. Item nauarchos, inquit, & trierarchos claſsium, iure militari poſſe teſtari, nulla dubitatio eſt. Spieg.

CLAVDIA aqua. Appiũ Claudium (cuius fit mentio in l. ij. ff. de Orig. iur.) omnium primum ex agro Lucullano arcuato opere deduxiſſe aquã, à Frontino traditur: qui nouem ſolum aquas ſuo tempore in urbem fluxiſſe ſic commemorat. Nunc autem in urbem influunt Appia, Anio uetus, Martia, Tepula, Iulia, Virgo, Alſietina, quæ eadem uocatur Augusta, Claudia, Anio nouus. quę autem fuerint iſtæ aquæ, & unde, quotq; paſſuum millibus, uel ſub terrã, uel arcubus ducerentur, plurib. uerbis ipſemet recẽſet. Sp.

CLAVDIO Hieronymiano clariſsimo uiro ab Vmbrio primo l. quæſitum. ff. de Fund. inſtr.

CLAVDVS, à Iuriſconſultis inter morboſos numeratur. l. itẽ claudus. ff. de Aedil. edic. De claudo, quare ſit ſalacior cæteris, cauſam reddit Ariſtoteles in Problemat. Spieg.

CLAVSOS, Vlpianus pro uinctis accipit. Si modò ita uincti ſint, ut omni modo erumpere non poſsint. l. ſi quis graui. §. ſubuenitur. Ad Sil. Sp.

CLAVSVLA, ad ea quæ præcedunt referenda eſt. l. ſi idem cum eodem. ff. de Iuriſdict. om. iud.

CLAVSVLA, extrema cuiuſq; rei pars dici poteſt. Vide Mar. Nizol. Sp.

CLAVSVLAE prægnantes quæ ſint, uide, Pręgnantes clauſulæ.

CLAVSVLARVM formulas Spec. oſtẽdit tit. de Reſcriptis.

CLAVSTRVM, impropriè eſt cœnobiũ, ſiue monaſteriũ: ut impura ſunt, quantũ ad latinitatem attinet, Canoniſtarũ ferè omnia. Sed Iuriſconſ. id eſt, quo aliquid clauditur, atq; quęlibet clauſura. l. fundi. ff. de Action. empt. l. librorum. in fin. de Legat. iij. Sp.

CLAVARIVS, nomen eſt officij, quo appellatus eſt Suetonij pater, ab eo quòd præfectus fuerit donatiuo imperatorio inter milites diſpertiẽdo. Tacit. Seditio ſę militũ uoces terrebãt clauariũ. donatiui nomẽ eſt. ex Theſauro Stephani. Sp.

CLAVATAE ueſtes, de quibus ſentire uidetũ Iureconſ. in l. cum aurũ. cum l. ſequẽ. de Aur. & arg. leg. ſunt, quę clauos aureos, nos Flores appellamus, habent, ut docet Scholiũ Bapt. Egnatij in Vopiſcum. Bayfius aũt uir doctiſsimus, id quod res eſt apertè monſtrat, Vlpianũ ut diuerſa, clauos aureos, & inſitas picturas accepiſſe, in l. ueſtis. eod. Obſeruandũ itẽ, quòd pictæ ueſtes ab inſitis picturis nomẽ acceperunt: unde triumphales natæ. Sp.

CLAVATOR appellatur ſeruus, qui ad tutelam domini fuſtibus, clauaq; armatus eſt. Spieg.

CLAVVS, morbus eſt itẽ in ſimilitudinẽ tuberculi, coloris albi: fitq; ut plurimũ in plãtis, digitiſq; pedum maximè. Vlp. de Aedilic. edict. qui clauũ. Qui clauũ itaq; habet, morboſus eſt. Nebr. Lege, Latuſclauus. Adde quæ Bayfius doctè poſt omnes ſcripſit in de Re ueſtiaria. Sp.

CLAVVS in ueſte, erat uerruca ex auro, uel ex cocco, aut alijs coloribus ueſti intexta, ad ipſius ueſtis ſplendorem attributa. Hinc & Anticlauij, & Anguſticlauij dicebantur ab antiquioribus, qui poterant huiuſmodi genere ueſtium uti. Vlpianus de Aur. & arg. leg. l. cum aurũ. Claui aurei, & Purpuræ, partes ſunt ueſtimentorum. Nebriſs.

CLAVES armarijs & loculis cedũt. Quęre, Loculi.

CLEMENTIA, quæ liberum arbitrium habet, non ſub formula, ſed ex æquo & bono iudicat. autor Seneca. Sp.

CLERICI. Alciat. lib. v. Parerg. Qui Chriſtianæ, inquit, religionis ſacris initiãtur, ab ipſa uſq; naſcentis eccleſię infantia clerici ſunt appellati, quod Græcis κλῆρος ſors ſit. C. Cleros. xxj. diſtinct. ac ipſi per ſortem deligi ſoleant. Hodie tamen hęc electionis forma Pontificum iure approbata non eſt, c. finali. de Sortil. quòd certo ſcilicet iudicio promoueri debeamus. An potius ita dicti ſunt, quòd quilibet in decurias ſuas diſtribueretur, ut ſibi mandato munere fungeretur? Vnde conſtituti leguntur, qui Hoſtiarij eſſent, qui Pſaltæ, qui Lectores, qui Exorciſtæ, qui Acolythi, qui Subminiſtri, qui

Diaconi

Diaconi eſſent: item qui ſeniores, & qui Epiſcopi. Etenim ἀποκληρῶν, Dionyſio in Hierarchijs in decurias cõtribuere ſignificat. Vnde & ἀποκλήρωσις attributio munerum unicuiq; ſingulatim facta. An uerò quod receptus eſt, quia ad hærediũ patrimoniumq; diuinum ſunt aſciti: κληρονόμος enim heres eſt, quòd olim ſorte di uideretur hæreditas, ſicut & regna. Hæc ille. Spieg.

CLIENS, propriè litigatorem ſignificat, cuius cauſam defendimus. Dictus, quaſi colens: quemadmodum & qui cauſam eius agit, appellatus eſt Patronus, quaſi pater. Item cliens fiduciarius is dici poteſt latinè, qui barbarè uulgò appellatur Vaſallus. Quos Vaſallos (inquit Budæus) uocant, Clientes latinè appellare ſoleo: & clĩetelam, obſeruantiam ipſam, & obſequium, quod Homagium dicunt, clientelaris officij ſponſionem, agnitionemq;. Sp.

CLIENTELA, præter notam ſignificationem, eſt etiam quam Barbari Saluaguardiam dicunt. Vide l. j. C. Vt nemo ad ſuum patron. lib. xi. Sp.

CLIENTVM origo hinc orta. Prouiſurus Romulus, ne iniuria locupletum in humiles, uel uiciſsim egenorum inuidia in potentes, diſcordiã páreret, plebeijs permiſit, quem ſibi ex patricijs patronum eligerent. Hi Clientes dicebantur: eratq; ciuilis illa coniunctio nihil aliud, quàm ſuſceptũ pro pauperib. humilibusq; patrocinium. Zaſ. in l. ij. ff. de Orig. iur.

CLIVOSA, dicuntur loca in ſublime ſurgentia. Cliuus enim montis latus eſt. Vnde Decliuis, ex monte deſcendens: Accliuis, ad montem aſcendens. Vlp. l. Prętor. Ne quid in loco. Vix cum plana fuerit, ſic cliuoſa fiat. Nebr.

CLIVVS. Paulus l. ſeruitutis. de Seruit. urb. præd. uel gradus, ait, uel cliuos propius ianuã meã iure facere poſſum: dum ne quid ultrà, quàm quod neceſſariũ eſt, itineris cauſſa demoliar. Sp.

CLOACA, alueus eſt per mediam urbem, in quem latrinarum ſordes cõfluunt. Latrinæ itaq; priuatæ ſunt, tanquam lateãt. Vlp. de Cloac. l. j. Cloaca eſt, inquit, locus concauus, per quem colluuies quædam fluat. Inde Cloacarius, qui cloacæ curam habet. Vlp. de Vſufruct. l. ſi pendentes. Si quid, inquit, cloacarij nomine debeatur. Idẽ. Cloacæ Romæ erant, profuſis ſumptibus, & magna mole, ingentiq; altitudine depreſſæ ſtructuræ, per quas ſeptem amnes defluebant, ſecum rapientes omnia purgamenta Vrbis: ad quas ſeruus demiſſus, uix ſine noxa per catadromum currere, uel in cloacas deſcendere poterat. Alex. de Alex. Genial. dier. lib. iij. cap. xiiij.

CLOACARIVM, quod reipublicæ ob cloacarũ purgationẽ impenditur. Vlp. de Vſufr. l. ſi pendentes. ſi quid cloacarij nom. debeatur. Sp.

CLYPEVS unde deducatur, Plinius indicat lib. xxxv. cap. iij. Vide Vlpianũ §. fin. l. ſi uerò plures. ff. de his qui deiec.

CLYSTEREM, pro inſtrumento quod per inferiorẽ partem ad recrementa proluenda in uentrem immittitur. Vlpianus uſurpat in l. item ſi obſtetrix. §. ſi quis per uim, uel per ſuaſum, alicubi medicamentum infudit, uel ore, clyſtere. Ad leg. Aquil. Spieg.

C O

COACTA coniugia, tam legibus Cæſareis, quàm Pontificum Conſtitut. improbata ſunt, quæ liberis citra eorum aſſenſum à parentibus uel rata habentur, uel imperantur à magiſtratu.

COACTA uoluntas, ſtricta iuris ratione eſt uolũtas. l. ſi mulier. §. pen. Quod met. cauſ. Spieg.

COARCTARE, aſtringere eſt: contrariũ dilatare. Imp. ſanctè cenſuit, coarctãdos, uel ut alij legunt, coartandos iuueniles calores, in l. cum non ſolum. §. filijs autẽ. C. de Bon. quæ liber. An uerò coarctãdi uerbo, etiã maior ueniat animaduerſio, Hoſtiẽſis ediſſerit. Alberic. id nõ negat. arg. in l. ſi quid. ff. de Offic. Procõſ. Certè uerbi proprietas repugnare uidetur. Sp.

COACTI homines qualiter accipi debeant, exponit Vlpian. in l. ij. Vi bon. raptor. Spieg.

COACTILIA, iureconſultis, ut Bap. Egnat. in Annot. apud Spartianũ monuit, numero multitudinis dici uidentᷣ pelles, ſeu lora, quibus inuoluuntᷣ, alligãturᷣ ue ueſtimẽta, quę omnia inſtrumenti uiatorij ſint. Horũ autẽ Vlp. in l. ueſtis. de Aur. & arg. leg. in hęc uerba meminit: Argumẽto etiã ſunt nationes quædam, ueluti Sarmatarum, quæ pellibus tegantur. Ariſto. etiam coactilia ueſti cedere ait, & te-

& tegumenta ſubſelliorum huic legato cedere: quæ tegumenta Paulus de Supell. Leg. Cathedraria uidetur appellaſſe. Sed & ipſe Paulus eadem parte (puta l. de tapetis) coactiliorum uidetur meminiſſe, cum hæc addat uerba: Sed dicendũ eſt potius inſtrumenti uiatorij ea eſſe, ſicut pelles, quibus inuoluuntur ueſtimenta, loraq; quibus hæ pelles conſtringi ſolent. A' cogendo autem, id eſt, aſtringendo, coarctandoq;, coactilia dixere. Hactenus Baptiſta. Spieg.

COACTORES ſunt, qui modico precio mala nomina comparant. **Die verlornen ſchulden an ſich bringen.** Qua de re aliquanto latius diſſerit Alc. in Parerg. lib. j. cap. xxiiij. ubi ex Acrone docet, Coactores eſſe argentariorum, qui ceu diuites, ſummam rerum poſsident, mercenarios: qui & Collectarij dicuntur. Sp.

COADVNATAE ſummę. Paulus: Cumulum, inquit, debiti & ad plures ſummas referemus: ſi uni fortè multę ſummæ centum aureorũ debeanť, alij uerò una ſumma aureorũ quinquaginta. Nã in hũc caſum ſpectabimus ſummas plures, quia ille excedũt in unã ſummã coadunatę. Sp.

COALERE, apud Venuleium. l. fi. Quod ui, aut clam. non eſt, radices emittere, ut Albericus indicat, ſed cohærere, concreſcere. Impp. in l. per omnes. C. de Defenſ. ciuit. Non ſinant crimina impunita coalere. Spieg.

COALLVERE, eſt per alluuionem aliquid augere. Pomp. de Acq. poſ. l. ergò. Paulatim aliquid coalluendo locũ eminentem ſupra alueum fecit, & eum alluendo auxit. Nebriſs.

COANGVSTARE legẽ Cice. de Legib. iij. Atq; hæc lex, inquit, dilatata, in ordinem cunctum coanguſtari etiam poteſt. Spieg.

COCCINA ueſtimenta dicuntur ea, quæ infecta ſunt cocco, id eſt, frutice illo fullonio, cui adhærent grana, quibus fit color ille lanarum præcipuus: cuius copia ſumma in ea parte Hiſpaniæ, quę Tudertania appellatur. Vide Strabonẽ libr. iij. Sunt, ut Bayfius teſtatur, qui putãt cocco abundare Germaniã, eſſeq; id, quod **Karmeſyn** uulgò dicimus. Vlpiano in l. ſi cui lana. de Leg. iij. non placet coccũ contineri purpuræ appellatione. Paulus in l. quæſitum. eod. Coccum, quod proprio nomine appellatur, quin uerſicoloribus cederet, nemo dubitauit. Quid uerò debeat promittens optimum, explicat Iuriſconſ. in l. ſi quid uenditor. §. j. ff. de Aedil. edic. Sp.

COCCVM, quo infectores utuntur. Lege, Coccina ueſtimenta.

COCTILICIAM tabernã, Lazarus Bayfius uir impenſe doctus, eam intelligit, in qua coquebantur ligna, ne fumum facerent: quorum meminit Vlpian. in l. ligni appellatio. de Leg. tertio. de Verbo. ſig. his uerbis: Sed & titiones, & alia ligna cocta, ne fumum faciant. A' Martiale autem ligna Acapna dicuntur. Sp.

COCVLA, uaſa ænea, coctionibus apta.

COCVS, uiliſsimũ antiquis mãcipium & æſtimatiõe & uſu in precio eſſe, & quod miniſterium fuerat, ars haberi cœpta, luxuriæ peregrinæ origine primùm inuecta in urbem, Cn. Manlio Volſone de Aſiaticis triumphante. Ioan. Andr. ſentit cocum qui cibos delicatiores parat, & officium habere, & artem. citat tex. in c. ne tales de conſecrat. diſt. v. Bald. & Roman. coco imperatoris, tum Pont. Max. dignitatem tribuunt. Vide item Gloſ. ſuper hac uoce in l. legatis ſeruis. §. ſi ex officio. ff. de Legat. iij. Sp.

CODEX, liber eſt in quo res digeruntur, et ordine conſcribuntur, teſte Budæo in l. talis. §. ſocer. ff. de Rit. nupt. Rectè igitur Iuſtinianus ſuperiorum Principũ ſine ordine poſitas conſtitutiones ſua cura repurgatas, tum etiã Nouellas emendatas Codicem appellauit. Nec minus rectè Dn. Haloander uulgi morem non eſt ſecutus in diuidendis libris Codicis, qui unius (inquiens) corporis membra ſunt, neq; temerè ſeparari (ſi id commodè fieri poſsit) debent. Sp.

CODICES mẽbranei, chartacei, eborei, codicilli cærati, apud Vlpianũ in l. librorũ. de Lega. iij. Vide, Chartacei codices. Sp.

CODICILLVS ab antiquo, ut Dn. Old. atteſtať, ſcribẽdi more appellationẽ retinet: ſicut pleraque Romani iuris uerba uetuſtatẽ referũt uoce ipſa, quũ res tamẽ lõgè aliã habeat formã. Codex rurſus à caudice arboris **vom ſtã des baums.** Siquidẽ caudex ſignificabat cõtextum tabularũ, q̃ aptabanť cera ad ſcribẽdũ. Inde codex et codicillus uerba ſunt, quę retinemus, tametſi loco tabularũ commodior nunc

 uſus

uſus ſucceſſerit. Accipitur autem Codicillus aliàs pro diplomate ſeu literis principalibus, ut in adminiſtrantes in prin. ff. de Excuſat. tut. Aliàs pro paruis literis, à priuato ad amicum ſcriptis. Sulpitius ad Ciceron. Puer Acidini mihi obuiam uenit cũ codicillis. A' Iuriſcoss. uerò intelligitur pro ſententia uoluntatis ultimæ, quam ſine iuſta teſtamenti ſolennitate permiſſum eſt ob impedimenti neceſsitatem ſcribere. Qua uerò ratione Codicilli (ſic enim numero plurali frequẽtius uocãtur) cœperint, declarat Iuſtinianus Inſtit. de Codicill. in prin. Idem monuit, & quidem nõ uulgariter, nos hodie magis uti codicillis, quam teſtamentis. imò confundere uſum planè codicillorum & teſtamenti abſque ulla neceſsitate prætextu clauſulæ, Si nõ ualet iure teſtamẽti, ualeat iure codicillorum. Quod utiq; contra mentem iuris fit, peſsimo errore: neceſsitati enim deſeruire debet illa clauſula, non temeritati. nec ſunt confundendæ huiuſmodi formulę, ut eſt apertus textus in §. codicillis autẽ. Inſti. eod. ti. Sp.

COEMITERIVM, latinè dicitur Dormitorium, locus ubi mortuorum corpora cõduntur. Sic dictũ, quòd hęc mors corporis temporaria ſit, ſimusq; omnes reſurrecturi. Non inſcitè à quibuſdam dictum eſt Sepulchretũ, quo & Catullus utitur. Promptum è Theſauro linguę Latinę Stephani Roberti. Sp.

COENA recta, hoc eſt legitimum conuiuium. Sportulæ loco erat apud antiquos liberaliores: ſordidi tantum ſportulam præbebant, teſte Budæo. Sp.

COENACVLARIAM exercere, uſurpat Vlpianus pro eo quod eſt, cœnacula locare. Lege, Cœnaculum. Sp.

COENACVLARIVM, eſt Vlpiano in l. ſolutum. de Pig. act. penſio, quam inquilini pro conducto cœnaculo ſoluunt.

COENACVLVM, nedum locus eſt, in quo cœnatur: ſed & ſuperior domus cõtignatio. Paul. l. ſi duo. Vti poſsid. Sed ſi ſupra ędes quas poſsideo, cœnaculum ſit. Et ibidem ſæpius. Item in tit. de His qui eiec. aut effud. ſæpiſsimè. Nebriſs. Aſtipulatur Alex. Neapolit. Cœnaculũ, inquiens, ſuperiora ędium, ad quę ſcalis aſcenderetur, dictum. Hinc Cœnaculariam exercere Vlp. dicitur is, qui eiuſmodi negocium ageret, ut inquilinis domorum cœnacula locaret, lib. Genial. dier. iij. cap. xiiij. Sp.

COENATORIA, dicebantur ueſtes, quibus inter cœnandum utebantur. Domitius in x. Martialis. Sp.

COETVS, conuẽtus eſt, ſiue congregatio, à coeundo dictus. diſtin. xv. Qui cœtum fecerint. Nebriſs.

COETVS, homines decem requirit. l. j. C. de Tut. ill. perſ. quod & de Congregatione dicendum. cap. j. de Elect. Canoniſtę uel ex duobus congregationem conſtare dixerunt. Sed uariat uocabulũ ex ſubiecto argumento. Sp.

COAEQVARE idem quod æquare: ut coæquare leges apud Liuiũ. Sic coæqualis, pro æqualis.

COERCERE aquam, eſt continere ſic ne defluat, uel dilabatur. l. j. §. penult. ff. de Fonte. Spieg.

COERCIO modica, dicit̃ caſtigatio quã ſimplex iuriſdictio ab Imperio mutuat̃, cuius ſolius eſt omnis coercio. Quidquid igit̃ coercionis eſt ſupra modicã caſtigationẽ, meri imperij eſt. De quo fuſius Salomon. in l. j. Si quis ius dic. Sp.

COERCITIO, pro caſtigatione, punitione, leybſtraff. uox Liuiana & ueterum Iuriſcoss. in exẽplaribus uetuſtioribus, quæ Haloander ſecutus eſt. Sp.

COERRARE. Paulus, de Offic. præfect. uigil. Sciendũ eſt autẽ, inquit, præfectũ uigilũ per totã noctẽ uigilare debere, & coerrare calceatũ. Nizolius Calceo uerbum (quod eſt induo) commemorat inter ea uocabula latina quidem, ſed nõ Ciceroniana. Interpres Coerrare uerbũ parum uſitatum, quod ipſe pro à recta uia deflectere accipit, egregiè nugatur. Sp.

COEVNDI ius, l. j. de Manu, quæ ad ſer.

COGERE homines, pro conſcribere, colligereúe, apud Vlpianum in l. ij. §. dolo. Vi bon. rapt. Sp.

COGERE in ordinem, id eſt, ut uulgò loquimur, inquit Budæus, ſuo ſtatu cõtentum eſſe cogendum. Huic opponitur, Eximere numero.

COGI fructuarium poſſe rectè colere. l. ſi fundi in prin. ff. de Vſufructu. Sp.

COGITARE, non eſt, ut Albericus adnotat, quaſi ſimul agitare, ſed dubitare, & ueluti in mora eſſe conſilij explicandi. Nonius. Cogitare, eſt dubitare: Deliberare, confirmare. Sp.

COGITATIO-

COGITATIONES innoxiæ dicuntur, quæ malè, euentuq; contrario cadunt, casq; putāt neq; criminoſas, neq; culpæ affines eſſe. Etenim nō ſemper euentus rei ſpectādus, ſed conſultatio eſt. Sp.

COGITATIO, cuius pœnam nemo meretur. l. cogitationis. ff. de Pœnis. Dicta uelut coagitatio, id eſt, longa eiuſdē rei agitatio. Spieg.

COGITATIONE mortis donare. l. ij. ff. de Don. cauſ. mort. Spieg.

COGNATI ſunt, qui cōmune naſcēdi initium habuerūt: quaſi unà, cōmuniter ue nati. l. j. in prin. ff. Vnde cognati.

COGNATI proximi, qui ſunt ultrà fratrē. l. j. ff. de Inoff. teſtam.

COGNATVS proximior. Vide §. repetitis. Inſt. de Seruil. cognat.

COGNATIO diuiditur in agnationem, & cognationem, l. inter agnatos. Vnde legit, Cognatio in ſpecie à matre eſt. Si hac uoce utaris genericè, uel impropriè, patruus, & fratris filius erunt cognati: ſi in ſpecie, & propriè, non erunt cognati, ſed agnati. arg. l. Iuriſc. §. inter. agnat. de Grad. & affinib. Sp.

COGNATIO, pro propinquitate & ſimilitudine, apud Florentinum in l. iij. de Iuſtic. & iur. Vide Salomonium. Sp.

COGNATIO multifariā diuiditur, ut colligit ex l. cognationū. ff. de Var. & extr. cog. Iuxta Theophilum partitur in tria: in parētes, in liberos, & in propinquos qui ex tranſuerſo ueniunt. Et parentes quidem ſunt, qui nos genuerunt: ueluti pater, mater, auus, auia, & qui ſupra hos ſunt. Liberi uerò, qui ex nobis gignuntur: ueluti filius, filia, nepos, neptis, et qui infra hos ſunt. Ex tranſuerſo propinqui ſunt, qui neq; nos genuerunt, neq; à nobis gignuntur, ſed ſtirpem ſuam & radicem nobiſcum habēt communem: ueluti frater, ſoror, patruus, uel auunculus, amita, uel matertera, conſobrinus, conſobrina, & qui ex his deſcendunt. Spieg.

COGNITIONIS uerbū, in Principū reſcriptis ſtrictè poni, Iaſon docuit in l. cū prolatis. ff. de Re iudic. proindeq; excludi ſententiam in eis: cæterùm à lege prolatū, includit eam. Alberic. adnotauit, Iudicem exequendo cognoſcere. Sp.

COGNITIONES ſunt cauſarū, ut cum dicimus, Senatus Romani cognitionē, certæ legi non fuiſſe obnoxiam. Id ante nos monuit Rhenan. noſter in Senecę ludum. Spieg.

COGNITIO cauſæ quādoq; ꝓ eius exercitatione ponitur, citra tamen diffinitionis faſtigium. Dicuntur & illæ cauſæ cognitionis eſſe, quæ non iuris ordinarij ſunt, ſed cognitioni Principis reſeruanť: quam ille per auditores ſuos extra ordinē abſq; ullis proceſſuū ambagibus con feſtim definit. ex Alc. Parer. Sp.

COGNITIO ipſius feudi, pertinet ad dominium, & pares Curiæ. Sed ea quæ incidunt circa feudum, iudicari poſſunt apud Ordinariū. c. j. apud quem uel quos cont. & c. j. de Contro. inter dom. & aliū & ex parte. de For. compet.

COGNITOR olim dicebatur, qui nunc Procurator iudicialis, ait Budæus. Vide, Patronus, & Procurator. Sp.

COGNITOR quis dicatur in iure, et quid ab aduocato differat, Alciatus refert ca. v. ij. Parerg. Spieg.

COGNOSCERE modò dicuntur ij, qui de cauſa pronunciaturi, & ſententiam dicturi ſunt: modò qui inſtrumenta relegunt, acceptaq; & data conferunt. Vide Vlpianum, Alciatumq; enarrantem l. cognoſcere. de Verb. ſig. Sp.

COGNOSCERE, ęſtimare, arbitrari, uerba ſunt quę ad animum & conſcientiam referuntur: cuius uires intendere oportet diſcernentē inter æquū & iniquum. Vlp. in l. nam ita. ff. de Adopt. quod deſideras, ait, an impetrare debeas, æſtimabunt iudices: adhibitis etiam his, qui cōtradicerent, id eſt, qui læderentur confirmatione adoptionis. Sp.

COHAERERE, eiuſdem ferè ſignificationis cuius eſt Adhæreo. Sic ſolo ædificia, non autem aceruum hærere dicimus. l. quia aceruus. ff. Quod ui aut clam. Sp.

COHAERES, qui ſimul hæres inſtitutus eſt. Vlpian. Si ego, ait, ex parte mediam hæredem, cohæres autē meus poſsideat hæreditatem. l. j. ſi pars hæredit. pet. Notandum autem, quòd cum coherede nō contrahimus, ſed incidimus in eum. l. hæredes. §. ſi unus. ff. Famil. erciſc. Sp.

COHORS alia milliaria, quæ M D pedites, equites uerò cxxxij. habet. alia quingentaria, quæ ex D L peditibus, equitibus uerò lxvj. conſtabat. Alex. de Alex. Gen. dier. lib. j. cap. v.

COHORS prætoria, hæc erat apud antiquos,

quos quę conſuli, aut prætori in prouincia præſto ſemper erat, quaſiq; latus eius cingebat. Cuius cohortis, Præfectus prętorius dicebatur. Bud. in Annot. prior. meminit eius Iuriſconſ. in l. ij. de Offic. præf. uig. tum alijs locis fit mentio huius dictionis. Sp.

COHORTALES dicti, quòd in domeſtica militia alicuius cohortis ſint, teſte Alciato. Meminit horum Iuſtin. in Aut. de Defenſoribus ciuit. §. deinde. Accurſiani qui putabant tit. de Coartalibus lib. xij. rectè inſcriptum, uolunt ex eo dictos, quòd coartatæ ſint curię, cum ex locis eiuſdem tractatus liqueat cohortales à cohorte dici, quaſi cohorti obnoxios, teſte Bud. in Annot. poſter. ubi indicat cohortales à cohorte ſic dictos, ut Curiales à curia, & tribules à tribu, & de alijs quoq; cohortem dici probat exemplis. Qui autem hic cohortales, & in l. ſi cohortalis. cohortalini inducunt, ijdē ſunt, ut opinatur, cum ijs qui apparitores in multis ſuperiorib. titulis appellātur. Sp.

COLLEGIVM cuiuſdam templi apud Scæuolam. l. pater filium. §. Tuſculanus. ff. de Legat. iij. Sp.

COINQVINO. Ioā. Iouian. Pontanus uir doctiſsimus indicat priſcæ ætatis autores non coinquinare, ſed conquinare dixiſſe, ſicuti conuenire & conferre: ac tēporum ruditate effectum eſſe, ut pro eo q̄d erat cōquino, dictū ſit coinquino. Sp.

COIRE, apud priſcos uerbū criminoſum erat. Lege enim Cornelia conſtiuta erat accuſatio aduerſus eos, qui accuſationes condēnationesq; coierāt. Verba legis extāt in Orat. Cicer. pro Aulo Cluent. Pœna legis Corneliæ teneri iubentur, qui in accuſationem innocentium coierint. l. j. in prin. ad leg. Corn. de Falſis. Sp.

COIRE, in bonam partem, per tot. tit. Pro ſocio.

COIRE in accuſationē alicuius, ꝓ ſubſcribere alicuius accuſationi, ut Bud. exponit. Cæterū, coitio in malam etiam partē accipit̄, pro coniuratione, & cōſpiratione. Diuus Cæſ. Maximilian. ſuppullulātē nullam ſinebat uires accipere: ut erat optimus magiſter refrænandi eius autores, nunquam non alio ex capite coercitos. Spieg.

COIRE cum furibus. l. j. in prin. ff. Naut. caup. ſtab.

COLERE fundum qui promiſit, quid eo nomine præſtandum ſit, explicat Iuriſcos. in l. cum quæreretur. §. prædijs. de Leg. iij. Spieg.

COLERE nummis dicitur, qui ſingulis annis præſtat pecuniam pro fructibus: hoc eſt, ut ea perſoluta, omnes fructus percipiat. Paulus: Conſtat, inquit, colonum, qui nummis colit, cum eo qui fructus ſtantes furto ſurripuerit, acturum furti. l. ſi apes. de Furt. Spieg.

COLESEVM, uocem nihili, apud Albericum expunge, reponeq; Coloſus, quæ moles eſt par turribus. Sp.

COLLACTANEVS, qui eiſdem mammis eſt nutritus. apud Martianū, de Manumiſ. uind. l. ſi collactaneus.

COLLARIA, æ, uinculum quo conſtringuntur colla malefactorum: apud Plautum in Captiuis. Nonius neutro genere profert Collare, ad infamiam magis & pœnam, quàm cuſtodiam pertinens. Vide Alc. in l. uerum eſt. de Verb. ſig. Vide, Vinculorum genera. Sp.

COLLATIO antiquis erat, quæ & Indictio dicebat̄. Iaſon uim uocis in iure noſtro uariè uſurpatam, pulchre oſtendit in Rubr. C. de Collat. Sp.

COLLECTARII, in iure coactores dicūtur, qui in auctionibus reliqua publicanorū ſolent emere, quæ illi uel ob grauiores curas, uel ob debitorū procraſtinationem nequiuerūt exigere. l. quiſquis. C. ſi Cert. pet. Vide, Argentarij. & quæ adieci Comment. nono in Ligurinum. Sp.

COLLECTVM per Satyram, pro non ſeruato ordine, dicitur prouerbiali ſchemate: à Satyra lance, ex uarijs ferculis nullo ordine collatis, compoſita.

COLLEGAE, apud Iuriſperit. recentiores dicuntur, qui ſimul habitant: quaſi unà ſe colligant. At ueteres ab eligendo Collegas dici uolunt, quaſi in idem munus collectos diceremus. Hinc & Collegia uocantur, in quibus qui dent nomen eliguntur, dum tribus pauciores non ſint. Alc. de Verb. ſig.

COLLEGARVM appellatione hi continentur, qui ſunt eiuſdem poteſtatis: autor Vlpianus.

COLLEGATARIVS. Vlpianus: Mox & collegatarius, qui litē conteſtatus non erat, uſumfructum amiſit. l. interdum. de Vſufruc. adcreſc. Sp.

COLLEGIATI artifices, ut Alc.cap.fin. lib.j.Parerg.ſcribit,dicũtur,quòd in collegia, ſeu decanias diſtincti eſſent.Hi ut alicui muneri diligentius deſeruirent, uaria priuilegia conſequebantur: erantq; ex ipſius urbis fæce, ut idem teſtatur,interq; eos maximè illi numeroſi, quos in Nouellis Iuſtin. Lecticarios, ſeu Decanos appellat: ad hos cura libitinæ pertinebat,id eſt,exequias, ſepulturamq; defunctorũ procurandi, pheretra, lecticas'ue ferendi. Varius autem eorum fuit numerus, donec Iuſtinianus mille & centũ ergaſteria, ſolũ illis attribuit, quę ad maiorẽ Eccleſiã pertinerent, immunitateq; fruerentur.l.iiij.l.qui ſub prætextu.C. de Sacroſanct. eccl. Cæteros uerò munifices eſſe iuſsit,neq; hoc nomine excuſari. Vide quæ idem adnotauit cap.xxvj.lib. ij.iam dicti operis.Sp.

COLLEGIVM, illorum dicitur, qui ſunt eiuſdem ordinis & profeſsionis. ut Papin. de Excuſat.l. qui in collegio. & de Colleg. illicit. l. ſæpè. Neratius Priſcus, de Verb.ſig.l. Neratius, à tribus collegium fieri ait:licet in eo plures contineri uideantur.Et collegium duorum cõſulum dicitur, quum alter alterum collegam appellet.Nebriſ.

COLLEGIVM, propriè ſignificat ſocietatem ipſam collegarum.Tres numero collegium facere, Neratius exiſtimauit: quod magis ſequendum affirmat Marcellus.Spieg.

COLLEGIVM illicitum & reprobatũ intelligitur, quod nulla lege inuenitur approbatũ.l.j.ff.Quod cuiuſ.uniuerſ.nom. & l.iij.§.in ſumma.ff. de Colleg.illic.quã quod pleriq; ſcripſerunt, maiorem ad id numerum neceſſe eſſe.Sp.

COLLEGIVM cuiuſdam templi apud Scæuolam,l.pater filium.§.Tuſculanus. ff.de Legat.iij.Sp.

COLLIBERTVS, qui ab eodem patrono libertate donatus eſt.

COLLVCTATIO, quo à Pancratio diſtet, uide in l.qua actione.§.ſi quis in colluctatione.ff.Ad Leg.Aquil.

COLLVDERE in fraudem tertij, eſt conuenire. Vnde Colluſio,quaſi ſimul luſio in illuſionẽ tertij.De qua tit.Iuris.de Collu.detegen. Itaq; Colluſio,eſt inter actorẽ & reũ latens & fraudulenta conuentio, per quam alter in iudicio ſuperari ſe permittit.À colluendo dicta.Eſt & Colludere,ſimul ludere,quorũ meminit Vlpiã.ff.de Aleator.l.j. Si rapinã, inquiẽs, fecerint inter ſe colluſores ui, bonorum raptorum non denegabitur actio.Suſceptorum enim (den Platzgeber/Scholder nemer) duntaxat prohibuit uindicari,non & colluſores: quamuis & hi indigni uideantur.Sp.

COLLVSORIE de hæreditate litigare. in l.ſi ſeruus plurium.de Legat.j.

COLLYBVS, pecuniæ permutatio,cambium. Budæus in annot. ad.l. ult. de Pignor.act.Alciat. Cambij uocè inter barbara collocat.Lege quæ in dictione,Cãbio,adduximus.Sp.

COLLYRIVM, medicamentum oculorum.§.Cum ex aliena.Inſtitut.de Rer.diuiſ. l. adeò.§.cum quis.ff. de Acquir. rer. domin.. Admonet Parœmia,Eodem collyrio mederi omnibus: leges, admonitiones, & obiurgationes, non oportere omnibus eaſdẽ admouere, ſed pro gentium,temporum, & ingeniorum uarietate, ſermonem attemperare. Refertur autore diuo Hieronymo,xxix.diſt.c.neceſſe,indicante Alberico.Sp.

COLONARIVS contractus, quo hodiè apud ruſticos noſtros nihil eſt frequentius, cum quis ut liceat ſibi habere ſemper agrum,obligat ſe ac hæredes ſuos,ad certam pecuniam uel ſpeciem, uel utrunq; quotãnis ſoluendũ.Certè nihil aliud eſt, Oldend.inquit, quàm Emphyteuſis, nõ illa quidẽ in codice deſcripta, ſed quam exemplo illius politia uelut utilem recepit.Fit autem mentio huiuſmodi contractus in Nouell. de Non. alien. aut permut. reb.probatq; Bartoli dictũ: Quòd multę cõuentiones de colendis agris appellentur quidẽ diuerſis nominibus, res tamen ſit eadem. in l.ſi finita.§. ſi de uectigalib. ff. de Damn. infect.& l. j.C.de Iur.Emphyteut.Sp.

COLONARIVM ius, pro conditione colonorũ. Et colonarium rectè dixerimus mercedẽ Emphyteuticã.quoniã Emphyteuſis ex longa conſuetudine cõſtat. Sp.

COLONIA, ciuitas eſt à matrice ciuitate deducta,id eſt,metropoli. Interdũ agricolationis locus,aratoriſq; officina & domiciliũ. ut apud Paulũ, Locati. Seruus qui colonię aſcriptus eſt, ad periculũ coloni pertinet, Eadẽ ratione idẽ Paul. coloniã

dixit

dixit pro agro conducto. in l. ſi in lege. §. colonus. ff. Locati. Porrò alio ſenſu antiquos coloniæ uoce uſos, Alciatus indicat lib. de Verb. ſig. iiij. Sp.

COLONIAE Germaniç, cuius meminimus in dictione Agrippinenſes, inter clariſsimas Imperij noſtri urbes, ab Oldendorpio rectè adnumeratur: inter cæteraſq; laudes eius recenſet, quòd Colonienſis Academia, quatuor fratres, atq; iam nūc ætate florida iuuenes, paucis annis in iure doctores exhibuerit, & certè, ut ait, doctiſsimos. Exēplū medius fidius dignū, ut literis cōmendetur: quale ne Valerius quidem habuit, cum illuſtrium uirorum catalogum recenſeret. Sp.

COLONVS, eſt qui in uilla conducit: Inquilinus, qui in ciuitate: appellatione ſumpta non ex loco, ſed ex materia quæ conducitur. Zaſ. dicto §. Item Seruiana. Porrò prædij colonus originarius, uel aſcriptitius, iure quodammodo ſeruitutis ſubiectus eſt domino prædij ſecundum Germaniæ conſuetudinē, quę non diſsimilis eſt conſtitutioni imperatoriæ, in l. ij. C. In quib. cauſ. colō. dō. accu. poſſ. Sp.

COLONI propriè dicūtur, qui agrū certa pecunia cōductū colūt, autore Columella lib. j. unde in iure appellantur nummis colentes. l. ſi apes. ff. de Furt. Sicut olim omnes uſquam habitantes, dicebantˢ generaliter coloni: ut apud Poetam, Tyrij tenuere coloni. Ita nunc colonos uulgò referimus ſolùm ad culturam agrorū. Sp.

COLONI ſeu ruſtici proprij iuris uulgò dicuntur **Frei bauren**, quorū multi ciues ſunt coloni in oppidis. Fuiſſe aūt & olim tales colonos, aut non per omnia diſſimiles, qui proprio colerent iure, liquet ex l. hi plures. §. ſine quib. C. de Agricol. & cēſit. Item ex tit. Nouell. ut null. mutu. agricol. Et null. credent agricol. Obſeruauit Oldendorp. Sp.

COLONI originarij, quorū parētes adſtricti fuerunt colendę alicui uillę ſeu agro. Sic originarij ciues dicuntur, qui ex parētibus ciuilib. alicuius oppidi oriūdi ſunt, ad differētiā incolarū, qui ipſi nuper municipatū cōtraxerūt. ut in l. ciues. C. de Incol. lib. x. Ciues quidē origo facit, ſed incolas domiciliū. Vnde eſt tit. in eod. lib. C. de Municip. & origin. ubi originales etiam uocantur. & Iuriſcos. in l. aſſumptio. & in l. ult. §. penult. ff. ad Municip. eleganter probant. Originem, hoc eſt ortum, & natiuitatem mutari non poſſe, quære, Originarij ſerui. Sp. Adi & Rhodigin. cap. vj. lib. xxvij.

COLONI partiarij dicuntur, à partiendo: qui dant partem fructuum alieni fundi, non pecuniam numeratam. l. Si merces. §. Vis maior. ff. Locati. Sp.

COLOPHONEM cauſæ ponere, eſt diſſentiendi inter partes finem facere, & ultimum calculum, ac totius rei definitiuū adijcere. κολοφὼν, uertex eſt, & finis capitis. Budæus in l. ult. de Senator. Sic Colophonem addere, eſt ultimum & potentiſsimum ſuffragium adijcere, quaſiq; ultimam manum imponere, poſt quam nihil ultrà hæſitandum ſit.

COLOR, id eſt ornamentū orationis, non eſt reſpiciēdus, ſed ueritas. Qua de re nō ineleganter Speculator pluribus agit tit. de aduoc. §. vj. cum ſequen. Sp.

COLOR, & ut titulus quęſitus, in l. Sulpitius. ff. de Don. inter uir. & uxor. pro uitioſa, fraudulenta, nec ſincera donatione intelligendus eſt: nec interpretes ignorarunt, Colorē quæſitum, uſquam in malā ſonare partē, pro prætextu ſcilicet apud Martianum. l. ij. de Inoffic. teſta. Igitur color quæſitus dicitur, cum id quod uerè agimus, ſimulatione aliqua obtegimus, ſiue fraudandæ legis gratia, ſiue alia ex cauſa id fiat: ſolentq; hoc loquēdi modo Iureconſulti plerunque uti: metaphora, ut Alciat. opinatur, à rhetoribus accepta, qui uerborum coloribus ueritatem plerunq; offuſcant. Sp.

COLVMBARIVM, Vlp. in l. Pōponius ſcribit. ff. Fam. erciſc. Idē Pomponius, inquit, ait, & columbas, quæ emitti ſolent de columbario, uenire in familiæ erciſcundæ iudicium. Columbariū & columbaria, propriè eſt locus ubi habitant colūbę agreſtes: nā domeſticarū periſtereones uocamus. Eſt & colūbarium, loculamentum in periſterotrophio, ſingulis columbarum paribus præparatum.

COLVM niuarium, inſtrumentum ad percolandum aquam, ſiue uinum ex niuibus, factum ex uiminibus, aut ex ſacco cilicino, ſiue lineo, aut ex argēto. ut Pomp. de Aur. & arg. leg. l. In argento, inquit, potorio, utrum id duntaxat ſit, in quo bibi poſsit, an etiam id quod ad præparationem bibendi comparatū eſt, ueluti co-

lum niuarium, & urceoli. Nebriſs.

COMEDERE beneficia, per translationem, eſt beneficiorum obliuiſci.

COMOEDVS, qui repræſentat comœdias, ſiue comœdiarum actor. Paul. ad Leg. Aquil. ueluti ſi quis, ait, ex comœdis aut ſymphoniacis, &c.

COMES nuncupatus eſt is, qui cum duce ad bella mittebatur, ut à latere eius nõ diſcederet, **eyn Beleyter, weggeſelle**. Deinde cum & principẽ ipſum (ut Olded. tradit) comitaretur, producta eſt latius & ad maiorem dignitatem comitis ſignificatio. Itaq; feudali iure, à quo hæc dignitatis & totius nobilitatis nomina proceſſerunt, Dux, Marchio, Comes, Baro, Equeſauratus, in re feudali regalẽ dignitatẽ, ſiue maximã, ut regnũ: ſiue maiorẽ, ut ducatum (& Landegrauiatũ) Marchionatũ: ſiue magnã, ut comitatũ et Baroniã à principe ſummo. Feudi titulo cõſecuti, propriè regni, uel regis capitanei nuncupantur. Tit. Qui feud. dar. poſſunt. in prin. & de Feud. March. cum not. à Doctorib. utrobiq; Lege, Capitanei. Sp.

COMITEM, Labeo definit eũ, qui frequẽtandi cuiuſq; cauſa, ut ſequeretur deſtinatus fuit. Nunc uerò dignitatis nomẽ eſt, uel quòd ipſe regẽ comitetur, uel quòd eum multi comitentur: ut Pyrrho uiſum eſt, iuriſperito ualde docto, nec infanti. Nonnulli à comitate, ne etymum deſideres, appellatum uolunt: quòd comis eſſe debeat. Comes autem, Cicerone pronunciante pro Balbo, benigni, faciles, ſuaues homines dicuntur. Calliſtratus in l. obſeruandum. de Offic. præſ. cenſuit, ut præſes in adeundo quidem facilem ſe præbeat, ſed contemni ſe non patiatur. Sp.

COMES Cõmerciorum. Vide l. ij. c. Quæ res uend. non poſſ.

COMES domorũ, is à Iuſtiniano dicitur, qui in domeſticos Principis præfecturã habebat. Spieg.

COMES horreorum, cuius et mentio eſt in poſter. C. libris, priſtini Principis curator fuit: habuitq; mancipia quædam purgandis horreis aſcripta, coquendoq; pani Principis. Ex Pyrrho. Sp.

COMES laborum, qui & præpoſitus laborum, cui mediaſtini omnes, alijq; domus Imperatoriæ artifices atq; opifices, ſubditi erant. Spieg.

COMITES Palatini, cur à principibus cõſtituantur, doctiſs. Viglius explicat in Inſtit. de Exhær. lib. Sp.

COMES rerum priuatarum, procurator erat Cæſaris, cui omnis res familiaris commiſſa: qui quicquid egiſſet, ratum erat & apud Cæſarem.

COMES ſacrarum largitionum olim is erat, per quem Cæſares ſtipendia militib. erogauerunt.

COMES ſacri patrimonij erat is, qui præerat patrimonio Cæſaris.

COMITES ſcholarum, qui et tribuni ſcholarum, à ſcholis Palatinis atq; militarib. dicti, quorum munus in tribus poſter. libris Cod. deſcribitur: ut ſint qui præſint epulis Imperatorijs, & bello & pace obſonia curent: quod tamen Pyrrho abſurdum uiſum eſt. Sp.

COMITEM ſtabuli, uoce etiam à Iuſtiniano uſurpata, nonnulli eum intelligunt, qualis olim fuit magiſter militum. Budæus item, Conſtabularium, magiſtrum militum uocat. Procopius, ut Pyrrhus refert, Protoſpatarium appellari dixit. Sp.

COMITIVM, locus eſt, in quem populus ſuffragiorum cauſa conueniebat. Pro actu ipſo, pluraliter tantum, comitia ueteres dicebãt. Differt autem Comitium, à Conſilium. Etenim dum comitia calabantur, id eſt conuocabantur, totus populus per cornicinem adeſſe iubebantur. Conſiliũ autem eſt, quum à magiſtratib. iudicij cauſa cõgregatur. Vigl. in tit. Inſtit. de Teſt. ord. Comitiorum genera quatuor Romæ erant, ædilitia, prætoria, tribunitia, & conſularia: quibus poſtea addita cenſoria, & quæſtoria. Alex. de Alex. lib. iiij. Genial. dier. c. iij.

COMITIORVM rationem uniuerſam accuratè tradidit doctiſsimus uir Bap. Egnat. hactenus & ignoratam, & inuolutam errore. Sic enim de ſe ait: Nos uerò primi (ut opinor) centuriatis comitijs leges quoque ferri: nos tributis, plebeios magiſtratus demãdari: nos, quid tributa à curiatis diſtent, quæ alij magno errore eadem eſſe putarunt: nos curiatis comitijs & legibus rem militarem tandem, & auſpicia procurata reteximus. Spieg.

COMITATVS is dicitur locus, in quo uitam agit Princeps: & Palatini omnes, qui eunti Imperatori, Cæſari'ue aſsiſtũt, dicuntur eius comitatus: & ipſi nunc, comites

mites, nunc comitatenſes. Vide Alciat. C. de Excuſat. artif. lib. x. Et, Palatini.

COMINVS, non eſt idem quod propè, ſed è propinquo: ſicut è contrario, Eminus, à longinquo. Vide Laurent. in Raudenſem. Spieg.

COMMATA, pro chomata perperam legitur, ut Budæus indicat apud Vlpianum in l. ſaccularij. de Extr. crim. Sunt autem inquit, aquarum emiſſaria & incilia, ad hoc inuenta, ſtructaq́, ut pro arbitratu Aegyptiorum Nilus uiciſſim admittatur in campos aruales, aut intra alueum contineatur. Adi & Rhodogin. cap. vj. lib. xxvij.

COMMEARE, eſt animo redeundi abire. Vlpianus: Publicè enim utile eſt, ait, ſine metu et periculo per itinera cōmeari. Sp.

COMMEATALIS miles dicitur, qui in ſtipendij partem accipit alimenta ex cōmeatu, id eſt, ex alimento publico, iuxta priorem ſignificationem uocis Commeatus. Iuſtin. de Præfect. præt. Aphric. l. quas Deo. Nullum audeant duces, uel tribuni commeatalem de ipſis dimittere: ne dum ſibi lucrum ſtudent cōficere, incuſtoditas noſtras relinquant prouincias. Et infrà: Non de cōmeatalibus militum, aut de eorū ſtipendijs lucrū facere.

COMMEATVS duo ſignificat. Nam omnia quæ ad uictum publicum pertinent, Commeatus nomine continentur: interdū etiam priuatim. Cicero pro lege Manilia: Iam cōmeatu & priuato & publico prohibebamur. Eſt præterea commeatus, facultas quæ datur militi, abeundi ex exercitu ad præſcriptum tempus. Marcellus de Pœnis. l. ne legati. Cōmeatum, inquit, remeatúmue darē. Itē de Re milit. l. j. & l. deſertorem. Item ad municip. l. quoties. & l. Titius. Nebriſ. Vide item Vallam lib. iij. Sp.

COMMEMORARE, in memoriam reducere. Aurelius de Off. præf. prę t. Breuiter commemorare neceſſe eſt, unde conſtituendi Præfecti prætorio officium origo manauerit. Spieg.

COMMENDARE nonnunquam pro deponere uſurpamus. Nam & alio uerbo uti licet: modò conuenientes non hoc agant, quod depoſiti terminos prorſus euertāt, etiāſi egrediant̄. l. Lucius cū l. ſeq. §. qui pecuniā. ff. Depoſit. Quid eſt enim aliud (inquit) cōmēdare q̄ deponere. Sp

COMMENDARE falſa pondera. in l. arbitrio. §. de eo. ff. de Dolo. Sp.

COMMENDARE ſi cum datiuo iungatur, ſignificat committo: ſi uerò accuſatiuo, cum apud: uel ablatiuo, cū in, ſignificat, laudare, ut in l. ſi uerò non remunerandi. §. cum quidam. ff. Mandati. Significat quoque deponere. l. commendare. de Verb. ſig. Porrò commēdat & Rom. Pont. Sacerdotia, cum adminiſtratorem generalem alicuius opulenti templi aliquem conſtituit, cenſeturq́ is liberam habere procurationem: modo nimirum reperto, quo, teſte Alciato, citra ius irreuocabilis tituli, ex ſacrorum fructibus οἱ ἱλκεσυπτέπλοι luxurientur. Sed & commendat etiam, qui cuſtodiam mandat, ut idem adnotauit, enarrans d. l. commendare. Spieg.

COMMENDATARIVS, dicitur nudus miniſter. ead. l. Lucius.

COMMENDATIO generalis, hoc eſt, generalibus uerbis facta, non obligat. ut docet Bartol. in l. Lucius. de Fideiuſs. l. fidei commiſſa. §. j. de Leg. iij. Sp.

COMMENTARIVM, pro protocollo, ſeu rotula tabellionum accipi poſſe: & referre in commentaria, pro protocollare, demonſtrat Inſulanus ex Cicerone. Spieg.

COMMETARIENSIS ab Aſconio Pediano is dicitur, qui præeſt à Commentarijs, id eſt, libris & rationibus publicis. Paulus de Iure Fiſci. l. in fraudem. Ea, inquit, manu commentarienſis annotanda ſunt. Aliàs pro carceris cuſtode accipitur. ut. C. de Cuſtod. reor. l. ad Commentarienſes. Nebr. Vide, A' commentarijs.

COMMENTARIVS, liber eſt, quem ſibi quiſq́ priuatim facere conſueuit, quaſi quoddam memoriæ promptuarium eorum quæ agimus: id eſt, diarium, & ephemeris actionum noſtrarum, Regiſtrum uulgò uocatum. Bud.

COMMENTARII ſunt non eloquentiæ cauſa ſcripti, ſed memoria ſummam rerum complectentes: & id præcipuè agentes, ut ſi quis eloquens uellet maiorum geſta referre, materiam ex commentarijs eloquij miniſtris haberet. Vnde multos imperatorum legimus Commentarios rerum ſuarum reliquiſſe. Traianus ad Plinium: Dediſſe me ius trium liberorum Suetonio Tranquillo ea cōditione

qua aſſueui, referri in Commentarios meos iuſsi. Catanæus iij. Commentario in eundem Plinium: Pudet referre, inquit, quæ dicantur ſuper illud Modeſtini, in l. abeſſe. ad fin. ff. Ex quibus cauſa maior. qui ad ærarium, aut in commentarium Principis relati ſunt. Nos in diurnalem, & rationalem (ſubaudi, librũ) in quem Princeps acta ſua refert, interpretandum ducimus. Sp.

COMMENTARII uerboſi. Lege, Verboſum.

COMMENTATIONES, à cõminiſcendo dictę, fallaciáq; cõfingendo, teſte Donato. Alciat. ut eleganter, ita uerè poſteriorum iuris interpretum nimis longas illas futilesq; ac parum ſibi conſtantes lucubrationes alicubi commentationes uocat: & quidem propriè, eaſdemq; liberè agnoſcit plus detrimenti iuri noſtro attuliſſe, quàm auxilij: ut de doctoribus, inquiens, dici poſſit, quod prouerbio trito de medicis traditur, Me multitudo perdidit medentium. Sp.

COMMENTA, pro ſcriptis apud Ciceronem in Bruto.

COMMENTITIVM, idẽ quod fictitiũ. Cicero j. de Orat. Vt ſi in illa commenticia Platonis ciuitate res ageretur.

COMMENTIVM ius. Paulus, in l. ſi pœna. ff. de Pœn. uocat nouum & recens excogitatum, hoc eſt, non translatum, non aliunde ſumptũ, nulloq; exẽplo inſtitutũ, ſed uelut fictitium. Accurſius à Commẽtis Iuriſprudentum dictum eſſe dixit, ignorans ſignificationem eius uocis, teſte Budæo in poſter. Annot. Sp.

COMMENTVM, fictio eſt: à Comminiſcor. Papinianus: Socer, inquit, cum nurum adulterij accuſaturum ſe libellis præſidiatis teſtatus fuiſſet, maluit ab accuſatione deſiſtere, & lucrum ex dote magis petere. Quæritur, an eiuſmodi commentum eius admitti exiſtimes? Item Marcell. de Iure Fiſci. l. res quæ. Dignum fuiſſe puniri pro tam turpi, tamq; inuidioſo commento. Item Vlpianus de Rebus eorum qui ſub tut. l. quamuis. Tam callidum commentum in exemplum coercere debeat. Nebriſs.

COMMERCIVM omnes cõtractus comprehendit. Vide Gloſ. ſuper illud ipſum uerbum, in §. idem iuris eſt. Inſtit. de Inutil. ſtipul. Iam Albericus indicauit uocem eſſe in Iure noſtro creberrimam. Vſum autem & conſuetudnem ſignificat: ſed tunc prępoſitioni iungitur. Sp.

COMMILITIVM, militum commercium eſt, & facultas ipſa, ſeu ius quo unà militant. Alc. lib. iiij. Diſp. cap. xvij.

COMMINISCI dictũ à con, et mẽte, cum fingunt in mẽte quę nõ ſunt, inquit Varro. Vlp. in l. j. de Eo per quẽ fact. erit. Siue ſcientes, ait, ſiue ignorãtes quid eſſet, quod comminiſceretur. Sp.

COMMISSA dicuntur, quæ contra teſtatoris uoluntatem facta, aut non facta ab hęrede, mulcta aliqua, pœnaq; plectuntur. autor Aſcon.

COMMISSORIA lex, hoc eſt, exceptio adiecta pactioni, contra quàm ſi quid factũ fuerit, cõuentio reſcinditur. l. Aemilius. ff. de Minor. Vide & Vlpianũ. in l. ſi fundus. de Leg. & fid. commiſs. Sp.

COMMISSVM, eſt delictum non ſolutæ penſitationis. Nam committere inter alia ſignificat delinquere. Triph. in l. auxiliũ. in fin. ff. de Minor. Itaq; is qui nõ ſoluto uectigali rempub. ſua penſatione defraudat, multũ ſanè delinquit, & meritò res, quarũ nomine aliquid ſoluendũ erat, amittit. Ideo in commiſſum, uel in cauſam commiſsi dicuntur incidere. l. commiſſa. ff. de Public. & uectig. Sp.

COMMITTERE, uulgo confiſcare dicitur. Paul. de Negoc. geſtis. Si periculum erat, ne prædia in publicum committerẽtur. in l. Herennius. de Euict. Eſt etiam Cõmittere, ſe ad contentionem & cõcertationẽ exhibere. Hinc Cõmiſsiones dictæ, ſcenicæ ſcilicet, & poeticæ, & etiam ludicræ, quas Prætores ludis præſidentes faciebãt. Iuriſcons. in l. prima. Si quadrup. paup. fec. dic. Cũ arietes, inquit, & boues commiſiſſent, & alter alterum occiderit. Verius autem quod Oldendorpius Iuriſconſultus, ſingulari pietate, ac non uulgari doctrina nobilis, hìc Committere, cum Budæo, pro irritare, ſeu pro uocare accipit. Vnde Commiſſum bellũ dicimus, quod laceſſente iniuria quaſi re ipſa apertè indictum, uel cœptum eſt. Vlpianus de Offic. præfect. urb. l. j. committere, pro tradere, uſurpauit.

COMMITTERE contra legem, uulgo dicitur, Peccare in legem.

COMMITTIMVS, inquit Donatus, quę cum magno periculo uolumus eſſe ſeruata. Caius

ta. Caius in l. ult. ff. Quod quiſque iur. in pœnam ipſius edicti conmittere dixit. Spieg.

COMMODARE, eſt alicuius rei uſum ad tempus concedere. Commodare argentum & triticum, impropriè dicimus, pro eo quod eſt, mutuò dare. Nam propriè cõmodamus ueſtes, libros, uaſa, equos, & ſimilia, quæ eadem redduntur. Mutuò autem damus ea, pro quibus alia redduntur eiuſdem generis: ut nummos, frumentum, uinum, oleum, & ferè cætera, quæ numero uel menſura dari ſolent. ut eſt Iuriſconſultorum ſententia. Sp.

COMMODATVM dicitur, quoties res aliqua certi commodi cauſa, id eſt, ob determinatum uſum datur. Sic dictũ, quòd cum modo, id eſt, præſcripto fine. §. fin. de Pac. tenẽdo. in placit. Feud. utẽdi per tẽpus expreſſum uel tacitũ def. Tametſi Labeo putabat inter cõmodatũ & utendum datum eatenus intereſſe, quatenus inter genus & ſpeciẽ. Commodari enim rem mobilem, non etiam ſoli: utendã etiam dari ſoli. Vlpian. tamẽ ſecutus Caſſium & Viuianum, definit, rem ſoli quoque propriè commodari. l. j. §. j. ff. cõmodat. Vide Dn. Alciat. in l. ij. ſi certum, & Oldend. Action. xv. Claſs. iiij. Differt autem Commodatum à Precario, propter uſum ſpecialem: item quòd Precarium non poteſt reuocari, niſi tempore expleto: Commodatum uerò, non niſi expleto uſu ad quem datur. Precarium item in immobilibus, Commodatum ſolum in mobilibus reperitur. ut ferè receptũ eſt. Inſtit. Quib. mod. re cont. oblig. §. itẽ is. uerſ. commodata autem res. Sp.

COMMODATARIVS, cui aliquid commodatum eſt.

COMMODATI natura eſt, ut gratuitò detur uſus rei. Alioqui mercede interueniente locatio erit, uel contractus innominatus. l. ſi ut certò. §. nunc uidendum. ff. Commodati. §. cõmodata autem. Inſt. Quib. mod. recontrah. obligat. Sp.

COMMODATO dari. Old. Res autem commodato ſic dari ſolet, ut eandem reſtituas: mutuò, ut aliam eiuſdem qualitatis. Sp.

COMMODO poſſeſſoris fungi in l. inter litigantes. ff. de Iudicijs. Spieg.

COMMODVM dicimus aptũ, & cũ modo ac ratione: cuius contrariũ eſt incommodum. Quamuis cõmodum etiã integrum ſignificat. Inde cõmoditas pro cõuenientia et aptitudine quadã accipitur, & interdum pro utilitate. §. fin. de Pact. tenend. in Placit. Feud. & commodè ac commodum aduerbia pro aptè & opportunè, atq; ut dicitur, optato tempore & loco. Cæterùm an illa ꝓmiſsio, Cum potero, omnino idẽ polleat, quod, Cum cõmodum erit, uide l. nepos. Proculo. de Verb. ſig. et Alciatum in eãd. Clauſula, Quod commodè facere poſsis, id eſt, cõmodo tuo, facilè, & ſine moleſtia, ferè ſemper per parentheſim includitur. Sp.

COMMODVM poſſeſsionis conſiſtit & in percipiendis fructibus rei poſſeſſæ, & in euitando poſſeſsionis onere. Vnde dici ſolet: Cum obſcura ſunt utriuſq; iura, pro poſsidente iudicandum eſſe. §. Retinendæ. Inſtitut. de Interdict. Spieg.

COMMONEFACERE, idem quod admonere. l. conſentaneum. C. Quomod. & quand. iud.

κομμονιτώριον, epiſtola eſſe dicitur, quæ cum mandatis in regiones emittitur ab Imperatore.

COMMONITORIVM, pro cõuentione tacita, & abſq; ſcriptura facta, apud Cod. Theodoſ. cuius quoq; in Iuſtiniani Codice mẽtio eſt. l. j. C. de Suffrag. Sp.

COMMORARI, pro ſimul morari. in l. iij. C. de Incol. lib. x. Interdum detinere eſt, in mora tenere.

COMMOTVS, pro excitatus ad aliquid faciendum. apud Vlpian. in l. ij. de Donat. cauſ. mort. Spieg.

COMPACTO, uel de Compacto aliquid agere, id eſt, ex compoſito.

COMPAR, idem ſignificat quod par. Interdum & ſocium, ſeu coniugem.

COMPARATIO literarum, ultimum ſubſidium indagãdæ ueritatis, quoties neq; teſtes, neq; tabellio produci poſſunt, ut ueritatem ſcripturæ, cuius controuerſia uertitur, atteſtentur. Fit autẽ, cum ex aliqua ſcriptura, ſeu inſtrumento minimè gentium ſuſpecto, character literarum agnoſcitur, utrum omnibus numeris ſit ſimilitudo inter utrunq;, an non. Spieg.

COMPARATIVVM nomẽ naturam ſuã ſeruat, & poſitiuo confertur, & de eadem ſpecie intelligit. Quapropter cum lex uerberantem mulcta x. aureorum afficeret, uulnerantem maiore, arbitrio iu-

dicis, reſponſum eſt, non poſſe iudicem aliam, quàm pecuniariam pœnam pro uulnere indicere. Comparatiuum enim, Maiore, ratione mulctæ collationē facit. l. ubi. de Verb. oblig. ex Alciat. Sp.

COMPARATIVVM & Superlatiuū nomen haud perpetuò naturam ſuam ſeruare, demonſtrant Doctores in l. cum pater. §. libertis. §. rogo. de Legat. ij. Alber. citatis locis indicat, & Comparatiuum aſſumere uim Poſitiui: & uiciſsim, hunc naturam Comparatiui. Spieg.

COMPASCVVS ager. Cicero in Topicis: Si compaſcuus eſt ager, ius eſt compaſcere.

COMPEDES, uinculum eſt quo pedes irretiri ſolēt. Dicitur Compeditus homo, & Compeditus, abſolutè. §. penul. Inſtit. de Iniur. & §. ult. de Oblig. quæ ex delic. naſc. Spieg.

COMPENDIVM appellamus, quod parſimonia quadam ſeruamus: ſicut è contrario diſpendium, quod uel incuria, uel negligentia, uel immoderatione diſpendimus. Budæus: Compendiū lucrum eſt temporis, pecuniæ, & operæ. Vide Annotat. eius in l. eundem. ff. de Legation. Idem atteſtatur Accurſium ubiq; ignoraſſe compendij ſignificationem. Sp.

COMPENDIVM in uia, eſt contractio quædam & breuitas, quæ maxima eſſe poteſt: ſicut è contrario, Diſpēdium, uia per ambages. Modeſt. de Legation. l. eūdem. Itineris, inquit, compendium ſubeat. Et per translationem, tit. de Adminiſtr. l. Titium, Vtrum cōpendium negocij, an uſuras præſtare debeat. Nebriſs. Porrò diſpendium, uiæ compendio opponitur: quibus uerbis Innocentius iij. appoſitè uſus eſt, in c. qualiter. de Accuſ. quæ uerba interpres Bernardus non intellecta, tranſmiſit. Spieg.

COMPENSANDVM lucrū cum dāno. Extat caſus à Pōponio relatus in l. ſi negocia. ff. Negoc. geſtor. Sp.

COMPENSATIO, eſt debiti & crediti inter ſe cōtributio. l. j. de Compenſ. Zaſ. in §. In bonæ fidei. Inſtit. de Act. eſt debiti ad debitum, hincinde in uim ſolutionis comparatio.

COMPERENDINATI rei dicūtur, qui in criminalibus è cuſtodia dimiſsi, uice carceris iurant in urbem, aut aliquam priuatam domum: ut interdum fit ex perſonarum dignitate, & genere cauſarum. Bud. in l. poſter. de Orig. iur.

COMPERENDINATIO, eſt utriſq; litigatoribus inuicem ſibi denunciatio in perendinum diem. Sp.

COMPERENDINATORES, qui nouam ſubinde cauſam comminiſcuntur, quo negocium proferant.

COMPERTVS ſtupri, furti, ſacrilegij: pro in ſtupro, furto, ſacrilegio deprehenſus. Compertū eſſe, & exploratū eſſe, idē eſt quod, ſcire per inueſtigationem. Sp.

COMPETENS. Scæuola in l. qui Romæ. de Verb. oblig. Et uictus, prouocauit apud iudicem competentem. Sp.

COMPETENS tempus in l. fortiſsimi milites. C. de Erog. milit. annon. Alber.

COMPETENS tribunal apud Vlpian. in l. ſed & eæ. ff. de Procur. Spieg.

COMPETENTER, pro eo quod eſt, mediocriter: & Competentia, pro ipſa mediocritate & conuenientia. Vlpian. Solut. matr. l. ſi cum dotem. §. eo autem corpore. Quatenus, inquit, & filio & patri competenter conſulatur. Sp.

COMPETERE nobis dicitur, quod iure poſſumus. Vide Gloſ. l. damnū. in princ. de Dam. infec.

COMPETITORES, qui in magiſtratib. officijs, & honorib. petendis cōcurrunt. l. generaliter. §. ſpurios. ff. de Decur.

COMPILARE, eſt facto impetu in quempiam graſſari: quod propriè latronū eſt. Aliquādo accipit̄ pro eo, quod eſt, aliorum ſcripta & inuenta furari. Paul. ad L. Iuliam pecul. l. ſacrilegi. Sunt, inquit, ſacrilegi, qui publica ſacra compilauerint. Nebriſs.

COMPILATORES, ſunt improbi ſpoliatores, ne pilum (telum intellige) quidem relinquentes in ſpoliatorū corpore. Tametſi alij à pilis, id eſt, uillis dictos putent: quibus, ut Alciatus notauit, ſyllaba repugnat. Transfertur & ad alios: ut haud iniuria dixeris etiam Compilatores, qui uel nomina, uel teſtimonia bonorum autorum induxerint. Quemadmodum Feſto, Compilare hęreditatem, eſt fraudare, diripere. Neque tamen rectè dixeris, Compilauit libros, aut pecunias. Probè autem iuxta Roterod. Compilauit ſcrinia mea. Compilant ſerui dominis, heymlich abtragen. Vſum uerbi huius interpres non percepit. Sp.

COMPITVM

COMPITVM, Albericus (inquit) locus eſt ubi plures uiæ cõcurrunt. melius Seruius Virgilianus interpres: Cõpita (ait) id eſt, per quadriuia, quæ Cõpita appellantur ab eo, quòd multæ uiæ in unã con fluũt. Quia uerò in cõpitis laribus ſacrũ anniuerſariũ fiebat, Cõpitalia dicta, dies ei ſacrificio ſtatus. Quod & antè monuit doctiſs. uir Sigiſmundus Gecler. Spieg.

COMPLANATA domus, id eſt, deſtructa, & ſolo æquata.

COMPLERE promiſſum, id eſt, præſtare quod promiſeris.

COMPLVVIVM eſt, quo de diuerſis tectis aqua pluuialis cõfluit in eundem locum. Feſtus.

COMPONERE apud Pompon. in notiſſima l. ij. ff. de Orig. Iur. pro concinnare, ut facile à lectoribus intelligerentur leges, quò pertinerent, quis uſus earum eſſet in foro. Componere enim eſt multas res apta quadã cohærentia, & uelut harmonia ſimul ponere, coniungere. Sic dicimus componi carmina, leges, ædificia, orationes. Idem paulo infrà l. eadẽ uſurpauit compoſuerunt, pro conſtituerunt, annotante in reſtauratione Politiæ Oldend. Erant enim Leges xij. tabularũ cõpoſitæ, ſeu in ordinem redactæ, antequã exponerentur pro Roſtris.. Sp.

COMPONERE lites, pro concordare, ac bonas conditiones paciſci.

COMPOS mentis, id eſt, competentis animi, uel animi ſani: uel potius, qui eſt in poteſtate mẽtis, cui (ut ait Cicero) regnũ totius animi à natura tributum eſt. Compoti contrarium eſt, qui animum non habet in ſua poteſtate, ſed fertur affectuum arbitrio. l. iiij. C. de Curat. furioſ. Sp.

COMPOSITO pro ſimplici utimur. l. uerbum reddendi. de Verb. ſig. & contrà, ſimplici pro cõpoſito, Gloſ. fin. rubr. Solut. matr. ubi Bart. & Iaſon. Sp.

COMPOSITO, aduerbialiter, hoc eſt, ex pacto. cuius oppoſitũ eſt, nõ ex cõpoſito.

COMPROMISSARIVM iudicẽ eligere apud Calliſtratum. l. cum lege Iulia. ff. de Recept. Spieg.

COMPROMISSARIVS iudex, hoc eſt, in quo ſit factum compromiſſum. Iudex editicus uerò dicitˀ, Guidaleto teſte, quẽ una tantũ pars elegit: ut apud Virgiliũ, Vel qui uenit ecce Palæmon. Sp.

COMPROMISSVM, dicitur ipſa facultas arbitro data: tractum ab eo, quòd uterq; litigans ſimul promittat ſe arbitri ſententiæ pariturum, addita per ſtipulationem pœna. Hinc Compromiſſarius, in quem compromittitur. Sp.

COMPROMITTERE, eſt compromiſſum facere, id eſt, mutuo promiſſo fidem ſuam obligare. Spieg.

COMPROMISSVM plenũ. Quęre, Plenum compromiſſum.

COMPROMISSVM ſoluitur, dic, morte, acceptilatione, iudicio, pacto. Paulus in l. nõ diſtinguemus. §. ſumma rei eſt. ff. de Recept.

COMPVTARE, & ſimul putare, quo ad arbores: & exiſtimare, ſiue iudicare ſignificat, quũ ad mentẽ refertur. Eſt & Connumerare, ſiue quod uulgò dicitur, com putum facere, ſiue calculare. §. item tria. in fin. Inſtit. de Excuſat. tut. Spieg.

COMPVLSORIALES literæ dicuntur ideo, quoniã ſuperior iudex cõpellere ſolet ad hoc inferiorẽ iudicẽ à quo appel latũ eſt, ut ſcripta ſeu acta iudicij edat. l. à Procõſulibus. C. de Appell. l. prolatã. C. de Sentent. & interlocut. omn. iudic. Sp.

COMMVNE, ſubſtantiuè, pro communi reipubl. rectè uſurpant interpretes, autoritate Sceuolæ, l. Imp. Alexander. de Appell. Sed & ſic, indicãte locum Aſconio, apud Ciceron. repetitur. Adiectiuum, ſignificat, quod omnium eſt: ut, lex communis. iiij. diſt. c. erit autem lex. Sp.

COMMVNE, eſt ſanè ambiguitas in hoc uocabulo. Nam pro rerum cõmuni & iure & uſu, prorſus excluſo proprio, uſurpatur, & pro uoluntario rerum cõmuni uſu, & quem docet iuſticia, ſeu rerũ publicarum ratio & forma. Itaq; commune ſubſtantiuũ, pro communi reip. autore Aſconio: adiectiuũ, q̃d omniũ eſt, quaſi omnibus cõſentiens ſignificat. De cõmuni, pro de bonis ſocietate acquiſitis, Cicero dixit: quod antè à Syluio interprete indicatum eſt. Sp.

COMMVNIS opinio habet autoritatem, non tam quia multorum eſt, quàm quòd ratione nititur: alioqui fugiẽda eſt. Quęre, Opinio communis.

COMMVNIS prudentia. Lege, Prudentia communis.

COMMVNIS ſenſus ea ferè cõplectitˀ, quæ iuri naturali aſcribunt: id eſt, Budęo interprete, quę natura docuiſſe nos creditˀ. Spieg.

COMMVTATIO ſtatus. Inſtit. de Capit. dimin. in prin. Vide, Capitis diminutio.

COMMVNIS uſus eſt, in cuius obſeruantiam omnes conſentiunt, unde tam citò conualeſcere nequit, hoc eſt, citra decennium. Is quàm uariè accipiatur, docent iuris interpretes. Spieg.

COMMVNIS uſus loquendi, propríetate potẽtior eſt. l. anniculus. l. in uſu. de Verbo. ſig. Tametſi quod ex prudentũ conſuetudine obtinuit, non dubitandũ, propter eorum autoritatem, propriè dici. Vide, Vſus uulgatus. Spieg.

COMMVNICANTVR, pro cõferuntur, ſeu, ut uulgò dicunt, cõmunes fiũt, apud Paulum in l. j. Pro ſocio. In ſocietate omnium bonorum, omnes res, quæ coeuntium ſunt, continuò communicãtur. Sp.

COMMVNICATIO rerum fungibiliũ, quia nihil aliud eſt quàm relatio, ideò præceptor noſter Zaſius (quem illuſtris Baro à Tautenbergo alicubi cõmendat, ob ueterem & bene fundatam peritiam, ac etiam anxiè diligentis cenſuram amplectiť) genus unũ, & genera tria in reb. fungibilibus eſſe dixit. Quod Apellus candidiſsimus commendat, ceu admodum uerè & probè dictum, ſi ad diuerſitatem retuleris categoriarum. Sp.

COMMVMIO rerum, hoc eſt, ut res ita unius ſint, ſicut alterius, poſt Ariſtot. improbatur, & à Iurecoſs. ſtatuentibus legitimam rerum & dominiorũ diuiſionem, ut unuſquiſq; ſuum habeat, ſitq; ſua ſorte contentus. Siquidem naturale iudiciũ facilè ſentit, fieri non poſſe, ut homines inſatiabili quadam cupiditate corrupti, fruãtur cõmuniter omnibus rebus. Fac. l. ex hoc iure. ff. de Iuſt. & Iur. Vide Oldend. in Diuin. j. Precept. ij. Spieg.

CON, particula, nunquã præponiť uerbis, quæ compoſita ſunt ex præpoſitione In. Nemo, teſte Iouiano Pontano, unquã dixit Coinuenio, cohinero, coinhabito, coindoleo, coinfero, aut aliud huiuſmodi. Quamuis coinquino dixerint. Extat apud Impp. in fin. memorabilis. l. ſi quenquam. C. de Epiſ. & cleric. Quære, Coinquino. Spieg.

CONARI, hoc eſt, niti & dare operã ut aliquid fiat, leuius eſt, quàm facere, Donato autore. Eſt tamen ubi conatus inſtar facti habetur, atq; punitur. Qua de re Felinus diſſerit ſingulari tractatu, à nemine non magnopere probato. Spieg.

CONATVS, eſt incumbens in aliquid ſtudium, uel animi, aut corporis impetus. l. j. in fine. ff. Quod quiſq; iur. Sp.

CONCAMERATIO, ſtructura eſt fornicata, ſiue teſtudinea. Labeo de Leg. tert. l. ſi cui ædes. Aliquod, inquit, conclaue quod ſupra concamerationem. Nebr.

CONCEDO, generale uerbum: unde uim accipit à natura contractus cui adiungitur. Vide Bald. in l. non ambigitur. ff. de Leg. Spieg.

CONCEDERE, pro permittere, tẽporariũ eſt: Cedere, perpetuũ. Vide tex. iũcta Gloſ. l. ad eum. ff. de Donation. Sp.

CONCEDERE in fatũ, pro mori. Alber.

CONCHA, apud mare rubrum & creſcit, & coaleſcit. l. cum aurum. §. fin. de Aur. & arg. leg.

CONCHAE, pro teſtis concharum, apud Martiã. in l. itẽ pictoris. ff. de Fund. inſtr.

CONCEPTIO formularum non obſeruať, apud Paul. in l. actio. de Neg. geſt. Spieg.

CONCEPTIO iuramenti, inquit Iuriſconſ. in l. Iuſiurandũ. de Iureiur. ſi de qualitate eius fuerit inter partes dubitatũ, in arbitrio iudicantis eſt. Et paulum infrà: Ideò ſi quid tale inciderit, officio iudicis conceptio huiuſmodi iuriſiurandi terminetur. Hęc uerba interpres explicat. Sed Budæus in prior. Annotat. ea Accurſiũ neutrobi intellexiſſe indicat. Sp.

CONCEPTIS uerbis iurare, id eſt, dictatis à deferente iuramentũ, & ex arbitrio adiurãtis, hoc eſt, adigentis, ad iuſiurandum pernotatis. Idem appellatur preire uerba iuriſiurandi. Vide Bud. in l. Iuſiurandum. de Iureiur. & Oldend. Actio. ix. Claſſe j. Sp.

CONCEPTIS uerbis peierare, eſt inexpiabili periurio ſeſe contaminare. Bud. in l. Iuſiurandum. Sp.

CONCESSIO libellaria. uide, Libellaria cõceſsio. Item cõdictus dies, qui ferè eſt idem quod ſtatus, hoc eſt, deſtinatus, defixus, & ſtatutus per commune dictum. nam condictũ in commune dictum, uel ſimul dictum dicitur, quaſi decretum & conſtitutum, Pylade teſte. Sp.

CONCESSVM dicitur, ſicut datum, legatum, donatum, quod deductis omnibus expenſis reliquum eſt. l. non amplius. de Leg. j. Spieg.

CONCILIATIO mutui per conſumptionem dicitur, quum res uerè ad accipientem translata, ab eo ſtatim in neceſsitatē ſuam uertitur, uel ex interuallo cōſumit. Proinde quæ Dd. de natura cooperante, & non cooperante mutuo ciuili congerunt, mera ſomnia ſunt, ut inſtaurator iuris Oldend. rectè monet.

CONCINNARE, eſt rem effictis mendacijs, omnibus lenocinijs perpolire. ſicuti is qui unguentis delibutus, madenti coma & capillo compoſito cōſpicitur. Hinc Vitiligator appellatur. Græcè κρατηρδικῶν, quaſi ſectator litium. Vide, Redemptor cauſarum. Eſt item cōcinnare, aptè componere. Hinc Cōcinnatorius, a, um, res ad concinnandū apta. Paul. de Pen. leg. l. inſtrumentū. Vaſa, inquit, cōcinnatoria inſtrumento nō continentur. Quod antè Nebriſs. monuit. Spieg.

CONCINNATORES litium, quorum Vlpianus meminit de Offic. Procōſ. Alexander Neapolitanus interpretatur eos, qui nouas lites ſimulatis captionib. & cauillis improbis in longū ducere moliuntur, cum eis iure agere non liceret.

CONCIO legitima dicebat apud Romā. quæ fixa ſtataq; erat: atq; hæc ter in menſe fiebat. Budæus in l. ult. de Senat.

CONCIPERE iuſiurandum, quid ſit, ex uerbis Taciti intelligere poſſumus, lib. ij. Referuntur illa à Budæo in Annot. priorib. ad l. Iuſiurandum. de Iureiur. Sp.

CONCIPERE actionem in bonum. Papinian. de Sep. uiol. Dixi eū rectè ea actione experiri, quę in bonum & æquū concepta eſt, id eſt, Budæo exponente, qua actione qui experitur, ita intendere petitionem poteſt, ut non ultrà petat, quàm quod præſtari & æquum & bonum eſt. Obſeruandū autem, quòd Scęuola Concipiendi uerbū, tota lege Gallus, pro formare uſurpauit, nec à proprio ſignificato receſsit. Vnde ſunt qui parum probant, quod Gloſ. concipi, pro intelligi, & Dynus pro elici, ſiue comprehendi interpretentur. Spieg.

CONCILIATVS, aliquando pro empto accipitur. ut apud Terent. in Eunucho, Prodi malè conciliate. pro, magno empte. Omnis enim conuentio Conciliatio appellatur, ut docet Donatus. Sp.

CONCILIVM, quod Gręci σύνοδον appellant, eſt legitima uirorum ex diuerſis locis & prouincijs idoneorum, propter id quod in repub. paſsim controuertitur, nomine totius reipub. ab eo cuius intereſt, uocata congregatio, modis quibus oportet, ac conuenit hoc ipſum, de quo controuertitur deciſura, uel de ipſo ſaltem conſultura. Particulas huius definitionis pulchrè declarat Frid. Nauſea lib. j. Rer. Concil. Spieg.

CONCILIVM, conuentus populi, non à conſilio ſiue à conſenſu, ut Feſtus exiſtimat: ſed à concalando, hoc eſt, cōuocando populum in unum locum. Sp.

CONCLAVE, locus in domo ſecretior. Vlpian. de Vent. inſpic. l. In quo, inquit, conclaui mulier paritura erit. Item Neratius, de Dam. infect. l. quod Cornelius. Conclaue, inquit, binarum ædium. Nebriſs.

CONCRATITIVS paries eſt Papiniano, in l. ſi fratres. §. item ſi communem. Pro ſocio. qui latinè propriè Intergerinus appellatur, qui à uicinis cōſtructus, ueluti intergerit, id eſt, communiter gerendo eſt. Vide Vitru. Sp.

CONCVBINAE appellatio, Maſurio honeſtior uidetur quàm Amicę: quod Accurſius non recipit: ignarus planè, Concubinæ nomēclaturam apud ueteres inhoneſtam non fuiſſe: ſolumq; ſic appellatam, quæ extra legis pœnam, & ſine metu criminis haberetur. at Amicæ nomen, quaſcūq; meretrices cōtinebat. Cętera Alciatus de Verb. ſig. Sp.

CONCVLCATIO. Vide, Periſſologia.

CONCVPISCENTIA, eſt tam bonarū, quàm malarum rerum appetitus. Concurſu partes habere. l. j. §. interdum. ff. de Vſufr. adcreſc.

CONCVRSVS, ſæpius de perſonis, quàm de rebus inanimatis dicitur. Exemplum prioris extat in l. idemq;. ff. Qui pot. in pig. hab. poſterioris in §. fi. Inſti. Si quad. paup. fec. dic. Spieg.

CONCVSSIO dicitur, quaſi cōmotio totius animi ob aliquā imminentē uiolentiā. Porrò cōcutio, à con, & quatio, mutatis in cōpoſitione literis, ſignificat ꝓpriè, totū moneo inijciendo terrorē. Alberic. Cōcuſsio, eſt crimē inquit, cū quis officialis, à ſubditis per metū extorquet, aut nō facit iuſticiā, niſi pecunia recepta: uel aliquid ultra ſalariū debitum extorquet: uel cum quis accuſat, uel ab accuſatione

deſiſtit

deſiſtit propter pecuniā. Sanè quod contra leg. Iul. repet. turpiter datum eſt iudici, cuius & manus & oculos innocentes eſſe oportet, nulla uſucapione adquiritur illi, uel hæredibus eius. Idem dicendum eſt de uenditionibus aut locationibus, pluris, minoris'ue eo nomine factis: quoniam irritæ ſunt, nec ullo tempore confirmantur. l. quod cōtra. ff. ad Leg. Iul. Repet. l. bonæ fidei. in prin. de Acq. rer. dom. Quare autem leges tam uehementer execrentur, corruptum animi iudicium in magiſtratibus, eleganter tractat Iuſtinian. in Aut. ut Iud. ſine quoq. ſuffrag. §. conſiderauimus. Spieg.

CONCVSSIO ſordida. l. j. §. qui autem. in fin. ff. de Calumniat. Alberic.

CONCVSSIONIS rei ſunt, pœnaq́ꝫ legis Corneliæ teneri iubentur, qui in accuſationem innocentium coierint. l. ij. de Concuſſ. Verba autē eodem in loco, ſcilicet, Qui'ue ob denunciandum, uel non denūciandum teſtimonium acceperint, ab Accurſio intellecta non eſſe, minus mirum eſt, cum etiam à paucis percipiantur. Ea Budæus explicat. Sp.

CONDEMNARE, pro condemnari facere. l. furti. §. mandati. ff. de His qui not. infam. Sic accipi à Suetonio adnotauit Eraſ. Eſt uerò idem quod damnare: quod nunc genitiuo, nunc ablatiuo, ſine præpoſitione iungitur: aliquādo etiam ſine his ponitur. ut, tanti condemnari, eodem ſcelere, de ui, ex edicto. Sp.

CONDEMNATVS, inquit, Iuriſconſ. accipere debemus eum, qui ritè condemnatus ſit, ut ſententia ualeat. l. Si ſe nō obtulit. §. condemnatum. ff. de re iudic. Sp.

CONDICERE, priſca lingua denunciare eſt. §. appellamus. Inſti. de Action. iungiturq́ꝫ datiuo. ut, Cōdico tibi pecuniā, l. ſi indebitum. in prin. ff. Rem rat. hab. In actionibus enim quibus aliquis perſonaliter conueniebatur, ſolebat coram aliquo qui atteſtaretur, condici & conueniri, qua die in iudicio ſiſtendum eſſet. Vnde Condictiones, Perſonales actiones generaliter dictæ ſunt. Item condictus dies, qui ferè eſt idem quod ſtatus, hoc eſt, deſtinatus, defixus, & ſtatutus per commune dictum. Nam condictum, in commune dictum, uel ſimul dictum dicitur, quaſi decretum & conſtitutum: Pylade teſte. Iulianus pro repetere aliquid, uſurpat: Si alienam, inquit, rem mortis cauſa donauero, eaq́ꝫ uſura parua ſit, uerus dominus eam condicere non poteſt. Paulus pro cōtradicere: Hic ſcit, ait, poſſe ſibi condici, ſi conualuerit donator. Zaſius annotat, Condicere furtum à fure, eſſe actione perſonali petere rem actione rei perſecutoria, & non famoſa. Inſtit. de Action. §. Pœnales. Porrò proditum eſt, neminem rem ſuam, niſi furi condicere poſſe. ut dixit Vlp. l. fin. ff. de Vſufructuar. quemad. cau. Sp.

CONDICTIO cum c, à uerbo Condico, pactionem actionemq́ꝫ ſignificat. Vnde Condictio, inquit Caius, et Vendicatio, ad rei recuperationem pertinent. Sine c, à Condo, cōditio, ſors, diſpoſitioq́ꝫ tum rerum, tum temporis dicitur. Vnde frequens apud Iuriſcoss. locutio, ſub conditione ſtipulari, pendente item conditione, & ſimilia. Spieg.

CONDICTIO olim erat certa quædam agēdi ſolennitas, cuius meminit Alciat. in Comment. de Verb. ſig. Hodie nihil eſt aliud, quàm actio in perſonam. Camerarius Pabenberg. annotauit. condictio, peculiare uerbum iuris Ciuilis. Sp.

CONDICTIO certi, quæ nihil aliud eſt, quàm actio perſonalis competit ex mutuo, & ex omnibus contractibus. l. certi cōdictio. in prin. & §. quoniam igitur. ff. Si cert. petat. cond. Itaq́ꝫ ſuperuacaneè ſe torquēt, qui diſputāt, utrum alia ſit certi condictio generalis, & alia quæ ex mutuo competit. Adi Oldend. Sp.

CONDICTIO ex lege, id eſt, actio perſonalis ex lege, datur cōtra executores magiſtratuum, qui plus debito, plus iuſto exigunt à litigatorib. cōcutiunt miſeros. Zaſ. in tit. Inſtit. de Act. §. quadrupli.

CONDICTIO ex l. omni modo. & l. ſcimus. C. de Inoffic. teſt. concedit̃ libris. quibus aliquid minus tamē legitima in teſtamēto parentū relinquit̃. Ea igitur agendum ad legitimæ ſupplementū ceſſante querela & expugnatione teſtamenti. Sp.

CONDICTIO ex l. ſi quando in fin. C. de Teſtib. competit aduerſus iudicem non admittētem iuſtas ac ad rem facientes probationes litigantium. Sp.

CONDICTIONEM pēdere magis, quàm in pendenti eſſe dominium, quando dicendum, explicat Iuriſconſ. §. fin. l. arboribus. ff. de Vſufructu. Sp.

CONDICTIO Triticiaria, ſiue triticiana. Veteres Tritici appellatione intellexerunt opes terræ, cum omnes conſiſterent in pecoribus et culturis terrę. Hinc dicta, teſte Oldend. Triticiaria condictio, qua omnes res nobis debitę, ſiue certę ſint, ſiue incertæ, ſiue immobiles ſint, ſiue ſoli, ſiue corporales, ſiue incorporales, ut Iura uſusfructus. Seruitutes ruſticæ uel urbanæ petūtur, excepta pecunia numerata: quæ cum certa debetur, habet ſuam condictionem. l. j. ff. de Condict. Tritic. Cōmentatoribus nominis ratio non ſatis cognita. Spieg.

CONDITIO, qualitas ea dicitur, qua aliquid condi, id eſt fieri actum eſt. Alciat. in l. debitori. C. de Pact. Vel,

CONDITIO dicitur, cum quid in caſum incertū, qui poteſt tendere ad eſſe, & ad non eſſe, confertur. Ferr. Inſtit. de Verbor. obligat.

CONDITIO uera, intelligenda ea eſt, quę omnino incerta eſt, ante cuius euentum non oritur obligatio, nec actio. Sp.

CONDITIO diuiditur in eam quæ eſt facti, & eam quæ eſt iuris. l. multum intereſt. de Condit. & demonſt. Sp.

CONDITIONEM hanc, Si cœlum digito non tetigeris, impoſsibilem, negatiuā Commentatores appellant, in l. in illa. de Verb. oblig. cum rectius (Alc. ait) neceſſariam conditionem diceret, quæ pro pura habetur. Niſi fortè de eo cœlo, de quo oxymorum, ridiculumq́ ęnigma confinxit Virgilius: Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo, Treis pateat cœli ſpacium non amplius ulnas. Quid hoc in loco ſignificet cœlū, explicat Alc. cap. xviij. lib. j. Parerg. Sp.

CONDITIONES quærere, adulterę, infames que fœminæ ſibi dicebantur, quæ homines bene mentulatos ſibi adſciſcerent, magnis etiam inuitatos præmijs. Egnat. in Capitolinū, & Lampridiū annotauit. Viues aūt, Cōditio, inquit, in fœminis eſt coniugium, unde quærere conditionem, & inuenire conditionem filiæ. Hinc apud iuriſconſultos in uerbis repudij erant & illa, Conditione tua non utar. Spieg.

CONDITIONEM remittere. Oppo. Conditionem manere alicui. l. ei qui furti. ff. de Furt. Oldend.

CONDITIONIBVS ſtare, eſt tenere pacta: cui contrarium, à cōditionib. fugere.

CONDITIO ſeruitutis, id eſt ſtatus, fortuna. l. ult. §. fi. de Aedil. edic. Variè autem uſurpatur. Eſt enim conditio idem quod modus, ratio, lex, pactio, pactū, fortuna, ſtatus, locus, ius, cauſa. Sp.

CONDITOR, qui aliquid componit, uel rei alicuius autor. ut, conditor legum.

CONDITORIVM, id eſt, ſepulchrum. Catanæus oſtendit exempla Comment. vj. Plinian. epiſt. Sp.

CONDITVRA, quod ferculis, alijsq́ eſculentis condiendi gratia adhibetur. Vlp. de Trit. & uino leg. l. ſi quis. Quod potius conditurae loco fuit. Nebr.

CONDITVM, pro abſcōdito, id eſt, quod abſconditè ſeruatur in aliquo loco. Paul. diuerſam autē eſſe cauſſam eorū, quæ in cōdito eſſent. Itē Paulo ſuprà in themate, Si quę in cōdito habuerat paterfamilias. l. Oſidius quidam. de Legat. iij. Conditiuū uerò dicitur, quod ſeruari poteſt ſine læſura. Spieg.

CONDVCERE dicitur is, qui preciū accipit pro re aliqua facienda: quod Redimere etiam dicitur. Vlpianus: Si quis ſeruum docendū conduxerit. Sic & apud alios Iuriſconſultos reperies. Sp.

CONDVCIT, in tertijs perſonis, pro utile eſt, notius quàm ut exemplis probari debeat. Spieg.

CONDVCTORIAE operæ, quæ conductæ ſunt mercede.

CONDVCERE numo uno, donationis inſtar inducit, ait Vlp. l. ſi quis. ij. ff. Locati. Eſt autem, teſte Oldend. prouerbiale ſecundum ueteres, ſicut nunc dicimus, fragmēto panis uel pomi locare aut uendere: ſignificantes donationem potius eſſe, quàm alium contractum. Sp.

CONFARRATIO, genus ſacrificij erat, quod fiebat inter uirum & uxorem, & in ſignū coniunctionis: ſicut Diffarratio, in ſignum diſſolutionis. Spieg.

CONFERRE pedē, antiqui dicūt, quod nos ad punctū uenire dicimus, & iungere: quod non faciūt fugitātes litigatores. Budęus in l. poſteriore. de Orig. iur.

CONFESSA res, pro clara, manifeſta, & de qua nulla eſt controuerſia.

CONFESSIO Extraiudicialis, quæ fit apud ꝓbos & fide dignos homines extra iudicium. Hæc in pleriſq́ caſibus ſuum adfert robur, ad probandam intentionē

actoris. Vide Bart. in l. generaliter. C. de Non num. pec. Sp.

CONFESSOR, nõ is qui peccata alterius, ut imperitũ uulgus appellat, ſed qui propria cõfitet̃ rogatus, uel etiã inuitus, per tormenta. l. ſeruos. C. Leg. Iul. de ui.

CONEESSORIAM actionem Iuriſconſ. appellat perſecutionẽ ex Leg. Aquilia, in l. inde Neratius. §. ult. Ad Leg. Aquil. aduerſus cõfitentem damnũ à ſe datum: ad differentiam negantis, quem oportet probando conuincere. Sp.

CONFESSVS in iure, hoc eſt, in loco ubi ius redditur, pro iudicato eſt: quia quodammodo ſua ſententia damnatur, Paulus inquit, in l. j. de Confeſs. & Imp. Antonin. l. unica. C. eod. Sp.

CONFESSVS Iuriſconſulto uidetur, qui monitus tacet. l. de Aetate. §. nihil intereſt. §. qui tacuit. de Interr. action. Albericus. Varroni eſt, qui faſſus eſt quod ab eo quæſitum eſt.

CONFESTIM, hoc eſt, intra quatuor mẽſes. Sic enim interpretat̃ Bartol. in l. preſbyteros. C. de Epiſcop. & clericis. Sp.

CONFICERE rationes, in l. j. ff. de Tut. et rat. diſtrah. ut apud Cic. lib. j. Offic.

CONFIDEIVSSORES in l. fideiuſſoris autem. & l. uidelicet. ff. de Pact.

CONFIDENTIAM eſſe uitij, nec Archid. ignorauit. c. j. circa fin. de Elect. lib. vj. Fidentia ſemper eſt laudis. Confidẽs autem, mala conſuetudine loquendi, in uitio ponitur: ductum uerbum à confidendo, quod laudis eſt. Inſulanus. Idem indicat, quo loco Cicero ſecutus eſt conſuetudinem. Sp.

CONFINIS ager, qui eodem loco finit. Confinium, terminus agrorum. Inſtit. de Rer. diuiſ. §. ex diuerſo. Adde §. fin. l. iij. ff. Fin. regund. Sp.

CONFINES fundi, uide Terent. Clementem in l. ſi cui fundus. ff. de Legat. ij. & infrà, Mala uicinitas.

CONFIRMATIONE priuilegiorum quamuis nihil noui cõcedi uulgatũ ſit. l. ex uerbis. ff. de Don. in uir. & uxor. eſt tamen ubi confirmans aliquid dat. l. lege obuenire. ff. de Verb. ſig. ex Alberic. Sp.

CONFISCARE. Aſcon. Quia maior ſumma eſt pecuniæ publicæ, quàm priuatæ, factum eſt, ut Fiſcus pro pecunia, & inde Confiſcare dicat̃. Inuenitur hoc uerbũ & ad homines trãſlatũ apud idoneos autores. Quamuis, Inſulano teſte, à quibuſdã deuitatur, potius ſcribẽtibus, in ærarium publicũ redigere, uel fiſco applicare: tametſi Plin. in Panegyrico ad Traianũ, diſtinguit Aerariũ et Fiſcũ. Cic. uſus eſt uerbo publicare, pro confiſcare. exempla idẽ in Obſeruat. ſuis indicat. Cataneus nõ negat interdum cõfundi: monens tamẽ, Viderint, inquit, qui crediderunt ærarium & fiſcum idem eſſe. Sp.

CONFITERI: Donatus in Adelph. Terẽt. cõfiteri & indicare ita diſtinguit: Indicat, inquit, is qui de ſe uolens aliquid & de alijs etiam prodit. Sed cõfitetur, qui de ſe tantum, & qui inuitus. Interpretes tam ad eam quæ à uolente fit, quàm quæ per tormenta exquirit̃ confeſſionẽ, referunt. Vide Glo. in l. ſeruos. C. ad. leg. Iul. de Vi ſuper uerbo, Cõfeſsionibus. Porrò obſeruarunt eruditiores nõnulli uerbum Confiteri à Cicerone alijsq́ frequentius ita uſurpari, ut dicant confiteri de ſcelere, nõ ſcelus: quemadmodum accuſare, defendere, damnare de furto, de repetũdis, de ambitu, dicimus. Sp.

CONFLAGES dicuntur loca, in quę undiq́ confluunt uenti: autor Feſtus.

CONFLARE æs alienũ, translatè pro contrahere debitum, facereq́ ſe debitorem alienæ pecuniæ.

CONFLATAE arbores, pro ruptis. in l. fluminum. §. item apud. ff. de Dam. inf.

CONFLATVM uas, id eſt, compoſitum. Inſtit. de Rer. diuiſ. §. ex aliena.

CONFLVENS, eſt alueus, in quem duo pluráue flumina conueniunt.

CONFOEDASTI, apud ueteres dicebãtur fœdere coniuncti, Bundtgnoſſen. Vide Feſtum.

CONFRATER, nihili uox eſt: pro eaq́ dicendum, frater uel conſors. Inſulan. monuit. Spieg.

CONFRINGERE nauim, id eſt, naufragium facere.

CONFORMARE, ꝑ aſſeuerare. l. teſtiũ. ff. de Teſtib. De hoc uerbo uide quę referuntur à Gloſ. in l. & quia. ff. de Iuriſdict. om. iud. Bart. pro cõſeruare, idẽ uerbũ exponit in Extrau. de Treuga. c. primo.

CONFVNDERE, id eſt, commiſcere. §. ſi duorum. Inſtit. de Rer. diuiſ. ut confundi pro cõmiſceri, apud Iuriſcoſs. Quorum exempla Alber. indicat. Sp.

CONFVSA, quo diſtent à cõmiſtis, Gloſ.

differit

diſſerit in l. ſi frumentũ.§. idem ſcribit, ſi ex melle. in fin. ff. de Rei uẽdicat. Aberic.

CONFVNDENDVM dolo malo argentum curare. uide Paulũ in l. iiij. ff. de Rei uendic. Spieg.

CONGIARIVM, ſportula erat quam diurni cibi nomine, comitibus, anteambulonibus, aſſeclis, ſtipatoribusq́; ſuis, potentiores ciues diſtribuebant. Cõgium, uini menſura, ſextarios ſex capiẽs. Paul. de Fũd. inſtruc. l. taberne. Vnde, inquit, aree, & congiaria ſextaria. Nebriſ. Vide & Donarium, & Periſteuma. Congiarium eſt, etiam donum quod Princeps priuatim dat alicui.

CONGRESSVS & congreſsio, ſunt infra cõſuetudinem aſsiduam, & minus quiddã quàm familiaritatem ſonant. Exemplum habes apud Inſulanum è Cicerone petitum.

CONIECTOR eſt is, quem uulgus diuinatorem uocat.

CONGLVTINATI libri apud Vlpian. item malleati & ornati, de Legat. iij.

CONIECTVRA. Hac exquirimus, ſit ne in rerum uniuerſitate res ea, de cuius natura quærit. deinde quæ eius origo, cauſa ac immutatio: ut, ſit ne Ius gentiũ, quæ eius origo, qua cauſa à iure naturali diſſentiat. toto tit. ff. & Inſtit. de Iuſtic. et Iur. Habetur autẽ coniectura (quatenus ad forenſem uſum attinet, potiſsimũ in his que clãdeſtina ſunt) potior, ꝗ ſtricta uerborũ ſignificatio habet. l. cũ ꝓponebat. de Leg. ij. Vide l. continuus. §. cum ita. ff. de Verb. oblig. & l. apud antiquos. C. de Furtis. Quibus uerò ex cauſis aſſumatur, colligit Alciatus mox ab initio Cõmentariorum de Verb. ſig. Sp.

CONIICERE in carcerẽ. l. fin. ff. de Cuſtod. reor.

CONIVNCTA ſunt bonis, & cõmoda & incõmoda hereditaria. l. j. de Bon. poſſeſs.

CONIVNCTA pro diſiunctis ponuntur, quando ex re ipſa, uel argumẽto de quo agitur, aliud iudicari equum eſt. Aliàs cõiunctiuè ſignificatio eſt, ut coniungat: & utriuſq; coniuncti cõcurſum requirit. l. ſi heredi. de Condit. Inſtit. Sp.

CONIVNCTAE tabernæ quæ dicantur, declarat Iuriſcons. in l. j. de Seruit.

CONIVNCTI in legato unius perſonæ poteſtate funguntur, ut ait Vlpian. in prin. l. plane. de Legat. j. Sp.

CONIVNCTIM, Separatim. l. j. ff. de Vſufr. ad creſc.

CONIVNCTI ſunt, quos & nominum et rei complexus iungit. l. triplici. de Verb. ſig. Hæc Pauli uerba ſingulariter obſeruanda cenſuit Zaſius: ut quæ, ut ipſe ait, communes errores potenter proſternãt. Nam ex eis apparet, cõiunctos re & uerbis, re ipſa tantiſper connecti, ut etiã nominis complexu uniantur: quod certè à re coniunctis prorſus abhorret.

CONIVNCTIO realis, quę re per ſe, hoc eſt reipſa ſic coniungit, ut oratione & uerbis omnino ſeparet. l. re cõiuncti. de Leg. iij. reſpon. ij. ut ſi inſtitueretur Titius hæres in ſolidum, & deinde Caius in eadem hæreditate in ſolidum. Sp.

CONIVNCTIO uerbalis, quòd ita coniungat, ut etiam à re prorſus non ſeparet. d. l. re coniũcti. eod. reſp. Nam in ea copula uerbo quidem unit, cæterùm re ipſa diuidit. ut ſi legetur fundus Ciceroni & Saluſtio æquis partibus, paria de hẹredis inſtitutione dixeris. l. Meuio. in prin. de Leg. ij. Spieg.

CONIVNX, & coniugium, à communi iugo dicũtur: metaphora ducta à bubus, eodẽ aſſuetis iugo: quos poſteaquam cõcordes reddidit aſſuetudo, commodè ferunt iugũ. hæc Eraſmus. Et Laur. Abſtemius in de Obſcuris erroríb. ſentit Græcorũ exẽplo potius à cõiugo, quàm coniungo, Coniunx deriuatum eſſe, & n literam in extrema nominatiui ſyllaba non habeat. Spieg.

CONNIVENTIA, eſt patientia accõmodantium, ac uidere ſe diſsimulantiũ. Pro conſenſu accipitur in l. ſi quiſquis. C. de Poſtul. Spieg.

CONNIVENTIBVS oculis, prouerbiali figura protulit Vlpian. in l. is qui ſuis. de Manu. id eſt, per diſſimulationẽ: cum is qui uidet, oculos interdũ claudit, dum perſpicere nõ curat. Sic corrupti iudices in cauſa cõniuent. Hallucinamur, inquit Eraſ. imprudentes: Cęcutimus nolentes: Conniuemus data opera. Sp.

CONNVBIVM, ius legitimi matrimonij, inquit Seruius. Diuus Paulus cõnubij honorabilis nomine, innuit thorũ immaculatum, hoc eſt, ut ipſe ille corporũ contactus, qui uitari non poteſt (ut uerecundè dixit magnus noſter Eraſmus) ſit caſtiſsimus. nam quidquid pertinet ad abomi-

nandas libidinũ ſpecies, nec maritus ius habet ab uxore petẽdi, nec uxor tenetur obſequij lege. Spieg.

CONQVIRERE, pro inueſtigare. in l. congruit. de Offic. præſid.

CONSANGVINEI. Lege, Conſobrini.

CONSANGVINITAS, attinẽtia perſonarũ eſt: ex eo proueniens, quòd una deſcendit ab alia, uel ambæ ab eadem. Eſt enim uinculum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, carnali compage factũ, quaſi ſanguinis unitas.

CONSCIENTIA nihil aliud eſt, quàm ſecretũ & infallibile facti noſtri iudiciũ, & mille teſtes, ut dici ſolet. Cum inſculpſerit nobis Deus per creationẽ noticias & leges naturales, remittit nos ad conſciẽtiam: quam ſcit ita ſe formaſſe, ut dictaret omnia facienda & uitanda, incipiens primùm à ſeipſa. Huc pertinet illud Domini, in ſe complectens ſummã diuinorum prçceptorũ, memorabile uerbũ: Omnia quæcunq; uolueritis ut faciãt uobis homines, ſic & uos facite illis. Hoc gẽtes etiam, per induſtriã innatam, congnouerunt: ut Oldend. monuit, allegans Tit. π Quod quiſq; iuris in aliũ ſtatuit. Itẽ, Noſce teipſum. Cuius ſententiæ poſt Cicer. Eraſ. noſter in Chiliad. meminit. Porrò iudex conſcientiã ſuam, & manifeſtæ rei ueritatẽ ſequi debet: imò nõ habet quod tutius ſequatur in omni re. Vnde, ut rectiſsimè idẽ dixit Oldend. Qui tradunt duplicem in iudice conſcientiam, nihil aliud docẽt, quàm ipſam fallendi artem, & æquitatis euerſionem. Sp.

CONSCIENTIA ductrix apud Paul. in l. qualem autem. ff. de Recept.

CONSCIVM ab eo qui ſimpliciter ſciuerit, differre arbitrat᷑ Alciatus: ut conſcius is dicatur, qui eiuſdem conſilij & particeps eſt. l. utrum iuncta. l. ij. ff. ad. l. Pompeiam. de Parricid. Sp.

CONSCRIPTAE rationes. l. j. §. officiũ. ff. de Tut. & rat. diſtrah.

CONSCRIPTIO, pro Inuẽtario. Archi.

CONSENSVS liber non eſt, qui alieno pendet ab arbitrio.

CONSENTIRE, eſt in unã ſententiã cõuenire. Item, ſimul et in prçſentia ſentire. l. cõſenſu. ff. de Action. & oblig. Sp.

CONSENTIRE non dicuntur, qui uel errant, uel coguntur. l. ij. ff. de Iud. l. ſi per errorem. de Iuriſdict. om. iud.

CONSENTIRE omnes, cũ temperamẽto accipiendũ eſt. l. ij. ff. de Ritu nupt. l. inter omnes. ff. Qui ſatiſdare cog. Sp.

CONSENTIT, qui ſubſcribit. Gloſ. l. j. ff. Quod iuſſu.

CONSENTIRE in iudicẽ quando dicantur partes, diſputant Dd. in l. ſi conuenerit. ff. de Iuriſdict. omn. iudic. ac poſt longam diſputationẽ, Hegẽdorphino teſte, omnes uerè in hoc conueniunt, in iudicẽ cõſentire bifariã, partim litem conteſtando, partim proponendo exceptiones dilatorias. Adi Bart. hoc loco. Sp.

CONSENTIRE iuriſdictioni uidentur, qui ſciunt ſe non eſſe ſubiectos iuriſdictioni eius, & in eum conſentiunt. l. ij. ff. Vbi quis ager. Spieg.

CONSENTIRE prædictioni. Vlpian. l. ult. Naut. caup. ſtab.

CONSEQVI, pro adipiſci. Paulus: In lege enim Aquilia cõſequimur, inquit, & et amiſiſſe dicemur, quod aut cõſequi potuimus, aut erogare cogimur. Sp.

CONSEQVENTIAE hereditatũ. Vlp. in l. ij. in prin. de Legit. tut. Alber.

CONSEQVI propriè eſt, quod barbari dicũt à ꝓpè ſequi. Vlp. in l. j. de Separat. cõſequuturi, pro adepturi, ut alij uſurpat.

CONSERERE manum dicimur cum hoſte, **ſtryten**. Inde tracta eſt appellatio iudicialis, Manu conſertum: quoniã & in iudicijs digladiari uidemur. lege inferius Ex iure manu conſertum uocari. Sp.

CONSERVATOR, iudex eſt datus ad defendendum aliquos cõtra manifeſtas iniurias, iudiciali indagine non utens. de Off. deleg. c. ſtatuimus. lib. vj.

CONSILIVM, uel à conſulendo dicit᷑, uel quòd in unam ſententiã, pluriũ mentes in unũ conſiliant et conueniant. Sed à ſilentio credibilius dictũ putatur, quo maximè inuenitur. Alia ſignificatione dicitur locus, in quo fit conſiliũ: collata ab eo quod fit, in id ubi fit. l. pen. §. fin. ff. de Iuſt. & iur. Explicat & Gloſ. aliàs huius uerbi acceptiones in §. eadem. Inſtit. Quibus ex cauſ. man. non licet. Sp.

CONSILII appellatione in Fideicõmiſſo non uenit nepos, cõmuni magis Dd. concluſione, teſte D. Bellon. Cõſil. quinquageſimo. Sp.

CONSILIARIVS, qui dat conſiliũ. Item autor aut prçſcriptor alicuius rei. Paul. de Offic. Adſeſs. Conſiliarijs, inquit, eo tempore

pore quo adſident, negocia tractare in ſuum quidem auditorium nullo modo cõceſſum eſt. Dd. rectè exiſtimant hoc officium ualde periculoſum. Sp.

CONSILIVM exercere apud Vlp. in l. ij. de Offic. eius cũ mand. congregare adſeſſores ſignificat (**Rats fründ / ſchöffel, beyſeſſer**) non aũt, ut quidã imperitè putant, aduerſus ueriſsimam Alciati & Salomonij ſententiam. Nam conſilium per ſe, pro cœtu iudicum à Cicerone ſæpe dici inuenias, qui & exercere iudiciũ frequenter dixit. Quis aũt neſcit, modò legerit Iuriſconſultorũ reſpõſa, procõſules & præſides prouinciarũ: quum pro tribunali, ius redderẽt in grauiorib. cauſsis ſtudioſos iuris, hoc eſt, adſeſſores, comites habuiſſe à quibus cõſilio adiuuabant. Sentit aũt Vlp. quũ exercere cõſiliũ, hoc eſt, cõuocare adſeſſores, & ſententiã rogare, **fragen vmb vrteyl**, ad ordinarium ſolũ pertineat: is cui mandata eſt Iuriſdictio, nõ poteſt conſiliũ exercere. Vide Albutiũ diſcipulũ, pro magiſtro Dn. Alc. Sp.

CONSOBRINI dicuntur duarum ſororum filij, quaſi cõſororini: poſſunt & duorum fratrum filij hoc nomine uocari: licet ij uerius Conſanguinei dicantur, uel Patrueles. Inſti. de Grad. §. quarto gradu. & §. plerique.

CONSOCIARE, qui rentur parum latinam uocem eſſe, non mediocriter decipiuntur, teſte P. Victorio. Sp.

CONSOLIDATIO appellatur, ſi uſufructuarius acquiſierit proprietatẽ, tunc cõfunditur & finitur uſusfructus. Sp.

CONSOLIDATVS uſusfructus, apud Vlpian. §. fin. l. iij. & l. idem. de Vſufruc. adcreſc. tum alibi. Sp.

CONSORS caſus, pro ſimili.

CONSORS, eiuſdem ſortis & cõditionis. Per metaphorã, quibus lis cõmunis eſt, conſortes appellantur. Tit. notus eſt in Iuſtiniani Codice, de Conſort. eiuſdem lit. Spieg.

CONSORTES accipiuntur quandoq; in iure pro agnatis, uel ijs qui dominij participes ſunt. Vide Bald. in l. dudum. in fin. C. de Contrah. empt. Sp.

CONSORTIVM cum ancillis, nullũ autem matrimonium erat uiro ciuili.

CONSPIRATIO, quia ferè nunquã non doloſe cenſetur, ideo ſeuerè lex iubet uindicari. Sed & Imp. Adrian. priuatim quo que ſtatuit, uindicari ſcelus aduerſariorũ quibus opprimitur litigantis innocẽtia. l. uiuus. ff. de Re iud. Sp.

CONSPIRATIONEM, inter malos eſſe uolunt plerique confœderationem. Vnde grauiſsimum crimen iure noſtro cenſetur. Albericus tamen indicat, quibus locis etiam intelligatur eſſe inter bonos: ſicuti idem Ciceronis uerbis demõſtrat Inſulan. Sp.

CONSTAFOLARIOS, dictione ex latino, ſiue Gallico, & Germanico conflata, hodieq; conſtofeleros uocant Germani, præſertim qui ad Rhenũ habitant, aſſeſſores iudicij, decuriones, **die Conſtofler:** olim, à Stafolo Comitis, hoc eſt, iudicis fiſcalis, quæ uox Germanis gradum ſignificat. Sic enim illi tribunal iudiciariũ innuebant, à gradibus, per quos ad id aſcenditur, quandò ſolent editiore loco ſedere iudices. Et erãt olim ſub Francis omnes prouinciæ Comitum, qui Germanis Graphiones dicuntur, hoc eſt, iudicum fiſcalium diſtrictibus diſtinctæ. Vnde & tribunal Prætoris uocarũt **Staffelſteyn**. In antiquiſsimis prilegijs Nouientẽſis Abbatiæ, quam Ethico Germaniæ primæ dux, non procul Seleſtadio, aſſentiente uxore ſua Bertſuinde, conſtituit, legimus, **Vnde ſol dirre hof han zweine ſtaffelſteyne / vnde eynen ſtok.** Deprauatus locus eſt, in impreſsis Ripuariorum legibus, titulo, de Intertiatione, in his uerbis: Si autem extra regnum ſupra (lxxx. ſubaudi, noctes) ad Regis ſtans polum, uel ad eum locum ubi Mallum eſt, autorem ſuum in præſenti habeat. Tu pro ſtans polum, ſcribe, Stapfolũ. Rurſum inferius titulo, de Re propriſa: Si quis caballum, hominem, uel quamlibet rem in uia propriſerit, aut rem ſecutus fuerit, per tres Marcas ipſam oſtendat, & ſic poſtea ad regis ſtabulum. Vbi legi debet, ad regis Stafolum. Recenſuimus autem eius Legis ſinceriorem lectionem ex Codice Vormatienſi manuſcripto. nam impreſſus libellus hic omnino corruptus eſt, habens in titulo, de Re probis, cum debeat eſſe, de Re propriſa. Quo uocabulo, malè latino, res aliena in proprietatem uindicata, intelligitur, id quod in bello captis rebus euenire ſolet. Siquidem Gallicus ſermo Priſum nominat, quod belli iure publicatum eſt, &

deprædationi obnoxiū: quaſi dicas, præhenſum, ſiue prænſum. Ex Rhenanicis Obſeruationibus. Sp.

CONSTANS, pro graui. in l. obſeruandū, de Offic. preſid. pro firmo, in definitione ne iuſtitiæ. Inſtit. de Iuſtic. & iur. Sp.

CONSTARE dicitur teſtamentum, quod infirmari nō poteſt. Cum dandi caſui iungitur, eſt cōſtantem eſſe et perſeuerantē. Significat & manifeſtū eſſe & clarū: ut, Conſtat de eius innocentia: id eſt, manifeſta eſt. & apud Vlpian. alimenta cum uita finiri. l. cum hi. §. modus de Trāſact. quoq; cum ſimil. Item, Conſtat inter omnes, id eſt, nemo negat. Sp.

CONSTITVERE, eſt cum parte ipſa ſtatuere, id eſt, deliberare, promittere. Alc. in l. in bonæ. C. de Pact. Quandoq; ſignificat cōueniendo obligare ſe ad id quod iam debitū eſt. Hinc actio conſtitutoria, quæ aliàs de Conſtituta pecunia dicitur: aliàs de Cōſtituta: ſicut in l. eū qui. §. j. aliàs Cōſtitutoria, ut in l. neq; enim. ff. de Conſtit. pecun. Latiusq; patêre hoc uerbum, quàm fideiubere, Old. indicat. Sp.

CONSTITVERE diſceptationem, eſt accordare ſcripturas. Quam ſubſequitur tum ſumma quæſtionis: quod nunc Principale dicimus

CONSTITVERE iudicium, eſt ante iudicij ingreſſum contentione quadā perquirere, ſit'ne actio illi qui agit? aut iam ne ſit? aut num eſſe deſierit? aut illa'ne lege? his'ne uerbis fiat actio? quæritur. Hinc quæſtio ſuboritur, de conſtituendis actionibus, accipiendis, ſubeundisq; iudicijs, de excipienda iniquitate accuſationis: atq; id genus multa, quæ ante litis ingreſſum tractant̄ Quæſtionis uocabulo. Bud. in l. poſter. de Orig. Iur. Idem citato Saluſtiano loco dici eleganter monuit Cōſtituere maieſtatē, quando ſignificat lapſam aut labentem confirmare dignitatis uenerationem atq; amplitudinis exiſtimationem. Sp.

CONSTITVERE quæſtionem, eſt decernere ut uindicetur.

CONSTITVERE in re præſenti, deliberare item cum re preſenti, dicebatur, cum quid ſtatui, tranſigiq; nō poſſe, niſi in loco ipſo ſignificabant. ut fit hodie in his actionibus, à quibus interdicta retinendę poſſeſsionis auſpicari ſolemus, & in huiuſmodi rebus alijs, quæ non niſi in locis ipſis explicari ſolēt. Teutonicè, Vff den augenſchein geen. Sp.

CONSTITVERE ſeruitutem, pro imponere. §. inter ruſticorum. Inſtit de Seruit. cum ſimil. apud Iureſcos.

CONSTITVERE ſtatum cauſſæ iudex dicitur, cum aut iuris diſceptationem eſſe pronunciat, aut facti. Bud.

CONSTITVERE ſummā totius litis, in re aliqua idē q̄d cardinē cauſſę ponere. Bud.

CONSTITVTO iure induci, accipiendū, quod non ſecundum regulas communes iuris inducitur, ſed ſingulari aliqua ratione, quam uſus prudētum approbauerit, & ſimul ſtatuerit. Exēpla refert Alc. quæ & declarat in vij. Parerg. Sp.

CONSTITVTA iudicia, hoc eſt, poceſſus ordinarij, ut nunc Formularij loquunt̄, à uera, genuinaq; ueterum ubiq; loquendi ratione alieni. Spieg.

CONSTITVTIO. Vide, Lex eſt.

CONSTITVTIO ciuilis. l. j. ff. de Priuat. delict. apellat̄ Ius ciuile uel forēſe. Alber.

CONSTITVTIO iudicij, eſt controuerſia quædam iudicium præcedens. uulgò, Finem non procedendi uocamus, ut exiſtimat Bud. in poſter. Annot.

CONSTITVTIONES, Principum ſunt leges, aut placita, quæ per prudentes & iureconſultos interpretabantur. Ferr. in præfat. Inſtit.

CONSTITVTORES. Quære, Mandatores.

CONSTITVTVM, pro certo, ſtabilito, non controuerſo: ut, Conſtituti iuris eſt.

CONSTRICTVM ius, pro arctato. Inſtit. de Adopt. §. ſed hodie.

CONSTRINGERE ſe pactis. l. j. §. j. Cod. de Monopol.

CONSVL nominatur, quòd conſuleret populum, & ſenatum: id quod conſulere ad ueteres erat. Et eſt conſul, qui magiſtratum gerit: Proconſul, qui cum poteſtate extraordinaria, ad aliquam prouinciam adminiſtrandam mittitur: Conſulatus, dignitas ipſa conſulis. Conſulum autem nomen, ad milleſimum plus minus annū progreſſum, cum Romanorū Imperio effloruiſſe, Imperator autor eſt in Nouell. de Conſulib. in prin. iuxta editionē Haloandri. Quo autē tempore cœperunt conſules non eſſe annui, & qui eſſent maiores, qui minores, Alciat. indicat ex Dione lib. v. Parerg. Sp.

CONSVLVM nomina quatuor leguntur

(quod

(quod admirantur interpretes noſtri)in S.C. ad petitionem hæreditatis pertinente.l.item ueniunt.§.pridie.ff. de Petit.hæred. Sed eorum dubitationem Alciat.hiſtoriarū ſcientiſsimus ſubmouet Dionis autoritate.cap.x.quinti Parerg.Sp.

CONSVLARIS cognitio, apud Romanos ſumma cognitio cauſæ uocabatur. Budæus l.ult.de Senator.

CONSVLARES Leges. Vide, Tribunitiæ.

CONSVLERE principem, ferre ad principem, & reijcere cauſſam ad principē. idem ſignificat, Old.annotante, monenteq́, errare tota uia, qui putant Conſultationes ad Principē hodie ,phiberi. Quin ſi de iure, quod ex facto collectū fuerit, iudex dubitet, poteſt ac debet hodie etiā referre, uel ad principem, ſi magna & dubia admodum eſſet cauſſa, uel ad iuris peritum. Si leuior, quod Bartol. uocat Formare punctum, quem uide in l.j.C. de Relation. probatur Nouell. de Iudicib. Conſtit.cxxv.Sp.

CONSVLERE, dare, aut petere conſiliū, pro uaria conſtructione. Poſterioris exemplum eſt in l.ſi res æſtimata.§. ſi mulier.ff. de Iur.dot.& l.ſi cōuenit.ad fin. de Pact. dot. Alber. Pro prouidere Paulus poſuit in l.ij. de Offic.procur.Cæſ.Sp.

CONSVLTA. Vide dictionem, Decreta.

CONSVLTATIO, tum electio, tum deliberatio futurarum eſt rerum, earundēq́ plerumq́ particularium. Lege Pontan. lib.iij.de Prudentia.Sp.

CONSVLTISSIMVM edictum.l.humanum.C.de Legib.

CONSVLTVS, adiectiuū, ſignificat ſciētem & peritū, à quo iure cōſiliū petas. Liuius j.ab Vrbe cōd.lib. Cōſultiſsimus iuris, ut illa quiſquam ętate eſſe poterat.

CONSVETVDO, ius dicitˀ, quod morib. conſtitutū eſt. Propriè uerò ea appellanda eſt, quę uſu populi ſeruatur, & mutari nōnunquam contrario uſu ſolet. Vigl.in tit. Inſtit. de Pup. ſubſtitut. Diſtat autē à Statuto. quandoquidem Statutū eſt ius ſcriptum: Conſuetudo, non ſcriptum. ut tradit Barto.in l. de quibus.ff. de Legib. Spieg.

CONSVETVDO diuturna, pro iure & lege in ijs, quæ non ex ſcripto deſcendunt, obſeruari ſolet, inquit Vlp. in l.diuturna. ff. de Legib.Spieg.

CONSVETVDO ſermonis, cōſenſus eruditorum eſt: ſicut uiuendi cōſuetudo, bonorum conſenſus. Bud.in l. priore.de Orig.Iur.Sp.

CONSVMMARE, quod inchoatum eſt perficere.l.ſi in aliquam.ff.de Offic.Proconſulis.

CONTEMNERE, et deſpicere, eo diſtāt: quòd deſpicere eſt grauius quàm cōtemnere. Pararatus ſoluere, etiā ſi nō offerat, contemnere nō cenſetur. Vide Archid. & Io. Andr.in c.j.ext.de Sent.excō.lib. vj.& eodem c.cupientes.§.ſi uerò.Sp.

CONTEMPTA maieſtas Prætoris uindicatur.l.ſi familia.ff.de Iuriſd.om.iud.

CONTEMPTIBILIS uideri, apud Vlp. in l.nec quicquā eſt.de Offic.Proconſ.

CONTEMPLATIO perſonarū habēda eſt, hoc eſt, cuius uitę ſint, utrum frugi, an ſeſquioris. Adi Vlp.in celebri l.cū hi.§. ſed & perſonarum.ff.de tranſact. Spieg.

CONTEMPLATIO, uox familiaris Vlpiano, quod uel ex l.item ſi cum putaui. ff.de Negot.geſt.conſtat.Sp.

CONTENTI modico præſente, in prin.l. cum hi.ff.de Tranſact. Item contenti eſſe debent in l.j.ff.Si pars hæred.pet.Sp.

CONTENTVS debet eſſe teo, quod quis eligit.l.j.§.pen.ff.de Separat.

CONTESTATA lis tunc dicitur, cum iudex per narrationem negocij, cauſam audire cœperit. l. unica. C. de Lit. conteſt. Non tamē per poſitiones & reſponſiones ad eas, ſed per petitionem in iure propoſitam, & reſponſionem ſecutam, conteſtatio litis fieri dinoſcitur.c.unico. circa fin. ext. eod.tit. & c. cum cauſam. Ext.de Iuram.calum. Vide infrà, Proteſtatio. & tit. vij.libr.ij. Progymnaſ. Fori Tautenbergicorum.Spieg.

CONTESTATIO. Lege, Proteſtatio.

CONTIGNATIO, eſt trabium coaſſatio ad tabulata, cœnaculaq́ conſtruenda. Papin.de Seruit.urb. præd.l. binas quis. Binas, inquit, quis ædes habebat una cōtignatione tectas. Nebr.

CONTIGNATIO, pro textura trabiū: quandoquidem, Alciato teſte, tigna ſolent trabes appellari, quibus ſumma domus cōtegitur. Extat uox apud Neratium in l. pen.de Dam.inf.

CONTIGVVM, quod contingit. Vide Gell.lib.ix.

CONTINENS, pro continuus, ſeu conti

nuatus plerunque ponitur. Triphon.de Excuſ.tut.l.Titius ait, teſtamẽto Romæ concepto, ut in continentibus.Item Vlpianus de Aqua pluu.arc.l.j. Noceat loco qui eſt intra continentia ædificia. Itẽ de Verb.ſig.l.Vrbis.Romæ,inquit,continentibus ædificijs.Nebriſs.

CONTINENS,& incontinens abſolutè, dicuntur propriè circa libidinem. Item continens dicitur terra quæ non eſt inſula. Vide Abſtinens.

CONTINENTIAM eſſe duntaxat refrænationem pudicitiæ, pleriq; intelligunt: cum illa ſummatim in eo conſiſtat, ut te contineas ab omni impetu malarũ cupiditatum,ne ue animũ,cogitationesq; circa res turpes,aut illicitas,uerſari permittas. Sic enim deſcribitur à Cicer.lib.ij.de Inuent. Continentia eſt, per quam cupiditas,conſilij gubernatione,regitur.

CONTINENTIA cauſæ diuidi non debet,l.nulli.C.de Iud.

CONTINENTIA ædificia. Vide l.ædificia.de Verb.ſig.

CONTINENTIA uerba. Vide l.collegarum.§.j.de Verb.ſig.

CONTINENTIA urbis, pro ſuburbijs accipiuntur:quòd cum ipſa urbe ſe teneant,contiguaq; ſint. Alciat.de Verb. ſig. Notandum,Qui extra continentia urbis eſt,abeſſe.Ceterùm uſq; ad continentia, non abeſſe uidebitur. Inter continentia urbis uicos uult intelligi. Vlp.in l.collegarum.ff.de Verb.ſig.Sp.

CONTINGENTIA dicuntur,quæ in utramq; partem accidere poſſunt, & quæ accidere æquè, ac non accidere, natura comparata ſunt,hoc eſt, quæ ſunt ancipitis caſus.Budæus.

CONTINGERE.Lege,Obtingere.

CONTINGERE mortẽ.l.j.§.j.de Leg.ij.

CONTINVA poſſeſsio dicitur, nõ ſolum quæ penes unum atque eundem ſemper eſt,uerumetiam quæ ab uno ad alium legitimè translata fuerit.Sp.

CONTINVVS fluuius dicitur,tametſi accreſcat.l.j.primo reſp.de Flum.

CONTRA bonos mores fieri,peculiaris in iure ciuili locutio, id eſſe uidetˀ, quod publicam lædit honeſtatem, moremq; maiorum non ſcripto, ſed uſu ſolũ communis conſenſus introductum. Pontificio iure id ſolum eſſe cenſetur contra bonos mores, quod peccatum inducit, ut aiunt,mortale.Sp.

CONTRA ius partium pronunciare uocatur, cum in ſentẽtia nõ exprimitˀ aliquid contra leges: ſed tamen ſi ad factum & cauſſam exigatur, tum apparet iniquitas.ex Oldend.de Sent.& re iudic.Sp.

CONTRA placita ſeruitutẽ uindicare,apud Papinianum l.iiij.ff.de Seruitutib.

CONTRA res bis iudicatas in integrũ reſtitui deſideranti,diuus Seuerus & Imp. Antonius permiſerunt. Adi l.minor magiſtratus.ff.de Minor.Sp.

CONTRACTVM, Labeo autor eſt, ut Vlpianus ſcribit, eſſe ultro citroq; obligationem, quem Græci συνάλλαγμα uocant,quaſi contra, ſeu uiciſsim actum.id enim hæc uox ſignificat: qua & Ariſtotelem uſum eſſe lib.Ethicorum quinto,Budæus in Annot. poſter.indicauit. Igitur Contrahere erit, ut Alciatus probabiliter colligit, uiciſsim & mutuò trahere. Doctores omnem eam, quæ eſt de Contractibus iuris partem, non aliter quàm in ſomnijs tractarunt: quum ne uim quidem,teſte Dn. Oldẽd. uerbi Cõtractus, ſatis explicarint.Sp.

CONTRACTVS,lata ſignificatione cõtinet omne pactũ,ex quo naſcitur obligatio:propriè tamen ultro citroq; eſt obligatorius.l.Labeo. de Verb.ſig. Quo diſtet autem innominatus (nam & is uenit nomine Contractus) docet Bart.enarrans l.ſtipulationes.de Verb.ſig.Sp.

CONTRACTVS nullus dicitˀ, qui in re, forma,uel materia peccat.Sp.

CONTRACTVS bonę fidei dicunˀ, ex quibus ſimplici quadã ratione boni & ęqui, abſq; ulla ſubtilitatis diſputatione, præſtanda ſunt etiam ea,quę non fuerant nominatim inter conuenientes dicta. Stricti uerò iuris,anguſtis finibus concluſit, nihil admittũt,quàm cuius facta eſt mẽtio §.in bonæ fidei.Inſtit.de Action.l.cõſenſu.in fin.ff.eod.tit.

CONTRACTVS Colonarius. Vide Actio emphyteutica.&,Colonarius cõtractus.

CONTRACTVS conſtituti,qui teſte Zaſio eſt frequẽtiſs.in omni terra, ideo nomen ſortitˀ,quòd in eo q̃d poſsidemus,poſſumus facere aliũ poſſeſſorẽ, conſtituendo nos eius nomine poſsidere. Vide ipſum in enarr.l.q̃d meo.ff.de Acq.poſſeſ.Sp.

CONTRACTVM emptionis & uẽditionis, nõ autẽ cõtractũ uenditionis & emptionis dici-

nis dicimus: quoniam contractus ab emptore, uelut indigente re empta, cenſetur cœpiſſe. Sp. Iuris partem nō aliter, quàm in ſomnijs tractarunt, quum ne uim quidem, teſte Dn. Oldend. uerbi cōtractus ſatis explicarint. Sp.

CONTRACTVS Feudalis, quum totus ex beneficio proficiſcatur, eſt bonę fidei. Vnde rectè dixit Dn. Oldend. pueriliter rixari Feudiſtas, utrum contractus iſte ſit bonæ fidei, an ſtricti iuris. Zaſius in Feudis priuatorū Aluaxotum ſequitur, qui meherclè parū ſolidè ſua hic, ut tum pleraque alia, firmat. Quis quæſo cōtractus erit bonæ fidei, ſi Feudalem non ſinant eſſe talem? Spieg.

CONTRACTVS fidem detegendi ſeruo poteſtas tributa eſt iuxta Hermogenianū in fin. l. in certis cauſsis. ff. de Iudi. Sp.

CONTRACTVS Fiduciarius, qui non iure nititur, ſed fiducia cōtrahentis: ut ſi fidem eius qui tibi obligari non poteſt, ſequaris. Ita Fiducia cōtrahitur, ſi te ita hęredem inſtituam, ut alas filiam, uel amicum meum exulem: uel ſi ea lege conferam tibi præbendam, ut eam alteri reſignes. Quod in manus fidelis tradere, uulgò appellant. Sp. Quaſi Contractus, Lege, Actio negoc. geſtor.

CONTRACTVS ſimulatus propriè eſt, cum fœnerator, quod pignoris cauſa acceptū eſt, emiſſe uideri uult. C. ad noſtrā. de Empt. l. iij. C. Plus ual. quod ag. Sp.

CONTRADICTO iudicio conſuetudinem firmare Vlpiano eſt, quod uulgò dicitur in contradictorio iudicio obtinere, uincere: quemadmodū apud Ciceronē, Syluio indicante, cōtradictiones pro inſtantijs & obiectionibus accipiūtur. Sp.

CONTRAFACERE, ſic intelligendum: Si iuſsio affirmatiua eſt, qui negligit, aduerſus eam facere dicitur. l. ſi quis maior. C. de Tranſ. Si prohibitiua, ne quid fiat, ſit: aduerſus eam negligendo non facimus, ſed faciendo tantū. Ex Alciato. Sp.

CONTRAHERE, paciſci, ut fit in emendis uendendisq́ mercibus. Cic. iij. Offic. Tollendum eſt igitur ex rebus contrahendis omne mendacium.

CONTRAHERE in loco, & conferre ſolutionem in locū, longè differunt. l. eum qui. §. j. ff. de Conſtit. pec. Sp.

CONTRARIVM eſt, quod cum ipſa re pugnat. Dialectici in Topicis faciunt quatuor ſpecies: Relationem, ut pater, filius: dominus, ſeruus: ingenuus, libertinus: Priuationem, ut cæcitas: Contradictionem, ut Sempronius non eſt obligatus: & Contrarietatem, ut albedo, nigredo. Vide Apellum cap. vj. Sp.

CONTRARIVM iudicium tutelæ dicitur, quando tutori ſunt ſumptus & expenſæ reficiendæ. Vlpian. §. l. furti. de his qui not. infam. Contrario iudicio damnatus ait, non erit infamis. Sp.

CONTRECTATIO, uerbale à Contrecto. Vnde & Contrectare, & Contrectatio apud Iuriſconſult. legendum, non autem contractare, & contractatio.

CONTRIBVTIO, id eſt, collatio. ut fit mercium proiactu. l. j. ad Leg. Rhod.

CONTROVERSIA, eſt certarum perſonarum de re propria cōtentio, & ante & poſt litem conteſtatam dicitur. Lege, Lis naſcitur. &, Cauſarum genera.

CONTROVERSVM ius, id eſt, de quo in utranque partem controuerſia eſt: aliquando idem quod dubium. Sp.

CONTROVERSIAM poſſeſsionis facere is uidetur, qui prohibet aliquem uti poſſeſsione ſua naturali. l. ſi duo. §. hoc interdictū ſufficit. ff. Vti poſsidetis. Sp.

CONTVBERNALES, pro ſeruorū coniugibus, & natis, inſtructo fundo continentur. l. quæſitum. §. ſi inſtructum. ff. de Fund. inſtruct.

CONTVBERNALES in re militari dicunt, qui ijſdem tabernaculis, ſeu tentorijs militant. l. rem §. j. ff. Commod. Sp.

CONTVBERNIVM quandoque appellatur in ſeruis, quod in Quiritibus matrimonium eſt. l. liberorum. de Verb. ſig.

CONTVBERNALIS ſeruus pro domeſtico. l. ult. de Aur. & arg. leg.

CONTVMACIA, à cōtumeo, inobedientiam ſignificat, & propriè contemptum potiorū: & eſt delictum perſonale, perſonam ſequēs inobediētis. Vnde fit quòd procuratores, tutores, uel curatores, ſi non obtemperauerint iudici, ipſi tenentur, non dominus, pupillus, uel adoleſcens. l. j. §. ſi procurator. ff. Si quis ius dicen. non obtemper. Spieg.

CONTVMACIA Euidēs, quę & Manifeſta nominari poteſt, eſt, ſi reus in faciē cōteſtetur, ſe nolle cōparere, ſe nunquā pariturū, uel mox à citatione appellet: iam facto ſe non compariturum teſtatur. Sp.

CONTVMACIA

CONTVMACIA præſumpta, quam & Dubiam aliqui nominant, eſt, cum citatus reus ad domum, non in faciem: aut ſi familiæ ſuæ, uel domi ſuæ uicinis denunciatur iſta citatio: uel etiam in albo Prętoris, in ualuis curiæ: ſi reus non comparuerit, non eſt uerus contumax, ſed præſumptus. Spieg.

CONTVMACIA uera dicitur, cum reus in faciem citatur. Si ſic citatus non comparuerit, dicetur uerè contumax. Sp.

CONTVMAX eſt, qui tribus edictis propoſitis, uel uno pro tribus, quod uulgò Peremptorium appellatur, literis euocatus, præſentiam ſui facere contēnit. l. contumacia. de Re iud. Contumax item dicitur, qui uocanti in ius non obtemperauerit. Cæterùm, Contumacem per annū ius ſuum amittere, Doctores tradiderūt, idq; in ſimplicis cōtumacię pœnam. contra mentem §. ultimi in noua Iuſtiniani Conſtit. C. de Aſſert. tol. ut latius declarat Alciat. ca. xvij. lib. iij. Parerg. Obſeruandum tamen, contumacem eſſe citationi, & nō obtemperare ius dicenti, diuerſa eſſe. Lege Zaſium noſtrum in Intellectibus iuris, & cognoſces ingenia Interpretum defeciſſe. Spieg.

CONTVMELIA, conuicium eſt, à contemptu dicta Vlpian. Aliјs à uerbo contumeo. Contumelia fit arbitro, quum ſpreto eo, ad aliū itur. l. litigatores. ff. de Arbitr. Lege, Iniuſticia. Spieg.

CONTVRBO, as, præter uulgatam ſignificantiam, etiam decoquo, ſiue fidē frango, nec creditori uolo, aut poſſum ſatisfacere, denotat. Alphen. de In rem uer. l. quidam fundum. Poſtea, inquit, conturbauerat qui boues uendiderat. Idem de Inſt. act. l. quicunq;. Si quis piſtor ſeruū ſuum ſolitus fuit ad certum mittere locū, ad panem uendendum, deinde conturbauerit. Nebriſſ. Propriè tamē de ſeruis dicitur, qui cum rationib. dominicis paria non faciunt. ut in l. quidam. de In rem uerſ. Sic plena locutio eſt, Conturbare rationes, conturbare fortunas, ut monuit Budæus in l. quicunq;. §. ſequenti. de Inſtit. act. Sed & conturbare debitores dici poſſunt, qui commiſcent et cōfundunt ea quæ bonis omnibus debent, ut ea nō diſſoluantur niſi uniuerſis, aut ne uniuerſis quidem. Solent namq; hi, qui creditoribus ſatisfacere non poſſunt, id beneficij ab Imperatore impetrare, ut quinquēnio toto à creditoribus appellari nō poſſint. Id Germani uulgò Quinquernel appellant. Spieg.

CONTVSA uaſa. Vlp. Quemadmodum ſi uinum eſſet effuſum, uel uaſis contuſis, uel qua alia ex cauſa. l. j. in prin. ff. de Peric. & commod. rei uend. Sp.

CONTVTOR. C. de Contrar. iudic. tut. l. j. & de in litem dan. tut. l. j.

CONVENAE dicuntur, qui è diuerſis mixti nationibus, in unam coaluerunt ciuitatem. qualis eſt origo Venetorum. Sp.

CONVENIRE aliquē, pro uocare in ius.

CONVENIRI interdicto, nihil eſt aliud, quàm quod comparente iam aduerſario, poſtulatorem petere: ut ſummatim cognoſcatur mandatum iudicis uigoroſum & exequendum eſſe. Hæc uerba Iuriſconſ. Conueniri interdicto, etiam magnæ exiſtimationis uiros non intellexiſſe, Oldend. ſcribit. Sp.

CONVENIT, abſolutè ponitur, pro eo quod pacto firmatum eſt.

CONVENTIONIS uerbū generale eſt, ad omnia pertinens, de quibus negocij contrahendi, tranſigendíque cauſa conſentiunt, qui inter ſe agunt. Nam ut conuenire dicuntur, qui ex diuerſis locis in unum colliguntur, & ueniunt: ita qui ex diuerſis animi motibus in unum conſentiunt, id eſt, in unam ſententiam concurrunt. Adeò autem Conuentionis nomen generale eſt, ut eleganter dicat Pædius, nullum eſſe contractum, nullam obligationem, quæ non habeat in ſe conuentionem, ſiue re, ſiue uerbis fiat. Sp.

CONVENTIO legitima, ut ait Paulus, eſt, quę aliqua lege confirmaт: et ideò interdū ex pacto actio naſciт, uel tolliт, quoties lege, uel ſenatuſconſulto adiuuatur.

CONVENTIO publica eſt, quæ fit per Principem, aut quoties inter duces belli quædam paciſcuntur. l. cōuentionum. ff. de Pact.

CONVENTICVLVM, pro illicita congregatione iuriſperiti uſurpant. Sic & apud bonos autores reperies. Rariùs enim bonā accipitur in partē. Vide Frideric. Nauſ. lib. Conciliariū rerū primo, latius explicantē hoc uocabulū: qui nulla circuitione uſus, quid de noſtri ſeculi cōgregationib. ſenſerit, inibi liberè indicauit. Iaſon arg. l. de Queſtione. C. de Pact. cenſet,

cenſet, crimine hæreſeos notari eos, qui uiuente Pontifice, de Pontificatu cõuenticulam faciunt. Alciatus potius læſę maieſtatis credit. Vide eum in citata l. omnium ſcitiſsimè per eum explicata. Sp.

CONVENTIS ſtare, eſt conuenta ſeruare. Spieg.

CONVENTA tacita, pro, quædam pacta tacito conſenſu contracta. Sp.

CONVENTVS quatuor modis intelligitur. Primò, cum quẽlibet hominẽ ab aliquo conuentum eſſe dicimus. Secundò, cum ſignificatur multitudo ex cõpluribus generibus hominũ, cõtracta in unũ locum. Tertiò, cum aliquis in locum frequentiæ hominũ, ſupplicationis, aut gratulationis cauſa colligitur. Quartò, cum à magiſtratib. iudicij cauſa populus congregatur. Hæc ex Feſto. Sp.

CONVERSATIO æqualis, pro conſuetudine familiari, apud Calliſtrat. in l. obſeruandum. de Offic. præſid. Sp.

CONVICIVM, à uocum concertatione, quaſi conuocium dici, Labeonis ſententia eſt: quam Alciatus aduerſus Vallam defendit, monetq́ per c, conuicium, non per, t, ſcribendum. Obſeruandum eſt, ſicut is actione iniuriarũ tenetur, qui conuicium palàm fecerit: ita & eum qui ſub dolis uerbis dixerit, Magno dolore afficior, quòd furti ſis damnatus. Aegrè fero, quòd publicam pecuniam expilaris. Tędet me, quòd à latronibus ſis ſtupratus, & ſi qua ſimilia. Ex Alciat. Sp.

CONVIVA, qui ad conuiuiũ uocatus eſt. Conuiuator, qui ad conuiuium inuitat: uel qui conuiuium facit & apparat. Conuictor, qui concedit & bibit nobiſcum familiariter.

CONVIVIVM. Cicero, Bene inquit, maiores noſtri accubationẽ epularũ, quòd amicorum uitę coniunctionem haberet, conuiuium nominarunt. Paul. l. final. de Aleator. quod in cõuiuio inquit, ueſcendi cauſa ponitur, in eam rem familia ludere permittitur. Spieg.

CONVOTI, Feſto dicuntur, ijſdem uotis obligati.

COOPTARE, eſt eligere inter pares, aut ferè pares. autore Valla.

COPIARI, caſtrenſe uerbum, pro copias agere. Vide Gell. cap. ij. lib. xvij.

COPIARVM negocium, quod nuſquam eo ſenſu in alio autore reperitur, ut Alciatus atteſtatur, Papinianus in l. ob negocium. de Compenſat. pro mercimonijs earum rerum quæ ad uictum pertinent, & ad exercitum deferuntur, uſurpat. Sp.

COPIOSVM patrimonium, pro locuplete accipiendum. Tenui contrarium. Sp.

κοττάβισις, conuiualis ludus erat apud Grecos, cum reſiduum potus in æneas phialas iactarent: qui ſi ſonantior creperet, ſe ab amica redamari, & mutuo affectu teneri putabant. Vide Alex. libr. Genial. dier. iij.

COPVLATIVAM cõiunctionem duobus modis accipi, Dn. Alciat. obſeruauit ex probatiſsimis grammaticorum: uidelicet quandoque ſenſu ſingulari, quandoq; ſenſu compoſito. Singulariter accipitur, cum dicimus, Cæſar & Pompeius fuerunt conſules: non enim ſimul fuerũt, ſed diuerſis temporibus: Cæſar cum Bibulo, Põpeius cum M. Craſſo. Cõpoſito ſenſu accipitur, ſi dixero, Duo & tres cõficiũt quinq;: nec enim alteruter illorum numerorum quinq; conficit, ſed ita demum, ſi coniuncti ſint. Spieg.

COPVLATIVAS particulas, &, que, cũ, Paulus in l. triplici. de Verb. ſig. articulos more Græco nominat.

COQVINATORIVM, uel potius coquinarium, ut legit Haloãder, inſtrumentũ apud Pomp. in l. & ſi non ſunt. ff. de Aur. & arg. leg. in fi. §. Infecti aũt. Sp.

CORACINVM colorem Iuriſconſ. nominat in l. quæſitum. §. illud fortaſsis. ſi modò fidelia ſint exemplaria, nec Crocinũ legendum ſit, quod habet Nor. editio, Alciatus nigrũ interpretatur in Parerg. quo loco colores explicat. Spieg.

CORAM, & In præſentia, idem eſt: referturq́ ad corporalem præſentiam. Vide Bartolũ in l. j. in fin. ff. de Autor. tut. Sp.

CORAM factum, ex natura rei plerunque illud non uidetur, cui intelligentia non acceſſerit: cum qui animo non adeſt, abeſſe uidetur. l. diem. §. corã. ff. de Arbitr. Vide Alciatũ in l. coram Titio. de Verborum ſignific. Spieg.

CORAM dicere ſententiam uidetur Arbiter, qui eam ſapientibus dicit: cæterùm coram furioſo, uel demente non uidebitur dici. l. diem proferre. §. pen. ff. de Recept. Spieg.

CORBIS, licet communi uocabulo uas ſit uimineum, Græcè Cophinus appellatũ: proprię

propriè tamen Corbis eſt, quo meſſes excipiuntur. Vlp. de Fund. inſtruc. l. Inſtrumenta. Inſtrumenta, inquit, cogēdi fructus: queadmodū torcularia, corbes, falces meſſoriæ, falces fœnariæ. Nebriſs.

CORNICVLARII, adiutores Principis cuſtodiæ, uel officialis, uocabantur. Accurſ. Accenſi, inquit, dicebantur attributi decurionib. hoc eſt, miniſtri eorum: quaſi ad cenſum additi. Quos nunc Cōmentarienſes, & Cornicularios appellant. Dicitur autem Cornicularius in bello, Accenſus decurionis. In Palatina militia Cornicularij accipiuntur pro Accenſis Primiſcriniorum, uel Principis proximorum. Alciat. in l. ij. corniculario. C. de Prox. ſacr. ſcrin. lib. xij.

COROLLARIVM, id quod præter debitum additum eſt, tanquam auctarium ſuperpondiūq;, id eſt, ultra pondus, menſuramq; adiectum. Spieg.

CORONA qua reges inueſtiuntur, tropū habet, cuius perpetuò meminiſſe debēt erga ſubditos: ſunt beneficiarij erga dominos. Vnde ortum, ut Impp. tribus coronentur coronis, & quędam hæc facientia, exactius recitauimus in Ligurinum.

CORONARIVM, quod principi in nouæ dignitatis honorē tribuitur. Inde coronariū aurū. de quo extat tit. C. lib. x.

CORPORA, factiones, ſectiones, collegia, Zunfft / Gaffel / Zech. Martian. de Colleg. illicit. autor eſt. Niſi lex S. C. autoritate, uel Cæſaris collegiū, uel quodcunq; tale corpus coierit, contra leges erit. Pompon. tria corporum genera recenſens, Tertium, inquit, eſt, quod ex diſtantib. cōſtat, ut corpori plura uni nomini ſubiecta: uelut populus, legio, grex. Alciatus prodit lib. ij. Prætermiſs. Pomponium hanc corporū differentiā ſumpſiſſe ex Plutarchi libro, qui inſcribitur de Præcept. coniugalib. Vbi refert Plutarchum ſcripſiſſe, Corpora quædā, alia ex diſcretis conſtare, ut claſſem, & exercitum: alia ex coniunctis, ut domum, & nauem: quædam unita eſſe atq; congenita, ut ſingula animalia. Cetera uide apud Cātiunc. in Topic. loco. v. qui eſt illi, A' toto. Corpus Imperij, pro illa orbis parte, quæ ſubiacet Imperio Rom. Tacitus poſuit. Sic fortè non abſurdè Corpus legum, uulgò appellātur ſinguli libri, quibus uniuerſa doctrina iuris Ciuilis continetur. In Phyſica uocat Apollodorus, quòd ſecetur in tria, in longitudinem, latitudinem, altitudinem.

CORPVS meum uxori meę uolo tradi ſepeliendum in fundo illo, & monumentum extrui uſq; ad quadringentos aureos. Scæuola ad propoſitionem reſpondet in l. Titius hæredes. de Legat. iij. Sp.

CORPORATVM, quod è corpore conſtat.

CORPORE & animo poſſeſsioni incumbere, Iuriſperiti dicunt, quia poſſeſsio nō tantum corpore, ſed animo etiam retinetur: & hoc uerbo Impp. Dioclet. & Maxim. uſi ſunt in l. cōſentaneum. C. Quomodo & quando Iudex ſent. prof. deb. Spieg.

CORPVS poſitū, pro ſepultum apud Scæuolam in §. cibaria. l. fin. ff. de Alimen. legat. Huius uerbi uſus latè patet uarieq;, quem fideliter tradit St. Rob. Sp.

CORPVS, pro collegio à Iurecoss. nonnunquā accipitur. ut Calliſtratus de Excuſat. l. non tantum. Non omnia, inquit, corpora, uel collegia uacationem tutelarum habent. Item Pomp. de Vſucap. l. rerum. Corporum, inquit, tria genera. Iuſtin. quoq;. C. de Legibus & cōſtit. l. quę ex relatu. Quibuslibet corporibus, inquit, aut legatis. Nebriſs.

CORPVS Legum. Vide antè paulo, Corpora.

CORPVS Homeri, quo diſtet à uolumine, ſeu libro, Vlpianus exponit in l. librorum. de Leg. iij.

CORRADERE pecunias, eſt undecunq; illas cruſcare, atq; conquirere. Vlpian. de Bon. damn. l. diuus. Plerumq;, inquit, corraſas pecunias, præſides ad fiſcum tranſmiſerunt. Sp.

CORRASI nummi. l. ſtatuliberos. ff. de Statulib.

CORRECTIO legum, hoc eſt, emendatio, mutatio, fugienda eſt. Quoniam, ut monuit prudentiæ iuris ſciētiſsimus Oldend. ſemper quoad fieri poteſt conciliandæ ſunt leges, perſpectis rationibus earum: ut poſteriores determinent potius, quàm extendant, aut reſtringant. Ariſtoteles lib. ij. Politicor. etiam ſi quid incommodi habeant, receptas leges nō eſſe mutandas cenſuit. Et Vlpian. in l. ij. de Conſtit. Princip. In rebus, inquit, nouis conſtituendis, euidens eſſe utilitas debet.

debet. Legem aũt correctã allegare, diſsimulata lege corrigẽte, pœna falſi eſt, ſcelus reputatũ. Bartol. in l. omnes populi. & in l. ult. ff. ad Leg. Cornel. de Falſ. Adde quoque Nouell. Vt cum de Appel. cog. in prin. Spieg.

CORRECTORES, pro rectoribus & gubernatoribus, apud Hermogenianũ in l. de omnibus. ff. de Offic. preſid. Sp.

CORREPTIO, magis ad uerba, quàm ad uerbera refertur.

CORRIVALES ſunt, qui ex eodem riuo ſimul aquãtur. Et per translationem, qui eandem amicam habent communem. Vlpian. de Aqua æſtiu. l. j. Corriuales, inquit, id eſt, qui per eundem riuum aquã deducunt. Spieg.

CORROBORATVS, pro egreſſus annos pubertatis, qui uir eſſe cœpit, apud Ciceronem obſeruauit Paul. Manut. homo nec negligens, nec indoctus. Sp.

CORRVMPERE ſeruum, eſt bonum ſeruum facere malum, ſiue malum deteriorem. l. j. ff. de Ser. corrup. Verùm corrumpere uirginẽ, eſt uitiare. l. ſi quis aliquid. ff. de Pœnis. Siquidem corrumpere, tam ad animum, quàm ad corpus refertur. l. ſi ſeruus ſeruum. ad Leg. Aquil.. Sp.

CORRVMPERE uirginem, eſt uitiare. l. ſi quis aliquid. ff. de Pœnis. Siquidẽ corrumpere uerbum, tam ad animũ, quàm ad corpus refertur. l. ſi ſeruus ſeruum. ad Leg. Aquil. Spieg.

COTIDIE. Lege, Quotidie.

COTORIA, uena eſt unde cotes exciduntur. Alphenus in l. Cæſar. de Public. Cũ in ſulæ Cretæ cotorias locaret, legem dixerat. Spieg.

C R

CRASSA & ſupina ignorantia. l. nec ſupina. ff. de Iur. & fact. ignor.

CRASSESCERE. Vide, Melioreſcere.

CREARE frequens uerbũ apud Iuriſcos. à quo dicimus creare magiſtratum, pro cõſtituere. Propriè ſignificat gignere uel generare, uel producere. Theologi omnes magno cõſenſu creare uocãt, aliquid de nihilo facere, hoc modo: Nihil aliud quàm poteſt deus creare. Diſputãt tamẽ uanè, an potẽtia hæc creãdi poſſit cõmunicari creaturę, de quo multa Thomas: cuius argumẽta nititur infirmare Scotus, ut ſua cõfirmet: quæ labefactare conatur Occam, ut ſua figat: at iſta quoq; Petrus Aliacẽſ. Lege Viuẽ in cap. xviij. li. xviij. de Ciuitate Dei. Sp.

CREBRIOR opinio, pro frequentiore, receptiore, apud Vlp. in l. unica. de Offic. quæſt. quaſi creſcens numero.

CREDENTIARIVM nominãt barbari eum, qui ſit à dapibus prægustãdis: quẽ peculiari nomine Suetonius in uita Claudij, uocat Prægustatorem. Qui ad Principũ menſas minutatim, ſuo more, edulia conſcindunt: qui mos apud Italos ubiq; eſt uulgaris. Structorum nomine uocari poſſe, cenſuit Inſulanus. Sp.

CREDERE, pro mutuo dare, notum. Inde Credita pecunia potius, quàm debita dicitur. Spieg.

CREDERE propriè is dicitur, qui ita rem alienat, ut dominium trãsferat. qui enim dominium retinet, fidem alterius non ſequitur: hincq; in creditum ire dicitur, nõ qui rem ſuam, ſeu certam ſpeciem uindicat, ſed in perſonam agit, ut ſibi ſatisfiat. Vnde & per Prolepſim, in creditum ire, ſimpliciter pro credere accipi, plerumque conſtat. l. ij. §. mutui datio. eodem, & alibi. Spieg.

CREDENDI appellatio, Celſus ait, generalis eſt. Nam cuicunq; rei adſentimur, alienã fidem ſecuti, mox receptum quid ex hoc contractu credere dicimur: autor Vlpianus, l. j. Si cert. pet. Sp.

CREDIMVS tamen etiam, quibus non mutuo damus, ut commodatario, depoſitario, & creditori pignoris. Inſtit. Quib. mod. re contrah. obl. Gloſ. l. creditori. §. in bonis. de Priuileg. credit. Sp.

CREDITOR, actiua eſt cõtractus pars, & ideo dignior debitore, qui cenſetur paſsiua. Gloſ. & Doct. l. j. in prin. de Verb. oblig. Vnde & qui mutuo accipit, quodam modo creditoris ſeruus efficitur. Gloſ. l. fideicõmiſſa. §. ſi rem. de Leg. iij. Sp.

CREDITOR ut quis dicatur, ſatis eſt quòd fidẽ alterius ſecutus ſit, uel uerè, uel legis interpretatione. l. qui in fraudẽ. §. ex omni. Qui & à quibus manumit. Sp.

CREDITOR in pignore proprietatẽ non habet, ſed ius in re ſpecificum. Vide Zaſianos intellectus. Sp.

CREDITORIS eſt quod debetur, nõ debitoris. Nam Iabolenus de Iur. fiſci, id bonorum cuiuſq; eſſe dicit, quod æri alieno ſupereſt. Sp.

CREDITORES propriè ſunt, qui dederunt

runt pecuniam mutuò: impropriè, quib. quoquo modo debetur. l. creditorũ. cum l. ſeq. de Verb. ſig. Sp.

CREDITORES chirographarij, qui & Perſonales: quòd nihil habeant, niſi nudam obligationem perſonalem. Sp.

CREDITORES dimittere, id eſt ſoluere. ex Alciato. Spieg.

CREDITVM, eſt genus mutui & crediti ſpecifici. Vnde & generalis Rubrica, de rebus creditis. cuius primus in ordine titulus ſpecificam rubricã habet, ſi certum, hoc eſt, mutuum petatur conditione. Quod ut intelligamus hodie, eruditiſsimo uiro Gregorio Haloandro referimus acceptum. Sed & Iuriſcons. Crediti ſignificationem latiorem quàm mutui eſſe, probat exemplis in l. ij. §. fin. Si cert. pet. & ibidem docet, extra quas res conſiſtat: diuiditq; in mutuum, & creditum. Mutuum eſt, cum tantundem redditur, hoc eſt, idem in ſua functione: creditum, cum eadem res reſtituitur. Sp.

CREDVLVS, qui faciliter credit: id autem ex rei nunciatæ & nunciantis qualitate deprehendendũ eſt. l. j. §. dolum autem. & l ex hoc edicto. §. etſi ſtipulator. ff. de Eo per quem fact. erit. Sp.

CREMIA, ligni appellatione contineri apud Iurecõſultos Digeſtorum trigeſimo ſecundo, & ſuperamẽta materiarũ. etiãſi legit Gremia quoq;. Cræmia, inquit Columella, uocant ruſtici tenuia ligna. Sp.

CRESCIT, qui ad maiorem dignitatẽ euehitur. l. eos. C. de Excuſ. tut.

CRESCIT, id eſt, augetur: & decreſcit, id eſt, minuitur peculium. l. peculium. ff. de Pecul.

CRETA Cimolia eſt, qua utuntur in lanicio pannarij, ad lanæ duriciem molliendam. Nebriſs.

CRETIO, eſt certus dierũ numerus, in quo inſtitutus hæres, aut adit hæreditatem, aut finito tempore cretionis excluditur, nec liberum illi eſt tempus ultrà capiendæ hæreditatis. à decernendo appellata, id eſt à conſtituendo, quòd hæres debeat decernere. Cætera Alciatus lib. iij. Diſpunct. cap. vij.

CRIMEN, generica uox eſt, complectiturq; delicta. Vide Bart. in l. transfigere. C. de Tranſact. Sp.

CRIMEN deriuare. Lege, Deriuare crimen.

CRIMEN domeſticum ac uernaculum Cicero appellat, quod intra parietes admiſſum, nondum peruenit in publicum rumorem. In Actione in Verrem v. Sp.

CRIMEN expilatæ hæreditatis, quia adhuc dominus non adeſt, alioquin furtum eſſet: ut quod in hoſtico eſt prædam agere, ſit in ſuo dilabentibus dominis compilare. Ex Alciato. Sp.

CRIMEN importare, appetere iudicio, pro accuſare. l. qui cum maior. ff. de Bon. lib.

CRIMEN maieſtatis eſt illud, quod aduerſus populum Romanum, uel aduerſus ſecuritatem eius committitur. l. j. ad Iul. maieſt. Securitatis ſignificationẽ Accurſium nõ intellexiſſe, admonuit Bud. qui inquit: Securitas reip. eſt ἀσφάλεια, cum ſcilicet ſtatus reip. ita compoſitus eſt, ut nulla ex parte periculum immineat uideatur, nec ſit metus belli externi, aut inteſtini. Itaq; hoc loco ſecuritatem ab Vlpiano latinæ locutionis libẽter obſeruanti, acceptam eſſe. Sp.

CRIMINA, in quib. impunitas dabatur indici (id eſt, ei qui eius facinoris cuius ipſe eſt conſcius, latebras indicat) ſunt maieſtatis, & proditionis.

CRIMINA publica recenſentur in l. j. ff. de Publ. Iud. Põtificium ius, unũquodq; crimen publicum cenſet. Sp.

CRIMINALITER uſurpauit Vlpian. in l. meminiſſe. quæ eſt poſtrema. tit. de Furtis. Sceuola aũt criminale dixit in l. ij. de Appellatio. recip. quod eſt contra nobiles Grammaticos, qui à crimine, criminoſum, non criminale deflectunt. Sp.

CRINALE, ornamentum capitis, ad fingendũ capillos, ne turbẽtur, euagenturque. Vlp. de Aur. & arg. leg. argumento. Faſciæ, inquit, crinales, pedulesq;. Vbi Beroal. legit crurules, quaſi faſciæ ſint crurum. Nebriſs.

CROCINVM (iuxta Haloandri editionem) pro coracino legendum in l. quęſitum. §. coccum. de Legat. iij. Vide Alcia. cap. j. lib. Parerg. ij. Sp.

CRVCIATVS uocatur, inquit diuus Auguſtinus, ubi dolores acerrimi exagitãt. À cruce nominatus. pendentes enim in ligno crucifixi, clauis ad lignum pedib. manibusq; confixi, producta morte necabantur. Non enim crucifigi, hoc erat occidi, ſed diu uiuebatur in cruce: non quia longior uita eligebatur, ſed quia mors

mors ipſa protendebatur, ne dolor citius finiretur. Spieg.

CRVDAE uuę, maturis opponuntur. l. ſi ſeruus ſeruum. §. oliuam. ff. ad Legem Aquiliam.

CRVENTA ſpectacula ſublata. Vide tit. de Gladiat. toll. C. lib. xj.

CRVCIARII, qui tolluntur in crucē, hoc eſt furcā: qui & Patibulati dicuntur. Supplicij huius, quod, ut ex Seneca conſtat, non fuit unius generis, Vlpianus meminit: Calliſtrat. item de Pœnis. l. capitalium. Summum, inquit, ſupplicium eſſe uidetur, ad furcam damnatio, item uiui concrematio. Sed furca tunc non erat, ut hodie, peculiare furum ſupplicium, ſed latronum & homicidarum. §. famoſos latrones. l. ead. Sp.

CRVRA equi frangere. l. ult. ff. ad Legem Aquiliam.

CRVRVLES, quod Beroaldus Maior elegans uocabulum dicit, reponendum idem putat apud Vlpianum in l. argumento. de Aur. & arg. leg. nam pro eo uulgati Codices habent, Faſciæ crinales. Crurules autem, & Pedules Vlpianus appellat, à cruribus ſcilicet & pedibus ueſtiendis. Spieg.

CRVSTVARII, à cruſtis: quarum mentio apud Paulum in l. pediculis. de Aur. & arg. leg. dicti, quorū artificio uaſa cruſtis illigabant. Huiuſcemodi cruſtarū meminit Iuuenalis Satyra quinta. Sp.

CRVX, ſeruorum, non ciuium erat ſupplicium. Vnde ſerui fugitiui, qui crucem meruerunt, Cruciferi dicti ſunt: & in ſignum ignominiæ, crucis ſignum in ueſtę ferebāt. Iuxta quod ſcriptum eſt, Morte turpiſsima condemnemus eum. Crux autem modò in pœnis reorum non eſt apud Romanos. Vbi enim domini crux honorata eſt, putatum eſt, quòd & reus honoraretur, ſi crucifigeretur. Autor Auguſtinus Tract. xxxvj. in Ioann. Sp.

C V

CVBILE. Quære, Lectulus.

CVBICVLARII, qui cubiculo, uel ad limina aſſident. Alphenus hos numerat inter eos, quos uſus ſui cauſa paterfamilias habet. ad finem. l. in cenſoria. ff. de Verb. ſig. Spieg.

CVBICVLVM, locus in quo cubile, id eſt lectus, in quo cubetur, ſternitur. Vlpian. in l. cum fuerit. de Condit. & demonſtr. Quamuis, ait, nondum in cubiculum mariti uenerit. Nuptias enim non concubitus, ſed conſenſus facit. Sp.

CVBICVLVM Principis, dicitur ſacrum. C. de Præpoſit. ſac. cubic. lib. xij. Sp.

CVCVLLVS, tegmentum capitis, & propriè papyraceū: quanquā & ex alia materia fiat. A' quo Cucullatus, hoc eſt cucullo opertus dicitur: quales ſunt monachi, & qui uulgò uocant Fratres ordinū mendicātium, & quos Picus Iunior facticiæ religionis nomine cōplectitur. de quibus Politianus in præfatione, quam in Menæhmos Plauti fecit, hæc dixit: Hi ſunt præcipuè quidam clamoſi, leues, cucullati, lignipedes, cincti funibus. Vnde Bardocucullus genus eſt ueſtis cucullatæ, à Bardis Gallorum gente, quòd hoc pręcipuè genere ueſtis uteretur.

CVCVMA, uidetur eſſe genus ædificij, tugurij pauperis. Ambroſ. pro uaſe quodam æreo uidetur poſuiſſe. Vnde Cucumellam inter uaſa poſuit Vpianus tit. Si ſeruitus uend. l. ſi quando. Seius, inquit, ſi ſyluam ſeuiſſet, in qua labra & crateras & cucumellas poſitas haberet. Pro genere uerberis cuiuſdam poſuit Martianus, ad. l. Corn. de Sic. l. j. Si claua, inquit, percuſſerit, aut cucuma. Petronius Arbiter pro fornace uidetur poſuiſſe. Nebr.

CVCVMAM, genus baculi ferrati Budęus exiſtimat. Polit. licet in Miſcell, indicat uocē eſſe inuentu raram, tamen hæc extat apud Martiā. in l. j. ad Leg. Corn. de Sic. Bap. Pius, ait eſſe genus uaſis, in l. ſi quando. §. cum in domo. Si ſeruit. uend. Cucumellas perperā exponit Interpres cucurbitas eſſe, ſeu pepones, quos uulgus melones uocat.

CVCVMIS, ornamentum ex aurichalco in modum lancis factum, quod habenis affigitur, loris'ue, quæ ab harmis pendēt, atq; pectore equorum. Aliàs pro uaſe apud Martialē, Petronium Arbitrum, & Iurecons. poſitum. uide Alciat. in Rubr. C. Nulli licere in frenis equeſt. lib. xj.

CVCVRBITARE dicitur uaſallus, qui domini uxorem adulterat, uel ad crimen iſtud ſaltem ſollicitat, turpiter tentat, affectat: item filiam, neptem, nurū, aut ſororem eius polluat. Zaſius de Feud. priuat. Mariti cucurbitati ſolēt duci Pariſijs per ciuitatem ab uxore retrogradi ſuper aſinum, pręcone clamante: Qui ſic faciet, ſic

accipiet. Neuizanus in Syl. nupt. Sp.

CVI uoles, quid ſibi uelint hæc uerba, Iuriſcons. oſtendit in l. ſi mandauero. §. ſi tibi. Mandati.

CVILIBET relictum ex familia, quomodo recipiendum: lege, Relictum cuilibet ex familia.

CVIVSLIBET conditionis: hæc addita uerba in Principis conſtitutione, edicto, decreto, lege, ſeu quauis alia diſpoſitione, digniſsimos quoſcp regulariter comprehendit.

CVLCITRAE, generali nomine uocari poſſunt, omne ſtragulum in quo aliquid quieſcẽdi gratia inculcatum ſit. Paulus l. iij. de Supel. leg. Culcitræ, toralia, mappa, uilloſa, & c. Sp.

CVLLEVS, uter eſt ex corio bouis, capiens xx. amphoras. Vlpianus de Fund. inſtruc. l. quæſitum. Cuppæ, inquit, & cullei. Item Scæuola, eod. lib. tit. de Annu. leg. l. legatum. Vini, inquit, falerni, quod domi naſceretur, quotannis binos culleos. Eſt præterea Culleus mẽſura frumentaria, tantundẽ capiens. Scæuola de Pignor. act. l. ult. Pecuniã ſub pignore culleorũ accepit. Erat item Culleus, ſaccus coriaceus, cui inſuebatur parricida, ſimul immiſſa uipera, ſimia, et gallo gallinacio, atcp ita proijciebatur in profluentem. §. alia deinde lex. Inſtit. de Publ. Iud. Huius cullei meminit Cicero pro Roſcio Amerino. Spieg.

CVLPA, eſt læſio per imprudẽtiam facta: quæ tamen humana ratione regulariter euitari poteſt. cur poſtremam hanc clauſulam in definitione culpæ adiecerit, Oldend. ipſe indicat in Tractatu de Culpa. Et quoniam ſæpe accidit negligẽtia non ſine graui detrimẽto alterius, cũ tamẽ abſit animus nocẽdi. l. j. C. Si aduerſ. delict. Quare donatus culpa, inquit, eſt eius qui neſciẽs aliquem læſit. Cum aũt ſimpliciter in lege ponit, pro ea accipit quę leuis eſt, niſi materia repugnet. Porrò culpæ nomen generale eſt, dolumcp comprehendit, non quidem uerum, ſed præſumptum. Nam ſi in materia culparũ, quam à Zaſio nemo diligẽtius tractauit Oldẽd. de uero dolo locutus eſſet, iam culpã nominari, quid attineret? l. ſi idẽ. C. de Codicil. cum uulg. Et ea cũ primis eſt inter dolũ & culpã differentia, quòd dolus certa animi deſtinatione & ꝓpoſito lædẽdi contingit: Culpa uerò ſegnitie uel ſimplicitate inconſideranter admittitur.

CVLPA lata duo continet genera. Eſt enim quędã ignauiæ, quædã uerſutiæ. eas multis in locis diſtinctè attigit Zaſ. noſter in Intellectib. Et eſt tam magna, teſte Oldend. & multis nominibus ſuſpecta negligentia, ut meritò dolus exiſtimari poſsit. Duobus autem modis potiſſimum cognoſcitur. refert idem in citato tractatu. Lata culpa etiam dolo proxima ſæpe dicitur. arg. l. j. §. ſed ſi in eo. ff. ad S.C. Syllan. Spieg.

CVLPA lata, quæ & latior interdũ à Iuriſcons. ornato ſchemate dicitur, quo cõparatiuum pro poſitiuo ſcribimus. l. quod Nerua: Depoſ. Hunc loquendi ductum cũ nõ aduerteret Bartolus, purioris linguæ inſuetus, iam citatã l. interpretans, culpã in quincp ſpecies partitus eſt: Latiſſimã, latiorẽ, latã, leuem, & leuiſsimam: commentus eo in loco multa, quorum tamẽ nihil in iure fundatũ eſt. Itacp rectius à Zaſio in duas duntaxat ſpecies diuiſa eſt, inter ſeſe ex oppoſito diuerſas, Latã ſcilicet, & leuem.

CVLPA leuis, ſecundũ Alciat. ſic diffiniri poteſt, ut ſit negligentia, qua quis in reb. alienis eam curã non adhibet, quam cęteri patresfamilias ſolent, tametſi in ſuis minimè diligentior ſit. Et hoc non ex malicia, ſed ex ſegnitie animi, uel ruſticitate, uel inertia, uel ſimplicitate proficiſcitur. ut Vlp. dicit in l. iij. §. ult. ff. de Suſpect. tut. Dicta eſt aũt leuis, non quòd aliquãdo non grande damnũ adferat, nec quod plerunqz non ex iniuſta errandi cauſſa ꝓdire ſoleat: quippe quod qualiſcuncp citra calliditatem concepta opinio, excuſet à dolo, iuxta l. igitur. §. poteſt. ff. de Liberal. cauſ. Verùm ideo cenſetur leuior culpa, quia abeſt propoſitum nocendi. Et proinde illæſa conſcientia, meritò iſtos errores, & naturæ defectus licet magnos ſæpe excuſat. Sp.

CVLPA magna, eadẽ quę Lata. Paulus de Verb. ſig. magnã culpã, dolum interpretatur, intellige præſumptum. Cæterùm, quemadmodum in contractibus culpa præſtanda ſit, longa eſt diſputatio: quam tamen paucis finiuit Alciat. in l. magna negligentia. de Verb. ſig. Sp.

CVLPA liberare, eſt aliquẽ excuſare, culpãcp nullam admiſiſſe oſtendere. Sp.

CVLPARE & laudare, contraria.

CVLTVRA bienalis, quando pro una habẽda eſt, docet Bart. in l. diuortio. §. quod ſi anno. ff. ſolut. mat. Sp.

CVLTVRA diligenti, prædiorum precia ampliari, negligentiore diminui, Calliſtrat. cenſuit. in l. iij. §. diui fratres. de iure Fiſci. Spieg.

CVM, præpoſitio ad perſonas principales non coherentes poſita, copulat: ſicut particula, Et. l. Titiæ. §. nihil. de Leg. primo. l. ſi quis inquilino. eod. tit. cum ſim. Sp.

CVMQVE. Vide, Quicunq;.

CVM commodiſsimum erit, ut accipiendum ſit, exponitur in l. auus. §. pater. ff. de Iur. dot.

CVM dare potuerit, pro, Cum dederit. l. ſtatuliberos. §. ſi quis acceperit libertatem. ff. de Statuliber. l. qui ædes. de Incend. ruin. nauf.

CVM inſtrumento fundus legatus, exponitur l. j. ff. de Fund. inſtr. l. ij. cum inibi not. C. de Verb. ſig.

CVM iuſtæ ætatis factus fuerit, cum perfectæ ætatis fuerit, cum adoleuerit, de annis xiiij. completis intelliguntur. Albericus locos indicat. Cum ad legitimum ſtatum peruenerint, an uerba hæc conditionem inducant, not. in l. ex his uerbis. C. Quan. di. leg. ced. S.

CVM nupſerit lego, ut intelligatur, uide in l. ſi legatum. ff. de Condit. & demonſtr.

CVM omni cauſa. Quoties lex utitur his uerbis, accipiendũ eſt quaſi dicat: Quicquid cauſſam traxerit quouis modo ex re aliqua. Ex Oldend.

CVM oportuerit, &, Si oportuerit, eandem ſignificationem habent. l. quodcunq;. ff. de Verb. oblig.

CVM populo agere (quæ uerba Legis ſunt xij. Tab.) eſt rogare quid populũ, quod ſuffragio ſuo, uel iubeat, uel uetet: unde Rogatio, pro lege dicta.

CVM Patrib. autem agere, eſt ad ſenatum referre. Vide Bud. in Annot. poſt. Sp.

CVM omnibus quæ domi ſunt, quo ſenſu hæc uerba ueniant accipienda, delarat Iuriſcons. in l. Seius in princ. cum inibi not. C. de Leg. ij.

CVM uoluerit, ad tempus uitæ extenditur, teſte Vlpiano in l. fideicommiſs. §. ſic fideicommiſſum. de Legat. iij. Sp.

CVM is in tutelam ſuam peruenerit. Item, in ſuam tutelam & ſuam poteſtatem. Item, cum ſui iuris fuerit factus. Item, cum ad pubertatem peruenerit. Item, & ſi cum ſuæ ætatis fuerit factus, uel legitimæ factus, cum iuſtę ætatis factus, uel cum maturæ ætatis ſit, uel cum adoleuerit. Vide Vlpianũ in l. cum filiofamilias. de Legat. iij. Spieg.

CVM ita legatur, Illi hoc amplius fundum illum cum omnibus rebus, quæ in eodem fundo erunt: mancipia quoque cõtineri, Modeſtinus reſpondit. l. omnia. de Legat. ij. Spieg.

CVM morietur ipſe ſeruus. Vide Africanũ de Legat. j. l. Si à pluribus hæredibus.

CVM uolet. l. uxorẽ. §. Scęuola. de Legat. iij.

CVM pater moreretur: uide Vlpianum hęc exponentem uerba in l. fideicommiſs. §. ſi filio. de Legat. iij

CVMVLATIO, eſt unius actionis ad aliam adunatio. Vel, eſt plurium rerum uel actionum coaceruatio, contra eundem, in iudicio legitimè propoſita. Vide Zaſ. in tit. Inſtit. de Action. §. ſi minus. Et ibidem, Cumulationum quatuor ſpecies. Item Hegendorphin. in leg. ſi idem. ff. de Iuriſdict. om. iud. qui eam rem itidem in compendium contraxit. Sp.

CVMVLVS debiti, pro augmento, apud Vlpianum in l. ſi plures. & Papinian. in l. maiorem. de Pactis.

CVNABVLA, pro primis rudimentis, apud Aurelium, in l. amica. §. his cunabulis. de Offic. præf. præt. §. cum que. in prooemio Inſtit. Eraſmus citat Aurelij uerba in explicatione paroemiæ, Ab incunabulis. Notum Vergilij hemiſtichium, Gentis cunabula noſtræ. Similiter & crepundia, pro prima ætate accipiuntur, Spieg.

CVNCTI uocabulum, ad ſingula quæ ratio nominis complectitur, generatim refertur. l. cũctos populos. C. de Sum. trin. l. ſciant cuncti. de Probat. Hoc aũt ab omnibus diſtat, quod hoc quidem omnes, ſed coniunctos & congregatos: illud uerò continet etiam ſi ſint in diuerſis locis: ſi Feſto credimus. Sp.

CVNICVLVS, pro canali, in l. Proculus. ff. de Damn. infec. l. ſupra iter. de Aq. pluu. arc. Vlpianus in l. Seruius autem de Riuis, Cuniculum uocat foramen ſub terra occultũ. Feſtus protulit genere neutro. Spieg.

CVNIRE. Lege, Inquino.

CVPIDI, pro amantibus eleganter apud Vlpian. in fin. l. j. de Aedil. edic.

CVPIDITAS, hoc eſt, ſtudium diſcendi, optima ratio uiuendi eſt. l. apud Iulianū. de Fideicom. libert. Et Cupidus nihil à Studioſo differt, Grammaticorum placito. Spieg.

CVPPA, & cuppula, uaſa ſunt uinaria, in quibus uina cōduntur. Vlpian. de Fund. inſtr. l. inſtrumenta. Cuppas exponit, uaſa uinaria lapidea, uel de terra facta: at cō ſtant ex lignis. Item de Leg. iij. l. cuius. Vaſa, inquit, uinaria, id eſt, cuppæ & dolia, quæ in cella fixa ſunt. De Cuppula Iurecons. de Trit. & uin. leg. l. ſi cui. in Cuppis, inquit, ſiue Cuppulis. Nebriſs. Simplici p. Iouian. Pontan. lib. j. de Aſpirat. effert hanc uocē, cum ait: Sunt autem cupæ uaſa uinaria maiora ex ligno, quas ſatis impropriè multi Vegetes uocant. Vocari autem cupas id genus uaſis, Lucanus oſtendit cum ait: Nanq; ratem uacuę ſuſtentant undiq; cupæ. Cupis enim naues impoſitæ, ſuſtinentur in mari, cū ipſarum latera carinæq; reſarciuntur. Dictæ autē fuere à priſcis Caupę, à Cauo: inde caupones dicti, à caupis. Sp.

CVR magna ex parte lib. Codicis nouiſſimi nō intelligant̃, lege Antiquitati credit̃.

CVRIA, à cura dicta eſt: quòd reipubl. cura per ipſarum ſententias expediretur. Et apud Rom. non ſolum is locus erat, in quem ſenatores pro reipubl. utilitate cō uenerant, ſed & ubi ſacrorum cura tractaretur. Hinc Curiarum ſacerdotes, Flamines Curiales, item & curiones nominati ſunt. Illi enim in curijs familiarum ita res diuinas curarunt, ſicuti ſenatores Romani, res humanas in Curia Hoſtilia. Sic noſtra ætate Curiam dicimus Pontificis, & Curiam Cæſaris, aliorumq; principū, quòd ibi frequentiam hominū uerſari uidemus. Ceterùm uim & poteſtatē uerbi, hoc eſt, rē ipſam, nemo animaduertit. & ꝓpterea, ut uerisſimè dixit Dn. Oldend. curiarū maieſtas in leuiſſimos uſus paulatim eſt perducta. C. Si curialis relicta ciuitate, rus habitare maluerit. in l. ij. ff. de Orig. Iur. Curio maximus, cuius autoritate curiones regebantur. Curionatus, ipſe magiſtratus. Ipſa autem omnia ſignificātiſsimā habēt deriuationē à cura, quę ſollicitudo eſt & anxietas animi, quaſi cor edens. Et profectò tali conatu rectè cenſet Oldend. atq; diligentia rempub. iuuare oportet. Spieg.

CVRA, pro onere, ſiue prouincia alcui delegata. Sic Iuriſcōs. in l. j. de Officio præf. urbi. curam carnis ad illū ſpectare dicit. Salomonius interpretās hanc legē, uerſ. Et ideo forū ſuarium ſub ipſius cura eſt, Verbū, inquit, curę hic ꝓ ſollicitudine, imperio, & iuriſdictione intelligo, quia in magiſtratibus ſic accipi ſolet. Sp.

CVRA ædium ſacrarum. l. j. ff. Ne quid in loco ſacro.

CVRARE, ꝓ operā dare, in l. cōgruet. ſic enim Haloādri editio habet, de Of. pręſid.

CVRATE agros accendere, apud Vlpianū, in l. Iuliano. de Leg. iij. apparet Accurſium, quòd uariat lectionem, non ſatis intellexiſſe: nimirū neglectis bonis autoribus, qui de re ruſtica per quàm eleganter ſcripſere. Sp.

CVRATORIS officiū eſt, curare res adulti, decoctoris, & furioſi: Tutoris, tueri pupillum, & bona adminiſtrare. Sp.

CVRAM præſentem ac momentariam iniungere, oppon. neceſsitati onerum prębendorum, iuxta Iuriſcons.

CVRATOR bonorū ſecundū iuris formā cōſtitutus apud Vlpian. in l. in integrū. de Minoribus. Sp.

CVRATORES ſunt, qui reb. curandis, gerēdiſq; pręficiunt̃, & ſecūdariò perſonis. Contrariū eſt in tutorib. qui primò perſonis pupillorū defenſandis adhibentur.

CVRIAE. Lege, Centumuiralia.

CVRIAE Dominicales, in pagis & uillis ſunt, quæ uetuſtatis uelut umbram referunt. Zaſ. in l. ij. ff. de Orig. Iur.

CVRIAE familiarium. Lege, Curia.

CVRIALES, ſub Romanis Principib. erant ex decurionib. ſeu principalib. ciuitatum, & qui munera omnia ſuſtinere cogebant̃, & ab alijs exigere: quorū conditio cœpit peſsima exiſtimari, quia à præſidibus, exactoribuſq; tributorum plerunq; inquietabantur, cogebanturq; de ſuo tenuiorum onera ſubire: & ideo prohibita eis erat prædiorum alienatio, ne ſolum euerterent, euitandorum munerum cauſa. Ex Alciati Parerg. Sp.

CVRIALITAS quàm barbare dicitur, tā ineptè neſsitati opponit̃ ab interpretib. dum docent hoc aut illud procedere de Curialitate: nec raro etiam contra apertū textum, præcepta legum torquentes ad arbitrariam

arbitrariam licentiam. Sp.

CVRIATAE leges, à Curiatis comitijs dictæ ſunt, id eſt, tributim coactis. Centuriatæ uerò, à Centuriatis comitijs, id eſt, centuriatim, ex cēſu & ætate diſtributis. Atq; hæ maioris autoritatis erant. Bud. in l. poſt. de Orig. Iur.

CVRIONES. Lege, Curia.

CVRIOSI appellantur, non qui ubi delicta fierent denunciabāt, ut ſentit Accurſius: ſed qui cōmiſſa in curia Principis, uel in comitatu Præſidum per omnes prouincias referrent ad præfectos: unde & nomen ſumpſere. Alciat. in Rubr. C. de Curioſ. & ſtationar. lib. xij.

CVRIOSI erant, qui paſsim delicta in re militari commiſſa nunciabant. Scotus ad Theodoſium, ſcribit in officio magiſtri officiorum eſſe curioſum unum curſus publici: quales ſunt magiſtri curſorum, **Poſtmeyſter**, uocabulo maioribus noſtris ignoto, appellati. Nam hi nobis primùm ſub Cæſ. Maximil. innotuerunt. Memoria nanq; patrū neglectam eiuſmodi curſorum, quos & nos uoce Gallica Poſtas uocamus, cōſuetudinem, Vicecomitum Mediolanen. Ducum familia renouauit. Sp.

CVRIOSVS in bonam partem, pro ualde diligente, apud Vlpian. §. pen. l. iij. de In rem uerſ. Sp.

CVRMI, ex maceratis & coactis frugibus potus. Vlpian. in l. ſi quis. ff. de Tritic. & uin. leg. Igitur & acetum, ait, quod uini numero paterfamilias habuit & zythū, & curmi, & cætera, quę pro hominū affectione atq; numero uini habebunt. Sp.

CVRRICVLVM temporis, id eſt, exitus, in Conſtit. ut Alberic. indicat: quemadmodum apud Ciceronem, Curriculum uitæ, legitur. Spieg.

CVRSOR propriè eſt, qui pedibus celeriter literas defert. Paul. in l. ſeruis urbanis. de Leg. iij. Curſores in familia recenſet. Interdum Viator appellatur, hoc eſt, Apparitor, qui lites in ius uocandis denunciat: uulgus ſuo, hoc eſt, barbaro more, Pedellos uocat. Sp.

CVRTEM, pro Corte, ſolent dicere barbari, ſi ædes uillaticas putent. Aliqui credunt Cortem dici, quòd circa illam coerceatur pecus. Inſulanus.

CVRVI. l. iij. ff. de Aedil. edict.

CVSO frequentatiuū eſt à cudo, **ich ſchmide**. inde componitur accuſo, are, **Verklagen**. Eſt autem, Old. teſte, pulchra metaphora. Nam accuſare eſt apud cauſari, aliquem peccaſſe. Ergò quaſi malleo ad incudem accuditur frequētia quadam deferendi ac probandi criminis, qui accuſatur redigendus in aliam uiuendi aut moriendi formam. Sp.

CVSTODIRE diligēter, pro uincire accipiendum in l. j. ff. de Fugit. adnotarunt et alij. Porrò ad cuſtodiendi rationē, quā Doctores obſcurè tractant, pertinet rem conſeruare ſumptibus. l. Iulianus. §. præterea. ff. de Action. empt. l. domū. C. de Rei uendic. Spieg.

CVSTODIA, idē ſignificare uidet̄ quod uincula: prior tamen uox nō niſi publicā cōplectitur, poſterior & publicā & priuatā. l. uinculorum. de Verbo. ſig. Magiſtratus autē ex qualibet leuiſsima ſuſpicione, eum quē nocentē arbitrat̄, in carcerem ducere poteſt. Bal. in l. nullus. C. de Exhib. reis. Accipitur etiā Cuſtodia, pro carcere, in l. ad Commentarienſem. C. de Cuſtod. reor. quoniā in illum rei, nō pœnæ cauſa, ſed cuſtodiendi mittuntur. Sed & Cuſtodia non rarò pro ipſo in carcerem conjecto uſurpatur.

CVSTOS, Iureconſ. in l. j. §. idem ait. ff. de Vent. in poſſ. mitt. Ad cuſtodienda ea, quæ ſine cuſtodia ſalua eſſe nō poſſunt, cuſtos ponendus, ut pecoris, meſsis, uindemiæ. Oldend.

CVTIS, innatum corpori amiculum & cooperimentum. Feſtus uoci tribuit originem Græcam. Plinius ait: Cutis ipſa ſenſu caret, maximè uerò in capite. Vbicūq; per ſe, ac ſine carne eſt, uulnerata non coit, ut in buccis, cilioq;. Spieg.

C Y

CYATHVS, uaſculū, quo priſci potus ſui menſurā metiri ſoliti fuiſſe uident̄, quòd ſerui quidā ad cyathos ſtare uel eſſe dicerent̄, ut ſerui ad limina, & ad pedes. Pocillatores ab Apuleio appellantur. Sp.

κυβιστῆρες, Græcis urinatores, hoc eſt, natantes ſub aquis ſunt, qui ſe ſub aquas capite mergunt. à κυβιστάω, quod in caput ferri, deuoluiq; ſignificat. Budæus in l. ij. §. j. Ad l. Rhod. de Iact.

CYMATILIS ueſtis dicit̄, quę cęrulei coloris eſt. Sunt qui undulatā intelligāt apud Plautū, quæ nobis **ſchamlott** eſt, quod tamen Dn. Bayfius nō ꝓbare uidet̄. Sp.

CYMBIVM, poculi quoddam genus, ad ſimilitudinem cymbę factum. Paulus de Auro & arg.leg.l.pediculis.

CYMBIA, inquit, argentea, cruſtis aureis illigata. Nebriſ.

CYNOSARGES. Lege, Gymnici agones.

CYNICVS, Alberico, ſuæ ætatis autores ſecutus eſt Tribaldus reprehẽſibilis. Dicti ſunt autem Cynici, uel à Cynoſarge gymnaſio, ubi uerſabatur Antiſthenes, princeps pholoſophorũ Cynicæ ſectæ, uel à κύνας (canes) quaſi canini: quia eſſent in cauillis, caſtigationibusq́ more canum mordaces contra uitia. Eraſ. noſter refert alicubi: Apud priſcos, inquiẽs, aliquis cœpit pallio ſemitectus cũ baculo obambulare, ac mendicato uiuere, & obuijs malè dicere: adeò non defuerunt qui inſtitutum hoc ſequerẽtur, ut hinc orta ſit philoſophorum familia, quæ Cynicorum dicitur. Sp.

D A

DACIAE prouinciæ, quæ nunc Vualachia poſt Mœſias, fit mẽtio in l.final. ad finem. C. de Diuerſ. offic. & appar. Hæc ſub Gallieno Imp. amiſſa eſt: & pòſt à Gotthis Scandia, & Germanici Oceani remotiſsimis inſulis egreſsis, occupata. Eſt autem longè ab ea quam nõ rectè hodie Daciã uocant: cũ ſit Dania appellanda, uulgò dicta **Dånmarckt**, ad Cimbricã Cherſoneſum. Imp. eam diuidit in Mediterraneam & Ripenſem, in Aut. de Eccl. tit. §. j. Sp.

DACTYLIOTHECA, repoſitoriũ anulorum. Paul. de Leg. iij. l. argẽto. Anulis legatis, dactyliothecæ nõ cedunt. Nebr.

DACTYLIOTHECAM meã, & ſi quos præterea annulos habeo. Vide Vlp. in l. librorum. §. fin. de Legat. iij. Sp.

DAER, Grecis eſt mariti frater, Latinis Lęuir: quod & Alciatus probat. At mariti ſoror, Galos à nobis, ut Rhodigin. ait, Glos dici poteſt. Idem Alciatus, quin & alij obſeruarũt, haud rectè ab Accurſio, Lęuirum uxoris fratrem, quaſi læuum uirum, acceptum: quum Læuir, ſolũ ſit mariti frater. Vide, Inateres. Sp.

DAMNARI indicta cauſa dicuntur, qui ad iudicium uocati non affuerunt, abſentesq́ ſententiam paſsi ſunt. Vide Budęũ in Annot. poſter. Spieg.

DAMNAS, apud Iuriſcoſs. uox peculiaris. Marcell. in l. damnas eſto. de uſufr. leg. id eſt, damnatus, per ſyncopem. Alij tamẽ Damnes legũt ea ratione, qua & copes dicitur copioſus. Sed Alciat. ueterem lectionem magis probat. Huc non reſpiciens Nebriſ. monuit ꝓ hac uoce, ubiq́ reponendum, damnatus. Meminit & eius uocis (ut atteſtatur Alciat. cap. j. libr. ij. Parerg.) Agrecius Grammaticus, Iuriſconſultorum uerbum illud eſſe aſſerens. Paulus alicubi Damnes dixit. Sp.

DAMNAS eſto hæres Titium ſinere in illa domo habitare, quoad uiuet, Marcello unum uidetur eſſe legatum. l. damnas. ff. de Vſu. & uſufructu, per Leg. dat. Sp.

DAMNATI uoti ſunt, qui ad obſeruationem uoti obligati ſunt, nõ qui ſoluerint. Alc. de Verb. ſig.

DAMNATI ad ferrum qui dicantur, explicat Alciat. cap. xxiij. lib. j. Parerg. ipſe eos intelligit, quos alibi lex ad gladium damnatos ait. Sp.

DAMNATI in metallum, latè patent. de quo infrà in dictione, Stipteria. Sp.

DAMNO, uerbum notæ ſignificationis. Genitiuo aliquando, aliquãdo ablatiuo iungitur, ſed uariè. Genitiuo, eius rei propter quam quis damnatur: ut ſceleris, ambitus, indulgentiæ, iniuriarum, maieſtatis. Iungitur etiam genitiuo ſignificanti pœnã. ut, dãnari dupli, quadrupli. Ablatiuo itidem pœnæ: ut, damnati capite. Spieg.

DAMNO, præter notam ſignificationem, etiã eſt obligo. de Diuort. l. ſi filius. Damnandum, inquit, eum, quanti mulier litem iurauerit. Item de Leg. j. l. cum filio. Hæredem, inquit, mihi dare damnauerit. Hinc Damnatus, pro obligatus legitur. Nebriſ.

DAMNO imputatur commodum amiſſum. l. j. §. damnũ. l. ij. §. meritò. Ne quid in loc. publ. Alberic.

DAMNO litis puniri, ſiue damnũ litis facere, quid ſit, ceu obſcurum, & ſicut omne multiplex dubiũ eſt, uariè exponit Gloſ. in l. contumacia. ff. de Re iudic. Sp.

DAMNVM diuiditur in iniuriam, & pauperiẽ. l. j. Si quadr. paup. fec. dic. Spieg.

DAMNVM quo diſtet à lucro ceſſante, aduerſus Baldi ſententiã, explicat Alc. enarrans l. cum prætor. de Verb. ſig. Sp.

DAMNVM, & dãnatio, ab ademptione, & quaſi diminutione patrimonij dicta

ſunt.

ſunt.Paulus l.iij.de Dam.infec.

DAMNA fatalia, dicuntur quæ imprudẽtibus accidunt,ad quæ præſtanda non cogimur.l.cum duobus.§.damna.ff.Pro ſocio.Spieg.

DAMNO fatali contingere.l.iij.ff.Naut.caup.ſtab.

DAMNVM infectum, damnum nondum factum,ſed quod futurum ueremur. Caius de Dam.infec.l.j.

DAMNVM non inconſultè accidens, ſed fato. Vide Vlpian. in l.uerum.§.ſciendũ eſt.ff.de Minor.Sp.

DAMNVM, pro pœna accipiũt in l.ſi pro fure.ff.de Condit.furt.Alberic.

DAMNVM,ad res,ſeu pecuniam: Periculum,ad perſonam Accurſ.refert.

DAMNVM reſarcire.l.apud Paul.l.quod ſi minor.ff.de Minor.

DAMNVM facit. Vide Vlpian.in l.ſi ſeruus ſeruũ.§. huius legis.ff.ad leg.Aquil.

DAPHNE, eſt amœnum & ambitioſum ſuburbanũ iuxta Antiochiã. Eius meminit præter eos qui ab Alciato citantur, Amm.Marcell.ad finẽ lib. xix. diuus itẽ Chryſoſtom.contra Gentil. Extat etiam tit.de Cupreſsis ex luco Daphnen.li.xj. C.quem nobis Alciatus reſtituit.

DARDANARII,dicuntur à Grecis propolæ,qui omnia præemunt, ut poſtea carius uendant. Vlpian.de Extraord.crim. l.annonam.Annonam uexare Dardanarij ſolent. Item de pœnis.l.in Dardanarios. Alciatus inter eas dictiones numerat, quæ alijs in autorib. nuſquã eo ſenſu reperiuntur,lib.iiij.de Verb.ſig.Sp.

DARE, eſt per traditionem dominiũ transferre. Dat item qui permutat, uel compenſat.Alciat. de Verbo.ſig. & in Rub. C.de Pac.

DARE,eſt accipientis facere.l.non uidentur data.de Reg.Iur.Hinc qui permutat, qui remittit,ſeu qui accepto fert, qui cõpenſat,interpretatione Legis, Dare dicitur.l.ubi.in fin.de Verb.oblig.l.intantũ. de Lib.cauſ.l.ſi mulier.de Condition.ob cauſ. Sic propriè dat donatarius, mutuò præſtans: & uenditor,ſi eſt mercis ipſius dominus.Spieg.

DARE impropriè dicitur, qui ſurrepta reſtituit.l.ſtatuliberos.§.ſi quis ſeruum.de Statulib.Pro reſtituere autẽ interpretantur in l.ſi ſeruus.de Aedil.edic.Sp.

DARE cui actionem. Vlpian. in l.j.de Superfic.§.is autem. Nam cui damus (ait) actionem, eidem exceptionẽ competere multo magis quis dixerit.Sp.

DARE actionem dicitur prætor, quando actorem ad intendendam actionem admittit.Vlpian.in l.j.in prin.de Superfic.& l.j.§.ult.de Vent.inſpic.Sic & pretor iudicium ſuſcipere cogit aduerſariũ. l.uir bonus.ff.Iudic.ſolui.Obſeruandum autem, non rectè colligi, Prætor dicit ſe actionem daturum tali caſu, ergo eſt Prætoria: niſi nominatim aliquid addatur, quod denotet actionem ex eius iuriſdictione introductam eſſe. Nam omnibus iudicijs præerat, omnes actiones dabat.Et meritò, quia quaſi uiua uox erat iuris ciuilis. ut Martianus dicit in l. nam & ipſum.de Iuſt.& Iur. ex Oldend. Spieg.

DARE beneficium, pro rem gratam facere, dictum eleganter in l. Neratius conſultus.de Reg.iur.Sp.

DARE ciuitatem,pro ciuem facere.

DARE damnum, eſt afferre incommodũ. Nam qui commodum amittit,damnum pati uidetur.d.l.j.§.damnum.Sp.

DARE debere,eſt facto ſuo dominium retrò transferre. Vide Alciat. in l.mutuũ. ff.de Reb.cred.Spieg.

DARE dilationem, & apud Ciceronem inuenitur.

DARE, pro facere poſitum à Iuriſconſult. in l.ſi quis ab alio.ff.de Re iud.ſingulariter obſeruauit Zaſius noſter:et ſi magna ſit differentia inter dare, & facere,ut ipſe in §.ſeq.ead.l.docet. Sed ſic dici in re magna,Donat.in Adelphis monuit.Sp.

DARE ferias, pro obſeruare,apud Vlpianum in l. ſi in aliquam. de Officio Proconſulis.

DARE iudicium, frequens locutio (ea dicendi forma, qua actionem dare) ſignificat agendi facultatem præbere. Vlpian.Prætor ait, Qui deiecerint, uel effuderint in eum locum, quo uulgò iter fiet, quantum ex ea re damnum datum erit,in eum qui ibi habitauit, in duplum iudicium dabo.Sp.

DARE iuſiurandum dicitur etiam, qui ui, uel amens promitit.§.ſicut ergò.iuncta Gloſ.in Aut.ut Iud.ſine quo ſuffrag. Sic Ceſar libro primo Gallic. Hac oratione adducti, inter ſe fidem & iuſiurandum dant.

DARE in mandatis, idem quod mandare.

DARE in matrimonium, in §. legati autem. Inſtit. de Leg. ſicut apud Liuium & Cæſarem reperitur. ut & apud Terent. Dare in nuptias. Sp.

DARE mancipio, uel mancupio, eſt rem ita dare, ut euictionem præſtaturos nos ſpondeamus.

DARE mutuum teſtimonium dicuntur, ut Eraſmus exponit, aut qui mutuo ſtudio ſibi inuicem ſuffragãtur, aut ad gratiam teſtificantur, neglecta religione. Sp.

DARE nomen, eſt curare nomen inſcribendum. Arrianus in l. iij. de Re militar. Qui poſt deſertionem, inquit, in aliam militiam nomen dederunt, legi' ue ſe paſſi ſunt. Budæus interpretatur, ad delectũ ſeſe exhibere. Spieg.

DARE oportere, in fin. l. quod te mihi. ff. Si cert. pet. & l. ſæpè ita §. j. de Verb. ſig. §. is quoque. Inſtit. Quib. mod. recõtrah. oblig. Spieg.

DARE pœnas inceſti, maieſtatis, furti, hoc eſt, puniri ob admiſſum crimen inceſti, maieſtatis, furti.

DARE poteſtatem, eſt rem alterius arbitrio committere.

DARE tui contẽplatione, apud Vlp. l. item ſi. §. item ſi procuratori. ff. Neg. geſt. Sp.

DARI fieri iuſsi. Vide Scæuolam in l. Titia. ff. de Inoff. teſtament. Sp.

DARI uerbum impropriè accipitur pro eo q̃d eſt, tradi. l. ſi ſtipulatus. ff. de Vſur.

DATIO. Hanc notæ ſignificationis, ut Sipontinus ait, uocem obſeruauit apud Ciceronem Nizolius. Vlpian. Eſt autẽ manumiſsio, de manu datio.

DATVM participium, quod frequenter in epiſtolis poſt Vale adſcribi ſolet, Canoniſtę mutarũt in nomẽ Data: cuius tẽpus utiq; conſiderãdũ eſt, ut latè diſſerit Felinus in c. eam te. ext. de Reſcript. Sp.

DATVM ſubſtantiuum in tit. de Condict. cauſs. dati qui uulgò citatur ſic: De conditione ob cauſſam confuſa (ut opportunè monuit Oldend.) loquendi phraſi ac proprietate, nec abſq; ſtudioſorum detrimento. Præterea legẽdum, eodem teſte, de Condictione cauſſa dati, cauſſa non ſecuta: non autẽ, Cauſſa data, nullo cohęrente ſenſu. Sic Celſus in l. ult. eod. tit. obligationem dati uocat. Sp.

DATARIVS nouum quidem, ſed non inelegans Perotto nomen: ſignificat autẽ eum, qui in poſtulationibus ac literis manu Pont. Max. ſubſcriptis diem ac locũ notat, quibus datæ ſunt literæ. Adiectiuè, quod dandum eſt, aut quod datur, ſignificat. Sp.

DATVS iudex, id eſt, delegatus. Nam in iure ciuili, ut Zaſius ait, in l. duo iudices. ff. de Re iud. rarò inuenies uerbum Delegati pro iudice, ſed frequenter uerbum Dati. ut, iudex datus, in l. Iudex. de Iudi. in l. à iudice. & l. apertiſsimi. C. eo. in l. ij. ibi. cui iuriſdictio data eſt. in l. & quia. in princ. de Iuriſd. omn. iud. Propriè iudex datus dicitur, cui reſpectu unius cauſæ, uel articuli tantum mãdata cognitio eſt, & præter eam nihil habet. À recentioribus Cęſarib. Pedaneus appellatus. Sp.

D E

DE, pro à, l. ſi is qui rem. §. final. ff. de Furt. cum ſimil. Sic & Cic. uſurpat.

DE domo, pro ex domo, apud Paulum in prin. l. lecta. ff. de Reb. credit. ſic & Terentius uſurpauit, Clamat de uia, id eſt, è uia. Pauli uerba, quæ ſic habent, Lucius Titius ſcripſi, me accepiſſe à Publio Męuio quindecim mutua numerata mihi de domo: ſecundum Alciat. ſignificãt, tam quod domi numeratum, quàm quod ex domo ad eum miſſum eſt, ſiue per ipſum patremfam. ſiue per eius ſeruos, aut inſtitores. Spieg.

DE, interdum pro, uel propter ſignificat. Vlpianus: Vel ſi quid ex eo quod egerit, ad eum peruenerit, dolo' ue eius malo, uel culpa eius factum ſit, quo minus perueniret, hiſdem de rebus reddi, id eſt, propter haſdem res reddi, uel pro his rebus rectè præſtari. ut in l. aliud. de Verb. ſig. Vide Bud. in l. redhibere. de Aedil. ed. Hæc item præpoſitio quandoque in malam partem accipitur. ut deſperatus, demens, dedecet, deformis, degener. Alciat. lib. iiij. de Verb. ſig.

DE eadem familia, über einen leyſt.

DEALBATORES, item Deauratores, lib. x. Cod. ab Impp. inter artifices recẽſentur, qui munerũ immunitate donati ſunt. Sp.

DEAMBVLANDI ius, hoc eſt, ſpaciãdi, Vlp. Pręter habitationẽ aũt, ait, quam habet, cui uſus datus eſt, deambulandi quoque & geſtandi ius habebit. l. plenum. §. j. ff. de Vſu & habit. Sp.

DE cauſſa nondum liquere, apud Vlp. in fin. l. Pomponius ait. de Recept.

DEBERE,

DEBERE, uerbum, ad omnes omnino actiones referendum eſt.l.pecuniæ.§.hoc uerbum.de Verb.ſig.Spieg.

DEBERE defunctus non dicitur, ſed debuiſſe. Interpretes citant textum ſingularem & unicum, quo id colligunt.l.qui Romæ.§.Augerius.ff.de Verb.oblig.

DEBILES perſonæ: inter eas fœminæ & pupilli connumerantur in l.nequicquã.§.obſeruare. de Offic. proconſ.alibi Imperator miſerabiles nuncupat.Sp.

DEBITI facere gratiam, pro remittere.

DEBITI inſtar habet id, quod officio iudicis adſequi poſſum ab inuito aduerſario: imò & ipſum officiũ à iudice debet poſtulanti ſecũdum ius: & ſi negauerit, tenetur iniuriarum.l.j.§.permittitur autem.in fin.ff.de Aq.quot. & æſt.Sp.

DEBITI ſolutio unde dicta ſit, explicat Bud.in Annot.poſter.Sp.

DEBITOR propriè is dicit̃, cui nulla competit exceptio: ſtrictè autẽ accipitur, ut is ſit, à quo inuito exigere poſsimus, hoc eſt, extorquere: ut rectè Accurſius interpretatus eſt.l.debitor.de Verb.ſig. Accedit quod uulgò dici ſolet, **Iſt ein gůter ſchuldner/aber ein böſer bezaler. das iſt/ein langſamer.**

DEBITOR hereditarius, qui ante editam hæreditatem dedit damnum, uel aliquã rem de hæreditate ſubripuit, autoribus Paulo & Caio.ff.de Petit.hæredit.Sp.

DEBITOR putatiuus, qui putat ſe debitorem: uero debitori opponitur. Vide l. qui ſe debere. de Cond.cauſ.data.cuius intellectum nec interpres, nec Bart.ſatis aſſecuti ſunt.ut ex Zaſianis intellect.euidenter patet.Spieg.

DEBITOR tuus, qui tibi nõ reddit quod eſt tuum.

DEBITORES actionis naturalis. Vide, Actionis naturalis debitores.

DEBITVM ſolutum dicitur, quum eſt res perfectè creditoris facta. Sic debitor fundi, alteri pignorati, dando fundum, non ſatis facit, niſi pignoris obligatione ſublata.l.ſi rem meam.ff.de Solut.

DECANI, dicti ſunt in exercitu, qui decẽ militibus præerant. Alio nomine Caput cõtubernij dicti: uulgò fortè, **Rottmeyſter**. Apud Eccleſiaſticos dignitatis nomen Decanatus. Alc. in l.non plures. C. de Sacroſanct.Eccleſijs.

DECAPROTIA, decemprimatus eſt.l. fin.de Muner. Erant enim Decemprimi ex decurionibus, exactores tributorum, qui fiſcalia detrimenta de ſuo ipſi reſarciebant. Alc.de Verb.ſig.

DECAPROTI erant, qui pecuniam exigebant, quam ipſi fiſco demum numerabant. Quòd ſi morte alicuius reipub. fuiſſet illatum damnum, decaproti de eo quod receperant, ſupplebant. Idem in l. nec proteſtaſiæ. C. de Muner. patrim.lib.x.

DECEDERE, ſine appoſitione, pro mori, quaſi à cuſtodia & gubernatione corporis ꝓficiſci. Martianus, de Mort.cauſ. donat. Si hi, inquit, qui inuicem ſibi mortis cauſa donauerũt, pariter deceſſerint, neuter hæres repetit. Quomodo autem cenſeantur coniuges pariter mori, diſputat Vlpian.in l.cum hic ſtatus.§. ambo. de Donat.int.uir. & uxor. Triphon.in l. qui duos impuberes.ff.de Reb.dub. Propriè uerò eſt, à mandato cuſtodiæ loco recedere. Vnde conſules, proconſules, præſides, prętores, dicunt̃ ex prouincia decedere: item præſidia de urbibus & caſtellis. Vide Vallam lib.Eleg.v.Sp.

DECEDERE, et ſuccedere, cõtraria ſunt. Vlp.ad Leg.Iuliam maieſt.l.quiue. Quiue, ait, de prouincia, cum ei ſucceſſum eſſet, non diſceſsit. Nebriſs.

DECEDERE iuri ſuo, eſt non ſummo iure agere, aliquid ſui condonare comiter. Vulgò dicũt, præterire ius. Ex Bud.Annot.Spieg.

DECEDERE officio, nõ eſt ab officio recedere, ſed eſt, contrà quàm decet atque officioſum eſt, aliquid agere. Ex eod.

DECEPTIONEM, circũuentionẽ, & aliud genus in cõtractu Emption. & uẽdit. nõ intelligi oportet pro fraudulento uenditoris cõſilio, quod uehementer dãnatur: & ſi interueniat, reddit contractũ bonæ fidei nullũ.l.ex empto.§.is qui uinũ.ff.de Action. empt.l.ſi dolo. C.de reſcinden. uẽdit. Verũ exaudiri debet deceptio, ut Dn.Old.ait, quę re ipſa cõtingit & incuria cõtrahentiũ. Nam uẽditoris uotũ eſt, pręcio uẽdere plurimo. Emptoris aũt minimo emere.l.ſi uoluntate. C.de cõtrah. empt. Vide queſo eũ Claſs.iiij. Actio.j. ubi ſcitè cõfutat fanaticorũ uoces calumniantiũ leges docere mẽdaciũ in Publ. deceptionẽ in uẽditione: dolũ diſsimulare in cõpenſatione, rixas in iudicijs. Sp.

DECEM quæ in arca habeo ita legaui, uel ſtipulanti promiſi, ſecundum Africanũ, & legatum & ſtipulatio ualebit. Vide §. Qui quinq;.l.ſi ſeruus legatus.de Legat. j.Spieg.

DECEM aut quindecim hæres dato, ſecũdum Pompon. pro eo eſt, ac ſi decem ſola legata ſint. in l.ſi ita relictum.§.fin.ff. de Legat.ij.Sp.

DECEM & octo annos plenæ pubertati, Modeſtinus adſeruit, in l.arrogato. de Adopt.Spieg.

DECEMPEDALE ſpaciũ.C.de Aquæduct.l.omnis ſeruitus.§.pen.

DECEMPRIMI, et uigintiprimi, compoſita uoce dicimus. Decemprimorum fit mentio in l.ij.C. de Domeſt.libr.xij. Aſtipulatur Budęus, exiſtimãs initio duodecimprimos uocatos, qui Pares Franciæ nunc dicuntur.Sp.

DECEMVIRI.Lege, Duumuiri.

DECEMPEDA, regula eſt ſeu pertica decem pedum, qua fabricę menſura colligitur. Ant. Mancin. in xv. Oden Horatij lib.ij.Spieg.

DECERNERE quæſtionẽ, pro eo quod nunc dicimus, ordinare ut fiat informatio, & ut contra delinquentes procedatur. uulgò, **Peinlichen anklagen/oder fragen**. Vide Bud. in Annot.prior.Sp.

DECERPERE oliuam immaturam.l.ſi ſeruus.§.oliuam.ff.Ad leg.Aquil.

DECESSIO, id eſt, diminutio. Vlp. Hęreditas nomen iuris eſt, quod & acceſsionem & deceſsionem in ſe recipit.

DECESSIO, damnũ: Acceſsio, lucrum. l.ſi quis putans.§.ſi quid poſt.ff.Com.diuid.Alberic.

DECESSOR eſt, cui è prouincia abeunti ſucceſſor mittebatur. Vlpia.l.iiij. de Offic. Proconſ. Rectè autem & ordine faciet, ſi edictum deceſſori ſuo miſerit, ſignificetq; qua die fines ſit ingreſſurus. Spieg.

DECESSOR, in iure canonico nuncupatur, qui prædeceſſoris locum obtinet. & qui huius erat locum ſortitus, Anteceſſor dicebatur.

DECET, propriè conueniens eſt: referturq; tam ad animum, quàm ad corpus, atq; extrema. Falluntur, qui apud Iuriſcoss. hoc uerbum pro oportere interpretãtur. Nam magis quod officij ſit, quàm neceſsitatem ſignat.Sp.

DECAETERO, pro poſthac, à probis uſurpatur autoribus: quod & ab Eraſmo alicubi annotatum reperies, innuitq; noui iuris conſtitutionem, non autẽ ueteris declarationem. Vide Alb.Sp.

DECIDERE, eſt cum creditore ſuper debito trãſigere. Scæuola de Adminiſtrat. & peric.tut.l.cum hæreditas. Cum pleriſq;, inquit, creditorib. ita decidit. & infrà: cum pleriſq; creditoribus ita deciderunt.Nebriſs.

DECIDERE, eſt litem conſenſu mutuo dirimere: quod trãſigere plerunq; Iuriſconſulti uocant. Exempla refert Budęus ex Vlpiano, tit.de Furtis.

DECIDVVM, quod cadit.

DECIENS.Lege, Centiens.

DECIMA. Vlpianus in l.ij.de Pollicit. Si decimam quis bonorum uouit, & cætera. Accur. & Bart. hic Decimam intellexerunt, quam Vlpianus religionis ueræ expers, nunquam nouit: ſicut nec ſacerdotium orthodoxæ religionis, apud Modeſtin. in l.ſi quis ob honorem. eod. titul. Vide Budæum in Annota. prioribus. Cæterùm attenta uocabuli deriuatione, Decima eſt pars decima, non uigeſima: & ſic de iure communi, decima pars debetur, ut toto tit. extrà de Decimis. Attamen ſiue ſoluantur decem, ſiue duodecim, ſiue uiginti, omnia ſecũdum communem uſum loquendi appellãtur decimę: ut latius probãt V.I. interpretes in Lecturis, & in Reſponſis.Sp.

DECIMAE prædiales dictæ, quòd ex prędijs debeantur. iuſſu diuino hæ præſtandæ ſunt: is enim dominia rerum, quæ mortalibus dederit, hac affecit obligatione, ut perſonas Deus creauit liberas, ſuaq; ipſorum hominum improbitas, ut alter alteri ſeruiat, effecit. Quo fit, ut decimæ perſonales, non iure diuino, ſed humano potius inductæ, à pleriſq; cenſeantur.Spieg.

DECIPERE, Genericum eſt. Nam decipit, qui imponit, qui fallit, qui defraudat, qui uerba dat, qui in errorem inducit. Vide §.j.l.j.ff.de Dolo.Sp.

DECISIO, trãſactio dicitur. in eodẽ ſignificatu Paulus ad Leg. Falcidiã.l. Si hęres. Si hęres, inquit, cum creditoribus deciderit, ne ſolidũ ſolueret: & ob eam deciſionem factũ ſit, ut aliquid retineret. Pro lege quoq; Imperatoris accipitũ.l.ueteris.

C.de contrah. & commit. ſtip. & de emend. Iuſtin. Cod. in prin. ſuper uerbo, Deciſiones. & §. unde quæſitum. Inſtit. de Nupt. Verùm ea Imperatoris lex intelligitur, qua partium altercationes diremptæ ſunt. Pragmatica uerò ſanctio licet uulgò dicatur, quam Princeps extra corpus iuris ciuilis promulgarit, uerius tamen priuilegiū uocatur: nō quòd priuatis hominibus, ſed uel corpori alicuius uniuerſitatis, uel ei qui officio bene functus eſt, cōfertur: hoc eſt, quę ob cauſam publicam, aut communem negociorum functionē, in ſpeciale quoddam priuilegium impertitur.

DECLARARE, ad facta frequentius quàm ad dicta pertinere, Valla demonſtrat libro j. Noſtri docent, eum qui uel addit, uel diminuit quidpiā, nō declarare, ſed potius noui quid facere.

DECLINARE, pro eo quod eſt, euitare, uſurpatur eleganter. Cicero in Officijs: Declinetq́ ea, quæ ei nocitura uideantur. Itaq́ quoties aliquem diſcrimine quàm minimo à periculo abfuiſſe ſignificabimus, corpore declinatum malum dicemus. Ex Eraſmi Chiliadibus. Sp.

DECOCTORES, teſte Budęo, dicti ſunt id genus fermè hominū, qui Aſoti dicuntur uerbo Græco, id eſt, luxu & ganeæ ſtudio perditi: & Latinè Nequam, uerbo ſignificantiſsimo: eorumq́ uitiū Aſotia & Nequitia, quam Gellius luxū & popinationem interpretatur. His olim Romæ certus locus in ſpectaculis aſſignatus erat, ut inſignes omnibus eſsēt, etiamſi infortunio aliquo, non nequitia decoxiſſent. Accipiuntur & pro his, qui depeculant̄ pecuniam publicam. l. quilibet. C. de Decur. lib. x. Sp.

DECOLLARE, pro auferre caput, interpretes noſtri uſurpant, non abſq́ exemplo. Nam Sueton. in Caligula: Miles, inquit, decollandi artifex, quibuſcunq́ è cuſtodia capita amputabit. Hoc ideò monui, quòd eruditi quidam ab ea ſignificatione abhorrentes, pro collo deponere ſolum uſurpandum exiſtimant. Sp.

DECOLOR is dicitur, ex cuius ore color defluxit, & exanguis relictus eſt: atque idcirco pro deformi capitur, & nigro. Diſcolor autem non modò pro uario ſumit̄, ſed ſi quid eundem colorē uelut radios quoſdam diffundit. Concolorem, eiuſdē eſſe coloris, nemo ignorat. Verſicolorem uerò, ut auem ſæpe dicimus, quòd è diuerſis partibus ſpectanti non eundem offert coloris leporē. Hæc ex Thyleſ. quòd & diligenter colorum materiā tractauerit, & eiuſmodi uoces apud ipſos quoq́ iurecoſſ. recurrāt. Alciatus Vallæ ſententiam refellens, ſcribit, ex origine uocabuli eam rē eſſe uerſicolorem, cuius color in aliū uerſus ſit, & non quæ uariorum colorum ſit. Sp.

DECOLORARI, pro infamia notari, per translationem. in l. eum qui probabilē. C. de Epiſc. & cler. Sp.

DECOQVERE, eſt uorato patrimonio creditoribus fidem fallere, aut certè fidē ſuam per inopiā nō liberare. Vide Bud. in Annot. ad l. ſi hominem. §. quoties. ff. Depoſiti. & Alciat. in l. ſi aliquid. C. de Suſcept. Præpoſ. & Arcar. lib. x. Spieg.

DECRESCERE peculium, pro diminui. l. peculium. ff. de Pecul.

DECRETALIS bonorum poſſeſſio, quę facti eſt, & Extraordinaria uulgò uocat̄: ideo dicta eſt, quòd potiſſimum à decreto pendeat, ſuamq́ ſubſtātiam accipiat. id monuit, & quidem notabiliter, Alciatus, enarrans l. delata. de Verb. ſig. Sp.

DECRETA priuata Cæſaris dicuntur, quę non publico decreto, ut inter exēpla referantur, ſed priuati iuris cauſa ſtatuta eſſe uidentur. Vide Alex. ab Alexād. cap. xxiij. lib. vj. Sp.

DECRETA ſenatus, à conſultis ſic diſtinguuntur ſecundū aliquos: quòd decretum dicāt, particulam quandam eſſe ſenatuſcōſulti: ut cum prouincia alicui decernitur: tanquam decreta ſint ſpecialia, conſulta generalia.

DECRETVM, apud iuriſcoſſ. propriè eſt deliberatio iudicis cum cauſæ cognitione, ad mixtum imperium pertinens. l. nequicquam. §. ubi. de Offic. Procons. Et eſt id quod placitum aliàs latinè dicitur. Græcè δόγμα, ϗ ψήφισμα, ϗ ἀρεςόν dicit̄. autor Bud. At propriè & ſpecialius dicitur, quū iudices autoritatē ſuam interponunt, & maximè in iuriſdictione uoluntaria. ut in alienatione bonorū minoris, in tranſactione alimētorum, & in bonorum poſſeſſione. Albutius pro Alciato. Quo uerò à lege diſtet, infrà patebit in dictione, Lex. Sp.

DECRETVM, ſiue edictum primum, in

contumacem ſolet expediri, ut is tædio ductus, ſui copiam in iudicio tandem faciat, ius ipſius cõtumacis nõ perimens. l. iij. in fin. de Acquir. poſſ.

DECRETVM ſecundum, conſtituit eũ bonorum poſſeſſorẽ, quæ ex primo decreto detinebat, incolumi hactenus contumacis iure. Vide c. j. ext. de Eo qui mit. in poſſeſſ. Bart. tractat materiam primi & ſecundi Decreti in l. ſi finita. §. Iulian. ff. de Dam. infec. Spieg.

DECRETVM magiſtratus, non ideo habet autoritatem, quod magiſtratus dixerit: ſed quod ſecundum ius & rationem decreuerit. l. penult. ff. de Iuſtic. & iur. Sp.

DECRETVM prætoris exaudiri nõ poſſe, apud Vlp. in l. j. de Poſtul. Sp.

DECVMBERE, & ualetudine impediri, & mori ſignificat. Prioris eſt exemplum in l. ij. ſi quis caut. Poſterioris in ij. Tuſcul.

DECVRIA. Lege, Centuria.

DFCVRIO principis. Lege, Silentiarius.

DECVRIONES, ſenatores Romæ erãt. dicti à numero equitum, quib. prę erant in militia. Dignitas uerò ipſa, Decurionatus. De quorum officio & dignitate extat tit. ad Municip. Hodie cùm exẽplo doctiſſimi Haloandri, tum calculo clariſſ. D. Oldend. rectè appellauerimus, magiſtratus ciuitatum, Ordines Decurionum, quorũ leges municipales, quæ & patriæ uocari poſſunt, uulgò Statuta dicuntur, probantur in tit. de Decret. ab ordine facien. Quanquam nonnulli magiſtratus ciuiles, hodie non habeant plenam iuriſdictionem: certum tamẽ eſt maiorem eos plerunq; habere, quàm olim Duûmuiri, & Decuriones ciuitatũ habuerint. Multum enim uſus in ea re per tempora uariauit: et hunc conſulere, prudentis eſt, ut dicit iuriſprudentiſſimus Oldend. Sp.

DECVRSORIVM eſt, quod uulgò Torneamentum dicitur.

DEDECVS, ignominia, quæ ex turpiter geſtis naſcit̃. Vlpian. in l. in eadem cauſa. Qui ita alligati ſunt, ut ſine dedecore nõ poſſint in publicum apparere. Sp.

DEDECVS publicum, accipe infamiam publicam, rem'ue omnibus modis infamem & pernicioſam. Sp.

DEDICARE, & Dicare, propriè eſt dicendo deferre, ac obſequio dare alicui numini, ac in perpetuũ conſtituere. C. de Sacroſanct. eccleſ. aut ingreſſi. In pontificio iure pro conſecrare: quemadmodum et à Plinio in Epiſtola uſurpatur: tametſi ex M. T. pro Domo ſua, ubi quid interſit inter conſecrare, & dedicare, colligi poteſt. Fiebat autem dedicatio templi, aut per conſulem, aut Imperatorem, præeuntibus uerbis Pont. maximi. Ex Catanæo.

DEDITIO. Caius, ut ſi ait, damnati fuerimus, liceat nobis deditione ipſius corporis, quod deliquit, euitare litis ęſtimationem. Dedimus autem, quę in perpetuum damus. Sp.

DEDITITII, dicti ſunt quidam populi, qui cum in Romanorũ fidem conceſſiſſent, rebellib. animis ab eis deſciuerunt: quos deinde rurſus ſuperatos, adeò humanè Romani tractarunt, ut & uitam illis ſeruarent, & imaginariam quandam libertatem relinquerent, ſed tamen infamiæ labe aſperſam: lege lata, ut ad ueram libertatem, Romanæq; ciuitatis iura peruenire nunquam poſſent. Dicebantur & Deditícij ij, qui ſe permittebant alienæ uoluntati: quod non niſi in extrema fit inopia conſilij & præſidij. Eorum autem, alij Libertini, alij Peregrini dicuntur. De his habes elegãs caput apud Angelum Politianũ in Miſcellan. Vide infrà, Manumitti.

DEDITITII ſerui ſunt, qui ex obſidione ſe dediderũt in poteſtatem uictoris. de his in Inſtit. tit. de Libert. Nebriſſ.

DEDVCERE, pro de ſumma aliquid ſumere, apud Iureconſul. tit. de Iure potium. Pater deducta parte tertia, reliqua ſibi dos reddat̃. In eod. tit. Vno pluribusq; filijs deducta parte. Item apud Iulianum legimus ff. Famil. erciſc. in l. fundus qui dotis. Quia nullus caſus interuenire poteſt, qui hoc genus deductionis impediat. Hoc uerbum eleganter poſitum eſt pro redigere. in l. j. ff. Arbor. furt. cæſ. quod interpres pro extrahere, cõtra uim uerbi expoſuiſſe uidetur. Sp.

DEDVCERE controuerſiam ad exitum. l. ultima. ff. de Procurator. pro perducere.

DEDVCTARVM expenſarum nomine comprehendũtur fructus. l. ſi à domino. §. finali. & l. ſeq. ff. de Petit. hęred. Hæ nullo caſu intercipiuntur. l. fundus qui Fam. erciſc. Sp.

DEDVCTIO, modò diſpendium ſignificat,

gnificat, Ein abgang. Aliàs deductio, imminutio eſt etiam iuſta cauſa, forte Ein abzug. Pedian. Sp.

DEDVCTO ære alieno, non hoc ipſum ſolum, hoc eſt pecunia, ſed quæuis onera ueniunt accipienda. Vide Alciat. in l. ueniſſe. de Verb. ſig. Sp.

DEESSE, pro deſerere, id eſt, non defendere, ſicut adeſſe pro defendere ſæpe dici, non ignorant qui in probæ Latinitatis autoribus uerſati ſunt, in quibus & iuriſconſulti noſtri ſuas tenent non infimas. Spieg.

DEFECTAE ſenectutis homo, apud Vlp. l. arboribus. §. de illo. ff. de Vſufr.

DEFECTI ætate, qui propemodum cõſumpti ſunt, Mit denen es gar nach auß iſt, apud Vlp. in l. ſi quis ingraueſcente. ad S. C. Silan. Sp.

DEFENDERE, eſt eandem uicem quam reus, ſubire: & id facere, quod dominus in litem faceret, et cauere idonee. l. minor. & l. ſed & eæ. ff. de Procurat. Sp.

DEFENDERE inculpatè, quid ſit, pulchrè colligit ex uerbis Bart. in l. ut uim Salomonius. Adde quæ idem Bart. docet in l. furem nocturnum. de Sicar.

DEFENDIT & qui uẽdicat. l. ſi idem. in prin. de Dolo.

DEFENDI non is tantum uidetur, Vlpianus ait, cuius ſe defenſor ingerit: ſed & is qui requiſitus ab actore, nõ eſt defenſioni defuturus. l. item ait prætor. in fin. ff. Ex quib. cauſ. maior. Adi quoq; text. iunct. Gloſſ. l. rectè. ff. de Iud. & l. ij. uerbo. Defendi. Ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eat.

DEFENSIO, pro excuſatione apud iuriſconſultos in l. ſi reipub. de Vſur. Hæc & in capitalibus iudicijs danda eſt. l. ſeruũ quoq;. §. publicè. ff. de Procuratoribus. Item pro exceptione uſurpatur. l. j. C. de Iur. & fac. ignom. l. ſiquidem. de Exceptionibus. Alb.

DEFENSIO illicita dicitur, quum offenſio licita cenſetur. Baldo text. ſingularis eſt in l. ſi ſeruus. C. de his qui ad Eccl. confug. l. ſi pignus. §. ſi furem. de Furt. Sp.

DEFENSIO plena accipietur, ut ait Vlpianus in fin. d. l. item ait prætor, ſi & iudicium non detractetur, & iudicatum ſolui ſatis detur. Sp.

DEFENSIO, eſt inſtantis, imminentis' ue offenſionis propulſatio. Vbi hæc ceſſat, non eſt quod propulſari queat. ab offenſione enim omnis defenſionis pẽdet ratio. Vide Salomonium in l. ut uim. de Iuſtitia & iure. Quò uerò iure defenſio nitatur, Bartolus explicat in eadem l. & quàm uariè accipienda ſit, refert ipſe in l. de pupillo. §. j. & fin. ff. de Oper. nou. nunc. Spieg.

DEFENSOR (tametſi à procuratore nõ uſquequaq; diſtet) dicitur, qui abſque mandato, cum ſola ſatiſdatione alterum in iudicio defendit atque tuetur. ut eſt in l. minor. cum duabus proximè ſeq. ff. de Procurat. Vnde

DEFENSORES, id eſt, tutores, uel curatores. l. j. qui pet. tut.

DEFENSOR alienæ litis. Quære, Nemo alienæ litis.

DEFENSOR idoneus nõ eſt minor uiginti quinq; annis, in quibus cauſis in integrum reſtitui poteſt. l. minor. ff. de Procuratoribus. Vide Paulum ibidem, l. neque fœmina. Sp.

DEFERRE appellationem, in iure Pontificio idem eſt, quod admittere appellationem. Vide Archid. ext. de Appell. cum appellat. lib. vj.

DEFERRE hæreditatem, deferre iuſiurandum, deferre iudicium, notæ & frequentes apud iuriſcoss. loquutiones.

DEFERRE cauſſam ad patronum dicitur cliens, quum eum conſulit, & ei controuerſiæ ordinem, argumẽtumq; exponit. Den handell anzeygenn. Sp.

DEFERRE in ęrarium, item deferre in principis commentariũ quid ſit, Budæus explicat in l. abeſſe. de Minorib. cuius ſenſum Accurſius non intellexit. Sp.

DEFERRE nomen, propriè nõ eſt accuſare, ſed apud magiſtratum uel iudicẽ de aliquo crimine ante accuſationẽ denunciare (Angebenn) & alium in capitis diſcrimen rapere.

DEFERRE reum, idem eſt quod poſtulare, & ut cognitionem ſuſcipiat petere. l. deferre. de Iur. Fiſc. Quomodo autem id fiebat, docet Alciatus in l. indicaſſe. de Verb. ſig. Sp.

DEFICERE dicuntur, qui ab his, quorum ſub imperio ſunt, deſciſcunt, & in hoſtium numerũ ſe conferunt: ſed & hi, quos ſenatus lata lege hoſtes iudicauit: uel relegati, utiq; uſqueadeò, ut ciuitatẽ amittat. Autor Paul. in l. v. de Cap. minu. Sp.

DEFICERE bona. Vide ſuprà, Bona deficere dicuntur. & Zaſ. ad fin. l. commodis. de Re iud.

DEFINITIO, eſt earum rerum quæ ſunt eius rei propriæ quam definire uolumus, breuis & circumſcripta quædam explicatio. Bud. in l. j. de Iuſt. & iur.

DEFINITIO propriè dicitur, quæ conſtat ex genere & differentijs. Vide Bart. in l. j. ff. de Teſtam. Multa autem ſunt definitionũ genera, quæ Boethius breuiter & eleganter libro tertio in Topica Ciceron. exponit. Obſeruandum autẽ, quòd finitio nominis præcedit definitionem rei. Neq; enim probè definieris canem, niſi primùm conſtiueris, an de animali, ſiue terreſtri, ſiue marino, an uerò de cœleſti ſidere loquaris. Gloſ. l. quoties. de Verb. obligat. Vt res exemplo pateat, Quæris an publicana actio detur aduerſus eum, qui pro hærede poſſidet? Ab initio perſtringendũ erit tibi, quid hac loquẽdi formula, pro hærede poſsidere, intellegi uelis. Sed nec id prætereundũ quod & Viglius animaduertit, non uulgum modò, ſed & doctos pleroſque uiros, non diſtinguere definitionem à diffinitione, ſed librariorum errore iam olim iſta confuſa eſſe. Salomonius: Conſidera, inquit, definitionis eſſe, explicare quid eſt: Etymologiæ uerò, rationem nominis exponere. Porrò, ueluti aliud eſt nomen, & aliud res ipſa quæ nominatur: ſic alia cognitio nominis, & alia rei nominatæ. Hinc à noſtris non recipitur paſsim ab etymologia ſyllogiſmus, ſed uix negatiuè: & tunc cum ab eſſentia traducitur rei quæ nominatur, ut Iuris uocabulum è Iuſtitiæ uiſceribus ductum. Spieg.

DEFINITIO, pro regula accipitur interdũ, ut in illa uulgata regula, Omnis definitio in Iure ciuili periculoſa eſt: quod uel titulus demonſtrat. Neq; enim tam eſt difficile, rem aliquã in iure ciuili exactè definire, quàm eſt rarum, regulam ex legibus colligere, quæ nulla in parte infirmari queat. Adde Vigl. Inſtit. de Teſt. ord. & uide Budæum in Annot. Quamuis hoc ipſum quoq; Accurſius declarauit. Spieg.

DEFORMARE, pro deturpare apud iuriſcons. Ne deformetur urbs ruinis. l. ulti. Ne quid in loc. publ. Sp.

DEFORMATI fructus, qui delapſis floribus, iam formati exiſtunt.

DEFORMATVM item, modò pro informato, ut apud Quintilianũ: & pro eo quod deforme & infame, ex pulchro & honeſto factum ſit, à M. Tullio dici, obſeruatum eſt.

DEFORMITAS corporalis, plerumq; inuiſa, non adeò in noſtro attenditur, atq; in Pontificio iure. l. ex hac lege. ff. Si quis pau. fec. dic. Caius in l. fin. ff. de His qui deiecer. Cicatricum autem & deformitatis nulla fit æſtimatio, quia liberum corpus nullam recipit æſtimationem. Cæterùm ædificiorum deformitati auxilium præbendum eſſe, Vlp. indicat. l. præſes prouincię. de Offic. præſid. Sp.

DEFRVTVM, muſtum eſt quod decoquitur quouſq; pars tertia relinquatur. Vlp. l. quęſitum. de Fund. inſtr. Vas, inquit, æneum, in quo ſapa coqueretur, & defrutũ fieret. Item de uin. & trit. leg. l. qui uinũ. Mulſum, inquit, paſſum, defrutum. Nebriſſ.

DEFVNCTORIE, id eſt, neglectè & remiſſè. Vlpianus ad S. C. Tertyll. in l. ij. Non ſolum autem quæ non perit, coercetur, ſed etiã quæ defunctoriè perijt. Hoc aũt & perfunctoriè dicitur ab eodem.

DEFVNCTVS. Quære, Fungi. & ibidem, Vita defunctus. Spieg.

DEFVNGI, eſt explicari negocio aliquo, ſinemq; ei imponere. Vlp. de Act. empt. Emptorem noxali iudicio condemnatũ ex empto actione id tantum conſequi, quanti minimo defungi potuit. Hinc defunctos fato, id eſt, ſolutos et exemptos, nec ultrà illi fato obnoxios. Defunctũ item, ut adnotauit Bud. more Græcorũ, pro cadauere intelligimus ſubſtantiuè. Cætera apud eum in l. emptorem. tit. eodem. Defungi etiam dicimus, non toto conatu, non magnopere aliquid curare, ſed tepidè & inſtrenuè, & eo tantum animo, ut officio functi eſſe uideamur, & quatenus ſatis ſit ad uitandam reprehenſionem, aut emerendam ueniam. Defungi autem quanti minimè quis poſſit, uide ff. de Act. empt. l. ex empto. Sp.

DEGENER, qui maiorum ſuorum morib. non reſpondet, ut colligitur ex textu & Gloſ. in Aut. de Non alien. §. nunc ergò.

DEGLABRARE. Paul. in l. cædere. Arbor. furt. cæſa. Cingere eſt, inquit, deglabrare, Bud.

re. Bud. hanc legem corruptam eſſe putat: indicatq; ex cõpendio Græco, quomodo hic locus legendus ſit. Haloãder à ueteri lectione non recedit. Itaq; Paulus deglabrare translatè pro corticẽ eximere poſuiſſe uidet̃: quod propriè à ſimplicis uerbi ſignificatione, & quidẽ magis uſitati, nihil diſtat. Sp.

DEGLVBERE, eſt detrahere pellem. Tiberius Cęſar, autore Suetonio, admonitus ab amicis, ut prouincialibus augeret uectigalia, reſcripſit: Boni paſtoris eſſe, tondere pecus, non deglubere. hoc eſt, nihil reliqui facere. Tondent autem, qui ita ſpoliant, ut ſortem relinquant, unde res poſſit creſcere: quum cute detracta, nihil extet quod deinde poſſit auferre. Spieg.

DEGVSTARE, idem quod guſtare. Vide Vlpianum in l. j. in prin. & §. j. l. ſi quis uina. in prin. ff. de Peric. & commod. rei uendit. ubi pulchrè diſtinguit, de rebus deguſtationem exigentibus. Sp.

DEIECTVM qualiter accipiendum ſit, declarat Vlpianus in l. j. §. ſumma. de His qui deiect. uel effud.

DEI appellatio, quanquam apud Chriſtianos non eſt ulli mortalium, uel per iocũ communicanda, neq; omnino tam inſignis, tamq; fœda adulatio eſt in mores noſtros recipienda: tamen quomodo fieri poſſit, ut uſus ſit huius adagij, Homo homini Deus, oſtendit Roterodamus. Spieg.

DEO immortali, apud Martianum ad leg. Iul. pecul. Sed etſi donatũ Deo immortali abſtulerit, peculatus pœna tenetur. Nam & gentes Deum intelligebant cõditorem omnium rerum, cui ſit obediendum, qui ſit inuocandus: & id quidem lumine naturali, prorſus ignaræ gratiæ Euangelicæ. Cicero de Legib. De ipſis quidem inquit, hominib. nulla gens eſt, neq; tam immãſueta, neq; tam fera, quæ non (etiam ſi ignoret, qualẽ habere Deum deceat) tamen habendum ſciat. Igitur, iuxta Oldẽd. ualdè ad rem dixit Põpon. in l. ut uim. ff. de Iuſt. & iur. cum inter exempla Iuris naturalis (nam ſic ibi intelligi debet Ius gentium) referret religionem erga Deum. Spieg.

DELATA hæreditas, ut explicatur à Terẽt. Clemẽte. l. delata. de Verb. ſig. propriè ſic dici uidetur, quando eam hæres adire poteſt, ita quod nihil neq; ex parte hęreditatis, neq; ex parte hęredis impedit, quo minus eam cõſequi poſſit. Vide Alciat. ibidem.

DELATORIA curioſitas, pro maxima diligentia interpretatur. Gloſ. in l. nec ſupina. ff. de Iur. & fact. ignorant.

DELATOR, occultus accuſator dicitur, & calumniator. Memorabilis uox Domitiani apud Suet. Princeps qui delatores non caſtigat, irritat. Vel: Delator, eſt alicuius criminis denunciator, dummodo ad officium ſuum non pertineat ea denunciatio. Pro denunciatore tantũ poſuit Papin. in l. intra. de Diuerſ. tẽp. pręſcr. in tit. tamen de Iure fiſci, propria delatoris ſignificatione utitur ſæpè. Nebr. Delatores etiam dici, qui bonis quę cõfiſcanda ſunt, deferunt, & denunciãt, obſeruatũ eſt. Vide, Quadruplatores. Antoninus Pius, delatores ſi nõ probarẽt, capitali pœna affecit: ſi probarent, oblato præmio dimiſit infames. Veteri autẽ ſanctione conſtitutũ, ut neq; mulieri, neque damnato criminis, neque militi, aut ueteranis, neq; uiris clariſſimis, ob dignitatẽ, criminoſum deferẽdi licitũ eſſet. Vide Alex. Neapolit. cap. xxij. lib. iiij. Sp.

DELATVM eſt, quod adeundo conſequi poſſumus. Hinc delata hæreditas. Dicitur autem propriè delata hæreditas, uel bonorum poſſeſſio, quando quis remoto quolibet impedimento, poteſt eã adire, uel agnoſcere. Singulariter obſeruauit Nic. Bellonus Iuriſcoſſ. acutiſſimus, Delatam hæreditatem dici reſpectu hæreditatis, non perſonæ hæreditatis. Qua de re diſſerit diligenter, nec inutiliter capit. xvj. lib. Supput. ſecundo. Sp.

DELEGARE, in l. Neſennius. ff. de Re iud. eſt alium debitorem loco ſui ſubſtituere. ut, ſi tibi ſim in aliqua ſumma obligatus, dico ad debitorem meum quòd te ſoluat: & ſic debitor ſubſtituitur, ut ſoluat alteri creditori loco delegãtis. Ita eſt tex. in l. delegare. ff. de Nouat. & del. Inde ueniunt iudices delegati, id eſt, ſuppoſiti & ſuffecti à principe, uel iudice ordinario, ut loco principis audiant cauſas. ex Zaſio. Spieg.

DELEGATAM pecuniã Paulus dixit, pro decreta, cõſtituta, ac aſſignata. in l. ij. Ad Leg. Iul. pecul. Et delegatæ iuriſdictionis uocabulo uſus eſt Papinian. in l. j. de

 Offic.

Offic. eius cui mand. eſt Iuriſdictio, ut Budæus monuit in poſteriorib. Annotation. Mihi magis placet editio Holoandrina, quæ habet, Delatam. Sp.

DELEGATVS dicitur, cui cauſa committitur terminanda, uel exequenda, uices delegantis repræſentans: & in Iuriſdictione nihil proprium habens. l. prima. ff. de Officio eius cui mand. eſt iuriſdict. Quo uerò diſtet à Vicario, hoc eſt, ut interpretes barbarè dicunt, à Vicegerēte, ſeu Locumtenēte, Bartolus indicat in l. prima, & ſequenti. C. de His qui uicem alt. ger. Vide, Iudex. Porrò teſte Dn. Oldendorpio, quia delegatorum iudicum uſus nō intelligitur, admodum pernicioſus eſt. Tantiſper enim, inquit, diſputatur de poteſtate delegantis, de forma delegationis, de perſona delegati, donec litigatores cum cauſa diſpereant. Sp.

DELEGATVS iudex is eſt, qui iuriſdictionem non ſuo iure, ſed alieno beneficio habet. Horum delegatorum alij quidē à fortuna ſeu culmine imperiali dati, alij ſimplici appellatione principis delegati, quidam ex ſacra iuſſione dati, quidam pedanei. uide Cantiunc. cap. ij. de Officio Iudic. lib. ij. Sp.

DELERE uel interlinere. Vlpianus, Si unus rationes hæreditarias deleuerit, uel interleuerit. Quære, Interlinere.

DELIACA ſupellex, in qua erant triclinia, & lecti cū pedibus, & fulcris ex ære Deliaco factis. Vide Bayf. Sp.

DELIBATIO, minutio, apud Florentinū, Legatum, finientem, eſſe delibationem hæreditatis, qua teſtator, &c. Quęre, Legatum.

DELIBERARE, eſt conſilium alicuius rei faciendæ capere: quo capto, mens à cogitatione liberatur. Notus titulus C. & ff. de Iure deliberandi. Quamuis (ait Vlpianus) interdum locus, uel tempus nō patitur plenius deliberandi conſilium. l. j. in princ. de Exercit. act. Sp.

DELIBERARE, ſiue conſtituere in re præſenti quid ſit, effuſè explicat Budæus in Annot. priorib.

DELICATVS debitor, eſt quaſi luxui conſecratus. quod enim nunc dedicatū, prius delicatum dixere. Vlpian. de Pig. act. in fin. l. ſi ſeruos. Igitur hæc, inquit, à iudice erūt deſpiciēda, ut neq; delicatus debitor, neq; oneroſus creditor audiat. Sp.

DELICTVM. Lege, Generale delictum, Item, Speciale delictum.

DELINEAMENTA nouercalia, apud Iuriſcons. in l. iiij. de Inoff. teſtam. Interpres nouercales blanditias exponit. Cicer. j. de Finib. Qui blanditijs præſentium uoluptatum deliniti, atq; corrupti. Sp.

DELITESCERE, idē quod ſimplex ipſum, quod eſt latere. Id quoq; ſcholium indicat in l. j. §. j. de Fugit. Sp.

DELPHICA uaſa ſunt, quorum nulla mutata forma, uarius & multiplex uſus eſt. Namq; ita erant facta, ut duplici facie, diuerſis uſibus inſeruirent: nunc poculorum uicem præſtantia, nunc clypeorum uſum: tam elaboratæ artis Delphi uaſa habebant. Alex. de Alex. Genial. dier. lib. j. cap. xix.

DELVBRA, id eſt, tēpla. Lex xij. Tab. Conſtructa à Patrib. delubra habēto. Hodie uerò Dei templa habemus, ut ad audiendum uerbum eius, populus Chriſtianus ſtatis temporibus conueniat: ſuntq; donata multis priuilegijs. Quò pertinent TT. Iuris de Sacroſanct. eccleſ. de Immuni. Eccl. & alij id genus. Item, Interdicta prætorum. ff. Ne quid in loc. ſac. Nā Eccleſiæ uerbo ibi, pro tēplo utūtur imperatores, populariter loquentes, ut ſæpè alibi, teſte Oldend. Sp.

DEMAGOGI, apud Athenienſes uocabantur duces quidam uulgi, popularem auram concionibus aucupantes, homines populariter factioſi. Budæus in l. uenditor. Com. præd.

DEMENSVM, quid ſit, exponit Donatus in Phormionem. Eius uocabuli ratio facit ad intelligentiam l. ſi quis uenditor. de Aedil. edict. Dicitur & Dimenſum, Bapt. Egnat. in Spartian. annotanti, σιτομέτριον à Græcis dictum.

DEMERVERIT. Vlpianus: Proinde & ſi ita ſit, ait, fideicommiſſum relictum, illi ſi demeruerit, omnimodo fidei cōmiſſum debebitur, ſi modò meritum, quaſi apud uirum bonum collocare fideicommiſſarius potuit. l. fideicommiſſa. §. quanquā autem. ff. de Legat. iij.

DEMIGRARE, ut & ſimplex, Migrare, eſt domicilium mutare, & aliò ſe ad habitādum conferre, relicta priore habitatione. ff. de Migran. per tot. & C. de Iur Fiſcal. l. certa pecunia. libro decimo. Sp.

DEMINVTVS capite, qui ciuitate mutatus

eſt, & ex alia familia in aliam adoptatus, & qui in hoſtium poteſtatem uenit, & cui aqua & igni interdictum eſt. Nebriſſ.

DEMOCRATICI, ſunt qui populari inſtituto uiuentes, dignitatē in libertate conſtituunt. δημοκρατία, principatus populi. Oligarchici, qui paucorū ſtatu gaudentes, dignitatem partim in cenſu & facultatibus ponunt, partim in generis nobilitate. ὀλιγαρχία, ſtatus reipubl. à paucis adminiſtratus. Ariſtocratici uerò dicuntur, qui optimatium ſtatum fouentes, uirtute dignitatem metiuntur. ἀριστοκρατία, optimatium principatus, ſtatus, gubernatio: quando optimates Remp. tractāt. Huic contraria δημοκρατία. Bud. in l. Ius ciuile. de Iuſt. & iur. Clarius, ut omnia, apud Oldend. ſic habent, aut plures, aut omnes. Si unus, & ille bonus, Monarchia, ſeu regnū cenſetur: ſi malus, tyrannus: ſi uerò plures regnant, & boni, Ariſtocratia eſt: ſi mali, Ochlocratia: ſi deniq; omnes imperant, & benè, Democratia, hoc eſt, popularis principatus dicit̄: ſi malè, Seditio. Sp.

DEMOLITIO, molitioni opponitur. l. ſtipulatio. ff. de Oper. nou. nun. Siquidem demoliri, eſt extructa diruere. Moliri, ædificare eſt. Vlp tit. de Vſufruc. l. hæres. Antequam uſufruc. prohibuerit, demolierit. Et demolitus paſsiuè. ut in tit. de Vſucap. l. eum qui. Sp.

DEMOLIRI ſepulchra, crimen eſt læſę maieſtatis, nec excuſat ullus titulus. Vide C. de Sepulch. uiol. per tot. Sp.

DEMONSTRATIO, eſt quędam ex inſtantibus, uel præteritis accidentibus, notitia, quo magis diſpoſitio ſit liquida, adhibita rei, quæ eſt in facto, & non quæ eſt in fieri. Verba Bartoli ſunt in l. demonſtratio. ff. de Cond. & demonſtrat. Sp.

DEMONSTRATIO, plerumq; rem factā, Conditio autem futurum oſtendit. l. j. ff. de Don. Gloſſ. in Rubr. de Condit. et demōſtr. & l. nominatim. eodem tit. Sp.

DEMONSTRATAE rei, quidquid adijcitur ſatis demonſtratæ, fruſtra eſt. l. j. in fine. de Dot. releg.

DEMORIRI mancipia apud Vlpian. l. uerum. §. ſi locupleti uerſ. Sed hæc res. ff. de Minorib. Sp.

DEMORTVAE arbores. Paul. ff. de Vſufructu: Agri, inquit, uſufructu legato, in locum demortuarum arborum aliæ ſubſtituendæ ſunt. Sp.

DENA, idem quod decem: Bis dena, uiginti. Qui dena abſolutè pro uiginti accipiunt, id idoneis probent autoribus. Iulianus de Legat. j. l. ſi quis teſtamento. Nullam, ait, hæc uerba recipiunt ambiguitatem: ut Dena dixiſſe uideatur, qui Decē dixit. Sp.

DENARIVS inde nomen traxit, quia primò decem aſſes ualebat. Apud D. Matthæum quoq; in parabola de conductis in uineam capit. xx. drachma ualebat, decimam partem coronati: quanta & hodie ferè diurnæ operæ merces eſſe ſolet. Lege Georgium Agricolam libro quarto, uirum & doctum, & diſertum, mirè abſtruſiſsimam ponderum menſurarūq; rationem aperientem. Adi item Alexandrum Neapolit. libro quarto. Sp.

DENEGARE, eſt ſedulò negare ſe aliquid feciſſe, aut ſibi quid creditum eſſe.

DENEGARI non debet ius iuſtè deprecantibus, teſte Vlpian. in l. ij. de his qui ſui uel alieni iuris. Sp.

DENICALES feriæ, cum hominis mortis cauſa familia purgabatur.

DENIQVE, inquit Donatus, ad finem dictorum ponitur poſtremò. Sic apud Iuriſconſultos in l. ſi filiusfamil. Si certum pet. cum ſimilibus.

DENOTARE pro infamare, ignominia notare. Pomponius eleganter uſurpauit, Turpia inquiens, legata, quæ denotandi magis legatarij gratia ſcribūtur, odio ſcribentis pro non ſcriptis habentur. de Legat. j. Sp.

DENVNCIATIO quid ſit, latiſſimè explicat Alciatus in l. deteſtatio. de Verborum ſignificatione, qua non aliam copioſius enarrauit, quum paucis, ſex ſcilicet tantum uerbis conſtet. Sp.

DENVNCIARE, in mala re dicitur: ut adulterium, furtum, inimicitias, periculum, bellum. Eſt autem indicere, prænunciare, & ut ita dicam, præſignificare. Obſeruandum autem, quòd Denunciare teſtimonium, non eſt teſtificari, ut uulgò exiſtimatur: ſed eſt homini diem dicere ferendo teſtimonio, hoc eſt, ad iudicium euocare ferendi gratia teſtimonij. Ex Budæo. Sp.

DENVNCIATIO, ciuilis interpellatio, ſiue admo-

admonitio olim obſeruabatur: quæ debitoribus in perſonã ſolẽniter fiebat, antequã cõuenirent apud iudicẽ. Siquidẽ agens aduerſario huiuſcemodi denũciabat, TALI DIE ADSIS MECVM DISCEPTATVRVS. A' qua denunciatione licet hodie receſſum ſit, condictionis tamẽ nomẽ pro perſonali retentum eſt actione, ut monuit Theophilus in §. appellamus. Inſt. de Action. Vnde Condictiones, appellatę ſunt Actiones perſonales. Condicere enim, ut ſuprà dictũ eſt, priſca lingua denunciare ſignificat. Spieg.

DENVO, id eſt, rurſus, de integro. l. cũ prior. ff. de Diſtr. pig. l. j. de Aduoc. diuerſ. iud. Alberic.

DEPECISCI (ſic enim ubiq;) & non Depaciſci legendũ, ſignificat pactionẽ facere. A' Iuriſconſs. quidem in malam partem uſurpatur, ut ex Alciato ſuprà expoſuimus. Spieg.

DEPECTVS, participiũ, ab eo quod eſt Depeciſcor, quod ſignificat, turpiter paciſci. Vlpian. de Calumniat. l. & generaliter. Hoc, inquit, edicto tenetur, qui depectus eſt. Hinc Depector. Aliàs autem non Depectus, ſed Diſpectus legitur in Norico exemplari.

DEPENDERE, pro præſtare, ſoluere, in l. iij. §. in his. ff. de Vſur. Spieg.

DEPERDITVM, inquit Caius, intelligitur, quod in rerum natura eſſe deſijt: Deminutum uerò, quod uſucaptum eſt, & ob id de hęreditate exijt. Spieg.

DE PLANO, Vlpianus in l. nec quicquam. de Offic. Proconſul. Opponitur autem edito loco, quo tribunal poni ſolet. leg. miles. §. ſexaginta. ff. de Adult.

DE PLANO, uel ſine figura iudicij, aut ſũmariè. Hæc uerba ad ordinem & proceſſum iudiciarium, non ad probationis fidem iudici faciendã, referenda ſunt. Adi Bart. in Extrauag. ad reprimendum. & Clem. ſæpè. de Ver. ſig. & ibid. Gloſ. Sp.

DEPONERE, ſignificat adponere, toto tit. Depoſiti. Alibi uerò transferre. l. ſi ſponſus ſponſæ. §. ſi maritus. de Don. int. uir. & ux. Ex Apello. Sp.

DEPONERE imperium, pro ceſſare ab officio. Vlp. Procõſul, inquit, portam Romæ ingreſſus, deponit imperium. Sp.

DEPORTATI nomine, an bannitus ueniat accipiẽdus, Bart. diſſerit in proœmio Pand. §. hæc aũt tria. Deportatũ, mortui loco haberi, Paul. ſcribit, l. iiij. §. ſi deportatus. de Bon. libert. Spieg.

DEPORTATIO, eſt perpetua in exilium ſiue inſulam condemnatio. Ciuium Romanorum pœna, quæ ſucceſſit in locum aquæ & ignis interdictionis, quaſi circumfinitio: cui ei qui damnatus eſt, certo ſpacio circumſcribitur pœnæ perpetuò pendẽdæ locus. l. inter pœnas. ff. de Interdict. & releg. Vnde præſes aliquẽ ciuem deportare non poterat. Item Deportatio interdum ultimum ſupplicium & mors cenſetur. §. publicorum. Inſt. de Publ. iudic. §. cum autem. Inſtit. Quib. mod. ius patr. pot. ſolu. Vide ſuprà, Bannum. Sp.

DEPOSITARIVS is eſt, apud quem res deponitur. Lege, Sequeſtres.

DEPOSITVM dicitur, quod cuſtodiendũ alicui datum eſt, ad cuius reſtitutionem prætor iudicium atq; actionem pollicetur. l. j. Depoſiti.

DE poſſeſſione deijcere, ex ſermone iuriſconſultorum in uulgi ſermonem abijt, pro eo quod eſt, famam cuipiam eripere, quam in omnium conſenſu obtinuerit: aut adimere quidpiã, quod ſuo quaſi iure tenere uideatur. Nam ius ſemper fauet poſſidenti, ne quis ui quempiam deijceret. Ex Chiliad. Eraſ. Sp.

DEPRECARI, eſt precibus rogare, & ſummiſſè obteſtari ne quid fiat: multum autem longeq; diſtat à recuſare, ut docet Alex. Neapolitan. cap. xiiij. libro quarto. Eſt etiam à ſe crimen remouere, annotante apud Ciceronem Eraſmo.

DEPRECARI iuſtè. Inſtitution. de His qui ſui uel alieni iuris ſunt. l. ſecunda. ff. eod.

DEPRECATOR, qui reum ad impunitatẽ expoſcit, & reatu eximit. Vulgus Interceſſorem appellat.

DEPRECIATVM, quod modo uiliori precio habetur. Paulus ad legem Aquiliam ad finem. l. proinde. Sed & eius, ait, ratio haberi debet, quo cætera corpora depreciata ſunt. Sp.

DEPREHENDERE aliquem, eſt quod barbari dicunt, capere in ipſo facto, ita ut nec fugere, nec inficiari poſſit. ut deprehendi in adulterio. leg. palam. paragrapho, quæ in adulterio. ff. de Ritu nupt.

DEPREHENSI dicuntur, qui effugere nequeunt, uel uitare cum maximè cupiāt, aut è re incommodè nata ſe explicare & ſubducere. Vide Budæum in l. quod ait lex. ad l. Iul. de Adult.

DEPRESSA nauis, pro merſa. l. ſi nauis aduerſa. & l. cū depreſſa. ff. Ad. leg. Rhod. de Iactu.

DEPROPERARE, ut apud Plaut. pro ualde properare. in l. unica. in fin. de Oper. nou. nunc. & l. ij. §. ſed quia diuinæ. de Vet. iur. enucl. Sp.

DEPVBER, qui ad annos pubertatis non potuit peruenire.

DEPVLSIO. Vide, Intentio.

DEPVGNARE feram, quæ regioni nocet, apud Vlp. in l. j. §. ſed ſi quis operas. ff. de Poſtul. Sp.

DERELICTVM. Vide §. qua ratione. Inſt. de Rer. diuiſ. Aut. de Nupt. §. ſed multo. C. de Infant. expoſ. l. ij. & pro derelicto. per totum. Quo diſtet derelictum à deperdito, indicat Iabolen. in l. interdum. de Acquir. poſſeſſ. Sp.

DERELINQVERE curationē. Caius ad Leg. Aquil. Sed & qui benè ſecuit & dereliquit curationem, ſecurus nō erit, ſed culpæ reus intelligitur. Sp.

DERIDERE ſententiam, pro improbare, ſeu opinionem confutare, apud Vlp. in l. ſed an ultrò. in tit. de Negoc. geſt.

DERISORIVM magis, quàm utile legatū, apud Vlpianum in l. ſi domus. de Leg. j. Ibidem in prin. ſimpliciter legare. Sp.

DERIVARE crimē, eſt deflectere ab eo ad quē pertineat, ad eū ad quē nō pertineat.

DEROGATORIAE clauſulæ non tollūt ea quæ Concilijs generalibus ſunt conſtituta. Alc. in l. nullus. de Sum. trin.

DEROGATVR legi, cum pars detrahit̄: Abrogatur uerò legi, cum prorſus tollitur. Lege Alciat. in Cōment. de Verb. ſign.

DESCENDERE, pro naſci, oriri, apud Vlpian. tum cæteros. Hinc à nobis nati deſcendentium nomine ueniunt, qui cum aſcendentibus rectam lineam conſtituunt: de qua uulgatū illud, Nullos aſcendentes inter ſe poſſe connubium contrahere. Quare ſi Adam hodie ſuperſtes eſſet, nō poſſet ducere uxorem. pro Gloſ. in l. nuptiæ. ff. de Ritu nupt. Inſtitut. de Nupt. §. inter eas. Sp.

DESCENDERE in cauſam, eſt ſe adiungere cauſe, Sich der ſach annemmen/anhengig machenn.

DESCRIBERE, propriè eſt, quod barbarè uulgò dicitur, Copiare. Caius in l. ſi quæ ſunt. ff. Fam. erciſc. cæteris ait, deſcriptū & recognitum faciat. Sp.

DESCRIPTIO bonorum, quomodo licite fiat, Bart. pulchrè tradit in l. mandatum. ff. de Requir. reis. in l. defenſionis. C. de Iur. Fiſc. lib. x. Sp.

DESCRIPTIO, Commentatoribus Iuris ciuilis appellatur, quæ Dialecticis definitio eſt ab accidentibus: ut, leo eſt animal quadrupes, uilloſum, pedatim incedēs, ut ait Plinius. Vide Apellū c. j. de Definitione. titul. Quintum definiendi genus. Spieg.

DESCRIPTIO, ſubnotatio, cognitio, diſpunctio rationum, inſtrumentorum'ue differunt. Deſcribimus ea, quorū exemplū accipimus. Subnotamus, cū quaſi Inuentarium conficimus. l. fin. C. de Bon. aut. iud. poſſ. Adſcribimusq́, quot corpora inſtrumentorum ſint, & de qua re. Cognoſcimus, cū ea legimus atq́ relegimus. qui enim rationes recognoſcit, uerum eſt, eum ipſas cognoſcere: ſicut qui reddit, dat: qui repetit, petit. Bart. in Rubric. Sol. matr. Diſpungit rationes, qui data & accepta confert, excutitq́ & examinat. Vnde & diſpunctio, pro diligenti percontatione, examinationeq́ accipitur. l. ſi ſtatulib. pœnæ. in fin. ff. de Statulib. ex Alc. Sp.

DESECARE ſegetē, pro incidere, apud iuriſc. in l. ſi ſeru. ſeruū. §. oliuā. ad l. Aquil.

DESERERE propriè militum eſt, qui relinquunt locū in acie, aut ſine comitatu diſcedūt ex caſtris. Hinc deſertor & deſertio: de quib. ſępe in li. ff. Nebriſſ. Bart. an idē deſero et derelinquo ſignificēt, excutit in l. q agros. C. de Om. agr. deſert. Sp.

DESERTAM cauſam iureconſulti compoſita uoce Eremodicium uocant. l. & ſi ſine dolo. de Minoribus. l. quum quærebatur. ff. Iudicat. ſolui. itē l. proſperandū. C. de Iudic. Dicit̄ aūt deſerta cauſa, quū altera parte abſente fertur ſentētia. Hinc prouerbiali ſchemate, Vincere deſerta cauſa, eſt uincere nullo contrà pugnāte. Adi Eraſ. in Chiliad. Sp.

DESERTOR quis ſit, explicat̄ apud Iuriſc. in l. deſertor. §. j. de Re milit. Vide & C. de Deſert. l. j. lib. xij. & infrà, Emanſor.

DESERTVM, pro neglecto, C. de Agric. & cenſit.

& cenſit.l.quiſquis.lib.xj.

DESERTVS locus quis intelligatur, uide ext.de Verb.ſig.c.ueniens.§.illum locũ deſertum.

DESIDERARE actionem, dare actionem. l.ſi uerò plures.§.hæc aũt actio.ff.de his qui deiec.

DESIDERIA prouincialia, hoc eſt, priuatę prouincialium actiones, petitiones. Accurſius negocia intelligit in l.omnia.ff. de Offic.præſid.

DESIDERATI milites, ſecundum conſuetudinem deperditi, uel qui periẽrũt: uel ſecundũ rationem, ut Valturius refert, quòd abſentium rerum, nec dum inuentarum, ſint deſiderium. Sp.

DESIDERO, præter notam ſignificationẽ, notat & deficere. In quo ſenſu accepit iuriſcons.in tit.ſi libert.ingenu.eſſe dic. l.quoties. Siue officium, inquit, deſideretur, id eſt, deficiat in eo, qui debet obſequi & obtemperare. Nebriſſ.

DESIGNATORES dici poſſunt, ut eruditis noſtra ætate uidetur, qui magiſtri ceremoniarum uulgò uocãtur. Vide Bud. in uulg.l.Athletas.

DESIGNATVS epiſcopus. Vulgus coadiutorem appellat. Refert Eraſmus, Dauidem epiſcopum Traiectenſem, uirũ doctum & cordatum, ſuadentib. quibuſdã ut propter ætatem ingraueſcentem, pateretur adiungi ſibi deſignatum epiſcopum: dixiſſe, ſeſe diui Antonij exemplo commoueri, quo minus id facere uellet. Nam hanc negligi cœpiſſe, ſimul atque ſucceſſiſſet Rochus recentior diuus. Sp.

DESIGNATVS prætor, id eſt, electus.in l. Barbarius.ff.de Offic.præt. Electus eſt in Cæſarem, duxit in uxorem, ambo iſta non arridẽt doctioribus, teſte Inſulano. Meliora hæc, Electus, ſiue deſignatus eſt Cæſar, duxit uxorem, uel Vlpiani teſtimonio. Sp.

DESINERE in perpetuum, nõ ad tempus quo quis reuerti poſſit, referendum eſt. autor Pompon.in l.fi.de Aſſig.libert. Sic in l.ſi is qui.§.q̃d dicit̃.de Iur.dot.Sp.

DESINIT eſſe ſoluẽdo, cui uel inſignis calamitas, uel magna inopia acceſſit.autor Paulus in l.ſi arbitro.Qui ſatiſd.cog. Vide & Triph.in §.quod autem dicitur deſijſſe.l.tres tutores.de Adminiſt.tut.Sp.

DESIISSE reipub.cauſſa abeſſe quis dicatur, indicat Vlpianus in l.ſi cui.§.tam diu.ff.Ex quib.cauſ.maior.Sp.

DESISTERE, eſt de negocio abſtinere, quod calũniãdi animo inſtituerat, ait Vlp. Terent.in Phorm.dixit, deſiſtere litibus, hoc eſt renũciare. Planè ſi quis cognita rei ueritate, ſuum negocium deſeruit, nolẽs in lite improba perſeuerare, quam calumniæ cauſa non inſtituerat, is deſtitiſſe non uidetur.l.deſtitiſſe.ff.Vbi quis ager.Sp.

DESPERATI homines, idoneis autoribus ſunt, de quib.nulla eſt ſpes. Noſtri interpretes abſolutè uſurpant, pro conſciſcentibus ſibi mortem: de quorum bonis C. & ff.tractant uulgati tituli, Azo in Summa.Sp.

DESPERATIO, ægritudo ſine ulla rerum meliorum expectatione, Cicero autor iiij.Tuſcul. Vide §.feudis.l.unicè.ff.de Port.quæ lib.dam.conced.Sp.

DESPONSATA, deſtinata, denominata, idem ſunt.ff.de Adult.l.qui pupillam in dicauit.Roſatus.

DESPONSVM, pro deſtinato & pacto. Cicero de Reſp.aruſp. Sp.

DESTINATA uel parata ad aliquam rem, factum, uel qualitatem rei, non habenẽ pro abſolutis, unde in l.j.in fin.C.ad Syl leiam.nihil dicitur eſſe actũ, cum aliquid ſupereſt ad agendũ.uide elegantẽ textũ in l.ligni.§.ſi lignũ.ff.de Legat.ij.Sp.

DESTINATVM habere, pro deliberare, apud Triphon.in fin.l.tres tutores.de adminiſt.tut. Pro deputare & aſſignare Põpon.uſurpauit in l.quod in rerũ.de Legat.j. Quam fundo Titiano deſtinaret. Et infrà, Cum noſtra deſtinatione fundorum nomina & domus, non natura conſtituantur. Vlp. pro parare & conſtituere, quum ait: Aut ſi quis deſtinet domicilium transferre alter eorum.in l.cũ hi.§.cauſa.ff.de Tranſact. Idem in l.unde Neratius.ad Legem Aquil. de quo inquit, quæſtionem habere deſtinaueram. Sp.

DESTITISSE à lite conteſtata is uidetur, non qui diſtulit, ſed qui liti renunciauit in totum, ut ait Vlpianus.l.Deſtitiſſe.ff. de Minorib.Sp.

DESTITVTVM teſtamẽtum, pro deſerto, §.cum autem. Inſtit, de Hæred. quæ ab inteſt.defer.

DESTRVERE matrimonia, teſtes.

DESVETVDO nõ eſt ſimpliciter mala, ſed

ſed cõtraria,aut diuerſa conſuetudo. Fieri autem poteſt,ait Inſulanus,ut deſuetudo ſit bona & laudabilis. citat locum de Numa Pompilio apud Liuium libro j. ab Vrbe condita. Noſtris uox hæc eſt,et morẽ ſuum intermittere, & legem abolere.l. de quibus.in fin. ff. de Legib. l.j. §.j.de Interrog.act.Spieg.

DESVLTOR, qui in ludis Circenſibus ex equo in alterum ſubinde mira pernicitate deſiliebat. Vlpian. de Præſcr. uerbor. Apud Labeonem, inquit, quæritur, Si tibi equos uenales experiẽdos dedero, ut ſi in triduo diſplicuiſſent, redderes, tuq́ deſultor in his cucurreris,et uiceris, deinde emere nolueris, an ſit aduerſus te ex uendito actio? Rhodiginus notat aliud omnino deſultorẽ uideri, aliud deſultorium equum. Nam illud,inquit,ad hominem utiq́ ſpectat equos alentem: dicentemq́ qui dicantur Deſultorij, citat M. Terentium lib. ij. & Liuium libro ab Vrb.cond. iij. & xx. Quin & eum qui certat, rectè deſultorem dixeris: quod cõprobat ſecundum eum Vlpianus, ijs uerbis,quæ iam citauimus. Sp.

DETEGERE,patefacere. Paulus de Cõdit. indeb.l.in ſumma.§.j. Sin autem euidẽs calumnia detegitur, & tranſactio imperfecta eſt, & repetitio dabitur. Hoc Pauli dictum meritò Baldus effert, memoriq́ mente tenendum exclamat. Nam hoc, tametſi tranſactio ſtricti iuris habetur, mox aperto dolo corruit. So der betrug ann tag kompt. Hoc enim propriè detegere ſignificat. Vnde Detecta fraus, Detecta coniuratio. Sp.

DETEGERE improbitatem.l. tranſactionem.C.de Tranſaction.

DETEGERE iniquitatem ſententię.l.j.§.j. ff. Si pend.appel.mors interu.

DETENTATIO, eſt inſiſtentia corporalis non dominij cauſa, ſed ratione alterius effectus uel iuris, quod ei dentur. Vnde plures fundum detinere poſſunt ad conſequendum effectum eis debitum, & ſi ſpolientur uel turbentur interdicta eis dantur, non tamen aliter, quàm ratione iuris quod habẽt, nõ ratione rei quæ detinet̃. Ita pulchrè declarat Zaſ. in l. poſſideri.§.ex cõtrario.ff. de Acquir.poſſ.Sp.

DETERIOREM ſeruũ facere. Id quib. modis fiat, exponit Vlp. l.j.§. fin. de Seru. corup. Item deterior uia, quæ accipiẽda ſit, exponit Iuriſcons. in §. deteriorem. l. ij. Ne quid loc. Publ. Sp.

DETERIVS generaliter intelligimus, cui aliquid obeſt: quaſi detritum, ne bonum ſit. Spieg.

DETERRERE, à propoſito auertere. Vlp. de Aedil. edict. in l. quòd ſi nolit.§. qui mancipia. Plerumq́ enim natio ſerui, aut prouocat, aut deterret emptorẽ. Sp.

DETESTATIO. Lege, Proteſtatio.

DETEXTA lana dicit̃, cũ pfecta eſt, et à textrinis inſtrumentis detrahi poteſt. Sp.

DETINERE, pro occupare etiam de eo dici uolũt, qui poſſidet bona fide. per tex. l. apud antiquos. C. de Furt.

DETRACTIO alieni, hoc eſt, ablatio & furtum rei alienæ. Apud medicos uox hæc inanitionẽ prauorum humorũ denotat.

DETRACTOR, qui famæ alicuius derogare nititur: huic Pontificio Iure, nõ patet facilis aditus, uel ad accuſandum, uel ad teſtimonium ferendum.

DETRAHERE precio, ꝓ minuit̃ precium.

DETRVDERE in carcerem, apud iuriſcõs. in l. qui in carcerem. Quod metus cauſ.

DETRVSVM, Impp. in l. quicunq́ reſidentib. C. de Epiſc. & cler. intelligunt quem idonei autores Exautoratum, Canoniſtæ crebrius Depoſitum appellant: quibus & Detrudi in monaſtrerium, perpetuò illi includi eſt, pœnitentiæ, ut aiunt: agendæ cauſa, ob perpetrata crimina, maximè publica, ſiue, ut ipſi loquuntur, notoria, populũq́ Dei offendentia. Sic Chronica atteſtant̃, Zachariæ papæ autoritate, Hulderichum (qui ab externis rerũ ſcriptoribus corruptè Chilpericus nominatur, & poſtremus fuit è Merouingica familia Francorum rex) detonſum, in S. Emeranni monaſterium apud Reginisburgum, Auentino indicãte, detruſum, nulla cuiuſquã querela, ſed nõ ſine admitatione, ut alibi ex Aemilio relatum à nobis eſt in Ligurin.

DETVRBARE poſſeſſione, pro eijcere.

DEVS, nomẽ principaliter in eo eſt, ex quo omnia, & per quem omnia, & in quo omnia, quod à parte uirtutẽ & naturam trinæ ſingularitatis denunciat. Secundo uerò in loco, & ut ita dixerim, abuſiuè, Deos dicit Scriptura etiam illos ad quos ſermo Dei fit. ſicut confirmat Saluator in Euangelijs. Sed & cœleſtes uirtutes ſub hoc nomine appellari uident̃, dum

dũ dicitur: Deus ſtetit in ſynagoga deorum, in medio aũt Deus dijudicat. Tertio uerò in loco iam non abuſiuè, ſed falſò, dij gentium dæmones appellantur, quum dicitur: Omnes dij gentium, dæmonia. Hæc Origenes in Cantica. Nominis etymologiam ex probatis autoribus indicauimus, enarrantes Prudẽtianum hymnũ de CHRISTI miraculis. Alberici prorſus ridicula eſt, ut & multę aliæ nimirum è Papia, & ſimilibus autoribus petitæ. Paulo antè citauimus Iuriſcos. Martiani locum, quo DEI immortalis meminit ſingulariter, ut & Vlpian. in tit. de Iureiur. Dei enim notio eſt ęternitatis & immortalitatis, ἀεὶ ἐόντος καὶ ἀει γενέτου, iuxta Homerum. Vide Oldend. in Diuin. tab. præcept. j. Sp.

DEVESTIRE, feudalium placitorum conditoribus adimere ſignificat. in prin. tit. vij. de Nat. feud. Apuleius lib. iij. pro ueſte exuere uſurpauit.

DEVIRGINATA ancilla, apud Paulũ in l. ult. de Offic. præſid. pro præflorata, conſtuprataq́ꝫ, & quę uirginitatem exuit. ut ait Beroal. iij. Comment. ad fin. Sp.

DEVOLVTAE res, Angefallenn erbgůtter. l. j. C. de Bon. matern. Sp.

DEVOLVTVM feudum, Ein lehenn ſo dem lehenherren heymgefallenn, quaſi retrò deuolutum.

DEVOTAE gentes, quę olim Romano populo parebant. l. alligatis. C. de Vectig. et commiſſ.

DEVOTI, qui profeſſi uulgò uocãtur. Religioſus & deuotus olim in malam parpartem ſolum, at hodie ſolum in bonã. Alciat. in Rubr. de Verb. ſig. Sp.

DEVNX, Dextans. Lege, Sextans.

DEXTRA, læuaq́ꝫ. l. j. C. de Aquæduc. lib. xj. ut apud Plinium lib. ij. cap. xj.

D I

DIABOLE, Latinis eſt criminatio, cum reo nihil ſciente, nedum ad contradicendũ non admiſſo, ſoli delatori fides adhibetur. Fuere, ut indicat Alciat. qui hãc uocem reponendam exiſtimauerũt in l. natura. de Ver. ſig. ſed refragãte ſenſu. Sp.

DIABOLVS, Eraſmo delatorem, aut calumniatorem ſignificare uidetur: à uerbo διαβάλλεσθαι, quod eſt deferre, traducere, ſiue infamem reddere, Budæo autẽ aduerſarium. Sp.

DIABATHRARII, coriarij. Nã Diabathra, ut Pompon. ſcribit, Græcarum ſolearũ eſt ſpecies. Plaut. in Aulular. Sedentarij ſutores, Diabathrarij. Capiuntur etiam pro gradibus pẽſilibus, ſeu ſcalis. ἀπὸ τοῦ διαγουώειν, quod eſt aſcẽdere. Hinc Anabathra. Iuuen. Satyr. vij. Alciat. C. de Excuſat. artif. lib. x.

DIACATHAROTIA, id muneris eſt, cũ Imperator priuatis fundis concedit, ut purgentur. διακαθαρίζω enim idem eſt quod purgo. purgatio ipſa καθαρμὸς, καὶ καθαρότης dicitur. Alciatus in l. quicunq́ꝫ. C. de Omn. agror. deſert. libr. xj.

DIACONI, id eſt miniſtri. Miratur Eraſmus, diaconem quis primus dixerit. Arguit & Budæus erroris, qui diacones à diaconibus dicunt, quaſi Diacon in recto, ut Dracon & Solon dicatur. Græci Diaconium ſacrarium dicunt, uel ſecretarium, ubi dominica contineantur uaſa. Sed & Diaconij gradum legimus in canonicis Decretis. Vnde diaconica uocantur loca, & decanica. C. de Epiſc. audien. quæ ab Eccleſiaſticis uidentur diuerſa. Spieg.

DIADEMA regium tam Romanis, quàm exteris gentibus, candidam faſciam eſſe conſtat: quod inſigne à Libero patre inuentum, Plin. notauit. Alex. de Alexan. Gen. dier. lib. j. cap. xviij.

DIARIVM, calendarium, quo ſingulorum dierum ratio obſeruata continetur, Gręcè Ephemerides uocantur.

DIASTOLAE, dicũtur rationum correctores ſeu diſtinctores: uel, quod magis erit gratiæ, diuiſores. διαστέλλω enim eſt diuido, ac diſtinguo. Inde διαστολὴ dicta. Alc. C. de Tab.

DIATHETVM, genus uidetur poculi. Iuriſcons. ad l. Aquil. l. ſi ſeruus. Si calicẽ, inquit, diathetum faciendum dediſti. Iuſtin. quoq́ꝫ li. x. l. j. Artifices, inquit, diathetarij. Nebriſſ.

DIATHYRON. Lege, Prothyron.

DIATRETARII, ſunt qui intarſiatũ (quod uocant) faciunt: à Græca præpoſitione διὰ, καὶ τρητός. Inde apud Vlpianum in l. ſi ſeruus. §. ſi calicẽ. ad l. Aquil. calix diatretus. Sanè hi artifices poſſunt tornatores dici. quoniam διατρέω, torno laborare ſignificat. Et τρητός, teſſelatus dicitur. Poſſunt & Diatrocharij dici, quòd rotas, pilasq́ꝫ ligneas faciunt, & carros: nã idipſum ſignificat τροχός. Inde τροχοποιέω uerbum.

uerbum. Alc. C. de Excuſ. artif. lib. x.

DIATRETVS calix, uas erat torno politũ. Alex. de Alex. Genial. dier. li. v. ca. xvij.

DIATVREI, Græcè διαιτουροὶ, cuſtodes nauis ſunt, qui non precio conducti, ſed ſolo uictu nauem cuſtodiebant. Vox eſt compoſita ἀπὸ τῆς διαίτης, id eſt, à uictu: καὶ οὖρος, quod cuſtodem notat. Alc. in l. j. ff. Naut. caup. ſtab.

DICE, dea, iudiciorum præſes dicitur. Δίκη, ius ſignificat: ob id Græcè dicta, quòd lites & contentiones dirimat. Hinc Dicaſtes, iudex, litium diręptor. Et Dicaſpolos, qui circa reddenda iura uerſatur. Itẽ quas Græci Dicas uocabant, eas Romani Latinè actiones, cauſas, ſeu iudicia dixerunt. Vide Bud. in Annotat. ad l. j. de Iuſtic. & iure.

DICERE dominũ mentiri. in l. quæ omnia. ff. de Procurat. Sp.

DICERE dotem, & doti, id eſt, promittere in dotem, inquit Bud.

DICERE ius, eſt, cũ iudex de iure & æquo faciendo ſententiam fert, ac promulgat. Vrtheyll erőffnenn.

DICERE mendacium, & mentiri, quo differant, declarant Nonius & Gellius.

DICERE mulctam, uerbum eſt antiqui iuris, quo utitur Iuriſcons. in l. ne quis. de Cuſtod. reor. Item Alexander Imperat. C. de Mod. mulc. Vide Budæum in Annot. poſter. Spieg.

DICERE ſententiam exiſtimatur arbiter, quum ea mente quid pronunciat, ut ſecundũ id diſcedere litigatores à tota cõtrouerſia uelit, ut tradit Paul. l. qualem. ff. de Recept.

DICERE pro teſtimonio, eodẽ autore, uulgò dicitur nunc Deponere. Sp.

DICTARE actionem. Paul. in l. non diſtinguemus. §. illud in prin. ff. de Recept. arbitr. eodem ſenſu, quo Terentius impingere dicã, appellauit. Idem in l. ſi ſeruus depoſitus. in fin. ff. de Nox. action. Iudicium dictare uocat. Tranquillus, intendere formulã dixit: uulgò nuncupamus inſtituere actionẽ. Porrò dictata dicunt̃ quæ alio præeunte uerba ſcribi cõſueuere (Barbari, pronunciare ad pennam dicunt) ita & quæ natura nobis excipientibus ſuggerit, dictare dicitur. Teſtis eſt Catanæus, doctiſſimus grãmaticus, qui dictare apud Plinium lib. Epiſt. ij. exponit, componere, ſuggerere: indicatq́ꝫ ex lib. v. Epiſt. Senecę colligi poſſe, quò differat à Dicere. Tum dictata ſunt, inquit, quę ludimagiſter de aliquo autore pueris tradit interpretamenta, ut perdiſcãt: eademq́ꝫ ipſi poſt paululum ita reddãt, ut tradita ſunt. quod & Catanæus Ciceronis teſtimonio probat. Obſeruãda autem pulchra metaphora apud Pomponium in l. ij. ff. de Orig. iur. §. nouiſſimè. Nam ſicut dictari cenſentur ea, quę non noſtro adfectu, ſed alio præeunte uerba ſcribimus: ita & quæ uiciſſitudo rerum, uolente Deo, ſuggerit, ea excipimus, & uolentes nolentes ſequimur, quia natura dictat. Apud Barbaros dictare rationem, facere computũ, dicit̃. Sp.

DICTARE teſtamenta, pro ſuo arbitrio diſponere. l. dictantib. C. de Teſtament.

DICTAT ratio. Valla in Raud. Ita & ratio loquitur, quod nos ſcribendũ putamus: & ratio dictat, quòd in alterum effundamus. Solet in Principum reſcriptis, quibus cognitio delegat̃, clauſula haud infreques̃ inſeri, prout ratio dictat, iuriſq́ꝫ ordo requirit. Sp.

DICTATOR, qui dictat, & qui Dictaturã gerit: quòd à Cõſule diceretur. Quia uerò ſumma poteſtas erat dictatoris in populum, is quoq́ꝫ magiſter populi dicebatur. Eratq́ꝫ extraordinarius magiſtratus. Poſt dictatorem magiſter equitũ ſecundam dignitatem gerebat, & ab ipſo dictatore eligebat̃. Dictus magiſter equitum, quòd ſumma poteſtas huius erat in equites & accenſos.

DICTATOR, à dictando nomen traxit: quòd poteſtate ſua finita, futuros ſolus ipſe dictaret magiſtratus, id eſt, eligeret. Zaſius in l. ij. ff. de Orig. iur. Idem magiſter populi uocabatur, in quo ius maieſtatis & totius imperij fuit, cuius ductu & auſpicio ſæpè reſpubl. & imperiũ ſtetit: quem Græci αἰσυμνῆτην uocãt. Alex. de Alex. libr. iiij. Genial. dier. cap. xxij.

DICTIO. Lege, Rem.

DICTA, ſponſa, pacta. Nonius, Inter ſperatam, inquit, dictam, pactam, & ſponſam, hoc intereſt: quòd uirgo poſtquam petitur, ſperata dicitur: de hinc promiſſa dicta, uel pacta. ex Bud. Sp.

DICTVM à promiſſo Vlpianus eleganter diſcernit, in l. ſciendum. de Aedil. edict. Dictum, inquit, à promiſſo ſic diſcernitur. Dictũ accipimus, quod uerbotenus

pronunciatum eſt, nudoq́ ſermone fungitur. Promiſſum autem poteſt referri et ad nudam promiſſionem ſiue pollicitationem, uel ad ſponſionem. l. ſciendum tamen eſt. ff. de Aedilit. edict. In ſumma, Vox hæc omnẽ cõplectit̃ ſermonẽ. Sp.

DIES, diuiditur in lucem, & diem. Lux eſt dies artificialis: Dies uerò naturalis, uiginti quatuor horarum. l. more Romano. de Ferijs. Sp.

DIES, tribus modis accipit̃. Primò, ſecundum Romanæ Eccleſiæ morem. cap. ij. de Ferijs. Eſt & dies ciuilis, qui in præſentia apud Germanos pleriſq́ in locis eſt in uſu. à media nocte incipit, & ſequentis noctis media parte finitur. Itaq́ quod in his xxiiij. horis, id eſt, duabus dimidiatis noctib. & luce media actum eſt, perinde eſt, quaſi quauis hora lucis actum eſt. Vide l. more Romano. ff. de Fer. Eſt etiam Naturalis, ab ortu ad occaſum. Is uulgò ſemper horarum xij. erat. qui numerus longo tempore cuſtoditus fuit. Vnde & Dominus noſter apud Ioannẽ, Nonne, inquit, xij. ſunt horæ diei? Adi Iuriſcons. in l. j. ff. de Manumiſſ. & uide Alciat. in l. ij. de Verbor. ſig. Eſt autẽ dies in Iure ciuili intelligendus ex ſubiecta materia. Nam cum aliquid tractatur, quod aliam rationem in luce, aliam in tenebris habet, antiquiſſima & uulgaris diei appellatio retinẽda eſt. Sin autem quæratur de continuo tẽporis ſucceſſu, ſequi oportet Romanam inſtitutionem. ut in materia Præſcriptionum. Nam tẽpus ita noctu procedit ac die ad complendam uſucapionem. l. in uſucapionibus. & l. ſeq. de uſucap. Sp.

DIE annua, bima, trima. Vide, Repetita die.

DIEM actionis cedere dicit̃, cum id quod in pactum deductum eſt, cœpit deberi: etiam ſi nondum agi poſſit, ut quod debetur præſtetur. Diem uerò uenire, eſt, quando res incipit perfectè deberi, obligatione, actioneq́ efficaciter & uerè orta. Vide Alciatum. Sp.

DIEM actionis exire. l. ait prætor. §. hi planè. ff. Ex quib. cauſ. maior. Sp.

DIEM actionis exiſſe, pro finitum eſſe tempus actioni præſcriptum. Paul. in l. ſciendum. ff. ex Quib. cauſ. maior. Sp.

DIEM compromiſſi proferre. Hęc clauſula nullã aliam arbitro dat facultatẽ, quàm diem prorogandi: & ideo conditionem primi compromiſſi, neq́ minuere, neq́ mutare poteſt. l. Labeo ait. ff. de Recep. Spieg.

DIEM diffuſum, malè pro eo quod eſt, diffiſum, legi apud Vlpianum in §. ſi quis iudicio. in l. ij. Si quis caut. iud. ſiſt. cauſ. Politianus in Miſcell. annotauit. Budæus tamen ueterem lectionem magis probat. Spieg.

DIEM ſuum obire apud Vlpianũ in princ. l. ſi filia nupta. ff. Famil. erciſc. Sp.

DIENSES, populi Macedoniæ. Paul. horũ meminit de Cenſibus. In Macedonia, inquit, iuris Italici ſunt Dienſes. Nebriſs.

DIES atri dicebãtur, quibus legiones educere, aut acies cum hoſtibus committere, uel quicquam reipubl. agere religio non ſinit. Alex. de Alex. Genial. dier. li. ij. cap. v.

DIES condictus. Lege, Condicere.

DIES Domini. Lege, Iudicium humanũ.

DIES feriatus, quo feriæ aguntur, hoc eſt, quo à forenſibus negotijs dat̃ uacatio. Paul. in fin. l. ij. ſi quis in ius uoc. non uenit. Remittit, ait, prætor pœnam, puta quia dies feriatus fuit. & in tit. de Ferijs. Spieg.

DIES feſti continebant ferias publicas & priuatas, ludos, epulas, & ſacrificia deorum. Dies profeſti. Vide ſuo loco. Sp.

DIES incertus, conditio eſt. Vide Bart. in l. ſi pecuniam. §. fin. de Leg. ij

DIES iudicij diffiſus, apud Vlpian. in l. ij. §. ſi quis in iudicio. ff. Si quis caution. Vide paulo pòſt, Diffindere diem.

DIES legitimi uocantur, quos nũc dilationes ordinarias appellant, ait Budæus in Annot. priorib.

DIES legitimi ſecundum Aſconium uiginti, qui dabantur ad accuſandũ: totidẽq́ defenſori ad reſpondendum. Dierum iudicialium, id eſt, certorũ, meminit quoq́ Capitolin. in M. Ant. Philoſ. Sp.

DIES mortis incertus. Vlp. de Cõd. & demonſtr. l. j. Dies autem incertus eſt, cum ita ſcribitur: Hęres meus cum morietur, decem dato. Nam diem incertum habet mors eius.

DIES ſanctificationibus deputati, feriæ in Iure dicuntur: de quibus lege Oldend. in xij. Tab. tit. j. cap. iiij. Sp.

DIES ſolutionis, ſicuti ſumma pars eſt ſtipulationis. l. j. ff. de Edend.

DIES ſigillarij. Vide, Sigillaria.

DIES ſtati, ordinarij ſunt. Budæus in dictis Annot. Sp.

DIES uentoſus, ſiquidem Paul. ait, die uētoſo id fecit, culpæ reus eſt, l. qui occidit ad Leg. Aquil. §. in hac actione.

DIAETA, locus in domo ubi per ocium uerſamur. Iuriſconſ. de Leg. iij. Cellariū, inquit, iunctum eidem diætæ. Inde Diætarius, dictus eſt ſeruus ſiue miniſter in diæta deſeruiens. cuius meminit Vlp. de Fund. inſtr. l. quæſitum. Eſt & Diætarius, qui ex diæta quippiā furatur. Vlp. in tit. de Effract. Simili, inquit, modo & diætarij & ſaccularij puniuntur. Idem eod. ti. l. ſaccularij. Qui diætarij, inquit, appellantur, hoc eſt, qui in aliena cœnacula ſe dirigunt furandi animo. Nebriſ. Vide & Catanæum Commētar. ij. Diætas hypocauſtas, opponit Iuriſcos. editioribus in domo diætis: ut ex Norico textu intelligimus, in l. ligni appellatione. §. lignis autem. de Legat. iij.

DIAETETICA medicina dicitur, quę uictu medetur: uulgus Regimen uocat.

DIFFAMARE, in malam partē frequentius uſurpatur, pro eo ferè quod eſt, Infamare, ſiue id iure, ſiue iniuria fiat. Iure, cum dicimus actionem & ſententiam infamare. Iniuria, cum ſceleratus aliquis dilacerat famā proximi, ductus ad hoc prauo quodā adfectu. Nam Diffamare, eſt, Old. teſte, per diuerſas partes famā diuulgare, uitiorum facta cōmemoratione. l. diffamari. C. de Ingenu. manu. Sp.

DIFFERENTIA, eſt qualitas diſcriminans, diſsimilitudineſq; inducens, per quas diſcernitur hoc ab illo. Salom. in l. Gallus. de Lib. & poſth. Bart. Latomus, Differētia, inquit, et proprium, re idem ſunt: ſed appellatur differētia, quod rem certa proprietate à cæteris diſtinguit: proprium, quod uni ſoli conuenit. Sp.

DIFFERENTIA eſt, quæ facit diſtare & differre unam ſpeciem ab alia. ut rationale: hac enim differētia diſtat homo à boue, & reliquis animalibus. Sp.

DIFFICILIS probatio l. j. ff. de Inter. act.

DIFFICILE & impoſsibile propemodum non diſtant. Vlpian. Famil. erciſ. ſi familiæ erciſcundæ, inquit, uel communi diuid. iudiciū agatur, & diuiſio tam difficilis ſit, ut penè impoſsibilis eſſe uideatur. Sp.

DIFFICVLTAS pro incommodatione apud Paul. in l. ij. §. ex his. de Verb. obligationib. ſed non facit, inquit, inutilem ſtipulationē difficultas pręſtationis. Sp.

DIFFICVLTAS magna, ferè fortuito caſui æquiparatur. l. non dubium. in fin. ff. de Legat. iij. Publicas difficultates, probi autores accipiūt pro penuria rei nummariæ.

DIFFIDATIONEM uulgus uocat Denunciationem eam hoſtibus factā, antè quàm committatur bellum: quæ non minus quàm trium dierum tempus complecti debeat. Vnde eſt Tit. De Diffidat. Old.

DIFFINDERE diem, eſt differre in ſequentem, qui nec religioſus, nec faſtus eſt, ſed iudicialis etiam partibus, ſine exceptione morbi ſontici. autor Alciat. de Verbo. ſig. Nebriſſenſis ait, Diffindere diem, et diei diffiſsio, ſignificat diem interciſum, intercapedinatum, ac proinde dilatum. Sp.

DIFFINITIO. Vide, Definitio.

DIFFVNDERE diem, olim dicebatur id, quod nos continuare terminum uſq; in diem craſtinum, nuncupamus. Tria autem erant de differendis iudicijs, pronunciandi genera. Aut diffundebatur dies, id eſt, in poſterū diem reijciebatur: aut cōperendinabatur, hoc eſt, in tertiū diē differebat: aut deniq; iudex pronunciabat ſibi non liquere, quæ Ampliatio uocabatur. Vlp. in l. ſi demeris. de Recept. arbit. Old. Vide & Ampliatio. Sp.

DIFFVNDVNTVR uina propriè, quæ poſteaquam defęcata ſunt in dolijs, conduntur, tranſuaſanturq;. Iulian. l. cum quęritur. de Leg. iij. Nam ſi uina diffudiſſet, habiturus uſui. Item Proculus de Trit. & uin. leg. Cum uinū, inquit, quod in amphoris, ſeu cadis diffuſum eſt. Nebriſſen.

DIGAMVS, idē qui & Bigamus, is habet, qui corruptā uel inſciēs duxerit, ſed Pōtificia ſolū cōſtitutione: qua & à ſacerdotio arcetur. qua de re latius diſſerit Eraſmus noſter in Annot. ad Paulū, itē ad Iouinianū. & in de Ratione Chriſtiani matri. Propriè autem Digamus, qui ſecundam uxorē duxit. Fuere apud Ethnicos graues autores, qui uel nullā, uel ſemel ducendā uxorem eſſe putarunt, nec iterum naufragiū faciendū. Lege Codrum

ſermone quarto, Neuizanum prodigoſum allegatorẽ. E' noſtris, ſecundas nuptias Tertull. damnauit: cuius dogma ab orthodoxis patribus reſciſſum eſt, à quib. ſtandum nobis eſt: ut antè Rhenanus noſter prudenter admonuit. Extat in Nouell. Conſtit. benè longa, de his qui nuptias iterant. Sp.

DIGESTORVM liber ideò duplici ff. ſignatur: quòd Græci Pādectas per πτ, cũ accẽtu circũflexo notabāt, ſub quib. et Digeſtorum libri comprehenſi ſunt: unde facili litura πτ. in ff. Latinè inoleuit. Alciat. lib. iij. Diſpũct. cap. xvj. Hoc autem nomẽ primus Saluius Iulianus inuenit, qui Ius ciuile, quum olim confuſim traditũ eſſet, tanquam in quandam artem illud redegit. Alciat in Rubr. C. de Edendo. Cæterùm opus Pandectarũ Iuris ciuilis ſic uocari Digeſtum, non probat Inſulanus, magis autem ſi Congeſtio appellaretur: cuius nomine Cicero alicubi intellexiſſe uidetur, prolixum opus. Haloander (cui utinam, ut conſtituerat, reſpondere licuiſſet & Vallæ & cęterorum calumnijs, quibus tam Iurecoss. ueteres, quàm ipſum Iuſtinianum conuicijs impetunt) non negat, nulla iniuria noſtrorum hominum imperitiam accuſari, qui caput aliquod ex Digeſtorum opere in teſtimonium adducentes, legis uerbo, et gemino ff. utuntur, cum ex monumentis antiquiſſimorum Codicum conſtet, Latinos ἐν τοῖς πρατίτλοις ſimpliciter huic ϑ, uel huic θ, notæ, qua operis nomen ſignificabant (unde & ſupina librariorum negligentia irrepſit, ut hodie ff. ſcribantur) titulum, nudumq́ capitis principium hunc in modum adieciſſe, Dig. uel ϑ, uel θ, de Action. empt. Iulian. Græcos uerò frequẽtius operis nomen omiſiſſe, titulum, caput, ac uerſum, quem ϑεμάτιον illi, quaſi nouam facti ſpeciem ſiue caſum, noſtri ineptè Paragraphũ appellarunt, per numeros tantum indicaſſe, hoc modo, βίβ. δ. πτ΄. β. κ΄|. ς. θν|. ια. id quod fragmenta quædam de Pignorib. de Succeſſione ab inteſtato, de Peculio Græcè ſcripta, quæ ipſe dum uiueret habuit, antiquiſſima, teſtari poſſunt. Sp.

DIGITVS apud Iuriſconſultũ in l. Lucius. de Seruit. ruſt. præd. quid ſignificet, Accurſium ignoraſſe, commentum eius oſtendit. Digitus autem hic modulus aquarius, ſiue fiſtula digitaria intelligendus eſt, per quem aquæ fluxus diuiduntur, perinde ac parietum prominentiæ per pedes diuidi ſolent. l. ſi quando. ff. Si ſeruit. uendic. Idem Budæus annotauit, & Oldend. Nebr. ait: Digitus aquę, ſextadecima pars pedis, uncia uerò duodecima. Sp.

DIGITO ſummo tangere, apud Iuſtinianũ in fin. Inſtit. ridiculè interpretantur, uel pro digniori, ut Alberic. indicat, uel pro longiori digito, ut Accurſius putat. Eſt enim ſummo, ſeu extremo digito attingere, breuiter ſiue leuiter tangere. ut explicat Eraſmus Cent. ix. Chiliad. j.

DIGITVM tollere, ſignificat ſe eſſe redemptorem. Idem digito liceri. In emptione enim antiquitus poſt licitationem digitus leuabatur, ſignificās quenquam emptioni allubeſcere. Bud.

DIGNATIO eſt, quod Græci ἀξίωμα dicũt, id eſt, dignitas, et amplitudo propter honores geſtos, aut magiſtratum: uel propter oris morumq́ maieſtatem: qualis in Pompeio fuit. Cicero alicubi perſonam & dignitatem pro eodem poſuit, id eſt, pro autoritate quęſita, nominiſq́ amplitudine. Vnde apparet, Accurſium dignitatem expoſuiſſe pro decurionatu, in l. Imperatoris. de Decur. Sp.

DIGNITAS, honor eſt alicui propter merita, ſpecialiter principis, uel legis beneficio impenſus. Bart. l. j. de Dig.

DIGNITATVM ſpecies, recentiores Iuriſc. quatuor eſſe tradunt: illuſtres, ſuperilluſtres, quæ dictio non ſatis Latina eſt: ſpectabiles, & clariſſimos. Sed Alciati doctrina uerior, cuius elegans caput extat ea de re in libro Diſpunctionum tertio. quæ clariſſimatus, equitatus, perfectiſſimatus gradibus continentur, quos Alciatus non uno loco attigit, oſtendẽs quantum hac in re aberratum hactenus fuerit. Spieg.

DIGRESSVS eſt, cum quis à propoſito argumento diſcedit. Græcè παρέκβασις. Iurecons. Exceſſus. Ita ingreſſus eſt, qui Gręcis ἔμβασις. Alc. in l. in bonæ. C. de Pact.

DII cur iudices dicti, pulchrè mediusfidius oſtendit Aretius in Enarrat. in Euāg. Ioann. Sp.

DIIVDICARE inter. Apud Labeonem: Et precium ſeruaret, donec inter nos dijudicaretur. l. ſi oleum tuum. de Dolo. Sic

Cicero

Cicero in Tuſc. Vtrum igitur inter has ſententias dijudicare malimus. Admonent eruditi, Dijudicare controuerſiam, uideri id ſignificare, quod Appunctare barbarè dicitur. Nobis fortè eſt, Erörteren. Sp.

DILACERARE, translatè ſignificat, dilapidare, diſperdere: quod prodigiorum propriè eſt. l. i. ff. de Curat. fur. Sp.

DILARGIRI, diuerſis dare.

DILAPIDARE, propriè lapides auferre eſt. Iuriſconſultus pro prodigere, diſperdere uſurpat in §. pen. l. uerum. ff. de Minor. cum ait: Melior eſt cauſſa, ſecũdum Pomponium, eius qui accepit & dilapidauit, uel perdidit ſcilicet pecuniã. Capniõ in ſcenicis Progymnaſmatis olim à nobis enarratis Scena ij, Actus j. Dilapidat argentum ſuum tam prodigè, Quàm ſi leues eſſent ariſtæ. Sp.

DILEMMA, argumentum eſt, quod utrinque aduerſarium capit, à δὶς, καὶ λαμβάνω, capio, ſeu conuinco. Aliàs, Syllogiſmus cornutus, Iurecoss. familiaris. Nam ex contradictorijs concludit. Sp.

DILIGENS, pro ſtudioſo, quòd eorum quæ amamus, ſumus ſtudioſi. Inſtit. in fin. de Suſpect. tut. Enimuerò tutor, uel curator, quamuis pauper ſit, fidelis tamen & diligens, remouendus non eſt, quaſi ſuſpectus. Diligentia in cauſis defendendis quantum ualeat, latè explicat M. Tul. lib. de Oratore ſecũdo. Ea una, ut colligit, uirtute, omnes uirtutes reliquæ continentur. Spieg.

DILIGO te ut illum, ergo diligo illum: haud probam illationem eſſe, Albericus monuit.

DILVCIDE, aperte, manifeſtè, diſerte, Mit vßgetruckten worten. l. ſi quis iuſiurand. C. de Iureiur. l. generaliter. de Non num. pec. Sp.

DILVERE crimẽ, propriè reorum eſt, hoc eſt, infirmare, diſſoluere, refutare obiectas criminationes. Sp.

DIMIDIAM operam præſtitiſſe non dicetur, nec diurnæ mercedis dimidium meritò conſequetur, qui à meridie ad occaſum opus faciet. l. ij. de Verb. ſig.

DIMIDIVM, eſt pars dimidiati altera. nam quod in duas partes diuiſum eſt, dicitur Dimidiatum. Minus dimidium, pro dimidio minus, apud Ciceronem Budęus obſeruauit.

DIMINVTIO, ſeu mauis, ut Haloãder continenter legit, Deminutio capitis, apud Iuriſcoss. eſt ſtatus immutatio, ut ſuprà dictum eſt. Antiqui tamen Oratores, de capite diminuere, et de capite demere dicebant. De Capiteminutis, apud Haloand. eſt tit. pro, de Cap. dimin. Sp.

DIMINVTVM. Vide, Deperditum.

DIMISSORIAE literę, inquit Iuriſcons. ſunt, quæ uulgò Apoſtoli dicũtur: quòd per eas cauſa ad eum qui appellatus eſt, mittitur. Speig.

DIMITTERE uxorem, pro repudiare. Sic dimiſſa è matrimonio, pro repudiata.

DIMITTO, pro relinquo, ad ultimas uoluntates pertinet. Aut de Eccl. tit. §. ſi quis uni ſanctorum.

DIOBOLARES teſtes eleganter Budæus appellat leues, quos ipſos inopia ipſa refellit, quos fames magis, quàm fama commouere creditur: quomodo & antiqui Diobolares meretrices dixerũt. Vide Feſt. Spieg.

DIOECESIS, gubernatio, ſiue diſpoſitio. Diœcetes, gubernator, ſiue procurator. Iuſtin. de Epiſc. audien. l. archigecontes, & diœcetę. A' διοικέω, guberno. Nebriſſ. Senſum huius l. Accurſius minimè eſt aſſecutus, ut indicat in Diſpunct. Alciat. Hæc uox in Iure ciuili pro ꝓuincia aſſumit. l. j. de Priuat. carc. Sed in patrũ Decretis, ſolet ad Epiſcoporum munus deflecti. Non enim in primitiua Eccleſia Epiſcopi iudicia exercebãt, ſed ſacra adminiſtrabãt, curabantq́ꝫ: unde meritò diœceſis, id eſt procuratio, diſtributioq́ꝫ in eis propriè locũ ſibi uẽdicabat. Sicut ergò Territoriũ dicitur, quatenus iudex ius terrendi habet: ſic Diœceſis dicitur, quatenus Epiſcopus ius adminiſtrandi ſacra habet. Pronuncietur autẽ penultima ſyllaba breui. Siquidẽ Græci ſic ſcribunt, διοίκησις. Cochlæus ſentit, Diœceſis, & Dioceſis, utrumque rectè dici: nec ullo errore falli, qui Dioceſis nomine utuntur. Sp.

DIOMEDIS & Glauci permutationis meminit Iuſtinian. in procemio Pandectarum his uerbis: Noſtris temporibus talis legum inuenta eſt permutatio, qualem apud patrem Homerum omnis uirtutis, Glaucus & Diomedes inter ſe faciunt diſſimilia permutãtes. Quorũ uerborũ ſenſum, cum Interpres, antiquita-

tis imperitus, minimè aſſequeretur, fabulã inſulſiſſimã, nõ ex autoribus, ſed è ſomnijs attulit. Significat aũt Imp. ut Eraſ. in Chiliad. exponit, pro relictis, inutilibus, ac faſtidiendis uoluminib. recepta tum meliora, tum breuiora: hoc eſt, permutationẽ factã uehemẽter inęqualem.

DIORTHOTICVM Ius, dicitur quaſi emendatiuum, quod in commercijs uerſatur. Bud. in l. Ius ciuile. de Iuſt. & iur.

DIPLOMATA, uulgus Patentes literas appellat, bullæ ſunt, codicilli, ſiue libelli, in quib. beneficia à Principib. impetrantur. Dicta, quòd in duplicib. tabellis ſolitæ ſint concedi ſupplicibus. Apud Iuriſcons. accipiĩ pro itineris feſtinatione: hoc eſt, cum per dies ſingulos duplicia itinera conficiunĩ. Venuleius de Verb. oblig. l. cõtinuus. Quibus, inquit, quaſi interpretatio quędam inſerta eſt: is qui Epheſi ſe daturũ ſpopõderit, ut neq; diplomata, hoc eſt, dieb. ac noctibus, & omni tempeſtate contempta, iter continuare cogatur. Et ſequitur: Quod ſi diplomate, ac felici nauigatione maturius quàm quiſquam peruenerit Epheſum, confeſtim obligatus eſt. Modeſtin. ad. l. Corn. de Falſ. l. Falſo, inquit, diplomate commeauit. Nebriſs.

DIPLOMATA intelligũtur, pro quibuſcunque literis cõceſsis à Principe, uel à magiſtratibus eius nomine, ſiue tabularijs, ut liberũ et expeditum iter faciant, ſiue exulibus reſtitutis, ſiue aliquo crimine abſolutis, ſiue obligationib. Vide Bud. in l. qui illicitis inſignibus. ff. de Falſis. & infrà in dictione, Tractatores. Sp.

DIPOLOS terra, quæ eſt bis arata. apud Rhodiginum.

DIRECTARII, quos multi Dietarios etiã dicunt, Iuriſconſultis intelligũtur, quòd in alienas ſe dirigant domos, tanquam τοιχοβάται, ut uocant Græci: teſte eodem Rhodig. Sp.

DIRECTA libertas. lege, Libertas directa.

DIRECTVM dominium ſignificatur, cum profertur abſolutè. l. j. §. primo. ff. Si ager uectig. uel emphyt. cũ ibid. not. l. ſi mater. §. eandem. de Excep. rei iud. l. minor. §. j. de Euict. Alberic.

DIRIMERE, propriè componere eſt inter ſe concertantes. Entſcheyden. Iurecoss. pro diſſoluere, ſeparare, uſurpant. Paul. de Repud. l. j. Dirimitur matrimonium morte, diuortio, captiuitate. Sp.

DIRIMERE actionem, pro interrumpere, & in aliũ diem reijcere eius exitum, Budęus exponit. Fortè id quod nobis eſt, der handel iſt entſchlagen.

DIRIMERE controuerſiam, pro dijudicare, uel illo Ouidiano carmine noto, Res eſt arbitrio non dirimenda meo.

DIRIMERE litem, apud Cicer. pro diſſoluere, & decidere, interpretatur Budęus.

DIRIMERE tempus, & diffindere, uel diffundere diem, cognata ſunt uerba. De quibus Bud. in Annot. prior. latius.

DISCEDERE ab emptione, apud Iuriſcõs. in l. ij. de In diem addict.

DISCEDERE à conſuetudine Ciceroni, quod Iuriſper. in deſuetudinem abire.

DISCEDERE ab officio, Barbari dicunt, non facere ſuum debitum.

DISCEDERE in diuerſa, eſt in ſenatu diuerſa cenſere.

DISCEDERE à perſona, id eſt, immutare perſonam. Modeſtin. de Vſufr. l. Titio. Vſusfructus inutiliter legari intelligitur, in id tempus uidelicet collatus, quo à perſona ſua diſcedere incipit. Spieg.

DISCEPTARE, eſt ambigere, cõtẽdereq;: ut in iudicio fieri ſolet. Hinc Diſceptatio, accuſatoris & patroni contentio: & Diſceptator pro iudice & arbitro à Iuriſcos. accipitur, qui litem & cõtrouerſiam dirimit, & componit. l. iij. ff. de Recept. Pro dijudicare, cognoſcere, apud Ciceron. quum ait lex, Bella diſceptanto, accipiendum. Sp.

DISCEPTARE, frequentatiuum eſt à diſſepio, ire. Von einander zünen. Siquidem actionum remedijs unuſquiſq; ius ſuum retinet, uelut ſepe ab alieno diſtinctum. Inde ſeparari lites, pulchra metaphora, dicuntur, hoc eſt, dirimi, tolli è medio, tribuendo unicuiq; quod ſuum eſt: autore Dn. Oldendorp.

DISCEPTATIO, cauſa, lis, contentio, controuerſia. Paul. l. Neſennius. de Negoc. geſt. Hæc diſceptatio, ait, in factum conſtitit. Sic enim legendum, & non ut uulgata lectio habet, In facto conſiſtit. Sp.

DISCERE propriè eſt, rem ignotam aſſequi: quod uel meditando fit, uel alio docente. Pomponius Iuriſcons. diſcendi ſtudium, unam optimam uiuendi rationem exiſtimabat, eamq; in octauum & ſeptuageſi-

ſeptuageſimum ętatis annum̃ perduxit. Memor memorabilis illius uocis, quam dixiſſe fertur Saluius Iulianus, cognomento Seuerus, origine Mediolanen, Iuriſperit. κἂν τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῇ σορῷ ἔχω, προσμαθεῖν τι βουλοίμην. id eſt, Haloand. uertente, Etſi alterum pedem in tumulo haberem, nõ pigeret aliquid addiſcere. Extat apud Pomponiũ in l. apud Iulia. de Fideicomm. libert. Spieg.

DISCI, orbes argentei. Diſci duo apud Iuriſcons. tit. Depoſiti.

DISCIPLINA in diſcipulo, Doctrina in magiſtro. Eſt em̃ propriè eruditio, quam à præceptore diſcipulus accipit. l. ſi pendentes. §. ſi ſerui. de Vſufruct. Sp.

DISCIPLINAM docere, priſca locutio. De qua uide Oldẽdorpiana ſcholia in Leg. xij. Tab. cap. vj. Tit. j. Porrò diſciplina ciuilis, pædagogia eſt ad Chriſtum. Gal. iij. Spieg.

DISCIPVLOS generali uocabulo non tantum, ſed & ſcholaſticos appellatos, qui Iuri operam nauabant, ex Græcorũ epigrammatis ait ſe obſeruaſſe noſter Haloand. Eos autem ab omni iniuria defendere debet magiſtratus ciuilis, epiſcopus, & Legum profeſſores uniuſcuiuſq; loci. Conſtit. ff. ij. §. & hæc omnia.

DISCOBOLI, Lege, Athletarum nomine.

DISCOLOR ueſtis, quæ & uaria, hoc eſt, diuerſis colorib. conſuta. Diuiſam nunc omnes uocant, ait Bayf.

DISCRETAE gentes, pro diſtinctæ, apud Hermogen. l. ex hoc Iure. de Iuſt. et Iure.

DISCVSSO periculo, pro ſublato, apud Papinian. in. l. nihil. de Naut. fœn.

DISCVSSORES, inquiſitores & æſtimatores facultatum hominum ſunt. Heg. in tit. C. de Diſcuſs.

DISCVTI matrimonium, apud Paulum in l. ij. de Don. inter uir. & uxor. pro diſturbare, diſſoluere.

DISIVNCTIONEM, hoc eſt, diſiunctam orationem Iurecoſs. appellant, quam uulgus alternatiuam dicit. Et licet uerba aperta habeat, in ea tamen uoluntatem quærimus. Nam ſicut contra naturam coniunctorum eſt, utrumq; pariter non exiſtere: ita non eſt contra naturam diſiunctorum, utrunque exiſtere ordine ſucceſsiuo: & ideo facilius diſiuncta reſoluitur in coniunctam, qua dere acuto uir ingenio latius Aret. tractat in l. Gallus. §. quidã rectè. ut in ead. indicat Salom. Sp.

DISPENDIVM. Lege, Compendium.

DISPENSATIO, dicitur Iuris communis relaxatio ex cauſa utilitatis, neceſsitatis, & ingẽtis prærogatiuę meritorũ. Vnde deficiẽte altera ex his cauſis inducẽtib. iuſtam cauſam diſpenſandi, non eſſet diſpenſatio, ſed potius diſsipatio, ſecundũ Specul. in tit. de Diſpenſ. §. nunc breuiter dicendũ. & Parnomit. in. c. de multa. de Præbend. Pleriq; tamẽ, ut Oldẽd. monuit, huius uerbi uim nõ percipiũt, qui relaxationẽ tantum cõmunis Iuris ſignificari putãt. Porrò qui diſpẽſat Ius, is cuique ſuũ diſtribuit, & curat, ne alicui fiat iniuria, ne quis lædatur: quod ſummum Iuſticiæ munus. Spieg.

DISPENSATOR, ſeruus eſt qui impendia domus curat, & uictui pręeſt. Huic obſonatores, piſcarij, coqui, idq; genus ſerui parent: ab expendendo pecuniam, dictus: uel quòd rationes diſpenſet, id eſt procuret & conſideret, calculumq; ducat: atq; hi ut plurimum in urbe degunt. Alc. de Verb. ſig.

DISPOSITIONEM generalẽ eſſe uolũt Inno. Hoſt. & Panor. quę in toto genere: Specialem autem, quę in una ſpecie uerificatur. Sp.

DISPOSITIVE narrata quæ dicantur, uide in dictione, Enunciatiuè.

DISPVNGERE, eſt expũgere, ſeu tranſuerſo calamo rationẽ cancellare. de Verb. ſig. l. cognoſcere. Diſpũgere, inquit, eſt cõferre accepta & data: et ex ea collatione (ut ait Accurſ.) cancellare quod eſt redditũ. Hinc Diſpũctio, ipſa ratiõis cancellatura. Vlp. l. cum plures. de Bon. aut. Iudic. poſs. An recognitio, inquit, & diſpũctio cõcedẽda ſit creditori. Nebriſſ.

DISPVNGERE rationes, eſt computũ, ut uulgò dicit, examinare. Papin. de Verb. ſig. Diſpũgere, eſt cõferre accepta & data. Item alibi: Percunctãdas atq; examinãdas rationes, & diſpungẽdas atq; diſcutiẽdas. Et iterum alibi: Vtrũ ſemel, an etiam ſæpius recognitio & diſpunctio concedenda ſit creditori. Budęus.

DISQVISITIONEM uocabant antiqui iudiciũ per opiniones (ut nunc loquimur) cum opinionẽ uel ſententiam omnes rogantur. Bud. in l. poſter. de Orig. Iur.

DISSERERE, ait Alciatus, nihil aliud eſt, quàm clarè & ſpecialiter ſentẽtiam ſuam exprimere. Sp.

DISSIDIVM, inter uirum & uxorem diuortium eſt. Papin. ad. L. Iul. de Adul. l. miles. Quære, inquit, an cauſam diſſidij præſtitiſſe uidear. Nebriſs.

DISSIMVLARE pro conniuere in l. diuus. de Offic. Præſid. aliter dixit Paul. diſſimulare de ſua conditione. in l. iiij. Quibus ad libert. proclam. non lic. Sp.

DISSOLVTIO eſt, quæ coniunctionib. uerborũ è medio ſublatis, partib. ſeparatis effertur, hoc modo: Gere morem parenti, pare cognatis, obtẽpera legibus.

DISTRAHERE, pro eo quod eſt, uendere, aut auctioni exponere. Vlp. l. ſi uni. de Tranſact. Si uni, inquit, pluribusúe fundus fuerit diſtractus. Tit. eſt prẹterea in ff. de Diſtract. pig. Nebr.

DISTRAHERE cõtrouerſias, id eſt, componere & dirimere lites.

DISTRACTVM, generaliter uocant quamlibet contractus reſolutionem recẽtes Interpretes. Sp.

DISRTIBVERE, ſuum cuiq; tribuere. l. j. Famil. erciſc.

DISTRICTVS, à diſtringẽdo, ſicut territorium à terrẽdo nomẽ ſumpſiſſe uideri poteſt: quo nomine quidã ſignificari putãt, quicquid ultra territoriũ ſuum ex alieno ditioni ſuẹ ciues addũt, uel uirtute bellica partũ, uel quaqua alia ratione. Vnde nunc Seleſtadiẽſis Diſtrictus, ſeu, ut uulgò dicũt, Banni ſunt, quæ territoria olim fuerunt Burneriorũ, et Künisgheymenſium. Tametſi, Alciato teſte, Diſtrictus uocabulum apud antiquorũ neminem reperiat̃. Cæterùm quod in Ligurinum annotans aliàs retuli, quatuor ſunt nomina eiuſdem intellectus, Territorium, Comitatus, Diſtrictus, Diœceſis. Sp.

DISTRICTE, hoc eſt, ualde ſtringendo ac minitando: metaphora ſcilicet à gladiatoribus tracta, qui contra aduerſarium ſuum enſem ſtringunt, id eſt, nudant.

DITIO, imperium. Phocas in uſu tantum in ablatiuo et accuſatio ditionem putat: nos tamen, ait Catanæus, plerumque in genitiuo notauimus, præſertim apud Iureconſultos. Sp.

DITIO, à Dito deriuator, & poteſtatem ſignificat, ſeu facultatem, Zaſ. in l. ij, ff, de Orig. Iur.

DIV, longum tempus uariè demonſtrat in Iure noſtro. Vide Albericum.

DIVALES conſtitutiones. Inſtit. de Hẹred. quæ ab inteſt.

DIVALIA cõſulta. C. de Teſtam. l. diualia.

DIVAE memoriæ. Inſtit. de Vſucap.

DIVERSA ſunt, quorũ diffinitio nõ eſt eadem, ſeu quorũ ſubſtantia non eſt eadẽ. Conuertũtur hẹc l. j. de Dol. Gloſs. in. l. omnis definitio. de Regul. Iur. Spieg.

DIVERSA illa dicuntur, quẹ origine & corruptione ſunt diuerſa. l. ſi mihi eodem tempore. de Seruit. ruſt. prẹd. l. ſi domus tua. de Seru. urb. præd. Baldus in l. ex hoc iure. de Iuſt. & Iur.

DIVI fratres, quorum ſẹpe apud Iurecoſs. fit mentio, dicuntur, quia inter Diuos relati ſunt: qui honos ἀποθέωσις appellabatur: quæ quo ritu fieret, Herodianus lib. quarto retulit.

DIVIDERE, pro partiri, ut cum Iuriſcons. inquit, de Verb. oblig. Stipulationes non diuiduntur. Loquitur enim non de diuiſione, ſed partitione, atq; earũ rerũ quẹ partitionẽ non recipiũt: quales ſunt res imperfectæ, uſus, habitatio, iter, actus, proſpectus, ſtillicidiũ, quaſi dominium: quas perſtringit Bart. in l. iij. §. ex pluribus. in fin. de Acquir. poſſeſ. Quod & Apellus indicat. Spieg.

DIVIDVVM, quod ſeparatũ et diuiſum eſt.

DIVIDERE, pecuniamq; inter ſe partiri. Martianus l. collegia. ff. de Colleg. et corporib. Sed permittuntur eis, inquit, pecunias communes (ſi quas habent) diuidere, pecuniamq; inter ſe partiri. Sp.

DIVINA loca. l. j. ff. de Interdic.

DIVINAS domus, id eſt, Imperatorias, Alciatus interpretatur in l. ad inſtructiones. C. de Sacr. ſanc. Eccl. Sp.

DIVINAE tabulæ, hoc eſt, decem præcepta ſuperiori ætate relegatæ prorſus erant à ſcholis Iuriſperitorum, admiſſis potius immenſis Baldi & aliorum commentarijs. Videbatur enim ad Theologos pertinere, nec quicquam conferre ad Iuriſprudentiam Decalogus, quum tamen acerrimi iudicij uir Oldend. uerè indicarit fontem iudiciorũ & actionum eſſe viij. præceptum. Sp.

DIVISIO, eſt uel totius in partes, uel generis in ſpecies fiſſio. eſt eñ duplex. Vna fit in partes, altera in ſpecies. Prior appellatur Partitio, et eſt totius integralis ſiue

legalis

legalis in partes. Poſterior diuiſio, totius ſcilicet uniuerſalis, ſiue prędicatiui in ſpecies. Gloſſ. l. recta. de Ver. ſig. Ex Apello. Sed clarius hæc, docẽdi gratia, diſtinguuntur: ut diuiſio ſit generis in formas. ut, animal diuiditur in hominem, auem, aſinum & piſcem. Nã genus hæc omnia in ſe complectens, quaſi totum quoddam: cui quæ ſubiecta ſunt, ueluti membra ſunt. Vnde & Cicero fatetur, ſpecies, quas ipſe maluit appellare formas, interdum & partes uocari. Partitio uerò, quum totum, ſiue (ut quidam appellare malunt) integrũ diuiditur in ſuas partes, uelut in membra, tum in corporalibus, tum in iis quæ intellectu tantũ percipiuntur. ut cum corpus hominis diuiditur in caput, humeros, brachia, thoracem, uentrem, ilia, crura, & pedes: aut domus in tectum, fundamentum, aut parietes. Hæc ſenſu percipiunt. Rationis ſunt illa: Ius diuiditur in legem, morem, & æquitatem. Si rempublicã diuidas in monarchiam, democratiam, oligarchiam, et ariſtocratiam, diuiſio erit, qua totum in formas diducitur. At ſi rempublicam diuidas in patres, equeſtrem ordinẽ, & populum, partitio erit. In ſumma tamen, omnis diuiſio aut eſt ſubſtãtię in ſubſtantias, ut: animalis in hominem, & cætera bruta. aut ſubſtãtię in accidentia: ut, animalium aliud bipes, aliud quadrupes, aliud pedib. carens. aut accidentis in ſubſtantias: ut ſi uolatilia diuidas in aquilã, noctuam, & alias ſpecies. aut accidentis in accidentia: ut, eruditorum alius ex ſe doctus eſt, alius à præceptoribus inſtitutus. Sp.

DIVISIONES. Marcell. de Ann. legat. l. ante pen. Cum quidam, ait, decurionib. diuiſiones dari uoluiſſet, die natalis ſui.

DIVORTIVM, diuerſitas mentium: uel quia in diuerſas partes itur. l. inter diuortium. de Verbor. ſignification. Eſt autẽ nomen generale, & de amicitia interrupta dicitur, & inter amantes diuortium eſt: deniq; animæ corporisq; diuortium eſt. Propriè tamen eſt, ſi uir & uxor ſeparentur. Repudiũ uerò, ſi ſponſus à ſponſa dirimatur. Confunduntur tamen hæc uocabula. Lege, Repudium. Apud noſtros eſt duplex diuortium, aliud uerũ, aliud fictũ. l. uir mulieri. ff. de Don. int. uirum & uxorem. In hoc uerò differunt, teſte Paulo, quòd repudiari etiam futurum marrimonium poteſt: non rectè autem ſponſa diuertiſſe dicitur. Diuortiũ autem ſeu repudium, olim ex multis atque non ita grauibus cauſis admittebatur. ut eſt uidere in l. conſenſu licita. C. de Repud. Hodiè uerò non niſi ex cauſa adulterii diuortium permittitur, Matthæi quinto, & capite tertio. de Adult. & ſtupro. Quod & ſancti epiſcopi & iuſtiſſimi Cæſares intellexerunt etiam de caſibus criminum, quæ maiora ſunt & habẽtur, minusq; tolerabilia maritis omnibus, quàm ſit omne adulterium. ut ſi homicida ſit, uenefica, inſidiatrix uitæ mariti deprehenſa, furax, blaſphema in Deum, & perpetua irritatrix mariti, ac omnino implacabilis. Quemadmodum & inter alias cauſas à Cęſaribus Chriſtianiſſimis enumerantur, præter adulterii crimen, homicidium, ueneficium, falſarii crimen, ſepulchrorum effractura, ſacrilegium, latrocinium, plagiarii crimẽ, & huiuſmodi quædam alia, quæ adulterio uel æquiparantur, uel multum excellunt in crimine. Verùm adulterii meminit Dominus exempli gratia: ut inde atrociora æſtimemus crimina. De quib. tamen Eccleſię iudicio ſtandum eſt magis, quàm proprio. Vide Annot. Eraſmi in j. Corinth. vij. Sp.

DIVRNAE operæ, à mane incipiunt. l. ij. ff. de Ann. leg.

DIVRNVM officium, eſt opera. l. j. & iij. ff. de Oper. lib. Vide, Operę.

DIVTVRNVM quid ſit, explicatur in l. diuturna. ff. de Leg. & Inſtitut. de Iure nat. §. ex nõ ſcripto. Albericus hoc aliquanto contractius eſſe putat longo tẽpore, tametſi uideantur idem ſignificare tempus. citat §. emanſor. l. ij. de Re milit. Sp.

DIVVS intelligitur, qui ſua uirtute diuinitatem meretur. Sic dicimus Diuos Imperatores etiã, dum ſunt in uita. De quo latius aliquanto in ſcholiis ad Leg. xij. Tab. commentabimur.

DIXI, eſſe proprium iudicialiũ orationũ extra quas abuſus eſt, Salomonius indicat in l. mandata Iuriſdictione. de Offic. eius cui mandat. Vide, Perorare cauſſam. Spieg.

D O

DO, dico, addico: tribus his uerbis prætor negocium definiebat. Primum ad actiones,

nes, quibus rem dari petimus: ſecundũ ad facta, uel rei uendicationem: ultimũ ad executiones pertinet: ſicut & Adiudico. Ex Alciato de Verb.ſig. Sp.

DO lego. Iabolen. de Statuliber. l. Stichum. Titio do lego. Paul. l. j. ad Leg. Falcidiã. Easq; res quibus'que dare legare uolet. Non plus ſignificat, do lego, quàm ſi do ſolùm, uel lego dixiſſet. Sp.

DOCERE diſciplinam. Vide tit. de Duob. Sacerd. generib. in Leg. xij. Tab.

DOCTORES legum, magiſtros appellari, adnotatum eſt etiam ab Alciato diligentiſſimo: putatq; generaliter magiſtri nomine contineri Baccalaureos, Licentiatos, Doctores. Sicut enim athletæ tribus coronis, more Græciæ antiquo, inſigniri debebant. l. j. de Athl. ita in agone literario tres ſunt diſtincti gradus. Notandum autem, quòd Doctores liberalium artium, & medicinam profeſſos, ciuitate Romana donauit diuus Cæſar. Hãc à principio parciſſimè populus Romanus dabat: lapſis deinde temporibus, latius hoc Ius propagatum eſt, ut oſtendit tit. de Cenſibus. Sp.

DOCTORVM in iure promotio, in uſu eſſe cœpit circa annos Imperij Lotharij August. Saxonis: q mãdauit publicè in ſcholis tractari Romanas leges: quas quum doctiſſimos quoſq; (quemadmodũ in re noua fieri ſolet) amplecti uiderẽt monachi, Scripturæ autem ſacræ cognitionem frigeſcere & contemni, præ ſtudio Iuriſconſultorum: & ipſi quoq; Theologicum ſtudium auſpicari cœperũt, atq; exemplo Iuriſconſultorum, diſputationes ſcholaſticas de rebus ſacris inſtituerunt. Mox quum & apud illos doctorũ numerus augeretur, editæ ſunt Conſtitutiones de Promotione, de Numero annorum: & ſancitum eſt, ut de diuinis differentes, non modò recepta ſcholæ decreta ſequerentur, ſed & uocabulis uterentur, & loquẽdi formulis in ea ſchola natis. Qua uerò factum id ſit ratione, pulchrè Rhenanus noſter recẽſet in Annot. ad Tertullianum. Sp.

DODRANS, quaſi dempto quadrante. Lege, Sextans. Vide Inſtit. de Hæred. inſt. §. hæreditas.

DOGMA, placitum, decretum, Græcè ψήφισμα, & ἀρεσόν dicitur, teſte Budæo. Sp.

DOLARE, fabrorum uerbum, cum materię complanatur aſperitas. Vnde Iuriſcons. in l. ferri. de Verb. ſig. Fabros tignarios dicimus non eos duntaxat qui tigna dolarent, ſed omnes qui ædificarent. Sp.

DOLIVM, uas fictile eſt, uino atq; alijs reb. condendis aptiſſimum. Vlpian. de Fun. inſtruct. l. inſtrumenta. Dolia, inquit, licet defoſſa non ſint, & cuppæ. Idem de Aur. & arg. leg. l. dolia fictilia, quib. terra adfecta eſt. Hinc doliarius, qui facit dolia. Et Doliarius, a, um, quod ad dolia pertinet. Paul. de Fund. inſtruc. l. tabernæ. Doliaria, inquit, uaſa, & ancones. Item l. ſi uinum. Et doliare, inquit, uinũ emeris. Nebriſſ.

DOLIVM, uas grande quo uinum reconditur. Dolia ſingula, in l. j. §. j. ff. de Peric. & com. rei uend. l. dolia. de Contrahen. empt. Scribunt Iuriſcoss. uino legato cum uaſis, dolia legata non ſunt: quia ſcilicet ea mente uinum in dolia cõdimus, ut ex his poſtea in amphoras, uel cados diffundamus. Ex hoc eſt uinum, quod paſſim diffuſum nominatur. Spieg.

DOLIA etiã, Vlp. tradẽte, in aliũ uſũ, quàm uini habent. ut ſi tritico, uel pecunia impleantur. Adfert exempla Alciat. in Cõment. ad l. uinaria uaſa. de Verb. ſig. Sp.

DOLO malo feciſſe. Vide infrà, Feciſſe dolo malo.

DOLABRAE, inſtrumẽta quib. refringuntur quæ cohærent. Interpres inter armorum genera numerat, nullo idoneo, ut opinor, exemplo. in l. iij. ff. de Offic. præfect. uigil. Sp.

DOLONES, haſtæ ſunt, in quib. tanquã in in uaginis latent pugiones. Dicti ab eo, quòd dolus ſubſit. Alphen. ff. ad l. Aqu. l. ſi ex plagis. Flagello, inquit, quod in manu habebat, in quo dolon inerat, uulnerare tabernariũ cœperat. Nebriſſ. Vide Alexandr. cap. xv. Gen. dier. iiij.

DOLVS, eſt machinatio fraudulosa, cũ aliud agit, aliud ſimulat. l. j. de dolo malo. Quã definitionẽ M. Cic. li. iij. Off. Gallo Aquil. adſcribit. Labeo definit alijs uerbis: cui Vlp. ſubſcribit. Obſeruandũ aũt, quòd nulla pactione effici poteſt, ne dolus malus præſtetur. Autor Paulus in l. ſi unus ex argentarijs. §. illud. ff. de Pact. Spieg.

DOLVS. Diuus Auguſtinus apud Euangeliſtã, Dominica uerba, Ecce uerè Iſraelita, in q dolus non eſt, enarrãs, Dolũ, inquit,

quit, Dominus dicit: & omnis qui uerba latina intelligit, ſcit quia dolus eſt, cū aliud agitur, & aliud fingitur. Intendat charitas ueſtra, non dolus dolor eſt. Propterea dico, quia multi fratres imperitiores latinitatis, loquuntur ſic, ut dicāt, Dolus illū torquet: pro eo quod eſt, Dolor. Dolus, fraus eſt, ſimulatio eſt: quando aliquis aliquid in corde tegit, & aliud loquitur, dolus eſt, & tanquam duo corda habet: unum quaſi ſinum cordis habet, ubi uidet ueritatem: et alterum ſinum, ubi conſiſtit mendacium. Et ut noueritis hunc eſſe dolum, dictum eſt in Pſalmis, Labia doloſa. Quid eſt, Labia doloſa? Sequitur, In corde, & corde locuti ſunt mala. Quid, & in corde, & corde, niſi, duplici corde? Hactenus ille. Spieg.

DOLVS fit, alterum circumueniendi cauſa. Fraus propriè dicit̄, etiamſi decipiendi conſilium non adfuerit: ſed is qui deceptus eſt, à ſeipſo, uel ex euentu fraudatus eſt. Dolum item quidam in faciēdo, fraudem in uerbis dicūt. à φράζειν, quod eſt, loqui. Alc. de Verb. ſig.

DOLVM, palàm & clam, Fraudem uerò palàm cōmitti uolunt. §. dolo. l. Iuriſgentium. ff. de Pactis.

DOLVS malus, machinatio eſt fraudulenta, ad alterum circumueniendum inſtructa. Vel eſt, cum aliud agitur, aliud ſimulatur. Aliter, Dolus malus, omnis calliditas eſt, fallacia, machinatio, ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita. Hic, ut & ſimulatio, cum in animo uerſent̄, cuius ſcrutator ſolus Deus eſt, nō poteſt directò externis adminiculis probari: quapropter ad coniecturas ex facto colligendas, reſpiciendum eſt. l. dolum. C. de Dol. mal. l. quoties. C. de Naufrag. lib. xj. Sp.

DOLVS malus aberit, quo ſenſu accipiendum, explicat Iuriſcons. in l. hæc uerba. de Verb. ſig.

DOLVS preteritus. Vlp. in l. ſed & ſi lege. §. ſcire aūt, tamē, inquit, & poſt motā controuerſiā omnes poſſeſſores pares fiunt, & quaſi prædones tenent̄. & paulo pòſt: Qui uerò prædo eſt, & ante litem conteſtatam doli mali nomine tenetur, hic eſt etenim dolus præteritus. Sp.

DOLVS ſerui, aut uerberib. caſtigādus, aut noxæ dedendus erit, autor Paulus in l. Quod ſi minor. §. ſi ſeru. ff. de Minor. Sp.

DOLVS dolo compenſandus. l. ult. ff. de Eo per quem fact. erit.

DOLI capaces, Pontificio iure cenſentur ſeptenni maiores: noſtro iure, maſculi, decem annos, ac ſex menſes nati: fœminæ, quibus ad nouem ętatis annos ſemeſtre acceſſit. l. impuberem. ff. de Furt. l. j. & ibi per Gloſſ. fin. C. de Donat. l. pupillum. ff. de Nouat. cum ſimil. Sp.

DOMESTICAE perſonę, recēſent̄ cōiuges, ſiue ꝓ marito uxor, ſiue pro uxore maritus teſtis eſſe uelit: item cōcubinæ, itē homines liberi, qui operas ſuas nobis mercede locāt, quiq; alia ex cauſa ob imperiū noſtrū, poſsūt à fide diuerti: maximeq; ij qui à manibus ac pedibus nobis ſunt, aliaq; uiliora officia ſuſtinēt. l. idonei. ff. de Teſtib. Sp.

DOMESTICI, qui ex eadem domo ſunt, et nobiſcum habitant. Vide C. de His qui ad eccl. confug. l. præſenti. §. ſanè. & ibi in Gloſſ. & ad Syll. l. ij. Bartol. & Bald. in l. reſpiciendū. §. furta. ff. de Pœnis. Sp.

DOMESTICI iudices. Lege, Aſſeſſores dicuntur.

DOMESTICVS princeps. uide, Silētiarius.

DOMESTICVS teſtis, ubi quis ipſe ſeſe laudat, quaſi domi teſtem habeat, nō aliundè adductum. Huic autem teſtium generi quàm minima fides haberi ſolet, ac legibus ceu ſuſpecti reijciuntur. de Teſt. Paul. ait teſtes quos accuſator de domo produxerit, interrogari nō placuit. Imp. l. ij. eod. tit. Etiam, inquiūt, iure ciuili domeſtici teſtimonij fides improbatur. Eraſ. in Chiliad. indicat Ciceron. alicubi domeſticos teſtes appellaſſe, propinqua cognatione iunctos. Sp.

DOMICILIVM, eſt domus poſſeſſio in ea ciuitate unde ciuis ſis, in qua domo ſæpius commorere. ut colligere licet ex Iurecons. ad municipalē, & de incolis. Vide Bar. in l. eius. §. Celſus. eod. Porrò domicilium eſſe conſtitutum, id eſt rerum ſuarum ſummam ibi eſſe, frequentiusq; à patrefamilias incoli, Alciatus exponit: Si quis extra locū domicilij de re aliqua conuentus fuerit, tūc habet ius reuocandi domum, uel ut iudicium agatur ubi res eſt. In loco autem domicilij cogit̄ reſpondere de omnibus ſuis rebus, ubicunque ſint. l. ultima. C. de Præſcript. x. uel xx. annor. Sp.

DOMINA ſanctiſſima, ſcio te de amicis

micis meis curaturam, ne quid his deſit, ueruntamen & Marco dari octingenta. Scæuola reſpondet in l. Titia hærede. ff. de Ann. legat. Sp.

DOMINA uxor. Quære, Vxorē appellat.

DOMINATIO, Triphonius de condict. indebit. l. ſi quod. ut enim libertas, ait, naturali iure continetur, & dominatio ex gentium iure introducta eſt, &c. Notū dominatum & dominationē in eadem re dici. Aſperæ dominationis quis ſit exitus, memorabile habet exemplum in l. ij. ff. de Orig. iur. §. & cū placuiſſet. Sp.

DOMINIVM, eſt ius de re corporali perfectè (quòd ſalua legum prohibitione fiat) diſponendi. Alciat. in l. traditionib. C. de Pact. Dominium, inquit Bart. eſt ius de re corporali perfectè diſponendi, niſi lege prohibeamur. Apellus noſter plenius definit hoc modo: Eſt ius de re corporali perfectè diſponendi, ſi rei copiam habeas: ſin minus, uendicandi: niſi uel lege, uel conuentione prohibearis. Eſt etenim dominiū, ipſiſſima cauſa rei uendicationis, cum uidelicet alius quiſpiam nobis inuitis uel poſſidet, uel detinet. Spieg.

DOMINIVM diuiditur in directum, & utile. l. j. §. final. ſi ager uectig. uel emphyt. pet. Partitur in proprietatē, & uſumfructum. l. iiij. de uſufruct. l. qui uſumfruct. de Verb. obligat. Sed & aliàs in iure inueniri dominij ſpecies, indicat Alciatus in Parergis. Quoddam enim dominium eſt κατ' ἐλπίδα, id eſt, in ſpe. ut cum in l. in ſuis. de lib. & poſth. filiusfamilias rerum paternarum dominus uocatur: unde & Sui hęredes dicuntur, tanquam ſibiipſis ſuccedant. erant enim uiuente quoque patre domini. Aliud eſt dominium, quod κατὰ πρόληψιν, id eſt, per anticipationem dicere poſſumus: ut cum mulier rei ſuæ in dotem traditæ domina dicitur. l. in rebus. C. de Iur. dot. Aliud eſt dominium, quod uidua habet, quam maritus relictis liberis, decedēs, in teſtamēto iuſſit eſſe dominam uſufructuariā, adminiſtratricem (dominium enim illud οἰκονικόν, et imaginarium eſt) eam ſolùm in domo præeminentiam conſecuta, quam uiuente marito habebat: ideoque ad alimēta tantum contrahitur: eſt igitur & hoc dominium ἐσχηματισμένον. Aliud eſt, quod ſummum, ſeu maius dominium uocant: quędam ſcilicet maieſtas, cuius obſeruationem fœderati ſupremo Principi, uel rei publicæ debent. l. non dubito. de Capt. & poſtlim. reu. Effectus autem maioris dominij, quos non paucos referunt, ab interpretibus petendi ſunt. Spieg.

DOMINIVM item diuiditur in id quod Iure gentium acquiritur, & in id quod Iure ciuili. Prius autem ſine poſſeſſione adquiri non poteſt, poſterius poteſt maximè. l. à Ticio. in fin. de Furt. l. cum hęredes. in prin. de Acquir. poſſeſſ. l. facta. ad S. C. Trebell. l. j. de Bon. poſſeſſ. §. j. Inſtitut. de Acquiſ. per adrog. & tit. proximè ſeq. cum ſimil. ex Apello. Sp.

DOMINIVM, proprietas, & uſusfructus, quæ duo ſunt partes dominij, & non minus perfectiones quàm dominiū ipſum, nō ſunt ex pluribus cauſis. l. iij. §. ex pluribus. de Acquir. poſſeſſ. l. nō ut ex pluribus. de Regul. iur. §. ſic itaque diſcretis. Inſtitut. de Actionib. Quaſi dominium, Ius in re, & Obligatio, ſępenumerò ſunt ex pluribus cauſis. l. & an eadem. §. pen. de Except. rei iud. d. l. non ut ex plurib. cum ſint quædam imperfectiones. Vide Apellum. Spieg.

DOMINIVM acquiritur tum Iure gentium, tum Iure ciuili. Iure gentium, occupatione, inuētione, alluuione, traditione, &c. Iure ciuili autē, uſucapione, pręſcriptione, legato, aditione hæreditatis, arrogatione, & nonnullis alijs modis. Quod tamē, ut rectè monet Apellus, ad traditionem attinet, requirit ipſius traditionis iuſta cauſa. de qua uide infrà, Iuſta cauſa traditionis. Sp.

DOMINIVM, quaſi dominium, & ius in re ſpecificum, adfinia ſunt inter ſe, & ſpecies diſtinctę ipſius iuris in re generici: Directum uerò & Vtile, ſpecies ipſius dominij. Porrò, dominij duo eſſe officia, Bart. in l. j. de Acquirend. poſſeſſ. explicando, poſſeſſionis definitionem tradit. Vnum diſponendi, alterum uendicādi. per l. in rem actio. de Rei uēdic. l. ſi quis ui. §. differentia. iam dicto tit. de Acquir. poſſeſſ. Spieg.

DOMINIVM, imperium, regnū, maieſtas, potentia, Ethnicorum ſunt uocabula, teſte D. Eraſmo, qui Principe Chriſtiano diuino opuſculo demonſtrat, qua ratione, quos hęc uocabula delectant, principatum tranſigere debeant. Sp.

DOMINVS ſimpliciter appellatur in Iure ciuilis, qui quoquo tẽpore uſu cœpit. l.ſi finita.§.Iulianus.de Damno inf. Dn. Eraſmo conditionis nomen Dominus eſt,non honoris: tyrannicũ, non magnificum: Barbaricum,non Romanũ.Nam & lenonem, ait, cui mancipia ſint Dominum rectè dixeris. Quamuis non ſolum recentiores quidam (quos libenter ſequimur) haud uulgari eruditione præſtantes, ſed etiam ueteres honoris cauſa Dominum aliquem dicere ſolebant. ut cum Neſennius ad Paulum ſcribens, l. Neſennius. ad Leg. Falc. Ex facto, inquit, Domine, talis ſpecies incidit. Sic & mariti uxores ſuas,& maritos illæ quandoq; appellant. Sic et Plinius Traianum Dominum, eadem ſcilicet cõſuetudine: cuius & Martialis quoq; & Seneca meminerunt. Certè apud Græcos κύριος frequenter honoris uocabulum eſt, δεσπότης non item: quemadmodum apud latinos Herus dominij uocabulum eſt potius,quàm honoris. Sp.

DOMINVS fit is, cui traditur, ex cauſa emptionis,donationis,dotis,mutui, legati, hæreditatis,ſolutionis,tranſactionis,ſententiæ,uel ſimilibus.l.traditionibus. C. de Pactis.l.nũquam nuda.de Acquiren. rerum domin. Domini autem appellatio, à domo deducitur. οἰκεῖον, proprium Græci uocant,et à domo deriuant. Vigl. in tit.Inſtit. de Hæred. qual. & differ.ad eosq; extẽditur,qui rei alicuius proprietatem habent, etiamſi uſusfructus alienus ſit. Vlpian. Domini, abuſiuè dicuntur filij familias, & cæteri liberi qui in poteſtate ſunt,& uſufructuarij. Spieg.

DOMINVS litis, apud Neratiũ in l.ſi procurator.ff. Si quis caut. Sp.

DOMINVLVS forma diminutiua apud Scæuolam iuxta Noric. text. in l. uxorem.§.teſtamento.j. de Legatis iij. Sp.

DOMVS, quandoque familia eſt: ut apud Paulum, tota domus pro gente una tota (ein gantz gſchlecht) l. ult. de Offic. Præſid. per μετωνυμίαν tanquam continens pro contento ponitur: ut accipiatur pro his, qui una habitant. Alc. de Verb. ſig. Veruntamen Domum non dici quæ adhuc contecta non ſit, plerique ſenſerunt. l.j. §. deinde. de Don. ut ſuprà dictum eſt. Negat Cicero in Orator. pro Domo ſua, quicq; ſanctius, quicquam omni religione munitius, quàm ſit domus uniuſcuiuſq; ciuium. & quę ſequuntur. Paulum in l. ſed & ſi is de In ius uoc. arbitror ad hunc Ciceronis locum reſpexiſſe. Vbi tamen, inquit, de domo ſua nemo extrahi debet: quia, ut Caius eod.tit. dixit in l. plerique, domus tutiſſimum cuique refugium atque receptaculum ſit. proinde qui domum alienam ingreditur inuito habitatore, uim inferre uidetur. Hegẽdorph. has Leges eleganter explicat. Spieg.

DOMVM meam cum horto applicito libertis meis concedi uolo. & alio capite: Fortunio liberto meo ex domo mea, quam libertis meis dedi, diętam, in qua habitabam: item cellarium iunctum eidem diætæ, ab hærede meo concedi uolo. l. uxorem. de Legat. iij.

DOMVM quęq; mea ibi erũt, cũ moriar, Proculus exponit in l. ſi ita. de Legat. iij. Sp.

DOMO inſtructa, ſupellectilem legatam, non etiam uina accipimus: quia domus uinis inſtructa, intelligi non poteſt: autor Pompon. l. ſi ita teſtamento. ff. de Fund. inſtr. Sp.

DE domo, pro, ex domo, apud Paulum in prim. l. lecta. ff. de Reb. credit. Sic et Terentius uſurpauit: Clamat de uia, id eſt, è uia. Pauli uerba, quæ ſic habent: Lucius Titius ſcripſi, me accepiſſe à Publio Meuio, quindecim mutua numerata mihi de domo, ſecundum Alciat. ſignificant, tam quod domi numeratũ, quàm quod ex domo ad eum miſſum eſt, ſiue per ipſum patremfam. ſiue per eius ſeruos, aut inſtitores. Sp.

DONARE ad proceſſus, id eſt, ut eo donatarius utatur in pompa, uel cum in Principis eſt comitatu: id enim ſignificat proceſſus in l. nam & Imperator. ff. de Donat. inter uir. & ux. teſte Alciat. lib. iij. de Verb. ſig. unde & alibi dicitur l. j. C. de Senten. paſſ. cum proceſsiſſet, Imperator ſalutatus eſt. Propriè namque dicitur procedere, qui pompa quadam procedit in publicum: ueluti ſi ſponſus procedat aut ſponſa. quod Virgilius dicit, Tandem progreditur. Sp.

DONARIA, dona ſunt. Paulus libr. xlix. de Re militar. l. qui excubias. donariũ pro donatiuo poſuit. Item. C. de Sacroſanct. Eccleſ. l. ſancimus. Vaſa, uel ueſtem, ait, cæteraq; donaria. Nebriſ.

DONARIVM, largitio eſt Imperatoris in milites: quæ eadem in populum facta, Congiarium dicitur. Bud. in l. pen. de Re milit. Alciatus autem tradit, quidquid præcipuum alicui datur, ſicut dos, ita & donarium dici poteſt. quo ſenſu recentiores autores, quos nominat cap. xiij. lib. iiij. Parerg. arbitraturq́; & autorem opuſculi, quod inſcribit Cato, ſic accepiſſe: licet corruptè pro Donario, legat Denariũ: & uerſu ſequẽte, Optat habere, pro Captat habere. Cætera apud eũ cap. xiij. lib. iiij. Parerg.

DONATIO diuiditur in eam quæ fit mortis cauſa, & in eam quæ fit ſimpliciter. l. Senatus. §. j. de Mort. cauſa don. l. alienatum. §. final. de Verb. ſignif. Perpendendum uerò, quòd donatio inter uiuos à parentibus facta liberis, non ſupputatur eis in legitimam portionem: niſi ſic donentur, ut eſſent pro debita parte hæreditatis. l. ſi quando. §. & generaliter. C. de Inoffic. teſtam. Sp.

DONATIO propriè eſt, quæ nullo urgente iure, ſed magis ex mera liberalitate, atque munificentia, in alterum fit collatio: ea quidem mente, ut ſtatim fiat accipientis, nec ullo caſu ad donantem reuertatur. Quod ſi ſub cõditione fiat, non eſt donatio. Sp.

DONATIO Fl. CONSTANTINI AVG. de cuius etiam Baptiſmate uariant autores, mirè Interpretum noſtrorum fatigauit ingenia. Nam quàm ſeriò diſputarint, fictícia'ne ſit, an donare etiã potuerit cum diminutione Imperij, ſucceſſorumq́; præiudicio, editi illorum Commentarij benè longi demonſtrant. Ea uerò de re Hierarchiæ Eccleſiaſticę Pighius ſub finem lib. v. ubi de præanxijs illis diſputationibus loquitur: Mihi ſanè, inquit, perinde facere uidentur, ac ſi ab illo Cyro, eorum quę egerit cum ſuis illis Perſis, rationem exigerent: aut Alexandrum Macedonem repetundarum poſtularent, quòd priuatis quibuſdam obſcuris'que hominibus, ne parum regaliter munificus, liberalísq́; haberetur, integras ciuitates condonauerit, in ſucceſſorũ (ut hi quererẽtur) præiudicium, & damnum ſuæ illius Reipublicæ. Nam dederit, non dederit Romanæ Eccleſiæ Conſtantinus aliquid: ualuerit, nec'ne dominatio eiuſmodi: uſurpauerint, non uſurpauerint aliquid ab Imperio, ſeu Romani Põtifices, ſeu quicunque alij (quemadmodum uſurpaſſe Galliam Francos, Britaniam Anglos, Hiſpaniam Gothos, atque alias nationes alia plurima, Regumq́;, & Populorum continua ſucceſsione, in hunc uſque diem retinuiſſe certum eſt) breuiter, quidquid eo tempore de Romano illo Imperio factum, infectum'ue fuerit, ad noſtros Imperatores nihil inibi pertinere uidetur. Potuerunt fortaſsis de eo queri, CONSTANTINI in illo imperio ſucceſſores, ſi is ſua profuſione notabiliter læſiſſet Rempubl. ſtatumq́; minuiſſet imperij. Sed iamdudum uniuerſa illa (ut ſuprà demonſtrauimus) cum ſuo imperio defecit à CONSTANTINO ſucceſſio et poſteritas. Noſtri enim non Conſtantino, ſed MAGNO illi ſuccedunt CAROLO, qui non à Conſtantinopolitanis imperatoribus (quorum & tunc, & diu poſtea ſupererat ſucceſſio) ſed à Romano Pontifice accepit ſuũ Imperiũ. Quare quid in illo Cõſtantini Imperio factũ aut non factum fuerit, tantũ ad eos pertinere arbitror, quantũ quid olim in illo regno Perſarũ aut Macedonũ. Vallæ, & Hutteno commentitia & fabuloſa uiſa eſt prorſus CONSTANTINI donatio. huiuſmodi & Septemuirorum Germanię, hoc eſt, Electorum, Inſtitutionem eſſe demonſtraturus erat Huttenus, edito libello. Commẽtationis partem, ſed indigeſtam adhuc, reperiri poſſe opinor apud quendam cordatiſſimũ, ampliſſimi apud Germanos ordinis Principem. Certè, ſi uerum dicere licet, non hoc duntaxat quale nunc imperium eſt, ſed etiam, ſicut et alia Occidentalia regna, CHRISTI cognitionem Romanæ Sedi debemus.

DONATIO immodica, ſeu immẽſa. Quęre Immodica donatio.

DONATIO mortis dicitur, quum fit ab ęgroto ea mente, ut ſi conualuerit, uel ſi eum donationis pœnituerit, uel ſi prior deceſſerit is cui donatur, tum uelit donator rem ad ſe reuerti. Sp.

DONATIO oneroſa dicitur, cum donans reuocat donationem propter ingratitudinẽ. Zaſius §. item ſi quis. Inſtit. de Act.

DONATIO propter nuptias. Vide, Dos.

DONATARIVS cui quid dono datur, præſenti uel abſenti. l. etiam. l. abſenti. ff. de Donation. l. nec ambigi. C. eod. tit. Ob

ſeruan

ſeruandum autem, geri negocium cum donatario obligatorium. Obligatur enim, teſte Dn. Oldend. ad gratitudinem autore omnium maximo, hoc eſt, natura ipſa & Deo.

DONATIVVS, qui donare poteſt. Paulus: Si duobus debitoribus mortis cauſa donatiuus creditor uni acceptum tulit, & conualuerit, eligere poteſt, utri condicet. §. penult. l. Senatus cenſuit. de Mort. cauſ. don. Haloander hanc uocem non agnoſcit, ſed pro ea Donaturus repoſuit. Spieg.

DONATOR, qui cui aliquid donat. Olim ſolennia erant uerba, quibus utebātur donatores: hodie ueluti ſuperflua reijciuntur in l. ult. C. de. Donation. Sp.

DONVM, à dando, uel donando dictum, & eſt generale uocabulum. Munus uerò ſpecialius, ut quod ex neceſſitate officij, iuſta'ue alia cauſa præſtatur. De quibus latiorem explicationem uide apud Alc. de Verb. ſig.

DONEC, hoc eſt, quouſq; inter nos dijudicetur, hæc uerba faciūt conditionem. Alberic.

DORMIENTES, pro ceſſatoribus, incurijs, & negligentius ſua agentibus. Iuxta uulgatum illud: Vigilāti, & non dormienti, Ius ciuile ſcriptum eſt. l. pupillus. in fin. ff. Quæ in fraud. cred. cum ſimilib. Vigilantes autem accipimus, qui ſuarum rerum ſatagunt. Spieg.

DORMIRE, naturale eſt. l. ſi ſeruus ſeruum. §. fornacarius. ff ad Leg. Aquiliam.

DORMITATOR, qui ſolet omnia negligentius agere.

DOS eſt, quod datur à muliere marito. l. ſi rem æſtimatam. ff. de Iur. dot. uel ab eius patre, uel extraneo. ut in §. accedit. l. unica. C. de Rei uxor. act.. Bartol. uult Dotem eſſe, proprium patrimoniū mulieris: quem uide in Rubric. ff. Solut. matr. Donatio uerò propter nuptias, eſt quam facit ſponſus, uel aliquis nomine eius ſponſæ, uel alteri nomine ſponſæ. Illa redit ad uxorem, uel eius hæredes: hæc ad maritum, uel eius hæredes. Dicta Græcè ἀντιφερνά, quaſi contra, uel mutua donatio. Vulgo hanc donationem propter nuptias Dotem uiri nuncupamus: cum æqualis ſit in Iure doti mulieris, Ein widergob, ex Oldēdorp. Copia, Sp.

DOS eſt proprium patrimonium mulieris. l. iij. §. ergo etiam. ff. de Minoribus. Vide Azon. in Summa. Bart in Rubr. Solut. matr. Sp.

DOS legitimæ reſtituta mulieri aut patri ſoluto matrimonio, non plus dicetur dos, ſed nominabitur patrimonium mulieris: ſicut hęreditas adita, poſtquā eſt adita, non plus dicitur hæreditas, ſed patrimonium hæredis. l. ſed ſi plures. §. filiæ. ff. de Vulg. Dos autem nondum reſtituta, quamuis matrimonium ſit ſolutum, rectè dicetur Dos per text. in l. j. §. taceat. C. de Rei uxor. act. Sp.

DOS non eſt ius uniuerſale, ut cum Bartolo Iaſon & alij cauillantur, quorum ſententia non poteſt ullo colore defendi: ſubſcribendum itaque Baldo, & ijs qui rectè ſequuntur eum. Dn. Zaſius Dotem eſſe ius incorporale haud negat, id eſt quandam qualitatem legalem, quoddam ius, quod intellectu colligit, quod uerſatur circa corpora dotalia. Sp.

DOS certa, quæ ſecundum patrimonium promittentis, et conditionē eius cui promiſſa eſt, accipienda. l. ſi cum ea. C. de Dot. promiſs. l. cum poſt. §. gener. ff. de Iur. dot. Sp.

DOS profecticia Vlpiano eſt, quæ à patre, uel parente proficiſcitur, qui filiam pro rerum ſuarum uiribus dotare compelluntur. Aduenticia uerò dos illa eſt, quam nemo ex paternis bonis, ſed quiſpiam extraneus alicunde dedit: ut ex Iuliani uerbis colligitur. Sp.

DOS per præceptionem legata, hoc eſt, antecaptionē in l. fundus. ff. Famil. erciſc. Quære, Pręceptio.

DOS promiſſa. Diſceptant Dd. an dos promiſſa dicatur dos, quaſi ſit ibi determinatio diminuens: & an in ſtatuto ueniat nomine dotis ea, quæ nec dum tradita eſt, ſed promiſſa. Eſt Zaſio inueſtigatio utiliſſima, quem uide in tit. Sol. matr. Sp.

DOTEM legari, uel pro dote legari, non differunt. ff. de Dot. releg. l. cum quis. §. ſed ſi non dos. & l. cum ſcriptum. Sp.

DOTEM paruam Dn. Alciat. accipit, quę ſi amiſſa ſit, ex hæreditatis rata portione reſarciri filiæ ualeat. Magnam, quæ non ualeat, adeò ut collatio circa nullā uerſetur ſpem ex patris imperſuaſibilitate: ſic enim legendum idem, & quidem rectè,

monet: non autem illam ſpeciem, ut uulgata habet translatio. In Aut. collat. vij. paulo ante finem.

DOTIS cauſa, pro ipſa dote nominatur in l. j. ff. Sol. matrimon. Vt annotauit Zaſius: Ex iſto textu colligo, aiens, dotis cauſam nominari hîc ipſam dotem, uel negocium, naturam, uel conditionem dotis: nam ita ſumi cauſam pro negocio, apud rhetores uulgatum eſt. Nec temerè dotis cauſa præcipua dicitur, quod ad mulieres pertineat, quæ ſolent ciuitatem replere ciuibus, liberis. Hoc eſt quod dicit Iuſtinian. in Aut. de nupt. in prin. Artificioſam immortalitatem induci pro creatione prolis, accedit elegans text. l. liberorum in fin. ff. de Verb. ſig. Item text. in l. j. §. & generaliter nec non fin. §. ff. de Ventr. in poſſeſſ. mitt. Sp.

DOTALE prædium, etiam nomen retinet ſoluto matrimonio. ff. de Fund. dot. Dotale autem prædium non ſolum intelligimus, cum iam marito eius dominium quæſitum eſt. l. dotale. §. dotale. eod. ſed etiam deſtinatum. l. dotale prædium cuius. ibid. Sp.

DOTALES res eſſe uidentur, quæ dotali pecunia emptæ ſunt. l. cum uir & uxor. §. pen. ff. de Iur. dot. Sp.

DOTALIVM bona, & Dotales fundi, hoc eſt, ad dotem ſpectantes, & in quibus dos mulieris collocatur, uel quos uir accepit pro dote mulieris. Sp.

DOTALIVM ſeruorum & ancillarum ſæpe meminere Iuriſcoss. Sunt autem, ut uerbum ipſum prodit, quos uxor cum dote ad maritum attulit. Recepticius Dotali opponitur, quem uxor ſibi proprium retinet, neque doti dat. Sp.

D R

DRACHMAM, et Denarium, idem nõ eſſe, docet Agricola lib. iiij. Quanquam menſurarum & ponderum ratio uix definiri, explicari'ue ſatis poteſt, propter uariam eorundem dimenſionem. Quod & Alexand. Neapol. exiſtimat, apud quem extat lib. ij. elegans Caput, omnino Iuris candidato legendum: quo explicat, quibus finibus, quaque menſura iter, actus, aut uia conſtent. Sp.

DRACHMA auri, id eſt, oboli ſex, tanti eſt in præſentia propter temporum noſtrorum paupertatem, quanti olim oboli octo, ut Budæus docet libr. ij. de Aſſe. Hæc uox, ut neutro genere rapinam, manipulum, donariumque ſignificat: Drama uero eiuſdem generis, rei eſt repræſentatio. ut communiter fit in fabulis. Vnde Dramaticum opus, uel poema, in quo ſolæ perſonæ agunt, abſque poetæ interlocutione. Spieg.

DROMI, Latine curſus dicuntur. Vnde Catadromus. Vide ſuprà, Athletarum nomine.

D V

DVAS ædes habere apud Vlpian. in prin. l. ſi quis. ff. Commun. præd. Sp.

DVAE res, non ſunt fructus, & fundus, ſed una. l. final. §. penult. ff. Quæ in fraud. credit. l. j. §. ſi duæ res. Quorum legatorum.

DVBIA cauſa dicitur, quæ (ut uoce utamur forenſi) ſemiplenè probata eſt. Gloſ. eſt celebris in l. admonendi. ff. de Iureiur. Porrò, in dubijs interpretandis, ad mitiora deflectendum eſſe, Schola noſtra omnino recepit.

DVBITARE quid ſit, Bart. docet in l. admonendi. de Iureiur. Adde l. Licinius. de Fideicom. libert.

DVBIVM eſt, de quo inter ſapientes dubitatur. l. an inutilis. ff. de Acceptilat. Arg. l. unicæ, & quidem perquam elegantis. Nihil innouan. appell. pend. Sp.

DVBIVM argentum, de cuius pondere uel bonitate dubitari poteſt. Sp.

DVBIVS euentus litis, ex Scæuola dici ſolet. l. quod debetur. ff. de Pec. apud'que Iurecoss. ferè prouerbij loco uſurpatur, apertiſſimamque habet ſignificationem, ut ait Alciat. Sp.

DVBIVS hæres, dum deliberat, utrum adeat necne hæreditatem.

DVCATVS, pro regione cui Dux dominatur apud Feudorum conditores. Extat exemplum huius ſignificationis apud Suet. in Nerone. Lampridius autor eſt, Heliogabalum illaudatum Imperatorem olim uendidiſſe Ducatus, & officia Palatina. Tertullianus nouè uſurpauit Ducationem pro Ducatu: & Ducatiorem, pro Duce. Rhenano annotante in lib. de Coron. milit. Sp.

DVCENARII iudices erant, qui de leuioribus rebus pronunciabant. Dicti à cenſu ducentorum ſeſtertiorum. Ducenarij quoque, ut alij tradunt, capiuntur pro exactorib. publicanis'ue. Ducenaria enim

nomen

nomen uectigalis eſt,ſicut Centeſima, Quinquageſima. Reperitur etiam id nomen in alio ſignificatu apud Veget. lib. xj. Vbi primus, inquit, haſtatus, duas centurias, id eſt çc. homines ducebat in acie ſecunda: quem nunc Ducenarium uocāt. Scotus ad Theodoſ. Imp. in ſchola agentium tradit fuiſſe ducenarios, qui in præfectorum officio in prouincijs fiebāt officij principes: eratq; eis poteſtas principalis, clementiæ adorandæ. Alc. in l. matriculam. C. de Agentibus in rebus. lib. xij. Aſtipulatur Rhenani ſcholium apud Euſebianam hiſtoriam. cap. xxvj. lib. vij. Sp.

DVCERE funus. uide, Funus familiare.

DVCERE in matrimonium. Fœmina ſola nubere dicitur, uir autem ducere in matrimonium, ducere in uxorem, habere uxorem, & habere in matrimonio. Sp.

DVCES partium, id eſt, factionum, Cæſ. Maximilian. Rädel fürer uocare ſolebat. Nunquam non illis grauis, ſed mox in delictum deprecantes clementior: tulit autē omniū ægerrimè, detectos, paucis annis ante exceſſum ſuum, Cōtrafœderatæ coniurationis autores. Spieg.

DVCVM originem, à Romanis Zaſius emanaſſe putat. Quanquam longè alia eſt ratio, niſi fallor, noſtrorum, id eſt, eorum Ducum, quorum fit mentio in Feudalibus Placitis. Quę uariauit in Germanijs, præcipuè ſub Francis Principibus, qui Gallicum regnum & Germanicum ſimul adminiſtrarunt, priuſquam à nobis agnoſceretur Feudi uocabulū. Nam quod à paucis obſeruatum eſt, primus ſub ueteribus Francis liberæ poteſtatis Dux fuit in Saxonia Heinricus, pater Othonis, cognomento Magni, qui Italię liberator, Longobardorū regno Germanis uendicato, progreſſus Romam, Auguſtus appellatus eſt. Sp.

DVCTVS de domo, quis intelligendus ſit, docet Iuriſcons. in l. in lege cenſoria. de Verb. ſig.

DVCTVS miſericordia, pro excitatus. in l. & eleganter. §. idem Labeo. de Dol.

DVELLVM, dicitur bellum, quod duabus partibus de uictoria contendentibus dimicatur. Vnde conſtat in ſignificatione rei, errare eos qui duorum duntaxat bellum priuatim accipi putant, cum & multorum ſit publicè, ut teſtatur Lex xij. Tab. inquiens: Quiq; agent rem duelli, quiq; populare auſpiciū. Succinit & Horatius:

Græcia barbariæ lento colliſa duello.

Porrò duella priuata, tū alia cruenta ſpectacula ſunt ſublata omnino. l. unica. C. de Gladiat. lib. xj. Colligit Olden. ex Conſt. de pace tenen. tempore Friderici Imperatoris j. cognomento Aenobarbi, duellorum certamina fuiſſe frequentia, ad inueſtigandam ueritatem rerum geſtarum etiam priuatim. Vide infrà Monomachiam. & Bart. in l. qua actione. §. ſi quis colluctatur. ad Leg. Aquil.

DVLCIA inter ea numerantur, quæ menſis ſecundis apponebantur: cuiuſmodi ſunt ea quæ recenſentur à Proculo in l. fin. §. cui dulcia. de Tritic. & uin. leg. Spieg.

DVLCIARIVS panis, quamuis admixtione mellis fiat: tamen quodcunque genus placentę dulcioris, delicatiorisq;, nihil uetat Panem dulciarium uocari. Et putat Ang. Politian. Marzopane genus lautioris edulij apud Italos, rectè Panem dulciarium uocari poſſe. Idq; monuit Inſulan.

DVLCISSIMIS filijs meis. l. cum pater. §. dulciſſimis. de Leg. iij.

DVLCISSIMIS fratrib. meis, auunculis autem tuis, quæcunque mihi ſuperſunt in Pamphylia, Lycia, uel ubicunque de maternis bonis cōcedi uolo, nequam cum his controuerſiam habeas. Senſum indicat horum uerborum Iuriſcons. in l. cum pater filios. §. dulciſſimis. de Legat. ij. Sp.

DVM, particula eam ſignificationem habet quam donec, et quādiu. Pompō. Hoc, inquit, ſermone, dum nupta erit, primæ nuptiæ ſignificantur: unde propriè hęc uerba interpretantur, donec, ſeu quamdiu erit nupta. Cætera Alciat. in l. boues. de Verb. ſig. Sp.

DVM nupta erit. His uerbis proprię nuptię intelliguntur. l. bonos. §. hoc ſermone. ff. de Verb. ſig.

DVNTAXAT, idem ſignificat quod, ſolum. Huius particulæ uim oſtendit Bart. in l. cum ita. ff. de Condit. & de mon. Non duntaxat, pro non ſolum, apud Paulum: Cum tutor non rebus duntaxat, ſed etiam moribus præponatur. l. cum plures. de Adminiſt. tutor. Spieg.

DVO, ſunt multa. Inſtit. de Iur. perſ. in fin. in Aut. de Depoſ. & denunc. inq. ibi. cum multa. Bart. in l. j. ad. Syll. Sic ex actu uno, ſeu ex duabus uicibus conſuetudo fit, id eſt, aſſuetudo facti. l. nemo. in fi. C. de Epiſ. aud. Sp.

DVO Auguſti quando primùm facti, Capitol. refert in M. Antonino philoſopho. Tres itẽ ſimul Auguſtos legimus apud Amm. Marcellinum. In hoc tamen, inquit, negocio, Valentinianus morem inſtutum antiquitus ſupergreſſus, non Cęſares, ſed Auguſtos germanum nuncupauit, & filium, beneuolè ſatis. Nec enim quiſquam antehac aſciuit ſibi pari poteſtate collegam, præter Principem Marcum, qui Verum adoptiuũ fratrem abſq; diminutione aliqua maieſtatis Imperatoriæ, ſocium fecit. Sp.

DVODECIM, loquendi compendio appellabantur Leges xij. Tab. ut colligitur ex Ciceron. lib. ij. de Oratore.

DVO mala. Cicero ad Octauium ſcribens, In duobus, inquit, malis cum fugiẽdum maius ſit, leuius eſt eligendum.

DVO rei ſtipulandi & promittendi: quia duo, plures'ue eandem rem aut ſtipulantur, id eſt, rem ſibi datum iri quempiam obnoxium faciunt, aut promittunt, aut ſimul ſtipulantur & promittunt: factum eſt, ut duo rei ſtipulandi & promittendi dicantur: inter quos obligatio quomodo oritur, Iuſtinianus exponit lib. Inſtit. iij.

DVPLI appellatione, interdum quadruplum continetur. l. inter eos. §. quod diximus. ff. de Furt.

DVPLICARI, apud Vlpian. in l. qui tabulas. ff. de Furt.

DVPLICATIO, eſt allegatio quæ datur reo ad infirmandam replicationem actoris. §. rurſum. Inſtit. de Replicat.

DVPLICIA interdicta quæ dicantur, Iuriſcons. demonſtrat in l. ij. de Interd.

DVPLICIA iudicia ſunt, Famil. erciſc. Com. diuid. Fin. regund. quia par utriuſque litigatoris in his cõditio eſt, nec quiſquam præcipuè reus, uel actor intelliguntur, ſed unuſquiſq; tam rei, quàm actoris partes ſuſtinet. Inſtitut. de Iud. §. tertia diuiſio. in fin. Spieg.

DVPLICIARII milites dicti, quib. ob uirtutem duplicia cibaria dabãtur. Germani nunc, quib. duplicia ſtipendia penduntur, Doppelſöldner uocant. Spieg.

DVPLICITER. Vlpian. in l. ij. in. fin. d. Manum. teſtam. pro utraque parte, ſiue, ut Azo exponit, pro utroq; gradu uenuſtè accepit. Sp.

DVPLIO, uerbum xij. Tab. quo duplex uel pecuniæ, uel capitis mulcta iniungitur alicui: quemadmodum Talionis, talis pœnæ dicebatur condemnatio, cuius aliquis alium affecerat. Sp.

DVPLO, uerbum à duo, teſte Perotto: uſus eſt eo Paulus in l. in hoc iudiciũ. de Ser. corrup. inquiens, quia omne damnum duplatur. Sp.

DVPLVM, bis tantum. Cato de Re ruſt. Maiores enim noſtri ſic habuere, & ita in Legibus poſuere, furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli. id eſt ut bis tantum reddat, quantum furatus eſt. Iuriſcoss. in duplum, triplũ, quadruplum, ſubſtantiuè quoque uſurpant, exemplo Ciceronis.

DVPONDII iuuenes, ſtudijs tantum initiati, infimæ claſsis auditores in ſcholis noſtris: à Dupõdio nummo, quaſi duobus aſſib. æſtimarenť, ſeu à põdere Dupondio: quod & Stater diciť, & Tetradrachmon. ſunt enim adhuc modici ualoris: Pupilli uulgò dicuntur: quemadmodũ rudes Chriſtianiſmi, Paruuli, & Infantes appellantur. Sed id uocabulum Iuſtinian. in Procemio Pandect. §. & primo quidem anno, reiecit, pro Dupondijs, Iuſtinianeos nouos nuncupandos cenſens. Sp.

DVPONDIVS quid ſit, explicat Vigl. in enarratione §. & ſi plures. Inſtitut. de Hæred. inſtit. rectè inibi refellens Accurſij dogma, exiſtimantis hodie ad Dupondium tranſitum non fieri, niſi clarè de mente teſtatoris cõſtet. Vide Georg. Agricolam. Sp.

DVRACINAE uuæ, & Duracina perſica, quæ comeſtibilia, & matura ſunt. Gręcè πρώϊμος. Iurecons. de Verbor. ſig. l. Qui fundum, inquit, uendit, pomumq; excepit, ficus, nuces, & uuas duracinas. Nebriſs. de his, & Alciatus pulchrè in l. qui fundum. de Verb. ſig.

DVRA Lex, & quæ non facile fertur, et quę immitis intelligitur. Sicut apud Ciceronem, duriores legum conditores. Recentiores Iuris Ciuilis Interpretes diſſerunt latè in l. omnes populi. ff. de Iuſt. & iur.

iur. An durior Lex ſeruanda ſit. Sp.

DVRIOR conditio, pro difficilior: ut ſi quis deteriorem habeat patronū. Gloſ. §. final. l. generaliter. ff. de Fidei cōmiſ. libert. Sic durior aduerſarius in l. j. C. de Alien. iudic. mutan. cauſ. fac.

DVRANTE matrimonio, pro conſtante: contrarium, Soluto matrimonio. Donatus ait, Durare uerbum, perferendis malis conuenire. Sp.

DVRARE, pro in tempus conſiſtere, apud Vlpian. in l. j. de Pœnis. Si in conditione priore duraſſet.

DVVMVIRI. Horum alij quos ſæpe populus creauit, nec ante obitum mutare decebat, ab omni'que urbano munere & belli cura immunes erant, & ſacras ædes dedicabant, & obſecrationes expiationes'que ad placandas auertendas'que Deorum iras, tum alia quædam procurabant, quorum meminit Alexander capite xvj. libr. iij. Genial. dier. Alij Municipiorum, & alij Nauales dicebantur: & alij Capitales, qui perduellionis diem ad populum dicerent, & in facinoroſos animaduerterent, à principio Originum creati. Vlpian. l. unica. Si quis ius dicenti: meminit Duumuirorum Municipalium, non illorum qui Romæ olim criminalia tractabant, teſte Liuio libr. j. Et quamuis in Latinis municipijs, ceu primi magno in honore haberentur, deerat illis tamen poteſtas mulctandi. Vnde non poterāt Iuriſdictionem ſuam defendere pœnali iudicio. ut ait Vlpian. loco iam citato. Commētatores non animaduerterunt, quis'nam hoc loco Duumuirorum magiſtratus eſſet. Zaſius noſter putat, Duumuiros hodie rectè dici Tribunos plebis. Oldend. autem arbitratur, Tribunos ſucceſsiſſe apud nos loco defenſorum ciuitatis. Et Duumuiros nunc, Magiſtros ciuium uulgò dici, ſeu Conſules. Quin & Duumuiratum fuiſſe magiſtratum municipalem, teſtantur Paul. tit. de Actionib. & Vlpian. de Damn. inf. Sp.

DVVMVIRI nauales, quibus naualiū pop. Rom. quoties inſtrui claſſem, uel refici oportebat, utq; naualibus ſocijs implerentur, cōmeatuq; & armamētis inſtruerentur, negocium dabatur: nec non aquæductuū deriuādarumq; aquarum, coloniæq; deducendæ qui curam agerent, quiq; id muneris exequerentur, ſæpe Duumuiros fuiſſe conſtat.

DVX. Feudiſtis Vaſallus dignitatis eſt. ui de Ducum origo. & Lege, Comes. Dux autem, Princeps, & Comes cōmuni genere leguntur. Itaq; barbara ſunt, Duciſſa, Principiſſa, Comitiſſa. Spieg.

E A

EA, & Eadem, quandoq; aduerbia loci, referunturq; ad Qua, pro, per eandem uiam.

EA mēte, apud Vlpianum de Furt. pro uoluntate, & non, ut uulgus ſolet, pro intentione accipiendum eſt. Accurſ. in l. codicillis. de Leg. ij. eadem uerba in Scæuolæ Reſponſo, haud ſimpliciter, hoc eſt, pro animo, aut ſentētia, ſed pro pacto intellexit. Spieg.

EADEM ſunt, quorum ſubſtantia eſt eadem. Vide Bald. in l. neque leges. ff. de Legib. & l. ea quæ. C. de Condit. indebit. Quæ origine et corruptione ſunt diuerſa, eadem non ſunt, ait Salomonius l. Gallus. Sp.

EADEM per eadem, eſt ſemper eadem inculcare: quo uitio notantur à uiris non illaudatis recentiores Scholiaſtæ, qui additiones tantum accumulant. Lege Caſtilion. Spieg.

EADEM opera, pro eo facto: quod, ſermonis priſci ignari, non animaduertere, qui nec Operæ, antiquis quid fuerint, ſatis intellexiſſe uidentur.

EADEM res, non debet diuerſo iure cenſeri. l. j. de Rer permut.

EATENVS, uariè poni docet Bartol. in prin. l. j. de Oper. nou. nun. Porrò Eatenus dicitur quis poſſe facere, quatenus ex fructibus ſupereſt, deductis alimentis. l. qui bonis. ff. de Ceſs. bon. l. Imperator. ad S.C. Trebell. Sp.

E B

EBLANDITAE preces, ſignificant teſtimonia blandis precibus impetrata.

EBORARII, inter artifices qui à Principibus uacationem munerum obtinent, numerantur in l. priore. C. de Excuſat. artif. lib. x. Sp.

EBOREVM, quod ex ebore eſt. Pomponius in l. ij. de Orig. iur. Placuit, publica autoritate decem conſtitui uiros, per quos peterentur Leges à Græcis ciuitatibus, & ciuitas fundaret̄ legibus: quas

in tabulas eboreas perſcriptas, pro Roſtris compoſuerũt. Sic legit Haloander. Vulgatus textus: Vt ciuitas funderetur Legibus, quas in tabulis eburneis præſcriptas, pro Roſtris, & cætera. Zaſius obſeruauit traditum à Dionyſio & Liuio, fuiſſe in ęs inciſas. Sed & fœdera Latinorum in columnam ęneam inciſa eſſe poſt Roſtra, Cicero autor eſt in Orat. pro Corn. Balbo. Sp.

EBRII uel ipſis ethnicis adeò exoſi fuere, ut Cenſores, tanquam indignos, qui honores & publica munera gererent, Senatu mouerent, notaq; & ignominia perſtringerent. Et Pittacus temulentos, ſi quid deliquiſſent, duplici pœna puniri curauit: ut formidine ſupplicij, à uino promptius abſtinerent. Quanquam Iure noſtro pœna minuitur: quòd in ebrio dolus abeſſe putetur. l. omne delictum. ff. de Re militari. & l. reſpiciendum. de Pœnis. Spieg.

E C

ἐκβολή, eiectam denotat. Quod uerbum reponendum eſt in l. iij. de Incend. ruin. naufr. Inde etiam Eiectitiam ſuem Græci ἐκβόλαδα appellant, Athenæo autore. Alc. in l. iubemus. C. de Naui, non ex cuſ. lib. xj.

ECBOLIA, medicamenta quibus medici utuntur abigendis infantibus in utero enectis: quæ & Phthoria dicuntur. Vlpianus: Si mulierem, inquit, uiſceribus ſuis uim intuliſſe (per eiuſmodi intelligendum medicamenta) quo partum abigeret, conſtiterit: eam in exilium Præſes prouinciæ exiget. ad l. Corn. de Sicar. Quod tamen hodie apud nos capitale eſt, Vim inferre, hoc eſt, quod uulgo dicimus, Zwang vnd drang thůn. Sp.

ἔκδικος. Lege, Syndicos. & caput v. lib. j. Parergon Alciat. Sp.

ECCE, pro uides, etiam de re non repentina, neq; noua dicitur. Exemplum habes apud Caium in l. j. Quod cuiuſ. uniuerſ. nom. Spieg.

ECCLESIA Græcis eſt, ait Eraſmus, quæ Latinis Concio, hoc eſt, populus euocatus ad audiẽdum de Reipubl. negocijs. Nam qui multitudinem ad nugas conuocant, ἀγύρται, circulatores, & circumforanei uocantur, qui aduerſus Rempublicam ſeditioſi nominantur. Ἐκκλησιάζειν, eſt apud concionem uerba facere. Ἐκκλησιαστής, qui publicitus orat apud multitudinem: quod munus apud Ethnicos etiam ſemper & arduum in primis, & honorificum eſt habitum. Alc. in Parerg. utiliter monuit, quo factum ſit, ut in Inſtitutionib. Caij, nuper cum Codice Theodoſiano editis, Eccleſia, et Eccleſiaſtica iura legantur, & pro Præſide Curia, & Adfiliati pro Adoptiuis, & ſi qua ſimilia. Habet iam amicus noſtrer Io. Sichardus, Iuris noſtri facundus interpres, cuius operæ Codicem Theodoſianum debemus, grauiſsimum, quod æmulis ſuis obijcere licet, teſtimoniũ, omnium ſcilicet eruditiſsimi Iurecons. Alciati: qui diſertè pronunciat, eum qui in Breuiarium cõtraxit Codicis Theodoſiani autores utcunque mutilatos, adiuuiſſe ſtudia Legalia, preiuiſſeq; nobis quibuſdam in locis, quæ haud dubiè abſque eo percipi nõ potuiſſent. Indicauimus iam, Eccleſiæ uerbum Impp. pro templo in Conſtitut. uſurpare. Dn. Oldend. in de Reſtaur. Politiæ declarat, qua ratione ciuitas appellari ſæpe ſolet Eccleſia, hoc eſt, cœtus uel congregatio: non qualiſcunque, ſed conciliata, in unam ſocietatem communionemq́ue fidei et Sacramentorum, celebrans dictum Imperatorum, Eccleſiam & rempublicam paribus ambulare paſsibus, & eodem fauore cenſeri, l. fin. C. de Sacroſ. Eccleſ. Nouell. De non alienand. aut permutand. §. ſinimus ergo. Conſt. vij. Nec multum diſtant (ut Iuſtinianus uocat) Sacerdotium & Imperium: quoniam illud quidem diuinis miniſtrans, hoc autem humanis præſidens, ex uno principio procedunt, & eodẽ tendunt: id eſt, ad CHRISTVM. Nouell. Quomodo oport. epiſc. in prin. Conſtit. vj.

ECONVERSO. Eſt & in Vſib. Feud. tit. Quæ fuit cauſ. ben. amit. in prin. Melius cenſent mutua uice, uiciſsim, uice uerſa, ſeparatim ijs duobus uerbis poſitis. Sp.

ECONTRA, quod in Placitis Feudalib. c. unico. de Inueſt. in marit. fac. & in Pontificio Iure frequentius ponitur: ſed nemo neſcit, utraque modica rei Latinæ puritate tradita, Latinum eſſe negant, ſed hæc illius uice potius, è diuerſo, aut contra, dicendum. Sp.

ἑκυρός, ſocer, ſicut ſocrus ἑκυρά, ut Modeſt. ſcribit de Grad. quo exemplo & aliqui

ex antiquis, annotāte Alc. ſoceram pronunciauerunt, non ſocrum. Sp.

ἔκδικοι, ſyndici ſunt, & curatores Reipub. Alc. in l. præſes. C. de Tranſac.

E D

EDEATRAE, qui præſunt regijs epulis. forte Truchſäſſen nunc à nobis appellati. Hos Nicolaus Zyegler, Dynaſtes Barri Elſatienſis (qui celebri nomine apud diuum Maximilianũ inter primos præfectus Sacro ſcrinio rerum Germanicarum, in noſtra lingua meruit audire, Tullius Cicero, tametſi Romane omnino, quod mirari poſsis, ignarus eſſet) olim Tragſæſſen uocatos exiſtimauit. Sp.

EDERE, in actione ex Edicto de Edendo, eſt copiam deſcribendi facere, uel exemplar complecti & dare, uel dictare. hoc eſt, ſic dicere ut alter ſcribendo excipiat, uel proferre ſcriptum ut legatur: aut denique quouis alio modo inſinuare ſententiam ſcripturæ, cuius tenor deſideratur. l. j. §. j. et. l. ſi quis ex argẽtarijs. §. ſi initium. ff. de Eden. Budęus, Edere, inquit, apud Iuriſconſultos, quod nunc perſcriptum dare, uel per declarationem dicũt. uide Scriptorum nomine. Sp.

EDERE exemplum in aliquem, eſt ſupplicio afficere, et in eum animaduertere. Gellius lib. vj. ca. xiiij. docet, cur exempla pro grauiſsimis ſupplicijs, ab antiquis dicta ſint. Sp.

EDERE Iuſiurandum, pro, in medium afferre.

EDERE Leges, hoc eſt, conſcribere & ſtatuere, uel imponere.

EDERE nomina, hodie dicimus eos, qui prouocatores apud Acta Curiæ præſentari dicuntur. Quod & nomen dare uocatur. ut, dare nomen militię. l. iij. de Re milit.

EDERE reo, pro contra reum. ut Cicero in Orat. pro Planco. Sp.

EDERE, pro naſci apud Triphoninũ, in l. Areſcuſa. Incipiente igitur partu, exiſtens conditio efficit, ut ex libera edatur, qui poſtea naſcitur. Vulgati Codices pro Edatur, habent Naſcatur. Sed Haloandri textus, quem ubique ſequimur, dubio procul archetypo magis reſpondet. Sp.

EDERE. Miratur Fr. Syluius, quæ ſit opinio huius ætatis hominum uel doctiſſimorum, ut edere cum æ, diphthõgo prima ſyllaba ſcribãt: quum præpoſitio E, unde id uerbum compoſitum eſt, neque in compoſitione, neq; extra hanc diphthongum recipiat. Sp.

EDICERE, eſt decernere aliquid iure magiſtratus, ſiue id iubẽdo fiat, ſiue uetando, quid refert? Quare Bartolus non rectè poteſt reprehendi, quod dixit, edictum eſſe genus, interdictũ uerò ſpeciem deſeruiens materiæ in l. j. ff. de Nou. oper. nunc. ex D. Oldendorp. Sp.

EDI, eſt uel dictare, uel tradere libellum, uel codicem proferre, ait Vlpian. in l. ſi quis ex argentarijs. ff. de Edend. Sp.

EDI ratio ita intelligitur, ſi à capite edatur. Nam ratio (teſte Caio in l. argentarius d. tit.) niſi à capite inſpiciat̃, intelligi nòn poteſt, ſcilicet ut nõ totum cuiq; codicem rationum totaſq; membranas inſpiciendi deſcribendiq; poteſtas fiat: ſed ut ea ſola pars rationum, quæ ad inſtruendum aliquem pertineat, inſpiciatur et deſcribatur. Sp.

EDICERE, pro conſtituere. Edicere Prætor ſæpius quàm iubere dicitur. Sp.

EDICERE, uel indicere Senatum, eſt extra conſtitutũ tempus ob negocia incidentia, repentè Senatores conuocare. Hinc edictus, indictus'ue Senatus. Bud. in Annot. prior. Sp.

EDICO. Donatus in Hecyra Terent. Inter Edico & Interdico hoc intereſt, quòd Edicimus quod fieri iubemus: Interdicimus quod fieri uetamus. Edicimus uni generi hominũ, Interdicimus diuerſis. itaq; Prætoris Edicta, & Interdicta dicunt̃. Quæ diſtinctio, ut Alciat. ait, non ſat uera eſt. cum ſub Rubr. de interdictis quædam ſint, quæ fieri non prohibent, ut Reſtitutoria, Exhibitoria. Sp.

EDICTA, Catanæus obſeruauit, Prætoris eſſe, Dictatorũ etiã, Imperatorũq;: unde Edictũ Auguſti, Traiani, et Adriani. Pręcepta itẽ, pręceptionesq; iuſtorũ & iniuſtorũ à Romanis Edicta uocari propter eam quę tũc edictionẽ fiebat: in qua definitione cõplecterent̃ et Interdicta. Notandũ uerò, Prętorũ Edicta, in omni Politia, hoc eſt, regno, Ariſtocratia, & Democratia uiguiſſe, ſicut & Reſponſa prudentum. Quanquam prudentibus ſumma reſpondendi autoritas, à qua recedere iudicibus non liceret, ſub monarchia

narchia cõceſſa eſt ab optimo Principe Auguſto: qui Pater Patriæ meritò appellatus eſt. §. reſponſa prudentum. Inſtit. de Iur. Nat. Gent. & Ciuil. Spieg.

EDICTA ædilium curulium, portio ſunt Iuris Prætorij. §. proponebant. Inſtit. de Iur. nat. gent. & ciuil. Rectè igitur, teſte Oldend. dixerimus has actiones cenſeri Prætorias. §. Prætorias. Inſtit. de Diuiſ. ſtipulat. Sp.

EDICTA perpetuæ Iuriſdictionis apud Vlpian. in l. ſi quis id. in prin. de Iuriſdict. haud dubiè Prætorum edicta perpetua intelligenda ſunt, id eſt, quæ perpetuò uigere, & ex quibus Prætores omni tempore ius dicere debebant. Spiegel.

EDICTA proponere. Põponius de Orig. Iur. Et ut ſcirent, ait, aues quod Ius de qua re quiſq; dicturus eſſet, ſeq; præmunirent, edicta proponebantur. Quod Dn. Oldend. ad primam Prætorum inſtitutionem referẽdum uidetur, ut Pompon. loquatur tantum de edictis prout res iudicanda incidebat. Attamen & illa ſunt accipienda, quæ perpetui iuris cauſa proponebantur. l. ſi quis id, quod in prin. ff. de Iuriſdict. Sp.

EDICTALES bonorũ poſſeſsiones Alciatus exiſtimat eſſe, quas Ordinarias uocamus, & quæ ius tribuunt: Decretales uerò, de quibus ſuprà, extraordinarias. Sp.

EDICTORVM aliud monitorium, aliud conuentionale, aliud citatorium, aliud peremptorium. De quibus uide l. ad Peremptoriam. cum ſeq. iunct. Gloſ.

EDICTVM, Bart. diligens Interpres, nil intentatum relinquens, innuit, quo differat à Reſcripto, in l. poſtquam. §. Imperator. ff. Quor. leg. Sp.

EDICTVM circumducere, eſt delere & abrogare. Sic Vlpianus uſus eſt in l. et poſt edictum. de Iudic.

EDICTVM fraudatorium, actio eſt reuocatoria. Zaſius §. item ſi quis. Inſtit. de Actionib. Spieg.

EDICTVM Iuſtiniani notum eſt: quo loco Accurſius ingenuè fatetur, nec ſua, nec aliorũ gloſſemata Iure ſcripta, defendi poſſe contra Imperatoris edictum. Sunt tamen qui Placent. Azon. Accurſ. non omnino contẽnendos putãt, grauiusq; peccare in Imperatoris egem, qui tam prodigioſe prolixos ſcribunt commentarios. Sp.

EDICTVM peremptorium. Vide, Perimere Legatum.

EDICTVM perpetuum quid ſit, undéque originem habeat, docent Budæus & Alciatus. Accurſium id ignoraſſe, ſatis mirari quis uix poteſt, præſertim perpetui edicti mentione mille locis occurrente. Vide Bud. in Annotat. prior. Alc. lib. ij. Diſp. cap. xxvij. Sp.

EDICTVM translatitium, Gellius appellat ex antiqua cõſuetudine deſumptum, quomodo & Cicero appellauit in Prætura urbana. His autem Gellij uerbis facilè intelligitur, ab Vlpiano præfinitam circumſcriptamq; Senatorum appellationem eſſe, in l. ult. de Senatorib. Bud. ait, Edictũ trans latitiũ, idem quod uetus, et minimè nouũ, nuper inuentũ. Sp.

EDICTVM unum pro omnibus. Vide Iuriſcons. in not. l. nonnunquam autem. ff. Vbi quis ager. Sp.

EDITIO actionis, propriè præparatoria eſt. Bart. in l. inſulam. de Verb. obligat. Edimus enim actionem, ut reus cognoſcat, deliberetq;, an iudiciũ accipere uelit. l. j. in prin. ff. de Eden. quum eatenus impunè pœnitere poſsit. l. ſi reus pacatus. de Procurat. Spieg.

EDITIO etiam emiſsionem ſignificat. ut editio librorum. Aliter pro creatione magiſtratuum, & illa promulgatione dignitatis, quæ communibus omnium uocib. ac ſuffragijs decernitur.

EDITIONEM exigere officio iudicis, eſt iudicẽ inuocandũ eſſe, ut decernat, et mandet exhibitionem ſcripti, cauſſa ſummatim cognita, et delato iuramẽto exigẽti, quòd non calumniæ cauſa poſtulet iuxta l. ſi quis ex argentarijs. §. exigitur. ff. de Edend.

EDITITIVS iudex, quẽ altera pars elegit. Ex Cicerone pro Planco ſatis intelligimus in crimine ambitus tantum eſſe iudices edititios. Sp.

EDITVS bouis, pro ſtercore, quo in quibuſdam regionib. utuntur: ab edendo, ſeu extra mittendo dictus. Iuriſcons. tit. de Legatis. in l. ligni appellatione. In quibuſdam prouincijs editu boum ad hanc rem utuntur. Nebriſs.

EDOCERE, pro diligenter docere. Eygentlich darthün. l. hac cõſultiſsima. C. de Teſtam.

EDVCARE, idem eſt quod alimenta præſtare.

ſtare.l.fin.de Alimen.& cibar.leg. Vbi pupillus educari debeat, pulchre Iuriſcoſs.toto hoc tit.oſtendũt, & Impp.C.eod.Spieg.

EDVCATIO, & alimẽta legata, nomina ſunt exęquata.l.fin.de Alim.leg.Sp.

EDVCATOR, patris & matris nomine etiam comprehendit, ut rectè colligit Alc. ex uerbis l.j.ff.de Obſeq.Sp.

EDVLIVM, inquit Valla, eſt, quidquid edimus, aut quicquid ad prandiũ, cœnãq; edẽdi gratia nobis apponit, et ſumimus. Interpretãtur hanc uocẽ, ſuo more, pro comeſtione, apud Iuriſc. in l. ſolet. in fin. de Offic. Procons. quamuis eam paterno caſu protulerit, ab antiquo nominatiuo plurali, Edulia: quo uocabulo continebantur omnia quæ ad eſum pertinebant. Poſterior ætas u, in i, mutauit.

E F

EFFECTVS. Sunt qui putant effectum, & officium in animi habitibus eſſe propriſsimam differẽtiam. ut, quemadmodum differentia hominis eſt, rationale: ita ſit differẽtia ipſius iuſticiæ, ſuũ cuiq; tribuere: ipſius temperantiæ, frugaliter uiuere: Legis uirtus, ſiue officiũ, eſt imperare, uetare, punire, permittere.l.legis uirtus.de Legibus.Sp.

EFFECTVS, participium, in l.nulla. C.de Procur. Effectus dominus litis. Inſtit. de de Act.§.namq;. Et necdum eius rei dominus effectus eſt.

EFFECTVS legis Naturæ. Vide, Lex Naturæ.in fine.

EFFERRE, uerbum eſt funeribus accommodatum, quæ propriè efferri dicũtur. Feretrũ uerò deferre, propinquioribus uirilis ſexus, olim munus dabatur. Itaq; filij, parentes, fratres, ſorores, elatos funere deferebant: nonnunquam ſerui libertate donati. Vide Riualliũ libro Hiſtor. Iur. Ciuil. ſecundo, & Alexandrũ Neapolitanum.Sp.

EFFERVESCERE, ſignificat ardore animi excitari, aut cum homo ira excandeſcit: contrarium eſt, Deferueſcere. Vlpianus in l.quis ſit fugitiuus.§.idem ait.de Aedil.edic. Si autem in hoc tantum latuiſſet, quoad iracundia dominorum efferueſceret. Hoc ideò adſcripſi, quòd Accurſius Efferueſceret, id eſt, humiliaret, interpretatus eſt.Sp.

EFFICAX dicitur, quod ad aliquid agendum uim habet. Vnde Efficax actio appellata. de qua Inſtit. de Action. quod & Albericus indicauit.

EFFICERE, denotat perfectionem. In l. Barbarius.ff.de Offic. Præt. Effeciſſet, pro efficere potuiſſent, accipiunt. Et ea ſuppletio in Iure noſtro non eſt noua, Zaſius ait, interpretans uerbum, Peterentur, in §. poſtea .l. ij. de Orig. iur. id eſt, petitæ & allatę ſcriberentur. Sic & Accurſ. in l. eum qui.ij.§.ſi à te. de Verb. oblig. ubi tex. dicit, rectè fundi uſufructum petam, exponit Gloſ. petendo fundum, conſequar uſufructum. Sed & Iuriſcons. in l. Labeo. de Satuliber. uerbũ Videbitur exponit, id eſt, uideri potuerit, dicens in Lege xij. Tab. uerbum Nocet ſic accipi. Et alibi Gloſ. in l. ſi rem ęſtimatam.ff.de Iur.dot. exponit uerbũ Dederit, id eſt, dare conuenerit. Et in Gloſ. l.ij.C.de Fide inſtr. uerbũ Retractas, id eſt, retractare intendis: multaq; id genus ſimilia inuenias.Sp.

EFFICERE uicem, pro æquè prodeſſe, & loco alicuius eſſe.

EFFIGIARE uerbo nunc crebrius utitur Cæſarea Cancellaria in Diplomatis, quæ à Principe ſuper Natalium reſtitutioue, hoc eſt, Nobilitatione, ut ait Budæus in prior. Annot. impetrantur. Tametſi apud idoneos Latinitatis autores, uix putant reperiri Effigiare: pro quo malint, delineare, exprimere characteribus, depingere, aut effingere, idq; pro rei ipſius natura de qua loqui uolueris. Prudentius, qui inter Chriſtianos uetuſtus uideri poteſt, grauiſsimus certè autor, hoc uerbum non reſpuit. Et Gellium dixiſſe, fœtum ineffigiatum, Inſulanus obſeruauit. Spieg.

EFFIGIES antiquitatis in xij. Tab. extat. Huius cognitio non modò ſuauis eſt atq; delectat, ſed etiã Iuris ciuilis ſtudioſo mirè prodeſt, Budęo monitore.

EFFRACTORES dicuntur, qui, ſiue diu, ſiue noctu furandi cauſa domos effringunt.ff.de Effract. & expil.l.j.& iij. Sed & qui carceres effringunt ut euadant, Effractores ſunt.

EFFRACTVRA, pro uiolenta diſruptione, & ubi fiat plerũq;, in l.iij. de Offic. præfec.uigil. Paulus memorat.Sp.

EFFRAENATI ſunt, qui nullis legib. nulla ui honeſtatis cohiberi poſſunt. Sp.

EFFRIN-

EFFRINGERE, eſt furandi cauſa ianuas frangere. Inde Effractores dicti. Vnde Iurecons. tit. eſt de Effractoribus. Siue de ijs qui carcerẽ effregerunt: ſiue ijs qui furandi cauſa ianuas domorum priuatarum inuaſerunt. Nebr.

EFFVSORES, qui patrimonium, peculium ue temere & large expendunt, diſsipant que, Zerſtrews Gütter. Verbum fuit admodũ familiare diuo Cæſ. Imp. Aug. Frid. iij. Sp.

EFFVSVM. uide, Viciare uinum.

E G

EGERE, dicitur, ſecundum. Bart. qui non habet unde ſe alat. Feſto eſt uelut exgens, cui ne gens quidem ſit reliqua.

EGESTAS fere in mala re dicitur, quæ ſcilicet ad maleficium hominem impellit. Proprie tamen eſt, alicuius rei opus habere. Tryphonin. in l. bona fides. Depoſiti, cenſuit, nec inique, male meritum, publice ut alijs exemplo, ad deterrẽda maleficia ſit, etiam egeſtate laborare debere.

EGO poſſeſſor ero effectus, apud Vlpianum in l. et ſi forte. §. j. ff. Si ſeruit. uindic. Sp.

EGREDI xx annos. Paul. in l. ultim. de Condit. & Vlpian. in fin. l. j. de Conſtit. Princ. perſonam non egreditur, translate uſurparunt. Quo enim, uel ad quod non egredimur pedibus?

EGREGIAE perſonæ. Vide, Perſonæ.

E I

EI ius dicitur, cui quid per ſententiam adiudicatur, aduerſus autem eum, cui quid abiudicatur: quod uulgò dicunt, Cauſſam obtinere, & Succumbere in cauſſa. Vlpianus: Eſt, inquit, receptum poſsit ei & aduerſus eum ius dici de Iuriſdict. om. iud. Sp.

EIECTA uocantur, quę uel leuandæ nauis gratia mari committuntur, donec fors ea ſaluata reſtituat: uel quæ incendij cauſa ſub diũ emittũtur, priori domino qui ea abiecit, reſtituẽda. ut qui animo ea poſsidere interim nõ deſtitit: ut uulgatis Legibus ſub tit. ad Leg. Rhod. de iactu. & de Acquir. rer. dom. conſtat. Sp.

EIECTVS, pro naufragium paſso. ut apud Terent. in Andr.

EIICERE, uerbum eſt ad immaturum partum accommodatũ. Vnde Eiecti partus, pro abacti. Eiecti item, et Eiectitij, pro abortiui, dicuntur. Vlpianus in l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi quis de manu. ad Leg. Aquil. Si mulier, inquit, uel equa ictu a te percuſſa eiecerit. Spieg.

EIICIMVS quempiam, antequam ſit ingreſſus. Deijcimus uerò iam ingreſſum, hoc eſt, deturbamus. Sp.

ἐινάτηρες, Lege, Leuir.

EIVRARE, ſignificat id q̃d deſideratᷣ, non poſſe pręſtari: autor Pomponius. Spieg.

EIVLATVS, rationis ploratus expers.

EIS'QVE mancipijs, quæ ſuprà legaui, cibarij nomine ab hęredibus meis præſtari uolo, quę me uiuo accipiebant. Explicat hoc thema Scæuola in l. à filio. §. teſtator. ff. de Alim. legat. Sp.

EIVS uitæ adoleſcens, ut meritò bonis ei interdici debeat. in l. patri. ff. de Minor. Sp.

EIVSMODI homo, id eſt, talis generis uel eiuſdẽ modi. l. fin. ff. de offic. Præſid. Sp.

E L

ELATI ſui ſecuritate, apud Impp. in l. nullus. C. de Iudæis. ut apud idoneos autores, elatus arrogantia, ſuperbia, inſolentia: et efferri iracũdia, odio, dolore, lętitia.

ELAEEMPORIA, id eſt, olei publice coemendi cura. Iuriſcons. in l. fin. §. patrimoniorum. de Mun. & hon. Elæemporia et Oſprionia (hoc eſt, leguminum comparandorum cura) apud Alexandrinos patrimonij munus exiſtimatur.

ELECTRVM, metallum ex auri, argentiq́ mixtura. Iuriſcons. Si quis, inquit, electrum ex alieno auro, argentoq́ miſcuerit. Plinius aurum in quo quinta argenti portio eſt, Electrum nominat. Veteres Germanos Electrũ Gleſum dixiſſe, Althamarus ſcribit, idemq́ quod Succinum eſſe. Hodie nos Succinũ, Agſteyn appellamus. ut apud Tacit. Rhenanus noſter indicauit. Spieg.

ELEMENTA prima, hoc eſt, primordia, apud Iuſtinian. §. pen. in procœmio Inſtit. Nam omnia principia dicuntur Elementa, à ueris corporib. elementarijs, per quę omnia gignuntur, quod & Gloſ. in. d. §. innuit. Vnde &, autore Priſciano, Literę uocantur Elementa, Græce ϛοιχεῖα. quoniam ſimul iunctæ, orationem uelut unum corpus efficiunt. Vide l. rerum mixtura. iuncta Gloſ. & Aut. Vt præpon. nom. Imp. §. pen.

ELENCHVS, lapillus eſt ex genere margaritarum. Paul. de Aur. & arg. leg. l. pediculis. Item cum inaures, in quibus duæ

margaritæ

margaritæ elenchi, & ſmaragdi duo, legaſſet, & poſtea elenchos detraxiſſet. Nebr. In lib. quem de Vaſculis Bayſius edidit, collegit è Plinij uerbis, cylindros & elenchos in eo differre: quòd elenchi ſint faſtigiatę longitudinis, cylindri uerò proceritatis, ęqualiter orbiculatę. Sp.

ELEPHAS, maximum animalium terreſtrium, iumenti operam præſtat, continetur*que* primo capite Leg. Aquiliæ. Caius autor l. ij. ad Leg. Aquil.

ELEVARE fidem teſtiũ, et refutare teſtes, quid ſit, in Annot. Bud. docet. Quàm uerò eleganter hoc uerbo ueteres uſi ſint, pluribus oſtendit Beroaldus apud Propertium. Sp.

ELICES, ſulci ſunt aquarij, per quos aqua collecta educitur è liris. Vlpian. l. j. de Aqua pluu. arc. Sulcos aquarios, qui hinc Elices appellantur, ſi quis faciat aquæ pluuiæ arcendæ, eum teneri. Haloander ſic habet, Qui Græci ὑδραυλαδικαις appellantur: quemadmodum & Alciatus quandoque legendum exiſtimauit. Nunc in Parergis indicans nihil immutandum, id*que* autoritate L. Columellæ, cuius uerba adducit lib. j. de Re ruſtica, cap. viij. & lib. xj. cap. ij. Arbitratur tamẽ Elices propriè dici, capita fontiũ & ſcaturigines. Vnde Aquilices Calliſtrato, qui artem hanc exercent, ſciunt*que*, quo modo aquæ elici poſsint. Sp.

ELIMATVM, id eſt, expolitum. Nam Polire uerbum, propriè pro limare ponitur. Et Expolire nihil à poliendi ſignificatione differt: niſi fortè aliquid perfectioris artis habere uelis. Sic uerbũ Elimatum, accipiẽdum in §. ſed cum perſpeximus. l. ij. C. de Vet. Iure nucl.

ELIDERE, pro excludere, aut perimere. Paul. in l. ſi unus. §. pactus. Prius pactum per poſterius elidetur.

ELIGIMVS re ipſa, quod prius mente optauimus: quapropter promiſcuè optio electio*que* aſſumitur. autor Alc. Omnis autem Electio, actus eſt uolũtarius. ut Ariſtot. docuit ij. Ethic. colligit*ur que* ex l. Gallus. §. et quid ſi tantum. Eſt aũt Electio de multis. l. quod in hæredem. §. eligere. de Tribut. l. plerun*que*. §. fin. de Iur. dot. Vide Salom. in l. Gallus. Sp.

ELOCATVS fundus, qui locatus eſt, dicit*ur*.

ELOGIVM, teſtificatio eſt de aliquo, honoris, uel uituperationis cauſa. Vlp. de Aedil. edict. in l. ædiles aiunt. deflexit paululum ſignificationem, cum dicit: Elogium huic edicto ſubiectum eſt. Proprie, hoc eſt, in malam teſtificationem, apud Martian. accipitur, de Cuſtod. & exhibit. reor. in l. diuus Hadrianus. Qui cum eo, inquit, elogio mittuntur, ex integro audiendi ſunt. Et infrà, eod. tit. in l. Celſi. cuius initiũ eſt. Non dubiũ. Remittat, ait, illud cum elogio ad eum, qui ei prouinciæ præeſt unde is homo eſt. Igitur cum elogio mittere reum, id eſt, cum oneribus & informationibus, ut ait Bud. in l. poſter. de Orig. Iur. Alicubi reperies elogium pro ultima uoluntate, per quam enunciat teſtator, quid fieri uelit, ut apud Scæuol. in l. cum quis. §. Seiam. de Legat. ij. Sp.

ELOGII munus eius, qui annonę rationem procurat. ἐυλόγος enim rationalis, ratiocinator'ue à Græcis dicitur. Hinc Alogiſtes, & Analogos, qui rationes reddere non tenet*ur*. Modeſt. in l. quidã. de Adminiſtr. tut. Vide Alciat. in tit. de Frument. Alexand. lib. xj. C. Oldend. in Action. ij. claſſ. iiij. Sp.

ELOQVENTIA, eſt bene & rectè loquendi ſcientia. Vnde Eloquẽs, qui in dicendi ratione perfectus eſt. Pomponius l. ij. de Orig. Iur. §. ab ijs profecti. Sed plus inquit, eloquentiæ, quàm ſtudio Iuris operam dedit. & in §. ab hoc plurimi. ad fin. Ex his, ait Trebatius, peritior Caſſellio, Caſſel, Trebatio eloquentior fuiſſe dicitur, Offilius utro*que* doctior. Iuris Ciuilis ſcientiã, decere cultum ſermonis, modò illi non præcurrat, oſtendimus in Compendio Tyrocinij. Sp.

ELVDERE, eſt finem ludo imponere. Ex Donato, interprete Terentij. Sp.

ELVGERE, luctum deponere, uel finem lugẽdi facere. l. j. ff. de Infamib. Die klag kleyder hinweg legenn. Solet autẽ uir elugeri propter turbationẽ ſanguinis. Vnde Pomponius eã, quæ intra legitimum tempus partũ edidit, putat uel ſtatim poſſe nuptũ collocare. l. liberorũ. d. tit. Sp. Vide Budęũ copioſe tractantem de Emblematis in d. l. tigni. His autem uaſa pura opponuntur, hoc eſt, non cælata, quorum meminit Iuriſcos. in l. ſi in rem. ff. de Rei uind. Sp.

ELVSCARE, eſt aliquem altero oculo orbare. Nam luſcus propriè eſt, qui altero

ro oculo caret. Vlpi. de Condit. tritic.l. in hac actione. Si quis, inquit, poſt mortem ſeruum eluſcatum dederit. Idem ad Leg. Aquil. Iulianus, inquit, ſcribit Aquilia teneri eum, qui eluſcauerit in diſciplina diſcipulũ. Hinc Eluſcatio, actio ipſa priuandi altero oculo. Vlpian. de Aedil. edict.l. item Offilius. Eluſcationem eam quidam putant, ubi homo lumine adhibito nihil uidet. Qui id dixerint, non ſunt audiendi, quia nulla freti autoritate id dicant. Hic igitũ legendum Nuſcitionem. ut repoſuit Iuriſconſultiſs. Haloander. Sp.

ELVSORIVM Pretoris imperiũ eſſe non debet. l. ſi Prætor. ff. de Iud. & l. ult. Ne quid in loc. publ. hoc eſt, uanum.

E M

EMANCIPARE agrũ, eſt alienare è mancipio. id eſt, dominio & poſſeſsione ſua emittere, & alteri poſsidendum tradere.

EMANCIPATIO, actus Iuris ciuilis eſt, per quem qui filius eſt, pro non filio habetur: unde Legitimus dicitur. l. actus. de Regul. Iur. id eſt, ſola Legis fictione inductus. Spieg.

EMANSIO, minus eſt delictũ deſertione. Sicut fugitiui deteriores ſunt erronibus. Spieg.

EMANCIPATIO, eſt patriæ poteſtatis relaxatio, utriuſq; & patris & filij interueniente cõſenſu. Dicta, quaſi è manu traditio. Nam ſicut in ſeruis manumiſsionẽ, ita in liberis emancipationẽ propriè dicimus. Vulgò nunc & craſſè quidem extra patrem ſuum & poteſtatem dimiſsio uocatur. Verùm Emancipatio non ſolũ ad liberos refertur, ſed ſignificat etiam quamcunq; imaginariã uenditionem. ut eleganter declarat Budęus in Annot. priorib. et monuit doctiſs. Vigl. in tit. Inſtit. de Teſt. ord. Dicta, quaſi manci emptio, ficta & imaginaria. Itaq; Emancipare eſt, è mancipio ſuo mittere, & alteri poſsidendum permittere. inde Mancipio accipi, et emi, locutiones uetuſtę. De quibus uide Bud. in l. ij. de Orig. Iur. Spieg.

EMANSOR, inquit Modeſtin. in. l. deſerto rem. de Re milit. eſt, qui diu uagatus ad caſtra reuertitur: eoq; diſtat à deſertore. Quemadmodum & erro dicitur ſeruus qui eo quoq; animo errat, ut ad tempus reuertatur: ſicut fugitiuus, qui non habet animum reuertendi. Nebr. Vide infra, Erro.

EMASCVLARE, eſt caſtrare, hoc eſt, maſcula uirilitate uiduare: in qua ſignificatione eſt & Euirare, apud bonos autores. Sanè quod id fieret, edicto uetitũ eſt. l. j. C. de Eunuch. & publicum iudicium ex lege Cornelia conſtitutum. Spieg.

EMBAMMA Græcis eſt, quod nobis condimentum, & alio nomine Intinctus dicitur. Alex. Neapolit. Embãmata, inquit, contriti ſapores dicuntur, acido uino infuſi, aſperrimi guſtus: ad acuendum, excitãdumq; ſtomachum: à uerbo ἐμβάπτω, intingo. Seu acetum coagulum, quod uino dilutum, aut aqua, aceti ſaporem facit. lib. v. cap. xj. Genial. Dier.

EMBATEVTICI Iuris appellatione, ceũ generali, cuius meminit Vlpianus in l. iij. §. fin. de Reb. eor. qui ſub tut. Alciato tradente, ad ius intelligi poteſt, quod & quandam detentionem reſpicit, & rei poſsidendæ facultatem, tametſi proprietas uera ad aliũ pertineat. Quale eſt ius ſuperficiarij, uel eius qui fundum uectigalem poſſideat, uel perpetuarij. l. bonorum. de Verbor. ſig. l. fin. de Superfic. l. j. ſi ager uectigalis. Erunt fortè, quibus magis arridebit, Ius Embateuticon intelligere, quod uulgo Pedagiũ, Wegzoll: quod alioqui ad Regalia ſolet pertinere. Sed Alciatus eam interpretationem magis probat, quæ in Etymologico magno eſt, ubi ille Grammaticus, ἐμβατεία, inquit, quæ nunc & ἐμβαδία dicitur, id ius quod creditor in bonis debitoris ſibi pignoratis retinuit, propria autoritate ea ingrediendi. Spieg.

EMBLEMATA, ornamenta quædam ſunt uaſorum, quę addi atq; detrahi poſſunt. Dicta ab ἐμβάλλω, quod eſt impono, ſeu interſero. Vlp. de Aur. & arg. leg. l. ſi gẽma. Emblemata rectè legãtur, & ſeparãtur, & pręſtãda ſunt. Et eod. Pomp. l. & ſi. Ea quæ inaurata ſunt, non deberi, neq; aurea emblemata. Vlp. item ad Exhiben. l. tigni. Si anſam ſcypho iniunxeris, uel emblemata phialæ. Nebr. Vide Budæum copioſe tractantem de Emblematis in l. tigni. His autem uaſa pura opponuntur, hoc eſt, nõ cęlata, quorum meminit Iuriſcos. in l. ſi in rem. ff. de Rei uind. Spieg.

EMBOLA, Græca uox, & inter cætera itineris

ris ingreſſum ſignificat:qui felix dicitur, propter Imperatoriam maieſtatem. Accurſius, quiq; eum ſecuti ſunt, ſuper hac uoce quædam ridicula effutierunt. Vide Alciat. in l. iubemus. C. de Sacr. ſanct.eccl.Sp.

EMBOLA, roſtra ſunt nauium. Significat & alia præter hoc.de quibus Hermol.in Corollario Pliniano. Alc.

ἐμβολισμός Græcè, nobis intercalatio. Siquidem Macrobio tradēte, Intercalare, interſerere eſt: quod uerbum in §. minorem.l.iij.de Minorib. Accurſ.ut Budæus ait, inſcitè, de medio tollere, interpretatus eſt: cum ſit non eximere, ſed inteſere re, interponereq;. Nebriſs.

ἐμμέλεια, pacata ſaltatio eſt. Bud.

EMENDARE, eſt mendum, id eſt, errorem tollere, ſalua remanente ſubſtantia: idemq; ſignificat quod corrigere, & caſtigare.l.actorū. ff. de Re iud. Qui non ſubtiliter factum emendat, laudabilior eſt eo qui primus inuenit. Elegās hoc dictum extat ff. in conſtit.prima.Sp.

EMENDATIO, modò pro prauorum morum, & uitioſè admiſſorum caſtigatione uſurpatur.ut. TT. C. ſatis notis: modò pro mutatione, ſeu libelli uariatione: de qua Interpretes differunt in l. edita. C. de Eden. Alc. hic omnino uidendus eſt ijs, qui ad forum animum appulere. Emendatio etiam eſt, qua ſingula, prout ipſa res poſtulat, dirigimus, æſtimantes uniuerſorum ſcriptorum ſententiam diuerſam: uel correctio eorum, qui per ſcripturam, dictionem'ue fiunt: autore Diomede. Tradunt optimum eſſe emendādi genus, ſi ſcripta in aliquod tempus reponantur, ut ad ea pòſt interdum, uelut noua atq; aliena, redeamus. Spieg.

EMENDICARE, more mendicantium aliquid petere. C.de Accuſ. Impp. Singuli, aiunt, uniuerſiq; iudices cognoſcant, in publicis criminibus non oportere emendicatis uti ſuffragijs Decretorum. Spieg.

EMENDICATA ſuffragia appellantur, quæ leuiter cauſam adiuuant. ut potentium commendationes, & ciuitatum in alicuius honorem decreta, ut ait Alc. ubi mendicata ſuffragia refert inter pro uerbia Iureconſult. Spieg.

EMERE rem neceſſariā, licet mortalem, §.ſciendū.in fin.l.uerū.ff. de Minor. Sp.

EMERITA ſtipendia dicuntur, quę peracta ſunt, quum iam milites miſsionem ut ueterani impetrauerunt. Emerita, numero tantum multitudinis etiam ſunt præmia ueteranorum, ut ex Modeſtini uerbis colligitur in l. deſerto rem.de Re milit.Spieg.

EMERITI dicuntur milites, qui ſunt exautorati, hoc eſt, militię ſacramento ſoluti, quibusq; iam donatiuū eſt ſolutum. Modeſt. iam dicta l. Si expleto, inquit, tempore militiæ redeat ueteranus, reſtituatur, & emerita accipiat. Nebriſs.

EMICARE, pro excellere, apud Iuſtinianum in §.hæc omnia.l. ij, de Vet. Iur. enucl. ubi de Triboniano ſuo loquitur.

EMINET, qui cæteris præſtat. Vnde eminentiſſimus Tribonianus, Inſtit. Quib. alien.licet.§.ſed hoc etiam. Et Eminentia tua, in §.fin. Aut.de Alien. & emph. Eminentia formæ, in Aut.de Rapt.mulier.in prin. & Poteſtatum eminentiæ. C. de Apparat.præf.urb.l.j.lib. xij. Sp.

EMISENI, populi in Emiſena regione Syriæ. Paulus, de Cenſ. Imperator noſter Antonius ciuitatem Emiſenorum coloniam iuris Italici fecit. Nebr.

EMISSAM manum, Modeſt. uſurpat in l. quidam.de Prob. pro cautione manu facta, Alc. obſeruauit. Sp.

EMISSARII uocātur conciliatores, atque internuncij furtorum eorum quæ à magiſtratib. committūtur. autor eſt Aſconius. Ponitur & pro calumniatore & uexatore ſummiſſo & ſubornato ab inimicis. Spieg.

EMOLOGARE uerbum, nec Latinitas, ne Græciſmus agnoſcit. Interpretes pro confirmare, uel laudare uſurpāt. Homologare, propius ad ſuam, quæ Gręca eſt, originē accedit. Vide Bart. in l. cum antea. C. de Arbitr. lege, Homologare.

EMOLVMENTVM, utilitas eſt: opponiturq; Detrimento, ſed quam, ut nonnullis, nec abſurdè uiſum eſt, ex opera & labore, & quaſi molimine noſtro aſſequimur. Interpretes Emolumēta etiam pro bonis abſolutè interdum pro ſalarijs accipiunt. §. quod ſi delinquentes. Aut.de Mand. Princ.C.de Præf. præt. Aphr.l.j.§.quæ uerò emolumenta. l. iudices.de Ann. & trib. Sp.

EMPHRACTAE. Vlpian. in l.j §.igitur.

de Exercit.act.hac dictione uſus eſt. Budæus indicat melius in quibuſdam Embatę legi, ſiue Epibatæ. Nebriſſenſis priorem lectionem ſequitur. interpretaturq; Emphractas, nauigia tecta. Embatas uulgare uerbum, aut nauticum eſſe, putat Budęus. Epibatas autem & milites claſsiarios dicit, hoc eſt, milites in nauibus merentes: & pro uectoribus apud Græcos accipi tradit. Sp.

EMPHYTEVSIS, eſt conceſsio quędam perpetua ad uſum, utilitatem & culturam rei efficiens utile dominium: ita ut domino proprietatis annua penſio perſoluatur, ſalua'que ſit rei ſubſtantia. Vide paulo pôſt, Emponema: & infrà, Perpetua locatio. Interpretatur autem Emphyteuſis, inſitio. ab ἐμφυτεύω, quod eſt inſero, ſiue planto: φυτὸν, planta. Apud Iuriſcons. fundus dicitur in emphyteuſim dari, hoc eſt, in plantationem. Inde deducitur Emphyteuticus, & Emphyteutecarius. Ab initio enim, ut ſuprà quoq; attigimus, ſterilia tantum per hunc contractum concedebantur: ut is qui acciperet, rem in meliorem ſtatum deduceret, & ſterilem fertilem redderet. Hinc Emphyteutecarius, qui agrum ea conditione accepit, ut meliorem redderet. Exigit aũt ratio Gręci ſermonis, ut Emphyteuſis, & ius Emphyteuticũ pronuncietur: itemq; ius Embateuticõ. de quo ſuprà. Lege &, Actio Emphyteutica, & Perpetua locatio. Sp.

EMPHYTEVSIS, contractus eſt inter emptionem & uenditionem: item locationem & conductionem, medius & ſpecialis. de quo uide C. de Iur. Emphyteut. & in §. adeò autẽ. Inſtit. de Locat. & conduct. Sp. Vide, Colonarius contractus. Spieg.

EMPHYTEVTICVS canon. Iuſtinianus primo Codicis, de Sacroſ. eccleſ. Qui emphyteuticum canonẽ per biennium non ſoluerit, repelli poteſt. In eodem titulo, perpetuarium Ius dicitur Emphyteuticarium.

EMPHYTEVSIS ciuilis conceſſa perpetuò intelligitur, cum nullum tempus adijcitur. Eccleſiaſtica in tertiam generationẽ iuxta §. Emphyteuſin. Nouell. de non alienan. aut permut. Spieg.

EMPHYTEVTICA actio, Vide, Actio Emphyteutica.

EMPLASTRVM, nunc uulgò unguentum dicitur, ein Salb. Nec quod doctis eſt Cataplaſma, ein pflaſter, ſignificat: tametſi communem ſequutus errorem, qui Germanicè uertit Inſtitut. Iuſtinian. ſic reddidit hoc uocabulum, in §. cum ex aliena. de Rerum diuiſ.

EMPONEMA Græcis, quæ melioratio noſtris dicitur. Et eſt ius quod Emphyteuta adquirit. Primùm enim ſic cœpit contractus Emphyteuticus, ut ſterilia tantum concederentur, in meliorem ſtatũ plantationibus reddenda. Extat uox apud Iuſtinianum in l. ult. C. de Iur. Emphyt. Spieg.

EMPTIONIS uerbo quamcunq; alienationem cõtineri, Alberic. antè monuit, citans l. ſtatuliberi. ad fin. ff. de Statulib. Præterea omnem, quo dominium tranſfertur, contractum. l. ſicut. §. uenditur. Quibus modis pign. uel hypoth. ſol. Idem indicauit, emptionis & uenditionis uocabulis, ueteres uſos indiſcriminatim. l. ueteres. de Act. emp. l. cum apparebit. Locati. Sp.

ERRAT autẽ Accurſius, qui promiſcuè intelligit emptionem pro uenditione: & cõtrà. ut rectè notat Dn. Oldend. Sp.

EMPTIO imaginaria dicitur, quæ ſimulatur, cum in ueritate non ſit emptio. Zaſ. §. item ſi quis. Inſtit. de Action.

EMPTIO ſucceſsit permutationi, inuenta moneta. l. j. de Contrah. empt.

EMPTIO uxoris, quibus olim ſolennitatibus peragebatur, refert Alciatus, enarrans l. pronunciatum. de Verb. ſig. Sp.

EMPTOR, non ſolum qui precio emit, ſed etiam ſi quis uel permutauit, uel cõpenſauit, accipiendus eſt. l. ſciendum. §. pen. ff. de Aedil. edict. l. fin. Ex quib. cauſ. in poſſ. eat. Cætera apud Alberic. Spieg.

EMPTOR familiæ, ſicut alia uetuſta, in uſu eſſe deſijt. meminit eius Iuſtin. in §. Acceſsit. Inſt. de Teſt. ord. Sp.

EMPTOREM pro uenditore, locatorem pro conductore, creditum pro debito quandoq; poni, & quandoq; uice uerſa poni, obſeruatum eſt ab Accurſio l. ij. ad Leg. Rhod. Laur. Valla lib. j. Eleg. & nuper ab Alciato lib. v. Parerg. Sp.

EMPTORI quid redhibitorio iudicio præſtare uenditor debeat, doctè diffuſius'que aliquanto explicat Alexander Neapo-

Neapolitan.cap.j.libri ſexti.Spieg.

EMPTVM & paratũ. Vlpianus de Legat. iij.l. ſiquid earum. inter emptum & paratum docet hoc intereſſe, nẽpe in empto paratum ineſſe: in parato non continuò emptum contineri.Sp.

EMPTVM rogare, pro emere. Id admonuit Alciat.in Parerg.Sp.

E N

ENARGIA, per a, euidentiam & rerum repræſentationem, & ut Cicero inquit, luſtrationem. Energia autem per e, ſcriptum in ſecunda ſyllaba, efficientiam ſignificat. Budæus in Annot. prior. Sp.

ENCAVSTVM cur dicatur librarium atramentũ, Rhodigin. indicat cap.xxxj. lib. vij. Vide C. de Reſcript. & prag. ſanct.Spieg.

ENCAENIA, Eraſmus apud Euangeliſtam uerbũ uerbo reddens, Initialia interpretatur. Sacer apud Iudęos dies, ob memoriam inſtaurati templi, poſt diutinam in Perſide captiuitatẽ. Hæc autem uox non perinde à multis intelligitur ac Dedicatio. Gręca dictio eſt, ab innouãdo, ſiue initiãdo. Latina dicitur hinc, quòd res aliqua toto iure deſtinatur in certum uſum: quemadmodũ nos, dum in Baptiſmo initiamur & innouamur, utiꝗ dedicamur Chriſto, et eius cultui. Hinc translata uox ad conſecrationem templorum, quæ cultui diuino dicãtur. Albericus uocis Encæniorum etymologiam adfert, planè Hugonicã, quam animi cauſa, Eraſmus retulit in Annot.c.x. in Ioann. Scribendũ eſt autem Encęnia, per, æ, diphthongũ: quod κενὸν, per e pſilon, Græcis ſonat inane. Ex Annot. Eraſ.in Ioan.Sp.

ENCHIRIDIA Græcis, qui nobis à pugno Pugillares dicũtur. Ex lib.iiij. Alciati, de Verb.ſig.Sp.

ENCOMION, carmẽ in uictoris laudem editum ad immortalitatẽ, quo ipſius res geſtę magnificę, illuſtri præconio canebantur: quod & Epinicion uocant, id eſt, pręmium & celebritas pro habita uictoria. Alex. de Alex. Genial. dier. lib. j.cap.xxij.

ENDIADIS, eſt quędam figura, Gloſ. ait ſuper uerbo Placitũ & cõſenſus. in §.j.l. j.ff.de Pact. nec explicat. Eſt aũt, dũ ſubſtantiuum in adiectiuum reſoluitur.

ἐν ἔργῳ, id eſt, in re ipſa. Vlpianus l. quod ait. Ad Leg. Iul. de Adult. Et hoc eſt quod Solõ et Draco dicũt, ἐν ἔργῳ. Hanc lectionẽ ut uerã probat Alciat. nec ab ea recedendũ admonet: tametſi altera è Luciano ſit magis elegãs & erudita. Sp.

ἐν πλάτει dictũ, accipiendũ interpretantur Græci, Eraſmo referente, quũ paululum ultra præſcriptum ſignificant eſſe concedendum, prǽſertim in his quæ ſunt humanitatis. Veluti ſi quis pollicitus ſolutionem ad diẽ Auguſti decimũ, reddat poſtridie. Extat in Pandectis noſtris uocabulũ apud Iulian. l. ratũ aũt. de Solut. & liberat. Item apud Vlpianũ, hunc Iuliani locũ citantẽ. l. quo enim. Rem rat. hab. Rurſus in l. pen. de Probat. Sp.

ENODE, quod ſine difficultate eſt.

ENORME damnum, pro immodico prægrandiꝗ uſurpatur: id cenſuræ iudicis relinquitur, Interpretum calculo.

ENORMITATEM ſtipendiorum, dixit Spartianus, pro nimia largitate. Sp.

ENTHECA, uocabulum in Decretis Canonicis eadem penè ſignificatione ponitur, qua apotheca, & horreum, uidelicet pro loco, gazæꝗ repoſitorio. annotauit Beroaldus. Extat & apud Iurecoſs. nempe Vlpian. in §. fin. l. Iuniano. al. Iulianus. & Papinianũ in l.ij. de Fũd. inſtr. Dotes prædiorum, inquiens, quæ Græco uocabulo Enthecę appellantur. Alciat. aliter legit. Haloander noſter Græcè doctiſsimus nihil mutauit. Sp.

ENTHROMISTICA, pro Introniſticis, ſupponendũ apud Iuſtinian. in Conſtit. de Sanctiſs. epiſc. §. ſi quis autẽ epiſcoporũ. Sunt aũt Cathedralia, ut nunc uulgo dicũtur, à Græca uoce ἐνθρονίσειν, quod eſt in ſedẽ ponere, Barbari dicunt inſtallare, quod & Coclæus indicat. Sp.

ENVCLEARE, trãslatè pro declarare & explanare. ut in tit. C. de Vet. iur. enucleã.

ENVMERARI, pro recenſeri, in l. final. C. de Præſcript. xxx. annor. Terentius aliter uſus eſt.

ENVNCIARE conſilia. Lege, Conſilia enunciare.

ENVNCIATIVE, uel narratiuè deduci dicitur, cum ſimpliciter aliqua res, ſine myſterio, ſine pondere, ſine momento deducitur. ut cum dico, Peto à Titio, qui eſt hęres Seij. iſta uerba, Qui eſt hæres, enunciatiua ſunt. Vnde etiam ſi non eſt hæres Seij, tamen procedit libellus.

Caſus eſt, ut aiunt, in terminis, in l. qui familiæ. quem tex. ut ſingularem, ſecundùm præceptorem meum Zaſ. omnes Doctores exclamant. ff. Fam. erciſc. Diſpoſitiuè autem narrata, uim habent & obligandi, & diſponendi cauſam: adeò, ut ea quæ medullas reſpiciũt, mutari, emendari' ue nequeāt, maximè ſi pro reo faciant. Per text. elegantem, in l. cùm precum. C. de Lib. cauſ. Sp.

ENVNCIATVM Ciceroni eſt, quod Dialectici Propoſitionem uocant.

ENIXAE preces, hoc eſt diligentiores, quę cum maiori ſtudio fieri ſolent. Papinianus in l. cum pater filios. ff. de. Legat. ij. in fin. §. filius matrem. Nam, ait, enixæ uolũtatis preces ad omnẽ ſucceſſionis ſpeciẽ porrectæ uidebantur. Sp.

E O

EO, pro intantùm, etiam reperire eſt & apud Canoniſtas.

EO, pro propterea, Paulus de Cõſtit. pec. Non minuetur peculiũ, eo quòd ex ea cauſa obſtrictus eſſe cœperit. l. id quod ſub conditione. Sp.

EO amplius. Hæc uerba & addunt & repetunt, ut Interpretes demonſtrant. l. ſi ſeruus. §. ſi quis ita. de Leg. j. & l. ſi ſit. eod. cum ſimilib. Sp.

EODEM tẽpore facta intelliguntur, quæ diſtant modicè. Sp.

EO ipſo. Verbo hoc Barbatius trãdit denotari Canonẽ latæ ſententiæ: citatq; l. fin. §. ſi poſtquam. uerſ. Eo ipſo quòd inuentarium fecit. C. de Iur. delib. Spieg.

EO loci, pro in eo ſtatu. Vlp. de Iud. l. ſed & ſi. Si ea res, quæ per fideicommiſſum relicta eſt, eò loci ſit, dicendum eſt, non debere præſcribi. Sp.

EO loci, pro eo loco, uel in loco. apud eundẽ, de Nou. op. nunc. l. de pupillo. Qui eò loci operantur. l. cum aliter. Ad S.C. Syll. Quicũq; eò loci faciũt, unde uocẽ exaudire potuerant. Idẽ pro tunc, eò loci uſurpat, in l. hæres. de Iud. Defendere ſe eò loci debebit. Spieg.

EO minus. l. j. Qui teſt. fac. poſs. tum alijs locis.

EO nomine, quo contrahitur, actionem eſſe dandam, Iuriſcoss. exponunt tit. de Inſtit. act.

EO potius, pro eo amplius, uel ea maximè ratione. Sic colligitur, Alberic. ait, è l. item ait Prætor. §. hoc autẽ. ff. Ex quib. cauſ. maior. Sp.

EOVSQVE, pro intantùm. §. illud quęſitum. Inſtit. de Rer. diuiſ.

E P

EPANGELIA dicitur, quũ quis accuſatur, quòd præter leges concionetur, aut rempublicam capeſſat. Ex Cœlio. Sp.

EPHESVS, metropolis Aſię eſt, quę proprię minor dicitur, ad quam Proconſuli neceſſtas impoſita erat per mare applicare, teſte Vlpian. in l. iiij. de Offic. Proconſ. Sp.

EPHIPPIVM. Lege, Parephippius.

ἐπιβάται, milites dicuntur nauibus impoſiti, non ut remos ducant, ſed ut ſtent ad pugnam parati. Latinè Claſſiarij. Bud. in l. j. de Recept. arbit

ἐπιβάτου naues, in dictione Meſonautæ explicant̃: & ibidẽ, q̃d ſit Epibates. Sp.

EPICAIA, indeq; uerbũ Epicaizare, uocabula ſunt inſulſa, quãuis protrita. Nã, ut docet Budæus, potius Epijcia, & Epijcizare dicendum eſt. Sp.

EPICOPI dicuntur remis appoſiti & gubernaculis: uelut Epibatæ Atticis, ſunt in nauibus depugnantes. Quanquam & qui aliena iter naui faciunt, ſic dicantur quoq;: quos Homerus item Emporos uocat. Sp.

EPIDEMETICI, ſunt hoſpitiorum metatores in urbe. Dicti ab ἐπιδημία, in urbem aduẽtu. qua uoce uſus eſt Vlpian. in l. obſeruare. ff. de Offic. Procons. Sanè Iuſtinianus Epidemetica in Aut. Vt nulli iudic. uidetur Alc. teſte accepiſſe pro collatione pecuniæ, quam à ciuibus extorquebant milites, ne in eorum domibus hoſpitarentur. Quã ſignificationem idẽ probat propter l. omnes. C. de Metat. & epidem. lib. xij. Sp.

EPIGONI uocantur ex ſecundis concepti nuptijs: ſicut Progoni intelligũtur, qui ex primis. quanquã eo itẽ uocabulo maiores accipi uidentur, uelut minores uocantur Apogoni. ex Rhod. Sp.

ἐπιεικές, ęquum & bonum eſt. Interdũ ipſa æquitas. Hinc uerbũ, ἐπιεικίζειν, ex fide bona, ex æquo & bono ſtatuere, ex bono & æquo arbitrari, cẽſere, æſtimare, conſtituere. Hinc cõtractus bonę fidei, hoc eſt, æquitatis, nõ ſtricti iuris. Sp.

ἐπιεικές, æquum & bonum eſt. Ariſtoteli lib. Moralium v. non quidem ſimplex æquitas, ſed id quod à legislatoribus eſt emiſſum: de quo tamen ſi interrogati fuiſſent, ſuadente eadẽ æquitate, idem conſtituiſſent.

conſtituiſſent. Sic uidetur Iurecons. bonum & ęquum accepiſſe in l. ſeruum. de Verb. oblig. Quod Budæus indicat. Interdum tamen ipſa æquitas eſt.

ἐπιμελητοῦ, qua uoce Paul. in l. Lucius Titius. de Adminiſt. tut. uſus eſt, iuxta Haloãdri editionem, generaliter ſignificat curatorē. Apud Atheniēſes decē erant hoc nomine, qui emporijs pręſiderent, curarētq; in uſū ciuitatis triticū deferri. Vide Alciat. cap. xxix. lib. Parerg. ij. Sp.

EPINICIA, à nobis cantica ſolennia, ob ſecrationesq; ob partam uictoriam dici poſſunt. ex Bud. Spieg.

EPISCOPI, & Ephori Græcis ſunt, quibus non ſolum oculis luſtrãdi poteſtas, ſed etiam prouidentia et cognitio mandata eſt: à qua ſignificatione Epiſcopi Antiſtites dicuntur: quod uocabulum ſi latinè transferre quis uelit, non uerius Speculatorem, ut Budæus cenſet, quàm inſpectatorem uocarit. Fit mentio Corepiſcorum in decretis Canonicis, diſt. lxviij. cap. quamuis. et ſeq. quos opinatur Eraſm. uicorum ac pagorum ſacerdotes appellatos: ſcribēdūq; Chorepiſcopos, quòd χώρα Græcis interdum rus aut agrum declaret. Eſt autē Apoſtolis uſus epiſcopi & presbyteri uocabulis ut genericis. Quod quàm multos, qui id non animaduerterunt, multis difficultatibus inuoluit: ſicut & diuum illum Hieronymum, quod mirari poſsis, omniū orthodoxorum eruditiſsimum, ſi Pighius uera ſcripſit ſub fin. lib. ij. Eccl. Hierarch. Liber eiuſdem operis v. cuius, quam in eo tractat de Regno & Sacerdotio, materia, nobiliſsima Interpretū noſtrorum mirè exercuit ingenia, negligēdus non eſt ei, qui uerè iuriſconſulti nomen aliquando ſibi imponi cōtendit. non quidem ut omnia probet, ſed potius ut notet carbone nō pauca conuicia, quibus adulator ſpiritu tam pręclaras Chriſti gloriā ſpirantes animas impudētiſsimè aſperſit. Principale uerò epiſcopi munus eſt, ut diuina doceat: q̄d Paul. ad Titū ſcribit, nō ut lites dirimat. Vnde Hoſtien. & Abbatis rectè exploſa ſentētia eſt, qui c. j. de Conſang. dixerunt, præferendum Canoniſten Theologo in ea ciuitate, in qua plurimę eſſent iudiciales controuerſiæ explicandæ. Licet hodie id non faciant: ne ſit eis cōfuſio & ignominia, Ieſum crucifixum, pauperem & eſurientem, fartis prædicare corporibus, & ieiuniorum doctrinam, rubentes buccas, tumentiaq; ora proferre eccleſiæ Principes. xxxv diſt. Arcadius Iuriſconſ. Epiſcopum intelligit in l. final. §. Irenarchę. ff. de Munerib. pani, & cęteris uenalibus pręfectum, quæ ad quotidianum ſpectent uſum. Quòd autem Epiſcopus hodie præſes ſit ſuæ ciuitatis & territorij, dictum eſt Baldi, ut uolunt, elegans, in l. ſiue pars. in fin. C. de Dilat. Vnde exactiſsimam in cuſtodiendo territorio ſuo, & facinoroſis deprehendendis diligentiã præſtare debent: niſi obijci ſibi uelint id, quod priuatis dominis uſuuenit: ut iubeat̄ carere ædibus, quas nolit defendere. l. hoc amplius. in princip. de Dam. inf. Spieg.

EPISTALMA, id eſt, commiſsio Principis, per mandati ſubſcriptionem facta. Alc. in l. pactum. C. de Pact.

EPISTOLA, uocabulū origine Grecum, nemini non latinorū notum. ut latini ab elementorū multitudine literas, ita Gręci ab emittendo epiſtolas nominauere, ἐπιςέλλω enim mitto ſignificat: ſic ἀποςέλλω nuncio. Vnde apoſtolus nuncius. Ab epiſtola diminutiū Epiſtolium. Catull. Conſcriptum hoc lacrymis mittit epiſtolium. Et quia ςέλλω nō modò mitto ſignificat, ſed etiam orno, inde ſtola corporis ornamētum, teſte Io. Petr. Valla interprete Plautino. Extant de earum ratione conſcribendi, libelli uulgati, elegantes. At non æquè nota, quæ uis Epiſtolæ, quæ fides ei adhibenda, requiratne etiam ſignū mittentis, diem & conſulem, tum pleraq; alia quæ in conſiderationem Epiſtolaris rei ueniunt, nec inutiliter à noſtris Interpretibus differendo deducta ſunt in l. nuda. ff. de Donat. in l. Lucius. de Fideiuſs. ubi inueſtigatur, quam uim obligandi habeant, quæ uulgò uocantur literæ Credētiales, in l. cum tabernã. §. idem quæſijt. de Pig. l. public. Depoſiti. C. de Probat. l. nō epiſtolis. Aut. ſi cōtractus. C. de Fid. inſtr. d. l. cum tabernam. §. j. An literæ commendatitiæ obligent, in l. fin. C. de Pig. act. Magiſter practicæ tit. de Actore. uerſ. item repellitur credere. Eſt uerò Epiſtola abſentibus id, quod ſermo pręſentibus: imò qui mittit alteri literas, intelligitur præſens præſenti loqui. Bartol. in l. nuda. de Donat. Aſtipulatur l. ſi per

per procuratorem. ibi, uelut præſentis. de Procurat. Sp.

EPISTOLA diui Adriani fideiuſſoribus amica, non extat: ſententia tamen eius habetur in l. fin. C. de Conſtit. pec. §. ſi plures. Inſtit. de Fideiuſſor. Lege, Beneficium epiſtolæ diui Adriani. Sp.

EPISTOLA falſa uel inanis reperta. l. quidam. ff. de Dolo.

EPISTOLA Ioannis Rom. Pont. eius nominis xj. quæ ſub titulo de Sũma trinitate, in Iuſtiniani Codice ſita eſt, ſuſpecta multis doctiſs. uiris habetur. contrà Alciatus de ea non uult heſitandum eſſe. cap. xxxiij. lib. iiij. Parerg. Sp.

EPISTOLA ſibi aliquem cohæredem cauere, apud Vlpian. ff. de Pactis.

EPISTOLAM emittere. Scæuola in l. alimenta. ff. de Alimen. legat. Epiſtola etiam, inquit, emiſſa ad ordinem ciuitatis unde oriunda erat.

EPISTOLARES uiri deuoti, apud Iuſtin. in l. fin. §. in his autem. C. de Tem. appell. Opinor horum refere ſpeciem qui nunc apud Conſilia (ut uulgò uocant) Iuſticiæ, in ſummorum aula Principum Actis ſcribendis prępoſiti ſunt, Des hofrhats Secretarien.

EPISTOMIVM, foramen eſt, per quod aqua defluit ex concha, labro, uel cratere. Vlpian. l. fundi. de Act. empt. Caſtella plumbea, opercula puteorum, epiſtomata. Nebriſs. Hic non tantum, ſed & alibi deprehenditur Nebriſs. uulgatos ſequutus eſſe Codices. Nor. tex. Putealia habet. & hęc uerba, Opercula puteorum, Budæus exiſtimat in textũ addita epiſtomia. Alciatus, ut eſt in Nor. quoq; textu, citat in Parergis, quam ait uulgò uocari ſpinas. Budæus uerò in Annot. ad d. l. ἐπιςόμιον, inquit, Græcũ eſt, quaſi oris obturaculũ dicas. Hoc ad hauriendum, ad quotidianũ uſum uinũ in hypogeis utimur, Fontem appellantes. Sp.

EPITHESIS. Vlpian. l. Lex Cornelia, in fin. de Iniur. Eadem pœna ex S. C. tenetur is, qui epitheſim, aliud'ue quid, ſiue ſcripturam in notam aliquorum produxerit. Eſt Epitheſis inſcriptio quædam appoſititia, in cõtumeliam fraudem'ue alicuius facta. Sp.

EPITHECA Græcis eſt, quod dos Romanis: Vnde prædiorũ epithecæ apud Iuriſprudẽtes, quas Rapinianus impoſitiones interpretãtur: quamuis pro epithecis, uicioſe legitur eotici, ut & apud Vlpianũ. Lege cap. xiij. lib. xxij. Lection. antiq. Rhodigin. Sp.

EPITIMIA, apud Modeſtinum in l. ſcire. de Tut. & curat. Sic enim legendum. Nam Interpres, ut Scholium Haloandri indicat, Græcam uocem reliquit, quam Alciat. exponit pro illabe facta nominis honoriſq; ſui fama, Nyemants noch teylig an ſeinem glympff vnnd eeren. Accurſius Etymio legit, & uoluntatem teſtatoris interpretatur. Sed mentem Iuriſcons. non ſatis percepit, quam idem eleganter explicat lib. Parerg. ij. Sp.

EPITOME, es, uel Epitoma, atis, breuiarium interpretaĩ, ubi ſcilicet res in compendium rediguntur. Vlp. l. an inutilis. de Acceptil. Epitomat. inquit, liber Labeonis. Nebriſs. At Budæus in l. qui leuandæ. ff. ad Leg. Rhod. de Iact. annotat inualuiſſe peruerſa conſuetudine, ut Epitoma neutro genere dicaĩ. Id aũt nec analogia, nec uſu, nec autoritate doctorũ defendi poſſe: errore uero eorũ inductum eſſe, qui epitoma, ut epithema & anathema, & ſimilia dici putauerũt. Sp.

EPVLONES. Lege, Septemuiri.

EPVLVM, conuiuiũ eſt numeroſis ciuibus exhibitũ, uel in honorem deorum, uel oſtentationem magnificentię, aut in funere parẽtali. Iuriſcons. de Leg. in quadam, l. ad munus. Vel ſi Epulũ, inquit, relictum fuerit. Nebriſſenſis.

E Q.

EQVESTRIS dignitas. Vide l. j. C. de Equeſt. dig. lib. xij. Ea inter patres et plebem fuit. Seuerus imperator conſueuit equeſtrẽ ordinẽ appellare, Senatorũ ſeminariũ. iudicãdi ius aliquãdo habuit, unde Equites iudices appellati. Deinde autoritas nominis uario ſeditionũ euẽtu ſubſtitit circa publicanos lege Roſcia ius ſedẽdi in quarto decimo gradu theatri habebãt. Et quia gerendorũ annulorũ autoritatẽ tenuerũt, illuſtres ab Hiſtoricis appellati, olim ſexcẽti numero fuere. lege Catanęum in prin. Comment. v. Spieg.

EQVESTRIS facultas, cẽſus equitum Romanorum, qui quadringentis millibus nummum (nam idem id eſt) conſtabat. lege Catanęum Comment. j. Budæum in l. ult. ff. de Senat.

EQVI appellatione nõ continetur pullus. l.ſed addes. §.ſi quis mulierẽ. ff.Locati.

EQVIENS mula, quę equum appetit ut creditur.

EQVIMENTVM, merces quæ datur pro admiſſura equi. Sp.

EQVISO, domitor equorum, uulgò Parafrenarius: tametſi priſci equiſones uocabant omnes, quibus alicuius rei regimen committebatur. Sp.

EQVITABILIS locus, in quo facile equi in ambulare poſsint. Steph. Rob.

EQVITIARII, qui equitijs pręſũt uel curant, quibus affines uel Mulomedici hab entur, dicit Cœlius.

EQVITES cur dicti, quæq́ ad eos pertinent, latè, docteq́ explicat Alex. Neapolit. lib. ij. cap. xxix. Attigit etiam Alciat. enarrãs l. plebs eſt. de Verb. ſig. Budeus item in d. l. ult. de Senat. Sp.

EQVITEM etiã appellamus eũ, qui uel aſino, uel mulo, uel camelo inſidet, nedum equo: monuit & antè Apel. B. Auguſt. cap. iij. lib. de Ciuit. Dei. Eques, ait, non homo et equus, ſed ſolus homo eſt, At Gellius, Marcellus, Macrob. et Seruius, docẽt equitẽ pro equo accipi, teſtimonio tũ Ennij, tũ Virgilij. Macrobius, omnes, ait, antiqui ſcriptores, ut hominem equo inſidentẽ: ita et equum quum portaret hominem, equitem uocarunt: et equitare non hominem tantum, ſed & equum quoque dixerunt. Sp.

EQVITES aurati, quos nos Ritter appellamus, & per errorem uulgò Milites uocant: in Equitũ Romanorũ ſucceſſere locũ, de quib. lib. xij. C. de Equ. dig. Nã ut olim Romani EQ. aureis annulis à plebe, ſic noſtri iã aureis, à reliqua nobilitate, calcarib. diſtinguuntur. Vulgaris Nobilitas aurũ nunc uſurpat, poſtquam uirtus in precio deſijt eſſe, quæ una præſtare oportuit. Adde quæ de his pulchrè ſcripſit Viglius in Rubr. Inſtit. de Teſt. milit.

EQVITIVM, equorum armentum. Vlpian. Equitij uſu legato, uidendum, an & domare poſsit, & ad uehendum ſub iugo uti. Equitiarij, equorum moderatores. Differt autem Equitij legatũ, à legato equorũ. l. equis. ff. de Vſur. §. ſi grex. Inſtit. de Legat. l. plenum. §. equitij. ff. de Vſu & habit. Sp.

EQVVLI, id eſt, parui equi, in. §. in pecudũ fructu. Inſtit. de Rer. diuiſ. Sic equula apud Varron. Nemo eſt tam negligens, qui ſumma diligẽtia eligat aſinum qui faciat equulam.

EQVVS militaris. l. officiũ. ff. de Re milit.

E R

E re, id eſt, ex utilitate, uel ex præſenti materia, ut Alciatus exponit. Apud Haloand. ſic incipit, l. j. ff. Si cert. pet. quum receptior lectio habeat, Bene eſt, quam & ipſe Alciat. probat. Sp.

E Repub. id eſt, pro Reipub. utilitate, uel in commodum Reipub.

ERANIA pecunia quid, & corruptè hactenus heroſa apud Iuriſconſultum in l. creditor. de Solut. lectum eſſe, Alciat. oſtendit elegãti cap. xxv. lib. Diſpunct. ij. Catanæus apud Plinium ſecundum, uocẽ Eranos, interpretatur Exactores collationum: dicens ſic Pollucem, Athenæum, & eos ſecutum Hammonium interpretari. Sp.

ERASI, quos uulgò extra ſtatum poſitos dicimus. Die jrer eeren oder ämpter entſetzt ſeind. Ex Budæo & Catanæo. Plinius in Panegyrico: Datũ eſt ijs, inquit, qui poſt edictũ tuũ, in locũ eraſorũ ſubditi fuerant, æquatiq́ ſunt cæteris, illi etiam quibus non erat promiſſum: id eſt, Budęo exponente, Delectorũ è numero eorũ, qui accipiebãt congiariũ. Sp.

ERCISCERE, pro diuidere, ex Feſto notum eſt. Iudicium de hęreditate inter cohæredes diuidenda, cur id nominis obtinuerit, plurib. docet Riual. in xij. Tab. interpretatione. Sp.

ERCISCI, uerbum antiquum eſt, et ſignificat Sex. Pomp. diuidere: fortè ab arceo es, deriuatum: quod in diuiſione hęreditatis altera, uel utraq́ pars ab altera arceatur, id eſt, ſeparetur. Hinc dicunt Iouem Ercium, quòd arceat à nobis mala. Zaſ. §. quædam. Inſtit. de Actionib. Accedit Pontanus, lib. j. de Aſpirat. quum ait, At Erciſcundus, quam uocem apud Iuriſcoss. ſępius reperies, quem alio nomine penetralem Romani uocabant, aſpiratione caret. Ercium enim antiqua dictio, unde Erciſcundum dici uolunt, à coercendo tracta eſt. Vnde Ioue Erciũ puto dici, quòd malè crederetur arcere. Alij a b ἑρκίζειν, quod interſepire & diuidere ſignificat, deduci contendunt: ideoq́

ideocꝫ aſpirandum dicũt. His Oldend. ſubſcribit. Accurſius uocis huius uim ignorauit. Spieg.

EREMODICIVM eſt, quãdo reus damnatur ex eo, quod in iudicio non comparuit: quaſi deſolatum, ſiue deſertum ſit iudicium, propter rei abſentiam. ἔρημος, ſolitudo Græcè uocatur. Nebriſ. Eſt enim iudicium apud Iuſtinianum, quum altera parte abſente fertur ſententia. Contra quod reſtaurationem plerunque dari Leges uoluere. Vide poſt Vlpian. in fin. l. ait Prætor. ff. de Minor. Deſerta cauſa. & Alex. Neapol. cap. xv. lib. iiij. Sp.

ERGA Deum religio. Inter exempla Iuris gentiũ, id eſt, Iuris ueré naturalis, à Põponio in l. ij. de Iuſt. & Iur. refert: quod Oldend. ſingulariter obſeruauit. Sp.

ERGASTERIVM, officina eſt ubi ab artifice aliquod fit opus. Nam ἔργον, opus denotat Græcè, ſiue officium. C. de Epiſc. & cler. l. omnis. Ex ergaſterijs inquit Imp. & tabernis conquirere potuit. Item lib. xj. de Epidem. & metat. l. in quælibet ergaſteria, quæ mercimonijs deputantur. Papin. de Via publ. l. Aediles. Vt ante ergaſteria nihil proiectum ſit. Nebr.

ERGASTVLVS, qui & Ergaſtularius, cuſtos carceris. Quamuis & Ergaſtulum pro eo eſt reperire, qui damnatus fodit. Plinius: Coli rura ergaſtulis, peſſimum eſt, ut quicquid agitur à deſperantibus. Ergaſtulum, inquit Bud. locus in quo mancipia deteriora in uinculis opus facere cogebãtur, ut metallarij ſerui ſolent. Pomp. Iuriſconſ. Qui'ue domi erant uincti, qui'ue in ergaſtulo cuſtodiebantur. Sp.

ἐργολάβοι, operarij ſunt. Græca dictio, reperitur in l. unica. C. de Monopol.

ERIPERE, eſt de manibus auferre per raptum. Eximere, quoquo modo auferre. Pompon. autor l. ſed eximẽdi. Ne quis eum qui in ius uoc. Sp.

ERIT, interdum præteritum tempus demonſtrat. l. uerbum erit. de Verb. ſig. ut ſi in teſtamento dictum ſit, Quod in codicillis ſcriptum erit, uel quod quibuſque tabulis reliquero, ualere uolo. Intelligentur hæc uerba, cum moriar, quodcunque codicillis uel tabulis reperietur ſcriptum, ſiue ante teſtamentum ſcriptæ ſint tabulæ, ſiue poſt. Sp.

EROGARE, impendere, diſtribuere. Paulus in l. ciuitatib. de Leg. j. nihil ex teſtamento uidetur capere, qui tantum erogat, quantum accipit.

EROGARE per partes, in l. quædam. ff. de Edendo. Apud Apuleium pro ualde rogare. Pijs, inquit, precibus erogatus, Erbetten. Sed Exrogare, eſt ex lege uetere aliquid eximere per nouã legem. tradente Feſto. Sp.

EROGATIONEM in honorem filij facere, apud Scæuolam l. fin. ff. de Petit. hæredit. Spieg.

ERRANS, dubitans, ignorans, titubans, quib. modis diſtent, tradit Bart. in l. qui teſtamento. ff. de Teſtam.

ERRARE, eſt aliud pro alio putare. Vide Azon. in Sũ. de Iur. & fact. ignor. Hinc errantis nulla uoluntas eſſe cenſetur. l. ſed & hoc ita. ff. de Aqu. pluu. arc. l. ſi per erronem. de Iuriſd. om. iud. Hinc uulgatum illud, Qui errat, non conſentit. Spieg.

ERRARE, & fugere iumentum, non tamen erronem, aut fugitiuum eſſe, dici poteſt, colligitũ ex fin. l. penult. de Aedil. edict. l. error.

ERRATVM eſt, quod conſultò admiſſum non eſt, minuſcꝫ quàm uitium ſignificat. Idem etiam quod mendum, error denotat.

ERRONES, uagabundi ſerui & fugitiui. nobis Störtzer. ſic enim interpretatur Vlp. tit. de Ser. fugit. Quanquam Arrianus de Re milit. l. qui cum uelit erronis crimẽ in ſeruo leuius eſſe, quàm fugitiui. Inde Labeo puſillum fugitiuum erronem appellat: ut ex diuerſo, magnum erronem. In ſumma, Erro eſt, Cataneo etiam diligentiſsimo & doctiſſimo Grãmatico indicãte, qui non equidem fugit, ſed frequenter ſine cauſa uagatur: & temporibus in res nugatorias conſumptis, ſerius ad dominum redit. §. erronẽ. l. quis ſit fugitiuus. ff. de Aedilitio edicto. Hinc Columella erronem apum ducem cenſet, detractis alis uelut quadam compede, domi retinendum. Spieg.

ERROR, pro uagatione apud Vlp. cum de ſeruo corrupto loquens, Aut amator exiſteret, ait, uel errori, uel malis artibus eſſet deditus. in fin. l. j. ff. de Ser. corr. Interpres

terpres non intellexit hunc locũ: ut expoſitio eius declarat. Sp.

ERROR & Dubitatio paria ſunt. Doct. in l. fin. C. de Condict. indeb. l. fin. §. ſi autem neſcius & dubitans. C. de Furtis. À Celſo tamen in l. quod non ratione. ff. de legib. Error accipitur pro uago alicuius uſus incepto, quod certam ęqui & boni rationem non habet. Nam Errare inter alia ſignificata, ponitur pro uagari & diſcurrere: ſicut & Coerrare apud Iuriſcos. de Offic. pręfec. uigil. Sp.

ERROR computationis citra prouocationem corrigitur. Verbum eſt Macri, in l. j. Quæ ſent. ſine appellat. reſcind. Sp.

ERROR iuris, à Iudice contingit uel per theſim, id eſt, generali deciſione, generalibus uerbis: uel per hypotheſim, id eſt, per indiuiduum: cum perſonę & cauſæ nominantur. Theticus ipſo iure nullus eſt: Hypotheticus, ſiue ſuppoſititius, licet ſit iniuſtus, tamen non eſt nullus. Iſta tractantur in l. ij. C. Quand. prouoc. non eſt nec. & in l. j. poſt princ. ff. Quæ ſent. ſine appel. reſcin. Obſerua, quod & Error iuris, facti nomen recipit. Quatenus enim error, ius eſt: factum autem, quod in alio quàm ueritate ipſa conſiſtit. Sp.

ERVBESCIMVS, id eſt, pudore afficimur, cum quid ſine lege dicimus. In Aut. de Trient. & ſem. §. conſideramus.

ERVDERARE, eſt repurgare, rudusq́;, hoc eſt, comminuta fragmenta dirutorum ædificiorum auferre. Sp.

ERVERE, pro detegere apud Vlpian. in §. ſed ſi ſeruus. l. inde Neratius. ad Leg. Aquiliam.

E S

ESCVLENTVM, quod edi poteſt. Modeſtin. de Offic. præf. Niſi eſculentum, poculentum'ue, quod intra dies proximos prodigatur. Sp.

ESSE, cum genitiuo poſitum, aliquando nec ineleganter ſignificat pertinere, uel officium, & partes eſſe alicuius. Pedius, de alien. iud. cauſ. l. non ſolum. Hæc, inquit, actio in id quod intereſt competit. Proinde ſi res non fuit petitoris, id eſt, ut rectè Gloſ. exponit, ad eum non pertinuit, ceſſat iudiciũ. Alia uulgata ſunt. Sed & Eſſe, prouenire, uel uendi, apud Iuriſcoss. opinor me legiſſe. Sp.

ESSE, ad ueritatem referri, Paul. demonſtrat. l. hæc uerba. de Verb. ſig. Sp.

ESSE, pro eſſe fingi intelligendum, ubi ſubſtantiuè ueritas demonſtrari nequit, Baldi doctrina eſt, Interpretum calculo probata. in l. quæ fortuitis. ff. de Pignor. act. Spieg.

ESSE cum aliquo teſtamenti factionem, id eſt, talem eſſe, qui poteſt inſtitui. Inſtit. Quib. non eſt permiſ. fac. teſtam. §. teſtamenti autẽ. & inſtit. de Hęred. qualit. & differ. §. in extraneis. Sp.

ESSE, pro manere, in l. ſi patronus. ff. de Concub. tum alijs locis. Sic Cicero ad Atticum: Tu quidem & amicè & prudenter ſuades, ut in ijs locis ſim potiſſimum, quoad audiamus hæc quæ commota ſunt, quorſum euadant. Sp.

ESSE in poſſeſsione, & poſsidere, diuerſa ſunt. l. ſi quis autẽ. §. j. de Acquir. poſs. l. Prætor ait. §. eum. de Dam. inf.

ESSE talem, & haberi pro tali, diuerſa ſunt. l. mercis. & ibi Gloſs. de Verb. ſig. Bart. in l. maritus. ij. §. legis Iuliæ. ff. de Adult. Spieg.

ESSE in uita, eſt inter ſuperſtites adnumerari. Nam Eſſe quoq́;, pro uiuere eleganter uſurpatur. Cic. Nec enim dum ero, angar ulla re.

ESSEDARIVS, qui eſſedam regit. uehiculi id genus eſt, apud Belgas repertum.

ESSENTIALIA rei dicuntur, quæ ab ea cuius ſunt, ſeparari nequeunt. Salom. in l. Gallus. Spieg.

ESSENTIAE nomen, à pleriſq́; deuitatur, quamlibet ſit frequens in ore theologorum, ac philoſophorum. pro eo'que habent Græce οὐσίαν: qua uoce alicubi Vlpian. eſt uſus. Sed enim ſi Macrobius bonus autor dicendi haberi poteſt, hic etiam in Somno Scipionis, eſſentiæ nomine eſt uſus. Donatus Grammaticus deriuat à uerbo Sum, hæc Gerũdia, eſſendi, eſſendo, eſſendũ. Verum doctiſſimi quiq́; hanc deriuationem non probant. Vide Obſeruat. Inſulanicas. Sp.

EST, non ſolum præſens tempus, ſed etiam præteritum complectitur. l. uerbum erit. de Verb. ſig. quamuis propriè præſens notat, demonſtrationemq́; continet. l. inter ueſtem. §. item ſcribit. ff. de Aur. & argent. leg. Vide Gellium libr. xvij. cap. vij. & Alciat. in d. l. erit. Spieg.

ESTO aduocatus iuuenis, & medicus, ſenex: prouerbiale eſt, cuius rationem ſingulariter

gulariter explicat Alciat. cap. xxj. lib. x. Parerg. Sp.

EST rationis. Hic modus dicendi apud Iuriſcoss. frequens reperitur. Martianus de Hæred. inſtit. Quæ rea fuerat eiuſdem criminis poſtulata, rationis eſt: pariter de bonis eorũ, qui ante ſententiam mortem ſibi cõſciuerint. Vlpian. Quando dies Legatorum, quæſtionis eſt. & idem de Fideicom. libert. Papinian. de Collat. dot. Paulus de Aqua plu. arc. dixit, Conſuetudinis eſt. & de Verb. obligat. Dubitationis eſt. Modeſt. de Donat. Summæ æquitatis eſt. Sp.

E T

ET, pro, id eſt, in §. ſed iſtæ. ibi. cùm dicitur. Et ſi quæ ſint ſimiles. Inſtit. de Act. Huius particulæ uis propria eſt, ut coniungat. l. ea tamẽ adiectio. de Leg. iij. tametſi hoc non ſit perpetuum. Eſt enim, ubi & pro uel, diſiungit: & alijs modis accepta, cùm diſpoſitionẽ, tum ſententiam uariat, ut latiſsimè proſequitur Alber. Attigit Bart. l. j. de Pact. l. non ſolùm. ff. Sol. mat.

ET à te Seia peto, ut quidquid ad te ex hæreditate mea peruenerit, exceptis his quæ tibi ſuprà legaui, reliquum omne reddas & reſtituas Meuię infanti dulciſſimæ, à qua Seia ſatis exigi ueto: cũ ſciam, eam potius rem aucturam, quàm detrimento futuram. Vide Scęuolam in l. uxorem. §. fin. de Legat. iij. Sp.

ET domus eam partem, in qua morari conſueuimus. Scæuola declarat, de Legat. iij. l. uxori ſuę in prius. Sp.

ET peracto quinquennio cũ eius uſusfructus eſſe deſierit, tunc eum fundum illi & illi libertis dari uolo. l. uxori uſumfructum. ff. de Vſu & uſufruct. Sp.

ET cętera. Sunt qui plurimum referre putent, extenſim hæc clauſula ſcripta ſit, an præſcriptis notis, &c. Quod Alc. ridiculum arbtratur, refertq; dictionem Cętera, deductam à Græco καὶ ἕτερα, id eſt, & alia. Et ideo cum abbreuiationis cauſa apponitur, eius uirtute cẽſeri alia repetita, quę ex natura & cõſuetudine actus requirebantur. Spieg.

ἑταίρας Græci amicas uocant, quæcunque ſcilicet ſcortilla, etiam ignobilia. Concubinæ nomen paulo honeſtius olim Amicę, ut quæ extra Legis pœnam & ſine metu criminis habebantur. Meretrices uerò, quæ palàm & pluribus ſe accepta pecunia miſcent. Alciat. de Verb. ſig. Vide ſuprà, Concubinæ appellatio.

ETHOLOGI, morum ſunt effictores, affectuumq; cuiuſcũq; perſonæ. Bud. in Annot. pr. Alias Ethopœi. Hinc Ethopœia, morum alienorum imitatio.

ETIAM, particula conſentientis eſt. Iuriſcons. de Verb. oblig. l. j. Et reſponderit, quidni? etiam. Nebr.

ETIAMNVM, pro adhuc. Vlp. tit. Arb. furt. cæſ. l. item. Etiamnũ reponi poteſt. Nebr. Aliqua exemplaria, etiam nũc habent, ſuffragante textu Nor. quod ſignificat, pro uſq; nũc, uſq; ad iſtud tempus. Etiamnum, ponitur pro uſq; tunc, uel uſque ad id tempus. Sp.

ETYMOLOGIA, uerborum eſt explicatio, id eſt, qua de cauſa quæque eſſent ita nominata. ut ait Cicero j. Acad. Si propriè uocem hanc, Dn. Oldend. ait, latinitate uolueris donare, ueriloquium appellabis. Cicero in Topicis, à notatione nuncupat. Ariſtoteles Symbolum dicit. Etymologia non uerbi ſolum, ſed etiam rei de qua quæritur, ueram interpretationem ſequitur. Quamobrem ſpecies finitionis cenſenda eſt meritò. Cæterùm cum naturam ſuam ſeruat Etymologia, argumentum ab ea affirmatiuè ſumptum, ualere negant. Negatiuè uerò, efficax eſſe. quia à quo remouetur genus, ab eo & quælibet ſpecies remouetur. Exempli cauſa: Fur à ferendo, id eſt, contrectando dicitur: uerum erit, ſi dicamus, Res non fuit contrectata, igitur in ea furtum factum non eſt, & id pro regula proditum eſt: quæ tamen non procedit, cum ratio uocabuli aliud inducit, ut exemplis demonſtrat Alc. in l. taberna. de Verb. ſig. Sp.

E V

EVADERE. uerbum Vadò, cum compoſitis, dici ſolet in re iniuſta, aut difficili. ut, Vadimus immixti Danais haud numine noſtro. Inde Donat. Euadere. dicit eſſe, per obſtãtiam & difficultatem uenire. Sp.

EVAGARI, non eſt idem quod uagari. Contractius enim eſt, diu uagari in Emanſore, quàm per prolixum tempus euagari: quod eſt Deſertoris. Vide Modeſt. in l. deſertorem. de Re milit. Spiegel.

EVANE-

EVANESCIT actio, id eſt, intercidit. in §. j. l. cum fundus. Si cert. pet. Item Euaneſcere actionem autoritate Iuris, remitti actionem uoluntate domini. l. qui iniuriæ. §. ſi ſeruus. ff. de Furt. Sp.

EVANGELIVM, pro præmio accipi, q̃d dari ſolet lætum adferenti nuncium, & noſter Zaſ. alicubi indicauit. Propriè autem Græcè ſonat, bonum nuncium. At non pro quocunq; bono nuncio ipſum accepit Chriſtus, ſed pro nuncio redemptionis et ſalutis noſtrę ęternę, quo per Apoſtolos exhilarauit & impleuit orbem terrarum. Quidam citant è l. falſus creditor. ff. de Furt. hęc uerba: Quid ergo, ſi quę Græci Euangelia dicunt, petant? Sunt tamen, qui hoc loco μλώυςρα legendum exiſtimāt, hoc eſt, indicium, uel præmium. Haloander neutrū agnoſcēs, legit γύιτρα, interpretaturq; inuentionis præmia. Sp.

EVANGELISTARVM, Euāgeliorūq; meminit Imp. in Autent. Iuſiurād. quod præſt. ab his. Bald. docuit in c. poſt trāſlationem. ext. de Renunc. Euangelium recipere interpretationem, nō quidem ſingularem, & ſectariam, ſed quæ ad cōmunem ſententiam Eccleſiaſticæ traditionis accedit. Hęc eſt enim ipſiſsima rectæ intelligentiæ ſcripturarum amuſſis, ſecundum Pighium iiij. cap. lib. j. Hierarch. Eccleſiaſt.

EVCHARISTIA, quam Latini Miſſam uocant uulgari appellatione, docti gratiarū actionē erant uocaturi: ſicut Græci Euchariſtiam. Certè Dominica ſolennia noſtros uocaſſe, Tertullianus teſtis eſſe poteſt.

EVCTERIA, loci in quibus orationes, actaq; prouinciarū cōtinent̄. Alciat. in l. immunitatis. C. de Agricolis et cenſitis. lib. xj.

EVECTIONES, quo uocabulo Impp. utunt̄. C. de Curſu publ. lib. xij. diplomata dicunt̄: pro quo Græcè ſynthemata legimus, id eſt, teſſeras. Bud. ibid. Spieg.

EVENIT, imperſonale, pro ita cecidit.

EVENIET, pro continget. Vlp. §. j. l. j. de Seru. corrupt. Eueniet, ut duobus actio ſerui corrupti competat: quod eſt abſurdum. Sic etiā accipitur in §. eſt & aliud genus. uerſ. Sed primus. Inſtit. de Don.

EVENTVM, Cicer. in Rhetoricis, cuiuſcunq; negotij finē diffinit, à quo ſæpenumero res iudicantur: quo nihil iniquius eſt. ſiquidē euentū in manu ſtultorū uerſari, magni autores tradiderūt, tametſi ſpectandus ille eſt. ut Imp. cēſuit in Aut. facta. §. euentus. de Pœnis. l. nō nouā. C. de Iud. & Euētus declarat l. ordinata. ff. de Lib. cauſ. Si euētū fraus habuerit, in l. ait Prætor. ff. Quæ in fraud. cred. pro eo q̃d eſt, ſi fraude actū fuerit. Nam ut Lucretij teſtatur carmen, Euentum dici poterit, quodcūq; erit actū. Sp.

EVENTVM expectare. l. pen. in fin. C. de Procurat.

EVENTVS aūt, in Iure noſtro multa cōplectitur, metū ſiue uim, errorē, dolum, culpam, & caſum fortuitum. Vide Apellum cap. vij. de Circumſtantijs. Spieg.

EVENTVS mortalitatis, pro caſu mortis apud Vlp. de Offic. Præſid. l. illicitas. §. pen. Catanæus ante nos, in Commentario in Plinianas epiſtolas, admonuit Iuriſcoſſ. frequenter uſurpare mortalitatē, pro morte. Vide & Mortalitate. Sp.

EVERRIATOR dicitur, qui accepta hæreditate, iure iuſta facere defuncto debet: quæ ſi non fecerit, ſeu quid in ea returbauerit, ſuo capite luat. Vide Feſtū.

EVERRICVLVM, & Verriculum, rete eſt piſcatorium, à uerrenda aqua ſic appellatum. Vlp. in l. iniuriarum. de Iniurijs. Si quis me prohibeat in mari piſcari, uel euerriculum (quod Græcè σαγλώη dicitur) ducere. Spieg.

EVERTERE patrimonium domini, eleganter dictum ab Vlp. in l. j. ſi fam. furt. fec. dic. pro ſpoliare dominum patrimonio. Idem uenuſtè quoq;, euertere uſurpat pro deſtruere, in fi. §. pen. l. ij. ſi quis caut. Sp.

EVERSIO totius domus. Paul. in l. ult. de Offic. præſid.

EVESTIGIO, pro continuò, ſiue ſtatim. Scęuola in l. diuortio fact. de Neg. geſt. Nō, inquit, eueſtigio in officio deliquit. Nebr. Alberic. indicat eſſe præpoſitionē cum caſu, reclamāte ueterū ſcriptura.

EVICTA hæreditate, legata reddi. Vide Caium l. quòd ſi poſſeſſor. ff. de Petit. hæred. Sp.

EVICTIO, eſt aut rei emptæ, aut alia ex honeſta cauſa acceptæ, iudicis decreto interpoſito, abductio, uel amiſsio. ff. de Euict. l. euicta. §. j. Et ad ea uenditor tenetur, etiamſi nihil ſpeciatim de ea conuenіſ-

ueniſſet. Etenim oportet, rem accipientis faciat. C. de Euict. Sp.

EVIDENS, proprie quod apertum eſt, et ſemper apparet. l. ea quæ. ff. de Contrahen. empt. Vnde uulgatũ illud, Quod in euidẽti eſt, nulla poteſt tergiuerſatione celari: nec indiget, quod manifeſtũ eſt, probatione. Siquidẽ plus eſſe Euidens quàm Manifeſtum, traditum eſt. Impp. in l. quoniam ſororem. C. de Iure delib. Manifeſtum atq; euidens eſt, inquiunt, antequam pro hęrede gereret, uel bonorum poſſeſsionem admitteret. De Euidenti, uide ff. ad Exhibend. l. iij. & de Aedil. edict. l. quæritur. §. ult. Sp.

EVIDENS utilitas apud Vlp. l. ij. de Conſtit. Princip. ſic intelligenda eſt meliore interprete Dn. Olden. ut retineatur Ius naturæ, quod lex, aut conſuetudo, niſi corrigeretur, paulatim eſſet corruptura. Sp.

EVIDENTIA, Cicer. in Acad. Propterea quòd nihil clarius ἐνεργείας, ut Græci: perſpicuitatem, aut euidentiam nos, ſi placet, nominemus, fabricemuſq;, ſi opus erit, uerba. Sp.

EVIDENTIA facti, inter ſpecies probãdi uerſatur, Die that beweiſſen. ut cum qui ſenſu corporeo coram percipitur. Si quis eñ aſſerat, uulnus atrox eſſe, & mox indicet locum, certè hæc probatio non poteſt reuocari in dubium. Paul. in l. uulneris. de Iniur. & in l. ſi corruptione. Fin. reg. Sp.

EVIDENTIAM facti, & Notorium exæquant Canoniſtę. c. ult. Ext. de Reſtit. ſpoliat. c. euidentia. de Accuſat.

EVIDENTEM uolũtatem teſtatoris uocat Vlpian. in l. licet Imperator. de Leg. j. quæ ex argumentis & interpretationibus uerborum colligitur. Sp.

EVIDENTER probatur, hoc eſt, apertè, perſpicuè. C. de Teſtam. l. nõ codicillũ.

EVIDENTIVS. l. in ſuis. ff. de Lib. & poſthumis.

EVIDENTISSIMA ratione conſtitutum, in §. ſed hoc. Inſtit. Quib. alien. lic. apud Pliniũ reperies, & Ratio euidens, & Argumentum euidens.

EVINCERE, pro uendicare. Celſ. Quod euincitur, in bonis non eſt.

EVLABES, negociorum ſuſceptorem ſignificat. ut eſt apud Suidam, monuit Alciat, in tit. C, de Præpoſ. labor. lib. xij.

EVM qui prouinciæ præeſt, adire potes. Is exiſtimabit, quid ſit partium ſuarum. Harum clauſularum ſenſum explicant Iulianus, & Calliſtratus, de Offic. Præſid. Sp.

EVNOMIA, recta Iuris Legumq; conſtitutio. εὐνομαὶ populi dicuntur, qui recta legum, inſtitutorumq; ratione utuntur. Bud. in Annot. prior.

EVNOMIA duplex eſt. Vna quidem recta Iuris conſtitutio. Altera uerò, rectè Iuri conſtituto, obtemperatio. Neque enim ſatis eſt, bene inſtitutã poſitamq; eſſe rationem Reipubl. niſi & hoc omnibus perſuaſum ſit, inſtitutioni tali omnino parendum eſſe. Bud. in eiſd. Annot.

EVNVCHI propriè dicuntur lectorum cuſtodes, & cubicularij, non ſpadones: quamuis barbari Reges id muneris hiſce molliculis ferè iniungere ſoliti ſunt: unde & Eunuchi Spadones dici cœpere. Quære, Spado propriè. Item, Spadonum genera. Sp.

EVOCARE ſacra, eſt expugnatores ſacrilegij nomine exoluere. Vlpianus in l. ſacr. de Rer. diuiſ. Et ſolent, inquit, qui liberare eum locum religione uolunt, ſacra inde euocare. Quæ res ut olim ſit fieri ſolita, Macrobius & Liuius exponunt. Sp.

EVOCARI, pro uocari apud Vlpian. de Fideicom. libert. in l. cum uerò is. §. Euocari autem à Prętore oportet eos, qui fideicommiſſariã libertatem debent: cæterùm niſi fuerint euocati, ceſſat Rubrianum S.C. proinde denunciationibus & edictis, literiſq; euocandi ſunt. Et Cicero uſurpauit alicubi Euocare, pro Vocare. Vnde haud ſcio quàm rectè monuerint quidã, ex adductis Vlpian. uerbis, colligi diſcrimẽ inter Euocari, atq; Vocari. Apud geſtarũ rerũ ſcriptores Euocati accipiendi ſunt, nõ qui iuſti milites ſunt, ſed qui repẽtina aliqua neceſsitate ex agris in bellũ tumultuariè et uocant, & coguntur. Vnde & auxiliares dicti, quod ſubitò conuocarentur ad opem Reipublicæ ferendam. Ea militia, Catanæo teſte, dicitur Euocatio. Sp.

EVOCANDI creditores in integrũ reſtitutionib. l. etiã ſi. in fin. ff. de Minoribus.

EVVLGARE, eſt palàm uulgo aliquid facere. Liuius ad finem lib. ix. Decad. j. de C. Flauio, Cn. F. ſcriba loquens, Ciuile, inquit,

inquit, Ius repoſitum in penetrabilibus Pontificum euulgauit.Sp.

E X

EX,particula,ut uarijs uerbis iungitur,ita & uariæ eſt ſignificationis. Propriè autem innuit cauſam proximam, & immediatã.l.j.§.ex incendijs.de Incend.ruin. naufr.Significat itẽ Ex, prępoſitio,cauſam per ſe,& non per accidens.l.eo tempore.§.fin.ff. de Procur. Adi Bart. in l. Prætor.§.j.ff.de Bon. aut iud.poſſid.ac pleriſq; alijs locis. Alber.collegit nõ inutiliter aliquot alias huius particulæ ſignificationes.Sp.

EX ABVNDANTI ſtipulationem interponere apud Vlp.l.v.eod.Sp.

EX ABVNDANTI,pro abundanter, apud Papin.in l.cauſam.de Manumiſ.Vide Gloſſ.in l.ſi pupilli.§.item ſi procuratori.ff.de Negoc.geſt.Sp.

EXACTA dicuntur,quæ perfecta ſuut,& quib. ultima manus adpoſita eſt. Aliàs ſunt exacta,quę iam præterierunt.Paulus in priori ſignificato de Act.et oblig. l.j.Exactiſſima, inquit, diligentia. Nebriſſ.

EXACTA pecunia intelligitur, quæ perſoluta eſt.ſiue enim uolens,ſiue inuitus debitor dederit,non eſt dubiũ,dici eum ſoluiſſe.Ex Alc.Sp.

EXACTIONEM, quæ paſſim imponitur, Barbari nominant talias, collectas, procurationes,præſtãtias, vfleg/bett/ſteür/ſchatzung. Tributũ autem uno nomine debet appellari. ut exemplis Inſulan.in Obſeruat.oſtendit.Quòd uerò à Iuriſcoss.Exactio etiam nominat̃ Angaria, Græca hæc uox eſt,ſignificãs exactionem ſiue coactionem: quod à Nebr.indicatum eſt ſuprà. Sed tamen Perangariæ nomẽ,repudiatur: quod Iuriſconſulti quodam ſuo more dicunt, pro derelicto habere, cauſam uidelicet, ius, aut litem intelligentes. Sp.

EX aduerſo,pro è diuerſo, & contrà: frequentius tamen apud Canoniſtas.

EXAEDIFICARE,pro abſoluere ædificationem.

EXAGOGICA uectigalia. Ex Cicerone liquet pro Lege Manilia,uectigaliũ tria fuiſſe genera: ex agricolatione: mercibus exportatis,uel importatis,unde exagogica dicebant̃ & iſagogica: deniq; ex agris paſcuis.Primum decimas complectitur, ſequens portoriũ, poſtremò nomen fit ſcriptura.Ex Cœlio.Sp.

EXAGONIA dicuntur quæ ad cauſam non pertinent, uelut extra certamen.

EXAGGERARE,eſt accumulare. Agger enim, terra eſt accumulata. Vlp. de Itin.act.priu.l.unde. Aut deprimat,aut exaggeret iter.Nebr.

EXANGELVS. Cœlio citante Angelũ eſſe ſcribit Ammonius eum,qui extrinſecus quippiam nunciat.

EXANGELVM, qui quæ intus fiũt,extimis promit, quẽ Dyangelũ uocat Thucydides: Autangelũ, qui ex ſe nunciat, non ab alio miſſus.Sp.

EXAMEN,noua apũ ſoboles, quã parentes ex ſuis aluearibus, ad nouas quærendas ſedes exire cogũt. §.examen. Inſtit. de Rer.diuiſ.l.naturalẽ.§.examen.ff.de Acquir.rer.dom. Trãslatè pro quacũq; nouæ prolis multitudine inſtar apũ accipitur. Metaphoricè aũt à noſtris Interpretib. modò, nec abſurdè,pro iudicij inueſtigatione: modò pro ſcrutinio, & ut barbarè dicunt,depoſitione teſtium.

EX animo,& ſimulatè, contraria, Imperatores in l.j.C.Si aduerſ.delict.delictum nõ ex animo uenire, pro nõ libenti animo factum eſſe,ponere uidentur.Sp.

EXARGENTARE, in pecuniam redigere ſignificat.Ex Alciat.Sp.

EXARMARE, quod uerbũ Accurſius inſcitè interpretat̃ in l.ij.ad Legẽ Rhodiã. de Iact.§.j.ea forma dicitur, qua excalciare,hoc eſt,armis deſpoliare, ut malo, roſtro,antemna, carcheſio, clauo,pede, anchora,& reliquis. Hac uoce etiam uſus eſt Cæſar in Comment. & metaphoricè Plinius ſecũdus exarmare dixit,pro debilitare & infirmare.Ex Bud.Sp.

EXARVIT flumen,id eſt,exiccatum eſt. l.j.ff.de Flum. Sic Cicero, Exaruerunt amnes,in Piſonem.Sp.

EXARVIT patrimoniũ donationibus, pro exhauſtũ eſt.in Aut.de Inoffic.don. & C.eod.l.ſi mater.& l.fin.

EXASPERARE,aſperius facere. Iuriſc. in l.interpretatur.Exaſperandæ nõ ſunt pœnæ.Sp.

EX aſſe hæres. Vide, As.

EXAVTORARE, eſt obligatione militari,atque ſtipendio liberare, priuareq;. Hinc exautorati milites dicunt̃,qui miſſionem habuerunt.Exautorare Vlp. interpre-

terpretat̃, inſignia militaria detrahere: quod cũ infamia conficit̃. Id ètiã ſecundũ Budæũ citra ignominiã fieri poteſt: & fit hodie, quũ autoratus & obſtrictus abire permittitur, & ſuo arbitrio redditur: q̃d Galli lingua uernacula dicunt, Quictare ſacramentum. Nos, Deß eyds ledig ſagen. Sp.

EXAVDIRE, pro perfectè audire. Vlp. de ſurdo loquens in l. j. de Poſtul. Nec enim erat, ait, permittendum ei poſtulare, qui decretum Prętoris exaudire non poterat. Sp.

EXAVTORARE militẽ, eſt ſacramento militiæ ſoluere: ſicut è diuerſo Autorare, militẽ ſacramẽto ſibi obligare. Arr. de Lib. cau. l. qui de libertate. Exautoratus, inquit, id eſt, à militia remotus. Nebr.

EX bono & æquo facere, elegãtius quàm quod uulgò dicitur, In bona fide & æquitate. Iulianus de Contractib. bonæ fidei loquens, In ijs, ait, alter alteri obligatur de eo, quod alterũ alteri ex bono & æquo pręſtare oportet: id eſt, Budęo expoſitore, non de eo ſolùm quod cautum eſt: quod etiã ex bona fide dicitur alibi ab eodem. quod & ille annotauit.

EX bonis peruenire, apud Papinianũ, de Vſur. in iij. §. cum Pollidius. Ex bonis meis, hoc eſt, ex ſubſtantia mea. Sic exponit Vlp. in l. ij. §. ij. In hac actione. Vi bon. rapt. Sp.

EXCANDESCERE, nõ eſt fortiter acclamare, ut indicat Scholiũ, in l. obſeruãdũ. de Offic. pręſ. ſed uehemẽtius cõmoueri, & iraſci, q̃d ira uelut ignis animũ incẽdat. Calliſtr. loco iã citato. de Ius reddẽte, loquẽs. Sed &, inquit, & in cognoſcẽdo neq; excandeſcere aduerſus eos, quos malos putat, neq; precibus calamitoſorum illachrymari oportet. Sp.

EX cauſa hæreditaria diuerſum eſſe, id eſt, propter hæreditatem. not. in l. j. qui abſenti. §. fin. ff. de Acquir. poſſes.

EXCEDERE, propriè exire eſt. Sed à Paulo, in l. iij. de Offic. Præſid. Gloſ. accipit pro decedere, hoc eſt, ſe abdicare ab adminiſtratione.

EXCEPTIO, generale nomen eſt cuiuſcunq; defenſionis, quoquo modo actioni obiectæ. Pręſcriptio uerò dicit̃, quę directè intentioni nõ aduerſatur, ſed ſolum de ea limitat. Alc. in de Quinq; pedum præſcript, Sp.

EXCEPTIO, eſt actionis excluſio. Tametſi dilatoriæ, & ſolius intẽtionis excluſiones, propriè quoq; exceptiones dicantur. Idẽ de Verb. ſignif. Bart. non abre colligit, quòd directæ actioni interdum obſtet exceptio, non aũt utili. Et contrà q̃d utili opponat̃, & non directæ. in l. quoties. ff. de Admin. tut. in l. ſi culpa. ff. de Rei uend. Sp.

EXCEPTIONES annales, atq; miſtas, quas Iuris Pontificij Cõmentatores induxere, nos modò perpetuis, modò tẽporalibus adcõmodamus. ut Ferrarius noſter atteſtatur, enarrãs tit. de Except. in Inſtit. Vbi etiam perſpicua (ut aſſolet) breuitate, quod tamen paucis conceſſum eſt, indicat uſum, ſiue, ut uulgò dicunt, praxim exceptionum. Sp.

EXCEPTIO, Anomala cõmentitia. Vi. Anomalam.

EXCEPTIO intentionis, ex ui uocabuli nihil aliud eſt, q̃ actiõis excluſio: ſiue hoc directè fiat, ut in cõiecturali: ſiue ex obliquo, ut in iuridiciali ſtatu. Sub hac includi oẽs peremptorias exceptiones, docet Zaſ. noſter, enarrãs l. qui ſe debere. de Cõd. cauſ. data cauſ. nõ ſecuta. Sp.

EXCEPTIONE omni maiores teſtes, quorũ fides nulla ex cauſa legitima poteſt eleuari, & qui communi hominum opinione reputantur boni uiri. Quibus uerò ſuſpicionis exceptio rectè opponatur, tradunt Iuriſconſulti, in l. ij. & iij. de Teſt. Vide & infrà, Teſtes omni exceptione maiores. Sp.

EXCEPTIONES perpetuæ dictę, quòd ut ſemper locũ habent, ita ut nulla litis parte euitari poterunt: quæq; rem de qua agitur, hoc eſt, cauſam principalem perimunt: unde etiam peremptoriæ appellantur. Qualis eſt exceptio doli mali, rei iudicatæ, iuriſiurandi, pacti cõuenti de nõ petendo perpetui, & id genus exceptiones agentib. nunq̃ non obſtantes.

EXCEPTIO pręfeſtinationis, dicit̃, cum quis ante tempus petit. Inter dilatorias cõnumeratur: unde mox à primo limite, id eſt, ante litem conteſtatam, eſt obijcienda. Sp.

EXCEPTIO præpoſterationis, genus eſt præiudicialiũ actionum earum, quæ ita ſe cõtingunt, quòd ſequẽs iudicium premit̃ per ſententiã prioris iudicij, hoc eſt, iudiciũ quod ſequitur, eſt acceſſoriũ ad cau-

ad cauſam quę primò eſt mota, ita quòd utræq; cauſę ſeſe contingunt. Exempli gratia. Ego peto à te, quòd diuidas hæreditatem: tu cõtrà cõtendis, quòd non ſim hæres: quomodo ergo meam diuides hæreditatem? Ecce hic ſunt duo iudicia, ſcilicet diuiſorium hæreditatis, & an ſim hæres. Iſta duo iudicia ſe contingunt. quia non poteſt diuidi hæreditas, niſi cũ hærede. Ergò prius eſt, quòd declaretur hoc iudicium, an ſim hæres, uel non: qua ſententia lata, tunc præiudicatur alteri petitioni. quia ſi ſum iudicatus hæres, meritò mecum diuides: ſi iudicatus ſum non eſſe hæres, rectè nihil diuides mecum. Extat hic caſus in l. ij. Fam. erciſc. & dicitur Exceptio, uel prę iudicium præpoſterationis: & primum eſt genus præiudicialium ratione contingentię. Vide Bart. in l. fundum. ff. de Except. & præſcript. Sp.

EXCEPTIONES temporales ſunt, quę ad tẽpus ſolùm nocẽt: quare cum actionem in tempus deferre ſoleant, etiam dilatoriæ uocantur, apud Innocentiũ, tractatu de Exception. Vt eſt pacti cõuenti temporalis. Item iudicis incompetentis, & ea quæ aduerſus procuratorẽ competit. ſicuti Iuriſconſ. in l. exceptiones. de Excep. & poſt eũ Iuſtinian. exponit.

EXCEPTO eo, apud Paulum in l. cui rectè. ff. de Nouat.

EXCEPTO quòd, pro præterquã quòd.

EXCEPTOR, pro librario, hoc eſt, qui aliquid deſcribit, apud Vlpian. §. fin. l. ſed addes. Locati. Vulgus perperã ſcriptores dicit, quos librarios dicere deberet: cum ſcriptores ſint ipſi autores, conditoresq; librorũ. Quod Beroaldus in Suet. Domitianum adnotauit. Deſcribere & excribere, propriè eſt exempla transferre, quod pertinet ad librarios. Sed & hi pro cuſtodibus librorum, ac etiam pro iis, qui libros rationũ curant, accipi Catanæus indicat Comment. iiij. in Plinian. epiſt. Proinde qui ab aſcitis ad penetralia rationum, vff die radtkamer, nuncupantur hodie bůchhalter, haud abſurdè librarij poſſe uidentur uocari. Sp.

EXCESSVS, pro errato, noxa, maleficio, facinore admiſſo, apud Canoniſtas & barbaros ponitur.

EXCESSVS uocabulum apud Marcellum in l. iam dubitari non poteſt. de Hęred. inſtit. non ſatis intellectum à noſtris doctoribus, Alciatus in Parergis monuit: quod uidentur ueteres pro digreſſione quadam accipere, uel cum quis altius rem petit, uel cum capta occaſione obiter extra argumentum aliquid dicitur. Sp.

EXCIPERE, pro ſuſcipere, in §. hoc amplius. Inſtit. de Rer. diuiſ. Cum miſsilia iactant in uulgus, ignorãt quòd eorum quiſq; ſit excepturus. Huius uerbi & uarius & elegans eſt uſus. A' noſtris & pro nominatim cauere, Eygẽtlich vßdrucken, vßdingen, uſurpatur. In emptionibus eo iure utimur, quod lex præſcripſit: alij enim plura, alij pauciora excipiunt. De alijs Alberic. Sp.

EXCITENTVR, pro animẽtur & commoneantur, apud Caiũ in l. j. §. ij. Quod cuiuſ. uniu. nom.

EXCIPERE actionem. Oppon. Securum eſſe. Caius in l. non ſolũ. ff. de Noxal. action. Nam abſurdum, inquit, uideretur, eos quidem, qui bona fide poſsiderent, excipere actionẽ: prædones uerò ſecuros eſſe. Sp.

EXCLVDERE gallinæ uel aues dicuntur, cum incubãdo pullum emittunt ac procreant: quod & excudere dicitur.

EXCLVDI tẽpore, eſt impediri, ne quis quid poſsit agere propter tempus. Papinian. ad S. C. Turpil. l. Quærebatur, an hi, qui ab accuſatione tempore excluſi eſſent, in S. C. Turpilij inciderẽt. Et ſubdit: Qui præſcriptione temporis excluſi, cauſam adulterij perferre non potuerunt. Idem de Decurion. l. ſpurij. Si præſcriptione tẽporis excluſus fuerit, non tenebitur. Sic apud Paul. in l. ſi proponas. de Inoffic. teſtam. Iulian. in l. ſi libertus. de Bon. libert. & Pomponium l. ſi tamen. de Aedil. edict. Sp.

EXCLVSIO, eſt exceptio. l. ij. de Excep.

EX cohorte Prætoris, dicuntur prouerbiali ſermone, qui ad omnẽ nutum delegantur, ad hoc, aut ad illud exequendũ, Sluy hand anſchlagen. Miniſtri Pretorum non egent alia excuſatione, quàm ut dicant, ſe quod fecerunt, illorũ iuſſu feciſſe: ut iam in Prætorem ſit actio, non in miniſtros. Ex Chiliad. Eraſ. Sp.

EX Cõpoſito, idem ſignificat quod Compoſito, quaſi dicas, dedita opera, & ut

cõuenerat inter eos: ut ſubaudiri uideatur alius datiuus (negotio) nempe, ex cõpoſito negotio, Dem anſchlag nach hãdlẽ. Ex diſpoſito, in ſimilẽ uſum dixiſſe Macrobiũ, Inſulanus obſeruauit. Sp.

EXCONSVL dicit, qui perſunctus eſt Conſulatu, non qui Cõſulatum dimiſerit. Sicut Exquæſtor, qui perfunctus eſt Quæſtura. Imp. in Prooemio C. Thomam, inquit, Quæſtorem ſacri palatij & Exconſulem. Nebr.

EX CONTRARIO, Paul. in emptionib. Scimus, ait, ꝙ preſtare uenditor debeat, quidq; ex cõtrario emptor. Ex compromiſſo ſumptus. l. pen. ff. de Iudicijs. Sp.

EXCRESCERE, & decreſcere aqua dicit, l. j. in prin. de Aqua plu. arc. Alber.

EXCVBIAE, pro uigilijs rectè intelliguntur, in l. j. de Offic. præf. uig. Sunt enim et diurnæ. Vnde opinor hãc uocẽ apud Paulũ abſolutè poni in l. qui excubias. de Re militar. Vigiliæ enim tantũmodò ſunt nocturnæ, ſi Vallæ credimus.

EXCVRIATI, exterminatiq; apud Varr. M. Q. Tulliumq; leguntur uocabulis ſanè probis, pro ijs, qui curia & terminis exacti ſunt. Sp.

EXCVSARE, propriè eſt obiectum crimen diluere. Translatè tamẽ, in iure noſtro, eſt cauſam afferre, per quam ſtetit, quo minus factũ eſt, quod fieri, uel agi, præſtari'ue debuit. Veluti, ſi latrones, aut flumina impedimento fuerunt, ne ad diem à iudice dictum adeſſe poſſem. Excuſare item propriè dicitur, qui excuſat eum, qui ipſe nec in ius uenire, nec aliũ mittere poteſt, in c. dilecti. de Dolo & contum. Id quod fermè cõtingit in iudicijs criminalibus, ubi procurator non nunq; admittit, non ut uerè interueniat, ſed magis ut reũ pro innocentia atq; abſentia ſua excuſet. l. ſeruũ. §. publicè. ff. de Procur. et Bart. in Cõſt. ad reprimendũ.

EXCVSSIO, diligens inquiſitio eſt, ac detentio rerum, bonorumq; principalis debitoris, per iudicem uſq; ad peram (ut uocant) & ſacculum, id eſt, nouiſsimum quadrantem effecta.

EXCVSSIONIS beneficium, quod & Nouæ Cõſtitutionis Imp. Iuſtiniani dicitur ideo, & quidem meritò appellatur, quòd bona debitoris, ad quem ea res principaliter pertinet, principiò ſint excutienda: experiundumq;, an ſpes ſit conſequendi ab eo debiti. Vide Oldẽd. in de Iure ſingulari. Sp.

EXCVSSIS proprijs facultatib. l. plures, §. j. de Adminiſtr. tut.

EXCVTERE diligenter rationem. l. Titia. §. fin. de Manumiſſ. teſtam.

EXCVTERE, diligẽtius æſtimare, & exactius aliquid expẽdere. Vlp. Si tibi mãdauero, ut excuteres uires hæreditatis, Vff den hôcheſten werdt anſchlagen. Et alibi: Si tibi mandauero, ut uires excuteres eius, cui eram creditus, Eins vermögen erſüchen. Eſt Excutere etiã, nomẽ exigere, & debitorẽ appellare: in qua ſignificatione in iure perſæpe accipitur. Paul. Nõ prius pupillus ad magiſtratus reuerti poteſt, ꝙ̃ omnes tutores excuſsi fuerint: id eſt, ut Budæus exponit, quàm actionẽ tutelæ expertus ſit, an ab eis ſuũ ſeruare poſsit. Sp.

EXECRABILE, hoc eſt, deteſtãdũ & abominandũ delictũ, ſi ſeruus ſuũ dominũ uendat. l. moueor. C. Si ſeru. export.

EXECRANDA præda. l. ne piſcatores, ff. de Incend. ruin. nauf.

EXECRARI lites, pro abhorrere à iudiciali ſtrepitu. in l. item ſi res. ff. de Alien. iud. mut. cauſ. Hęc enim, inquit Vlpian. uerecundia & cogitatio eius, qui lites execratur, non eſt uituperanda. Sp.

EXECVTIO, id eſt, actio iudicati, quã tertius, ꝗd mirari poſsis, impedire poteſt, ratione intereſſe qđ prætẽdit. Et dicitur uulgò iſte caſus cõtractionis: ꝗ et cauſæ emergẽs appellat. ut Zaſ. indicauit. Sp.

EXECVTIO ſententiæ, nunc officio iudicis, nunc actione in factum fieri dicitur. l. intra. de Re iud. ubi Bart. quãdoq; & utili actione. l. fin. eod. Sp.

EXECVTORES ultimarũ uoluntatum legitimi ſunt, quib. à lege tribuit poteſtas ultimæ uoluntatis defendendæ, quo minus interuertatur, aut procraſtinet. Hos & rectè dici Publicos conſeruatores ultimarũ uoluntatũ: quales ſunt omnes boni magiſtratus, præſertim in cauſſis pijs Epiſcopi Old. indicat in ſingulari ea de re ꝗ exactè ſcripto tractatu. Sp.

EXECVTORES, teſtamentarij ſunt, quos teſtatores ipſi deputarunt, ad exequendam uoluntatis ſuæ poſtremã ordinationem. Et horũ alij uniuerſales, alij uerò particulares uulgò dicuntur. Vniuerſales quidem executores ſunt, quando

teſtator nullos ſcripſit hæredes in ſpeciem, ſed pauperes Chriſti iuſtituit hæredes generaliter: uel aliquem locum pium: uel ſi uniuerſa bona ſua iuſſit per tales teſtamẽtarios diſtribui pauperibus, non inſtituendo hæredes. Et huiuſmodi executores habent nomen hæredes, & cenſentur omnibus modis hæredes. l. id quod pauperibus. & l. ſi quis ad declinandam. C. de Epiſc. & Cleric. Particulares uerò executores ſunt, qui ſimul cum alijs hæredibus in teſtamento ſcribuntur. Frequenter enim fieri ſolet, ut teſtatores inſtitutis hæredibus deputẽt nihilominus aliquos ad executionẽ rerum ſuarum, quas in uarias cauſas relinquunt: fortè dubitantes de fide hęredis, ut in l. alio hærede. de Alim. & cibar. Legat. Quære, Teſtamentarius. Sp.

EXECVTORES ultimarũ uoluntatum eadem ratione qua publici iudicum miniſtri dicti ſunt (de qua mox infrà) quoniã iuſſa teſtatorũ ad amuſſim exequuntur. Sæpe appellantur fidei commiſſarij apud Bart. Item diſtributores, diſpenſatores, apud Speculatorem. Quæ omnia tendunt eòdem. Modò tamen memineris D. Oldend. monitore, longã eſſe differentiam inter fidei cõmiſſarios, de quibus tractatur in tit. ff. & C. de Fidei commiſs. ac illos quorũ munus nũc frequentatur in noſtra Germania. Vſus autẽ introduxit, ut compendio quodã loquendi dicamus iſtos executores ultimarum uoluntatũ, uno uerbo Teſtamentarios. Quæ phraſis, eodem tradente Old. perperàm recepta eſt. Quãuis enim et Leg. xij. Tab. dicebantur olim duodecim, ut quæ omnibus notæ eſſent. Et in nouo quoq; Chriſti teſtamento, duodecim intelligunt Apoſtoli, qui tot erãt. longè tamẽ alia illius appellationis eſt ratio. Sp.

EXEGISSE dicitur, cui per delegationẽ ſatisfactum eſt: cum delegationem uice ſolutionis habere, receptum ſit. l. quamuis. §. interdum. ad Vell. Sp.

EXEMPLARIVM, Scæuola de Legat. ij. l. Sempronius. Binæ, ait, tabulæ teſtamenti eodem tempore exemplarij cauſa ſcriptæ, pro exemplo, teſte Valla poſitum, qui ſic reperiri ait lib. ſexto.

EXEMPLVM, pro eo quod adhibetur ei, aut docendo, aut probãdo, aut ornandæ cauſa Iuriſcoſs. multis locis uſurparunt. Vlp. in l. j. de Aedil. edict. Iulian. in l. iij. de Collat. bon. & ſimil. Donatus monuit, Exempla, graues pœnas dici, quę poſſint cæteris exẽplo eſſe. Aſtipulatũ Imp. Alexãder in l. mouere. C. Si ſeru. export. uen. Execrabile, inquit delictũ, in exẽplũ capitali pœna uindicauit. Sp.

EXEMPLVM, pro eo quod uulgus Copiam uocat, apud Paul. Si legatũ, inquit, certũ petatur, nõ iubet prætor uerba teſtamenti edere: ideò fortaſſe, quia hæredes ſolẽt habere exemplũ teſtamẽti. Pro exemplo alicubi exemplar poſitũ apud Cicer. ita ut parũ inter ſe differant exemplum, & exemplar, apud idoneos autores. Bart. diſcrimen inter ea adfert, in l. Sempronius Proculo. de Leg. ij. Vide, Simplex exemplum. Spieg.

EX empto. Hæc uerba modò pro contractu emptionis accipienda ſunt, ut apud Vlpian. in l. ædiles aiunt. ff. de Aedilit. edict. Modò pro actione illa ciuili, ut apud Paul. in l. iuſtiſſimè. §. proponitur. dict. tit. Spieg.

EXEMPTA actio. Vide, Actio exempta.

EXEMPTILIS, le, quod eximi poteſt, ſiue detrahi ab alia re. Vlpian. de Aur. & arg. leg. l. argumenta. Lapides ſiquidem exemptiles ſunt. Nebr.

EXEMPTVS dies, ꝓ adẽpto, & denegato.

EX eo uino quod in illo fundo naſcetur, hæres meus amphoras decẽ quotannis in annos ſingulos dato, Iuriſcos. elucidat. ff. de Tut. & uin. Sp.

EXEQVI, pro ulciſci. Inſtit. in fin. de his qui ſui uel alien. iur. ſunt. Sic & à Plinio iuniore uſurpatum eſt. Catanæus enim interpres, executos, id eſt, ultos exponit. Epiſt. iiij. lib. iij. Spieg. Aliàs ſignificat declarare. Cicero Varroni: Occultiora habeo, quę uix uerbis exequi poſſum. Aliàs accipitur pro agere iudicati formula in factum, uel officio iudicis. l. intra. & l. fin. ff. de Re iudic. Vnde Zaſius teſte Old. executionem rectè accipit pro actione iudicati, quam tertius poſſit impedire pro ſuo intereſſe, idq; mirabile reputat, ut paulo antè diximus. Aliàs deniq; exequi denotat perficere, ad finem perducere, volziehen/vollenden. Hinc dicti ſunt executores publici iudicum miniſtri, quorũ officiũ eſt, ut mandata & ſententias ad effectũ perducant. l. executorem. C. de Execut. rei iudicat.

Vbi Accurſius tractat quaſdã more ſuo, hoc eſt, admodum frigidè, huius uerbi ſignificationes. Sp.

EXEQVI mortẽ. Lege, Mortẽ exequi.

EXERCERE conſilium, das gericht oder hofgericht beſetzen/berůffen/verſamlen: quod quia poteſtatis eſt, der iiberhand gebürt, mãdata Iuriſdictione non tranſit: & iccirco Vlp. de Iuriſdict. ſcribit eum qui iudicare iubet, magiſtratum eſſe oportet. Vide Conſilium exercere. Spieg.

EXERCERE feras, Triphoninus, l. uſufructuariũ. ff. de Vſufructu. Si uiuarijs, ait, incluſæ feræ in ea poſſeſſione cuſtodiebant, quando uſusfructus cœpit: nõ exercere eas fructuarius poteſt, non occidere. Sp.

EXERCERE quæſtionem, pro torquere, & tortura afficere.

EXERCITORis eſt, ad quem obuentiones alicuius nauis, & redditus omnes perueniunt, ſiue is dominus nauis ſit, ſiue à domino nauem per aduerſionem cõduxit: idq; uel ad tempus, uel in perpetuum. Exercere enim, lucrari, ſeu lucrum facere ſignificat.

EXERCITOR eſt, qui tam nauim, quã cauponã, aut ſtabulum exercet. Ex Apello. Spieg.

EXERCITVS. Vlpianus: Exercitum dicimus, non unam cohortem, neq; unam alam, ſed numeros multos militum &c. l. ij. de his qui not. infam. Sp.

EX facili, pro facilè.

EX facto cõſultus, apud Vlp. in l. iij. §. j. ff. de Minor.

EXHEDRA, cubiculum erat columnis fultum, & epiſtilijs pluribus, exciſis ſpacijs, quibus proſpectus in uiam erat, aliquãdo ſub dio, nonnunq; ſub tecto. Alexan. de Alex. Genial. dier. lib. v. cap. xj.

EXHEDRAM, in l. ſi uerò. ff. de his qui deiecer. pro cella ſtudiaria accipi poſſe, Budæo uidetur. Accurſius diuinaci coniectura feneſtram interpretatur. Exhedra autem Græcè, à ſedium frequentia & ſeſſitandi commoditate nomen accepit. Adi Vituuiũ lib. v. de Palæſtrarum ædificatione. Sp.

EXHAEREDARE, eſt hereditate & ſuccedendi iure aliquẽ priuare. Fit aũt exhereditatio omnis in teſtamento, uimq; ſuã dũtaxat poſt mortẽ teſtatoris habet. Abdicare uerò, eſt familia eijcere. Atq; abdicatio nihil aliud eſt, q; ignominioſa quædã emãcipatio. Vig. Inſt. de Exh. li.

EXHAEREDITATIO, legis implet uoluntatẽ: Præteritio ſecus. Illa ſolidat teſtamentũ, iſta infirmat. Illa lege permittitur, iſta prohibetur. Salom. in l. Gallus.

EXHAEREDATIO certa. Lege, Certa inſtitutio.

EXHAEREDATVS, hereditate ritè priuatus. Non enim quæuis exhæredatio ſummouet filium à contra tabulas poſſeſſione, ſed quæ ritè facta, ut apud Vlpian. de Bon. poſſeſſ. Vnde filijs querela ſæpe eſt, de Inoffic. teſtam. Sp.

EXHAERES, qui priuatus eſt hæreditate, quæ ad eum pertinebat. Cicer. j. de Oratore: Quæſitum eſt de Iure Ciuili, poſſet'ne paternorum bonorum exhæres eſſe filius. Sp.

EXHIBENS tardius, cenſetur non exhibere. l. Iulianus ſcribit. §. ult. ff. ad Exhiben. Sp.

EXHIBERE, Paulus inquit, eſt facere in publico poteſtatem, ut ei qui agit, experiundi ſit copia. Inde actio ad Exhibendum, quando ago ut res aliqua in publicum exhibeatur & promatur. l. ij. ff. ad Exhibend. Sp.

EXHIBERE actionem, mandare actionem, cedere actionem alicui. l. qui iniuriæ. §. qui alienis. ff. de Furt. Dicimus etiam cedere actioni, transferre actionem ad aliquem. Caius in l. quod ſæpe arra. §. ſi res uendita. ff. de Contrahend. empt. Sp.

EXHIBERE rem dicitur, qui in præſentiam affert. Alciat. de Verb. ſig. Reſtituere uerò generalius uerbum eſt, quod etiam ad fructus refertur. Ibid. Sed et uſus exhibitionis, latiſſimè patet. ut oſtendit in de Action. ad Exhibend. Oldẽd. & ꝓpriè ad res mobiles pertinet. Transfertur tamen & ad res incorporales, ut exhibere negotium, hoc eſt, moleſtiam: exhibere amicitiam, exhibere doctrinam. Sp.

EXHIBERI, pro per gratiam relaxari, in l. ad beſtias. ff. de Pœnis. nec rectè interpretari, nec inde colligi poſſe alleuationẽ pœnæ, oſtendit Alciatus cap. xxviij. Secundi Parergon. Sp.

EXHIBITIO, pro deguſtatione, apud Vlp. in l. iij. de Opt. uel elect. legat.

EXHIBITIONIS neceſſitate teneri, apud Impp. in l. exhibitionis. C. ad Exhiben.

EXHORTANS, non utitur opera mandatoris. l. ob hæc uerba. ff. de his qui not. infamia.

EXIGO, deſidero, ut des fideicōmiſſum ualet: ſed & ita uolo hæreditatē meam Titij eſſe: ſcio hæreditatem meam reſtiturum te Titio. Neratius autor. Sp.

EXIGERE, uariè accipi, monuit Alciat. propriè tamen exegiſſe dicitur, qui id recepit, quod inſtituta actione petebat: unde exigere ab inuito accipitur. Sp.

EXIGERE, ab ex & ago, pro eijcere, expellere, vßtriben. Aliàs debitum petere. ut, exigere pecuniam. Et exactores, qui exigunt. C. de Exactor. tribut.

EXIGVA res. Vide, Res exigua.

EXIGVA ſumma, pro modica. l. fin. ff. de Præt. ſtipul.

EXIGVIORES nummi, apud Vlp. in l. nummis. de Leg. iij. & exiguius legatū, in fin. l. ſi ita ſit adſcriptum. de Leg. j. ſicut exiguiſſima legata, dixit Plinius ſecundus. Sp.

EXILIVM, inquit Cic. nō ſuppliciū eſt, ſed profugium, portusq́ ſupplicij. Siquidem reis olim licitum fuit, poſt primam actionem exilium ſibi conſciſcere ante iudicium peractum. Vide inferius, Profugus. Sp.

EXILIVM triplex exponit Marcellus, aut certi loci, aut latæ fugæ, aut inſularis uinculi. l. v. de Inter. & releg. tametſi, Budęi iudicio, locū illū corruptū eſſe cēſentis, illa diſtinctio elici nō poteſt. Sp.

EXILIVM uoluntarium in l. aut facta. §. euentus. de Pœnis. Accurſius intelligit arbitratu iudicis ſtatuendum, cum uoluntarium, pro ſpontaneo Iuriſcons. intellexerit, quod ſibi quiſq́ conſciſcit. Vide ibid. Bud. Sp.

EX illo dolio amphoras decem, & ſi non decem, ſed pauciores inueniri poſſunt: non extinguitur legatum, ſed hoc tantū modò accipit quod inuenitur, ait Paul. in l. ſi quis ſeruum. de Leg. ij. Sp.

EX iure manu conſertum uocari, priſci Iurecoss. dicebant aliquem, cui lis intendebatur. Metaphora ſumpta à bellis, in quibus manus conſerere dicuntur, qui cominus confligunt. Autor Varro lib. de Lingua Latina ij. Sp.

EXIMERE, diuiditur in eripere, & eximere: ut prius ſit de manib. auferre raptum: poſterius, alia ratione impedire, & moram facere, quo minus in ius uocatus ueniat, & ſe iudicio ſiſtat. l. ſed eximendi. ff. Ne quis eum qui in ius. Sp.

EXIMERE diem, eſt prolongare. ut, Cato diem dicendo eximebat, id eſt, prælonga oratione, cenſendi tempus conſumebat de induſtria. Sic eximere actionē dixit Vlp. cum per dilationē effectum eſt, ut iam agi lege non poſſet. Vide ſuprà, Actio exempta.

EXIMERE ex reis, hoc eſt, reorum et accuſatorum albo delere, ſiue actionē remittere in cauſis criminalibus, Ledig erkennen. Eximere ex ęrarijs, condonare multam, id eſt, quitare emendam. Eximere noxæ, gratiam criminis facere, hoc eſt, remiſſionem dare. Eximere notæ, remittere infamiam. Budæus.

EXIMIVS Imperator. Martian. in Aut. de Conſul. §. i.

EXINANIRE legatis, donationib. hoc eſt, euacuare, attenuare, & ad nihilū patrimonium redigere. l. j. & iij. C. de Inoffic. donat.

EX integro agere, idem quod de integro ſignificat.

EXIRE de poteſtate parentū, à Iurecoss. dicitur emancipare: à qua ſermonis formula exiſſe è poteſtate dicuntur, qui effrenati feruntur aut libidine, aut iracundia. Lege Tullium libro Tuſculan. quęſtion. iij. Sp.

EXISSE è poteſtate dicebantur, qui à mente excidiſſent, & qui ſpreta ratione, cupiditatum arbitrio, præcipites ferebantur. Formula ſermonis detorta uidetur, ut ait Eraſmus, à Iureconſultis: apud quos filij ex iuſtis nuptijs procreati, dicuntur eſſe in poteſtate parentum: niſi emancipentur: aut niſi pater moriatur. Rurſus emancipati dicūtur exiſſe de poteſtate parentum. Sp.

EXISTERE, propriè ab exiſtendo dicitur: Siſtitur autem, quod firmum & immutabile. Cic. de Offic. lib. ij. Vt tyranni exiſterent, et optimates opprimerentur. Hinc

EXISTERE conditio, propriè dicitur, quando mora amplius dilui non poteſt. Ex cap. ix. lib. iij. Parerg. Alc.

EXISTERE, operari eſt, & efficere: qui eſt

eſt ſignatus modus loquendi elegantiæ Iuriſconſultorũ dignus, monuit Zaſius in Gloſſ. nouis. ad l. in ratione. ff. ad Leg. Falcid. Sp.

EXISTIMATIO, eſt dignitatis illæſæ ſtatus, legib. ac morib. comprobatus: quæ ex delicto noſtro, autoritate Legũ, aut minuit, aut conſumit. Autor Calliſtr. l. cognitionũ. de Extraor. cog. Sp.

EXISTIMATIONEM cõſeruare. Vlp. in l. quid ergo. ff. de his qui not. infam. Pœna grauior ultra legem impoſita, exiſtimationem conſeruat, &c. Sp.

EX Legib. uerbũ, quomodo intelligendũ, Alciatus explicat in l. nominis rei. de Verb. ſig. Et reuera ſi unq̃ peccatum eſt in hoc, nũc peccat maximè, nõ à Iuriſperitis tantũ, ſed à principibus, magiſtratibus, regibus, põtificibus, ſacrificis, theologis quoq;. Proinde nulli nõ, ut uulgò dicitur, facultati, crebrius inculcãda eſt ea ſententia, quæ habetur C. de Legib. Nulli dubium, in legem committere eum, qui uerba legis amplexus, contra legis nititur uoluntatem. Sp.

EX more, pro, ſecundum conſuetudinem.

EX natis gregem ſupplere, id eſt, in locum capitũ defunctorũ uel inutiliũ alia ſubmittere, ut dicunt Vlp. & Pomponius. l. uetus. & ſeq. ff. de Vſufructu. Sp.

EX nobis, Deſcendentes dicunt: ut Nos, ex Aſcendentibus. Aut. de Hęr. & Falc. §. primum utiq;. Alber.

EX NVNC, prout extunc: & extunc, prout exnũc, hac uulgò clauſula uſurpata, necdũ tamen Latinitate donata, tẽporis extremũ ad initium retrahi, & uiceuerſa initiũ ad extremũ tẽporis retrahi ſignificatur. ut uult celebris Gloſſ. in l. j. C. de Edẽd. & Bart. tradit in l. ſi ita ſtipulatus. in prin. ff. de Verb. oblig. et in l. de Pupillo. §. ſi plurimũ. de Oper. nou. nunciat.

EX officio ad artificiũ tranſire, declaratur à Martian. de Leg. iij. l. legatis ſeruis. Sp.

EXOLERE, ꝑ deficere, ac uetuſtate quadã euaneſcere, familiare uerbũ Iurecõſ.

EXORBITANTIA, Zaſ. interpretatur, quæ ſunt extralimitanea, quæ ſunt irregularia, quę ſunt enormata, et propemodum abſurda. De his ualde notabilis doctrina per Ang. iactatur in l. quicq;. §. parentes. ff. de In ius uoc. Quod quantumcunq; ſint exorbitantia aliqua, tamẽ propter honeſtatis rationẽ fit extenſio, etiã ad caſum impropriũ. Sanè egregia limitatio ad id, quod per manus traditur, in exorbitantib. non fieri extenſionẽ. Sp.

EXORCIZAVIT, apud Vlp. in l. j. de Var. cognit. qui ibidem indicat, id uulgare fuiſſe impoſtorũ uerbũ, quod propriè ſignificat, religione obſtringere, hoc eſt, alicuius animo religionem inijcere, id eſt, metu religionis temeratæ percellere, aut perterrefacere: quod & religionis implere dicitur. Sp.

EX ordine, uice aduerbij fungitur.

EX parte, idem quod partim ſignificat, & uice aduerbij ponitur. Canoniſtę aliter, & ut pleraq; alia, barbarè uſurpant.

EXPEDITIO dicta, quòd milites ac bellatores expeditos acris et domeſticis affectibus abſolutos eſſe oportet.

EXPEDIRE, pro abſoluere. Caius de Iureiur. Maximũ remediũ expediendarũ litiũ in uſum uenit iuriſiurandi religio. In tertijs perſonis, hoc eſt, imperſonaliter, pro utile eſt, uſurpatur. Inſtit. de his qui ſunt ſui uel alien. iur. §. ſed & maior. Expedit reip. ne quis re ſua malè utatur.

EXPEDITVM, Vlp. in l. contra. §. ſi filius. de Pactis, uenuſtè accipit, pro certo, explanato, declarato, deciſo. Quod & ipſum non eſt expeditũ. Idem in l. ij. Rem pup. ſal. fore. nõ expeditã emptionem, pro difficili, & ea quæ citò fieri non poteſt. Sic expeditiſſimum, pro certiſſimo, & indubitato, Caius dixit in l. in uenditione. §. fin. de Bon. aut. iud. poſſ. Sp.

EXPELLERE è patrimonio, Ciceroni eſt, paterna hæreditate excludere. Idem dixit, Expulſam à matrimonio filiam.

EXPENDENDVM reditum patrimonij utiliter monuit Vlp. in l. Ius alimentorum. Vbi pup. educ. deb. ſic ſcilicet. ut ſemper aliquid ex reditu ſuperſit. Sp.

EXPENSAE, ſumptus ſunt uolũtarij: & nõ neceſſarij: Impenſæ uerò ſunt utiles, & neceſſariæ. Confunduntur tamen.

EXPENSVM, expenſi: & expenſa, expenſæ, ſumptus.

EXPENSVM ferre dicimus, & Acceptũ ferre: quod & Accepto ferre à Iurecons. dici ſolet. tracta à raciocinationibus metaphora. Duæ enim partes rationũ ſunt: Prior accepti eſt, & poſterior expenſi. Bud. in Annot.

EXPENSVM ferre, eſt ſcribere ſe pecuniam dediſſe, ut inquit Aſcon. Vlpian. ad S.C.

ad S.C.Trebel.l.mulier.dicendũ eſt po tius, fructib. hoc expenſum ferendũ, quàm fideicõmiſſo. Obſeruandum aũt, quod non ſolùm de pecunia, ſed etiã de alijs operi bus dicit. Marcell. ad Leg. Iul. repetũd. l. lex Iulia. Illud quoq; cauet, ne expẽſum ferat opus publicũ faciendũ, frumentũ publicè dandũ, præbendũ, apprehẽden dum, ſarta tecta tuenda, anteq; perfecta, probata, præſtita lege erũt. Iabol. de ſu- pel.leg.l. Qui ueſtem cõmunem omnẽ, & res plurium generum ſupellectili fer- re ſolitus erat. Scæuola: Quæ in fraud.l. pupillus. Creditores ſuæ negligẽtiæ ex- penſum ferre debent. Sp.

EXPELLERE & repellere non debet intelligi de armis priuatis & de facto, ſed de publica executione, & de Iure, te- ſte Iuſtiniano in proœmio Inſtit. Quin, ait, ſed etiam per legitimos tramites ca- lumniantiũ iniquitates expellit. Vnde quidam Doct. falsò tradunt in certis ſpe ciebus permitti priuatim expellendi fa- cultatem. de quo latius aliquãto & per- bellè ſcribit Oldend. in de Action. Em- phyteut. Sp.

EXPERIRI, eſt actionẽ intendere in iu- dicio. Paul. de In ius uocand. In ius, ait, uocare, eſt Iuris experiũdi cauſa uocare. Idem alibi citans uerba edicti Prætorij in eũ qui ui rapuit: Primo, inquit, anno quo experiundi poteſtas fuit, in duplũ, poſt annũ in ſimplũ actionem dabo. Sp.

EXPERIRI intra parietes, Ciceroni eſt, permittere rem diſceptandã inter ami- cos citra iudicium, & extra cancellos fo- renſes: uulgus Amicabilem ingredi cõ- poſitionem appellat. Sp.

EXPERIENS, pro experto. in l. ex aula. C. de Priuil. cor. qui in ſacr. palat. milit. Alberic.

EXPERTES, qui nullã rerũ experientiã habent. C. de Tutor. & cur. illuſtr. perſ.

EXPERTVS, hoc eſt, experiẽtia doctus et prudens factus. Huic credere oportet l. diſt. c. ut conſtitueretur.

EXPETERE ius alicuius, pro curare, ut alicui fiat ius, & ius ſuum obtineat.

EXPILARE, furtiuè fraudare. Inde apud Iuriſcõſ. titulus eſt, de crimine expilatæ hæreditatis. Et qui alienã hæreditatẽ ex pilauerit, extraordinariè ſolet coerceri.

EXPILARE populum dicitur, qui ex- actionibus ſpoliat. Sp.

EXPILATAE hereditatis crimen. Lege, Crimen expilatæ hæreditatis.

EXPILATORES, ſũt Aſconio, atrocio- res fures, qui ne pilũ quidẽ relinquũt in corpore ſpoliatorũ. Vide ſuprà, Compi latores. In Iure noſtro propriè hoc uoca bulo notanť, qui ex reb. uacãtis hæredi- tatis aliquid ſurripiunt. ut ff. & C. eod. Vlp. de Effrac. l. j. Expilatores, inquit, qui ſunt atrociores fures, hoc eſt, λωποδύται, id eſt, qui ueſtib. homines exuũt. ut Haloander interpretatus eſt. Bud. le- git συλαγῶποι, uel συλῆται: indicans hoc furtũ uocari improbius, in l. ſi te expilaſ- ſe. C. ex quib. cauſ. infam. irrog. Cicer. in Pretura urbana improbiſſimũ appellauit. Aſc. apparet eos dici expilatores, qui uia torib. noctu pallia et ueſtes diripiũt. Sp.

EXPIRAT, Mart. §. fin. l. j. de requir. reis. Nam & ſi intra annũ mortuus ſit, crimi- nis cauſa expirat & perit. Translatè, pro decidit & transfluit. Sic & libertas expi rare dicitur, quæ in declinatione eſt. Sp.

EXPLANARVNT, id eſt, interpretati ſunt, & expoſuerũt, apud Iuſtin. in Aut. Quem. oporteat epiſc. §. j. Hoc aũt futu- rũ eſſe credimus, ſi ſacrarũ regularũ ob- ſeruatio cuſtodiať, quã iuſti & laudãdi, & adorandi inſpectores & miniſtri Dei uerbi tradiderũt Apoſtoli, & ſancti pa- tres cuſtodierũt & explanauerũt. Hinc explanator, qui interpretať & exponit. Cic. j. de Diuin. Sunt enim explanato- res, ut grammatici poetarum. Sp.

EXPLICARI, id eſt, decidi res nõ poteſt citra adiudicatiões & cõdẽnationes. au tor Paul. de procur. l. licet. §. ſi plures. Sp.

EXPLICATIO, eſt allegatio infirmãs ſup- plicationẽ. Et eſt pro actore cõtra reũ. Re- plicatio, allegatio eſt contra exceptio- nẽ. Supplicatio uerò, allegatio eſt, quæ replicationẽ infirmat, et reũ adiuuat. Sp.

EXPLICITE, nõ eſt diſtinctè & apertè, ut Canoniſtæ uſurpant, hoc enim expli- catè ſignificat, ſed expeditius & celerius denotat.

EXPLICITO, hoc eſt, abſoluto, apud Vlp. ad S.C. Trebell. Explicito tractatu, qui ad fideicõmiſſa ſingularũ rerũ pertinet, tranſeamus nunc ad interpretationẽ S. C. Trebelliani. Hoc S.C. factũ eſt, eod. referente, temporibus Neronis, octauo Cal. Septemb. Anneo Seneca, & Tre- bellio Maionio, Coss. Sp.

EXPLORATA fides, pro perſpecta & certò cognita, apud Aurelium, in l. unica. de Offic. præf. præt. Sp.

EXPLORATORES, qui ſecreta nunciant hoſtibus, proditores ſunt, & capitis pœnas luunt. Arrianus in l. omne delictum. de Re milit.

EXPLOSA priſtina fictione. Inſtit. de Fideicom. hæred. §. ſed quia. Alber.

EXPLOSIS ridiculis ambagib. l. ult. C. de Legib. & Conſtit. Alberic.

EXPLOSIS atque reiectis præſcriptionib. l. j. C. de Conſort. eius d. lit. Alberic.

EXPOLIATI, Zaſius inquit, elegāti figura dicūtur, qui ſunt priuati, qui iacturam in bonis paſſi ſunt. Ita Iuriſc. in l. j. ff. de Don. int. uir. & ux. dicit, donationē eſſe ꝓhibitā inter cōiuges, ne ſe mutuo amore ſpoliarēt. Sic in l. ij. de Bon. dam. Is qui detrudit in carcerē propter crimē, nō debet ſpoliari bonis anteq̄ ferat ſententia. Spoliari, id eſt priuari. Et q̄d Iuſtin. in §. cōpenſationes. Inſtit. de Act. dicit, Expoliatū bonis, Iuriſc. in l. fin. ad fin. de His quæ in fraud. dicit, Exutum bonis: ut paria ſint, Exui bonis, & Expoliari bonis, id eſt, iacturam bonorū pati. Vnde interpretes dicti, §. compenſationes. uerbi Expoliatus elegantiā nō intelligētes, alienū, ridiculū, & planè impiū, ut Zaſ. utar uerbo, ſenſū inuexerūt. Sp.

EXPOLIATORES. Lege, Atrociores fures.

EXPOSCERE, & Depoſcere, eſt dedendum aliquem ad pœnam petere.

EXPORTARE, Verſchicken. Martian. Exportandus ab Italia, ſi uenerit, in prouincia morari poteſt. l. ij. de Export.

EXPOSTVLARE ſummiſſim, ſeruorū eſt erga dn̄os: qui apertè cōqueri nō audēt, ꝓpter reuerētiā. Nec ſemp̱ eſt ſubaccuſare, ſeu appellare aliquē de accepta iniuria, uerūetiā uehementer poſtulare. Inſul. ex Suet. in Aug. exēplū adfert. Sp.

EXPOSTVLATIO, eſt aduerſus eum, quē accuſamus. Quòd F. Sylu. adnotauit, Expoſtulationē facere, eſt cum querela apud amicos requirere, & quaſi officium amicitiæ in alio deſiderare: quia ab eo uiolatum ſit. Sp.

EX præparato, uice aduerbij ponitur, id eſt, dedita opera.

EX præſcripto agere, imperitè aulici dicunt, iuxta Inſtructionem.

EXPRESSA nocēt, nō expreſſa nō nocēt. Sentētia hæc eſt apophthegmatica, plus in receſſu habēs, q̄ uerba ipſa in frōte præ ſe ferebāt. ut oſtēdit elegāter Ferrarius in huius Regulæ explicatione. Obſeruandū tamē, ꝙ & ea quæ ad aliud expreſsū referunt̄, aut ex neceſſaria conſequentia ueniunt, tanq̄ expreſſa iudicantur. l. ait Præt. §. j. l. in ſumma. in prin. de Re iud. l. aſſe toto. ff. de Hær. inſtit. cū ſimil. Hanc elegantem Iuris doctrinā accuratè & latè proſequitur Iaſon in l. Prætor ait. ff. de Oper. nou. nunc. & Abbas in c. olim. extr. de Cenſib. Alioqui expreſſum, facit ceſſare tacitum. l. cùm ex filio. §. filio. ff. de Vulgar. & pupill. ſubſtit. Et plerunq; fit latior interpretatio in caſu expreſſo quàm tacito.

EXPRESSE, pro manifeſtè & apertè.

EXPRIMERE, inter alia etiā hoc ſignificat, ui & neceſſitate impetrare & auferre. ut enim extorquere, ſic exprimere dicitur, quaſi manibus preſſis auferre, & extundere. Sp.

EXPROBRARE, pro pudore afficere. Sic Plin. Iunior: Etiam mala emptio ſemper ingrata, eo quòd exprobrare domino ſtultitiam uidetur. Sp.

EX prouincia Iodices adferri. l. argentarium. ff. Vbi quis ager. Sp.

EXPROMITTERE, fideiubere, & pro alio ꝓmittere. Vlp. de Iur. dot. Debitor mulieris, iuſſu eius pecuniam uiro ſuo expromiſit. Idem de Don. Si quis ſeruo ſuo grandem pecuniam crediderit, deinde liber factus, eam expromiſerit.

EXPROMISSORES ſunt hi, qui pro eo promittunt, qui ipſe efficaciter obligatus non eſt. ut qui pro ſeruo promittit centū domino, ſi eum manumiſerit. nec enim cū ſeruo contrahitur uera obligatio. Hinc & Expromittere, pro alio promittere. Vide Vlp. in l. & eleganter §. ſeruus. de Dolo. & l. debitor mulieris. de Iur. dot. Quo uerò expromiſſor à mandatore, fideiuſſore, ſponſore, conſtitutore, & principaliter obligato differat, annotatum eſt in Authent. de Fideiuſ. in princ. Accedit. §. ſatis acceptio. l. v. ff. de Verb. oblig. & l. ſi quis accepto. de Cond. ob cauſ. Sp.

EXPVGNATVR nauis, cū ſpoliat̄, aut mergitur, aut diſſoluit̄, aut pertunditur, aut uela concidunt̄, aut anchoræ inuoluuntur

uuntur de mari. Calliſtratus autor. de Incend. ruin nauf. Sp.

EXPVNGERE, Bud. ait, eſt punctis circumducere & tollere, & quaſi rem iam cōfectam eximere è codice. Hermogen. de Diuerſ. temp. præſc. Reipublicæ rationes ſubſcriptæ, & expunctę aduerſus eũ quidem qui adminiſtrauerit, ultra uiginti, ad uerò hæredem ultra decem annos retractari non poſſunt. Sp.

EXPVNCTI. Vide Punctum. ad fin.

EXPVNCTVS miles dicitur, qui è numeris exemptus eſt, & ære dirutus. Bud.

EXPVRGARE, idem quod, ſe uitio aliquo purgare. Et expurgationem habere, pro ſe purgare, accipitur.

EXQVAESTORE, exconſule, Iuſtinianus in procemio Pandectarum dixit, loquēdi forma ei ſeculo familiari, pro quæſtorio & cōſulari uiro: quo modo ueteres Latini Proconſule, & Saluſt. Promilite, & Cicero Proquæſtore, uno uerbo per omnes caſus & numeros dixerunt: quod & Haloander noſter accuratè admonuit ſuæ editioni ſcholiolo adiecto. Sp.

EXQVIRERE, id eſt, inter ſe conſultando inueſtigare: quod eſt uniuerſalis Concilij proprium. Sp.

EXROGARE. Vide, Erogare.

EXSCRIBERE, eſt & exemplum ſumere, & ſcriptum perficere.

EX ſecto uentre extractus. Vlpian. l. Poſthumus. de Inoff. teſtam. Sp.

EX ſeminario, id eſt, ſtirpitus. Sic Vlpian. interpretatur in l. uitem. §. quod ſi quis. Arb. furt. cæſ. Sp.

EX ſuperiore in inferiora non aquam, non quid aliud immitti licet. in ſuo enim alicui hactenus facere licet, quatenus nihil in alienum immittat.

EX ſyngrapha agere, obſignatis tabellis agere: pro eo quod eſt, rigidè, parumq́ ciuiliter, ſed uelut ex obligatione. Sunt formæ, ut ait Eraſ. à Iuriſcoss. ductæ, uerſæ in prouerbium. Sp.

EX tempore, id eſt, cauſa temporis, ſeruiendo tempori, ut uulgo dicunt, ſecundum exigentiam temporis.

EX tempore dicere, id eſt, citra præmeditationem: et apud Perſium, ex tempore uiuere, id eſt citra ſollicitudinem futurorũ. Hãc uitã ceu feliciſsimã, ꝓbauit Chriſtus: ut quã & ipſe ſemper ſecutus ſit, & Apoſtolis ſequendã propoſuerit. ex Eraſ. Sp.

EXTENDERE legem, eſt eam ampliare ad non expreſſa. Vnde uulgata doctrina eſt, in fauorabilibus extenſionem fieri oportere, ſi ſit idoneitas rationis. l. illud. C. de Sacroſanct. eccl. Bart. in l. ſi conſtãte in prima parte, in noua queſt. Sol. mat. Sed & interdum uerba in extentam, & de ſtricta ſignificatione in latam laxari poſſe, Gloſ. monuit, in Aut. Vt hi qui ob lig. poſt. princ. uerb. ad curationem. & ibi Ang. Sic & noſtra appellamus, in quibus ius aliquod habemus. Gloſ. & Bald. in l. ij. ad prin. de Orig. iur Gloſ. in l. ſi & me & Titium. Si cert. pet. in l. j. ad fin. & ibi Alber. de Eo quod cert. loco. Vide ſuprà, Exorbitantia.

EXTERMINARE, eſt quod nos uocamus, **Verbannen**, id eſt, extra Bannum eijcere. Quam uocem, ut Rhenanus noſter atteſtatur in Annot. ad Tertullianũ, Anſegiſus Abbas, Francicarum Legum quas de Germanico ſermone in latinum uertit, Forbannire reddidit. Vnde Forbanniti legibus Longobardorum & Alemanorum, et reliquarum gentium nominis Germanici. Vſus eſt eadem uoce Imp. Fridericus ij. in Cõſtit. Regni Neapol. lib. ij. tit. ij. ubi interpres minimè contemnendus, quo Foroiudicati, à Forobannitis diſtent, haud inſcitè demonſtrauit. Spieg.

EXTERNAE res dicuntur non tantum bona fortunæ, ſed etiam quæ domeſticæ non ſunt: quas Forenſes appellat Cicero. Spieg.

EXTERVS religionis, pro alieno à religione, Impp. uſurparunt in l. nemo. C. de Iudæis. Spieg.

EXTER hæres, pro eo qui non ſit domeſticus, & ex eadem familia. Papinianus poſuit in l. Peto Luci. §. j. de Legat. ij.

EXTORRES, exules ſunt: quaſi extra terram eiecti. Alc. in l. nemo clericus. C. de Sum. trin. & fid. cath.

EXTRA, pro præter, in l. diximus. ff. de Excuſ. tut. Alberic. Sic apud Ciceronem in prima inuect. in Catilin. tum alijs locis per Syluium adductis. Sp.

EXTRA ordinem quærere, eſt, non obſeruata forma procedendi, cauſam aliquam tractare. Adi Bart. in l. j. ff. de Furt. Vide, Ordo.

EXTRANEVS, in materia dotis, dicitur omnis ille, qui non eſt paterfamil. uirilis

t ſexus,

ſexus, & qui non habet filium in poteſtate: ſolo eius parente excepto, omnes alij dicuntur Extranei. Vide Zaſium in §. fuerat. Inſtitut. de Actionib. Sp.

EXTRANEI etiam ſui dici poſſunt, ratione delicti. Gloſs. eſt probata. in l. iij. ff. de Offic. Præſid. ubi dicitur, Præſidem etiã aduerſus extraneos imperium habere, ſi malefecerint: licet aliàs in ſuę tãtum prouinciæ homines habeat. Sp.

EXTRANEOS hæredes, Viglio teſte, melius definiuit Tribonian. in §. cæteri. Inſtit. de Heræd. qualit. quam poſteriore Inſtitutionũ libro Caius. Variè autẽ Extraneus dicitur: interdum reſpectu eius qui in poteſtate eſt, interdũ filij, interdũ uel agnati, uel propinqui. Vide Bald. in l. ſi emancipati. C. de Collationib. Sp.

EXTRAORDINARIA quæ dicantur, uide infrà in dictione, Ordinaria.

EXTRAORDINARIVM iudicium. Vlpian. ait, Si cert. pet. Reſponſum eſt in l. cum filiusfamilias. à Scæuola, Extraordinario iudicio eſſe illi ſubueniendum. Alciatus hunc locum ediſſerens, l. cum filius familias. ff. Si certum petat. docet, quòd certo apud ueteres ordine, quibuſdamq́ formulis, tam publica iudicia, quàm priuata tractabantur: quæ deinde in uſu eſſe deſierunt. unde cœperint iudicia omnia extra ordinẽ reddi. Sed magis ſpecialiter extraordinarium iudicium dicitur, quod officio iudicis implorato conſtituitur. l. ſi cui legatum. de Cond. & demõſt. l. j. de Var. & extraord. cogn. quoties ex æquitate alicui ſuccurrendum eſt, quia ordinarium remedium deſit. l. in cauſę. ij. de Min. l. ſalarium. Mand. Sp.

EXTRAORDINARIVS iudex. Lege, Iudex.

EXTRAORDINARIAE pecuniæ nomine, ſordida lucra & furta intelligit Aſcon.

EXTRAORDINARIVS reus, teſte Paulo Mãutio, is dicebatũ, cuius cauſa nõ ordine, ut aliæ cauſſæ, ſed primo loco ſemper ageretũ, & inde extraordinaria cauſſa, quę ſtatim ante omnes cauſſas ageretur, ut cũ erat de ui, uel coniunctionem habebat cum aliqua cauſſa antè iudicata. Sp.

EXTRAORDINARIVM remedium, Alc. officium iudicis interpretatur, in d. l. cum filiusfamilias. Si cert. pet. & cap. x. lib. j. Paradox. contendit, eadem eſſe remedia, officium iudicis, utilem actionẽ, atque actionem in factum. Sp.

EXTRAVAGANTES, aliquot ſanctiones Principum ſunt: dictæ, quod ſint extra librorum iuris ciuilis contextum frequentatæ. qualis eſt conſtitutio Lotharij Saxonis, de Feud. non alien. & diui Friderici, de pace tenenda. & de Sacramẽt. puber. ſpontè factis non retract. Item de priuilegijs Eccleſię, Friderici Imp. eius nominis ſecundi. Item de Maieſtate læſa: deq́ Rebellib. edictum Henrici ſeptimi: & rurſus de Pace Cõſtantię. duorum Friderici Impp. & Henrici Romanorũ Regis vj. cum nonnullis alijs Principũ ſanctionib. publicis, iuris libris, necdũ adiunctis, ſed quæ in Archiuis Imperij in reip. uſum cõſeruantur, ut monuit Ferrar. Sp.

EXTREMA puericia, pro extrema parte puericiæ

EXTREMVM in iuriſdictione, eſt decernere aliquid, iubere, uel addicere. quippe ſicut citatio ad præpræparatiorẽ pertinet, ita decretũ ad extremã executionẽ. Proinde puniri poteſt is qui præcepto iudicis in quacũq́ parte iudicij nõ obtemperauerit. Dd. quia nõ perceperunt uim uocabuli extremi in edicto, Si quis ius dicen. non obtemp. eorum ingenia, ut ait Zaſius, egregiè defecerunt: quem uide hic, & lib. j. Singular. intellect. Item Hegendorph. eadem. l. unica, & Oldend. Claſs. j. Action. ij. Sp.

EXTRICARE, eſt quod intricatum eſt expedire atque reſoluere, ſiue enodare. Vlp. ad Leg. Aquil. l. ſi ſeruus ſeruum. Si cum margaritas, inquit, maritus dediſſet in uſum extricatas, easq́ inuito, uel inſcio uiro perforaſſet. Extricatas dixit, pro ſolutas, & non perforatas, neq́ in lineam redactas. Nebr. Aliter: Extricare, eſt dempto cortice expolire. Sic Vlpian. Sunt extricati uniones, qui ex rudi & natiuo habitu arte gemmarij politi ſunt. Sic item margaritæ extricatæ, ab eo appellatæ: quas Accurſius, margaritarum naturam ignorans, ab inuicem ſeparatas, interpretatus eſt, teſte Budæo. Sp.

EXTRINSECVS, id eſt, extra naturam rei. l. fluminũ. §. uitium. ff. de Dam. infect. Aliter ſumitur C. de Bon. quæ liber. l. cũ oportet. in prin. & §. ſub hac. Alberic.

EXTRVITVR, inſtruitur, fabricatur, armatur nauis. Paul. l. qui nauem. Marcel. l. quòd quis nauem. de Priuil. cred. Sp.

EXTVNC, ex illa hora, & temporis momẽto: ſicut Exnũc dicitur, pro, ex hoc tẽpore & hora. De clauſula hac Exnunc, prout extunc, ſuprà dictum eſt.

EXTVNDERE. Vide, Exprimere.

EXTVRBARE, id eſt, ui eijcere. Eſt Ciceroni exturbare à ciuitate, quòd uulgò dicunt, facere ciuem multari exilio, Verbannen.

EXVEHERE. Celſus ſcribit: Si quis merces, quas exuehendas conduxit, in horreo poſuit, cum conductore ad exhibendum agi poſſe, teſte Vlpiano. l. v. ff. ad exhiben. Spieg.

EX uirili ſexu, ſeu per uirilem ſexum, & per lineam uirilem deſcendentes differunt. Nam primo caſu etiam fœmina ex filio, uel nepote nata continebitur, ſecundo non continebitur. Non enim per lineam deſcendit, niſi qui in linea eſt. Recentiores interpretes, in l. Gallus. ff. de Liberis & poſthum. Spieg.

EXVL, qui à ſolo eiectus eſt. Trãslatè, nec omnino ineptè dicitur, in. l. iubemus. C. de Teſtã. Exul fiat à Republica falſitas. Lege, Profugus. Sp.

EXVSTIS ędibus nec areæ, nec cęmentorum uſumfructũ deberi, Iulianus tradit, teſte Vlp. in l. repeti. §. rei mutatione. ff. Quib. mod. uſusfruct. amittat. Sp.

F A

F litera ſolo puncto poſtpoſito, non tantum filium, ut uulgò arbitrãtur, ſed etiã fratrẽ denotat. Extat in Bruto Ciceronis exemplum, quum ait, Feſtiuitate igitur & facetijs, inquã, C. Iulius, L. F. ubi F. litera fratrẽ denotat. Nam teſte Pediano in orat. pro Scauro, is C. Iulius habuit fratrem L. Iulium. Sp.

FABER tignarius intelligitur omnis qui ędificat. quia in Lege xij. Tab. Tigni appellatione omnis materia unde domus cõfici poteſt, cõtinetur. l. tigni. de Verb. ſignif. In ſpecie tamen accipi uidetur pro lignario, ſeu materiario tãtum, qualẽ greci τέκτονα uocant: cuius uocis meminit Papinian. l. pen. de Via publ. dum licitum eſſe tectioni tradit, trochos, id eſt, rotas extra ergaſterium proponere. Sp.

FABIA Lex. Quære, Lex Fabia.

FABIANA formula, à Fabio dicta: ad eorum reuerentiam pertinens, quæ in fraudem patroni alienata ſunt. Sp.

FABRE, pro artificioſe: ut à fabris eſſe uideatur. Sic apud Plautum, Hoc factum eſt fabrè. Sed iam ab uſu receſsit: magis enim utimur alio aduerbio, Adfabre. Sp.

FABRI dicuntur, manu artificium aliquod facientes: eſtq; generale nomen: unde ex adiectione ſolet diſtingui. ut cum dicimus, faber lignarius, faber murarius, faber aurarius, & ſimilia. Ex Alciato. Spieg.

FABRICA, generale nomen eſt in Aut. de Armis. Sed in Conſtitutionibus ſpecialiter accipĩt pro armorũ factione. Vnde & Fabricẽſes dicti: in quẽ ſenſum & fabricæ Cremonenſis, teſte Alciato, meminit Marcellinus libro xv. Nec eſt fabrica, pro quo à Canoniſtis ponitur, licet error hic apud uulgus peruicerit: ſed propriè latinis denotat quorumcunq; fabrorum officium. Spieg,

FABRICA item, pars eſt architecturæ, quæ à Vitruuio ſic definitur: Fabrica eſt continuata ac trita uſus meditatio, quæ manibus perficitur. Sp.

FABRICENSES. Vide, Stigmata.

FABRILES operæ. Vide infrà, Operæ fabriles. & l. pen. de Præſc. uerb. l. fabriles. de Oper. libert. l. ſi ſortem. C. de Condit. indeb. Albericus.

FABRORVM collegia ea de cauſa inſtituta, ut quoties in urbe aliquod incendium excitaretur, ad illud compeſcendũ accurrerent. Eorum inſtrumenta Vlp. connumerat in l. quæſitum. de Fund. inſtr.

FABRORVM præfectos, quorum multa eſt mentio apud autores in l. diuus. ff. de Bonis damnat. eos eſſe cenſet Bud. quos Commentarienſis, qui dicitur, adiutores ſibi ſumpſit ad cuſtodias obſeruandas regendasq;. Spieg.

FABVLA, res paſsim uulgata, etiamſi uera ſit, à fando dicta. Cantiuncula non abſurdè apud Iuſtinianũ explicat pro commentitijs traditionibus, ſeu doctrina adulterina: quemadmodum & Paulus in l. antiqui. Si pars hæredit. pet. accepiſſe uidetur. ubi dicit: Ideò multa de huiuſmodi re, tam uaria & incredibilia tradiderunt, ut fabulis annumerarentur, hoc eſt, fabulari narrationi, in qua multa falſa, & minimè uera, referuntur. Atqui uox hæc latina reſpondet duabus Græcis uocibus, alteri quæ eſt μῦθος, alteri quæ eſt δρᾶμα. Iam ut μῦθος Græcis anceps eſt ad confi-

ctam fabulam, quales ſunt apologi: & ad ſeriũ uerumq́ſermonem itidem apud latinos eſt fabula. Vnde & à fabulãdi uer bo non abhorret Euangelium. & Hiero nymus exponens epiſtolę ad Philemonẽ cap. j. hiſtoriam Dalilæ & Sampſonis, fa bulam appellat. Vide Eraſ. in ſupputat. Err. Beddaicor. Spieg.

FAC ita eſſe. Item, finge, uel da, latinè dicitur pro eo, quod Sophiſtę, & uulgus Interpretũ frequẽter uſurpãt, Pone caſum: quod planè barbarũ eſt, teſte Tislino. Sp.

FACERE, perquam generale uerbum eſt, & ad quæcunq; facta refertur. Sp.

FACERE uidetur, qui iubet & mandat. l. in condẽnatione. ff. de Regul. Iur. Alber.

FACERE, quandoq; pro dare interpretamur. l. ſi hæres. de Leg. j. Sp.

FACERE, plus eſt quàm pronunciare. l. ſi tamen. §. ei qui ſeruum. ff. de Aedil. edict. Albericus.

FACERE, pro laudare, Plin. Iunior poſuit: tam latè patet id uerbum, multorum locum explens. Sed nos quæ ad noſtrum inſtitutum propius accedunt, duntaxat adnotanda duximus.

FACERE item eſt numerare. Vnde paria feciſſe dicitur, qui pecuniam quam acceptit, numerauit, & id quod debet reddit. ex Alciato. Sp.

FACERE denique pro ſoluere accipitur. l. ſunt qui. de Re iud. & l. ult. C. de Rebus credit. Spieg.

FACERE, id eſt, ſollicitare intelligimus, ut cum paciſcimur, Ne ſeruũ facias furem, aut fugitiuum: id eſt, ne ad furtum fugám ue ſollicites. Sp.

FACERE etiam accipitur, per quem non ſtat, quo minus fiat. l. uter ex fratribus. ff. de Condit. inſtit.

FACERE, procreare etiam ſignificat, in l. cùm ſatis. de Agric. lib. xj. Sp.

FACERE. Bart. interpretans l. naturalis. §. j. ff. de Præſc. uerb. an nõ facere, ſit facere, pulchrè diſſerit.

FACERE, aliud eſt quàm reficere. l. iij. §. pen. ff. de Itin. actuq́ priu. l. j. §. j. de Via publ. refic. Interpretes tamen apud Iuriſcoss. hoc uerbum pro reficere accipiunt. ut in l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi calicem. ad Leg. Aquil. l. Mutius. de Rei uend. l. j. de Mort. inf.

FACERE æqui boni, apud Ciceronem, Terentium, & Liuium ferè eſt, quod Iuriſcons. dixit, Boni cõſulere, in l. generaliter. ff. de Decurionibus. quod quid ſit, docet ibi Budæus. Sp.

FACERE certiorem. Vide, Certifico.

FACERE cœnaculariam. Lege, Cœnaculum. ibidem, Cœnaculariam exercens.

FACERE contumeliã. Apud ueteres et Ciceronis ętate ſuperiores ꝑ eo, quod præſens ætas afficere contumelia, dicit, receptum fuit: ab uſu tamen cotidiani ſermonis remotum iam Ciceronis ætate. Sp.

FACERE damnum, pro periclitari, & damnum & incommodum ex re aliqua accipere. l. Proculus. ff. de Damn. infect.

FACERE exemplũ in Dauũ, pro eo quod eſt, ita punire Dauum, ut ſit alijs exemplo. l. Proculus. de Dam. inf. Sp.

FACERE fraudem creditoribus, ex interpretatione legis, ultra uim uerbi intelligitur, qui ſeruitutes per negligentiam amittit, uel rem pro derelicto habet. l. iiij. ff. Quæ in fraud. cred. Spieg.

FACERE hæredem dicitur is, qui moritur: cum teſtamento facto, eius res in alienam poteſtatem redeunt. Attamen, Facere hæredem, pro relinquere hæredem, uſitatius eſt. Sp.

FACERE impreſsionem, idem quod facere impetũ, nempe inſultare. de quo apud Feudiſtas.

FACERE inducias, quod uulgò, ut omnia barbarè dicunt, facere treugas. Metaphoricè pro ſpacij aliquid dare, donec quidpiam fiat.

FACERE iudicẽ, id eſt iudiciũ, alicuius rei ad aliquem deferre.

FACERE mecum, pro mecum ſentire, & meæ eſſe opinionis, aut mihi fauere.

FACERE nauim, pro ædificare nauim.

FACERE negocium, præter notam ſignificationem, eſt etiam accuſare, deferre. Spieg.

FACERE nomen cum uineis, hoc eſt, facere ſupputationem reditus uinearum.

FACERE nomina. Vide, Nomina facere.

FACERE nõ oportere, quam ea uerba habeãt ſignificationem, Alciat. lucidius exponit poſt Vlpianum, de Verbor. ſignif. Spieg.

FACERE occaſionem, pro dare. Sp.

FACERE oportere, abſq; negatione, colligitur ex uerbis Vlp. in l. facere oportere. de Verbor. ſignif. ut ibidem Alciatus declarat. Sp.

FACERE palàm, quod Barbari notificare dicunt.

FACERE paria, non eſt uerbum Hiſpanicum, ut Accurſius dixit, ſed uſitatum latinis autoribus: quos citat Budæus. Sceuola de Statulib. l. fin. §. argentarius. Paria facere interpretatur, reddere iuſtas rationes, & totum debitum ſoluere. Calliſtratus in l. ſemper. §. conductores. de Iur. immunit. accipit paria fiſco feciſſe, pro ſatis feciſſe, & ſatis dediſſe. Alciatus, in libro rationum, ait, ab una pagina acceptum deſcribitur, ab alia expenſum: unde Paria facere dicitur, qui tantum accepit, quantum expendit. Sp.

FACERE partem coniuncto, id eſt, efficere, ut partiarius remaneat, nec totum accipiat. E diuerſo, collega tunc alteri coniuncto partem non facit, quando eo à parte ſua excluſo collega, legatũ ex utriſque partibus recipit. Et hoc eſt quod uulgò ex regula affirmatiua dicitur, Qui ad partem admittitur, partem coniuncto facit: id eſt, id efficit, ut coniunctus non plus parte ſua recipiat. Sic ex regula negatiua: Qui ad partem non admittitur, partem alteri non facit: id eſt, non impedit eum, quin totũ accipiat. Quando uerò coniuncti partem collegæ faciant, quando non faciant, leges mirificè uariant: quas tamen doctè præceptor noſter Zaſius in Intellectibus ſuis explicat. Spieg.

FACERE poteſtatem iudicandi, uetus modus loquendi: ex quo, ut Alciatus tradit, ſatis apparet uerum eſſe, quòd iudicium ſcilicet à litis conteſtatione incipiat. Qua de re latius diſſerit in Rubr. C. de In Ius uoc. Spieg.

FACERE promiſſa, pro ſtare conuentis. Simile ferè eſt illud, Verba ad rem cõferre.

FACERE remiſsionem. Vlpianus l. j. Quand. appellan. ſit. An uerò à remiſsione, quam præſes fecerit, appellatio ſit interponenda.

FACERE reum, idem eſt quod accuſare, et indicare. l. ſi ueris. C. de Fid. inſtrumen. Dargeben/Angeben. Sp.

FACERE rapinam, apud Sceuolam de Legat. ij. l. pen. §. matre.

FACERE ſponſionem dicimur, cum alius alium fore uictorem affirmat. Martian. l. iij. de Aleat. Quibus ſponſionem facere licet, Spieg.

FACERE ſecuritatem, quod barbari Aſſecurare dicunt.

FACERE ſtipendia, idem quod militare, & ſtipendiarios, hoc eſt, milites ſtipendijs propoſitis colligere.

FACERE ſumptum, quod aliàs, facere expenſas, uel expendere dicitur.

FACERE ſuſpectum tutorem, eſt detegere, et iudici approbare ſuſpicionis cauſas, l. ij. C. de Vſu. pupil.

FACERE ſyngraphas, eſt uulgò obligationes, ſchedulas, & ſigna dare, Bekantnuſſz vnd ſchuldzedel geben.

FACERE tyrocinium, & ponere rudimẽtum, latine dicitur id, quod uernacula lingua, caput operis facere dicunt, Die erſt prob thůn, id eſt, initium opificij: cum opifices ſpecimen artis edentes, magiſterio decorantur. Budæus.

FACTA tranſacta omnia: Prouerbiale eſt, teſte Donato apud Terent. in id negocij de quo nihil ſuperſit ad agendum. Indicauit & Eraſmus hæc uerba ſolennia eſſe apud iuriſprudentes, tum alios complures melioris notæ ſcriptores. Sp.

FACERE uitium. Quere, uitium facere.

FACESSERE negociũ, impedire, cogere, et quod propriè Barbare dicitur, dare ad faciendum. In ein handel füren.

FACTI eſſe cenſentur, quæ alterius tantũ partis uoluntati innituntur. Gloſ. §. ex cõditionali. de Verbor. obligat. Hinc eſt, quòd animi declaratio, ex regula ad hæredes non pertinet. l. inter. §. Stichum. ff. de Verb. oblig. Sp.

FACTI euidentia. Lege, Euidentia facti.

FACTIO, olim honeſtum uocabulum erat, nunc malorum conſenſus, & conſpiratio dicitur. Vnde ferè uidentur factioſi nobis eſſe, qui Ciceroni Falcarij. Factiones, inquit Liuius, fuere, eruntq; plurib. populis maiori exitio, quàm bella, quàm fames, quàm morbi. Obſerua, quòd factionẽ cum teſtamenti adiectione (quod Viglius antè admonuit) apud bonos autores non temerè reperias. Sp.

FACTOR, non ſignificat eum qui gerendis negocijs præeſt, ſed qui uel uinum, uel oleum facit, aut aliud ſimile. Sp.

FACTORES, uerbo nondum recepto à latinitatis profeſſoribus, uocamus eos, qui rem alicuius priuatam adminiſtrant. Hos ueluti indecores à perfectiſsimatus dignitate repellit lex, et ſimul tanquã immemores

memores libertatis & generis notat.l.j. C.de Perfect.dign.libr.xij.l.ſi quis procurat.C.de Decur.Ex Alciato.Sp.

FACTVM, idem noſtris quod caſus, ſpecies, ſine cuius recta noticia impoſsibile fuerit certam iuris & actionis rationem colligere: quippe quòd in cauſa & facto ius eſſe poſitũ, Iulianus reſpõdit, & exẽplo declarat in l. ſi ex plagis. §. in cliuo. ad Leg. Aquil. & Vlpian. in l. cum duobus. in princ. Pro ſocio. Quomodo autem factum rectè diſcernas, non temerè inueneris alibi, atque apud iuriſperitiſs. Oldendorp. in de Formula inueſtig. action. prudenter ille admonet, ut cognita facti ſpecie, quid ius de eo ſtatuat, conſulamus Iuriſconſultos & imperatores, non repertoria. Sp.

FACTVM ſubſtantiuè, res geſta, **ein that, handlung**. Paul. in l. ſi familia. de Iuriſdict. Quemadmodũ, inquit, & cum plures ſerui iniuriam fecerunt: uel damna dederunt, plura facta ſunt (non ut in furto) unum Alciat. oſtendit hoc loco Iuriſcoſ. uerba Doctores nõ rectè percepiſſe cap. xvj. Paradox. ij. Sp.

FACTVM, uel ſimplex, uel multiplex eſt: ueniuntq; in eius conſideratione circumſtantiæ rerum, perſonarum, temporis: unde non unam, aut alteram eius partem, ſed totum expendere oportet. l. bona fides. ff. Depoſiti. Itẽ dicitur, quod eſt redditum. Pomp. Faciendi uerbo, reddendi cauſa etiam continetur, & quod non factum comprehẽdit. l. ij. §. item ſi in facto. & l. ubi autem. §. qui id quod in faciẽdo. de Verb. obligat. Sp.

FACTVM in pactis uerſatur, in ſtipulationibus ius continetur, autor Paulus in l. ſi unus ex argẽtarijs. §. pactus. ff. de Pactis. Spieg.

FACTVM quod non durat, factum non intelligitur. l. ſi pro patre. §. uerſum. & ibi Gloſ. cum multis concord. ff. de In rem uerſ. Spieg.

FACTVM umbraticum dicitur, quod in nihilum recidit: ut ſi iudex acta deneget appellationem proſecuturo. Sp.

FACTVM, & geſtum, καταχρηστικῶς, nihil diſtant. Caius l. licet int. de Verbor. ſignif.

FACTVS ex fraude, & mendacio, id eſt, fraudulentus omnino & mendax, qui nihil in ſe habet præter fraudem & mendacium, tanquam ex his corpore & animo conſtet. Ex Syluio. Spieg.

FACTVM notare, pro pœna infamiæ notare, teſte Bald. in l. quid ergo. §. quum autem factum. ff. de Infamib. Sp.

FACILITAS conueniendi. Vlpian. Qui ſatiſdar. cog. l. ij. Fideiuſſor locuples iubetur dari, qui non tantum in facultatibus, ſed etiam ex conueniendi facilitate. Sp.

FACVLTAS, pro facili poteſtate. l. ſi quis poſthumus. ff. de Lib. & poſth. cum ſimilibus.

FACVLTATEM dare, hoc eſt, autoritatẽ & licentiam quam uocant.

FACVLTATEM reſtituendi rem habere, ferè idem eſt quod poſsidere. l. j. §. quod ait prætor. ff. Quor. legat.

FACVLTATIBVS lapſi. Vide, Labi in hæreſim.

FACVLTATES in plurali tantũ, ſunt diuitiæ, opes. Vlpian. ſed facilem, inquit iudici uoluntatis coniecturam fore, cæteris patris facultatibus examinatis. l. quæ ſitũ. §. ſed & ipſe Papinianus. ff. de Fund. inſtr. Spieg.

FACVNDIA, facultas diſſerendi cum gratia. Gel. Hanc lex exigit in Doctoribus & Magiſtris. l. magiſtros. C. de Profeſs. & mag. lib. x. & de Profeſs. qui in urbe cõſtant. l. unica. lib. xj.

FACVNDIA canina ueteribus dicebatur, quæ forenſi oblatratione aduocatorum, omnia fora perſtrepebat. Quam Plato rapinæ accipitrum aſsimulabat. Hi enim philodici, non tam tondere clientes, ſed deglubere, & totas uorare cupiunt. refert Zaſ. in l. ij. ff. de Orig. iur

FAIDAM, uocem origine Teutonicam, Albericus indicat in iure Longobardorum. modò pro iniuria: ut l. ſi caballus. tit. de Paupere. Modò ꝓ hoſtilitate, ipſe inimicitiam uocat. ut l. in omnibus. tit. de Plag. liberor. hom. uſurpari. Accedit Comitum Germaniæ undequaq; doctiſs. Hermannus Nuenarius, qui obſeruauit ex Conſtit. CAROLI MAGNI ad Leg. Salicam adiectis cap. iiij. appellari Faidoſum, qui hoſtis eſt publicus. **Fод** enim bellum ſignificat. Sp.

FALCARII ſunt, qui falce metũt, à qua & dicti: quo nomine apud Ciceronẽ in Catilin. v. coniurati intelliguntur: propterea quòd ciuitatem omnem, adeoq; ipſa urbis ædificia tanquã falce metere, id eſt, ferro, igniq; omnia uaſtaturi eſſent. ut ex

ponit Syl. eius Orat. interpres.

FALCES ſunt meſſoriæ, putatoriæ, & fœnariæ: quæ Dumariæ aliàs uocãtur. Meſſoriæ, frumentorum ſunt: putatoriæ, uitium: fœnariæ, qua fœnũ ſecatur. Dumarijs ſpinæ, uepres'que cæduntur. Vlp. de Fund. inſtr. l. inſtrumẽta. Falces, inquit, meſſoriæ, fœnariæ, putatoriæ. Nebr. Eſt & falx uinitoria, quam eleganter deſcribit Palladius lib. iiij. Falces item armorũ genera, murorum oppugnationi apta, referuntur. Spieg.

FALCIDIA lex, quę falcat, hoc eſt, amputat legata, quando ſaltem quarta pars bonorum non ſuperſit hæredibus, à Falcidio Tribuno plebis lata. Vide Tit. xxij. Inſtit. lib. ij. & Vigl. Quib. mod. teſtam. infr. Spieg.

FALLACIA ſimulationi annexa eſt: calliditas ad ingeniũ refertur: machinatio, ex præcogitata aliqua inuentione, manuq́, & arte cõficitur: impoſtura, ab impoſtoribus, id eſt, deceptoribus: quos & Planos uocant. Alciat. de Verb. ſig.

FALLACIAM item accipi pro cauillatione, ſiue ſophiſtico argumento, Dialecticis eſt notiſsimum: eiusq́ uulgò Amphibologia dicitur. Nam apud Ariſtot. Græcè legitur ἀμφιβολις. Exemplum habes in §. penul. l. librorum. de Leg. iij. de qua noſtri Iuriſconſulti, ſub Rubrica, de Reb. dub. pleraq́ attigere. Albericus latius, & in §. l. librorum. & in l. v. C. de Iud. & in l. quoties. ff. de Verborum obligat. De ea quæ ab Accidente dicitur, in §. fin. l. debitor. de Leg. ij. & in l. uendicatio. & l. quæ de tota. §. incertè. ff. de Rei uendicat. fit mentio & ab Alberico eius etiam cui à figura dictionis nomen eſt. Bartol. leuiter attigit priorem, in l. iij. §. & incertam. de Acquir. poſſeſs. Caſtrenſis aliquanto diffuſius & clarius. Sed & de cauillationibus, quæ per locos à compoſitione & diuiſione fiunt, tractatur in d. l. quoties. et per Albericum in l. ubi fideiuſſor. ff. de Solut. Necnon de ea, quæ ab eo quod eſt ſecundum quid, ad id quod ſimpliciter dicitur, in l. dictum. §. in ſtipulatione. ff. de Euict. Sp.

FALLACITER incuſare. In Cõſtit. Principum ſub tit. de Abolit. & de Calũniat. Sic Cicero lib. Officior. iij. Ratio hæc poſtulat, ne quid inſidioſe, ne quid ſimulatè, ne quid fallaciter. Spieg.

FALLERE fidem, eſt contra quàm dictũ, cõuentum'ue eſt facere. Vlpian. de Conſtit. pec. l. j. Hoc edicto Prætor fauet naturali æquitati, qui conſtituta & conſenſu facta cuſtodit. quoniam graue eſt, fidẽ fallere: tametſi ſi quis re fallit, impropriè fallere dicitur.

FALLERE promiſſum, pro non implere.

FALSA ſententia, non eſt ſententia, nec indiget beneficio reſtitutionis: quia nihil magis contrarium eſt ueritati, quàm falſitas. l. ignitis. ff. de Except. Sic ſereniſs. Princeps noſter FERDINANDVS Archidux haud multo pòſt ab inito Principatu, reſcidit ſententiam, detecta falſitate, abſque uſque ulla in integrũ reſtitutione, approbans paucorum reſponſum: cum quibus clariſsimus uir Io. Faber, atque ego ſentiebamus: quòd apertiſs. Iuriſcoss. & Impp. textus proferebamus aduerſus plures, errorem Gloſ. receptam'que doctorum opinionem ſecutos: quam temerè ſequi, nec ſatis tutum eſt apud Deum. At cenſenda eſt falſa ſententia, ex falſis uel teſtibus, uel inſtrumentis lata. Quia nunquam poteſt dici res iudicata, quæ ex falſis iudicata eſt. Spieg.

FALSARIVS, qui decipiendi gratia, ſcripta publica falſificat. Vide Specul. tit. de Crim. fal. per tot. Obſeruandum autem, quòd grauius delinquit is, qui literis falſificat, quàm is qui falſis literis utitur. Sp.

FALSI, uel quaſi falſi pœna, deportatio eſt, & omnium bonorum publicatio. Spieg.

FALSI propriè ad delictum pertinẽtis exempla ſunt apud Iulianum in l. ij. ff. ad Leg. Cornel. de Falſ.

FALSO parẽtes inſtimulari apud Marcellum l. iij. ff. de Inofficioſ. teſtam. Sp.

FALSO, aduerbium, quod uero contrariũ eſt. Imp. Philippus luminibus captum curatorem haberi debere, falſo tibi perſuaſum eſt. l. iij. C. Qui dari tutor poſſeſs. & Imp. Claudius de Diuer. reſcrip. Falſo aſſeueratur, autoritatem reſcriptorũ, reuoluto ſpacio anni, obtinere firmitatem ſuam non oportere. Sp.

FALSO negationem additam in l. legatus. de Off. Proconſ. atq́ ob id Accurſiũ ſe miſerabiliter torquere, Politianus indicat in Miſcell. Sp.

FALSVM, eſt immutatio ueritatis cũ dolo. Aut. de Inſtr. ex cauſ. in prin. Vt hæc uox uariè accipitur, ita & uariè committitũ falſum. Quod pulchrè declarat Bart. in l. quid ſit falſum. ff. ad Leg. Corn. de Falſ. & in l. nec exemplum. l. damus. C. eod.

FALSITAS nihil aliud eſt, quàm uerorũ imitatio, iuxta genuinã lectionẽ in Aut. de inſtrument. aut in prin. collat. vj. reſpondet Noric. edit. Conſtit. lxxiij. Sp.

FALSVM eſſe dicit Paulus Iuriſconſ. ſi quis chirographũ alterius imitetur, aut libellum, aut rationem intercidat, aut deſcribat.

FALSVM uocatur etiã id quod ſuſpectũ eſt, in l. iubemus. C. de Falſis. l. Paulus reſpondit. ff. de Verb. ſig.

FALSVM cõmittit, qui rem duobus uendit. l. qui duobus. ff. ad Leg. Corn. de Falſis. Breuiter, quicquid non eſt uerum, poteſt dici falſum, etiamſi non procedat ex mendacio alicuius, uel fraude. l. ſi is qui ducẽta. §. utrum. ff. de Reb. dub. l. ſi quid perfectum. ff. de Solution. Sp.

FALSVM teſtamentum, quod uerè nõ eſt factum: illegitimum teſtamẽtum, quod non iure factum eſt. Sp.

FALSVM, non eſt iniuriæ uerbum, ſi ad ius referetur, non ad factum. Sic Iabolenus ſentẽtiam Labeonis quaſi iniuſtam reijciens. Quod falſum (inquit) puto in l. pen. ff. de Iniur. Oldend.

FALSVM teſtimonium, in diuinis Tabulis non tantum accipiendum eſt, ut uulgò ſolet, quod in iudicio ſolum feratur: uerum etiam omnis uox lædens proximum, omniſq; prædura, & ſummi iuris interpretatio, refragante æquitate, intelligenda eſt, falſum teſtimonium eſſe in natura: quæ & ſic præcepit, Eſtote miſericordes. ut pulchrè declarat c. j. de Verbor. ſig. teſte Oldend. Sp.

FALSVS procurator dicitur, qui ſe liti offert, id eſt, qui ſine mandato agit: & contra hunc datur ſententia iudicati, id eſt, ſententia contra eum exequitur paſsiuè. Textus memori mẽte tenẽdus in l. Plautius. j. reſponſo. ff. de Procurat. Sp.

FALSVS tutor à Paulo interpretatur, qui uerè tutor datus non eſt: uel qui datus eſt, ſed perperam & inutiliter, ut qui habenti alium tutorem datus eſt. §. interdũ. Inſtit. de Curat. Spieg.

FAMA, ſiue exiſtimatio hominis, eſt dignitatis illæſæ ſtatus, legib. ac moribus cõprobatus: quæ ut ex delicto noſtro, autoritate legum uel minuatur, uel conſumatur, docet Calliſtratus in l. penult. de Var. & extraord. cog. Spieg.

FAMA item, inquit Bartol. eſt communis opinio, uoce manifeſtata, & ſuſpicione proueniens. Rumorem uerò communẽ non eſſe opinionem, ſed uariam quandã ſuſurrationem, minus ipſa fama efficacẽ, ferè apud noſtrates receptus eſt. Sed ueteres non adeò multum differre famam à rumore exiſtimauerunt. Archidiac. xxxv. q. vj. ſi duo. Sunt autem idem: præterquàm quòd alterum latinum eſt, alterum è Græco, teſte Valla. Calliſtratus in l. iij. de Teſtib. Aliàs, inquit, numerus teſtium, aliàs dignitas & autoritas, aliàs ueluti conſentiens fama confirmat rei de qua quæritur fidem. Itaque inconſtans fama, improbiſq;, uel etiam ignotis autoribus exorta, nullam adijcit fidẽ, quantumuis inuulgata: quamuis coniecturã facit, quia fallax eſt rumor. Paul. in l. fin. de Hæred. inſtit. Quia falſus rumor non ſolet abeſſe. Noſtri famam inter ſpecies non plenæ probationis retulerunt. Plura de ea commentatus eſt Bartol. in l. de Minore. §. & plurium. ff. de Quæſt. Sed & fama, pro exiſtimatione uſurpatur, & nomine. Sic incolumi eum fama dicimus, cui integrum eſt nomen, & illæſa exiſtimatio: quam qui negligit, Decreta Pontificia crudelem pronunciant. xij. q. j. c. nolo. Spieg.

FAMA conſtans ea accipienda eſt, quę nec improbis autoribus, nec etiam ignotis exoritur. Hæc teſtimonio fidem adijcit. l. iij. ff. de Teſtib. Alioqui fama quantumuis inuulgata, non probat ſatis, ſed coniecturam facit: quia ſæpe fallax eſt rumor. l. ult. ff. de Hæred. inſtit. Sp.

FAMILIA à Gente differt ſignificatione. quoniam Gens latius accipitur, ut comprehẽdat omnes eiuſdẽ ſtipitis & nominis, etiã milleſimo gradu diſiunctos: Familia magis ad agnationem refertur: diduciturq; in res, & in perſonas. In res, ut Agnatus proximus familiam habeto. id eſt, hæreditatem. In perſonas autẽ, aut natura, id eſt, æquitate naturali: ut uxor marito, gener nuruſq; ſocero, deniq; quilibet familiaris domino: aut iure naturæ

ſub

ſub unius poteſtate ſubiectas. uti filios et nepotes, cæterosq́ deinceps qui in poteſtate ſunt. l. in ſuis. ff. de Liber. et poſth. Hinc tit. Iuris, de Famil. erciſcunda, hoc eſt, diuidenda hæreditate. Aliàs Familię appellatione famuli & ſerui propriè continentur. à Famul, qui Oſcis ſeruus dicebatur, mutatione literæ u, in i. Aſtipulatur Vlpian. qui in l. j. de Vi & ui. Familiæ, inquit, appellatione ſerui continentur. & de Aedil. edic. in l. ędiles. Familię, ait, appellatione omnes qui in ſeruitio ſunt continentur, etiam liberi. Quamuis appellatione Familiæ, ab initio ſerui tantum & ancillæ ſignificabantur: nempè à famulando. Tres autem Familiã conſtituent, ſicut & Collegium. l. Neratius. de Verb. ſig. Vide Alciat. in l. deteſtatio. ad fin. & l. proteſtatio. tit. eod. Sp.

FAMILIA legata, ſinguli homines continentur. autor Iuriſconſ. in l. ſi chorus. Itẽ familię appellatione continentur etiam, qui à teſtatore non ſunt nominati. iuxta Bart. Extat elegans thema apud eũdem Iuriſcoſ. in l. is qui. ff. de Legat. iij. Sp.

FAMILIARIA ſepulchra ſunt Iuriſcoss. quæ quis ſibi, familiæq́ ſuę conſtituit: ſicut Hæreditaria, quæ quis ſibi, hæredibusq́ ſuis conſtituit. Sp.

FAMILIARITAS, pro conuerſatione: quę ſi nimia eſt, ut dicitur, contemptum parit. l. obſeruandum. ff. de Offic. præſid. Quod tamen inter prudentes locum habere non putant. Bap. Caſtellionæus citat l. cui. ff. de Pecul. ſed quàm rectè, ipſe dixerit: et pro ſimilitudine accipitur, in §. adeò autẽ. Inſtit. de Loc. & cond. Quẽadmodũ apud Terent. Familiariter, pro, in ſimilitudinem familiarum. Sp

FAMILIARIS, ſubſtantiuum, & qui ex eadem familia eſt, & amicum ſignificat diuturna conſuetudine nobis aſtrictum. Hi regulariter idonei teſtimonio non habent. Vide Gloſ. ſuper uerbo, de familia. circa fin. in c. in literis, ext. de Teſtib. Sp.

FAMILIARES olim ſeruos eſſe uocatos, autor eſt Seneca lib. Epiſt. vj.

FAMOSA actio, quam cliens contra dominum intentare non poteſt. Zaſ.

FAMOSAE actiones dicuntur, quæ iuſtã ignominiam irrogant iuſtè condemnatis. ſunt hæ, Furti, Bon. raptorum, Iniuriarum, de Dolo malo. Item, Tutelæ, Mandati, Depoſiti, ſcilicet Directa, non contraria. Item pro Socio: quæ cum utrinq́ directa ſit, ultro citroq́ damnatũ infamia notat. Et generaliter omnium publicorũ iudiciorum accuſationes. §. ex quibuſdã. Inſtitut. de Pœnis tem. litig. L. j. de His qui not. infam. Spieg.

FAMOSI libelli, nomine publici iudicij continentur: tametſi in tractatu publicorum iudiciorum non connumerentur. Vide Alciat. in l. hæc ſtipulatio. de Verbor. ſig. Spieg.

FAMOSA perſona in malam partẽ apud Paul. in l. iij. de Offic. præf. uig. A' Viue annotatum eſt.

FAMOSO iudicio cõdemnatus, per in integrũ reſtitutionẽ infamia eximitur. Lege §. pen. l. j. ff. de Poſtulan. Sp.

FAMOSVM nõ tam eſſe malę, quàm multæ famæ. Vide infrà, Famoſum. Sp.

FAMOSVM, uocabulum medium, in malam tamen partem frequẽtius. Imp. cum laude utitur in §. Iura quoq́. Aut. Iuſiur. quod præſt. ab his qui admin. ſuſc. Secus Iurecoſs. Nam apud eos legimus, famoſos fures, latrones, mulieres, pro infamibus, improbiorib. impudicis. l. iij. §. j. de Offic. pręf. uig. l. neq́ famoſi. Ad leg. Iul. maieſt. l. capitalium. §. famoſis. & l. fin. de Pœnis. Vide Alberic. in l. ſacrilegi pœnam. §. fin. Peculatus item, famoſum crimen. Spieg.

FAMVLICIVM aulicum Spartianus appellat, famulos omnes Imperatorios, quos Iuſtinian. Miniſteriales domus, & hoſpitij & palatij uocat. Pyrrhus de Rom. magiſtrat. Sp.

FAMVLVS à ſeruo hoc diſtat, quòd hic in domino noſtro, ille uerò non eſt. Ex Alciato. Spieg.

FANATICI furentibus connumerantur: à fanis dicti, quòd circa fana, hoc eſt, tẽpla bacchantur: & caput iactantes, per furorẽ uaticinantur. Vlpian. in l. j. §. apud Iulianum. de Aedilit. edict. Si ſeruus inter fanaticos nõ ſemper caput iactaret, & aliqua profatus eſſet. id eſt, ut Budęus ipſiſsime exponit, futura prędiceret. Profari enim latinè dixit, quod Græci Prophetare dicunt. Fanatici autem olim dicti ſunt homines numine afflati, qui uerbo Græco Enthei, & Theophorumeni dicuntur, quòd non ſua ſponte, ſed diuino nomine ferantur: cuiuſmodi Cumæa Sibylla deſcribitur à Virg. in ſexto.

FARI, nihil aliud eſt, quàm ferre, id eſt, loqui. Tametſi Varroni fatur is, qui primus ſignificabilem uocem ore emittit, nullo ordine uerborum ſeruato. Vnde pueri antequam id faciant, infantes dicuntur. Loquitur autem is, qui ſuo loco unumquodque uerbum ſciens ponit. Vlpianus in l. ij. Rem pup. ſalu. fore. Si pupillus abſens ſit, inquit, uel fari non poſſit. Spieg.

FARRAGO, per metaphoram accipitur pro quacunq; commiſtione. Iuuen. in x. Sat. Quicquid agunt homines, uotũ, timor, ira, uoluptas, Gaudia, diſcurſus, noſtri eſt farrago libelli.

FAS ad Deum, Iuſtum ad hominem referri uolunt. Maro, Fas & iura ſinunt: id eſt, diuina & humana iura permittunt. Sp.

FAS ac nefas omne miſcere, apud Pomponium in §. & cũ placuiſſet. l. ij. ff. de Orig. iur. illic enim fas iudicis officio fungi, audire controuertentes. Nefas erat ſupponere actorem calumnioſum: iudicare itẽ contra poſſeſſorem nondum conuictu- rum, cõtra l. cordinata. §. ſed ſi quis actiones. ff. de Liberal. cauſ. Spieg.

FASCES, faſciculi erant uirgarum, intra quas uirgas ſecuris obligata erat, ita ut ferrum in ſummo faſce extaret. Hos faſces lictores magiſtratibus præferebant. Vnde

FASCIVM nomine, dignitas magiſtratus & honos ſignificatur. Vlpian. autor eſt, Proconſules non amplius quàm ſex faſcibus uti: quod inſcitè Accurſius pro ſex menſibus exponit: quum Proconſulare imperium fuerit annuum, in ſecũdumq; interdum & tertium prorogaretur. Proconſul autem ſex tantum lictores, id eſt, uiatores, qui faſces pręferebant, nõ duodecim habet: ut meminerit, iuſtum Conſulem ſe nõ eſſe. Obſeruandum, quòd faſces ſubmittere dicuntur, qui de iure ſuo concedunt, ac legitimam poteſtatem ultrò ad priuatam mediocritatem demittunt. Vide Bud. in l. Proconſules. ff. de Offic. Procos. Alciat. in Rubr. de Conſul. & non ſpargend. pec. lib. xij. & Eraſ. in Chil. Spieg.

FASTIGIVM attollere, eſt augere nomẽ, exiſtimationemq; gentis ſuę. uulgus Statũ appellat. Nammen vnd ſtammen erheben.

FASTI dies dicũtur, quibus diuina humanaq; agere licebat. nam & in eis feriæ inerant. Nefaſti, quos omninoſos antiquitas putabat: quidã ex noſtris Aegyptios, uel Reiecticios nominant. Faſti etiam libri dicuntur, quibus totius anni fit deſcriptio, & cauſæ feſtiuitatum explicantur. Vulgus Calendaria uocat: quo tamen uocabulo libros Debitorum appellant Iuriſcoss. Zaſ. in l. ij. ff. de Orig. Iur. Vide, Profeſti dies. Sp.

FATALE apud Papin. in l. iij. de Fund. inſtr. accipiendum pro eo, quod per fatũ, hoc eſt, mortẽ eſſe deſijt. Vnde impertinenter annotatiuncula Gloſ. adiecta eſt, de fatalibus appellationis ſentiens. Propriè uerò, quicquid nobis debetur ex fato, ſiue bonum, ſiue malũ. Sp.

FATALES dies, Azo in Summa. C. de Tẽp. appellat. dictos indicat, quòd cauſæ fatum, hoc eſt, terminus imponat. Sp.

FATALITER quid fieri, pro diuinæ uoluntatis pręſtituta ſerie accidere, pulchrè interpretatus eſt Alciatus ſuper his Vlpiani uerbis: Neq; id quod fataliter acceſſit, matri damnum iniungere debet. in l. quæreret aliquis. de Verb. ſig.

FATO facere. Vlpian. in l. ij. de Conditio. & demon. in fin. Nam ſi fato fecerit, non uidetur obtemperaſſe uoluntati. Nimirum pro eo, quod caſu, ſiue ſuo quis nutu facit, inſciens alienæ uel uoluntatis, uel conditionis, quæ illi alioqui utiliter ſi ſciuiſſet, implenda erat. Sic Cicer. ij. in Verrem: Nam hoc Verrẽ dicere aiebãt, te non fato, ut cæteros, ex ueſtra familia, ſed opera tua Conſulem factum.

FATVM, pro caſu calamitatis. Modeſtinus: Alterum fati infelicitas excuſat. l. infans. ad Leg. Corn. de Sicar.

FATVM, pro fine cauſæ. l. properandum. §. hoc autem. Alberic.

FATVITAS, pro ſimplicitate, ac animi puritate uſurpatur à Canoniſtis. c. pen. ext. Quod metus cauſ. à Iuriſconſ. uerò pro imprudentia.

FATVVM, Caius l. ij. de Poſtul. non pro mente capto, ut ſentit Interpres, ſed pro ſimplici, hoc eſt, inepto & parũ idoneo ad res adminiſtrãdas uſurpat. Sic Impp. Carol. Ludouici Germanici regis F. Simplex dictus, & quòd reb. ſuis, publicisq; ſupereſſe nõ poſſe, abrogato imperio, ei iuxta Caij ſententiam, datus eſt curator, Carolomanni Baioariæ & Italiæ Regis

F. nomine

F.nomine Arnolfus, nobili exemplo fratris filius,patruo.Sp.

FAVERE,eſt benè precari alicui, ſiue alicuius commodum & laudem tueri. Vlp. Quod enim bonum eſt eis fauere, ut partem faciant, nihil habituri.l.ſi poſt mortem.§.liberi. de Bon. poſſes. cont. Tab. Spieg.

FAVERE linguis. Hoc uerbum (inquit Eraſmus) non ut plerique exiſtimant, à fauore trahitur: ſed imperatur ſilentium, ut ritè peragi ſacrum poſsit, nulla uoce mala obſtrepente.

FAVERE naturali æquitati.l. j.in prin.ff. de Conſtit.pec.

FAVOR quàm uariè dicatur, quid in fauorem cuiuſpiam inductum, Bart. docet in l.fauore.C.de Leg.& Bald. diffuſe in eadem oſtendit, fauorem nō eſſe in odium detorquendum. Proximus autem amori eſt fauor, naſciturque ex iudicio boni alicuius: & eſt quædam beneuolentia, ita ut nullus ſit amor abſque fauore: fauor autē eſſe aliquis ſine amore poſsit, quum alicui, quem non amamus, cupimus tamen benefactum. Vnde fauor, quum non eſt amore fultus, res eſt quæ leuiſsimis de cauſis tollitur: & eo citius, ſi contra rem noſtram, aut noſtrorum tendat, ſicuti ſi quid in eo fauore inſit uel damni, uel periculi, uel moleſtiæ. Quod iudicium de dignitate temerè eſt, exiguaque cauſa ſuſceptum, leuiſsimè quoque ponitur. Cui enim precio inducti fauimus, huic uel perſoluto precio tanquam cauſa ſublata, deſinimus fauere, uel non perſoluto ex indignatione malè uolumus. Si cui ex odio aut inuidia alterius fauimus, reſidente illo animi motu, flacceſcit fauor: quæ quotidie in certaminibus, & ambitione ciuili contingunt. Vide Lud. Viuem, ex cuius lib. de Anima tertio hæc excerpſimus.Sp.

FAVORABILE nō eſt, ut uulgò putāt, fauore dignū, ſed q̄d plenū fauoris apud omnes. Interdū etiam, à quo fauorē accipimus, ſignificat. Sic Interpretibus priori ratione, dictæ fauorabiles cauſæ, quæ propemodum hæ ſunt. Cauſa teſtamenti, matrimonij, dotis, legitimationis, pupilli, Eccleſię, item uiduarum, & aliarum miſerabilium perſonarum, quæ numerantur infrà. Sp.

FAVORABILIS, Oppon. Infauorabilis. l.dotem dedit.ff.de Collat.bonor.Old.

FAVORABILIS iudex. Irroborauit, ait Beroaldus, conſuetudo corrupta, ut fauorabilem eum uulgò appellitent, qui fauorem præbet & opitulatur: cum è contrario ab his qui purè & latinè locuti, fauorabilis dicatur is, qui gratioſus eſt, & impetrabilis, ac fauoris plenus apud cunctos mortales.Sp.

FAVORABILIOR eſt rei cauſa, quàm actoris: de quo uide Philoſophū in Problemat.partic.xxix.

FAVORABILITER reſcribere, apud Martianū in l.diuus Pius.de Manumiſs.teſtam. Paulus in fin.l.Pupillus. de Adquiren. uel amit. hæredit. Hoc enim, inquit, fauorabiliter ei præſtatur.Sp.

FAVSTINAE Auguſtæ Papinianus meminit in l.quod Principi.de Leg.ij.

FAX accuſationis, id eſt, autor & incitamē tum, & ut Nonius loquitur, ſuſcitabulū. Catanæus Comment. iiij. Epiſt. cui initium eſt, Cauſam per hos dies: exponit, facem, pro uehementi cauſa.Sp.

F E

FEBRICVLAM leuem, quam medici Ephemerim, id eſt, Diariam nominant, iuſtum impedimentum præbere, noſtri negant: tametſi Cicero cenſuit, aſsiduam febriculam, quæ & nimio labore euenit, eſſe ſatis moleſtam.Sp.

FEBRIS. Seruius Febrē à feruore dici ait. Iulian. in l. quæſitū. de Re iud. definit, febrē eſſe motū corporis cōtra naturā. Sed eam medici nō probāt, quòd omni morbo cōueniat. At Iuriſconſ. per antonomaſiam definiſſe uidet̄: quòd maior, impetuoſior, & feruentior ſit motus febrium, quàm in alijs morbis. Itaque eius definitio eſt legalis, id eſt, ut Zaſ. docuit, theorica. Vide eum d.l. enarrantem. Spieg.

FEBRIS tertiana, ſontici morbi nomine cōtineri, hoc eſt, annumerari poteſt inter eos morbos, qui cadūt ſub iuſti impedimēti ratione.l.q tertiana. de Aedil.edic. ubi Iuriſconſ. dicit, nō inter ſanos cēſeri, qui tertiana laborant. Hoc quartanæ nō tribuitur, quæ excuſatorem requirit. ut in d.l. quæſitum. Bart. tradit. Spieg.

FECI, quia prętor uel iudex iuſsit: hæc excuſatio quamuis generalis, modò probata ſit, adeò ſufficit, ut ſi fuerit replicatum: iniuſtè iuſsit, rectè duplicabit. Non fuit meū uelut priuati hominis hoc diſ-

putare,

putare, ſufficit mihi eſſe iuſſum. l. mulier. ff. de Leg. commiſs. Obſeruãdum tamen hic, monẽte etiam Oldend. ſufficere iuſſum iudicis ad excuſationem doli, & ad euitãdum damnum, etiamſi iniuſtus ſit, non autẽ ad lucrũ, ne in hoc fallaris. Sp.

FECIALES, à ferendo dicti: quòd belli paciſq́ ferendæ apud eos ius erat. Sunt qui deriuent à faciendo. Vide infrà, Fœciales. &, Cenſores.

FECISSE dolo malo, qualiter quis dicatur, exponitur à Iuriſconſ. in l. j. §. j. de Eo per quẽ fact. fuer. l. rectiſsimè. de Liber. cauſ. l. j. §. feciſſe. de Hęred. uel act. uend.

FECISSE fideliter, Calliſtrato uidetur, qui cum portionem retinere potuiſſet, totum reſtituit. l. libertatẽ. Quæ in fraud. creditor. Sp.

FELICES dici diuites, Alc. autor eſt, non abſimili ratione qua Beati dicuntur diuites. Sunt tamen qui felicem minus eſſe uelint, quàm beatum. Sp.

FELONIA, Barbara uox Feudiſtarum: dicitur delictum, noxia, perfidia Vaſalli erga dominum ſuum. Hæc nec expreſſo pacto remitti poteſt: quòd Vaſallus eo ad delinquendum inuitaretur, contra l. conuenire. ff. de Pact. dot. cum uulg. Vide Bal. in l. j. de Rer. diuiſ. & Zaſium de Feudi priuatione, parte x. Sp.

FERA natura, pro ferina, hoc eſt, quæ ferarum ritu uel fit, uel ſe habet. l. naturalẽ. §. apium. ff. de Acquir. rer. dom. Sp.

FERAE beſtiæ dictæ, quòd pro naturali deſiderio ferãtur. Inſtit. §. Feræ igitur beſtiæ. de Rer. diuiſ. Sp.

FERCVLVM, interdum uas eſt ad ferendum obſonium: uel pulmentarium. annotauit Bayfius, de culinarijs exactè diſſerens. Sp.

FERE, particula aduerbialis, ſignificat penè, hoc eſt, parum abfuit quin. Vt, Ferè ſeruitutem morti comparamus. l. ſeruitutem. ff. de Reg. iur. hoc eſt, parum abeſt, quin ſeruitus morti cõputetur. In l. quærela falſi. C. ad Leg. Com. pro plerunq́, ut & apud idoneos autores accipiẽdum eſt. Sic Proculus dixit. Ferè aliqui ſolent hæc uerba adijcere, Dolus malus à uenditore aberit. l. ſi cum fundum. de Contrah. empt. Sic & in alijs locis, in quibus Interpretes uim huius particulæ non ſatis percepiſſe uidentur. Sp.

FERIAE, ſunt dies ceſſationum, & ab operis, & à forenſibus negocijs, excepta neceſsitate. Scæuola enim conſultus, quidnam ferijs agi liceret? poſſe quod prætermiſſum noceret agi? Reſpõdit, quod & Conſtit. Alexand. & Gregorij Pontificum, necnon Imp. Conſtantini, & aliorum legibus comprobatum eſt, Rubr. de Ferijs. Apud antiquos multa feriarũ erant genera. Publicarũ autem quatuor numerantur. Statiuæ, uniuerſi populi cõmunes, quæ certis & conſtitutis diebus fiebant, in quibus præcipuè ſeruabantur Agonalia, Carmẽtalia, Lupercalia. Nos feſta fixa & immobilia, ſecundum Eccleſiæ conſuetudinem, uocamus. Conceptiuæ ſunt, quæ quotannis à magiſtratibus, uel ſacerdotibus concipiuntur in dies certos, uel incertos: ut Latinę, Sementinæ, Paganalia, Compitalia. Nobis feſta mobilia. Latinę autem à populis latinis dictæ ſunt: quòd, ut Romanis placebat, concipiebantur: atq́ has ferias latini cum Romanis inſtar nundinarũ quotannis celebrabant. Quarum cauſa præfectum creari ſolitum, Feneſtella docet. Vide Bud. & Zaſ. in l. ij. ff. de Orig. Iur. Imperatiuæ, quas Conſules, uel Prætores pro arbitrio indicebant. Nunc feſta extraordinaria dicuntur. Cuiuſmodi forte ſunt apud nos, pro re nata ſupplicationes, nundinæ paganorum, ac ruſticorum, quibus ad negocia & merces cõueniebãt. Harum ſpeciem referre uidentur, quæ uulgus noſtrũ appellat, Meſſztag. Cæterùm de priſcorum Romanorum ferijs plura congeſsit Riuallius, ſuper his ex Leg. xij. Tabul. uerbis, Ferijs iurgia amouento. De feriarum autem atq́ feſtorum obſeruatione extat præclara, ſi ſeruaretur, Impp. Leonis, & Anthemij conſtitutio. Extra controuerſiam eſt, in dies, ſiue ferias, Deo. O. M. certorumq́ diuorum natalibus dicatas, partium conſenſum nihil poſſe. Qua de re latius diſſerit Bar. in l. j. §. j. ff. de Ferijs. Sp.

FERIAE eſuriales, id eſt, dies Ieiunij.

FERIAE extra ordinẽ indictæ, ob res puta proſperè geſtas, uel in honorem Principis, autor Vlpian. l. ſed et ſi. §. ſi feriæ. ff. Ex quib. cauſ. maior. Sp.

FERIATI dies, in quibus feriæ aguntur.

FERIRE fœdus, quod & percutere dicitur, & inire, hoc eſt, pacem componere. Barbaris, Ligam eſt facere. Sp.

FERRAMENTA, dicuntur inſtrumenta ferrea quibus fabri utuntur: deinde gladios, ſicas, lanceas haſtas, pila, aliaq́ huius generis tela, uel ferrea, uel ferro præfixa ſignificant. Sp.

FERRARIA, abſolutè, fodina ex qua ferrum extrahitur.

FERRE, pro accipere. Inde ferre puncta et tribum, pro eo quod eſt, accipere ſuffragia: & ferre fructum, id eſt, accipere, uel percipere, apud Cicer. Sp.

FERRE ad populum, & conſulere populũ ſignificat, & cum ad populum legislator in medium legem profert.

FERRE conditionem, quod & offerre dicitur, uictoris eſt & ſuperioris.

FERRE iudicem, inquit Budæus, eſt cuiuſcunq́ iudicio acquieſcere. Sp.

FERRE legem, legem ſuis imponere, & quaſi imperare.

FERRE primas, eſt primum locũ habere.

FERRE quęſtionem, eſt uindicandũ facinus iudicibus prębere, & mãdare, uel potius ad ſenatum referre, ut de uindicãdo ſcelere extra ordinem S. C. fiat, & in iudicium res deducatur. Ex Bud. Sp.

FERRE ſententiam, iudicis eſt: Senatorum dicere. Spieg.

FERRE ſigna milites dicuntur, cum caſtra mouent.

FERRE uentrem, pro pręgnantem eſſe.

FERRI, Caius inquit, propriè dicimus, quę quis ſuo corpore baiulat: Portari ea, quę quis iumento ſecũ ducit: Agi ea, quę animantia ſunt. Sed Alciato teſte, nimis propria & ſubtilis eſt hæc Iuriſcons. interpretatio: quandoquidem & portari dicitur, quod quis ſuis humeris fert, ut rectè Valla annotauit. Sp.

FERRVMINARE, eſt per eandem materiam conglutinare: quemadmodum ferrum ferro adglutinatur, non interueniente alia materia. Põp. l. quicquid. de Acq. rer. dom. Quicquid, inquit, alieno argento ferruminaueris. Nebr.

FERRVMINATIO, hoc differt à Plumbatura: quòd hac, plumbo maſſa maſſæ iungitur, ita ut iunctura plumbea cohæreat: illa uerò, per eandem materiam maſſa maſſæ cõfunditur. Vide l. in rem actio. §. item quæcũq́. ff. de Rei. uindic. & Bayf. in l. uxori quis legauit. ff. de Aur. & arg. leg. Spieg.

FERTON. Lege, Verton.

FESTA conuiuia, id eſt, ſolenniter læta, Impp. ciuibus exhibenda cenſuerunt. l. iiij. C. de Sacrif. Pagan.

FESTINANT properare, ſine, ut opinor, exemplo. C. de Curſ. publ. l. ijs tantummodo. lib. xij.

FESTINATIO ſubita. §. j. Inſtit. de Oblig. ex quaſi cont.

FESTINATIONEM præcipitem opponit Iuriſcons. moratorię cunctationi, in l. tutor qui repertorium. §. j. in fin. de Adminiſtr. tut. Secundum Catonem. Qui unum quid maturè tranſigit, is properat: qui multa ſimul incipit, neq́ perficit, is feſtinat. Verùm utrorumq́ uerborum ratio ſub hac ſignificantia proxima eſt ueritati. Vt ſit ſępè animi properare, ſtudioſe ad res aliquas cõtendentis: Feſtinare, corpore neceſsitatibus obſequendi. Sp.

FESTOS dies, hoc eſt, & feriatos & lætos, cur legum conditores inſtituerint, Seneca refert, de Tranquillitate uitæ, cap. fin. Numa ſtatuit, ut quidam eſſent dies feſti, quidam interciſi, reliqui omnes profeſti. Vide ſuprà, Dies feſti. & infrà, Interciſi dies. Spieg.

FESTVCA, uirga Pretoria, qua quis fiebat liber. Aliàs uindicta dicebatur.

FEVDATARIVS, eſt qui feudum recipit. Aliàs Vaſallus dictus.

FEVDI ſubſtantia eſt, Vaſallum eſſe fidelem, & domini rebus, bonis, honori, uitæ non inſidiari, feudumq́ à domino recognoſcere. Vnde non abs re à fide dictum feudum, magnis quibuſdam uiris eſſe uidetur: ut ſuprà indicauimus. Aſtipulatur Oldend. hiſce uerbis: Quin et res ipſa manifeſtat, quòd Vaſallus non illam uulgarem fidem tantum debet, qua contrahẽtes inuicem ſe obſtringunt, ſed bona et corpus, ubi periculũ inciderit, ꝓ domino debet: à quo uitę neceſſaria pro ſe, uxore, & liberis accepit. talis fides dedit appellationẽ Feudo. Et eſt feudi conceſſio nominatus contractus & ordinarius, quoniam nomen iſtud à cõſuetudine ad huiuſmodi conuentionem introductum eſt ſolenne. Bart. in l. iuriſgentium. §. quin imo. ff. de Pact. Vide Oldend. de Re feudali. Spieg.

FEVDVM uocem barbarã, latine Beneficiarium fundum uocant. Alciat.

FEVDVM, eſt beneuola conceſsio rei pro homagio facta, dominio directo rema-

nante apud concedentem: ſed Vaſallus acquirit uſumfructum, & utile dominium. Sed uide tu Petrum Rebuffum, uirũ doctum, Zaſio teſte. Dictum à fidelitate quam Vaſallus tenetur domino præſtare. Sunt qui exiſtimant dictũ etiam à fœdere: cùm ex certis fœderibus in forma fidelitatis ultrò & citrò conſcriptis, conſtare poſsit. Vide eundem in l. ij. de Orig. Iur. Spieg.

FEVDVM propriè dictum, ſic diffinitur: Feudum eſt beneuola, libera & perpetua, immobilis uel æquipollentis rei conceſsio, cum dominij utilis translatione, proprietate retenta, ſub fidelitate & exhibitione ſeruitiorum. Hoc etiam ſimplex purum et rectũ dicitur, ad hęredesq; tranſit. Feudum impropriè, quod & Degenerans item & non rectũ dicitur, quod omnino diſsidet à natura Feudi proprij: id autem multis fieri modis poteſt, ut in ultima parte Compendij Feudalis Zaſius accuratè explicat.

FEVDI autem, quod diuiſionem non admittit (ſimul etiam intelligemus tradente D. Oldend. exempla reliquorum beneficiorũ, quæ diuidi poſſunt) exempla ſunt: Regnum, Ducatus, Marchia, Comitatus, & cætera quæ dignitatem habent. c. j. §. omnes. de Prohibit. feud. alien. per Frideric. Bart. in l. inter tutores. ff. de Adminiſt. tut. l. & ideo. ff. de Condict. furt. Panorm. in c. prudentiam. de Offic. deleg. Spieg.

FEVDVM diuidi quod poteſt, quære paulo antè, Feudum propriè dictum.

FEVDVM antiquum, ſeu paternũ, quod ab aliquo ex anteceſſoribus, cui communis agnationis ultra quartũ gradum origo fuit, antiquum dicitur. Paternum autem, ſi à patre, uel aliquo uſq; ad quartum gradũ, nempe auo, proauo, abauo, atauo proueniat. Cætera uide apud illuſtrem Feudalium placitorum interpretẽ Baronẽ à Tautenberg tit. octauo. §. hoc quoq; num. iiij. Nouum autem feudum appellatur, quod habet initium in perſona inueſtiti, nec à progenitorum ſucceſſione tranſmittitur. Sp.

FEVDVM Caſtaldię, ut interpretantur noſtri, concedebatur ratione adminiſtrationis bonorum & poſſeſsionum dominicarum. Annotauit idem Baro titulo ij. lib. ij. Feud.

FEVDVM conditionatum, id eſt, ad certũ ſeruitiũ adſtrictũ, uulgò Seſſzlehen nominatur. Autor. Zaſ. de Feudis degenerantib. Spieg.

FEVDVM degenerans, quod & non rectum dicitur, intelligitur quod à natura proprij rectiq; feudi receſsit. Recti autẽ feudi compendioſa natura hæc eſt, quòd ad hæredes tranſitorium ſit in infinitum. Porrò, quòd ex gratia & gratuito domini beneficio originem ſumpſerit. Item quòd Vaſallus fidelitatis ſacramento ad incerta ſeruitia obſtringatur. Præterea, quòd ſit in re immobili. itẽ ſine domini, uel agnatorũ conſenſu alienari nõ poſsit. Et tandem, quòd ſine culpa amitti non debeat: & cætera id genus ſimilia.

FEVDVM Eccleſiaſticum, quod uel ab Eccleſia datur: uel quod ab ea recipitur: uel quod datur & recipitur à clerico, licet nõ tanquam ab Eccleſia. Seculare, quod à ſecularibus datur & recipit: de quo Feudorum liber maiori ex parte loquitur. Spieg.

FEVDVM emptum, ſeu empticium, quod à domino precio comparari poteſt. Hoc autem omnino ſub recti & ſimplicis feudi natura relinquitur. eo ſolo excepto, quòd non eſt gratuitum. Siquidem emptio, Feudi ſubſtantiam non mutat. Spieg.

FEVDVM francum, id eſt, liberum, ita ut nihil pro eo ſeruitij præſtetur. Et quòd Francum liberum dicatur, allegatur tex. in c. ex literis. j. de Sponſalibus. Quippè, quòd ad communem uerbi intelligentiam recurratur. Spieg.

FEVDVM Guardiæ id eſſe exiſtimant, quod arcis tuendæ, aut territorij cuſtodiendi gratia concedebatur. Sp.

FEVDVM maſculinum, quod ad maſculos tantum tranſit: id quod in Feudo regulare eſt. Siquidem fœmina in Feudo ſuccedere, niſi per pactum hoc exprimatur, non poteſt. Et tunc fœmininũ Feudum dicetur. Sp.

FEVDVM maternum, ſecundum Bald. & Aluarotum eiſdem regulis tractatur, ſicut Feudum antiquum & Paternum. Spieg.

FEVDVM Nobile, quod poſſeſſorem ſuum nobilitat, uel eum qui prius erat, nobilem oſtendit. Contrà ignobile, quod & Burgenſe, id eſt, Plebeium interpretatur,

tatur, quod ſcilicet à paganis, id eſt, à priuatis conceditur. Sp.

FEVDVM nouũ. Lege, Feudũ antiquũ.

FEVDVM reale idem uolunt eſſe quod perpetuum, hoc eſt, quod ad hæredes trãſeat, naturamq́ proprij feudi ſequatur. Quod autem cum perſona extinguitur, nec ad hæredes tranſmittitur, perſonale feudum appellatur. Hoc autẽ iuxta D. Oldend. eſtimatur bifariã. Altero modo, quia porrigitur ad heredes accipientis, quanquam dantis ſucceſſores teneantur, ut eſt Feudũ Guardiæ, ſicut initiò haud dubiè feuda concedi ſolebant. Item tale eſt feudum habitationis. C. Feuda habitationum. de Capit. Cunrad. c. j. de Feud. Guard. Altero modo cenſetur feudum perſonale, quod neq́ ad dãtis neq́ ad accipientis hæredes porrigitur, ut Soldata. c. j. Quis dicat. Dux. Sp.

FEVDA regalia, quæ & dignitatum dicta: quòd à ſolo Romano principe conferuntur, habẽtia præter ſimplicem iuriſdictionem dignitatis titulum. ut ſunt Ducatus, Marchionatus, Comitatus: unde Duces, Marchiones, Comites. c. j. Quis dicat. Dux. hos Capitaneos regni, ſecundũ feudalia placita, ꝓpriè nominari uolũt. Quæ uerò uel ab inferioribus à principe recognoſcũtur, uel ſi ab ipſis Regibus conferantur, modò extra dignitatem ſint, Ignobilia uocãtur. c. j. Qui feud. dare poſs. Sp.

FEVDVM Soldatæ, ut per ſe ignobile eſt, ita nec propriam habet feudi naturam: quum uel dantis, uel accipientis morte finiatur. Et eſt quædam annua gratuita pręſtatio, ut definitur tit. x. lib. ij. Feudorum. Videtur autem Baroni à Tautenb. Soldatæ uocabulum, etſi iam in aliam ſignificationem degenerauit, ex antiquitatis uſu profluxiſſe. Nam, ut idem adnotauit, ſecundum Caſsiodorum, Vegetium, & Frontinum, Solidatum in militia appellabant eum, cui ſtipendia ab imperatore promiſſa erant. Quum enim popul. Romanus ſupra ducentos annos (ut Liuius teſtatur) proprijs impendijs militaſſet, Anxuro capto, decreuerunt patres, ut ſtipendium miles acciperet: cui & ueſtem, & frumentum, ultra pecunias, equiti etiam equum dare ſolebant. Qui Delecti auctorati dicebantur: temporis uerò ſucceſſu, Matriculati & Solidati. Sp.

Feymer. Lege, Bariſellæ.

F I

FIBVLAE, dicuntur propriè ornamenta cinguli ad ueſtem ſubligandam: & tam uiriles quàm uxoriæ habentur. Earum mentio eſt in l. j. C. Nulli licer. in fren. lib. xj. & apud Plinium, & Bayfium. Sp.

FICTIO, eſt legis aduerſus ueritatem in re poſsibili ex iuſta cauſa diſpoſitio: etenim cõſtat, nunquã extendi fictionem ad ea, quæ impoſsibilia ſint. gloſ. l. talis. de Legat. j. §. minorem. Inſtit. de Adopt. ſiue de iure, ſiue de facto id fieri nequeat: imitatur enim fictio naturam, nec facile lex fictionem aduerſus fictionem inducit. l. iij. §. è cõtrario. ff. de Acquir. poſſeſs. Hæc ex primo cap. lib. vj. Parerg. Alciat. Eſt autem magna differentia inter fictionem & præſumptionem. Quia fictio iuris tantum operatur, quantum ueritas: unde nũquam ei dicitur eſſe contraria. Siquidem ius facit ens de non ente. Præſumptio autem in dubio ſtat, tametſi eatenus ueritatis habetur comes, quatenus in contrarium nulla apparet probatio. Vide Gloſ. et Bart. in l. ſi is qui pro emptore. ff. Quod met. cauſa. Itaque fictio ad ſolam legem pertinet. Nec enim contrahentes fingere poſſunt, niſi lege permittente. ut in Aquiliana ſtipulatione, & quibuſdam alijs item caſibus, in quibus lex ſtipulationẽ fingit, uel hypothecam. Eſt'que Iure ciuili inuenta. Sic Iuriſconſultus in l. ij. Pro ſocio. dominium ſocietate omnium bonorum aquiri, ſine traditione per quandam fictionem affirmat, cum textus dicat, creditur. Non autem ob aliud inducitur, nſi ut ſuppleat id, in quo deſideratur facti ueritas, ad hoc, ut ex ea ueri producantur iuris effectus. ut declarat Bart. in l. ſi is qui pro emptore. de Vſucap. Imitatur autem fictio legis, naturam ipſam. l. adoptio. ff. de Adopt. Vnde ſicut naturaliter quis filium ad tempus habere non poteſt, nec ſub conditione: ita nec emancipare eum, nec adoptare in diem ſub cõditione licet. l. ſi tibi. eod. tit. Sp.

FICTIO priuata in perniciẽ alterius, teſtę Old. nihil diſtat. à fraudulenta ſimulatione. Vlp. in l. cũ hi. §. ſi cũ lis. ff. de Trãſact. fingi enim, inquit, lites poterunt. ut trãſactio etiã citra pretoris fiat autoritatem.

FICTVM, abſolute, præſupponĩt falſum: aliàs non fingeretur. Præſumptum, habetur loco ueritatis.

FICTVS Barbaro uocabulo pro emphyteutica penſione, mercedeq́ meliorationis accipitur: uideturq́ Alciato latinè dici poſſe, Colonarium. Sp.

FIDES propriè diffinitur, ut ſit dictorum, conuentorúmue conſtantia & ueritas: dicta, quòd fiat quod dictum eſt, ut Cicero tradidit. Vnde fidem appellarunt ueteres Chriſtiani, quòd ea quæ de CHRISTO commentarijs Euangeliſtarum prodita erant, uerißima ducerent. Inde Rubrica, de Sum. trin. & fid. cath. Sp.

FIDES, eſt eorum quæ ſperantur fundamentum, & quæ non uidentur indicium. Hoc enim melius accedit ſententiæ Pauli ad Hæbreos, quã uulgata habeat tranſlatio: ut mirum non ſit, ſi Paulum non intelligentes recentiores Theologi, alijs ipſam modis definierunt. Scholiũ eſt Alc. in Rubr. C. de Sum. trin. & fid. cath. Sp.

FIDES catholica. Obſeruandum fidei uocabulũ nequaquam ſimplex, ſed multiiugum & uariũ in diuinis ſcripturis inueniri. Videlicet nonnunquã pro ipſa cõſcientia intus dijudicante quid uerum aut falſum ſit, in his quæ aguntur, quid ſimulatũ, fucatumq́, quid ſyncerum ac ſimplex. Quo ſenſu Paulus. Quidquid, inquit, ex fide non eſt, peccatũ eſt: Ex fide, idẽ quod ex ueritate & ſynceritate conſcientiæ intelligens. Pro conſtãtia in prẽſtãdo itẽ accipit, iuxta etymologiã uocabuli, ut apud eundẽ Paulũ: Quid enim, ſi quidã eorum non crediderunt, nunquid infidelitas eorũ fidem Dei euacuauit? hoc eſt: Si nõ ſteterunt illi in his quæ Deo promiſerant, num item ſuis promiſsis nõ ſtabit Deus? & rurſus: Si nõ credimus, ille fidelis permanet, negare ſeipſum non poteſt. Eſt & fides uſitatiori ſcripturę & Eccleſiaſticis ſcriptorib. uniuerſæ Chriſti eccleſiæ more, ſecundũ quã Chriſti fideles dicimur, nempe is habitus animi, quo certo & abſque ulla hæſitatione aſſentimur ijs, quę à Deo ſalutis noſtræ cauſa eccleſiæ ſuæ reuelata ſunt, ſeu ſcripto illa, ſeu uiuæ uocis oraculo, uiuaq́ traditiõe, aut Chriſti, aut Apoſtolici, eadem acceperit, & uelut per manus à patrib. in filios magno ad nos cõ ſenſu perduxit. Cui & de ſcriptis, et de nõ ſcriptis ea in re credimus. Hãc fidẽ orthodoxi patres appellant catholicã, eſtq́ omni aſcripto Chriſti familię, ꝑrſus neceſſaria, qui modò uſum rationis adeptus eſt: ad quã uarię illę fidei differentię pertinẽt quę in ſcripturis occurrũt, ſecundũ quas quędã infirma, quędã ſana, quędã modica, quędã magna, quędã perfecta, quędã mortua, quædam uiua fides dicitur. De quibus exactè doctiſsimus ille Pighius controuerſ. ſecunda. Sp.

FIDES catholica. Hæc eſt pietas ſiue religio noſtra, quę ideo catholica nominatᷣ, quòd non certo alicui populo tradita eſt, ut Iudaica, ſed toti generi humano: nec ullũ excludit: omnibus per hanc ſalus eſſe licet, & ſine hac nulli: nec religiones in hac ſunt ſuæ cuiq́ genti, ſicut apud gentiles. Alij enim dij & alio modo apud Romanos colebantur, quàm Græcos: alij apud hos, quàm apud Gallos, Hiſpanos, Scythas, Indos, Perſas. Omnes gentes quæ Chriſtum profeſſæ ſunt, eundem colunt Deum, & eodẽ ſacrificij genere. uide ij. l. C. de Summ. Trin. & fid. cathol. Sp.

FIDES, pro cautione. in l. ſacris. C. de Prox. ſacr. ſcrin. lib. xij. Sic dicimus, fide alicuius ſumere, id eſt, non ſua, ſed aliena cautione. Spieg.

FIDES iudici facta dicitur, quando probatum ei eſt, uera eſſe quæ affirmata ſunt. Hinc Rubrica, de Fide inſtrumẽtorũ. Sp.

FIDES labefactata, dicitur creditum perditum. Tueri fidem ſuã, eſt ſeruare illæſam famam locupletis debitoris. Et fidem ſuam liberare, pro eo antiqui dicebant, quod nunc negociatores & coactores, tenere promiſſum dicunt, & non deeſſe promiſſo.

FIDES publica eſt, quod imperiti Saluum conductum uocãt: quem Accurſius, malus latinitatis autor, ſecuritatis nomine intellexit. Sp.

FIDEM arguit & dignitas, & mores. l. ij. de Teſtib.

FIDEI bonæ homo. Quære, Bonæ fidei homo.

FIDEI bonæ poſſeſſor. Vide, Bonæ fidei poſſeſſor.

FIDE alicuius ſumere, id eſt, non ſua, ſed aliena cautione. Bud. in l. ult. de Pignor. act. Spieg.

FIDE ſua iubere, id eſt, ſponſorem ſe conſtituere, & periculum in ſe recipere. Paul. Si filiusfamilias ita ſtipulatus fuerit: Quã tam pecuniam Titio credidero, fide tua eſſe iubes? Vlpianus in l. ubi autem. de Verb. oblig. Spieg.

FIDE autem ſua promittere, ambigua locutio eſt, ſicut & in uerbo ueritatis ſpondere. de quorũ captu diſſerit pulchrè Alc. in l. ſi quis maior. C. de Tranſact. Sp.

FIDEM ſuam aſtringere, locutio elegans apud Papiniã. l. procurator. de Procurat.

FIDEM ſuam adſtringere, uinculum obligationis ſuſcipere. Papinian. in l. procurator qui pro euictione. ff. de Procur. Sp.

FIDEM fallere. Lege, Fallere fidem.

FIDEM frãgere. Vlp. in l. ſed ſi hoc lege. ff. de in Ius uoc. Sed ſi ſuis, ait, nũmis emi, & fidẽ fregi, ꝓ patrono nõ habebor. Sp.

FIDEM mutare, pactum reſcindere, & uiolare promiſſum.

FIDEM bonam præſtare, nil aliud quàm ſine dolo & fraude uerſari. Bona fides enim, ut ſuo relatum eſt loco, contraria dolo & fraudi eſt. l. iij. in fin. Pro ſocio. Inde dicitur homo bonæ fidei, qui nihil dolo facit. l. iij. iuncta Glo. C. de Peric. & com. rei uendit. Spieg.

FIDEM licitæ tranſactionis rũpere apud Hermogenianum in l. pen. de Tranſact.

FIDEM ſequi alicuius, eligere aliquem cũ quo rem habere, aut negocium nobis eſſe uelimus, uſus eſt Vlpian. in l. j. de Reb. cred. Eſt etiam exemplũ in l. ij. C. de Bon. aut. Iud. poſsid. Ex Bud. Sp.

FIDEICOMMISSA dicuntur, quæ fidei hæredis alteri reſtituenda demandantur: quæ ab fide hæredum licet pendeant, unde & nomen accepere, D. tamen Auguſtus, ne perfidiæ humanæ locus eſſet, ad neceſsitatẽ Iuris ea retraxit. Vide §. in primis. Inſtit. de Fideicomm. hæred. l. j. et C. Comm. de Legat. Nec ignorandũ, fideicommiſſa nõ eſſe, ut uulgo putãt, legatis exęquata. Nam licet Vlpian. l. j. de Leg. j. ſcribat, quòd per omnia exęquata ſint legata fideicõmiſsis, non tamen è conuerſo dicit, fideicommiſſa legatis exæquari. Vnde Zaſius colligebat, quod & ab Alciato pòſt legimus probatũ, minimè ſequi neceſſariò, ut utraq; eodem iure petantur. Fiunt autem fideicommiſſa uerbis precarijs erga grauatum: qualia ſunt, rogo, peto, uolo, mãdo, deprecor, cupio, iniungo, deſidero, impero. Vnde & nomen illud ſumpſerunt, quòd in ſola fide pudoreq; hæredis conſiſterent. §. fin. Inſtitut. de Singulis rebus per fideicom. relict. Accedit Vlpianus inquiens: Etiam hoc modo, cúpio ut des: credo te daturum: fideicommiſſum eſt. De Legat. j. l. etiam. Spieg.

FIDEICOMMISSARIA libertas eſt illa, quam teſtator nõ directè impertit, ſed per manumiſsionẽ alterius, uel hæredis, uel legatarij, uel donatarij mortis ergo, cuius fidei hoc commiſit & credidit.

FIDEICOMMISSARIVS Prætor, qui de fideicommiſsis ius Romæ dicebat. §. j. Inſtit. de Fideicom. hæred.

FIDEICOMMISSARIA ſubſtitutio. Vide inferius, Subſtitutio.

FIDEICOMMISSORVM alia ſunt uniuerſalia, hoc eſt, ad hæreditatem ſpectãtia, quibus totũ patrimoniũ, uel eius partẽ hæres alij reſtituere rogatur. Alia rerũ ſingularium, quæ uocãtur. nam diſcrimẽ olim fuit inter ea: ſed ſublato eo, per omnia ſunt exęquata fideicommiſsis legata. §. j. Sed non uſq;. Inſtit. de Leg. Vlpianus l. j. eodem. Item l. j. & . ij. C. Commun. de Leg. Spieg.

FIDEI tuæ committo filia, ut cui in familia nubes, et quotieſcunq;, et c. uide Sceuolã in l. uxorẽ. §. teſtamẽto. ij. de Leg. iij. Sp.

FIDEI hæredum meorum committo, ne fundũ Tuſculanum alienent, & ne de familia, & c. ibidem fidei tuæ committo uxor, ut des reſtituas, et c. Vide Papinianũ in l. cum pater filio. & de Legat. ij. Sp.

FIDEI autem ueſtrę uerè & ſapidè cõmitto, ne eum fundũ uẽdatis, & c. uide Paul. de Legat. ij. in l. Titia Seio. §. Seia. Sp.

FIDEI heredum meorum committo, ut ſinant eum habere domus meas, & c. uide Paul. l. ſi mihi Meuia. ff. de Legat. iij. Sp.

FIDEI tuę committo Sempronia ſoror, uti legata, quæ alumnis meis, &c. l. codicillis. ff. de Ann. legat.

FIDEIVBERE pro cõdẽnato, nihil aliud eſt quàm promittere iudicatũ cõdemnationis ſolui. l. ſi uerò. in prin. ff. Qui ſatiſdar. cog. Nã ſi nõ condẽnatus, ſed abſolutus fuerit, & uictor litis, nõ eſt opus aliqd ſoluere ex cautione iudicatum ſolui. Sp.

FIDEIVSSOR dicitᷣ, qui ſe pro alio obligat, quaſi iuſſu alterius ponẽs fidẽ ſuam. Nec refert, utrum ante, uel poſt obligationem principalis debitoris. Inſtitut. de Fideiuſſor. & ff. eod. l. j. & ij. Sp.

FIDEIVSSOR conditionalis, qui ſub cõditione promittit, nomine debitoris continetur. ut docet Bartol. in l. ſi certum petat. Et fideiuſſorem propriè eſſe debitorem,

rem, ferè omnes tradunt: quia iura eum pleruncꝫ appellãt debitorem. Ex Alciat. in l. j. ff. Si cert. pet. Sp.

FIDEIVSSORES aſsidui. Vide, Aſsidui fideiuſſores.

FIDEIVSSOR qualiſcuncꝫ. Vide, Qualiſcuncꝫ fideiuſſor.

FIDELITAS, in feudalibus placitis nihil aliud eſt, quàm ſacramentum illud, quo domino fidẽ ſuam obſtringit Vaſallus: quod plura cõplectitur, ut traditur Tit. v. & ſeq. libro ſecũdo Feud. Vide Bartol. in laudatis Commẽtarijs ad Conſtit. Ad reprimendum. & in l. omnes. C. de Annon. & trib. lib. x. Sp.

FIDVCIA, præter uulgatam ſignificationem, pro pignore accipitur in iure. Vnde & Fiduciarius ſeruus, & res fiduciaria, quæ loco pignoris apud creditorem depoſita ſit. & ita nõ rarò utitur Paulus, tit. de Depoſito. Ex Alciato. Sp.

FIDVCIA accipitur res, cuicuncꝫ res aliqua ea lege mancipatur, ut mancipanti aliquando remancipet. Veluti ſi quis tempus dubiũ tenens, amico potentiori fundum mancipet, redditur o cum tempus illud dubium præterierit. Hinc fiduciaria mancipatio nominatur, quòd reſtituendi fides interponitur. Et uendicio fiduciaria, quæ fit ſub redimendi, redhibendicꝫ lege. Atcꝫ inde Actio fiduciaria.

FIDVCIARIA hæreditas, id eſt, fideicommiſſaria, apud Vlpianum in l. certi condictio. Si cert. pet. & fideicommiſſaria poſſeſsio, quaſi fide data accepta, à fiducia tamen dicta. Bud.

FIDVCIARIVS contractus. Require, Contractus fiduciarius.

FIDVCIARIVS hæres propriè dicitur, qui inſtitutus eſt contemplatione non uerè præteriti, ſed quodammodo inſtituti. l. Seius Saturnini. ad Trebell. l. dedit dotẽ. de Coll. bon. Sp.

FIDVCIARIVS pater, antiquo iure nominabatur, qui præter naturalem patrem alius adhibebatur. Quibus id fiebat ſollennitatibus, antiquitatis ſtudioſus (nã illæ ſublatæ nunc ſunt) petere poteſt ex primo Caij Inſtitut. lib. Sp.

FIGERE propriè eſt legum. Nam figi leges dicunt, cùm in æs inciduntur: & tunc fixę tolli nõ poterãt, cũ promulgatæ poſſent. Refigere autẽ, eſt leges iam æri inciſas abolere & remouere. Quid ex Triboniano iniquiores aiunt illum ſolitum figere leges precio, atcꝫ refigere. Vide Bernard. Rutilium in uita Tribon. Sp.

FIGERE tabulam, & refigere. Quęre, Tabulam figere.

FIGLINA, officina figuli. Meminit eius Iuriſcõs. de Aur. & arg. leg. l. fundi. Cum in fundo, inquit, figlinas haberet. Nebriſs.

FIGMENTVM falſi tituli. l. ſi ancillam. C. de Contrah. empt.

FIGVRA iudicij, hoc eſt, proceſſus Iudiciarius.

FIGVRATE loqui. Vide infrà, Iuriſconſulti nonnunquam.

FIGVRATVM, contrà quàm uulgò putant, dicitur, quod non ſimpliciter indicatur, ſed ſubobſcurè intelligitur. Sp.

FIERI iniuriam contra bonos mores, quid ſit, Paulus exponit l. j. de Extraord. crimin.

FIERI in continenti dicitur, quando quid fit uno cõtextu, nõ diuertẽdo ad extraneos actus, cõtrarium'ue actum interponẽdo. Vide c. quia propter. ext. de Elect.

FIERI non uidetur, quod iure non fit. l. iij. §. ſi liber homo. ff. de Cond. cauſa data.

FIERI bona fide. Lege, Bona fide. hoc eſt, citra figmentum facere.

FIERI patrẽfamilias, **Der eygen feür vnd rauch überkummet.**

FILIASTER, quo quidam utuntur pro priuigno, non paruus filius eſt, ſed imitãs filium. Autor Valla lib. j.

FILII appellatione, ex proprietate ſermonis, nepos nõ cõtinetur, ſed ex interpretatione. qua de re Bart. & Baldus in l. Gallus. §. ut inſtituens. præconio Salomonij utiliter diſſerunt. Attingit item aliquot locis Alciatus in elegantiſs. Comment. ſuis, de Verb. ſig. & Zaſius noſter in tractatu Subſtitutionum, indicat, conſueſſe ætatem noſtram, cum nominat filios, uel liberos addere nepotes, **Kind / vnd Kinds kinder**, ad tollẽdas cauillatiões. Filiorum autem nomine, etiam filiæ cõtinentur: ſed nõ è contrario, ueniuntcꝫ propriè primi gradus. text. eſt in l. quod ſi nepotes. in fin. de Teſtam. tut. Diſcrimen inter filios & liberos ſecundum communem uſum & intellectum, in idiotam & laicum illiteratum & indoctum uenire et cadere non poteſt. Quod Gloſſæ dictum in d. l. quòd ſi nepotes. Bartol. ibidem agnoſcit, & in l. liberorum. circa fin. ff. de Verb.

Verb. ſig. Tametſi in ordinationibus in quibus mens & uoluntas ordinatoris euidenter & manifeſtè deprehendi, aut declarari non poteſt, filiorum appellatione ueniant etiam nepotes. ut ſentit Bart. in d.l. liberorum. & expreſsius Alexander in Addit. ad Bart. in l. Lucius Titius, qui fratrem habebat teſtamento. de Hæred. Inſtit. Spieg.

FILII ideò liberi dicti ſunt, ut parentes meminerint, ſe illis non perpetuò imperaturos. Itaq; cum pater filiam natã xxv. ann. negligit dare nuptui, abſq; graui cauſa poteſt ipſa liberè, hoc eſt, ſine conſenſu paterno, matrimonium contrahere: & oportet nihilominus patrem ſuppeditare pro facultatibus dotem. Aut. ſed ſi poſt. C. de Inoffic. teſtam. Sp.

FILII familiarum, patres familiarum, filiafamilias. in l. iij. §. ſed utrum. ff. de Minoribus.

FILIVS eſt, qui ex uiro & uxore naſcitur. l. filium. de His qui ſunt ſui uel alien. iur. Quam definitionem Alciat. lib. vj. Paradox. non admodũ probat. Noſter Apellus putat Vlp. filium naturalem, non etiã ciuilem, definire uoluiſſe. Cum regulariter, Lex ſit naturaliter potius intelligenda, quàm ciuiliter. l. fin. C. de His qui uen. ætat. impet. Porrò filius eſſe negatur uulgatiſsimo tropo, qui degenerat à paternis moribus, qui meruit abdicari, & tamẽ manet naturæ uinculum. Sic epiſcopum eſſe negamus qui indignus eſt hoc nomine, & tamẽ manet cõſecratio. Sic Chriſtianũ eſſe negamus, qui moribus eſt impijs, & tamen non tollitur baptiſmus. Sic dicimus uxorem eſſe deſijſſe, quæ ſe miſcuit alteri uiro, matrimonij ius adimens ſibi. de quo ſuo loco. Sp.

FILIVS regis poteſt dici rex uiuẽte patre. arg. §. cum quidam Cælius. l. cum uerò is. ff. de Fideicõmiſs. libertat. adiuncto textu in l. in ſuis. & ibi Bald. ff. de Liber. & Poſthum. Spieg.

FILIVM ſpurium, reſcripto Principis legitimum effectum, uerè legitimum cenſuerunt Soccinus, Decius, Curtiusq;, ut atteſtatur Alciatus. Nam & aliquem mihi (ait) iuſtum filium cenſeri, agnatis uerò meis non cenſeri, haudquaquam naturæ repugnat: cũ ſatis ſit mihi, integrè cenſeri filium: nihilq; obſtat reſpectu aliorũ qui non conſenſerunt, fictionẽ Legis nihil operari: huiuſmodi enim uarietas magis aliorum perſonas, quàm ipſius filij reſpicit. l. in ſtipulationibus. §. j. de Verbor. oblig. Spieg.

FINGI lites poſſe, extat nobile exemplum apud Vlpian. in l. cum hi §. tranſactiones. ff. de Tranſact.

FINGITVR receptum, quod uerè receptum non eſt. Gloſ. in l. uoluntati. §. creditor. ff. Quib. mod. pig. uel hypothec. ſoluit. Alberic.

FINIS uitæ longæui hominis. Quære, Centum anni.

FINITOR, agrorum menſor dicitur.

FINITVM intelligitur, quod finiri potuit. l. j. C. de Pœnis. Sunt quippe pleraq; uerba, quæ quum effectum ſignificant, ad potentiã tamen ſolum referantur: ut cum Lex dicit, Si aqua pluuia noceat, id eſt, nocere poſsit. Sp.

FINIVM regundorum, id eſt, diſcriminandorum, ſeu ſtatuendorum. Regere enim antiqua & Decemuirali ſignificatione, eſt ſuis finibus terminatũ habere. Actio itaque finium regundorum, ad agros pertinet, non ad ædificia urbana. iuxta §. fin. l. iiij. ff. Fin. regund. Oldend. adſerit eam non inconcinnè dici finalem quæſtionẽ, in l. ſi cõſtiterit. C. Fin. regund. Cętera uide apud Ferrar. noſtrum, uirum iuxtà doctum ac diligentem, in §. ſi finium regũd. Inſt. de Offic. iud. Spieg.

FIRMAMENTVM, & continens cauſæ, latinè Punctum litis deciſorium dicitur, Græcè συνεχόν: atq; id eſt, poſt quod nihil quæritur, & quod ad iudicationem firmiſſimum adfertur. Bud. in Annot. pr.

FIRME reſpondere, hoc eſt, abſq; ullo timore, aut pauore.

FIRMVM eſt facti, Ratũ iuris. Vide Bartol. in l. id quod pauperi. C. de Epiſc. & cleric. Spieg.

FISCVS, præter uulgatam ſignificantiam, apud Iurecoſs. eſt pecunia publica. Hinc apud illos tit. eſt de iure Fiſci. &, de Fiſcalibus debitoribus & exact. Nebr. Lege, Patrimonium.

FISCVS ita principis eſt, ut ab Vlp. Princeps Fiſcus appellet, in l. ij. §. hoc interdictũ. Ne quid in loc. public. fiat. ex Pyrrho. Sp.

FISCVS, & Aerarium apud Iuriſcoſs. in Pãdectis crebrò conuertunt: at uetuſtiores Aerariũ à Fiſco diſtinguebãt, ut reip. ab Imperatoris pecunia diſtincta erat:

ſic & ærarij quæſtores, tribuniq́;, à fiſci præfectis diſtabant.

FISTVCA, inſtrumenti nomen eſt, quo figuntur, panguntur q́; in terram ſublicæ, paliq́;. ex Herm. Barb. Sp.

FISTVLAE & canales & crateres, et ſi qua ſunt alia ad aquas ſalientes neceſſaria: item ſeræ & claues, magis domus portio quàm inſtrumentum ſunt. l. quæſitum. ff. de Fund. inſtr. Fiſtulæ item plūbeæ ſunt, per quas aqua è fontibus ducit̃. Fiſtulas quoq; appellari licet Tubos plumbeos, per quos aqua pluuia è tectis ducitur. Sp.

F L

FLAGELLARE annonam, hoc eſt, duriorem facere: quod eſt Dardaniorum, quorum mentionē Iuriſcoſs. faciunt, hoc eſt, præmercatorum, qui, Hermolao teſte, Græcè Timiopolæ appellantur.

FLAGITARE, proprie eſt, uehementer, & ueluti quadam inflammatione animi petere. Significat etiam, de ſtupro uehementius inſtantiusq́; appellare. Vlpian. in l. nunquā. de Priu. del. Si quis, inquit, alienam ancillam ſurripuerit, & flagitauerit, utraq; actione tenebitur. Sic apud Ciceronē reperitur: annotāte hic Bud. Sp.

FLAGITIVM, more militari, dicitur res flagitatione, hoc eſt, increpatione digna. Nam flagitatio ad ſtrepitum refertur. Ex Donato. Spieg.

FLAGITIVM facere, pro peccare, & crimen ac facinus committere. Diſcriminat tamē à facinore Archid. xxxij. q. vij. c. flagitia. Certum eſt, non tantum pro turpibus peccatis flagitium accipi, uerùm his etiam, quæ per negligentiam, imprudentiam, obliuionemq́; committuntur. Sp.

FLAGRANS crimen dicitur ueterum Iuriſconſult. uerbo, in quo quis deprehenditur, an friſcher that ergriffen. adnotauit Hegend. in l. ictus fuſtium. ff. de His qui not. infam. Sp.

FLAGRVM, idem quod flagellum, eius diminutiuum: uirga qua cædi conſueuerunt ſerui: ſicut liberi fuſtibus. l. Pedius. ff. de Incend. ruin. nauf. Sp.

FLAMINES Curiales. Lege, Curia. & Oldend. cap. v. tit. j. l. xij. Tab.

FLAVII. Vide, Imperatores, quo à Cæſaribus & Auguſtis diſtent. apud Sigebertum legimus, Auctarim Regem, à Longobartis, Flauium appellatum: & ab eo quoq; omnes Longobartorum Reges, Flauios appellatos. Spieg.

FLATORES, id eſt, fabricatores, Pompo. de Orig. iur. Et triumuiri monetales ęris, argenti, auri flatores.

FLORET reſpublica, per metaphoram, pro augetur, ſiue creſcit. in Nouel. de Natur. liber. & in Nouel. de Donat. à Curial. fact. Spieg.

FLVCTVS, eſt maris in unam partem agitatio. Seneca libr. quarto Natural. quęſt. Spieg.

FLVMEN, eſt fluens aqua: autor Seneca tertio lib. Nat. Quæſt. Sp.

FLVMEN hortum occupare. Vide Iabolenum, l. cum uſumfructum. ff. Quib. mod. uſusfruct. amitt. Sp.

FLVMEN publicum, quòd in commune omnibus in eo ius piſcandi pateat. Iuſtin. in tit. j. libri ſecundi Inſt. Sp.

FLVMEN priuatum, quod ex conuentione legem accipere ſolet. Nihil enim differt à cęteris locis priuatis, ut ait Vlp. in l. j. §. hoc interdictum. ff. de Flum. Sp.

FLVXA fides, inſtabilis, & citò peritura.

FLVXA ueſtimenta, ampliſsima & minimè aſtricta, quaſiq́; liberè fluentia.

F O

FOCARII, qui & mediaſtini dicti ſunt à Iureconſultis, inter ſpecies ſeruorum numerantur. Vide Alex. Neapolit. libro tertio. Spieg.

FOECIALES. Vide Zaſiana Scholia in l. ij. ff. de Orig. iur. Oldend. in cap. vj. tit. j. Leg. xij. Tab.

FOEDERATI, liberi erant, ſuis tantum legibus relicti, qui tamen populi Romani maieſtatem comiter obſeruare tenebantur: ex fœderatisq́; ciuitatibus, in delinquētes Romæ animaduerti fas erat. l. non dubito. de Capt. Annotauit Alciat. in Parerg. Sp.

FOEDVS, à fide deriuant nōnulli: quòd in fœderib. fides interponeret̃. Hinc Fœderati: quam uocē apud probatos autores, atq; ipſum Ciceronē non rarò inuenias: non autē Confœderati, ut quæ latina nō ſit: quod etiā alij admonuere. Sunt autē Fœderati, non ut Accurſius cenſuit, quibus cū induciȩ factȩ ſunt, ein Anſtandt: ſed ij cum quibus amicitiam, uulgus nūc intelligentiam appellat, ſocietatemq́; coimus. Bundtgenoſſen. Sp.

FOEMININO uocabulo maſculos contineri, turpiſsimum eſt, inquit Iuriſconſ. in l.

in l. ſi ita ſcriptum. de Leg.ij. Accurſius rationem adducit, ſed non ex mente Iuriſconſ. haud animaduertens, ueteres ſolitos fuiſſe, quoties aliquem tanquam mollem & effœminatum carperent, fœminino eum uocabulo, irriſionis cauſa appellare, oſtendit Ariſtoph. exemplo Alc.lib.Parerg.j.Sp.

FOENEBRIS pecunia quæ ſit, uide C. de Naut.fœn.

FOENERARE, pro accipere fœnore.

FOENERATICIA res, quæ data eſt fœnori, ſiue accepta, aut ad fœnus pertineat.

FOENVS, à fœtu dictum eſt, autore Gell. & quaſi à fœtura quadã pecunię parientis atq; increſcẽtis. Alij malunt à fundo: adduntq; rationẽ hanc, prouentũ eſſe à naturali terræ fructu: poſtea uerò ad uſuram translatũ, non aliter ac ſi pecunia ex ſe fructum quemadmodum terra producat. Eraſmus autẽ in prouerbio, A' mortuo tributum petere: Fœnus deductum uideri uult à uerbo φέρω, quod eſt ferre: quòd hac uoce ueteres non utebantur, niſi de terræ prouentu: quę ueluti gratiſſima debitrix, pro ſingulis granis aliquoties centena reddit. Idem tradit lib.ij. de Rat.Conc.Spieg.

FOETAE, abſoluto uocabulo dicuntur puerperæ, & quæ iam partu abſolutæ ſunt.Spieg.

FONS à fundẽdo dicitur, quòd inde aqua fundatur, quam Vlpianus uiuam uocat, ex perpetua quadã cauſa. Quare primũ à ciſterna hoc differt, quæ aquam imbribus collectam continet. Deinde à puteo diſtat, quòd cum aqua de terra maneat, & uſui ſeſe haurientibus præbet, tunc fons dicitur. Vbi uerò in alto & profundo eſt, ibi puteus appellat̃: ut tamẽ fontis nomẽ nõ amittat. Vide infrà, Puteus.Sp.

FORANEOS, forenſes ſubſtantiuè, pro extraneis & peregrinis. Cõmentatores, ut pleraq; alia more ſuo, hoc eſt, ſine exẽplo probati autoris, uſurpant.

FORANEVS. Vide, Officialis foraneus.

FORENSIS homo, cauſidicus, uel qui ſe in foro exercet.

FORENSES diſceptationes.l.repetita. C.de Epiſ.& cler.l.cõſulta.de Teſtam.

FORENSIA inſtrumenta, quæ & dicantur, & quãtum eis fidei ſit adhibendum, not.in l.pen.C.de Fide inſtr. & per Azonem in Summa.eod.

FORERII. Lege, Metatores.

FORINSECVS, idem eſt quod foris. in Aut.de Eccl.rer.im.alien.§.fin. Vtitur & hoc uocabulo Plinius maior.

FORMA eſt, quæ eſſentiam rei præſtat.l. Iulianus.§.ſi quis rem.ad Exhib. quod & de ſubſtantia dicimus. ut ſi in teſtamento deſit uoluntas, ut quia furioſus, aut impubes teſtatus eſt.l.generali.C.de Sacroſanct.eccleſ. aut in contractibus deficiat conſenſus.l.cum Aquiliana. de Tranſaction. Quod & ad materiam protrahendum eſt. Nam & ea contractui perficiendo neceſſaria eſt, ut res ex uenditoris, precium ex emptoris parte.l.in uenditionibus.de Contrah.emp.§.precium. Inſtit. de Empt. Alioqui actus ipſi, ſi horum aliquid deficiat, omnino pereunt.Sp.

FORMA, facies cuiuſq; rei. Ferè enim idẽ ſunt. Vlpianus de Seruit.urb.præd.l.qui luminib. Sciat ſe formam ac ſtatum antiquorum ædificiorum cuſtodire debere. Eſt & in Iure, ubi & regulam & modum ſignificat.

FORMA, in pleriſque rebus materiæ præſtat. Hinc Labeo & Sabinus dicunt, abeſſe rem, cũ abeſt forma. Ouid.lib.Tranſform.ij. Materiam ſuperabat opus. Aſtipulatur Caius in l.mulieris. de Verb.ſig. Plerũq; plus eſt, in manus precio, quàm in re.Spieg.

FORMA quoq;, lignum illud eſt, quo calcei informant̃. Vlpianus ad l.Aquil.l.ſed & ſi. Si forma, inquit, calcei ceruicẽ percuſsit. Item tit.Locati.l.item quæritur. Si forma calcei tam uehementer ceruicem percuſſerit.Nebriſs.

FORMA cauſæ, ordinata ſeries eſt, rem ad ſubſtantiam deducens. Subſtantia uerò, quæ primam rei eſſentiam præſtat. Solẽnitas, modus eſt, ſeu qualitas quędam rei accidens, qua actus fit ſolennis. Alc. cap.xv.lib.v.Paradox.

FORMA ac ſtatus antiquorum ædificiorũ cuſtodiend. l. qui luminibus. ff. de Seruitut.urb.præd.Sp.

FORMA mutui. Vide, Mutui forma.

FORMA priſtina.l.ſi quid.C.de Seruit.

FORMAE, pro ordinibus & decurijs quibuſdam intelliguntur.l.ſcrinijs.C. de Palat.xij. Ex Pyrrho.Sp.

FORMA iuris fiſcalis pactis priuatorum conuellenda non eſt, iuxta Papinianum, in l.inter debitorem.ff.de Pact.Sp.

FORMAM

FORMAM Senatuſconſulti, quo tempore principes rerum potiebantur, uide in l. item ueniunt. §. præter hæc multa. ff. de Petit. hæreditat. Sp.

FORMARE punctum, Bartolo quid, uide, Conſulere principem.

FORMALIA iuſtificari dicũtur, quando examinatur, an ſit ritè appellatũ. de quo. ff. de Appell. recip. & C. eod. tit. Hodie, Zaſius ait, in bonis conſiſtorijs primò iuſtificantur formalia, antequam audiatur cauſa appellationis. in l. præſes prouinciæ. ff. de Re iudic. Sp.

FORMIDOLOSVS, qui formidat, & qui formidatur. §. ſi quis. Inſtit. de Pupill. ſubſt. l. fin. C. de Iur. delib.

FORMITER iuratur, quando cum cauſa adiecta, uel cum expreſsione contractus iuratur. Informiter uerò, cum cauſa iuramenti non exprimitur. Zaſius de Act. §. item ſi quis poſtul. Inſtit. de Action.

FORMVLARII, dicti à formula, hoc eſt, ſtylo: qui, ut Cicero autor eſt j. de Oratore, & pro Murena, Leguleij eſſe maluerunt. Spieg.

FORMVLA, à Forma diminutũ eſt, prorſus tamen à corpore abhorret, & accipitur pro præſcripto, norma, uel nota: item pro actione apud Paulum, de Furt. l. ſi ſeruus nauem exerceat, nõ uoluntate domini, de eo quod ibi perijt, uulgaris formula in dominũ danda eſt: hoc eſt, actio in factum. Ex edicto, Naut. caup. ſtab. quę orit̃ ex recepto: ut hic monuit Gloſ. Hinc formulam intendere, pro, dictare actionem: & Formula excidere, pro cadere cauſa, apud Suet. Sp.

FORMVLAE iuris, id eſt, ſolennitates antiquæ circa actiones, ſublatæ ſunt tantũ ab Impp. Conſtantio, Theodoſio, & Valentiniano, non ipſa actionis formula: ut quidam exiſtimarũt, & magno quidem ſuo errore, & litigantium incommodo. Nam ſi, ut atteſtatur Oldendorpius, ex facti ſerie, quantumuis bene narrata, aut nullam, aut ineptam colligas concluſionem, quæ haud rectè, quàm à ſpeciali actionis inueſtigatione proficiſcitur, totus libellus corruit, ut probat Iaſon multorum teſtimonijs in l. j. ff. de Edend. Vide ſuprà, Actionis formula. Sp.

FORNACATOR, Paul. de Fund. inſtruct. Inſtrumento, inquit, balneario legato, etiam balneatorem contineri, Neratius reſpondit. Continetur autem & fornacator. Eſt autẽ idẽ qui Fornacarius. Sp.

FORNACARIVS, ſeruus erat idẽ qui piſtrinarius, uel piſtor. Vide Budæũ in l. ſi Fornacarius. ad Leg. Aquil. Sp.

FORNICARI, non eſt propriè ſtuprũ inferre, ſed opus aliquod ad ſpeciem fornicis fabrefacere: quod uocabulum à fornice deriuat Calepinus: ſed reclamante Inſulano, quòd à uerbis nomina deriuari ſoleãt. Vnde à fornicari uenit fornix. Sp.

FORNICARII, opifices ſunt, et propolę, & inſtitores, qui tabernas à fiſco conducunt ſub fornicibus, id eſt, arcubus ut ibi merces ſuas uenales habeant. Iuriſconſ. de Vſur. l. cum quidã, inquit, Fiſcus, ex ſuis contractibus uſuras nõ dat, ſed ipſe accipit, ut ſolet, à fornicarijs, qui tardius pecuniam inferunt. Sp.

FORNICATVM opus dicimus, quod ſit concameratũ, ſeu ad formam teſtudinis factum. Id ſi anguloſos receſſus habeat, Anaglyphum appellari ſolet. Camera, quam Græci, Budęo teſte, in l. ſi inquilinus. Locati. Camaram uocant. Fornix, arcus, teſtudo, cognata ſunt uocabula, ſed tamen nonnihil inter ſe differentia, ut ibi indicat. Spieg.

FORVM, nec enim uſquam gentium reperit̃ forus maſculino genere, niſi apud Iſidorũ, & Canoniſtas, ut tradit Feſtus, ſex modis intelligit̃, quẽ uidere potes. Iſidorus inquit, Forus eſt exercendarũ litium locus, à fando dictus: ſiue à Phoroneo rege, qui primus Græcis leges dedit. ſed hanc Iſidori ſententiã doctè refellit Alc. cap. xxiiij. ſecundi Diſpunct. citans grauiſsimũ autorẽ M. Varronẽ, qui lib. j. de Lingua latina, Forũ dictũ à ferendo ait, quòd in eũ locũ litigantes controuerſias deferãt: ſicuti negatores res, quas uẽdere cupiũt. Seneca autor eſt, triplex olim Romę fuiſſe forũ. Sic enim lib. ij. de Ira: Adijce, inquit, publica periuria gentiũ, circũſcriptiones, fraudes, inficiationes, quib. trina non ſufficiũt fora. Lege Alexandr. cap. xij. Genial. dier. lib. ij. & Rhodigin. cap. j. Lection. antiq. lib. xv. Sp.

FORVM Suariũ in l. j. de Offic. præf. urb. §. cura carnis omnis. Vide hic Budæũ. Sp.

FORI appellatione interdum ſubſellia intelliguntur, hoc eſt, iudicia publica, quæ exercebant̃ ſub dio, aut certè ex eo loco, unde cœlum facilè perſpici poſsit: quod

uel

uel Cicer. ſatis indicat pro Rege Deiotaro. Id obſeruant etiamnum apud nos pleraq; municipia, præcipue quæ imperialis iuris cenſentur, dum in criminoſis cauſis cognoſcendum eſt. Vide ſuprà citatã l. moris eſt. Ineptiſsimè autem Iſidorus in maſculino genere dixit, Forus quem Rom. Pont. ſequitur in c. Forus. de Verbor. ſig. Spieg.

FORO banniti. Vide, Exterminare.

FORO cedere dicebantur argentarij, qui tabernis, hoc eſt, menſis ſuis, quas Romæ in foro conductas habebant, cedentes, aliò migrabant, uel exilij cauſa, uel ob ęs alienũ. Hoc enim poſteriore caſu negotiationẽ menſarũ indecorè abrumpebãt: quod nũc uulgò dicimus Banckerott. Vide Old. claſs. iiij. Action. xxiij. Sp.

FORI diſputationem Pomponius in nobili illa l. ij. de Orig. iur. Old. exponente, accipit, pro applicatione legũ ad cõmoditatẽ Reipub. cuius negotia in foro tractari ſolẽt. Dicimus enim, in foro diſputare, ſicut uti foro, deſeruire foro. Sp.

FORO interdicere, plus eſt quàm aduocationib. ut ait Iuriſcons. l. moris eſt. §. j. ff. de Pœn. Vide ſuprà, Aduocatione.

FORO te para, hoc eſt, ad forenſes actiones ne imparatus accedas. Nam qui in hac uitæ conſuetudine & cõmuni hominum ſocietate aliquantum uerſatus eſt, non ignorat, uix uni ex millibus dari, etiam per ſeſe quietiſsimo, non quandoq; in foro & ante tribunal, uel pro ipſo comparendum ſit, uel pro altero intercedendum. Quod ſi igitur forenſium actionũ rudis atq; ignarus accedit, non mirũ eſt, ſi cum moleſtia damnũ etiã atq; diſpendiũ reportet, tum & fama nonnunquam periclitetur, ut ſcitè monuit Iuſtinus Goblerus.

FORTVITO, item fortuitu, hoc eſt, caſu, & ut uulgo dicunt, ex caſu fortunæ.

FORTVITVS caſus intelligitur id quod ita accidit, ut hominis cõſilio, cura, ac diligentia præuideri, aut præcaueri nõ potuerit. ut ſatis Vlpianus indicat in l. ij. §. ſi eo tẽpore. ff. de Admin. rer. ad ciuit. pert. Obſeruandũ autẽ, quòd caſus fortuitu, uel natura accidũt, ut maris tẽpeſtas, congelatio, grãdinatio, fluminis impetus, aduerſa ualetudo, ad hęc mors: quæ ob id Fatũ dicit̃, ut ait Pyrrhus. Vide Gloſ. ſingularem Aretino. in §. j. de Capit. diminut. Inſtitut. lib. j. uel hominis facto contingunt. ut latronũ inſidiæ, hoſtiũ incurſus, uis etiã priuata impræuiſa, iudicis iniuria, uel iniqua ſentẽtia, falſa teſtiũ depoſitio, atq; teſtamẽti falſificatio, & his ſimilia, quę Interpretes ſparſim indicant. Sp.

FORTVNA, uocabulum medium eſt: ſed cum fortunam ſolam dicimus, intelligendus eſt inopinatus proſperę cuiuſpiã rei euentus. Sic theſaurum, fortunæ donum appellamus. l. ſi is qui in aliena. §. cõmunis. ff. de Acquir. rer. dom. & §. quòd ſi ſeruus. ibid. Fortuna aliud dedit, quàm cui operam dabat.

FOSSA, receptaculum eſt aquæ, manu factum. Lege, Incile. &, Lacus. Spieg.

FOVEA, pro ſcrobe ferarũ uenandarũ cauſa facta. Paul. ad Lęg. Aquil. Qui foueas urſorũ, ceruorumq; capiendorum cauſa faciant, ſi in itineribus fecerint, eoq; aliquid deciderit, factumq; ſit deterius, lege Aquilia obligati ſunt. Sp.

F R

FRACES. Lege, Amurca.

FRACTVM, interdũ diſſolutũ ſignificat, contineturq; ſub uerbo, Rupiſſe. l. Marcell. de Verb. ſig. l. ſi ſeruus ſeruum. §. inquit Lex. ad Leg. Aquil. Sp.

FRAGILE conſilium. l. j. ff. de Minorib.

FRAGMENTVM, pars fractæ rei. Vlp. Alphenum deniq; ſcribere ait, poſſe ita agi, ius illi nõ eſſe, in ſuo lapidẽ cędere, ut in meũ fundũ fragmenta cadant. l. autem. §. Ariſto. ff. Si ſeruit. uendicet.

FRAGOR, ſonũ rei dũtaxat fractæ propriè ſignificat: eſtq; fictitium uerbum à ſono.

FRANCI. Albericus in hac dictione auſpicatur regnum Francicum à Carolo magno, quod de Romano imperio intelligi nõ poteſt. Nam priſci Francorum reges, puri puti Germani, poſt pręſtantiſsimos quoſq; imperatores, armis eorum exerciti, etiam toties ab eis repreſsi, nec uirtuti illorum cedentes, tandem potiti Gallijs Belgica & Celtica, regnare ibi cœperunt. Spieg.

FRATER & ſoror, in trãſuerſali linea ſunt in ſecundo gradu, iuxta leges Cæſareas: ſecundũ pontificias Cõſtitutiones in primo. Quę ſit huius differẽtię cauſa, exponũt interpretes. Iuris Cęſarei ſupputatio ualet adhuc in hæreditatibus ac tutelis. Pontificij iuris, in matrimonio. Sp.

FRATREM dici, quaſi ferè alterũ, ſcilicet patrem,

patrem, notum eſt: aut eum qui familiã ſuſtinet: quare & Græcis φϱάτωϱ, hoc eſt, contribulis eſſe uidetur. etenim qui naſcatur, ut patrisfamiliam obtingat. l. fœminæ. ff. de Verb. ſig. Cicero fratrem pro ſororis marito uſurpauit, Pro domo ſua, & de Reſponſ. Aruſpicum. Et hodie fratres dici uidemus eos, quorum alter alterius ſororem habuit in matrimonio. Sp.

FRATERNE, id eſt, ex officio fratrum, ut fratres facere decet. Fraternè amare, pro eo quod eſt, tanquam fratrem amare. extat apud Ciceron. in lib. j. Epiſt. ad Attic.

FRATRES, Hebræi ſuo quodam more quoslibet conſanguineos & cognationis propinquos appellant, et extra uſum noſtrum. Nam quis dicat fratres, auunculum, & filium ſororis? Scriptura tamẽ etiam huiuſmodi cognationes fratres appellãt. Nam Abraham & Loth fratres ſunt dicti, cum eſſet Abraham patruus Loth: & Laban & Iacob fratres ſunt dicti, cum eſſet Laban auunculus Iacob. Ex D. Auguſtino, in cap. vij. Euangelij ſecundum Ioannem. Sed de ea re doctiſſimè ſimul & copioſiſſimè diſſeruit D. Hieronymus aduerſus Heluidium. Sp.

FRATRES Pont. Max. uocantur Epiſcopi, Archiepiſcopi, Patriarchæ, Cardinales: cæteri omnes filij. Quæ forma niſi ſeruata ſit, præſumitur reſcriptum falſum. c. quàm graui. de Crim. falſi.

FRATRES conſanguinei. Vide, Germani fratres.

FRATRES gemini, non Gemini fratres dicendum: tametſi non minus latinè dicitur Frater germanus, & germanus frater. Spieg.

FRATER patruelis, filius patrui. Fratres patrueles, ſororesq́ patrueles, dicuntur, qui, quæue duobus ex fratribus progenerantur. ut apud Paulum traditum eſt in l. Iuriſconſultus. §. eodem gradu. ff. de Grad. Sp.

FRATRIAE, duorum fratrum uxores dicuntur. Græcè εἰνατέϱες. l. non facilè. ff. de Grad. Alc. in l. ſi ſuper. C. de Tranſact.

FRATRIS appellatione, Iuriſconſ. complectitur ſororem. l. Lucius & Titia. Famil. erciſ. l. Lucius Titius. §. quæſitum. de Legat. iij. Sed obſeruatu dignum, quod Iac. Butrigarius monuit, communem loquendi uſum aduerſari. Quanquam fratrum nomen, interpretatione extenſiua nepotes complectitur. ut annotatum eſt ab Ioan. And. ad Speculat. de Succeſs. ab inteſt. refragatur tamen communis uſus laicorum, ſecundum quem diſponentes regulantur. l. omnibus. de Verb. ſig. & l. fundi. eod. titul. l. Labeo. de Supel. leg. cum concordib. legibus. Quinimo & ſoror fratris nomine quãdoq; accipitur, ut apud Modeſtinum. de Pact. Tres, inquit, fratres Titius, Mæuius, & Seia communem hæreditatem inter ſe diuiſerunt. & paulo pòſt: Sed poſtea duo de fratribus, id eſt, Mæuius & Seia. Sp.

FRAVDATIO, & Fides, contraria. Cic. in Catil. Ex hac enim parte pudor pugnat, illic petulãtia: hinc pudicitia, illinc ſtuprum: hinc fides, illinc fraudatio.

FRAVDATIONIS cauſa latitare. ff. Ex quibus cauſ. in poſs. eat. l. fulcimus. §. hoc edictum. &, Quæ in fraud. cred. l. j. & ij. §. j. Alberic.

FRAVDATOR, tam qui fraude alienat, quàm qui fraude accipit. l. ait Prætor. §. penul. l. ult. §. fin. ff. Quæ in fraud. cred. Variè hanc uocem accipi, Gloſſematarius declarat in l. Imperatores. de Cur. bon. dand. Spieg.

FRAVDATORIVM interdictum. Lege, Interdictum fraudatorium.

FRAVDEM admittere. Vide, Capitalem fraudem.

FRAVDEM facit, ſi quis quod facere debet, non facit. l. in fraudẽ facere. & l. ſeq. ff. Quæ in fraud. cred.

FRAVS, à ferendo, deceptio quæ alicui infertur. Differt à Pœna, autore Vlpian. quòd fraus ſine pœna eſſe poteſt: Pœna non ſine fraude. Pœna eſt noxæ uindicta: Fraus & ipſa noxa dicitur, & quaſi pœnæ quædã præparatio. Quando, & per quæ fieri dicatur, diſſerit fuſius Zaſ. in §. item ſi quis. Inſtit. de Action.

FRAVDIS interpretatio, ut Papinianus ait, ſemper in iure Ciuili, non ex euentu duntaxat, ſed ex conſilio quoque deſideratur. Obſerua autem quod Oldend. monuit, Papinianũ eòdem reſpexiſſe, quò reſpexit naturalis lex, dum dicit, Non cõcupiſces, Non deſiderabis aliena. Sp.

FRAVS euidens. l. j. §. de Off. pref. urb.

FRAVDVLENTVS uſurpator, idẽ qui male fidei poſſeſſor nihil repetit impenſarũ, nihil retinet, imputaturus ſibi, quare non

re non abſtinuerit ab alieno.l. adeò quidem.§.ex diuerſo.l. qua ratione.§. ſed nõ ut literę.ff.de Acquir.rer domin.Sp.

FRENARE, tranſlatè pro cohibere & continere, apud Ligurinum noſtrum ali cubi non infeliciter Poetã imitatus,mox ab initio lib.j.in quem noſtra extãt Scholia. Si quid & in illis,et alijs meis quiſqui lijs dictum eſt,quod ſcitis S.R.E. (cuius ſumma apud orthodoxos habita ſemper eſt autoritas) aduerſatur,indictum eſto: cuius me,ut & omnium etiam rectè ſentientium iudicio ſubijcio.Sp.

FREQVENS eſt. Paul.Parere,inquit,exceptioni rei iudicatę,frequẽs eſt: hoc eſt, nõ inſuetũ.l. ſingulis. de Excep.rei iud.

FREQVENTES ire in alia omnia pro frequentes diſſentire, **vngleych ein ziehẽ.** Neq; ſolum ire in alia omnia, ſed & diſcedere & tranſire, eodem ſenſu ueteres dicebant. Sp.

FREQVENTIA, aſsidua frequentia, quaſi nonnullã præbet infamiam.l. item apud.§.aliud.ff.de Iniur.Sp.

FREQVENTER fieri dicitur, quod bis etiam ter' ue factum eſt. Alber.

FREQVENTISSIMA eſt hæc cauſa poſſeſsionis.in l.fulcimus.§.cũ hoc edictum.ff.Ex quib.cauſ.in poſs.eat.

FRIBVSCVLVM. Lege, Repudium.

FRIVOLA uaſa ſunt propriè fictilia quaſſa. Vnde uerba friuola dicta, quæ minus ſunt fide ſubnixa. Iuriſcons.in l.ſolutum.§.de Pignor.ad hanc uocem pro ſupellectili tenui & uili accipit: qualis eorum eſſe ſolet, qui in cœnaculis habitãt, & in celebribus urbib. in foro friuolario eam uenditant: quod noſtrate uulgus, **Gympelmarkt** appellat.Sp.

FRONDATOR, et qui arbores amputat, & qui è frondibus manipulos facit, hyemis tempore, ad paſtum animalibus offerendos, & qui manibus uitium folia euellit, quo ardor ſolis uuam maturiorẽ reddat. Ex Seruio.Sp.

FRVCTVARIVS ager idem qui uectigalis intelligi poteſt, Inſulano teſte. Barbari unà cum Italis uulgo uocant cenſalẽ agrum, ueluti ſi diceres, cenſualem. Niſi fortè quis uelit fructuarium haberi pro agro culto & fertili. Videtur tamen priori interpretationi citius accedẽdum. Sp.

FRVCTVARIA uilla dicta, quòd in eam fructus deuehantur.Sp.

FRVCTVARIVS, cuius eſt fructus. Vide Florentinum in l. ſi alij uſus.ff. de Vſufruct.Spieg.

FRVCTVARII iuris eſſe apud Scæuolã. l.uſufructuarium.§. ſi uiuarijs.ff.de Vſufructu.Spieg.

FRVCTVARIVS ſeruus. Iulianus intelligit eum, in quo quis uſumfructum habet, ſed alterius eſt proprietas.Sp.

FRVCTVS à ferendo dicuntur, quos fundus uel quęlibet res fert, uel qui ex qualibet re feruñt. Bar. fructus.in l.et ex diuerſo.de Rei uẽdic.diuidit in ciuiles, & naturales: rurſum naturales in noſtro ingenio, exercitatione, laboreq; ac ſciẽtia partos, quos nullo exemplo, ut pleraq; alia Doctores uocant, induſtriales, & naturales. Porrò fructus nomine nõ tãtũ quos terra profert.l.fructus.ff.de Rei uẽd.ſed etiã & mercedes, & penſiones continentur.l.prædiorum. de Vſur.l.uſuræ.de Petit.hęred.cum concord.apud Alber. Fœtus etiam pecorũ & partus & ancillæ ueniunt: ut ibi per eundem indicatur. Vide l.uideamus.j.ff.de Vſur.Sp.

FRVCTVS appellatione intereſſe quoq; continetur.ff. Si ſeruit.uendic.l.loci corpus.§.in cõfeſſoria. & l. ſi fortè.§.fin.Alberic. Obſeruandũ etiam, cum agitur in rem, fructuũ nomine cõtineri utilitatem, tam ex fructu, quàm uſu prouenientem. l.cum in rem.ff.de Rei uend.Sp.

FRVCTVS intelliguntur, ait Paulus, deductis impẽſis, quę quęrendorũ, cogendorũ, cõſeruandorum eorũ gratia fiunt. §.fin.l.ſi à patre.ff.de Petit.hæred.Sp.

FRVCTVS omnis in omni actione definiendus eſt, deducta impenſa: quoniam nulli fructus contingunt, ſine aliqua hominis cura, & ſine aliquibus impenſis.l. fructus.ff.Solut.matrim.Sp.

FRVCTVS annui fundi Corneliani, quid hæc uerba uelint, not.in l.quis ita.ff. de Vſufruct. & per Azon. in ſumma. eod. tit.§.conſtituitur.Alberic.

FRVCTVS annuos fundi Corneliani Publio Mæuio do lego, Iabolenus explanat.ff.de Vſu & uſufr.l.cum ita.Sp.

FRVCTVS fructuum qui ſint, uide l.cum autem redhibitio.§.cum redhibetur mãcipiũ.de Aedil.edict.Sp.

FRVCTVS hominis in operis eſt, & operæ in fructu ſunt. l.fructus. & l.præcedẽte.ff.de Oper.ſer.

FRVCTVS induſtriales ſunt, qui principaliter requirunt diligentiā culturamq́ꝫ hominis: quæ niſi continuò interueniat, natura nihil operat̃.l.bonæ fidei.in prin. de Acquir.rer. domin.Sp.

FRVCTVS naturalis acceſsio, uſura ciuilis. l. ſi nauis. ff. de Rei uend. l. uſura. ff. de Verb.ſig.

FRVCTVS naturales ſunt, qui ui & beneficio naturę principaliter, non diligentia & opera hominis proueniunt: ut arbores, poma, lac, pilus, lana, agni, uituli, equuli, ſuculi.l.fructus.ff.de Vſur. Sp.

FRVCTVS pendentes, pars fundi ſunt.l. fructus.ff.de Rei uend. cum concor.cenſentur tamē res mobiles, propter futurā mox perceptionem. de quo Bar.in l.ult. de Requir.reis.

FRVCTVM percipi ſpica, aut fœno cæſo, aut uua adempta, aut excuſſa olea, quamuis nōdum tritum frumentū, aut oleum factū, uel uindemia coacta ſit, Labeo ait, teſte Paul.in l.ſi uſusfructuarius.ff.Quibus mod.uſusfruct.amitt.Sp.

FRVCTVS percipiēdi ſunt, quos tam petitor percipere potuiſſet, quàm poſſeſſor. l.ſi nauis.§.fin. de Rei uend. Fructus uerò percepti, ſeparati dicunt̃ à ſolo.l.pen. eo.tit. Duobus autē modis dicuntur fructus tam percepti, quàm percipiēdi. De quib.latè Speculat.tit.de Fruct.et intereſſe. §. j. per tot. Adde Bart.in d.l. ex diuerſo.§.ſi petitor. ff.de Rei uendicat.Sp.

FRVCTVS portionis inſtar obtinet.l. cū filius.§.dominus.de Legat.ij.

FRVCTVS quęrunt̃, colligunt̃, cōſeruant̃. l. ſi à patre. §. fruct. ff. de Petit. hæred.

FRVCTVVM eouſq́ꝫ habēda ratio, quouſq́ꝫ haberetur, ſi res petita non periſſet: id eſt, ad rei iudicandæ tempus. Vide l. fructus.ff.de Rei uendic.Sp.

FRVCTVVM autē fundo cohęrentiū alij maturi, alij immaturi dicūtur: tametſi uni ſint, non diuerſi, hoc eſt, eadem res.l. fin.§.pen.ff. Quæ in fraud. credit. Adde gloſ.in l.fructus.ff.de Rei uindic.Sp.

FRVGALIS, Maxilla, Vexillū, hæc tria ſcribit Quintilian. euulſa à latino ſermone. Inſulanus credit illū ad priſca & abolita tēpora reſpexiſſe: cū alioquin in receptis habeātur. Quamuis autem Frugalem grāmatici dici negent, frugalitas tamen, frugaliter, & frugaliſsimus dicitur. Cic.lib.Tuſc.Quæſt.iij.Frugalitas, ut opinor, inquit, à fruge, qua nihil melius è terra orit̃.lib.de Finib.ij.Quod bene, id eſt, rectè, frugaliter, honeſtè.In Verr.iij. Homo aūt ordinis ſui frugaliſsimus.Sp.

FRVGALITATIS nomen tanquam ad caput referre uolumus: quod niſi eo nomine uirtutes continerentur, nunquam illud tam peruulgatum eſſet, ut iam prouerbij locum obtineret, Homines frugi omnia bene facere. Cicero autor libro Tuſc.quęſt.iiij. Itaq́ꝫ cōplexa eſt fortitudinem, iuſtitiam, prudentiam, temperantiam. Subindicat idem ex Hugone, neſcio quo, Alberic.Sp.

FRVGES, à fruendo dictæ ſunt: uel à frumine, quod ſumma pars gulæ eſt, per quam cibus in uentrem demittitur. Sunt autem fruges, quibus homo ueſcitur: præter carnes, & poma. Atq́ꝫ frugum duplex genus. Vnum, quod ariſtā habet, ut frumenta. Aliud, quod ſiliquam, ut legumina. Alc.de Verb.ſig. Generaliter fruges dicuntur, quicquid ex fructu terrę in alimoniam uertimus.Sp.

FRVGI bonæ ſeruus, id eſt, fructuoſus, utilis, neceſſarius, per quem fit aliquid quo fruamur. Contrariū eſt nequā. Quintil. lib. j. Quum M. Cælius ſe eſſe hominem frugi uult probare, nō quia abſtinens ſit, nam id ne mētiri quidē poterat: ſed quia utilis multis, id eſt, fructuoſus ſit, dicit. unde dicta eſt frugalitas. Frugi pleriſq́ꝫ uidetur eſſe dictio indeclinabilis: quidā figuratè datiuū eſſe putant. ut ſit homo frugi, id eſt, ad frugē, ut ait Priſcianus lib iiij. Qui idē in lib.v. inclinari dicit, huic frugi, hāc frugē, ab hac fruge. Nam uetuſtiſsimi, inquit, Frux, & fruges nominatiuum protulerant. Igitur frugi homines ignauis opponūtur, hoc eſt, quib.ſua res curæ non eſt: quemadmodum frugi ſeruus dicitur, qui domini commodum cordi habet. Alphen.l. ſi uendita inſula. de Peric.rei uēd. Quamobrem ſi diligentiam uenditor eam adhibuiſſet in inſula cuſtodienda, quam debent homines frugi & diligentes præſtare, ſi quid accidiſſet, nihil ad eum pertinebit.Sp.

FRVI, pro eo quod eſt, fructum capere, tam noſtra è re, quàm eius etiam, cuius proprietas ad aliū pertinet, dicit̃. Vlpianus ad Leg. Aquil.l. Neratius. Sed ſi bonæ frugi ſeruus intra annum mutatis moribus occiſus ſit.Sp.

FRVMENTARIA machina. Lege, Machina frumentaria.

FRVMENTARIA teſſera. Non eſt quædam menſura frumenti, quæ non alibi, quàm Romæ extet, ut falſo traditum eſt in l. mortuo. ff. de Leg. ij. ſed ſignum erat frumentarium, quo exhibito, frumentum à Principe dabatur Pop. Rom. ut hodiè quibuſdam in locis nummi plumbei, uel ærei, uel quid ſimile, quod pro ſymbolo ſit, Wortzeychen. Ex quo factum eſt, ut Teſſera pro iure percipiendi frumentum accipiatur. autor Bud. in Annot. ad. l. ſed & ſi ſuſceperit. de Iud. Quia autem Romæ tantum teſſeræ frumentariæ dari ſololebant, ideò earum legatum Vlpian. hoc cenſet Romæ tantũ, non etiam in prouincia deberi.

FRVMENTATOR, qui coemendo frumento, condendoq́ eſt præfectus.

FRVMENTVM, id eſſe quod ariſta in ſe teneat, rectè Gallum definiſſe, Inſulanus autor eſt. l. frugem pro reditu. de Verb. ſig. Sanè quamuis frumenti appellatio amplior ſit, tamen κατὰ ἐξοχὴν de tritico intelligimus: atque hoc communem loquendi uſum in Italia obſeruare tradit Alciatus. Sp.

FRVMENTO arenam uel aliud miſcere, ut difficilis ſeparatio ſit. Vide Vlpianũ ad Leg. Aquil.

FRVSTRA eſſe dicitur, quod exitum ſperatum nõ habet, quodq́ non ex ſententia euenit, dicitur. Igitur pro nequaquã, incaſſum, inutiliter, ac ſine ullo rei effectu, ſæpe accipitur. Exempla indicat Alberic. Spieg.

FRVSTRANDA dilationis cauſa, latitare non dicitur, qui præſens iudicium ſubire non compellitur. l. iij. ff. de Iudic. Albericus.

FRVSTRARI tẽpus, Verſpetigen, poſt tempus, hoc eſt, fruſtra petere: apud Vlpian. in l. ſed & ſi per Prætorẽ. §. actio exempta. Quib. cauſ. maior.

FRVSTRATIM, pro fruſtra, & minutatim. xiij. q. j. §. his ita. not. extr. de Præſumpt. c. auditis.

FRVSTRATIONEM, pro fallacia, quæ uulgo fallyeren, mercatorũ dicitur, uſurpat Papin. in fin. l. iij. de Vſur. ſed et apud alios autores deceptionẽ ſignificat. Sp.

FRVSTRATOR quis dicatur, indicat Gloſ. ut uolunt, ſingularis, in l. meritò. ff. de Vi & ui arm. Papinianus de Negoc. geſt. l. liberto. §. litem. Fruſtratores amicus ultro egit, cauſas abſentiæ eius allegans. & paulo poſt: Et hoc uerum eſt, cũ fruſtrator condemnatus eſt. Sp.

F V

FVCATVM, pro falſo, diſsimulato, tecto.

FVCVS herbæ genus, quam Græci φῦκον uocant, tingendis lanis utile. Vnde ſimpliciter fucum pro colore reperire licet: & fucare pro colorare, maximè ſi colorẽ non natiuũ, aut genuinum, ſed artificioſum, ac uelut adulterinum ſignificemus. l. j. C. Quę res uend. non poſs. Sp.

FVCVM facere, pro eo quod eſt, impoſturam facere, & artificioſa diſsimulatione deludere. & Sine fuco, pro ſimpliciter & apertè, frequẽs eſt apud bonos autores. qui etiam medicamentum illud, quo cuti ſuperinducto, mulierculæ uitia formæ diſsimulant, quaſiq́ perſonam aſſumũt, fucum uocant. Vt autem fucus eſt color arte additus: ita perſona, facies eſt nõ uera, ſed appoſititia. Vnde eleganter dictũ à Seneca: Vt perſonam malit, quàm faciem: id eſt, Roterod. interprete, uideri malit, quàm eſſe. Sp.

FVCVS, color eſt arte additus. Quamuis Eraſmo referente, ſimpliciter fucum pro colore reperire licet: & fucare, pro colorare. ut in l. j. C. Quæ res uend. poſs. Vide de Conſecr. diſt. v. fucare. Quin & colorem pro fuco uſurpauit Iulianus, citante Vlpiano ad S. C. Maced. l. item ſi filiusfamilas. in prin. Porrò, fucum facere, pro eo quod eſt, impoſturam facere, & artificioſa diſsimulatione deludere, frequens eſt apud bonos autores, è quibus profert exempla ipſe Eraſ. Spieg.

FVERIT. Hoc uerbum ſcriptum in teſtamentis (quum & præteritum & futurũ tempus reſpiciat) quomodo accipiendũ ſit, declarat Bartol. in l. hoc articulo. ff. de Hæred. inſtit. Sp.

FVGA, eſt abſceſſus cum celeritate. Eam Baldus, ut noſtri dicunt interpretes, magiſtraliter diuidit in uoluntariam, cauſariam, & ignominioſam. Prior grauat fugientem ſuſpitione magna, non tamen quę iuſtam fidem mercatur, nondum cognita re ipſa. Aut. ſi uerò. C. ut omn. Iud. tam ciuil. quã milit. Altera excuſationẽ habet. Non enim omnis qui de loco recedit, pro fugiente habetur. Siquidem

cauſa faciendi non factum inſpicitur. l. uerùm. in prin. ff. de Furt. Huic cõtraria, quòd cauſam non habeat quæ excuſet, Ignominioſa dicitur. Sp.

FVGA LATA. Quære, Lata fuga.

FVGAM facere uidetur liber homo, pro ſeruo ſe gerẽs. l. quod autem diximus. §. uarijs. ff. de Liber. cauſ.

FVGAX, qui ꝓpter timiditatẽ facilè fugit.

FVGERE, pro non intelligere. Quicquid enim nõ intellexeris, Fugit me, dicis, ait Auguſtinus Tract. xxv. in Ioan. Sp.

FVGIENS quomodo non morare dicit̃, pulchrè oſtendit Iuriſcons. in l. Titius. de Ser. export. Interdum, ſed adiectiuè, pro dubio & in uitium inclinãte ponitur. Cicero: Qui uinum fugiẽs, uendat ſciens, debeat'ne dicere? non neceſſe putat Diogenes: Antipater, boni uiri exiſtimat. Itaque fugere in uino, Latinè dicitur, quod uulgò, non ſeruari dicimus. Sp.

FVGIENTES in iure noſtro dicũtur rei, tametſi nõ ſemper fugiãt. l. properandũ. C. de Iudic. quemadmodum litigãtes, ſcilicet habitu & qualitate. Natus eſt modus, quo Grãmatici tradunt, Participia abſolui à tempore: qui confert pro teſtium dictis ſuſtinendis. ut Zaſius noſter monuit, in admodum utili illa ad practicam l. ſi ſe non obtulit. §. ſi ex conuentione. ff. de Re iud. Sp.

FVGITARE quæſtionẽ, pro formidare, & fugere tormentum, apud Cic. pro Roſcio. Amer.

FVGITIVI appellatione Labeoni ex fugitiua natus non continetur, teſte Vlpian. in l. j. in fin. de Fug. Sp.

FVGITIVARII, apud antiquos fugitiuorum repræhenſores erant: qui eam operam profitebantur, ut fugitiuos inueſtigatos reducerẽt. Iuriſcons. in l. ſi apud te. Locati. Non enim ambo, inquit, pecuniam ego & fugitiuarius depoſuimus. Locus quoq; Varroni fugitiuarius dicitur, id eſt, qui fugę pateat. Dicit̃ autẽ Fugitiuarius ea forma, qua thunnarius, de quo Budæus in l. uenditor. ff. cõmu. prædior. & Anataria quædam aquila apud Plinium, id eſt, anatum inſectatur. Sp.

FVGITIVVM iumentum, aut erronem etiamſi fugiat, aut erret, non dicitur, autor Pompon. in fin. l. Labeo. eodem tit. Spieg.

FVGITIVVS non eſt, qui ad amicum domini confugit. l. bouem. §. qui ad amicũ. §. qui perſuadet. §. ſi ſeruus. eod. tit. Obſeruandum, quòd fugitiuus ſeruus etiam dicitur, qui à domino ea mente recedit, ne ad eum redeat, etiamſi mutato conſilio ad eum reuertatur. Vide Vlp. in elegantiſsima. l. quis ſit fugitiuus. de Aedil. edict. Diuiditur autem fugitiuus, ut ex ead. l. patet, in Erronem & Fugitiuum: rurſus Erro in Fugitiuũ & Erronẽ. Sanè Triphoninus oſtendit, ſolam mentem propoſitumq; fugiendi non ſufficere, ut Fugitiuus quis dicatur, niſi & aliquis actus fugę acceſſerit. l. fugitiuus. de Verb. ſig. Spieg.

FVLCIRE, eſt ueteri operi inſtituendo remediũ adhibere. Vlpian. in l. j. §. ſi quis ędificium. de Oper. nou. nunc. Sp.

FVLCIMENTVM, & fultura, ſuſtẽtaculum: à fulciendo dicta. Vlpian. de Fund. inſtr. l. quæſitum. Proinde, inquit fulcimenta ſi qua habeat. item in tit. Si ſeruit. uendic. Sicuti autem refectio, ait, parietis ad uicinum pertinet, ita & ſultura ædificiorum uicini.

FVLCRA ſunt, ut docet Seruius, lectorũ ſpondæ, quæ legato lecto cõtineri ait Vlp. in fin. l. librorum. de Legat. iij.

FVLLO, qui ueſtes polit, emaculatq;, non pannarius. Vlpian. de Furtis. Fullo, inquit, uel ſarcinator, qui polienda, uel ſarcienda ueſtimenta accipit. Vide §. final. Inſtit. Mand.

FVLLONICA, dicitur ars & exercitium fullonum, ſubſtantiuè nomen ipſum accipiẽdo. Si artem adijcias, adiectiuũ erit. Vlp. pro officina fullonũ poſuit, in l. iij. de Aqua pluu. arc. Nam ſententiæ cõcinnitas ita intelligi cogit: à qua ſatis abſurdè receſsit Interpres. Sp.

FVLMINIS ictu deuſta armamenta. in l. nauis aduerſa. ff. ad Leg. Rhod. de lac. Albericus.

FVMVS, à fumo, notæ ſignificationis. Vide l. ſi quis fumo. ff. de Leg. Aquil. Item dicuntur promiſſa magnifica quidem, ſed inania. Vnde fumos uendere, pro eo quod eſt, principum beneuolentiam, ſimulato commendationis officio, per occaſionem familiaritatis, precio uẽdere. Adi Chil. Eraſ. Sp.

FVMI, ſicut aquæ immiſsio eſt. Vide Vlpian. in l. ſicuti. §. Ariſto. ff. Si ſeruit. uindic. Spieg.

FVNCTIO noſtris eſt uſus, utilitatis'ue ipſius effectus & æſtimatio, quę pro alia re fit, ut creditori ſatis fiat. Paul. in l. ij. §. mutui datio. Quia, inquit, in genere ſuo functionē recipiunt. Idem in l. precia. ad Leg. Falcid. Precia rerum nō ex affectu, nec utilitate ſingulorum, ſed communiter funguntur, id eſt, mutua utilitate penſantur. Sic idem in l. ſi ſeruum meum. ad Leg. Aquil. & in l. certum. Si cert. pet. Quatenus mutua uice res fungātur, quæ tantundem pręſtent. Sp.

FVNCTIO publica, quòd ratione ſoli pręſtetur. l. j. §. hic titulus. ff. de Public. & uectig. Perſonalis, quæ ob munus ſoluitur. l. j. C. de Excuſat. mun. Sp.

FVNCTVS uita. l. j. C. Si reus uel acc. mort. fuer. & l. j. de Poſthum. hæred. inſtit. Alberic.

FVNDAMENTVM propriè in ædificijs dicitur.

FVNDVS, eſt definita pars agri, ſiue culta ſit, ſiue inculta. Prædium latius patet, & tam de urbano, quàm ruſtico: nec de ſolo tantum, ſed etiam de ædificio dicitur. Accipitur tamen fundus pro omni eo, quod ſolo cōtinetur: à fundando dictus, ut in quem aliquid fundari poſsit. Ager autē eſt qui colitur, & qui fructuū cauſa habetˉ ad uſum hominis. ἀπὸ τοῦ ἀγροῦ, id eſt, à rure. Poſſeſsio, uſus & præſcriptio eſt agri, cuius proprietas ad nos nō pertinet. Prædiū tam ad poſſeſsionē, quàm ad agrū refertˉ. Dicitur igitur fundus, & omnis ager, & omne ædificiū, uillæ, domus'ue, in quas fructus deuehūtur. Aedes, urbana ſunt prędia, quæ ſolo ſuperficieq́ cōſtant. Superficies, omne quod ſupra faciē terrę eſt. Area, locus ſine ædificio: ab ariditate dictus, ut in ea dictione latius dictum eſt. Obſeruandum autem, fundum non magnitudine, ſed deſtinatione patrisfam. ſecerni. Vnde etiā pars fundi, rectè Fundus appellatur. l. planè. §. final. de Leg. j. cum concord. Fundi item eſſe cenſentur ea, quæ intra ſe tenet. l. Iulianus. §. ulti. & l. fundi. ff. de Action. emp. Paul. hanc uocē. in l. ſed ſi. ff. de Acquir. rer. dom. uſurpauit pro uaſis potorij fundamēto. Et quamuis fundus eſt quiddam minus quàm ager, Iuriſcoſs. tamen promiſcuè uſurpant. Exemplum habes in l. quædam mulier. de Rei uendic. Sp.

FVNDVM in Appia cum uillico ſuo, & c. l. uxorem. §. concubinæ. de Legat. iij.

FVNDVM Cornelianū de nomine meo exire ueto. l. pater filium. §. duobus. de Legat. iij. Spieg.

FVNDVM Trebatianum, & c. fundum Satrianum, & c. dari uolo, Scæuola in l. patronus. §. libertis. de Legat. iij. Sp.

FVNDI Trebatiani reditus uxori, & c. dari uolo. Vide Scæuolā. ff. de Vſu & uſufruct.

FVNDVS. Grund vnd Boden.

FVNDVS ita ut inſtructus eſt, & fundus cum inſtrumento legatus, fatendum eſſe (inquit iurec.) in l. quęſitū. §. ſed ſi fundus. ff. de Inſtruc. plus eſſe cū inſtructus legatur, quàm ſi cum inſtrumento. Sp.

FVNDI appellatione etiam populus, ciuitas, communitas, monaſterium, uicus, caſtrum, uilla, & alia continentur. Zaſ. in §. æquè. Inſtit. de Act.

FVNDI confines. Terentius Clemens in l. ſi cui centū. de Legat. ij. Sępe enim, inquit, confines fundos etiā ſupra iuſtā ęſtimationem (höher dann es wert iſt) intereſt noſtra acquirere. Sp.

FVNDVM cum inſtrumento, an fundum & inſtrumentum, an fundum inſtructū. Vide l. v. de Inſtr. & inſtrum.

FVNDVS Puteolanus. quere, Puteolanus.

FVNDVS ſeruiens, & dominans. Lege, Prædium ſeruiens.

FVNDITVS. de hoc aduerbio uide Bar. in Aut. decernimus. C. de Sacroſanc.

FVNDI uectigales ſunt, qui ciuitatū ſunt, & mancipib. ita locantur, ut certum uectigal reipub. pendant. Alciat. de Verb. ſig. & in Diſpunct. lib. iij. c. iij.

FVNEBRIS ueſtis. Vide Vlp. l. ſed etſi quid. §. & generaliter. ff. de Vſufr.

FVNERARE, pro ſepelire, frequēs apud Vlpianum.

FVNESTA familia, quæ luctum & exequias celebrat.

FVNERARI. Satius eſt de ſuo teſtatorē funerari, quàm alios legata conſequi, teſte Vlpiano, l. at ſi quis. ff. de Religioſ.

FVNGI, eſt officium munusq́ agere. ut, fungi magiſtratu, fungi prætura, fungi legatione, fungi officio, uel munere ſuſcepto, fungi partibus iudicis, fungi militia, fungi ſtipendio. Vita tamen fungi, à reliquis locutionibus, quæ ex hoc uerbo conflantur, longè multumq́ differt,

nempe reliquis locutionibus, præſens muneris officijq́ꝫ recepti functio ineſt: Vita autem fungi, non uiuere eſt, ſed diem, uel mortẽ obire. Inde uita functus, uel uita defunctus, aut defunctus abſolutè dicitur, qui diẽ obiuit, id eſt, qui uitę officiũ, & corpus gubernandi munus abſoluit. Attamen uita fungi, rarò dici uideas, pro mori: ſed potius uita functum, aut defunctum pro mortuo. Sp.

FVNGI officio ſuo, eſt quod uulgus dicit, facere ſuum debitum. Vlpianus in l. Iudex. de Re iudic. Semel enim, ſiue malè, ſiue bene, officio functus eſt. Sp.

FVNGIBILES res dicimus, quæ conſiſtunt in numero, pondere, & mẽſura: ut pecunia, frumentum, uinum, oleum. Cęterùm corpora in uniuerſum omnia omnes aliæ ſpecies, dicuntur res non fungibiles. Zaſ. in §. in perſonam. Inſtit. de Action.

FVNVS generalius eſt, quàm Exequię: eſt enim tota pompa, tam domeſtica, quàm extrinſeca. Exequię uerò tantũ uia, dum funus ꝓcedit. Hinc rectè dicitur Actio funeraria: quoniã totam ſepulturę rationem complectitur, non exequiarum dũtaxat. Annotatum legimus quoq; funus propriè dici cadauer iam ardens, uel incẽſum: Exequię, dum portaẽ: Reliquiæ, iam crematum & buſtum: Conditum uerò, iam ſepultum. Sp.

FVNVS ducere. Vide Vlpianum in l. at ſi quis. ff. de Religioſ.

FVNVS familiare. Vlpianus in l. ij. de In ius uoc. in fine. Neq; funus, inquit, familiare ducentem, iuſta'ue mortuo facientem. ſubaudi, In ius uocare oportet. Dixit autem autem funus ducentem pro eo, quod eſt funus facientem. ut Virgil. libro. Aeneid. iiij. dixit, ducere ſomnos, pro eo quod eſt dormire, & tanquã ſomnum facere, teſte Fr. Syluio in Commẽt. in Orat. pro. P. Quintio. Idem, Funeris cauſſa, ait, ſumptus factus uidetur is demum, qui ideo fuerit, ut funus ducatur, et ſine quo funus duci non poſsit. Sp.

FVNVS imaginariũ, Græci Cenotaphion uocãt, cum mortuo iuſta abſente cadauere perſoluũtur. Legitimum uerò dicitur, cum defuncti corpus adeſt. Sp.

FVNVS publicum erat, cum quis propter ſua in rempublicam beneficia, publicis ſumptibus ſepeliebatur. Ceremonias illius Plutar. oſtendit in Publicola. Sp.

FVNERIS ſumptus pro facultatibus, uel dignitate defuncti arbitramur. Vlpianus ait in l. ſi quis ſepulchrum. De Relig. & ſumpt. fun. Funeris impenſa tu accipimus, quicquid corporis cauſa erogatum eſt: ueluti unguentorum, & precium loci in quo defunctus humatus eſt, & ſi qua ueſtiaria ſunt, uel ſarcophagi, & uectura, & quicquid corporis cauſa antequam ſepeliatur, conſumptum eſt. l. funeris. ff. de Sumpt. fun. Sp.

FVRCA. Calliſtratus de Pœnis, in l. capitalium. recitat inter gradus pœnarum capitalium furcam. famoſos'que latrones figendos furca in ijs locis, ubi graſſati ſunt, pluribus complacuiſſe ſcribit: nec abſque ſumma ratione, quam ibidem refert. Spieg.

FVRCIFER, qui ſeruus in furto, aut eiuſmodi aliquo flagitio deprehenſus fuerit, aut improbitatis ſcelere conuictus, duplex lignum, quod currui ſubijcitur, & cui temo affigiẽ, attollere uidebatur, & intuente uicinia circumferre, ut fidem ei in poſterum nõ haberent, & ab eo tanquam infido cauerent. Ideo furcifer appellatur à Latinis: quod etiam Greci σαυϱόλιϛ, hoc Romani furcam nominant. Vide Plutarchũ in Quæſtion. & Coriolani uita. Spieg.

FVRENTI gladium prrigere apud Vlp. in l. qua actione. §. penult. ad leg Aquil.

FVROR, impetus animi ſine ratione, dementia. Vlpianus: Si quis caut. in l. ij. §. ſi non ptopter ualetudinem: nam qui furore, inquit, impeditus eſt, ualetudine impeditur. Sp.

FVRIOSVS, ut interpretes docent. §. j. Inſtit. de Curat. hoc diſtat à mẽte capto, quòd ille rabie quadam animi agitur. at mente captus magis in quiete eſt, nullàque extrinſecus ſigna oſtendit: idemq́ꝫ eſt qui & demens. Sp.

FVRIOSVS natura, qui continua mentis alienatione omni intellectu caret. l. diuus. ff. de Offic. præſid. proinde rectè ignorãtis loco habeẽ. l. Iul. de Repud. nec lõgè abeſt à ſtatu pupilli. l. fulcimus. §. adeò. Ex quibus cauſ. in poſſeſ. eat. Sp.

FVR quandoq; dicitur, qui hoc crimen affectat, quamuis non perfecerit. Sp.

FVR improbus, raptor dicitur: quia eſt fure improbior. Vi bon. rapt. in prin. Fur

manifeſtus eſt, qui cum re furtiua deprehenditur, priuſquam eò loci rem pertulerit quò deſtinauerat. Sed qui pertulerit quò deſtinauit, tametſi deprehendatur cum re furtiua, non eſt manifeſtus fur. Ex l. iij. & l. v. ff. de Furt. Sp.

FVR nocturnus, hoc eſt, noctu deprehenſus, ſeuerius quàm interdiu deprehenſus punitur. l. iij. ad leg. Aquiliam. Sp.

FVRTVM, eſt contrectatio fraudulośa, uel ipſius rei, uel etiam uſus, poſſeſsionis' ue: quod lege naturali prohibitũ eſt admittere. l. j. de Furt. Vlpian. notat in fin. l. ſi quis teſtamentum. ff. ad leg. Aquil. quod furtum exigit animum furis. Spieg.

FVRTVM non facies. vij. Lex Diuinar. Tab. hoc eſt, non eripies aliorum fortunas, neq; ulla fraude ad te transferes: aut ſi apud te ſunt, non contrectabis inuito domino. Hæc Lex euidenter oſtendit, rerum omnium cõmunionem repugnare cum natura. Nam ſi omnes res nobis ſecundum naturam eſſent cõmunes, hoc eſt, ita unius ſicut alterius, non poſſet cõmitti furtum contra naturam, quæ concederetur occupanti. Alciat. in l. probrum. ff. de Verb. ſig. ſentit, defendi poſſe furtum, non natura, ſed ciuili lege probrum eſſe. Nam leguntur fuiſſe aliqui populi, apud quos furari impunè licebat: quod ex Ariſtone Iuriſconſulto A. Gellius tradit. Sanè, quamuis lege Iudæorum fures punirentur, non tamen conſequens eſt, teſte eodem, iure gentium id crimen puniri. nec enim ſoli Iudæi ius gentium conſtituunt. Spieg.

FVRTVM conceptum dicitur ex autoritate Caij Iuriſconſulti lib. Inſtit. ſecundo, cum apud aliquem alterũ res furata inuenitur. Oblatum uerò, cum res furtiua alicui à fure ita datur, ut apud ipſum furem inueniri non poſsit. Paulus: Concepti, inquit, actione is tenetur, apud quẽ furtum quæſitum & inuentum eſt. Oblati, qui rem furtiuam alij obtulit, ne apud ſe inueniretur. Qua de re uide Iuſtinianum Inſtit. de Obligat. quæ ex del. naſc. Spieg.

FVRTA domeſtica uocantur, quæ ſerui dominis, uel liberti patronis, uel mercenarijs ijs, apud quos degunt ſurripiunt. autor Marcellus in l. reſpiciendũ. de Pœnis. Spieg.

FVRTA per lancem & licium perquirere, ſi Maſurij Sabini liber, quẽ de furtis ſcripſit, extaret, nulla opus eſſet dubio procul coniectura. Nunc igitur quid ſuper hac re ſentiat doctiſs. Alciatus, cuius ſententia mihi magis, quàm Rhodigini placet. Arbitrat᷑ is, cõſueſſe lictores in alienas domos perquiſitum ingredi, in primis licio cinctos, ut ſe iure publico, & tanquam magiſtratibus obſequẽtes, nõ autem propria autoritate alienas domos ingredi oſtenderent: licium accingere, & lancem ſecum ferre, quam oculis obijcerent, ne qua ex parte matrem familias, mulieres' ue cõſpicari poſſent. hincq; tracta uidetur appellatio, per lancem & licium rem perquirendi. Ex cap. viij. lib. v. Parerg. Spieg.

FVRTIVAE operæ, quæ & ſucciſiuæ. Quære, Succiſiuis operis.

FVRTIVA res, quę furto ſurrepta eſt. Sed & furtum tropo Metonymiæ, pro re furtiua dicitur. ut in l. ſeruus. ff. de Condit. indeb. Spieg.

FVRTIVVM eſt non ſolum quod noctu, aut interdiu clam aufertur, ſed quidquid alienum mobile, malo animo, inuito domino contrectatur. §. furtum autem fit. Inſtit. de Oblig. quæ ex delict. naſc.

FVSTES, quo à flagris differant, Iuriſcon. ſult. oſtendit in l. ſeruorum. de Pœnis.

FVSTVARIVM mereri ſic dicebant, ut nunc uulgus, Meritus eſt baſtonatas. Et eſt teſte Marcello, in l. ſeruorum. §. fin. de Pœnis, quæ fuſte infligitur maior pœna pecuniaria. Meminit eius uocabuli Seruius Aeneidos ſexto. T. item Liuius ab urbe condita. lib. v. Fuſtuarium, inquit, meret᷑, qui ſigna relinquit, aut præſidio decedit. Modeſtinus quoq; Iureconſultus inter pœnas militares fuſtiũ caſtigationem recenſet. Id ſupplicium eiuſmodi eſt, accepto fuſte, Tribunus uir tantũ attingit damnatũ: quod ubi eſt factum, omnes qui in caſtris ſunt, cędentes fuſtibus lapidibusq; plerosq; in ipſis caſtris conficiunt. Vide Rhodig. cap. v. libr. x. Spieg.

FVTILIS cauſa, pro uana & leui, etiam à Plinio dicitur.

FVTVRVM indicatiui, quo diſtet à futuro Subiunctiui, docet Gloſ. in l. j. §. ſi in emancipato. & §. ſequen. ff. de Coll. bon. Alber.

FVTVRVM opus, & quod nondum factum eſt, & quod fortè non fiet. l. j. circa prin. ff. de Oper. nou. nunc. Sp.

FVTVRVM tempus id regulariter accipimus, quod nec ad præſens, neq; ad præteritum refertur. Quanquam materia ita ſuadente, præſens pro futuro, & futurũ pro præſenti ſumitur. xxxij. q. v. ſi Paulus. Ex Alc. Sp.

G A

GABELLA, Datia, Talia, Paſſagium, Pontiuegium, Guidagium, & ſimiles uoces, quæ apud Italos ſunt ſpecies certi tributi, & exactionis, nemo ignorat eſſe ab interpretibus è triuio ſermonis Italici collectas.

GADIBVS habere. Apud Pomponium in l. ſi mihi et tibi. de Legat. j. ad occaſum extra Herculis columnas, in ipſo Bæticæ prouinciæ capite, ut ait Plinius, Gades inſula ſeptuagintaquinq; milliũ paſſuum, longa, & anguſto mari à continente diuiſa, cum uetere oppido, eodẽ quo inſula nomine, ubi templum ditiſsimum olim ſacratum Herculi: eoq; ſanctius habitum, quod oſſa eius ibi ſita magno accurſu pagani colebant. Sp.

GALATIA. hanc regionem, Vadiano noſtro teſte undecunq; doctiſsimo, poſt ingentes illas Alexandri uictorias, & auctas per Aſiã Macedonũ uires, Gręci inſederũt. quibus poſtea Galli ſe & ipſi magno hominum numero Aſiam ingreſsi coniunxerunt, Gallogręci dicti, gens mixta: & regio quæ mox creſcentibus Gallorum rebus Galatia uocata fuit, antea Gallogræcia dicebatur. Sed utriuſq; uocis uſus apud ſcriptores manet: quin & apud Iuriſcõſ. l. patronus. §. Sempronio. de Legat. iij. Hæc eſt Galatia, quam Petrus præcipuus apoſtolorũ epiſtola plena (ut Eraſmus inquit) apoſtolicæ maieſtatis erudijt: quam Paulus peragrauit, & Euangelio ſuo Chriſtũ purè docuit. Diuus Hieronymus prologo ſecundi Commentariorũ ad Galatas ex Lactantij autoritate tradit Gallos antiquitus à cãdore corporis Galatas uocatos: & inde Galatiam prouinciã dictam, in quam Galli uenientes Græcis ſe miſcuerint: & prius quidem Gallogræciã, pòſt autem Galatiam dictam. Nec mirandum arbitratur, inter Græcam Aſiæ gentem Gallos conſediſſe, cum contrà Aſiani Græci in Gallia conſederint. Sp.

GALEATI, galeis tecti milites ſunt. Eſt autem galea, teſte Diodoro, criſta capitis de corio: quum ſit caſsis de lamina. Dictaq; galea Varroni, à galero, quo multi antiquorum uſi ſunt. Conum, curuaturam galeæ, quæ in ea præeminet dicimus, ſuper quam criſtæ ſunt. Lego apud Alexand. Neapolitanum libro primo, quo loco refert inſignia galearum apud diuerſas gentes, Cymbris noſtris, atq; Teutonibus in uſu fuiſſe, ut galeas cõtegerent horrentium hiatibus animalium: quo in aciem delati, uiſu eſſent truculentiores. Sp.

GALENVS Pergamenus, Niconis illius geometræ atque architecti F. qui reliquos omnes ſuperiores medicos (Hippocrate tamen ſemper excepto) & ingenij magnitudine, & doctrina, & diligentia longiſsimè ſuperauit, ut Fr. Philelph. atteſtat libr. Cornu. j. Interpretes ſequuti uerſiculos uulgatos, quos refert Gloſ. ſuper uerbo Ditiſsimi, in §. nos uerò tantam. in Procem. Pand. Galienum nõ rectè uocant. Galinos enim Græcis dictus eſt. Spieg.

GALEOTAE, in Sicilia dicebantur portentorum interpretes, teſte Cicerone, libro j. de Diuinat. Rubr. C. de Mẽdicãt. ualid. libr. xj. indicat, tales Spanaldos & Galiotas uulgò ab Italis appellari. Sp.

GALLICANA lingua. Vlp. de Leg. iij. Fideicommiſſa quocunq; ſermone relinqui poſſunt, non ſolum Latina, uel Gręca, ſed etiã Punica, uel Gallicana, uel alterius cuiuſcunq; gentis lingua. Loquitur autem de uera & antiqua Gallorum lingua: quam doctiſs. Glareanus, multis de cauſis, exiſtimat eam eſſe, qua hodie Rhenus utitur: qua hodie Francigenæ utuntur, Romanã eſſe, quanquam corruptam, nemini eſt dubium. Punicę linguę uerba aliquot extãt in Pœn. Plauti, quæ ipſe mox interpretatur uerbis latinis: ſi Io. Petro Vallæ interpreti credimus. Sũt qui putãt, Gallicanos eos appellari, qui ſint extra Galliam. Vide Suetonium in uita Neronis. Spieg.

GALLVS gallinaceus, ſemimas, quia eſt caſtratus: diciturq; fortius pugnare cũ ſerpente. Vide Scholium in l. j. C. de ijs qui parent. uel liber. occider. Sp.

GALLICINIVM, ſecundum diei ciuilis diuiſionem, poſt mediam noctem à galli cantu dictum eſt: quem tamen Interpres in l. non minorem. C. de Tranſaction. ſecũdam noctis horam intelligit. Spieg.

GALLINARIVM, locus in quo gallinæ nutriuntur. Qui curat gallinas, Gallinarius. Quod ex gallis eſt, Gallinaceum dicitur. Subſtantiuè item pro gallo uſurpari conſtat.

GALLINA domeſtica, exiguum rei cenſetur. Aut. Vt om. obed. prou. §. hoc conſiderantes. Alber.

GALLINAS, diuerſi generis memorant autores. Caius Iuriſcons. & de Cortalibus, hoc eſt, de ijs quæ in corte aluntur: quæ & Domeſticæ dicuntur: & de feris gallinis loquitur, hoc eſt, Phaſianis. in l. naturalem. de Acquirend. rer. dom. & Iuſtinian. in §. gallinarum. Inſtit. de Rer. diuiſ.

GALLVS Aquilius, uir fuit maximæ ac probatiſsimæ ſcientiæ, Cæſaris & Ciceronis amiciſsimus: de quo idem Cicero uideatur in Orat. Aul. Cecinnæ. Fuit in formulis concipiendis probatus multũ, & inter cæteras de dolo malo edidit acutiſsimas formulas, quæ ad noſtros, ut Salomonius atteſtatur, non peruenerũt. Illarum enim meminit Cic. cõmendatq; iij. Offic. & de Liberatorijs ſtipulationibus illam, quam Aquilanã uocauit antiquitas: cuius concepta uerba Iuſtin. inſeruit. §. quicquid. Quibus mod. tol. obl. Item & per celebrem illam, de Inſtitut. poſth. nepot. Sp.

GALOS. Lege, Inateres.

GAMOS, Latinè nuptiæ. Inde, Monogamus, unius uxoris uir.

GANEA, amica non eſt, ut indicat uulgatum recens auctum Lexicon, & ſentit Gloſ. in l. non aliter. ff. de Vſu & habit. Donatus enim appellat Ganeam, meretricum tabernam: quia ſit in terra, & nõ, ut cœnacula, ſuperius. Feſtus ſimiliter locũ abditum, uelut ſub terra, dicit antiquos appellaſſe Ganeam. Nimirum, quòd apud Græcos γῆ, & γαῖα, terram ſignificat, à quibus Ganeã deduci, ijdem autores intellexerunt. Vnde loca ſignificat uinolentiæ, gulę, libidiniq; apta: quę & Ganeonibus nomen indiderunt. Sed & pro gula, & re lauta à bonis autoribus uſurpatur, ut & Genialis dies, pro læto & uoluptuario: et Genialiter uiuere, pro molliter & lautè. Sp.

GARIOPHYLLVM. Haud ſcio, an Iuriſconſult. in l. final. de Publican. numeret inter ſpecies ad uectigal pertinentes: ut quidam putant. Nam Volaterranus ſcribit, quem nunc Gariophyllon uocant, poſt Plinij tempora à Damaſco in Italiam ueniſſe: quum nec ipſe, nec alij mentionem eius faciant. Vnde apparet Haloandri lectio eſſe uerior, qui pro Gariophyllo, Folium barbaricum habet. Spieg.

GARRITVM auiũ percipere. Vide Gloſ. in l. iij. C. de Malefic. et mathem. et xxvj. q. iij. c. j. Alberic.

GAVLVS, inter onerarias magis, quàm paruas naues referendus, ut Bayfius ex Herodoto demonſtrat. Accipitur item, eodem tradente, pro uaſe quo paſtores utuntur ad lac excipiendum. Sp.

GAVSAPINAM penulam, non inter theriſtra, id eſt, ęſtiua, ſed hyberna ueſtimẽta annumerandam, tradit doctiſsimus Bayfius ad finem cap. xvj. de Re ueſt. Spieg.

GAZAM, in numero tantum ſingulari Perſicam uocem eſſe, eaq; ſignificari diuitias, id eſt, omne id quod poſsidemus, Seruius dicit. Hinc,

GAZOPHYLACIVM, gazæ repoſitorium, cuius uocabuli frequens eſt mentio apud Eccleſiaſticos ſcriptores. Budæus alicubi pro officinis chalcotyporum uſurpauit. Spieg.

G E

Gelt vor/recht nach. Noſtrates uulgò ſolent dicere, ſignificantes accipiendam eſſe oblatam pecuniã, uel quam reus cõfitetur: & deinde cognoſcendum de iure creditoris, utrum plus ei debeatur, autore Oldendorpio Iureconſulto hac ætate celeberrimo, imò ut quidam eruditorũ ait, altero uelut Papiniano. Sp.

GELV, glaciei nomine continetur. Eſt enim aqua conferta, à ſerenitate cœli concreta. autor Ariſtoteles. Spieg.

GEMINA, id eſt, duo quæ ſimilia ſunt: quòd magna ſimilitudo ſit geminorum, id eſt, eodem partu editorum. Maro: Geminiq; minantur In cœlum ſcopuli.

GEMINA ſoror, pro uterina.

GEMINATA, hoc eſt, repetita uerba, uoluntatem

luntatem conſtantem indicant.l.baliſta. ff.ad Trebell. Bald. in l. precibus. C.de Impub. & alijs ſubſtit. & in Procœmio Pandect.Sp.

GEMINI. Varie hæc uox ponitur. Nam modò pro duobus.ut apud Poetã, Sunt geminæ ſomni portæ. Modò pro ſimilibus.ut apud Plaut. in Menæhm. Et Gemini ſignificant natos uno partu, & eodem die: quos alio nomine Gemellos uocant. Virgilius: Modò namque gemellos, Spẽ gregis. Nec de duobus tantum dicimus Geminos, ſed etiam de pluribus.ut Paulus Iuriſcõſult.in l.antiqui. Si pars hæred.pet.dixit. Sed & Tergeminos ſenatores cunctos uidimus Oratios. Vide infrà, Ter enixa mulier. & Budæi Annot.ad d.l.antiqui.Sp.

GEMMA, uocabulum generale, comprehendit propriè quæcunq; nec oblonga, nec perforata ſunt.Sp.

GEMMAS Pomponius in l. & ſi non.de Aur.& arg. leg.à margaritis diſtinguit: pariter Curtius: ſic uterq; Plinius. Apud Seniorem multa de gemmis diſſeruntur. Spieg.

GEMMATOS lectos, id eſt, gemmis diſtinctos & ornatos, dixit Paulus, in l.iij. de Supel.leg.Sp.

GEMONIAE ſcalæ, quæ erant in Auentino, in decimatertia regione Vrbis, dicebantur, ad quas corpora damnatorum tracta præcipitabantur. Quod ſupplicij genus, ſublatis Chriſtianorum perſecutionibus, in deſuetudinem abijſſe uidetur. Spieg.

GENEALOGIA, ſermo de origine generationis.

GENER, maritus eſt filiæ meæ.l. non facilè.ff.de Grad.affinit. cõtineturq; eius appellatione ſponſus.l.in legibus.ff. de Teſtibus.& l.ſeruus.de Gradibus. Porrigiturq; Generi appellatio, ad progenerũ l.Gallus.§.forſitan. de Lib. & poſt. Præterea habetur filij loco.l.iij. in fin. C. de Nat.liber. Apud Alciat.legi obſeruatũ à Iuſtino lib.xviij.generũ pro ſororis marito poni. Sicut & Vitichindus noſter in hiſtoria temporum ſuorũ uſurpauit. Sp.

GENERA corporũ tria ſunt. Vnũ, quod continetur uno ſpiritu. & Græcè ἡνωμένον uocatur: ut homo, tignũ, lapis, & ſimilia. Alterum, quod ex cõtingentibus ſe, hoc eſt, ex plurib. inter ſe cohærentibus conſtat: quod συνημμένον uocatur: ut ædificiũ, nauis, armarium. Tertium, quod ex diſtantibus cõſtat: ut corpora plura non ſoluta, ſed uni nomini ſubiecta: ueluti populus, legio, grex. autor Pomponius in l.rerum miſtura. de Vſucap.Sp.

GENERALE omne obſcurũ eſt: ut omne multiplex dubium. Bald.in l.j.C.de Seru.fugit.Sp.

GENERALE delictum, quod Dd.nominatum appellant, intelligit Iuriſconſultus illud, in l.aliud eſt fraus.§.inter mulctam.de Verb.ſig. quod certa appellatione plurima eiuſdem naturæ crimina cõplecti poteſt: ut furtum, homicidium, falſum.Spieg.

GENERALIA uerba. Si hæc adeò generalia ſint, ut citra manifeſtã calumnia reſtringi non poſsint, uerbis ipſis ſtandum eſt. l.pluribus. de Acceptil.Sp.

GENERALIS confirmatio, non confirmat niſi iuſta.Bald.in l.iij.C. de Precib. Imp.offer. Idẽ cap.j. Per quos fiat inueſt. in Vſibus Feudal.Sp.

GENERALIS lex dicitur, quæ omnes caſus exceptis illicitis & iniuſtis, comprehendit. Etenim nihil abſurdius eſſe poteſt, quàm legem iuſtam ad interpretationem iniuſtam trahere arg.l.penult. ff.ad Exhibend.l.ſi poſſeſſor ex hæreditate.ff.de Petit.hæred. uel talem caſum, per quem fieret fraus Legi.l. cum hi. & ibi Bartol.ff.de Tranſ.action.Sp.

GENERALES actiones dicuntur, quæ competunt ad hoc quod generale eſt, diuerſas rerum ſpecies, adeoq; totas negociationes cõplectens: uti tutela, ſocietas, & alia negotia. Quamuis Vlpian. generalem uocet actionem, quæ de pluribus competit: ſpecialem uerò, quæ ad unam duntaxat cauſam pertinet.l.j. §.itẽ ſciendũ.de Aqua pluu.arcen. Sp.

GENERALITER dicta, generaliter intelligi debent.l.j.§.generaliter. de Bon. poſſeſſo. cont.Tabulas l.iij.iuncta Gloſſa.de Offic.Præſid.cum uulgat.comprehendunt'que ſingulas ſpecies, hoc eſt, in ſingulis ſpeciebus'uerificantur, & per ſingulas ſpecies diſtribuuntur. l. ſi chorus. in principio. de Legat. iij. ubi dicit textus: Si chorus uel familia legetur, perinde eſſe, ac ſi ſinguli homines eſſent legati. Sic in l.Meuius.§.duorum.de Legat, ſecundo, qui legat homines, ſub cõpendio

pendio uerborum, cenſetur ſingulos legaſſe. Spieg.

GENERIS uoce abutitur Tribonian. in §. plebs. Inſtit. de Iur. natur. & gent. appellans illud totum, & ſpeciem partem: id quod teſte Apello, primus deprehendit Alciatus. Idem accidit paſsim Ciceroni, præſertim uerò lib. j. de Oratore. Sp.

GENEROSI dicũtur, teſte Raph. Regio, qui à nobilibus maioribus genus ducũt. Senecæ eſt generoſus, ad uirtutem bene à natura compoſitus. Hoc unum, inquit, eſt intuendũ. Alioqui ſi ad uetera te reuocas, nemo non inde eſt, ante quod nihil eſt. À primo mundi ortu uſq; in hoc tempus perduxit nos ex ſplendidis, ſordidiſq; alternata ſeries. Nõ facit nobilẽ, atrium plenum famoſis imaginibus. Nemo in noſtram gloriam uixit, nec quod ante nos fuit, noſtrum eſt. Animus facit nobilem, cui ex quacunq; conditione ſupra fortunam licet ſurgere. Sp.

GENESIS eſt, quam alij genituram, Cicero ſidus natalicium appellat.

GENETHLIACI, dicti Mathematici, qui à natiuitatis die & hora, quos illi Horoſcopos uocant, futura prædicunt. Eſt autem Matheſeos duplex ſpecies. Alia quidem quatuor ſub ſe liberales artes cõplectens. Alia uerò ſacris conſtitutionibus, tanquam quæ cantamina doceat, ꝓhibita. l. ſi excepta. C. de Maleſic. Hãc Alciatus pulchre declarat in Annot. in tres poſteriores. libr. Sp.

GENII dicti, quia nobiſcum gignantur, uel quòd genitos tueantur. Apud omnes fermè conſtat, duos unumquenque genios, ut uulgò aiunt, angelos habere, uitæ ſuæ cuſtodes, alterum bonum, alterum malum. Vide cap. ij. quod eſt de Templ. & Lucis. in Tab. xij. Vlp. de Iure iur. in l. ſi duo patroni. §. ubi ſi quis, ait, in re pecuniaria per genium Principis peierauerit. Tertullianus item, qui paucis antè annis uita defungitur, quàm rerum potiretur Alexãder Imperator, ſub quo Vlpiani nomen inclaruit. Citius deniq;, inquit, apud uos per omnes deos, quàm per unum genium peierant, in Apologetico. cap. xxviij. & in eodem: Atque adeò omnes illi ſub ipſa uſque impietatis eruptione, & ſacra faciebant pro ſalute Imperatoris, & genium eius deierabant, alij foris, alij intus. Ita deniq; in ad Scapulam: Sed ijdem ipſi, qui per genios eorum in pridie uſque iurauerant. Teſtis eſt Alex. Neapolitan. cap. x. lib. v. Per ſalutem & genium principis deierare, longè præſtantiſsimum iuſiurandum haberi cœptum, cui nulla ui, nulloq; imperio contra ire fas erat. Quod Tiberius Cæſar de ſe præſtari uetuit. Quod etiam de Nerone proditur. D. Rhenanus ab hac per genios Cæſarum deierandi conſuetudine exiſtimat natum, poſtea apud Chriſtianos Principes, ut per ſalutẽ Regis, aut liberorum eius iuraretur, quod tamen in legibus Francorũ ſeuerè prohibitum conſtat. Cæterùm non opinor genij nomine uel uerum Deum, uel ut Interpres exiſtimare uidetur, angelum accipiendum: tametſi in l. qui per ſalutẽ. eod. tit. dicit, Licet per Deum iurare uideatur. Siquidem de eo literis proditum eſt, quod cultum uerę pietatis adeò inſectatus ſit, ut reſcripta principum contra Chriſtianos collegerit: ut doceret, quib. pœnis affici oporteret eos, qui ſe cultores ueri dei confiterentur. Solebant autem milites per genium Imperatoris iurare, ſe nunquam deſerturos militiam, nec mortem recuſaturos pro Romana republica, & omnia ſe ſtrenuè facturos, quæ præcepit Imperator. Quæ ſi miles non ſeruaſſet, capite puniebatur, etiamſi res bene ceſsiſſet. ut tradidit Modeſt. in l. iij. §. in bello. de Re milit. Pagani uerò, hoc eſt militiæ cupientes, necdum cincti, ſi quid per genium Principis peieraſſent, mitius puniebantur: quod ex Vlpian. uerbis deprehendere licet. Nam paulo pòſt, Imperator inquit, cum patre reſcripſit, fuſtibus eum caſtigatum dimittere. His adde de Genijs quæ relata ſunt infrà, Larem fouere. Bud. libr. j. de Contemptu rerum fortuitarum, ſcribit, Genium, pro ui naturę, atq; pro ingenio uſurpari ab antiſtitibus eruditionis noſtræ ætatis. Cæterùm Genium malum Græci dicunt ἀλάστορα: quo nomine uocamus eos, Eraſ. teſte, quibus incommodorum noſtrorum maximã partem acceptam ferimus. Spieg.

GENITALIS feritas, id eſt, genuina, natiua. Iuſtinian. Inſtitut. Si quadr. paup. Cæterùm, inquit, ſi genitalis ſit feritas, ceſſat actio. Spieg.

GENITOR, nihil à Generatoris significatione

catione diſcrepat: eandem quoque ſignificationem habet Genitrix. Vſurpatur tamen uox Genitores, pro maioribus, in Aut. de Mandat. Princip. §. primo. Sp.

GENITVS in ſeruitio, pro ſeruo. **Ein eygen mann.** Ariſtotel. in Politic. grauiſſimis rationibus ſeruitutem defendit ex natura cauſſam trahere, reprehendens eos qui contrarium adfirmarunt. Quanquam, ait Philippus, quorſum opus eſt tam ſubtili diſputatione? Illa uox Honora patrem, & matrem, ſubijcit omnes homines ſeruituti. Cætera uide apud Old. in Diuin. Tab. Præcept. iiij. Sp.

GENTIS, quàm familię ſignificatio latior eſt. nam Gentis nomen agnatos & cognatos continet, ut Alciatus docet in l. ſæpe ita compertum eſt. de Verb. ſig. Idē apud Cicer. lib. de Oratore primo, Gentem in patricijs eſſe, in plebeijs Stirpem oſtendi tradit, cap. xij. lib. j. Parerg. Adi quoque Bart. in l. j. ff. de Probat. Gentem tamen, familiam tantum ex eodem parente maſculo productam, nuncupari, admonuit eruditiſs. uir Oldend. Gentē autem decem uiris confici, ut de cœtu ſuprà dictum eſt, Alciato placet: quod & de turba dicendum eſt. l. prætor. Vi bon. rapt. Spieg.

GENTILIS, qui ex eadem gente mecum eſt, dicitur. Nec uidetur Inſulano, quàm iuſtè uox illa transferatur ad genus hominū, quos Ethnicos uocamus. de quo latius Sipōtinus. Deniq; curioſiores quidam noſtræ ætatis, pro iure patronatus, malunt dicere, Gentilitiū ſacerdotium. Spieg.

GENTILES Accurſius pro cognatis accipi exiſtimauit, nullo autore. Sunt autē ex definitione Q. Mutij, Gentiles, qui eodem inter ſe nomine ſunt, et qui ab ingenuis oriundi ſunt, & quorum maiorū nemo ſeruitutem ſeruiuit, & qui capite minuti non ſunt. Sed huic ſententiæ repugnat, quòd etiam in ſeruis iura gentilitatis fuiſſe, ſentit Plin. cap. j. lib. xxxiij. Niſi olim hæc fuiſſe arbitremur, & ante xij. Tab. Leg. Itaq; Gentiles propriè dictos Rom. patricios inter ſe, ex gētilitio iure, quod eis tantum competebat: nempe, ut excluſo fiſco, cuiuslibet cognominis ſui hæreditatem, gentilitio iure ad ſe traherent, annotauit Alciat. ut & illud loco iam citato. Gentem ſcilicet nihil ad ſanguinis uinculum pertinuiſſe, Genus uerò, uel Stirpem pertinuiſſe. Papinian. l. prima. de Probat. Quoties quęreretur, genus, uel gentem quis haberet, necne, eum probare oportere. Sed & Gentilium aliam in iure interpretationē fuiſſe, indicat: nempe ut quemlibet ſignificet Romano Imperio non ſubiectum: quia non Lege ciuili, ſed iure Gentium uiuit: quo fit, ut perinde ſit cum Gentilē dicas, ac ſi Barbarum. Sp.

GENTILICIVM dicitur, quod ex genere, ſiue familia eſt. ut Gentilicia nomina, quæ originem gentis, uel familiæ declarant. ut Spiegelius, Maius: & Gentilitia inſignia, quæ Arma uulgò uocantur, quaſi armis, militiaq; quæſita, ſucceſſere in locum, ut Budæus rectè exiſtimare uidetur, maiorū imaginū, unde præcipuè generis nobilitas accipiebatur. Vnde

GENTILITAS nobilium fuit, ſcilicet eorum qui ſui generis imagines proferre poterant. Imaginibus enim, ob inſignē uirtutem, ac rerum præclarè geſtarū, decora donari ſolebāt. Nemo eſt qui ignorat, & noſtri temporis gentiles, ſeu nobiles (ut uulgò dicimus) cum agnationis iure de Feudis cōtrouertunt inter ſe, uel cum domino (**dem lehen herren**) non habent ferè digniora probādi argumenta, ad oſtendendam gentem ſuam, quàm ea quæ ex imaginib. ac cognomine mutuantur. ut quum dicunt, **Wir haben einen Schilt vnd Helm.** Nunc enim pro imaginibus, inſignia gentilicia habemus. teſte Budæo. Sp.

GENVINA pietas, quāuis corruptè legatur in uulgatis codicib. gemina, pro inſita, ſiue ingenita patris in filium affectione, uiq; amoris uſurpatur ab Vlp. in l. iij. de Lib. hom. exhib. Vnde ſcholiū interpretis, alioqui ineptū, huc minimè pertinet. Certè ex eo liquet, ipſum non intellexiſſe, quid uerè pietas, quid itē officiū ſignificent. Certè affectū nullū paternū uincere, iure noſtro euidentiſsimū eſt. Alciatus fatetur in Parerg. ſe quādoq; exiſtimaſſe corruptū hunc locum, & non geminā, ſed genuinam pietatem intelligendum: quod & Norica editione conſtat, quaſi naturaliter ingenitam dicas, indicans uocem genuinū apud Ciceronem duobus locis hoc ſenſu legi, ut in oratione in L. Piſon. & in Partitionibus. Sp.

GENVS eſt, quod ſui ſimilis communione quadam, ſpecie autem differens, duas aut plures complectitur partes: atq; partes hę generibus, ex quib. emanãt, ſubijciuntur. Bud. in l. j. de Iuſt. & Iur.

GENVS prædicať de ſingulis ſpeciebus. l. interdum. de Verb. ſignif. l. ſi quid earum. §. j. de Leg. iij. Totum uerò de partibus non prædicatur. Neque enim ſicuti dicitur, Teſtamentaria eſt tutela, Legitima eſt tutela, Datiua eſt tutela: ita dicitur Satiſdatio eſt tutela, Tuitio eſt tutela. Ex Apel. Sp.

GENVS, interdum μετωνυμικῶς pro rebus intelligitur, quæ ſub ſuo genere continẽtur. ut in l. ij. §. mutui. ff. Si cert. pet. Item apud Vlpianum pro qualitate, in l. iij. ff. de Lib. exhib. Eaq; uoce bifariam utitur Alfenus in eodem Reſponſo. l. in naue Saupheij. Locati. Notum eſt, genus pro ſpecie, & pro indiuiduo, ſpecies in Iure Ciuili paſsim accipi. Sp.

GERERE, uerbum eſt genericum, resq; tam forenſes, quàm extraiudiciales complectitur. ut patet toto titulo de Negoc. geſt. & l. uel ei. §. geſtis. ff. Quæ in fraud. cred. & l. geſta. de Re iudic. Ex Alberico. Spieg.

GERERE pro ciue dicitur is, qui iure ciuitatis utitur, ſiue ciuis ſit, ſiue non ſit.

GERERE, pro facere, Iuriſcoss. familiariſſimũ eſt. Notũ uulgatum illud, Qui per aliũ gerit, per ſe gerere uideť. l. ita autẽ. §. geſsiſſe. ff. de Adminiſt. tut. Sp.

GERERE pro herede quid ſit, pulchrè declarat Vlp. in l. pro hærede. de Acquir. hered. & Imp. in §. pro herede autem. Inſtit. de Hered. qual. & diff. Breuiter, ut Iulianus ſcribit, Pro hærede gerere, non tam eſt facti, quàm animi. Nam hoc animo eſſe debet, ut uelit hæres eſſe. Sp.

GERERE negocium ſuum, eſt rem ſuam utiliter facere, & ut uulgò dicunt, bene facere caſum ſuum.

GERERE perſonam alicuius, hoc eſt, referre aliquem, & eius munere fungi. Noſtris frequens in ore eſt: Qui per alium gerit, per ſe gerere uidetur. Qua de re Spec. tit. de Ceſsion. actio. §. j. uerſ. Item quæritur. Sp.

GERERE rem, & res, aliud eſſe, hoc eſt, belligerare, quàm negocia gerere, Bud. annotauit: legendumq; ob id exiſtimat, in l. deſertorem. §. in bello. de Re milit. ceſſerit, pro geſſerit. Sp.

GERMANIA, dum Romani rerum potirenť, cõſtituta erat ſub duobus Pręſidib. autor Macer. l. iij. ff. de Offic. præſi. Eius quidem Iuriſcoss. meminerunt, Allemanniæ nuſquam: quòd hoc nouum, & fortè poſt eos natum: uel potius ignotius, illud uerò uſitatius erat. De utroq; uocabulo eleganter diſſerit Rhenanus noſter. A' quo tamen in diſputatione de nomine Germaniæ diſſentit Aegidius Tſchudius Glaronenſis, cui uerior Strabonis ſententia uiſa eſt: Germanos ſic dictos exiſtimantis, quòd fratres fuerint Gallorũ, ob morũ cõformitatem. At Hubertus Thomas Leodius, uir impenſe eruditus, amicus noſter, in eleganti Commentario ſuo nuper edito, mauult cum Cornelio Tacito ex ueteribus, ex recentioribus cum Dn. Beato Rhenano, & alijs eruditis noſtratis linguæ peritis ſentire, quàm cum Strabone, alioqui grauiſsimo autore: ut uidelicet Germaniæ uocabulum ſit merè Teutonicum, ab inſigni fortitudine deductum. Nam Ger Man, prorſus uirilem, ſtrenuum'que ſignificat. Nec quenquam, inquit Hubertus, moueat hic Dn. Aegidius Tſchudius, aliam ex Strabone afferens Germaniæ nominis originem, niſi idem præſtet in Allemannis, Nortmãnis, Marcomannis, & huiuſmodi alijs in Man exeuntibus: quæ quàm plurima ſunt, ita ut non poſsit ſingularitas in Germaniæ uocabulo allegari, aut ſuſpicari, etſi ſit non parua, aut indiligens Strabonis autoritas. Quis enim audiuit Romanos gentibus nomina impoſuiſſe, & non proprio & communi appellaſſe? Hactenus Huberti uerba retulimus. Rhenani opinio placet Dn. Alciato, apud quem extat de Germania perquam elegans cap. libro Parerg. x. Albericus ſuos ille ſecutus autores, à germine deducit Germaniam, candidè ei generis nobilitatem adſerens præ cætæris nationibus. Porrò ſi quis hodie uoluerit totius Germaniæ ſtatum diuidere, cõmodè id fecerit, autore Oldendorp. Romanorũ exemplo, qui tres gradus faciebant in Vrbe, ſcilicet, Senatorium, Equeſtrem & Plebeium. Sic nos dicemus eſſe tres ordines per totam Germaniam, uidelicet, Senatorium, hoc eſt Principum, Magiſtratuum: Equeſtrem

id eſt, Vaſallorum, nobilium, ſiue ruri, ſiue in ciuitatibus: Plebeium, hoc eſt, reliquorũ ciuium, negociatorum, opificum, et ruſticorum. Spieg.

GERMANI, fratres dicuntur ex utroq; parente: Conſanguinei, ex eodem tantum patre, non etiam matre: Vterini contrà, ex eadem matre, & duobus parentibus. Spieg.

GERMINA dicuntur uirgulta, quæ de radicibus naſcuntur: hinc et germinales arbores apud Paulum. in l. diuortio. §. puto. ff. Solut. matr. Modò proba ſit lectio, quam Alciat. ſequi uidetur. Norembergenſis editio Cremiales habet: quæ mihi magis arridet: et ut apparet, nec ipſum Accurſium latuit, ſi orthographiæ peccatum condones. Sp.

GERONTOCOMION, ubi ſenes curantur. l. illud quod. C. de Sacroſ. eccl. Sp.

GERVNDIA, à gerenda duplici ſignificatione, actiua & paſsiua, quidam dicta eſſe exiſtimant: quarum ut participiorũ ſignificatio tota ferè ex adiunctorũ ui pendet. nam ſi dixero, liberos hæredes inſtituendos, uel exhæredandos eſſe, moriendum eſſe omnibus: hic quædam colligitur neceſsitas. at cum dicimus, Inter nauigandum multa animo obſeruari pericula, animo occidendi Titium inuaſit, in allegandis Legibus iudicium & modum adhibendum, in diuidẽda hæreditate iudicis maximè ualere officium: hic nemo dixerit aliquam eſſe neceſsitatem. Proinde rectè ſentiunt, qui nihil differre arbitrantur, ſiue titulus inſcribatur, de Hæredibus inſtituendis, ſiue de Hæredum inſtitutione. Vide Alciat. in Rubr. C. de Eden. Iaſ. & Doctores, Inſtit. de Action. item Viglium in Rubr. Inſtit. de Hæred. inſtit. Spieg.

GERVSIA. Quod Senatus Romę, hoc fermè fuit γερȣσία Spartæ, id eſt, Lacedæmone. Ipſa quoque à ſenibus dicta, qui Græcè γέροντες dicuntur: quæ uox in nonnullis exemplaribus corruptè legitur, in Gloſ. l. archigerontes. C. de Epiſc. aud. Spieg.

GESTA. Gloſ. in l. ij. ff. de Cur. bon. dando. ſentit, Acta eſſe iudicij, hoc eſt, quæ quoquo modo in iudicio fiunt: Facta, uerbales reſpicere contractus factos extra iudicium: Geſta uerò, quæ ſine uerbis fiunt eſſe cenſenda. Sed hæc meritò, Alciatus inquit, non recipiuntur: cum ex ſubiecto argumẽto, geſtum etiam accipiatur, ſiue ex cõtractu, ſiue aliter quid factum ſit. ff. de Min. Nec dubium eſt, ex communi loquendi uſu, nihil hæc differre: quod Bart. annotauit, l. j. de Offic. procons. Cæſ. Sp.

GESTA fraudationis cauſa quæ dicantur, indicat Vlpianus l. j. & ſeqq. Quæ in fraud. cred.

GESTAM rem, pro actam, Pomponius cõtra Vallam dixit. in l. final. de His quæ in Teſtam. del. Sp.

GESTANDI ius habere, uide Vlpianũ in l. plenũ. in prin. ff. de Vſu & habitat. Spieg.

GESTATIO, locus quo geſtabantur ſanitatis uel uoluptatis gratia. Paulus in l. competit. Poterit, ait, dici & fructuarij intereſſe, propter uoluptatem & geſtationem. Sed pro ipſa ſuccollatione interdum uſurpatur. Nam, Celſus inquit, Lenis in naui, in lacu geſtatio eſt: uehementior in alto, uel lectica, aut ſcamno: acrior uehiculo.

GESTATORIVM, appellamus lecticam ſellam'ue, ſiue carrucam: denique quodcunque in quo geſtamur. uide Beroal. in Comment. ad CL. Cæſ. uitam apud Tranq. Sp.

GESTIRE, pro cupere, in l. j. C. de Inof. fic. donat. Eſt tamen propriè, lætitiam animi promere, cum quodam corporis motu. Spieg.

GESTOR negociorum, ſimilis eſt procuratori: niſi quod mandatam à domino procurationem non habet. ſed amicitia fretus rem adminiſtrat, bonámque fidẽ agnoſcere debet. Vlpianus de Neg. geſt. l. iij. Ait prætor, ſi quis abſentis negocia geſſerit, iudicium eo nomine dabo. Spieg.

GESTVS, huius geſtus, pro negocio geſto, acto, adminiſtrato, apud Vlpianum. in l. Item ſi cui putaui. ff. Negoc. geſt. cum ait: Nec poſsit, quod alij adquiſitum eſt ipſo geſtu, hoc tuum negocium uideri. Sp.

G I

GIBBOSI, qui gibbos habent. Paulus horum meminit in l. iij. de Aedil. edict. In uulgatis codicibus Gibberoſi ſcriptũ eſt. Quanquam grammaticos ſcio annotaſſe, & gibber, gibbera, gibberum, & gibber,

gibber, gibberis, & hoc gibbere dici. Nos tamen Haloandri editionem referimus. Spieg.

GIBELINI. Vide Guelphorum.

GIEZI lepra, cuius eſt mentio ceu ſpeciei diræ imprecationis in Nouell. Iuſiuran. quod præſtar. ſol. Denotat auariciam parentum inficere prolem: & malè acquiſita à maioribus, non ſine culpa poſsideri à ſucceſſoribus. uide D. Ambroſium in cap. iiij. Euang. ſecundum Lucam. Fuit autem ſeruus Eliſęi prophetæ, de quo lege cap. v. Reg. iiij.

GIGNENDI caſus, propriè denotat proprietatem. l. locum. in prin. ff. de Relig. & ſump. fun. & not. in l. Q. Mutius. de Aur. & arg. leg. Tametſi communi loquendi uſu corrigatur etiam ad facultatem, ſeu ius adminiſtrandi, ſeu poſsidendi. Ex Alberico.

GIGNERE, & Parere, factum & operationem quandam important. Hinc diſpoſitio loquens de filijs ex uiro & uxore natis, niſi in ueris filijs locum habere poteſt, maximè illis ſuperſtitibus. Qua de re pulchrè Bart. diſſerit in l. liberorũ. de Verb. ſig.

G L

GLADIATORES dicuntur generaliter omnes, qui gladijs pugnant, etiam diſcẽdi gratia, antequam in ludum producantur. Omnino prohibentur in Conſtitut. Principum, libro xj. C. de Gladiat. toll. Originẽ eorum Capitolinus, Bud. genera refert in Annot. ad l. athletas. de His qui not. infam. Sp.

GLADIO ultore puniri. C. de Adult. l. cum uir.

GLADIVS, non ſimpliciter pro telo uſurpatur ab Vlpiano, finiente in l. iij. de Iuriſdict. omn. Iud. merum imperiũ eſſe, habere gladij poteſtatem, ſed per Rhetoricam denominationẽ, pro quauis pœna, quæ de reo ex delicto aliquo expetitur.

GLANDARIA ſylua, quę ſeruatur glãdis ferendę cauſa. Cato autor.

GLANDEM caducã, quæ ex arbore cecidit, in l. ſyluę. de Verb. ſig. Caius finit: ſed non, ut adnotauit Alc. ex ſermonis proprietate. quoniã caducus, nõ qui cecidit, ſed qui facile caſurus eſt, ruinãq; minatr̃, ſignificat. Vnde & Paries caducus. Sp.

GLANDIS appellatione, inquit, Iureconſult. in tit. qui eſt de Gland. legen. l. j. omnes fructus continẽtur. Itẽ de Verb. ſig. l. qui uenenum. Item l. ſylua. Nebriſs.

GLAREA, terra eſt lapillis permixta. Paulus de Aqua pluu. arcen. l. ſupra iter glarea iniecta. Item de Via pub. l. j. In uiam terrenam glaream immittere. Sp.

GLEBAM accipimus ceſpitem terræ: dictam, quòd ſit quaſi globus. l. certo generi. ff. de Seruit. ruſt. præd. Sp.

GLORIA, appellatur conſentiens laus bonorũ: Quintilianus. Gloriæ cupiditas haud improbata ab Imp. Alexandro, in l. ij. C. de His qui ſpont. mun. lib. x. Melius ſentit Eraſmus noſter alicubi: Quanquam ô ſuperi, inquiens, quid eſt hoc totum quod uulgò gloriam uocãt, niſi nomẽ inaniſsimum ex paganiſmo relictũ? Quod genus non pauca reſederũt apud Chriſtianos, dum immortalitatẽ appellant, famam poſteris relictam. Sp.

GLORIA uiuere dicitur, qui pro Rep. cecidit. Inſtit. de Excuſ. tut. §. ſi in bello. ff. eo. l. bello omiſsi. & ad Leg. Aquil. l. qua actione. §. ſi quis. Sp.

GLORIOSVS & celebris dicitur, quem Græci uocãt ἔνδοξον: & iactabundus, quẽ illi uocant ἀλαζόνα. Id ante me Liſtrius monuit. Spieg.

GLOS, uxor fratris eſt. l. non facile. §. affinitatis. ff. de Grad.

Γλῶσσα, Latine lingua dicitur. Gloſſema, expoſitio, ſiue interpretatio. Quintilianus: Circa gloſſemata etiam, id eſt, uoces minus uſitatas, non ultima eius profeſsionis diligentia eſt. His uerbis Fabius innuit, Gloſſemata uoces eſſe, quę expoſitione indigent: non, ut uulgò accipitur, ipſas expoſitiones. Iac. Butrigarius in l. j. C. Qui pro ſua Iuriſd. tanti fecit Gloſſę autoritatem, quòd eam cõmuni opinioni anteponendã ſtatuerit: quod & Baldo uiſum eſt, in l. hæreditas. C. de Poſſeſ. tum pleriſq; alijs clari nominis interpretibus. In contrarium tamẽ eſt, quòd quotidie & in ſcholis & iudicijs Gloſſas impugnari refelliq; uidemus. Niſi enim uel iure, uel rationibus funditus nitatur, & à textu non diſsideat, minimè ſequenda. Quod dicere ſolebat præceptor noſter primus Capnion, uir ille incomparabilis. Nam ubi Textus expreſsi ſunt, ibi nulla eſt dubitatio, nec ad Gloſſam reſpiciendum: quod & Baldus rectè docuit, in l. ancillæ. C. de Furt. Nam doctrina Gloſ

 ſæ nullam

ſæ nullam nobis neceſsitatem imponit: quum ſit tantummodo probabilis, ut dicit Bar. l. j. ff. Si cert. pet. Quod autem uulgo iactitatur, quòd in iudicando à Gloſſa recedi debeat: id non eſſe uerum, poſt Abbatem, Zaſ. itidem præceptor noſter ſubinde, nec inutiliter, pro re nata inculcat. Cæterùm, ubi textibus deſtituimur, tum Gloſſæ autoritas minimè contemnenda eſt. Qua de re latè diſſerit Neuizanus in Sylua nuptiali. Sp.

G N

GNAVVS, melius Nauus ſcribitur. Nauo enim opponitur ignauum: ſtrenuum id ſignificat. Rhenan. in Annotation. ad Liuium, Velleium ſuum citat. Sp.

G O

GOSSIPIVM, frutex, de quo Plinius lib. xix. cap. j. Superior pars Aegypti in Arabiam uergens, gignit fruticem, quem aliqui Goſsipion uocant, plures Xylon, & ideo ligna inde facta xylina. Paruulus eſt, ſimilemq́ barbatæ nucis defert fructum, cuius ex interiore bombyce lanugo netur. Nec ulla ſunt eis in cãdore mollicia'ue præferenda.

G R

GRADVS, eſt unius perſonæ diſtantis ad aleam, in linea conſanguinitatis, uel affinitatis, facta collatio ad communem parentem. l. j. cum ſeq. §. uſque ad. §. affinitatis. ff. de Grad. Conciſius iuxta Philippum optimum docendi magiſtrum, Gradus eſt interuallũ quo cognoſcitur, quæ perſona ſtipiti propior. Vide perquàm elegantem, quem ea de re ſcripſit libellum, ut diſcas nunc gradus numerare aliter, quàm uetera iura ciuilia tradidere. Sed &

GRADVM pro exiſtimatione, & honoris loco uſurpari, notum eſt. Hinc in gradum reponere, eſt deiectum reſtituere. Spieg.

GRADVS arctiſsimi dicũtur eſſe, primus, & ſecundus, & tertius. Namque in primo ſunt ſuprà, pater & mater: infrà, filius & filia. Secundo ſunt gradu ſuprà, auus, auia: infrà, nepos, & neptis: ex tranſuerſo, frater & ſoror. Tertio gradu ſunt ſuprà, proauus, proauia: infrà, pronepos, proneptis: ex trãſuerſo, fratris, ſororisq́ filius & filia, & cõueniententer patruus & amita, auunculus & matertera. Sp.

GRADVS cognationis dicti ſunt, ad ſimilitudinem ſcalarum, locorum'ue decliuium: quos ita ingredimur, ut à proximo in proximũ, id eſt, in illum qui quaſi ex illo naſcitur, ueniamus. Atq́ horũ alij ſunt ſuperiores, alij inferiores, alij collaterales.

GRADVS ætatum iuxta ſententiam Iuriſcoss. latè explicat Alc. interpretãs. l. pueri appellatio. de Verb. ſig.

GRADVS in agone literario tres ſunt. Vide ſuprà, Doctores legum.

GRAECA mercari fide, id eſt numerata pecunia, ubi non uerbis, neque ſtipulationibus, ſed præſente pecunia res agitur. Spieg.

GRAECA religio, pro Paganiſmo: & græci pro paganis quando dici cœperint, oſtendit Alciat. in Parerg. declarans quædam loca in Nouellis Conſtit. cxxxj. de Eccleſ. tit.

GRAECVM uinum inter dulcia numerat Iuriſcos. l. ult. ff. de Trit. & uin. leg. de ijs poſt Plinium, lib. xiij. Steph. Nigrum multa et uaria uini genera referentẽ in opere quod de Nimio uitę luxu inſcripſit. Alex Neapol. cap. xxj. lib. v. annotauit, quòd ueteres uinum Græcum ſemel tantum etiam in lautiſsimis conuiuijs apponere ſolebant: primusq́ diuus Cęſar triũphalibus cœnis, quatuor uini genera propter inſtituta maiorum dicitur appoſuiſſe, Falernum, Chium, Lesbium, & Mamertinum. Philelp. lib. Conuiuior. j. oſtẽdit, uinum omni ętate pernicioſum, eiusq́ incommoda refert. Quomodo facias uinum Grecum, docet M. Cato. Sp.

GRAMMATA. Lege Budęum in Comment. linguæ Græcæ.

GRAMMATICI, hoc eſt, qui Grammaticam docent, an à muneribus excuſentur, uide l. ſi duas. §. grammatici. ff. de Excuſ. tut. & l. ſextũdecimũ. §. fin. de Vac. mun. Spieg.

GRAMMATOPHYLACIVM, ubi tabulę & inſtrumenta publica, monumenta'que rerum geſtarum, actarum'que aſſeruantur: quod Tablinum latinè appellatur. Vlp. in l. moris. de Pœnis. Archio fortè uel Grammatophylacio. Sp.

GRANDE beneficium, pro incomparabili, apud Vlpianum in l. j. de Bon. libert. Scilicet ad remunerandum tam grande beneficium, quod in libertos confertur, cũ ex ſeruitute ad ciuitatẽ Romanã perducuntur.

ducuntur. Indicat uulgatus uerſiculus, Non bene pro magno libertas uenditur auro: libertatem precio nummario non æſtimandam. Sp.

GRANDAEVOS, propriè qui prouectiore ſunt ætate, accipimus. Pontificio Iure, nec dum xxx. annor. natum complectitur id uocabulum, atque uirilem etiam ætatem. Albericus exempla indicat. Sp.

GRANDE damnum pupilli uel adoleſcētis uerſatur apud Vlpian. l. pen. ff. de Minor. Spieg.

GRANDICVLI pueri, Canoniſtis ſunt doli capaces. c. j. extra. de Delict. pueror. Plautus Grādiculi uoce in Pœnulo uſus eſt: In fundas infundebam grandiculos globos. Sp.

GRANDIS commodi captandi gratia, apud Calliſtratum l. iiij. ff. Ex quibus cauſa maior.

GRANDIS natu, quinquagenario paulo minor eſt Pomponio in l. ſecūda. de Orig. Iur. Ergo Sabino cōceſſum eſt à Tiberio Cæſare, ut populo reſponderet, qui in equeſtri ordine iam grandis natu, & ferè quinquaginta annorum receptus eſt. Spieg.

GRASSARE dicuntur, qui ex inſidijs uiatores impetu gradiēdi adoriuntur. Item qui gerendo negocia ſenſim ſub aliquo prętextu contrectant res alienas, ut in l. iij. de Suſpec. tutor. & Inſtit. eodem tit. §. nouiſsimè autem. Sed diutius graſſandi in re familiari facultatem præſtat. Spieg.

GRASSATORES, ut ait Calliſtratus, de Pœnis, in l. capitalium. §. omnia admiſſa. ſunt, qui prædę cauſa id faciunt, proximi latronibus habent: & ſi cum ferro aggredi & ſpoliare inſtituerunt, capite puniuntur, utiq; ſi ſæpius, atq; in itineribus hoc admiſerunt: cæteri in metallum damnātur, uel in inſulas relegantur. Porrò graſſaturam, quod uocabulum Accurſiani, teſte Budæo, parum intellexerunt, Iuuē. Satyra tertia deſcribit dilucide. Claudianus in l. aut facta. de Pœnis. in §. Qualitate, inquit, rixæ à graſſaturis diſcerni ſolent. Vide annotata in hunc §. per ipſum Budæum. Spieg.

GRATA breuitas, prouerbiale uerbum perquam elegans, pro eo quod Barbari dicunt, Gaudent breuitate moderni. Gloſ. l. j. ff. Quod met. cauſ. At eadem monuit in l. j. ff. Si cert. pet. Quod nimis obſcurus fio, dum breuis eſſe laboro. Spieg.

GRATIA, beneficium quod gratis datur nobis. Gratiam autem facere, eſt ex iure diligentiore aliquid imminuere. Pompo. l. pen. de Iureiur. Labeo etiam abſenti & ignoranti iuriſiurandi gratiam fieri poſſe, reſpondit. Eſſe uerò in gratia, pro, eſſe in aliquo munere & reputatione quam uocant. Sp.

GRATIA bona, et mala dicitur. Vide Gel. cap. ix. lib. xij.

GRATIAM canonis, legiſq; facere, pro diſpenſare dici poſſe, Budęus antè monuit in Annot. prior. quod & ſoluere legibus dicitur. Vlpian. tamen, ſolutum eſſe legibus, accepit pro eo quod eſt, non teneri. l. Princeps. de Legibus. & Iulianus l. ſequenti. Quo modo & antiqui ſæpe uſi ſunt, ut idem Budæus ibidem citatis oſtendit exemplis. Sp.

GRATIA decipiendi alium falſo laudare, apud Caiū, l. quod ſi cum. ff. Quod met. cauſ. Spieg.

GRATIANVS monachus ex Benedicti familia circiter annum ferè quadringenteſimum à nato Seruatore ueterum Pontificum decreta ſuſcepit: & certis quęſtionibus ſubiecta, multis quoq; ſanctorum patrū teſtimonijs auxit, locupletauitq;, adeò ut opus illud ſuum, à ſtudioſis magno plauſu exceptū, meruerit iuris Pontificij pars eſſe. Sic Alciatus. At nonnullis magna autoritate uiris, inter quos eſt & Felinus, autor parum probatus habetur, quòd non cōſtet quis ipſe fuerit, quo tēpore ſuū exhibuerit opus, cuius Pōtificis, cuius cōcilij fuerit autoritate cōprobatum. Nam ea quidem fabula, teſte Roterod. quæ de palea iactatur in ſcholis, prorſus affinis uidetur illi, quę de permutatione Diomedis & Glauci, de que legibus à Græcis petitis fertur in. π˜. Gloſſem. Sp.

GRATIFICATVS tutor ſoluerit. l. ſi nō expedierit. §. ſi pupillus. ff. de Bon. aut. Iud. poſs. Alber.

GRATIOR proſpectus & liber. Vide l. inter ſeruitutes. ff. de Seruit. urb. præd.

GRATIOSA ſententia. Vlpian. in l. in hęredem. de Calumniat. Nam conſtitutū eſt, ait, turpia lucra ab hęredib. quoq; extorqueri, licet crimina extinguantur: utputa

utputa ob falſum teſtimoniũ, uel iudici ob gratioſam ſententiam datum. Sp.

GRATIOSI dicuntur latinis, quibus fauetur propenſo quodam animi ſtudio. Vlpian. in l. j. de Cenſib. Sed & Berytienſis, inquit, colonia eſt in eadem prouincia, Auguſti beneficijs gratioſa. Hebręis Iochanan, uel ut nos loquimur Ioannes, gratioſum ſignificat, quem germanicè Huldrych uocamus, ut antè monuit Aretius. Gratioſus item, qui apud multos ualet gratia. Cui tenues opes ſunt, gratioſus non eſt. Nam amor & gratia, mouetur opinione & fama liberalitatis. autor Cicero libro de Officijs ſecundo. Vide ſuprà, Fauorabilis. Sp.

GRATIOSISSIMVS aduerſarius apud Cic. pro P. Quintio, in prin.

GRATVITO, id eſt gratis facere: opponitur, Mercede facere. Sp.

GRATITVDO naturalis, eadem quæ & obligatio, Græcè ἀντίδωρον. Quo uerbo Vlp. utitur in l. ſed etſi. conſuluit. de Pet. hæred. Vide Alex. Neapolit. à principio lib. v. pulchrè diſſerẽtẽ, de naturaliter inſita homini gratitudine: pro quo faciunt hæc uerba Iuriſcons. in d. §. quamuis ad remunerandum ſibi aliquem naturaliter obligarunt. Spieg.

GRATIS, & precio, contraria Cicero indicat pro Roſcio Comœdo.

GRATVITA libertas, quæ datur gratis, & ſine pręmio. in l. j. ff. de Libert. & eor. liber. Spieg.

GRATVITVM officiũ, non germanũ legẽdũ in Aut. iuſiur quod præſt. ab his. Sp.

GRATVM eum eſſe Cicer. de Oratore docet, ſi omnia quę faciat, grata ſint, ipſe tamẽ nihil gratię cauſa faciat. quod de Cn. Flauio ſcriba (cuius Pompon. in l. ij. §. poſtea cum Appius. de Orig. Iur meminit) recipiendum eſſe non uidetur. Sp.

GRATVS, qui gratiam pro beneficio refert, uel ſaltem memor eſt accepti beneficij. Quamuis, ut Donatus atteſtatur, non continuò, qui memor eſt, etiam gratus eſt. Memor enim eſt, qui apud ſe meminit: Gratus, qui meruit hoc nomine uocari, dum uicem reddit. Nam multi ſunt memores, ingrati tamen. Noſtro iure gratus cenſetur, niſi probetur ingratus. l. ſeruus. l. centurio. ff. de Manũ. teſt. cum ſimil. Sp.

GRAVES controuerſiæ cenſentur præiudiciales reſpectu minorũ. Paul. ff. de Iudicijs. Per minorem cauſam (ait) maiori cognitioni præiudicium fieri non oportet, & c. Sic uniuerſalis actio præcedit particularẽ, criminalis ciuilem. l. ult. C. de Petit. hæred. & l. ult. C. de Ordin. cognition. Spieg.

GRAVES perſonæ ſunt noſtris, quibus adeſt firmitas ac conſtantia animi, & in uultu, moribus, uerbis, rebus agendis quædam ſeueritas. Hoſtienſis generaliter finit, quæ non ſunt infames. l. cum pater. §. rogo. & l. cum quidam. ff. de Leg. j. c. unico. extra de Scrutin. Vide Panorm. in c. licet. de Teſt. Sp.

GRAVISCANORVM meminit Celſus in l. quædam in teſtamento. de Legat. ij. Seruius enarrãs illud Poetę lib. x. Et Pyrgi ueteres, intempeſtęq; Grauiſcę. Grauiſcanum oppidũ, inquit, alij tempeſtũ dicunt, uentis & tempeſtatibus carens: quod nulla poteſt ratione cõtingere. Intẽpeſtas ergò Grauiſcas accipiamus peſtilentes. Et ſecundum Plinium in Naturali hiſtoria, & Catonem in Originibus, ut Intẽpeſtas intelligas ſine temperie, id eſt, tranquillitate. Nam, ut ait Cato, ideò Grauiſcę dictę ſunt, quòd grauẽ aerem ſuſtinent. Spieg.

GRAVIA delicta quæ ſint, Alber. attigit in l. ſi quis non dicã. C. de Epiſc. & cler. l. leuia. ff. de Accuſat. Vt diſtẽt ab enormibus & grauiſsimis, uide C. de Cuſtod. reor. aut. ſed nouo Iure. Sp.

GRAVIDA eſt, quæ iam grauatur conceptu. Spieg.

GREGARII milites dicuntur ij, qui humiles ſunt, & non delecti: quales eſſe ſolẽt qui tumultuariè colligũtur. Dicuntur & gregales, & minores, & extraordinarij. Vide Valtur. lib. de Re milit. viij. & l. ult. in fin. C. de Milit. ueſte, lib. xij. Sp.

GRESSVS, duos pedes, & ſemiſſem continet.

GREX, latius patet quàm armentum. Siquidem grex tam maiorum quam minorum eſt animalium: Armentum autẽ maiorum tantum. Sed nota, ſi grege legato aliqua pecora uiuo teſtatore mortua eſſent, in eorumq; locum alia eſſent ſubſtituta, eundem gregem uideri, ut tradit Pomponius de Legat primo. Accipitur item pro multitudine hominũ, ſiue parũ honeſta, ſiue honeſta, ut apud Cic.

Grex

Grex philoſophorum, Grex latronum, Grex fœneratorũ. Verùm quãdo Grex non intelligatur, uide l.ult.iuncta Gloſ. ff.Quib.mod.uſusfruct.amittat.Sp.

GROMA, eſt ratio metandi caſtra, & loca in bello capiendi opportuna. Higinus, R. Volaterrano indicãte, de Caſtris metandis libellum edidit, quem Gromaticon appellauit.

G V

GVARDIA, dicitur cuſtodia. & Guardiani, cuſtodes: ut quibus caſtra & territoria cuſtodienda traduntur. & Guarentare, pro defendere, in Vſib. Feudor. de l. Contrad.c.ſunt pares. uocabula Longobardica, hoc eſt, ab origine, Germanicè Verwaren. Spieg.

GVBERNATOR. Lege, Proreta.

GVELPHORVM & Gibelinorum nomina, Fridericus ij. longo temporis interuallo repetiuit, nata ſub Conrado iij. Aug. Vnde meritò fide carent apud hiſtoriæ peritos, quæ pleriq; autores (inter quos ſunt Albericus & Bart.) de illorum origine ſcripſerunt. Principiũ autem horum nominum, quæ tantum furoris, cædis, incendiorum, uaſtitatis, infelicibus populis Italiæ intulere, tam uerè, quàm diligenter refert Iac. Bracellus lib. ij. Hiſpani belli. Paulus Aemilius attigit lib. vij. Frãcicarum rerum. Ego in Scholijs adiectis in libr. j. Ligurini. Bracellus meminit & uillæ Helenæfontis, quæ nobis eſt, ut opinor, Heylprunn/ & oppidi, Weyblingen, quod Itali in Gibelingum deprauarunt. Guelphorum, qui Catuli in eruditiorum Annalibus nũcupantur, eadem eſt quæ & Vueyblingorum, hoc eſt, Sueuica origo, poſterius appellati Bauariæ Duces ab Henrico iiij. Qui hodie Brunſuicenſes Principes uocant, Bauarici ſanguinis ſunt, ex Guelphone Henrico, Bauarię Duce. Vueyblingi nõ multò poſt extincti, in Cunradino, nepote Friderici ij. aduerſus quẽ in regnũ Neapolitanum, Carolus Gallorũ regis frater, Clemente Pont. Rom. autore uocabatur: cui ſoboles Fridericorũ, indolesq; illa Sueuorũ Ducum inuiſa, ſuſpectaq;, ac formidoloſa erat. Seruatũ eſt nomen in hunc diem, ut Guelphi Pontificum, Gibelini Cæſarum partes dicãtur: de quibus Neuizanus, homo prodigioſæ lectionis multa indicat, nec omnino contemnenda. Spieg.

GVERRAM facere, eſt Feudiſtis, ad bellicum tumultum accingi. Tit. Hic finitur Lex. in Vſib. Feud. lib. j. Sp.

GVIDAGIVM, Barbarũ eſt, quod nos, Weg/ vnd Geleydtgelt uocamus.

GVLA, eſt qua cibus & potus deuoratur. Vlpianus: Et ſic ſerui, inquit, quem tonſor radebat, gula ſit præciſa. l. item Mela ſcribit. ff. ad Leg. Aquil.

GVMMI, uocabuli exotici fit mentio in l. fin. de Pub. ſed in Codicibus poſt Haloandrum editis: quem locum totum doctiſsimus uir Ruellius reſtituiſſe uidetur priſtinæ lectioni. Sp.

GVNETHETICI ſaltus ij ſunt, quos homines quodammodo adſcriptitij incolunt, nullam ulterius expectantes mercedem, quàm quæ ex ipſo ſaltu colligitur. γῦνος is locus dicitur, in quo feliciter pullulant proueniuntq; arbores. θήτικος autem, mercenarium, ſeruitutiq; addictum hominem ſignificat. Alciat. in l. meminimus. C. de Prædijs Tama. lib. xj.

GVRGES, omnis aquarum congeries dicitur. Poeta pro periculo maris uſurpauit j. Aen. Apparent rari nantes in gurgite uaſto. Hoc carmen prouerbij uice protulit Iaſon in l. re cõiuncti. de Legat. iij. de occupato in materia difficili & latiſsima, ad quam tamen extricandã pauci Interpretes acceſſerint, indicauit Alc. libr. iij. de Verb. ſig. Spieg.

GVSTARE, eſt breuiter quippiã attingere. Ductũ ab ijs qui cibũ aut potũ tenuiter deguſtãt, nihil inde in ſtomachũ trãſmittentes. Canoniſtæ aiunt, Guſtare, eſt aliud quàm comedere, uel bibere. Sp.

GVTTVR, ſpiritus cauſa eſt, hoc ſiquidẽ halitũ animãtia trahũt redddũtq;. Proinde quę pulmone caret, neq; itẽ collũ habẽt. Hinc gutturoſus dicitur Iureconſ. & Celſo, cuius guttur tanquã ſpõgia quædam intumeſcit, ita ut hoc malum non morbus, ſed uitium ſit. Vlpian. de Aedil. edict. l. qui clauum. Si quis, inquit, natura gutturoſus ſit. Spieg.

G Y

GYMNICI agones dicuntur, quia nudi athletæ ijs ludis exercebãtur. Inde Gymnaſia, exercitij loca: quę tria Athenis fuerunt, Lyceon, Academia, & Cynoſarges. in Lyceo, diſputabant inambulantes Peripatetici, qui erant à partibus

Ariſtotelis.In Academia, Platonici.ἀκαδημία, lauacrum dicitur, quod prope erat altero huic gymnaſio. Apud Cynoſarges pueri nothi exercebantur, qui nec à patre, nec à matre ciuitatis ius habebãt. κυνόσαργες, gymnaſium. Bud.in l. athletas.de His qui not.infam.

GYNAECIARII erant, qui pannos curabant, & uel peniculo adhuc rudes tergebant, uel fortè lanæ nodos incidebant, extrahebantq́ꝫ: opus quod à mulieribus fieri ſolet.Inde Gynęcium dictũ. Quòd ſi qui uiri fœminis mixti id agebant, à loco dicti Gynęciarij, ἀπὸ τῆς γυναικὸς, id eſt à fœmina. Alc.in l.balluca.C. de Metall. lib.xj.

Γυναικοκρατέια, dominium uxorium.ut ſunt Gynęcocratumeni, qui ſub uxoris imperio uiuunt. Sunt & populi Plinio, Amazonibus uicini, à quibus cũ uicti eſſent, in id obſequij adſtringebantur, ut procreandæ ſoboli inſeruirent: refert Bud. in l.ius Ciuile.de Iuſt.& Iur.

H A

HABET, prouerbialiter dicit̃, cum obtigit alicui quod expetiuit, aut quo dignus eſt. Ex Eraſ.Spieg.

HABENA uel ferula cædi l.j.§.impuberi.ff.ad S.C.Syllan.Spieg.

HABENS precium rem habere uidetur. Gloſ.fin.l. itẽ ſi.ff.de Alien. iud. mutan. cau.Spieg.

HABEO, an denotet dominiũ, à Bart.petẽdũ eſt, in l.j.§.poteſtatis.ij.ff. de Pecul.

HABEAT, id eſt, habere poſsit.in l. ſi quis ſub cõditione.ff. de Teſtam.tut.& l.j.§. ait Prætor. de Poſtul. Quandoqꝫ id eſt, habere poterat. C. de Inoffic.teſtam.l.ſi quis filium.Notauit Albericus.

HABERE, generale uerbum, & ad ius dominij, & poſſeſsionem refertur: qui etiã de facto detinet, ut ſeruus habere dicit̃. l.ſtipulatio iſta.§.hi qui. de Verb. oblig. Ex Alciato.Sp.

HABERE quiſqꝫ poteſt, quod è re ſua quęſitum eſt.l.Cõmunis.ff C.õmu.diuid.Sp.

HABERE quis dicit̃, quod remanet onere deducto.l.non amplius.de Leg.j.Sp.

HABERE pro continere, in l.ait lex.ff.ad Leg.Aquil.et l.ex duobus.de Neg.geſt.

HABERE concilium, quod uulgò dicitur, Facere congregationem. Sed & conſultare ſignat.

HABERE delectum militum, eſt quod dicimus Teuton. **Muſteren**: quòd bonorum & malorum delectus ſit, ut mali remittantur, bonorum nomina accipiantur.Spieg.

HABERE pro derelicto, eſt ea mente abijcere, quæ in numero quis rerum ſuarũ eſſe nolit.§.qua ratione.Inſtit.de Rer. diuiſ.Spieg.

HABERE, pro detinere, notũ eſt.ut ff.de Rer.uend.l.officium.& de Vi & ui arm. l.j.§.quod autem.Sp.

HABERE excuſatũ, pro accipere excuſationem meam: ut Latina locutio defendi poteſt Mart.autoritate in Secundo.

HABERE febrem tertianam, uel quartanam, Iabolen. adeò inſani eſſe hominis cenſet, ut ne ijs quidem diebus quibus morbo uacat, rectè ſanus dicatur.l. qui tertiana.de Aedil.edict.Sp.

HABERE, pro habere debet interpretatur in l. ſi uxori.§.cum ita. ff. de Aur.& arg.leg.

HABERE intentionem dicitur in præiudicijs, qui ius habet præferendum in iudicando, modò probauerit id quod intendit & allegat, ſiue ſit actor, ſiue reus conuentus. Vnde Vlp.in l.ſed & hæ.§.non ſolum autem.de Procur. uidetur diſtinguere Præiudicium ab Actione.

HABERE licere. quam ſignificationẽ hæc uerba ferant, not.in l.habere licere.ff.de Euict.in l.emptio.§.qui autẽ.de Action. empt.l. ſtipulatio iſta habere licere. de Verb.obl. Alberic.monuit, in eiuſmodi obligatione nõ factũ, ſed ius uerſari.Sp.

HABERE in matrimonio, eſt habere uxorem. Hoc dicendi genere uſus eſt Cicero, & iuris Pontificij Interpretes: prolem in matrimonio habere, pro ea quæ ex iuſta uxore ſuſcepta eſt, uſurpant. Spieg.

HABERE poſitũ.Lege, Poſitum habeat.

HABERE relatũ in rationibus apud Paulum in l. Publia Mæuia.§.accepi.ff.Depoſiti.Spieg.

HABERE quæſtionem, pro torquere. Vide tit.in π̄.de Quæſtion.

HABERE rem aliquis, eleganti figura loquẽdi dicitur, ad quam habet actionem. ut cum dicimus, iſte habet centum ex hęreditate, & adhuc ne obolũ quidem accepit.ut tradit Zaſius in l.ait Prętor.§.ſi iudex.ff.de Re iud.Spieg.

HABERE reũ, eſt cui dic dicere, quem'ue accuſare. Spieg.

HABERE in ſinu meo, Iuriſconſ. in l. qui teſtamentum. de Probat. dixit, pro, in occulto, & penitus apud me, & in poteſtate mea. Vide infrà, In ſinu meo. & Bud. in Annot. prior. Spieg.

HABERE tot annos. l. iij. C. Si mancip. ita fuer. alien. ut manumit.

HABERE uadimonium cum aliquo dicitur, tam qui uadatus eſt, quàm qui eſt obligatus. Spieg.

HABERE uenale, ſignificat uendere.

HABERE in uotis, eſt rem aliquam totis armis concupiſcere, optareq́. Habere autem uotum, idem quod, uotum facere, uotum nuncupare, uotum fouere, ac uotum ſuſcipere.

HABET quis per aliũ, quod per ſe habere non poteſt. Gloſ. l. imperator. ff. de Stat. hom. & Gloſ. fin. in l. petẽdæ. C. de Tempor. in integ. reſtit. Sp.

HABETO res tuas. Verba hæc diuortium ac repudium notant. Vide tit. ff. de Diuort. & repud.

HABETVR, & intelligitur, uerba fictionem ſignificant. l. uni. in prin. C. de Rei uxor. act. l. Prætor. §. ſiue autẽ. de Oper. nou. nunc. Sp.

HABITANDI cauſa in caupona eſſe. l. pe. §. in factum actione. ff. Naut. caup. ſtab.

HABITARE, perpetuum commorari, ad tempus eſſe, quidam uolunt. Habitare autem dicimus, uel in ſuo, uel in conducto, uel gratuito. Vnde habitaſſe non dicitur, qui obiter manſit: hoſpes uerò pauliſper hoſpitari dicitur. Tãtum enim intereſt inter habitatorem & hoſpitem, quantum intereſt inter domicilium habentem, & peregrinantem. Vide l. j. in pen. reſp. de His qui deiec. Dubium tamen non eſt, eum quoq; habitare, qui ad tempus habitat. ead. l. & l. Lex Cornelia. §. domum. de Iniur. Vide Bart. in d. l. j. & in l. cũ de lanionis §. Sabinus. ff. de Fund. inſtr. Spieg.

HABITATIO, ius eſt alienas inhabitãdi ædes, ſalua ędium ſubſtantia. Ferr. Inſtit. de Vſu & habit. Eſt domus etiam & locus quem habitamus. Sunt autem diuerſa, habitatio, & domicilium. Sp.

HABITATIONIS Feudum degener dicitur, quia perſonale eſt, & ad hæredes non tranſit regulariter. Nec mirũ, quum & habitationis legatum ad heredes non tranſeat. l. ſi habitatio. §. ad hæredem. de Vſu & habit. Sp.

HABITATORVM nomine ueniunt interdũ inquilini. l. habitatores. ff. Locati.

HABITVS, eſt corporis qualitas non natura, ſed induſtria comparata, maximè pertinens ad geſtum ſiue triſtem, ſiue hilarem. Eius rationem præſertim in quæſtionib. habendam, Interpretes iuris noſtri ſubinde admonent. Habitudo, membrorum compactionem ſignificat, quæ & in iure noſtro conſideratur. Sp.

HABITVS nõ facit monachũ. Huius prouerbij originem ex Græcis corriuatum fontibus, Rhodigin. docet. cap. xij. lib. v. lect. antiq. edit. poſter. Quadrat quod refertur in Canonicis decretis Diſtinc. xlj. Non cathedra ſacerdotem facit, ſed cathedram ſacerdos: nec locus hominem ſanctificat, ſed locum homo. Sp.

HABVISSE. Plautus in Rudentib. Miſerum, inquit, iſthuc uerbum, & peſſimũ eſt, habuiſſe. Pertinet autem & hoc ad figuram prouerbialem, ut Eraſ. noſter monuit. Spieg.

HABVIT, quandoq; pro habiturus erat. Inſtit. de Action. §. ſi quis agens. Quomodo hoc uerbũ ad futurũ referat̃, diſſerit Bar. in l. exterarum. C. de Teſtam. tut.

HACTENVS, quatenus. Vlp. in l. ſi quis. ff. de Pact. Nec enim improbum ait, & ſi quis hactenus deſideret conueniri, quatenus facultates patiuntur. & de In rem uerſ. l. ſi pro patre. Si domini debitor ſit ſeruus, & ab alio mutuatus ei ſoluerit, hactenus non uerterit, quatenus domino debet. cum ſim. Sp.

HALTICI. Lege, Athletarum nomine.

HAMA, inſtrumentum, quod igniũ extinguendorum cauſa habetur: de quo loquitur Paulus in l. nam ſalutem. §. ſciendum eſt. de Off. pręf. uigil. In uulgatis codicib. ꝓ hamis, corrupte armis, legit̃. Sp.

HAMI apud Vlp. de Fund. inſtr. l. inſtrumẽta. anuli quidã ferrei, ad multos uſus domeſticos utiles intelligunt̃: puta è quibus equi, muli, & aſini deligent̃. Canales, inquit, & harpagones, & hamos inſtrumẽto contineri conſtat. Nebr. Qui non animaduertit & hoc loco, hamas legendũ, ut apud Paul. l. iã citata, adſtipulant̃. Alc. lib. Prætermiſs. j. & Haloandri editio, abſq; tamẽ ſpiritu, ut & ibidẽ ille

formio-

formiones pro phormionibus. Satis conſtat ex Plinij epiſt. ad Traianum hamam numeratam inter inſtrumenta ad incendia extinguenda. Interpres uir doctiſs. Catanæus annotat hamã inter inſtrumẽta ruſtica connumeratã à Iul. Polluce: itẽ Suidã fabrile crediſſe inſtrumẽtũ. Sp.

HACTENVS ne. Vlpian. l. ſi fundi §. inſtrumenti. ff. de Vſufructu. puto, ait, fructuariũ hactenus uti poſſe, ne ex eo uendat. Spieg.

HARENA pro amphitheatro ſiue pugna ad beſtias apud Triphoninum l. fin. ff. de Fugit. quoniam interdum, inquit, aut pecunia interuerſa, aut cõmiſſo aliquo maiore maleficio, ad fugiendam inquiſitionem, uel iuſtitiam animaduerſionis, in harenam ſe dare mallent. Sp.

HARMOSTAE, magiſtratus apud Lacedæmonios, qui efficiendis arcibus, & reficiendis ciuitatibus præerant. ἁρμοσταί, quaſi prouinciarum conſtitutores. Bud. annotauit.

HARPAGONES, unci ſunt ad rapiendũ apti. ab ἁρπάζω dicti, quod eſt rapio. Quære inſtrumenta domus: & uide Vegetium lib. ij. cap. xxv. Sp.

HARVSPEX. Pontanus in de Aſpirat. li. j. Aſpiramus, inquit, A in nomine Hara: cum autem ſignificat, differtq; ab ara, in qua rem diuinam faciebant, non ſolũ tempore, ſed etiam aſpiratione. deducũtur autẽ ab eo, quod eſt Hara, id eſt auis, Hariolus, Hariolor. Haruſpex, Haruſpicium, Haruſpicina, quæ uoces omnes aſpirationem habent. At qui non aſpirãt, ab ara uictimarum dictum putant. Sp.

HASTAE præeſſe, id eſt, centumuirali iudicio, apud Pomponium in l. ij. de Orig. iur. §. poſt aliquot deinde annos. Vide Bud. in Annotat. priorib. Sp.

HASTA cẽtumuiralis idcirco dicta, quòd Centumuiri haſta in foro poſita, iudicabant. Vnde

HASTAE ſubijcere, quod uulgò, **Vergandten** uocãt, eſt uẽdere in auctione, quæ fiebat appoſita haſta. De qua lege Beroaldum quarto in Propertiũ Comment. Id genus uenditionis eleganti uocabulo Tertullianus Haſtariũ nominauit. Cæterùm ius Haſtæ pulchrè tractat Zaſius in Scholijs in l. ij. de Orig. iur. Sp.

HASTAM abijcere, translatè eſt cauſſæ diffidere & contentionem relinquere, **des handels abſthen**. Spieg.

HAVSTVM, eſſe ius hauriendi aquã è puteo uicini, Iuriſconſ. indicat in l. j. de Ser. ruſt. præd. Porrò hauriendi ius, non hominis, ſed prædij eſt. autore Pomponio in l. ſi mihi. in fin. de Seruit. ruſtic. præd. Adſtipulatur Paulus in l. cum fundus. ff. Commun. prædior. Spieg.

H AE

HAEREDITAS nihil aliud eſt, quàm ſucceſsio in uniuerſum ius quod defunctus habebat. Et ideò hoc nomine etiã damnoſa hæreditas continetur. Diuiditurq; in duodecim uncias, quæ Aſsis appellatione continentur. l. nihil aliud. & l. hæreditatis. de Verb. ſig. Lege, As.

HAEREDITAS, ipſum ius eſt perſonam defuncti referens, non autem facultates. l. hæreditatis. & l. pecuniæ. §. hæreditas. eod. ideoq; ab ipſis rebus hæreditarijs differt. Vnde qui hæreditatem uendit, rebus hæreditarijs euictis, nihil præſtat. Hæreditas nomen ſeruat, etiamſi nulla corpora hæreditaria ſint. l. hæreditas. de Petit. hæred. Et in multis partibus iuris, pro domino habetur: ideoq; hæreditati quoque, ut domino per ſeruum hæreditarium acquiritur. autor Hermog. in l. hęreditas. de Acquir. rer. dom. Sp.

HAEREDITATIS appellatione neque legata, neq; fideicommiſſa continentur, teſte Caio in l. ſi Titius. ff. de Legat. iij. Spieg.

HAEREDITAS & augmentum recipit & deminutionem. Vlpian. in l. item ueniunt. §. item non ſolum. ff. de Petit. hæredit. Spieg.

HAEREDITATIS aditio, eſt modus adquirendi dominium iure ciuili introductus, atq; adeò quædam actio: hęreditas uerò bonorũ uniuerſitas, quam reliquit poſt ſe defunctus. Caius Iuriſconſ. in l. nihil aliud. de Verb. ſig. aditionem hæreditatis potius, quàm ipſam hæreditatẽ definire uoluit. Nam cum hæreditas ſit relatio iuxta æqualitatem & inæqualitatem, ipſe definiuit iuxta actionem & paſſionem. Quod ſi conſideraſſet Bartol. in Rub. ff. de Acq. hæred. in ea definitione explicanda tantopere nõ fuiſſet anxius. Hoc uidere potuit homo excellenti ingenio atque doctrina Apellus, apprimè bonis literis inſtructus. Sp.

HAEREDITATE uenire bona dicũtur,

quæ iure hæreditario alicui obueniunt. Cic. de Inuent.

HAEREDITATEM adire dicitur is, qui hæres factus, uel autoritate prætoris, uel qua uoluntate in hæreditatem ſe intromittit. Spieg.

HAEREDITATEM in capita diuidi, nihil aliud eſt, quàm eã in tot partes, easq́ꝫ æquales diſpeſci, quot ſunt capita quibus ſolet deferri. In Stirpes uerò ſucceſſio diuiditur, quando liberi parentis ſui locum adſumentes, in eam hæreditatis partem duntaxat ſuccedunt, quam parens ubi ſuperſtes eſſet, adſecutus fuiſſet. Sic dicta, quòd ſecundum ſtirpes atque radices eius domus confertur, & poſtea in ſucceſſores ex ſingulis ſtirpibus, pro cuiuſq́ꝫ portione diſijcitur. Vide infrà, In capita ſuccedere.

HAEREDITAS communis, quæ ad utrunq́ꝫ æqualiter lege ueniebat. Cicero pro Flacco.

HAEREDITATEM creui, pro acquiſiui: quæ locutio & apud Ciceronem non eſt infrequens: qua quidem uulgus iam uti cœpit. Neq́ꝫ tamẽ, Vigl. inquit, ſcio, an quiſquam rectè intelligat. Arbitratur is, non à decernendi ſignificatione dictã Cretionem, ſed à cernendo, id eſt, uidendo: quod Varronem quoq́ꝫ uelle putat, libro quinto de Verb. orig. Sp.

HAEREDITAS delata. Vide, Delata hæreditas. & l. is poteſt. ff. de Acq. hęr. Item ordo deferendæ hæreditatis ab inteſtato ſine ullo dolo repudiatæ, cuius cognitio ad alia quoq́ꝫ proderit, tractatur Nouell. de Hæredib. & Falcid. §. etſi nemo alius. & ſeq. Conſtit. j. Sp.

HAEREDES, ait Iuſtinian. ad finem tit. Inſtit. de Hæred. qual. ueteres pro dominis appellabant. Idem tradit Feſtus. Dicimus & herum adhuc dominum. Sed tamen uix uidetur quod & à Viglio annotatum eſt, hoc ab eodem fonte deriuari, quũ illic prima corripiat, hic diphthõgus ſit: ut ab hærẽdo potius uideatur hæres dictus: quia proximus teſtatori, uel defuncto in bonorum dominio hæreat, ſuccedatq́ꝫ: uel ab ære. nam & lex xij. Tab. hæreditatem nonnunquam pecuniam uocat. Sp.

HAEREDITAS fideicommiſſaria, à fide hęredis, cui committitur, nomẽ accepit: quæ & fiduciaria appellatur. Sp.

HAEREDITAS iuſta dicitur, quæ iure legitimo obuenit, id eſt, cognationis nomine. Hic enim titulus hæredis pleniſſimus eſt, & omnibus partib. iuris nixus. Ex Budæi Annot. pr. Sp.

HAEREDITAS legitima dicitur, cum ſit ſucceſſio ab inteſtato. Honoraria prætoria, cum bonorum poſſeſsionem accipimus: Teſtamẽtaria uerò, ex ſe nota. Zaſ. in tit. Inſtit. de Action. §. item ſi quis.

HAEREDITAS lucroſa, Caius. ff. ſi quis omiſs. cauſ. Teſtam. Nam liberũ, inquit, cuiq́ꝫ eſſe debet, etiã lucroſam hæreditatem omittere: quod pulchrè declarat Vlpian. in l. quia autem is. §. nõ ſimpliciter. eod. tit. Spieg.

HAEREDITATEM luctuoſam ꝓſequi. Vide Zaſ. in l. ſi mater. ff. de Except. rei iud.

HAEREDITATEM meã cum Titio partiaris, te rogo Luci Titi, pro hoc, Paulo autore in l. ubi parce. ad Trebell. accipiẽdũ eſt, rogo hęreditatẽ illã reſtituas. Sp.

HAEREDITAS ſine ſacris. Quære, Sine ſacris hæreditas.

HAEREDIS nomen, latiore ſignificatione poſſeſſorem et fideicommiſſarium, & legatarium comprehendit. Sp.

HAEREDIS appellatio, etiam ultra proximum hæredem extenditur. l. fin. C. de Hæred. inſtit. Vnde ſolemus dicere, & quidem Alciato teſte, ex ſermonis proprietate, hæredis hæredem, teſtatoris hæredem eſſe.

HAEREDITATEM ſibi, ſeq́ꝫ ei obligare, l. nam & Ser. §. qui negocia. ff. Neg. geſt.

HAEREDITATIS procurationem ſuſcipere in prin. l. debitor meus. ff. Negoc. geſt. Spieg.

HAEREDIS appellatione, omnes ſignificari ſucceſſores, credendũ eſt. l. hæredis. de Verb. ſig. Quinetiam Hæres ſingulariter nominatus, ad poſt natos porrigitͬ hæredes. l. tale §. ult. ff. de Pact. Sp.

HAEREDITARE, uulgare ſordidumq́ꝫ uerbũ eſſe monuit Alc. legiq́ꝫ haud dubiè corruptè in antiquis Codicib. Cicer. lib. ij. ad Atticũ, epiſt. prima: Cum in Sicilia hęreditatẽ ſæpe hæreditaſſet. Vnde aliqui emendarunt, legẽtes, ędilitatẽ ſæpe dictitaſſet: uerũ cum, quid ſit dictitare ædilitatem, non ſatis conſtat. meritò ille putat, quod minus receditur ab exẽplari, ſi legatur: Cum in Sicilia hæreditate ſeſe ditaſſet. Sp.

HAEREDITARIAM pecuniam, hæreditatis nomine accipi poſſe ἀναφορικῶς, Alciatus annotauit. Sp.

HAEREDITARIA ſepulchra. Vide, Familiaria ſepulchra.

HAEREDITARIVS debitor intelligitur is, qui ſeruo hæreditario promiſit, uel qui ante aditam hæreditatem damnum dedit. Autor Paulus, l. ſed uerum. de Petit. hæredit. Sp.

HAEREDITARIVS ſeruus uerè dicit̃, cũ hæreditas adhuc iacet, à nemine poſſidetur. Vide Zaſium in l. poſſeſsio. §. ueteres. ff. de Aquir. uel amittend. poſſes. Spieg.

HAEREDIVM, ut Budæus docet, quaſi debitũ ſit id bonum, non aduenticium: dictum, quòd hęredem ſequeretur. Hoc hodie proprium, quod olim hæredium auitum uocabatur. Sp.

HAEREDVM nomine, in Feudalib. Placitis, filij interdum intelliguntur. Sp.

HAERES olim dicebatur dominus. §. item extraneus. Inſtit. de Hæred. qual. & differ. hodie plerunq; certarum rerum: uel eſt quaſi dominus, uel habet ius in re tantum. Neq; enim in his rebus plus habuit defunctus. l. & non tantum. §. ueniũt. de Petit. hæred. Quod niſi dixerimus, nulla erit prorſus, Apello teſte, inter Rei uendic. & Hæred. petitionẽ differentia. Porrò Heres iuris interpretatione eandem perſonã ſuſtinere creditur, quam defunctus geſsit: & ideò ad eum transfertur: quæ propter mutuum conſenſum iure Ciuili, uel gentium obligatio oritur: quę iuris eſt. Quin & hæres, & hæreditas, unius perſonæ uice funguntur, licet duas appellationes recipiãt. l. hæreditas. ff. de Vſucap. teſte Alberic. Hæres item nomen Deæ, cui ueteres poſt acceptã hæreditatem rem diuinam faciebant. Sp.

HAERES ſingulariter nominatus, extenditur etiam ad poſtea natos. l. tale. §. ult. de Pact.

HAERES anomalus, ſiue ſucceſſor, is dicitur, qui inuenitur ſine certa qualitate. Zaſ. in Intellectib. citat Gloſ. in uerbo. ſucceſſor. §. pen. Inſtit. de Eo, cui libert. cauſ. Spieg.

HAERES ab inteſtato eſt, qui ſuccedit in ius defuncti ſine omni teſtamento. Inſtit. de Hæred. quæ ab inteſt. defer.

HAERES ex aſſe. Vide, As.

HAERES certus. Lege, Certus hæres.

HAERES damnas eſto. Lege, Damnas.

HAERES Legatarius. Lege, Legatarius.

HAEREDES legitimi. Lege, Legitimi hęredes.

HAEREDES neceſſarij, olim fuerunt ſerui: quòd domini eos uel inuitos inſtituebant: ob immodicam poteſtatem, qua et eos occidere olim poterãt. Quod quum Chriſtianis non liceat, hæc hæredum ſpecies in deſuetudinem abijt. Vide, Sui & neceſſarij hæredes. Sp.

HAERES præcipiens, **dem etwas vor andern verſchafft iſt**, dicitur apud Papinianum in l. pecuniæ ſortem. & l. cum unus ſeq. ff. de Aliment. legat. Sp.

HAEREDEM relinquere, & ſcribere, rarius, facere hæredem ſæpiſsimè, Cicero dicit. Spieg.

HAERES ſecundus. Quære, Secundus hæres.

HAEREDEM ſuũ naſci dicimus, qui poſt mortem naſcitur, quoniam ſicut uiuentis nemo eſt hæres, ita nemo teſtatori uiuo ſuus hæres naſcitur. Futurum autem hæredem naſci, qui uiuo teſtatori ſuus naſcitur: quòd futurus pro parentum uoto ſperatur. arg. l. ſcripto. ff. Vnde liberi. Igitur dicitur naſci nõ ſuus futurus, quẽ alius præcedit. Ex Salomon. ſubtili proprietatis ſcrutatore, in uulgatiſs. l. Gallus. Spieg.

HAERES Teſtamẽtarius, ex ſe notus. Sp.

HAERESIS, Græca uox, latinè ſectam ſonat, ambiguum nomen, odioſum eſt noſtro uſu factum: quoniam ijs accommodatur, qui non unam Eccleſiam Catholicam ſequuntur, ſed ſua iudicia, ſuaſq; priuatas ſectas. Viues in cap. xij. lib. viij. de Ciuit. Dei, Eraſ. noſter ca. xxvj. in Acta Apoſt. in bonam partẽ accipi Hæreſim annotauit: & pro diſsidio, ab Apoſtolo c. xj. prim. epiſt. ad Corinthios. Tertullianus indicat Hæreſes dictas, ex interpretatione electionis, qua quis nouum aliquod dogma, uel ab alio prius inuentũ amplectens, utitur. At hoc Chriſtianis non licere, qui duces ſequimur Apoſtolos. Nam & hi nõ ſuã, ſed à CHRISTO doctrinã maioribus noſtris tradiderunt. Ex Argumẽto per Beat. Rhenan. in lib. de Præſcrip. aduerſ. hæret. Sp.

HAERESES, quæ orthodoxis ſunt dogmata peruerſitatis, illaqueãtia animas, & in

& in profundum præcipitantia, naſcuntur, quum ſcripturæ bonæ, intelliguntur nō bene: & quod in eis non bene intelligitur, etiā temere & audacter aſſeritur. Autor diuus Auguſtin. in princ. Tract. xviij. in Euangelium Ioannis. Sp.

HAERESES in bonam partem uſurpat Modeſtinus, quaſi priuatas, ſingulares, in l. ſi duas. ff. de Excuſat. tut. Annotauit & Zaſius queſt. j. de Iudeis. Sp.

HAERETICI dogmatis infamiam ſuſtinere, apud Iuſtinianum ad fin. l. j. C. de Sum. Trin. uide Alciat. ſuper his uerbis: itemq́ mox ſequētibus nempe, Diuina primum uindicta, quę falſo à quibuſdā interpretantur, minimè quadrantia Legiſlatorum temporibus. Sp.

HAERETICVM dicunt noſtri, qui ſingularibus opinionibus, poſt admonitionē innititur, ſeipſum ab Orthodoxis, hoc eſt ab his, qui cum Eccleſia ſentiūt, ſeparans. Vnde hæretici, ut intrepretes tradūt, execrabiliores Iudæis habētur: quia fidem quam profitētur, uiolant. Ac ideò prohibent̄ ubiq́ cōgregari, ſed intra oppida prẹſertim, ubi maius eſt periculum, ne alios inficiant, & malo ſint exemplo. Qua ratione lenones de urbibus pelluntur. in Aut. de Lenon. in fin. & meretrices de uicinia pudicarum: ſicut ſcholaris facinoroſus, de collegio: leproſus, uel peſtilens de ciuitate. Not. in l. caſus. C. de Teſtam. Obſeruandum autem quòd hæretici ueteri iure notantur infamia facti, non autem iuris, niſi prius condemnati fuerint: ut tradit Alciat. in tit. C. de Sum. trin. & fid. cath. l. j. At noua Friderici Imp. lege, ipſo iure hæretici notantur etiā iuris infamia. Aut. Gazaros. de Hæret. de quo latius diſſerit idem Alciatus loco iam citato, & l. nullus enarrās. eod. tit. ait, quòd hæreticus nō poteſt aliquid impetrare, uel impetrato frui, niſi quod in damnum ſui uergat.

HAERETICORVM libros domi habere non licere, colligit Fr. Syluius exemplo Sex. Titij: qui alioqui innocens erat, & lata lege Agraria, apud Populum gratioſus. Itaq́ abſolutus fuiſſet, niſi Saturnini imaginē domi ſuę habuiſſet: ſed quàm rectè, ipſe uiderit. Pighius acerrimus, incomparabilis Eraſmi Roter. purioriſq́ Theologiæ reſtaurandę hoſtis, nullo primitiuæ, atque ſanctorum patrum exemplo, perſtringit ipſum eo potiſsimum, quod M. Luthero Oecolampadioq́ reſcripſerit literas.

H E

HEBDOMADAE, quas latini Septimanas appellāt, ſeptem dierum, ſecundum communem uſum, intelliguntur. Alibi tamē de ſeptenario numero quarūcunq́ rerum dicuntur. Vnde Leuitici xxv. Numerabis quoque tibi (inquit Dominus ad Moſen) ſeptē hebdomadas annorū, id eſt, ſepties ſeptem annos. Septenarij numeri Iuſtinianus meminit in l. ij. §. quod cœleſti. C. de Vet. Iur. enucl. Sp.

HELCIARII ſunt qui onera funibus moliuntur: uel qui naues deducunt, ſubducunt'ue, ad officia inuicem adhortantes. ab ἑλκίζω, quod eſt, traho. Budæus in l. j. de Recept. arb.

HELIOCAMINVS, ſolis euaporatio, ſeu æſtuarium dicitur. ἀπὸ τοῦ ἡλίου καὶ καμίνου. Locus ad quē ſol hybernus accedens, ipſum euaporat & calefacit. Alexand. Neapolit. Genial. dier. libr. v. cap. v. Extat dictio apud Vlpianum, in l. arborē. de Seruit urb. præd. Sp.

HEPATICVS, qui hepatis morbo laborat. Hic à Iuriſconſulto inter morboſos cenſetur: l. qui clauum. de Aedilit. edict. Spieg.

HERBARIVS, peritus herbarū, radiciſeca.

HERBVLAE quæ ligni appellationis cōtinentur apud Vlpian. in l. ligni. §. lignorū. de Legat. iij. Extat & apud Ciceron. lib. de Natur. Deor. ij. Sp.

HERCVLIS nomen cur nothis conueniat, oſtēdit Alc. cap. iij. lib. iiij. Parerg.

HERE Accurſius in l. j. ſi cert. pet. pro herilè aduerbialiter exponi poſſe tradit nimis barbarè, ineptéq́. Nā, quod ab Alciato quoq́ in eadem l. annotatum, benè eſt, inſtar nominis habet. ut apud Terentium ponitur. Eamq́ receptiorē probat lectionem. tametſi ff. Florentinis, E' re, id eſt ex utilitate, uel ex præſenti materia legitur. Sp.

HERILIS, domini filius à ſeruis in Comœdijs frequenter appellatur. Sp.

HERVS pro domino ſimpliciter. item uide, Infans.

HERVS, familiare Comicis uocabulū, ab Vlpiano expoſitū, cum inquit: Legis autē Aquilię actio hero cōpetit, hoc eſt, domino. l. item Mela ſcribit. §. penult. Sp.

HERMAPHRODITI, qui Mercurij & Veneris filius fuit, nota eſt fabula. Hic fuit Androgynus, id eſt, utrumque ſexum habens, fœminę ſcilicet, & maſculi. Hinc omnes Androgyni uocantur Hermaphroditi. Paulus de Teſtib. l. repetũdarum. Hermaphroditus an ad teſtamentum adhiberi poſsit, qualitas inualeſcentis ſexus oſtendit. Idem cenſuit Vlpian. in l. quæritur. de Statu hom. Antiqui, Nebriſſenſis ait, Hermaphroditos ἀνδρογύνους, hoc eſt, ſemiuiros, & ſemifœminas uocabant. Vlpianus de Liber. & poſthum. l. ſed eſt. Hermaphroditus, inquit, & maximè ſi in eo uirilia præualebunt. Spieg.

HETEROPLON. Lege, Amphoteroplon.

HETRVSA, prodigia, portenta ad Hetruſcos & aruſpices, ſi Senatus iuſſerit, deferunto, ait Lex. xij. Tab. uide in hunc locum, quæ doctè adnotauit Oldend. cap. vj. tit. j.

H I

HIACYNTHVS, & flos eſt, & gemma. huius fit mentio in l. unica. C. Non lic. in fren. equ. lib. xj. in ea fulgor uiolaceus dilutus eſt. autuor Plinius. Sp.

HIC, hæc, hoc, & quando demonſtrant, & quem alium ſenſum pariant, Bart. explicat in l. j. de Oper. nou. nunc. & in l. Conſtit. C. & in l. Meuius. §. duobus. de Leg. ij. & in l. huiuſmodi. de Verb. oblig. & copioſius in l. j. §. huius ſtudij. ff. de Iuſt. & Iur. Spieg.

HINC, haud rectè ad tempus refertur ab Interpretibus, quum aduerbium de loco ſit. Eleganter tamen ponitur pro, Ex hac cauſa, iuxta uulgatum illud, Hinc illæ lachrymæ. & pro, ex hac parte. ut in l. fulcimus. ff. Ex quibus cauſa in poſſeſs. eat. Spieg.

HINC inde, pro undecunq;, circumquaq;, uox Canoniſtis familiarior.

HIRENARCHAE, non habet græce adſpirationem. Vide, Irenarcha.

HIERARCHIAM, orthodoxi doctores interpretantur, ſacrum illum Principatum, quem Chriſtus inſtituit. Hunc ſchiſmatici & hæretici ab initio ſemper ſibi uendicarunt: unde toties legimus, Chriſti Ecleſiam per ſchiſmata & hæreſes eſſe exagitatam. Vtinam non & æuo hoc noſtro. Spieg.

HIEROGLYPHICAE literę ſacrę. Quo nomine dictæ ſunt Aegyptiæ, quę notis uolucrum, ferarum, aliarumq; rerum prę notatæ erant: de quibus extat elegans opuſculum Ori Apollinis Niliaci, à conuictore noſtro Trebatio, apud Conradũ Peutingerum v. c. latinitate donatum. Modeſtino in l. inter eos. Ex quib. cauſ. maior. Notis ſcribere, eſt compendioſo ſcribẽdi genere excipiendo uti. Eos qui notis ſcribunt acta Præſidum Reipub. cauſa, non abeſſe, certum eſt. Sp.

HIEROPHYLAX, ſacrorum cuſtos. ἱερὸς ſacer, φυλάττω, cuſtodio: Latinè Aedituus, uel Aeditimus. Scæuola de Ann. leg. l. annua. Sacerdoti, inquit, & hierophylaci, & libertis. Quęre, Quiſquis mihi hęres erit, fidei eius committo, ut det ex reditu cœnaculi mei.

HIEROSIARCHVS is dicitur, qui præpoſitus reb. ſacris fuiſſet: quaſi Princeps ſacrorum. ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, quod eſt, ſacrũ: καὶ ἄρχου, princeps: quaſi rerum & ſacerdotij caput. Pontificis Max. proprium eſſe cõuenit. Alexander pro Hierophylace, in iam citata l. Hieroſiarcham legit, Gen. Dier. lib. v. c. xvij. Sp.

HIPPAGIVS, Alciato idem eſt quia armiger.

HIPPOCOMI, ſtabularij ſunt, qui equos curant. ἵππος enim equum ſignificat, κομίω, nutrio, curo. Alc. in l. quoniam. C. de Curſu pub. lib. xij.

HIPPODROMVS, ubi equi ad curſum incitantur.

HIPPONIS Iulianus meminit in l. nauis aduerſa tempeſtate. ad Leg. Rhod. de Iact. nimirum eius quod Hipponium Straboni eſt, Locrorum colonia: quam, ut et Plinius dicit, à Romanis Vibonem deinde Valẽtiam appellatam. Vrbs adhuc extat, ſinum' que efficit Hipponiatem. Sunt item duo Hippones in Aphrica, Straboni, Melæ, Plinio, Ptolemæo, ab equitibus Græcis dicti: ut Solinus inquit. ἵππος enim equus eſt Græcè. Alter eſt enim in ſinu Hipponẽſi citra Carthaginem. Diarrhyton dicitur: quòd paluſtri agro ſitus, à fluore: Plinius. Huius Epiſcopus fuit diuus Auguſtinus. Eſt alter Hippo regius, ulterius à Regibus inhabitatus. Albericus, Hippones, ait, nomen eſt loci. Sp.

HIRCIS, & Coloritis, uocabulis nihili ſublatis è Præfatione Iuſtiniani, ad Pandectas,

ctas, tametſi ea Interpres pro maximè idoneis enarrauit: germana nobis reſtituit Politianus. Sp.

HIRCVS, fœtor eſt alarum, quem Plinius alarum graueolentiam appellat. & aliquando uirus eſt alarum. Hircoſum, hoc eſt, qui hircinum dolorem olet, negat Vlp. morboſum eſſe. Sp.

HISTEROLOGIA, hoc eſt, conuerſo ordine, quandoq; Iuriſconſultus utitur. ut cum prius determinat ſecundam quæſtionem quàm primam. l. iij. §. Labeo. de Incend. Dicitur etiam, Hyſterōpoteron. Ex Alciato. Sp.

HISTORIA, propriè eſt earum rerũ, quibus gerẽdis interfuerit is qui eas narrat, Vnde nomẽ habet ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν, quod eſt uidere. Tradũt noſtri, libros & ſcripturas in publicam cuſtodiam, rerum geſtarũ gratia, repoſitos, integram fidẽ habere. l. cenſus. ff. de Probat. in hoc autẽ non editos, redigi ad ſemiplenã probationẽ. Videndi doctores, qui in l. j. de Rebus cred. ſcribunt, quid ſentiendum ſit de ueтuſtis Chronicis, & libris. Sp.

HISTRIONES ſunt, qui perſonam agũt in fabulis. Dicti, ut quidam uolunt, ab Hiſtro flumine: quemadmodum & Daui, quaſi Dacij, à Daco fluuio: quia ferè ſerui erant, qui hiſtrionicam faciebant. Quidam autem ab Hetruria hiſtriones dictos uolunt: ubi cum Ludiones primũ uocarentur, quia Thuſco uocabulo Hiſter Ludio uocatur, ideò hiſtriones appellari cœpti ſunt. Neceſſe autem erat, hiſtriones perditiſsimis fuiſſe moribus, & deploratæ nequitiæ: cum in ea ciuitate, puta Romana, pro ciuibus non haberentur: cuius erant tam multa millia hominum flagitioſorum & facinoroſorum ciues. Itaque non mirum eſt, illos fuiſſe notatos infamia. Sp.

HISTRIONEM balneatorem facere, abuſionis exemplum, relatum ab Vlpiano in l. ſed etſi quid. §. j. ff. de Vſufr. Sp.

H O

HOC amplius. Quem ſenſum hæc uerba inducant, Bartol. explicat in l. ſi tibi purè. de Leg. iij. & in l. libertis. de Condit. & demonſtr.

HOC anno. Quid hæc ſibi uelint, uide l. qui hoc anno. ff. de Verb. obligat. & l. j. §. quod autem. & §. item quæſitum. ff. de Aqu. cotid. Alberic.

HOC eſt, pro, id eſt. in l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de Tranſact.

HOC mihi probatur, Ciceronianũ eſſe, Budæus oſeruauit.

HOC prætextu. in l. apud eum. ff. Si tut. uel cur. pro obtentu, ſiue colore. Sp.

HODIE, pro quouis tempore huius diei: nec differt, nec conditionem inducit, ſed præſens tempus reſpicit. l. liber homo. §. j. ff. de Verb. oblig. l. Prætor. §. præterea. de Iniur. Cicero pro hodie ſic diem hodiernum dixit, ut Græci dicunt, τὴν τήμερον ἡμέραν. Canonica decreta, hodiernum diem, donec ſeculum durat, intelligunt, xj. q. iij. nolite. Sp.

HODIE, non retro. Vlpian. in l. furti. ff. de his qui not. Quamuis ſi iniuſta appellatio eius uiſa ſit: hodie notari puto, non retro. Spieg.

HODIERNVS. Vide, Modernus.

HOLOBARAE ueſtes, quæ ob aurum intextum graues ſunt: βαρὺς enim Græcè, grauem ſignificat. Inde apud Homerum βαρείας χεῖρας. Alciatus C. de Veſt. holob. lib. xj.

HOLOBRIZAE ueſtes, quę totæ ſunt ex obrizo: quod aurũ puriſsimũ eſt, & quã tumuis coctum, non diminuitur. Alciat. C. de Veſt. holob. lib. xj.

HOLOGRAPHA ſcriptura, teſtamenta manu ipſius teſtatoris integre deſcripto, unde & nomẽ ſumpſit. ὅλον enim totum ſignificat. Hinc & Holopygiũ Catullo. Ex Alc. Parerg. Sp.

HOMAGII, ſiue Hominij nexus (uocabula ſunt feudiſtarum) quo diſtet à iuramẽto, ut ijdem uocant, fidelitatis, not. in c. ex diligenti. de Simonia. & c. nimis. de Iureiur. Spec. de Feud. §. nunc. de Homagijs. Vide, Cliens fiduciarius. Sp.

HOMERVS, omnis uirtutis pater appellatur §. ult. in Procem. Pandect. autoritateq; eius dictum, firmat iuriſcons. in l. j. §. j. de Cõtrah. empt. Nam in ſua cuiuſq; arte legitima eſt probatio. quales ſunt, qui communi ſtudioſorum calculo, per Academias iam diu approbãtur. ut Hippocrates, Galenusq;, Medicis. l. ſeptimo ff. de Statu hom. Plato, & Ariſtoteles, Philoſophis. l. j. de Nũd. l. ſi pater. de Solutio. Liuius, Saluſtius, Tacitus, Hiſtoricis. l. in quæſtionibus. ad Leg. Iuliam Maieſt. l. j. de Offic. Quæſt. Cicero, & Virgilius, Humanitatis profeſſoribus. l.

Cicero. de Pœn. l. in tantum. in fin. de Rer. diuiſ. Licet autem maxima diſſenſio ex Græcis autoribus pateat de Homeri temporibus, & de patria, & parentibus: tamen quācunque rationem temporum ſequi libeat, Homerus erit urbe Roma antiquior. Quantum uerò honoris illi habuerit antiquitas, Macrobius teſtatur. Spieg.

HOMICIDIVM propriè eſt, cum homo cæditur, hoc eſt, occiditur. à cæde enim deriuatur, ut Alberic. uoluit, citans l. ita uulneratus. in princ. ibi adhibita manu. ff. ad Leg. Aquil. At Dominus in Euangelio, omnem iniquum modum ad nocendum fratri, homicidiū appellat: eodē teſte. Cæterū, homicidij reus olim adeò abominādus, ut arceretur ſacris & foro, quoad iudicium peractum eſſet. Hodie patent ijs, quos conſtat eſſe in reatu cædis, uel templa, uel loca, quæ ius, ut aiunt aſyli à Principibus, ſed neſcio quàm iuſte ad hanc criminis ſpeciē impetrarunt. Equidem puto, nec ſanctiores aras tueri debere, qui prudentes necem humanam admiſere: cum hominem homini inſidiari, nefas eſſe cenſuerit Florentinus, in l. ut uim. ff. de Iuſt. & Iur. Sp.

HOMINIS nomen unum nobis natura dedit. Omnes enim homines appellamur. Iure gentium tria eſſe hominum genera cœperunt. Sunt enim liberi: & qui ijs opponuntur, ſerui. Eſt & tertium genus libertinorum, id eſt eorum qui ſerui eſſe deſierunt. autor Theophilus. Hominis appellatione, Caius ait, tam fœminam, quàm maſculum contineri, non dubitatur. Quod dictum ad naturam humani generis referendum eſt. Nam illud conſtat, ut atteſtatur Alciatus, cum hominem dicimus, quemcunque contineri, non ſolum ſiue maſculus, ſiue fœmina ſit, ſed ſiue liber, ſiue ſeruus, ſiue pubes, ſiue impubes. l. iij. §. j. de Lib. hom. exhibend. Tametſi regulæ triuiales affirmēt eſſe communis generis, nuſquam tamen legitur iunctū cū adiectiuo: neq; de muliere ſeparatim quiſquam dixerit, Homo pulchra, teſte Glareano, uiro undequaque doctiſsimo. Quod Sulpitius ad Cironem ſcribens, ait, Quoniam homo nata erat: eadem ratione dici poterat, ea nata erat animal, hoc eſt conditione mortali. Sed Alciat. allata Caij uerba, in ſuis Commēt. ad tit. de Verb. ſig. explicans: Nō, ait, generis communis, ſed commune nomen eſt, & tam maſculum, quàm fœminam continet: idq; exemplo Græci ſermonis, ἄνθρωπος. Nam & Hæbræi Adam, quo nomine terra natum hominem ſignificant, ad utrumque ſexum referunt. ut habetur apud Moſen. Creauit eos, & benedixit illis, & uocauit nomen eorum Adam. Dicitur autem Homo, ſiue ab humo, ſiue à cōcordia, ἀπὸ τῆς ὁμονοίας, quòd nullum animal ſit ſocialius. Itaque ubi non eſt mutua charitas, ac ſocietas amica, ibi non ſunt homines. Et hinc apparet, Legē quę de hominibus loquitur, etiā de fœminis accipiendam eſſe, & quidem propriè. l. j. de Verb. ſig. Quod arbitratur Bart. etiamſi articulus Quis, proponatur. Verùm Alciatus dubitat, motus exemplo græcorum, qui per articulos, ὁ, καὶ ἡ, ſexum diſtingunt. Attamen hominē dici eū qui in utero eſt, Lex uetat. l. cum inter. de Fid. lib. iubens expectari, poſtquam natus eſt, & in terram ceciderit. Quæ uerba uenuſtè interpretatur Alciatus, in l. hominis. de Verb. ſig. Spieg.

HOMINEM pignerari quid ſit, doctè explicat Budæus in poſter. Annot. improbatq;, quod iuris Interpretes maluerint Repreſſalias dicere, quum latinè Pignerationes uocentur. c. unico. de Iniur. libr. vj. Spieg.

HOMINIS Legatum, orationis compendio ſingulos homines complectitur. l. Meuius. §. duorum. de Leg. ij. Sp.

HOMINVM, qui noſtro tempore, uel ſeruis, uel libertis accedunt, alij proprij dicuntur, alij clientes, ſeu ut uulgò uocant, Vaſalli nominantur. de quibus ut Zaſius noſter latè, ita nec uulgariter tradit, quidquid ad horum conſideratione͂ pertinet.

HOMO homini Deus. Homo enim conditus eſt, ut cæteros homines pro uirili tueatur, ac iuuet. hinc & illa lex naturæ extitit: Quæ uultis ut uobis faciant homines, uos quoq; facite illis. Antiquitas nihil aliud exiſtimabat eſſe Deum, quàm prodeſſe mortalib. Vnde frugū, uini, legū autores, et quicūq; ad uitę cōmoditatem aliquid attuliſſet, eos pro dijs habebat. Itaque naturali obligatione, tametſi ciuili nō debēt, potētiū eſt tueri tenuiores, ad-

uerſarias iniurias diuitū, largiri egentib. Vide Eraſ.in Chiliad.& Melancht.paulo ante fin.ij.Philoſoph.Moral.Sp.

HOMO debilitatus,uel uulneratus. l. non ſolum.ff.de Rei uindicat.Homo uerberatus.eod.l.item ſi homines tenuis uitæ. Iuriſconſ.in l.illicitas.de Offic.Præſid. eleganter uocat, quibus tenuis eſt res familiaris & anguſta.Sp.

HOMO honeſtioris loci,apud Vlpian.in l. cum hi.§.ſanè ſi is.de Tranſact.

HOMO in fructu hominis eſſe non poteſt. Adi Vlpianum, l.uetus.ff.de Vſufruct. Spieg.

HOMO prouincialis.uide §. apud Labeonem.l.hæres.ff.Vbi quis ager.Sp.

HOMOLOGARE,eſt roganti promittere,auctorem fieri, & aſſentiri. Vſus eſt hoc uerbo Imp. in §. fin. l. ne in arbitris. C.de Rec.arbitr. Vide Budæum in Annot.prior.& Olden.in Copia.Sp.

HOMOLOGIA,Græca uox,pactum, aſſenſum,confeſsionemq́ ſignificat.

HOMOVSION,uocabulum, apud Iuſtinian.in l.iiij.C.de Sum.trinit.conſubſtātiale latinis eſt: quod in filio Arrius, in ſpiritu ſancto Macedonius negabat. At Neſtorius, CHRISTVM filium Mariæ hominem tantum credidit, ſuperueniſſe que deinde in eum diuinitatem: quibus nō minus deteriora prodidit Eutyches, qui Chriſto diuinā ſolū naturā aſſeruit. Quapropter Arrius Nicena, Macedonius Cōſtantinopolitana, Neſtorius Epheſia, Eutyches Chalcedonia Synodo codemnati ſunt.c.ſunt igitur.xv.Diſt.& xxxiiij.q.iij.c.quidam.Sp.

HONESTA, ea Bart. interpretatur,in l. j. C.de Dignit.quæ ab honeſtis communi ſententia perſonis geruntur.Sp.

HONESTAE perſonę,item quę uiles ſint habendæ, prolixius tradit Alciatus, interpretās l.mercis appellatione.de Verbor.ſig.Spieg.

HONOR, pro dignitate apud Caium, in l. nuper. de Donat.int.uir. & uxor.Propriè reuerentia eſt, quam alicui exhibemus in uirtutis teſtimonium.

HONOR pro dono, in l. ſi mandauero.in prin. ff. Mand. Item pro præmio, & ut uulgò appellant, arra.in l. j.§.proinde.ff. de Var.cognit.

HONORIS cauſa donatio quę dicatur, indicat Iuriſcons.in l.nuper.ff.de Donationib.inter uirum & uxorem.

HONORIS cauſa nomino.Id perſæpe dicit Cicero, quum uiuum aliquem nominat,in quo aliqua ſuſpicio cōtumeliæ latêre poſsit.Id etiam de honeſtiſsimis hominibus, aut amiciſsimis dici conſueuit: atque hoc etiam ipſius Ciceronis exemplo.Spieg.

HONOR ciuitatis, quo in ornatu ſitus ſit, Iuriſcons. oſtendit. in l. ciuitatib. in fin. de Leg. j.Spieg.

HONOR municipalis, eſt adminiſtratio reipubl. cum dignitatis gradu, ſiue cum ſumptu, ſiue ſine ſumptu contingens.l. honor.ff.de Mun.& hon.Sp.

HONORE pleniore, pro ampliore apud Vlpianum legimus, in l.v.§. ſi lêgata.de Leg. præſt. Sic idem honeſtiorem titulum in eod.§.dixit, pro eo qui magis decet.Spieg.

HONOREM perdere dicuntur filij, cum eorum parentes iterum nubent.in Aut. de Nupt.Alberic.

HONOR Prætoris, pro magiſtratu apud Pomponium, de Orig.Iur.l. ij.§.eodem tempore. §. Prætorum quoque.Inſtit.de Iur. nat. gent. Quia magiſtratui ineſt dignitas:rurſus dignitatē ſequitur honor, teſte Calliſtrato. ff. de Muner.& honor. Spieg.

HONORARIVM,Budæo, Alciatoq́ teſtibus, eſt præmium quod Iuriſconſultis datur.l.qui operas ſuas.ff.Locati. Quod tamen hodie priſcum nomen prorſus retinere non poteſt. Non enim iam Honorarium, ſed Arbitrarium iure uocari debet: id quod arbitratu eorum ſtatuitur qui accipiunt, non eorum qui præbent. Cicero honorarium arbitrum uocat eum, quem pars utraque ſummum ſuæ cōtrouerſiæ honoris cauſa facit iudicem.Cic.v.Quæſt.Tuſc.Sp.

HONORARIVM donum,Budæo teſte, quale hodie Principibus ſuas primùm urbes ingreſsis porrigi ſolet.Inſignes aliquot Germaniæ noſtræ ciuitates, quæ Imperiales uulgò uocantur, non Cæſares modò ſuos, ſed & alios Principes, Duces,Comites,necnon prærogatæ cū nobilitatis, tum autoritatis uiros, etiam nationis externæ, frequenter eiuſmodi honorarijs excipiunt. Hinc uocabula uſurpata, ein Fürſten ſchenck/Grauen/Herren/oder Gemeyn ſchenck.Sp.

HONORARIVM ius, idem eſt quod Prętorũ, ab honore Prætorio ſic nominatũ. §. pretorium quoque. Inſt. de Iuſt. & Iur. nat. gent. & ciuil. Vide hoc loco Theophil. & infrà, Ius honorarium.

HONORARIVM decurionatus, quod datur honoris cauſa, dum fiunt decuriones. Papinianus de Munerib. & honor. l. æſtimationem. Qui pro honore, inquit, pecuniam promiſit, ſi ſoluere eam cœpit, totam præſtare operis inchoati exemplo cogendus eſt. Decurionatus autem ſecũdum Calliſtratum municipalis honor appellatur. l. honor. eod. tit. Sp.

HONORARII ſucceſſores. Vlp. de Public. Action. Hæc, ait, actio & hæredi & honorarijs ſucceſſoribus competit. Sed honorem, inquit, haberi ei æquum non eſſe Marcellus exiſtimat. l. ſed ſi hac lege. de In ius uoc. Sp.

HONORES per gradus obtingentes in prin. l. Quę utiliter. ff. Negoc. geſt.

HONORATI etiam hi, qui Palatinã quidem dignitatem habent, adminiſtratione abſtinent: & quod Auſonius ait, Muneris exortes, nomine participes. Capitur hoc in ſignificatu etiam apud Non. Marcell. Ex Alciato. Sp.

HONORIFICVM, quod honore dignũ eſt, arg. l. Iulianus. Si quis amiſ. cauſ. teſt. Sic apud Ciceronem, Pliniũ Iuniorem, et Martialem: Si quid honorificum pagina noſtra ſonat. Sp.

HORA, tempus, hoc eſt, quamcunque æternitatis partem, ſiue annuum, ſiue diurnum, ſiue nocturnum ſpacium complectens, ſignificat. Obſeruandum autem, quòd Paulus Iuriſcons. ponderat horas diei, non numerat: atq; uult priores quinque poſterioribus ſeptem pręualere: propterea quòd ad quoduis negocium conficiendum, à prandio ſimus ineptiores. Vide Alciat. in l. ij. de Verb. ſig. & Apellum c. j. in Method. Sp.

HORARVM aquæductum habere, in l. ij. ff. de Aq. Cotid. & æſti.

HORAS, pro diebus dilatorijs, ſeu ut hodie uocant, pro dilationibus ordinarijs, à Cicerone accipi, Aſconius admonuit: quod & à Budæo in l. ſi neceſſarius. de Pignor. act. annotatum eſt. C. Scipio Naſica, cuius meminit Pompon. l. ij. de Orig. Iur. diem certas diſcreuit in horas. Siquidem ante illum uix ueſper erat diſiunctus ab ortu: ut Sabell. cecinit. Sp.

HOROLOGIVM. Vlpianus in l. quæſitum. §. Papinianus. Excepto, inquit, horologio æreo, quod non eſt affixum. Nã & hoc inſtrumento domus putat contineri. Vide Beroald. Comment. iij. & v. in Aſinum Apul. Sp.

HOROSCOPVS, eſt inſpectio horæ: eſtq; ea pars ſigniferi, quæ ſupra noſtrum hemiſphærium aſcendit, cum quid contingit. Spieg.

HORREVM, repoſitorium non ſolum frugum, frumenti, & uini, ſed aliarum quoque rerum quæ adſeruari conſueuerunt. Iuriſconſult. de Fund. inſtr. l. tabernam. Legauerat, inquit, horreum uinarium cum uaſis & inſtrumento. Et de Empt. & uend. Clauibus, ait, traditis, ita mercium in horreis conditum poſſeſsio tradita uidetur, ſi claues apud horrea traditæ ſunt. Item Locati. Dominus horreorum effractis & compilatis horreis, non tenetur. Hinc horrearius, qui prępoſitus eſt horrei cuſtodiæ. ut eo. tit. l. cum in plures. Rerũ, inquit, cuſtodiam, quam horrearius habet. Item l. Cælius. Cum horreario agendum. Et merces horreaticæ, quę in horreis adſeruantur, &c. Nebriſ. Item horreum, quicunque locus eſt, ad reponendas merces idoneus. Alc. in l. pacta nouiſsima. C. de Pact. Hinc & horrearij dicti, qui ad cuſtodiam in horreis eiuſmodi merces recipiunt. Horreum autem per ſimplex, r, mel æſtiuũ: ab hora. Nam Græci omnes fructus æſtiuos nominant ὡϱαίους. quoniam id tempus per excellentiam horam ſignificat. Sp.

HORTARI magis eſt quàm monere. Id enim quoddam quaſi imperium habet. l. iubemus. C. ad Leg. Iul. repetun.

HORTVS riguus, uel irriguus, qui iuxta aquam eſt, uel per quem medium diffluunt riui. Spieg.

HORTI amœni, urbani prædij appellatione continẽtur, autore Vlp. l. urbana prædia. de Verb. ſig. Niſi plurimũ in reditu ſint, id eſt, principialiter propter ruſticos reditus conſtituti. Spieg.

HORTI olitorij, ab olere, non ab oliuis dicti, ut Accurſius exiſtimauit. Scholiũ eſt Alciati in l. urbana prędia. de Verb. ſig. Vlp. in l. ſi cuius. §. fructuar. ff. de Vſufr. Vt fortè ait, hortos olitorios faciat, uel aliud quid, quod ad reditũ ſpectat. Sp.

HOSPES,

HOSPES, tam qui recipit, quàm qui recipitur. Gloſſa in uerb. uel uectoribus. l. j. §. magiſtri. ff. de Exerc. act. Vſurpatur itē pro homine ignaro eorum quæ aguntur. Spieg.

HOSPITALE, quod eſt hoſpitis, ſiue quod ad hoſpitē pertinet, Latinis ſignificat. Eccleſiaſtici ſuo more utuntur hoc uerbo.

HOSPITIO repentino recipi. l. pen. ff. Naut. Caup.

HOSPITIOLA modica diſtribuere, apud Vlpianū in l. ſi uerò plures. de His qui deiec. Spieg.

HOSPITIVM, antiquis domus, quæ gratis liberaliterq́ue uenienti hoſpiti patebat: unde & pro amicitia frequēter ponitur. Vide Budæum in l. ſolent. ff. de Offic. Procons. Sp.

HOSTIA, ab hoſtis fit: ſignificatq́ue ſacrificium, quod ab ijs fit, qui in hoſtem pergunt ob uictoriā, id eſt pro uictis hoſtib.

HOSTIAM nauigauit. in l. nauis. ij. ad Leg. Rhod. de iact. Vrbs eſt Latij, ab Anco Martio extructa, teſte Liuio. Militiæ, omniumque munerum uacationem habuit, præter dies xx. in aduentu Hannibalis: quo Reipubl. ſubueniretur. Sp.

HOSTIS non hoſtis, dicitur, teſte Roderod. qui nulla laceſsitus iniuria, tamen quæ ſunt hoſtium facit: aut qui pacis obtentu facit hoſtilia. Sp.

HOSTES ſunt, qui aut nobis, aut quibus nos publicè bellum decreuimus. Cæteri latrones, aut prædones ſunt, atq́ue propriè ex bello cenſendi ſunt. Nam ubi non eſt bellū, ibi nec hoſtes. l. hoſtes. ff. de Capt. l. hoſtes. de Verb. ſig.

HOSTICVM, prò hoſtili terra. apud Vlp. in l. j. in prin. ff. de Bon. poſſeſ. ex teſtam. milit. Vnde Hoſtium Hoſtilium à matre nominatum, peritiſsimi uetuſtatis referūt, quòd primus eſſet in hoſtico procreatus. Spieg.

HOSTIRE, eſt, ut ait Nonius, comprimere & recedere. Hinc Hoſtis. Eſt & ferire, autore Feſto. Eſt quoq́ue æquum reddere: tum compenſare, & æquum beneficium rependere. Vnde Redhoſtire, & Hoſtimentum, æquamentum. Deinde tamen hæc uox Hoſtis, ut teſtatur Alc. cœpta eſt in aliū ſenſum accipi, ut uidelicet perduellem ſignificaret. Nam & perduelles, iure Gentium, æquali cauſa ad bellum procedere exiſtimabantur. Sic à ueteribus dicti, quia cum illis duellum, id eſt, bellum eſſet. l. quos nos. de Verb. ſig. Meritò igitur Hoſtes, publicos inimicos ſignificant. Hoſtis item, apud antiquos pro peregrino accipiebatur: quòd ſuis legibus ita uiueret, ſicut nos noſtris, & ideò par nobis uideretur.

H V

HVCVSQVE, apud Venuleium, pro, uſque huc. l. ſi fructuarius. ff. Vſufruct. quē ad. caueat.

HVIVSMODI, uocabulo, quaſi ſimile, et eo modo fieri, uel eſſe aliquid, ſignificamus. Vlpian. Et ſi qua alia ſunt huiuſmodi miniſteria. l. deniq́ue. de Pignor. Huiuſcemodi, idem, ſed de quo nullum idoneum exemplum reperitur. Quod ab Albe rico indicatur in Vtrubi, uanum eſt, ut pleraq́ue alia. Spieg.

HVIVS non facio. Vox eſt prorſus contemnentis unā aliquam rem. Vide Eraſ. in Chiliad.

HVIVS eſſe inſtituti, et uitę, apud Vlpian. in l. plenum. §. Equitij. ff. de Vſu et habit. Spieg.

HVMANAE leges. Obſeruandum ſingulariter, quòd quæcunq́ue ad externam uitam decenter & cum commodo proximorum degendam ab hominibus conſtituuntur, non humanæ, ſed diuinæ traditiones ſunt, dimanantes ſcilicet ex lege dilectionis mandatorum Dei capite. Vnde B. Petrus inquit: Subditi eſtote omni humanæ conſtitutioni ꝓpter Dominum, ſiue regi tanquam præcellenti, &c. Humanæ enim huiuſmodi leges dicūtur, quòd per homines eduntur, nō autē quòd ab hominib. natæ ſunt: quare hortatur Petrus ut ꝓpter Dominū illis pareamus: ſi propter Dominū, igitur Dei leges iam exiſtūt. At humanę traditiones, Aretio teſte, intelligendæ, quę merè hominū inuenta ſunt, nullamq́ue bonā frugē adferunt proximis, ſed uel ad placandū Deum citra ueram reſipiſcentiā, uel pro cupiditatibus alijs ſunt conſtitutæ. Vide eum in xv. cap. Matth. Sp.

HVMANA fragilitas, uita hominum fragilis. Vlpianus in l. illicitas. de Offic. Præſid. Sicuti medico, inquit, imputari euentus mortalitatis nō debet: ita quod per imperitiam commiſit imputari ei debet. prætextu enim humanæ fragilitatis,

delictum decipientis in periculo hominis innoxium eſſe non debet. Spieg.

HVMANITATIS ratio habenda in infirmitate. Vide Vlpian. §. final. l. ſi cui. ff. Ex quib. cauſ. maior. Sp.

HVMANITATIS tantũ gratia ſepeliri, in l. uel quæ. ff. de Relig. & ſumpt. fun.

HVMANIORES domini, pro leniorib. apud Iuſtinian. in §. eodemqꝫ Iure. Inſtit. Ex quib. cauſ. maior.

HVMANIOR ſententia, pro benigniore, mitiore'ue in iure noſtro ponitur: atque ſequenda eſt. l. cum antiquitas. C. de Vſufruct.

HVMANITAS, propriè humanam naturam ſignificat. Sic accepiſſe uidetur Vlp. in l. non tantum. ff. de Appell. ubi dicit: Credo enim humanitatis ratione, omnẽ prouocantẽ audiri debere. Quod & Paratitlon Bartoli indicat. Ponitur & pro eruditione, ut pluribus Gellius tradit: & pro manſuetudine. ſummaqꝫ uirtus habet̃, qua quo doctior quis eſt, eo & pollere magis debet. Vnde & prouerbialis extat ſenarius, ἁπάντας ἡ παιδεία ἡμέρους ποιεῖ. hoc eſt, Humaniores reddit eruditio. Citatur ab Alciat. in l. in reſponſum. C. de Tranſact. Vbi admonet exemplo Principum Dioclet. & Maximiani, qui perquam humaniter Pontio, tametſi is eis nimis cõciſe & imperfectè ſupplicaſſet, reſpõderint, Semper modeſtè à quolibet reſpondendum. Sp.

HVMANITATIS ſtudia, artes ipſæ liberales dicuntur. De quibus Cicero in Orat. pro Murena.

HVMANITVS, id eſt, ut ſolent homines.

HVMILIS & deploratus. Vlpian. in l. ſi quis ex argentarijs. ff. de Edend. Quid enim, ait, ſi humilis & deploratus unus edidit, ut dubitare meritò quis de fide editionis poſſit? Sp.

HVMILIS ſortis homines, ueluti pauperes, ignobiles, indocti, plebeij. ut Eraſ. teſtatur. Spieg.

HVMARE. Plinius ait: Sepelire, eſt quoquo modo condere: Humare uerò, humo cõtegere. lib. vij. cap. liij. Iabolenus ff. Comm. præd. l. caueri. Sicut ne illa quidem ſeruitus ait, conſiſtere poteſt, ut certus numerus hominum in uno loco humetur. Spieg.

HVMILIS perſona, pro abiecta, prò paupere, pro ignobili ac ſummiſſa intelligitur. ut exẽplis probat Alberic. Tu Bartadi in l. ij. §. tutor qui repertorium. ff. de Suſpec. tut. Sp.

HVMOREM aſsiduum habere, apud Paulum in l. fiſtulam. de Seru. urb. præd.

H Y

HYBERNACVLVM, locus hyberno tẽpore idoneus: ſicut hybernacula militum, Statiua per hyemem ſolemus appellare. Spieg.

HYDRAVLOS, organum dicitur extrahendæ à profundo aquæ idoneũ. Hinc Hydraulæ, quorum mentio eſt in l. v. C. de Excuſat. mun. lib. x. dicti, quibus cura aquæ principalis domus demandabatur. Spieg.

HYDROMELI, aqua mulſa. ὕδωρ, aqua. nam ex aqua & melle conſtat. Vlpian. de Trit. & uin. leg. l. ſi quis. Neque ceruiſia, inquit, continebitur, neqꝫ hydromeli. Nebriſs.

HYDROPHYLACAE, curatores aquarum ſunt. nam ὕδωρ aquam, φύλαξ cuſtodem ſignificat. Quamobrem Plaut. Phylacam, pro carcere, cuſtodia'ue poſuit. Et Vlpian. Grammatophylacium, in l. moris. de Pœn. Alciat. in l. decernimus. C. de Aquæduct. lib. x.

HYPERBERICI menſis in Decretis Pontificijs mentio fit xviij. diſtin. c. propter. Quo loco Scholiaſtes nodum in ſcirpo quærit, exiſtimans eandem eſſe rationem noſtri menſis Octobris, quæ & Græcis. Opinatur tamen Alciatus, Hyperberetæi legendum: quòd ſic is menſis, autore Suida, apud Macedones uocetur, ſitqꝫ ultimus anni apud eos mẽſis. Vnde

HYRERBERETAEA ab eis dicuntur ſerotina, tarda, & poſt collectos demum fructus accidentia. Vide Bapt. Pium, cap. lxv. in Annot. poſter. & Alciatus cap. antepen. libri primi Parergon. Spieg.

HYPERBOLE, ut in Diuinis ſcripturis, ita occurrit etiã in iure noſtro. ut cum Lex probationes luce clariores requirit: uel momẽto fieri iubet, quod ſatis eſt, ſi nullo extraneo actu interueniente fiat. Iſte autẽ tropus, id eſt, ut ait D. Auguſt. cap. xxj. lib. xvj. de Ciuit. Dei, modus locutionis, fit, quãdo id quod dicit̃, longè eſt amplius, quàm quod ex dicto ſignificat̃. Sicut Hieremiæ xx. locus multorũ uerſuum,

ſuum, quem ſacer Hieronymus dictum accipit per hyperbolē. & Daniel iiij. & Eccleſiaſtes x. Volucres cœli auferent uocē tuam. Origenes in j.cap. Epiſt.ad Rom.hyperbolem eſſe oſtendit illo uerbo, Quod fides ueſtra enunciatur in uniuerſo mundo. Tum in Euāgelio, & alijs ſacræ Scripturæ libris, eſt hunc tropum inuenire: quem fieri Auguſtin.lib.contra Iulianum v.docet, ad animos audientium permouendos. Cætera quæ ad noſtrum pertinent magis inſtitutum, uide apud Alciatum libr.de Verbor.ſignific. quarto. Spieg.

HYPAETHRA, ſunt media ſpacia quæ inter porticus adornabantur, ambulationes pulcherrimis pauimētis ſtratæ: quaſi ſub aperto ſint æthere. Latinis Subdiuales dictæ ambulationes, Plinio Subdialia. Vide Alc.in l.malū nauis.de Verb. ſig.et Bud.in l.ex ſylua.ff.de Vſufr. Vlp. De uelis, inquit, quæ in hypæthris extenduntur: item de his quę ſunt cica columnas. Celſus ſcribit, magis ſupellectili adnumeranda.l.quæſitum.§.de uelis.ff. de Fund.inſtr.

HYPOCAVSTVM, Nebriſſenſi fornax eſt in balneo, ſubdita caldarijs calfaciendis.ab ὑπὸ ſub, et καῦμα calor. Vlpian.de Leg.iij.l. ligni appellatione. Siue dietarum, ſiue hypocauſtorum, ſiue ad calcē. Idem Mandati.l.ſi quis mihi. Sphæriſterium, ait, hypocauſta, & quædam ualetudini apta. Aliàs cubiculum dicitur undiq; occluſum, in quod aer non admittitur, ſed igne accenſo, feruore atq; ęſtu uaporat intus, nec foras diffunditur calor. ἀπὸ τῶ ὑποκαίεσθαι, quod eſt, ſuccendere. Alex.Genial.dier.lib.iij.cap.xiiij.Sp.

HYPOCRISIS, eſt eorū qui nō proficere, ſed cōſpici cupiunt. Eam & uitādam, poſt cœleſtē doctorem, grauiſsimus autor Seneca docet, Epiſt.v.lib.j.Sp.

HYPOCRITAE, ſunt alienæ perſonæ ſimulatores. Latinè Hiſtriones, Ludioneſq́, aut etiā Ludij. Vide Bud.in l.ij.de His qui not.infam. & ſuprà, Hiſtriones.

HYPOMNEMATOGRAPHI, cōmentariorū ſcriptores. ὑπομνήματα enim Cōmentarij ſunt. Cicero Fil. Multum mihi operæ eripitur in ſcribendis hypomnematis.l.ſi quis ſpōtaneos. de Decurion. C.lib.x.Alc.

HYPOTHECA, ſuppoſitum pignus. Tit. iuris eſt. de Diſtract.pignorum, uel hypoth.l.cum tabernam. Non certificationem, inquit, ſed ſuppoſitionem à me accipere, hoc eſt, uocabulo uſitatiore, Hypothecam. Item de Pignor. & hypoth.l. tres. Inter Pignus & Hypothecam tantum nominis ſonus differt. Hinc Hypothecarius, penes quē remanet hypotheca, ſiue pignus, ut in tit. de Separat.l.j. Hypothecarius, ait, creditor. Nebr.

HYPOTHECAM & Pignus tantum nominis ſono differre, Martianus tradit in l.quinta.de Pignor. Vlpianus tamen in l.ſi rem.§.j.de Pignor.act. quod & à Tribuniano in Inſtit.relatum eſt, Caij ſententiā approbat, quæ habetur in l.plebs eſt.de Verb.ſig. Alciat.arbitratur hypothecam de re mobili contrahi. Vide eum hic. & libr.iiij.eod.tit. Pignus nos Germani propriè uocamus, ein Pfandt, quod traditur creditori: conſtatq́; in re mobili, quod etymi ratione rectè etiam ein Handtpfandt dici poteſt. Siquidē Pignus appellatum eſt à pugno. Hypothecam autem, ein Vndetpfandt, quæ immobilium eſt, appellamus, notabiliter Vlpiani differētiæ aſtipulantes. Sp.

HYPOTHECA diuiditur in tacitam, & expreſſam. Tacita conſtituitur à Lege.l. j.§.& ut plenius.C. de Rei uxor.act. Expreſſa ab homine. Sp.

HYPOTHESIS eſt, quod priſci Iurecoſs. Speciem appellant: recentiores, Legis Caſum. Vlp.in l.ſed interim. de Donat. int.uir. & ux. Quando igitur retrò non agit, emergunt uitia, ut Marcell.animaduertit, in ſpecie huiuſmodi. Paulus in l. Latinus Largus.de Leg.j. Proximè ex facto incidit ſpecies talis. Alc.in l.edita.C. de Eden. Hypotheſis, ait, determinata facti aſſertio eſt, quæſtionis, ſeu cauſæ modū cōplectēs. Vide eundē cap.viij.lib.j. Parerg. & inferius, Theſis. Budæus obſeruauit in Cōment. Græc.ling. Paulum Caſus uocabulo cōmodius uſum, quàm utantur hodie noſtri: ubi, In hunc caſum, inquit, ille ancillas ſubſtitutas uideri, in quem caſum fideicomm.meruerunt, ita quum contingit fideicom.mereri. Sp.

HYPOTHESIM ad Theſim transferre, id eſt, cauſſam ad cōmunē locū, ſiue ſpeciē ad Genus transferre. Huius extat inſigne exemplū apud Vlp.in l.penult. de Iuriſdict.omn.iud. Sp.

HYPO-

HYPOTHETICA propoſitio. Vide, κατηγορία.

HYSGINVS color, ab Hyſge herba: à quo ueſtes Hyſginobaphes, hoc eſt, ad eius colorẽ tinctę. Vide poſt Bayf. Ruellium, Maſurium, & Thyleſium. Hyſgini uox extat apud Iuriſconſ. in l. quæſitum. §. illud fortaſsis. de Leg. iij.

I A

IACERE aleam, eſt rem periclitari, fortunæq; arbitrio cõmittere. Vide Chil. Eraſ. Sp.

IACERE precia prędiorum, pro uili uendere. ut apud Ciceronem. Spieg.

IACERE teſtes dicimus, qui uim teſtimonij habere non poſſunt. Leguleijs, ut barbari omnia ſolent, eſt, nõ ſtare dicto. Sp.

IACHINVM, uerbũ adulterinum in antiquis exemplaribus apud Vlpian. in l. ſi cui lana. de Leg. iij. expungendũ admonuit nobilis Grãmaticus Bapt. Plautius, genuinumq; ſubſtituit Ianthinũ. Quod tamen Bayfio nõ admodum placet. Haloander, ut Nebriſs. Ianthinum legit. Vide, Veſtimenta ianthina. Sp.

IACTANTER, Iactuoſe, Iactuoſus, quod Barbari uſurpant, nuſquam leguntur. Quod uerò quidam probant ea ex Cicerone, non Iactuoſe, neq; Iactuoſus in ijs locis, quos adducunt, legi debet, ſed Actuoſe, & actuoſus.

IACTARE, pro eo quod eſt, arroganter, uel gloriando cõmemorare, notum eſt. Triphon. uidetur uſurpare pro, inaniter loqui, in l. fugitiuus. de Verb. ſig. Licet id facturũ iactauerit. Hinc noſtris in ore eſt, Iactatoria uerba non obligare. l. fin. de Hæredibus inſtit. Sp.

IACTARE, pro concutere, fatigare, uexare. Vlpian. l. j. de Aedil. edict. §. apud Iulianum. Si ſeruus inter fanaticos nõ ſemper caput iactaret. Sp.

IACTARE iugum, eſt incommodè ferre ſeruitutis neceſsitatem.

IACTARE pecuniam. in l. cum de indebito. ff. de Probat.

IACTARE rectè, in l. ſi iactum. ff. de Action. empt.

IACTATIO, idem quod Iactantia. ut in l. metum. C. Quod met. cauſ. Iactationib. tantum non fit metus. Sp.

IACTVRA, damnum eſt, ſed uoluntariũ: ut quę fit in tempeſtatibus maris, ubi bona proijciuntur. ut in tit. ad l. Rhodiam. Spieg.

IACVRA infamiæ l. fin. C. de Sec. nupt.

IACTVRA ſubſtantiæ. C. de Epiſc. aud. l. tam clementis. Sp

IACTVS aleæ, fortunæ ludus eſt magis, quàm artis. Ex Eraſ. Chiliad. Sp.

IACTVS abſolutè, etiam iactum retis ſignificat. Spieg.

IACTVRAM facere, loquendi eſt modus maximè iacturæ proprius. Sp.

IACVLANS. Vlpian. ad Leg. Aquil. Sed etſi, ait, à iaculantibus per luſum ſeruus fuerit occiſus, Aquiliæ locus eſt. l. item ſi obſtetur. §. fin. Spieg.

IACVLATORIVS campus. Ibidem: Sed ſi cum alij in campo iacularentur, ſeruus per eum locum tranſierit, Aquilia ceſſat: quia non debuit per campum iaculatorium iter intempeſtiuè facere, qui tamen data opera in eum iaculatus eſt, utiq; Aquilia tenebitur.

IAM, pro præterea, & pro poſthac etiam perſępe reperimus poſitum. Sp.

IAM nunc, quod & nunc iam dicitur, certi temporis, quod præſens eſt indicationẽ facit. l. ſi mortis. ff. de Don. cauſ. mortis. Spieg.

IAMTVM, una dictio, qua uſus eſt Papinianus in l. pater inſtituto. de Capt. & poſtl. reuerſ. temperamentum tractus facit. Sic & apud Cicer. pro A. Licinio, itẽ pro Cluentio. Gloſſam uide Zaſij in eandem l. Spieg.

IANVA, recepto ſeculi illius errore, Alber. eſt, quæ uero nomine Genua dicitur, Ligurum metropolis, nobiliſsimo portu illuſtris. Memini eius aliquanto pluribus in Scholijs, quæ ſcripſi in Ligurinum. Quod Glareanus annotauit, obſeruandum eſt. Nempè quatuor hæc nomina, Genua, Geneua, Genabum, & Gebenna, multum obſcuritatis lectori ingerũt. Vide eum in Cõment. Cæſ. lib. j. ubi ait. Ineptiores autem hi, qui Genuam Ligurum caput, Ianuam nominari putãt: quaſi Italiæ, & maximè Liguriæ Ianua, quia maris portus eſſet, & fortaſsis, ut ab alijs eo diſtinctius nomen eſſet.

IANVARIVS, primus menſium, quem Numa Pompilius à principe deo, hoc eſt Iano appellauit: quẽ primum eſſe uoluit, tanquã bicipitis dei menſem, reſpicientẽ & proſpicientem tranſacti anni finem, futuriq;

futuriq; principia. Iudæis erat decimus. lxxvj. Diſt. ieiunium. Libellus circumfertur nomine Beroſi Babylonici, qui Ianum dicit fuiſſe Noam: eum libellum eruditi mera ſomnia narrare putant, digna profectò commentis anianis. Sp.

IANTHINVS, color eſt uiolaceus. Nam ἴον, uiola eſt Græcis. Vlpian. de Leg. iij. l. Si cui buccinum, inquit, & ianthinum continetur. Hinc Ianthina ueſtis, uiolacea. Nebr.

IATRIA, dicuntur præmia quæ medico præſtantur. Alc. teſte. Sp.

I B

IBI, aduerbium in loco. Interdum ad perſonam referunt. ut in l. ubi cœptum. ff. de Iudic. Pro tunc, uel tum poſitum, Accurſius exiſtimat, in l. ſi quis in legatione. eod. tit. Sp.

IBI, ubi. Vlp. Et ſanè, ait, ſi ibi tondebat, ubi ex conſuetudine ludebatur. Sp.

I C

ICON. Sic ſcribendum, latinè effigies, imago, & ſtatua membrorum hominis, à pictoribus, ſeu ſtatuarijs ad uiuum expreſſa. Iconiſmos, Seneca li. xv. Epiſt. ad fin. appellat deſcriptiones, aitq; uerbum eſſe publicanorum. Sp.

ICTERICVS, qui regio morbo laborat, à colore galguli, quam Græci auem icteron dicunt. Idem & Aurigo dicitur, à colore, quem bilis per omne corpus diffuſa gignit. Sp.

ICTVS, percuſsio ipſa. Vlp. ad Leg. Aquil. Et ſi quidem apparet, cuius ictu perierit. Item, ictu uno occidit utrumque. l. quod ait. §. fin. de Adult. Adde l. j. de His qui deiec. Obſerua autem, quòd ſolus ictus fuſtium, eſt grauior quauis pœna pecuniaria. l. ſeruorũ. in fin. ff. de Pœn. l. iij. C. de Sport. Vide & Martianum ff. de His qui not. infam. Sp.

I D

IDEAE Platonicæ, à ſpectando ſunt dictæ. quoniã qui aliquid eſt acturus, ideã inſpicit, ad quam ſuam actionem aptet. ut pictori, qui de exemplari aliquid pingit, hoc exemplar eſt Idea. Vide poſt Senec. Epiſt. lix. Hoſtien. ext. de Sum. trin. c. damnamus. ſub finem. Sp.

IDEM, non eſt, quod ab alio ſeparari poteſt. l. ſi dominus. ff. de Ser. urb. præd. Adde Gloſs. in l. hered. ff. de Dolo. Pro ſimili ponitur, l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de Condit. indeb. Et Celſus putat eam eſſe cauſam operarum, ut non ſint eædem, neq; eiuſdem hominis. Sp.

IDEM, etiam dicitur, priſtina qualitate, uel quantitate nõ ſeruata. l. & an eadem. §. j. ff. de Execut. rei iud. l. ſi ſeruitutes. de Seru. urb. præd. l. ꝓponebatᷓ. de Iud. Sp.

IDEM dicere, pro in eadem eſſe ſententia, frequens eſt locutio. Sp.

IDEM eſſe, quid fieri tempore licito, uel tempore illicito, ſi conferatur ad tempus licitum, Bald. tradit, in l. in tempus. ff. de Hæred. inſtit. Sp.

IDEM, & unum, contra l. eum qui. ff. de Vſucap. poteſt cenſeri diuerſi iuris, ob diuerſam ſcilicet rationem: quòd Legis diſpoſitione unum ſit in obligatione, alterum non ſit. per tex. in l. miles. §. decem. ibi. quę à lege tribuitur. ff. de Re iudic. Vide Zaſium in eand. Sp.

ID eſt, pro, Hoc eſt, ſiue, hoc ſignificat. l. id eſt. ff. de Cõdit. & demonſtr. l. cum erat. de Ann. leg. cum ſimil. Super hac uoce pluribus diſſerit Bart. in l. j. ff. ad Leg. Aquil. & l. fin. C. de Pœn. Zaſ. noſter conciſius, uidelicet. Id eſt, aliquando accipitur coniunctim: & tunc ſumitur expoſitiuè, habeturq; pro una dictione, & ita communiter uſurpatur: aliquando ſeparatim, ut ſint duæ dictiones, ac ſi diceremus, hoc eſt: & tunc uenit limitatiuè, uel determinatiuè. ut in l. ſunt qui. ff. de Re iud. in l. j. §. quamdiu. ff. Quan. act. de pec. ann. eſt. cum dicitur, eam actionem eſſe temporalem, id eſt, annalem: quaſi dicat, hoc eſt.

IDEO, ſicut Idcirco, eſt particula collectiua, ſiue rationalis. Vide Bar. in l. demonſtratio. §. quod autem. ff. de Condit. & demonſtr. Sp.

ID genus, hoc genus, pro eius generis, & huius generis, elocutio elegans, à Beroaldo obſeruata: quòd ea Plaut. Terent. Ciceroq; ſint uſi. Sp.

IDIOGRAPHVM, idem quod Autographum. Spieg.

IDIOMA, id eſt proprietas. Nã unaqueq; lingua ſua quædam habet peculiaria.

IDIOTA, non tantum indoctus & illiteratus, ſed etiam priuatus & plebeius dicitur. Aut. Quom. oport. Epiſc. §. quandoq;. Vide Alberic. Sp.

ID IPSVM, pro hoc. Pomponius in l. ij. de Naut. fœn. Spieg.

IDONEE, aptè, commodè. Pomponius de Dam. inf. Qui magis idoneè reficere parietem uelit. Sic & alibi perſæpe reperies: ut & apud Cicer. In iure autem Idoneè cauere dicitur, ſi quis pignoraticia, uel fideiuſſoria cautione, aut (ſi illas præſtare nequeat) ſaltem iuratoria cauet. c. j. de Dolo & contum. lib. vj. iuncta Gloſ. ſuper uerbo Sufficienter. Idoneus largè, dicitur aptus ad omnia & bona & mala, Donato autore. Cui aſtipulatur Vlpianus in l. ij. §. idoneos autẽ. Ad S. C. Tert. Quilibet autem præſumitur idoneus, ſicut & quælibet res bona, niſi diuerſum doceatur. Idem in l. cum quidam ita fideicõmiſſum. Papinianus in l. cũ pater. §. rogo. de Leg. ij. l. ult. de Liber. agnoſc. l. ſi creditores. in fin. de Priuil. cred. Sp.

IDONEIOR. Paul. l. ij. ff. de Popul. action. ſi plures, ait, ſimul agant populari actione, prætor eliget idoneiorem. Sp.

IDONEVS defenſor alienæ litis ſine ſatiſdatione intelligitur nemo, teſte Caio, in l. qui proprio. §. qui alium. ff. de Procur. Spieg.

IDONEVS paries is eſt, Paulo tradente in l. ſed ita. de Dam. inf. ſi utrarumq; ædium onera, quæ modò iure imponantur, communis paries ſuſtinere poſsit. Sp.

IDVARE, antiquum uerbum, ſeparare ſignificat. unde & Diuidere uerbum, & Idus dicti Macrobio. Vide Alciatum in l. malum nauis. §. uiduam. de Verb. ſig. Spieg.

IDVS, dicuntur diuiſiones: unde propriè exiſtimantur dies, qui diuidunt mẽſem. Diuidunt enim menſes præcipuè, Nonas à Calendis. Vide Gloſs. ſuper uerb. Poſt Idus Martias. in l. Cæſar. ff. de Publ. & uectig. Pridiè Id. Martias. in l. item ueniunt. ff. de Petit. hæred. l. Titius Seio. & ibi in Gloſ. de Conſtit. pec. Sp.

I E

IECVR, dicitur Græcè τὸ ἧπαρ: unde Hepatici homines, qui iocinoris morbo laborant, appellantur. Vlp. de Aedil. edic. l. qui clauam. §. Trebatius ait. Si tamẽ ex corporis uitio id accidit, ueluti quòd iecur dolet, morboſus eſt. Spieg.

IEIVNIVM, tempus quo à cibis abſtinemus, quod & Ethnici interdum inſtituerunt, Quadrageſimam impropriè ſignificat. Hanc diuinitus conſecratã, & Apoſtolorum ordinatione traditam, Pighius contendit: nec eius autorem Teleſphorum, ſed exactorem fuiſſe. D. Cæſ. MAXIMIL. partitam Quadrageſimã, ſanctius obſeruandum exiſtimabat: eiuſq; cauſa ſcripſit iterum atq; iterum ad Lateranum conciliũ: ſed reclamantibus Theologis Cardinalibus, non ſucceſsit res. Ioannes à Lopis, uir clarus, & Iuriſperitus doctus, in eleganti ſua Repetit. l. ſi pater. C. de Hæred. inſtitut. haud abſurdè quoq; tutius eſſe arbitratur, ſi quadraginta illi dies indicti ad ieiunium, diuiderentur per trimeſtria, & ſingulo quoque trimeſtri indiceretur ieiunium decẽ dierum. Sic enim facilè ab omnibus obſeruaretur. Spieg.

IESVS, eſt nomen Redemptoris ac Saluatoris noſtri Chriſti, qui Hebraicè IEHOSVA dicitur, latinè Saluator: uel ut alij uolunt, Seruator. Cuius ſignificationis ratio eſt apud Matthæum: Hic enim, inquit, ſaluum faciet populum ſuum à peccatis ſuis. Vide in Nouell. Conſtit. ix. in cuius prin. & fine ſanctiſsimi huius nominis fit mẽtio. Porrò ex initialibus Rubricis Cod. Pandect. Inſtit. Aut. tametſi Haloandri editio non agnoſcat eas, colligunt Doctores, Imperatorem noſtrum Iuſtinianum fuiſſe Chriſtianum. Sciendum autem, quòd quamuis à principio fuerit Chriſtianus, tamen in hæreſim, ut hiſtoria prodit, lapſus eſt, in eaq; mortuus. Proinde parum conuenit Chriſtianũ appellari, qui in fide Chriſtiana non permanſerit. Gloſs. fin. c. firmiter. de Sum. trin. & fide cath. Præterea dicunt, quòd non poſsit eſſe Imperator, uel Rex, niſi ſit Chriſtianus. Hoc uerum eſſe, non credit Zaſius: nec uſus, ut ipſe ait, recipit. quòd de Regibus clareat in his nationibus, ubi Chriſtiani non ſunt. Imperator ſit nomen officij: Rex, nomen generis. Reges enim naſcuntur, Imperatores creantur. Iulianus quamuis apoſtata, præfuit Imperio. Poteſt tamen Doctorum dictum intelligi, de Imperatore Romano, qui defenſor & propugnator eſt, & eſſe debet Rom. Eccleſiæ, & fidei orthodoxæ. Spieg.

I G

IGITVR, particula colligit interdum ſupradicta illatione, hoc eſt, ratione confirmat. Vlpianus in l. ſi procuratorem. §. ſi ignorãtes. ff. Mãdati. l. diuus. ff. de Cuſt. reor. &

rcor. & ſim. Interdũ pro deinde ponitur. Inſtit. de Tutel. in principio. Sp.

IGNARVS, uocatur rudis & imperitus, uel indoctus, uel inſcius. Ignarum conditionis ſuæ Imp. Conſtantinus in l. ij. C. ſi ſeru. aut libert. libro x. non ineleganter uſurpauit, pro neſciente ſtatum nataliũ. Spieg.

IGNAVIAM Iuriſcoss. quæ non eſt ſtulticia, ut Interpretes putarunt, diligentiæ opponunt. Siquidem naui homines, impigri, & diligentes appellantur. Scio tamen ignauiam uulgò pro puſillanimitatate accipi. Porrò, Ignauiæ culpã contrahũt, qui ex qualibet leui, uana, iniuſtáue cauſa ad res improuidas, temerarias'ue aut noxias mouentur, dum dolus abſit. exempla ſunt in l. ij. §. ſi publicanus. ff. Vi bon. rapt. l. j. in fin. iunct. Gloſs. ff. de Abig. & fortè. in l. qui rei. §. j. §. ſi quis. ff. de Bon. eor. qui mort. ſibi conſciu. cum ſim. ex Zaſio. Sp.

IGNARVS patris, qui patrem non nouerat, dicitur.

IGNAVITER Gloſs. in l. fin. C. de Epiſ. cler. ſtultè exponit, nimirum ſatis ſtultè. Nam lentè & ſegniter ſignificat, ut apud Cicer. ſecunda Tuſcul. Sp.

IGNIS & aqua ueteres cum uerã Dei creationem non ſatis perciperent, arbitrabãtur duobus elementis igni & aqua produci omnium animantium uitam. Ideo nuptiarum fœdera interuentu ignis et aquæ celebrabantur, ut teſtatur Scæuola in l. pen. de Donat. int. uir. & ux. quem locum Accurſius malè de teda nuptiali intellexit: quæ alia quadam honoris ſolennitate ſolebat nouæ nuptæ præferri. & ſeruus qui præferebat, dicebatur Prælucens. Vide Bud. in fin. prior. Annot. eandem pulchrè explicantem. Sp.

IGNEM ne habeto, & ignem innocentem, hoc eſt, innoxium habeto. differunt l. uideamus. §. ſi hoc in locatione. ff. Locat. & conduct. ignem inferre. Ignem inijcere, ibidem in fin. & l. ſeq. Sp.

IGNIARIVM eſt, inquit Budæus, quo ignis elicitur: cõſtat ſilice, è quo ignis atterendo elicitur: & ferro, quo ſilex atteritur percuſſu: unde ſcintillæ decuſſæ, & in fomite, linteoq; cõcepto, exceptæ, flãmam excitant. Igniarium dare quid ſit apud Senecam, libro de Benefic. iiij. cap. xxxvj. declarat in Chiliad. Eraſmus.

IGNOBILITAS, hoc eſt, obſcuritas, humilitas generis, uiris fortibus non eſt obijcienda.

IGNOMINIA, quaſi nominis nota, infamia. de qua Seneca ad Albinam. Hinc Ignominioſus, notatus infamia. Item Ignominiæ cauſa miſſus. l. ait Prætor. ff. de His qui not. infamia. Sp.

IGNOMINIA ſoluti milites dicti, qui felici prælio, priori culpa correcta, & obliterata memoria dedecoris, in eũ, quo prius erãt, gradum reſtituti, priſtinam dignitatem recipiebant. Sp.

IGNOMINIATVS, apud Gellium, pro ignominia affectus. Antiquum & obſoletum.

IGNORANTIA eſt, cum de facto, uel de iure nihil ſcio, nec inde aliquid ſuſpicor. Lege Azonem in Summa. Sp.

IGNORANTIA, Paulus inquit, uel Iuris uel facti eſt. l. j. Itẽ, in l. regula eſt. de Iur. & facti ignor. Idem tradidit, Iuris quidẽ ignorantiã cuiq; nocere, facti uerò ignorantiam non nocere. Exemplum pete ex iam citata l. j. Et uide Philippum libr. ij. Philoſoph. Moral. tit. Quando excuſat erratum ignorantia. Sp.

IGNORANTIA ſui, pernicioſa eſt, ut oſtendit Plato in Legib. ſuis. Vereor, ne & nunc ſint quàm pauci, qui ſeipſos cognoſcant. Plautus tempora ſua taxans, Vix, inquit, in foro decimus quiſq; eſt, qui ipſus ſe nouerit. Ad humani, inquit Cicero, ingenij uitium pertinere poteſt, quando quis per ignorantiam non ſatis intellligit quid faciat, uel dicat: aut contrà, ut ſi quis neſciat ea, quæ ad ſe attinẽt. Vulgò nominatur affectata ignorantia, quæ in facto proprio non excuſat. Iuxta Ariſtotelem differunt, Quod peccat ignarus, & quod peccatur propter ignorantiam. Excuſabile eſt, ubi ſola ignorãtia errati cauſa eſt. At ubi nõ ignorantia, ſed noſtra ignauia, aut cupiditas, errati cauſa eſt, ibi ignorantia non excuſatur. Spieg.

IGNORANTIA ſupina, quam Vlpianus cenſuit minimè ferendam, eſt factũ ignorantis: quod Accurſius ad alienum duntaxat refert: non ſatis aſſecutus uim eleganter uſurpati à Iurecons. uocabuli, Supini. Plauſtra extant eiuſmodi uocũ, quas ad eum modum ſe nudus bonarũ literarum Interpres ille rectè aperuiſſe

putauit. Tolerabilis eſt autem ignorantia facti alieni. l. fin. ff. Pro ſocio. Sp.

IGNORANTIS & inuiti conditionẽ meliorem nos facere poſſe, nõ deteriorem. l. ſoluendo. ff. de Negoc. geſt. Sp.

IGNORANTIS domini conditio deterior per procuratorem fieri non debet. autor Paulus tit. de Procur. Sp.

IGNORARE dicimur, quod ſcire debemus. l. ij. C. per quas perſ. nob. acq. item l. ij. §. j. C. de Rei uxor. action. Translatũ ad perſonas, eſt non cognoſcere, ac parum exploratum habere. Sp.

IGNORATIO, ab ignorantia ſignificatione non differt. Sp.

IGNOSCERE eſt, quæ iudicas punienda, non punire: autor Seneca lib. de Clemẽtia ſecundo. Pro noxam remittere, Vlpian. uſurpat in l. ij. §. utriuſqꝫ legis redditrationem. ff. de Noxal. Ignoſcere tamen eleganter à Varrone, pro ualde noſcere accipitur. Ignoſcere omnib. et nulli, æquè crudele cenſet Seneca. c. ij. libr. j. de Clementia. Sp.

IGNOTI iuris non eſſe. C. de Reuoc. ijs quæ in fraud. cred. l. ignoti.

IGNOTVS, hoc eſt, incognitus, non uiſus. Iuſtinian. Non eſſe autem admittendam excuſationem eius, qui hoc ſolo utitur, quod ignotus patri pupillorum ſit, diui fratres reſcripſerunt. §. item propter inimicitias. Inſtitut. de Excuſ. tut. Sic ignoti domini, in l. j. C. de Theſaur. lib. x. Spieg.

I L.

ILICO, breuitatem temporis notat. l. j. §. cum adijcit. ff. de Verb. oblig. cum ſim. Sunt qui ſcribant duplici, ll. Interdum tamẽ nõ tempus, ſed locũ ſignificat. Sp.

ILLABORATVS, quod ſine labore & diligentia factum eſt.

ILLACRYMARI. Calliſtratus l. obſeruandum. de Offic. præſ. Neqꝫ precibus calamitoſorũ illacrymari oportet: id enim non eſt conſtantis & recti iudicis. Spieg.

ILLATA, ab Inuectis quo diſtent, uide l. & ſi non inducta. C. In quibus cauſ. pig. tac. contr. Alber.

ILLAVDATVS, inculpato opponitur. Gellius libro ſecundo de illo loco Virgiliano loquẽs, Aut illaudati neſcit Buſyridis aras. Sed enim, inquit, qui in omni re, atque omni tempore laude omni uacat, is illaudatus eſt, is'que omnium peſsimus, deterrimus'que eſt. Sicuti omnis priuatio inculpatum facit. Hinc Calliſtrato in l. teſtium. de Teſtibus. Inculpatus teſtis dictus, qui eſt exploratæ fidei, ac nulla unquam inconſtantia teſtimonij labefactatæ, & moribus probatiſsimis, & integræ famæ. Ex Budæo. Sp.

ILLAEDERE legem, pro infringere & uiolare.

ILLECEBRA, omne blanditiarum genus quibus allicimur. l. quidam ignauię. C. de Decur. lib. x. Sp.

ILLEGITIMORVM, ut utamur uerbo apud noſtros doctores recepto, alij Inceſtuoſi uocantur: puta ex cognatis procreati. Alij Nefarij: ex deſcendentibus ſuſcepti. Alij Spurij, qui & Adulterini: ex adulterio nati. Hi niſi à Principe, aut huius autoritate, Legitimationis, ut uulgò dicitur, beneficium impetrauerint, à ſucceſsione parentum non tantum excludunt. l. ſi adulteriũ. in prin. ff. ad Leg. Iuliam. de Adulter. l. quinetiam. ff. de Ritu nupt. & §. ergo omnes. Inſtitut. eod. tit. ſed alimentis etiam non cenſentur digni iure ciuili. Aut. Quibus modis nat. effic. ſui. §. ult. At hæc, Roman. Pontif. iniquum cẽſentes, infantem à Deo creatum, fame necari, præſtanda conſtituerunt. c. cum haberet. de Eo qui dux. in uxor. quam per adult. poll. Sp.

ILLEXERAT, pro perſuaſerat, in ſententiámue attraxerat. Vlpian. in l. j. §. ſi omnes. de Ventr. inſpic. Vel, ipſa eũ illexerat, ut crederet. Sic illices, ueluti ſuaſores in Plauti Pœnulo, Valla interprete, ſunt accipiẽdi. Propriè tamẽ ineſcare eſt: quod & pellicere etiam dicitur. Sp.

ILLIBATVS quadrans, apud Vlpian. in l. ſi filia nupta. §. Papinian. ait. ff. Famil. erciſ. interpres, illibata ab intactis, in l. ſi qua per calumniam. C. de Epiſc. & cler. hoc putat diſtare: ut illibata partem, intacta totam reſpiciant. Apparet tamẽ pro eodem poni. l. fin. C. In quibus cauſ. reſtit. in integ. non eſt neceſs. quod & Alber. noſter, teſte Oldend. non indoctus interpres iuris, admonuit. Sp.

ILLIBERALES & ſordidos quæſtus, libr. j. Offic. cenſuit Tullius, eorum eſſe qui in hominũ odia incurrunt: ut portitorum, & fœneratorum: itemqꝫ corũ, quorum opera, non quorum artes emuntur.

Alciatus

Alciatus in l.mercis.de Verb.ſig.Sp.

ILLICENTIATVS, improbum uocabulum, extat in c.cōſtitutus. ext.de Procurat.

ILLICITE ædificare,id eſt, hoc quod dirui conſtitutiones iubent,autore Vlp.

ILLICITVM, quod nō licet, & indecēs eſt.Hinc Illicitè aduerbium, familiare Iuriſcoſs.ac Impp. in Conſtit. Vide §.ſancimus.in Autent.de Inceſt.nupt.Spieg.

ILLOTIS manibus, Caius in priore l. de Origin. Iur. prouerbialiter protulit. Explicationē pete ex Chiliad.Eraſmi,quod opus ceu diuinum, Alciatus calculo ſuo dignum cenſuit immortalitate.Sp.

ILLVM illius liberum eſſe uolo. His uerbis ſeruo libertas adſeritur. l. ſi quis ita ſcripſerit.ff.de Manumiſ.teſtam.Sp.

ILLVMINARE, pro illuſtrem et inſignē facere,poſitum in l.iij.C.de Nat.lib.

ILLVSTRARE,quod eſt,lucem & ſplēdorem afferre,magis probatur eruditis, quàm Clarificare: quod hoc non inuētu facile ſit apud uetuſtos autores, præterquā apud Virgil.de Fortuna, Nec quos clarificat,perpetuò fouet.Sp.

ILLVSTRE & obſcurum, cōtraria. Nec ad perſonam tantum,ſed & ad rem refertur.ut apud Ciceronē,Illuſtre domiciliū.

ILLVSTRIS uir,pro magni nominis. ut Eraſ.Budeus,Alciat.nec enim imagines tātum reſpicit. Noſtris placuit illuſtrem dici, ut quis mox ad Principis latus admotus eſt. Quales ſub diuo Maximiliano fuere, Matthæus Langus Auguſtanus,Petrus à Mota Hiſpanus,Io.Collaureus Kirchenſis,Ia.Banniſius Dalmaca, Andreas Burgus Mediolanen. Cyprianus à Serntem Tirolenſis,Ia. Villingerus Elſates, Ioann.Rennerus Ehingius, Nicol. Zyeglerus Nordlingiacus, Gabriel Vogdus, Campodunius: tum alij multi quos ob merita,Principis, clementia euexit. Inter hos enituit Langus, de quo plurib.aliquanto egimus,& in comment. in Auſtriad.Bartolini,& in Scholijs noſtris, c. xxxxj. lib. j.Syluianarum Contentionum, ſiue commentarij, quo Aenas Syluius cum Antonij Panormitæ Alphonſinis dictis & factis,externorum & noſtrorum præcipuè Principum confert. Quatenus uerò ad dictionem illuſtris pertinet,uide Angel.in l. j.de Præpoſit.labor.lib.xij.Sp.

ILLVVIES,ſpurciciam,immundiciā,fœtoremq́ʒ oris notat, apud Trebatium in l.qui clauum.de Aedil.edict.Sic enim legendum, ut admonuit Budæus: non Ingluuie,ut antiqui codices habent.Sp.

ILLYRICVM, pro Illyria regione,Epiri contermina: cuius deſcriptionē pete ex Vadiano,coſmographorū noſtrę ætatis principe. Apud alios reperies frequenter poſitum adiectiuè: pro quo noſtri Impp.Illyricianum uſurparunt.Sp.

I M

IMAGO, eſt collatio formæ cum forma, cum quadam ſimilitudine.Refertur non tantum ad picturā, & ceram, ſtatuas,& ad ea quæ fiunt ex marmore, ære,argento, & ſimilibus:ſed etiam ad notas, quibus ea quæ ediſcenda ſunt, notamus. Aſinius Polio traditur fuiſſe autor imaginum ſcriptorum,in bibliothecis locandorum. Sæpius etiam imago pro nobilitate generis accipi ſolet. Hinc fumoſæ imagines, quæ à maioribus degenerant, & fermè nihil imaginis eorum habent. Atqʒ imagines hę, Stemmata uocabantur. Iuxta illud Sat. Stemmata quid faciunt? Vide Budæum in Annot. l.ij.de Orig.Iur.Socrates cap.xlj.Hiſt.Tripart. ſcribit,imaginem CHRISTI fuſilem, à Iuliano Auguſto deiectā. Albericus refert, ſe anno M.CCC.L.Romæ uidiſſe Saluatoris imaginem diuinitus pictā. Spieg.

IMAGINIS,hoc eſt, ſimulacri picti legatum, de tabula accipiendum non eſt.autor Papinian.in l.ſi imaginem.de Aur.et arg.leg.Spieg.

IMAGINES Deo noluit fieri Numa.Primum enim principium, mentem inuiſibilem,& increatam eſſe cenſuit.Proinde in centum & ſexaginta annis,in templis Romæ ſimulacrum corporeum nullum extitiſſe traditur. Quod & Euſebius in libris de Euangelica præparatione, ex ſententia Clementis teſtatur: opinatus eam legem ex Moſi præceptis emanaſſe. Ex commētarijs Zaſianis ad l.poſteriorem. de Orig. Iur. At Chriſtianis diuorum imagines, imitationis, non adorationis exemplo proponuntur.Sp.

IMAGINEM remanere, origine rei ſublata,abſurdum eſt,l.j.in prin.C.de Latin.libert.toll.monuit & Alberic.

IMAGINES ſubitæ uocantur,quarum

nobilitas parum antiqua eſt, & quæ repentè, fortunæq́; beneficio acquiſita eſt. Budæus in l. poſteriore. de Orig. Iur.

IMAGINARIA rei repreſentatio, de qua uide Dn. Budęum doctè & ſingulariter diſſerentē in Annot. priorib.

IMAGINARIVM, pro eo uſurpaт̄, quod nec eſſe poteſt, ſed duntaxat imaginatione poteſt comprehendi: quæ ratiocinatio, aut apprehenſio propriè dicitur.

IMAGINARIA bona, quæ imaginem bonitatis habent, cum reuera bona non ſint. Spieg.

IMAGINARIVM contractum dicimus, non in hoc conflatū, ut legitimus ſit, ſed quod ſub eo quaſi prætextu, aliud habeatur actum: uulgò contractus ſimulatus uocatur, nullumq́; obtinet iuris uinculum. autor Modeſt. l. contractus imaginarij. de Action. & obligat. Sp.

IMAGINARIA donatio intelligitur, quæ fit accedente precio: quòd hæc ex mera liberalitate proficiſci debeat. l. j. cū ſimil. ff. de Donat. Sp.

IMAGINARIA ordinatio, in Aut. Quō. oport. epiſc. §. j. Sp.

IMAGINARIA uenditio, quæ paruo tēpore apud emptorem duratura eſt. l. iiij. §. ſi ab ignoto. ff. de Manū. unde autem illa irrepſerit, Ferrarius pulchrè oſtendit in Comment. ad regul. Iur. Ex quibus ſatis conſtat, ipſum eſſe in eis, qui hodie profitentur apud nos iuriſprudentiā, rectè intelligendorum Legalium textuū optimum magiſtrum. Equidem minore iam deſiderio ipſe teneor ſanctiſsimi ſenis Zaſij: quod uidetur pares ei hæc ætas, ſi modò non ſuperiores reliquiſſe, qui iuris ciuilis rectè tradendi functionē amplecti uelint, & poſsint: quo tandem longa die, ille malè receptus docēdi modus, unà cum ſpurca barbarie, ut in cæteris diſciplinis iam felici ſucceſſu contingit, penitus profligatur. Sp.

IMAGINATIONEM, phantaſiam, & uiceuerſa hanc imaginationem nominari, & eādem eſſe functionē, quidam arbitrantur: tametſi phantaſia expeditior & liberior imaginatione ſit. quod pulchre declarat Hiſpanorum doctiſs. Viues lib. j. de Anima.

IMAM aurem uellere, ueteres dicebant, admonere: à priſco ritu ſumpta figura, quo in ius ducturi quempiam, aurem uellicabant: atteſtantes eum, quem quaſi teſtem meminiſſe uolebant. Vide Eraſmum in Chiliad. & Alciat. in l. ſubſignatum. de Verbor. ſignif. Sp.

IMBECILLITAS infantię, apud Impp. in l. unica. C. ſi ſec. nup. mul. ut apud Cic. ætatis imbecillitas. Refertur & ad ſpiritum & ad corpus, ſicut Imbecillus.

IMBVTI ſerui artificijs, apud Vlpianum in l. ſi ſeruos pignoratos. de Pignor. action. Notū eſt, Imbuere etiā inſtituere, docere, & formare ſignificare. Inde imbutū literis & moribus dicimus, pro Inſtituto. In mala quoq́; re id uerbū uſurpamus. Nā Imbuere ſcelere, odio, ueneno, ſanguine, crudelitate, dicimus. Sp.

IMITARI, eſt ſimile quid facere: Aemulari exemplum, eſt paria facere, & æquare. Spieg.

IMITARI chirographum, hoc eſt, adulterare, capitale crimē eſt. Titus Cæſar profitebatur ſe maximum falſarium eſſe potuiſſe: quod imitatio huiuſmodi erat ei facillima. Cæſ. Maximilianus ſymboli ſui imitatorem, Erardum à ſylua, poſt amputatam dextram, ultore gladio puniuit, frequenti Curia apud Laureacum. Sp.

IMMANIA lucra, ut Cicero, immanes pecunias, Martian. dixit, in l. per Illyricum. ſic autem legendum apud Alberic. C. de Cohort. lib. xij.

IMMANITAS eſt, quum iudicio atq́; ingenio humano abiecto, ferinū ſumitur. Extat elegās Iouiani Pontani libellus de īmanitate: in quē ſcholia ſcripſimus. Sp.

IMMATVRVM, olim propriè de fructibus, aut frugib. dicitur, cum ante tempus decerpuntur, colliguntur'ue. Vlpian. Si oliuam, inquit, immaturam decerpſerit, uel ſegetem deſecuerit immaturam, uel uuas crudas, Aquilia tenebitur. in l. ſi ſeruus ſeruum. ad Leg. Aquil.

IMMATVRA mors eſt, quæ ante extremam ſenectutem accidit. autore Cicerone in lib. de Senect.

IMMENSVM, quod præ magnitudine menſurari nō poteſt. Immenſo mercari, immenſum precium, Immenſo plus, obſeruatæ ab eruditis locutiones.

IMMERITA gratia, quæ non debetur illi cui refertur.

IMMINVERE maieſtatem. Cicero: Si maieſtas eſt amplitudo ac dignitas ciuitatis, is eā minuit, qui exercitum hoſtibus Pop.

bus Pop.Rom.tradidit. Inde læſæ maieſtatis, & imminutæ autoritatis crimina. de quibus Bud.in prioribus Annot. Sp.

IMMINVERE uirginitatẽ, pro eo quod eſt, uitiare uirginem. Sp.

IMMMISCERE, eſt ſuorum adire extraneorum. Inſtit. de Hæred. qualit. & differ. §. extraneis. Sp.

IMMISSVM dicitur, quod ita immittitur, ut in alieno requieſceret. unde & ſeruitus tigni immittendi nomen ſumpſit. Proiectum autem eſt, quod profectum extra parietem, uel ædificium, nuſquam conquieſcit. qualia ſunt mæniana, & ſuggrunda. Alciatus de Verb. ſignif. Dupliciter autem immitti in meũ poteſt. Aut enim directò, aut ex obliquo immittit̃. Prior immiſsio fit uel connexim: ut cum trabes, tignaq́ in parietem, in murũ meum immittũtur: aut appenſim, ſeu proiectitiè, dum protecta, ſuggrunda in ædes uicini immittimus. arg. l. malum. §. inter. de Verb. ſignif. Ex obliquo immittitur, utpote ſi ex ædificio meo fornax iuxta parietem tuum poſita, fumum emittat, uel fiſtulæ aquam, aut balnea humorem. de qua immiſsione Iuriſcos. diſſeruit in l. ſicuti. §. Ariſto. de Oper. nou. nunc. & in l. quidam Hyberus. l. fiſtulã. ff. de Seruit. urban. præd. Cætera pete ex Zaſianis Intellectibus. Sp.

IMMITTERE, pro eo quod uulgo ſubornare aliquem dicimus.

IMMO, coniunctio, quæ apud ueteres ſignificabat prorſus, quaſi ex infimo. Nũc uerò ſignificat, quinpotius. l. Lucius, immo Pãphilus. Vim eius in j. Cõſtitut. C. Bartolus indicat. Modò corrigit, modò addit, modò copulat, modò continuat. l. immo. de Leg. j. l. Stichus. ff. de Manũ. teſt. l. immo. ff. de Liber. cauſ. Vide Albericum. Spieg.

IMMODICA, ſeu (ut uocant) immẽſa donatio uiſa eſt olim ultra ducẽtos aureos, deinde uſque ad trecentos permiſſa: tandem ad quingentorum aureorum quantitatem extenditur. l. ſancimus. in prin. l. data. l. ſecundum. & l. ſi quis. in fin. C. de Donation. Spieg.

IMMODICO precio uendere, & non uendere, eadem ſunt. l. nõ dubium. in fin. de Legat. iij. Sp.

IMMORARI, eſt multum temporis inſumere.

IMMORTALITER, pro perpetuò.

IMMVNES & liberæ ciuitates, quæ nullum uectigal pendunt. Vide l. ult. ff. de Cenſibus.

IMMVNIS, qui nullo fungitur officio, liber ab onere publico, qui uel ætate, uel alio priuilegio præſtare munia non tenetur. Autor Feſtus. Immunem item uocant Latini, quem ἀσύμβολον Græci, nempe eum qui nihil confert ad conuiuium. Spieg.

IMMVNITAS, exemptio & uacatio munerum & onerum. Lege elegantes Tractat. de Vac. & excuſ. mun. &, de Iure immunit. Cum quis olim apud Hebræos duxiſſet uxorem, donabatur ei immunitas unius anni ab omnibus muneribus. Sicut hodie quoq́ plerẽq́ ciuitates hũc honorem rectè præſtant matrimonio, ut primo anno exemptionem habeat onerum publicorum. Sp.

IMPATIBILE, quod ferri non poteſt, ſiue tolerari. Incompatibile, uox à barbaris ficta.

IMPEDIMENTA, dicũtur ſarcinæ, quæ neceſſariæ ad uſum uitæ feruntur. ueluti quæ arcis (in Reyſʒtruchen) muli, aut hippoperis, equi uehunt. Hippoperas Seneca appellat culeum ſcorteum, quo ueſtes, aliaq́ eiuſdem generis in equo uehuntur. Itali uulgò, quos nos ſequimur, Valliſiam appellant. Sp.

IMPENDIVM, idem ſignificat quod, impenſæ. l. inter cohæredes. §. fin. ff. fam. erciſ. & ponitur etiam pro pecunia, quæ fœnori datur. Sp.

IMPENDIOSVS, qui plus æquo impendit & conſumit quàm par eſt.

IMPENSAE funebres, omne æs alienum excedũt. l. penult. ff. de Relig. cum ſimil. quæ ab Alberico citantur. Sp.

IMPENSAE neceſſariæ ſunt, quæ niſi fierent, res interiret, ubi neceſſariò ſubuenitur rei iam labenti, uel detrimentum minanti. Vtiles ſunt, quæ conferunt quidem, & meliorant, ſed non erat neceſſariũ quòd fierent. Voluptuariæ uerò dicũtur, quæ cauſa delectationis fiũt. Zaſius Inſtitut. de Act. §. propter retentionem.

IMPERFECTVM, nondum abſolutũ & perfectum. Hinc imperfectum teſtamẽtũ, pro non iure factũ. Paul. de Legat. iij. Ex imperfecto teſtamẽto, ait, legata uel fideicommiſſa imperatorem uindicare,

inuerecundum eſt: decet enim tantę maieſtati eas ſeruare leges, quibus ipſe ſolutus eſſe uidetur. Sp.

IMPERATOR, Pater patriæ, Auguſtus, Pōtifex Max. à Senatu Populoq́ꝫ Rom. appellabatur. Hic delectum faciebat, milites conſcribebat, pecunias colligebat, hoſtibus bellum indicebat, & c. Alciatus de Magiſt. Rom. Veteres ſcriptores honorificentiſsimè locutos eſſe de Imperatoribus, ſatis indicat Tertullianus in de Corona Militis, & ad Scapulam. Quin & ætate diui Hieronymi obſeruatum eſt, tantam etiamnum Imperatorum autoritatem fuiſſe Romæ, ut illorum literis, Orientis atq́ꝫ Occidentis Epiſcopi Romam contraherentur, ac non potius Rom. Pontificis: præſertim, cum Conſtantinus iam Syluestro ceſsiſſet Imperium. At poſt iam prouectiorib. rebus Chriſtianis, parcius loquuntur poſteriores Scriptores. Pighius, mirus adſertor poteſtatis Papalis, contendit Imperium noſtrum, quod autoritate Eccleſiaſtica cœpit in Carolo magno, magis legitimum eſſe, quàm illud uetus, quod cœpit in Iulio: atq́ꝫ perinde pendere ex Rom. Pontificis iudicio: non contrà. At moribus noſtris receptum eſt, iam olim Imperatorem uerum fieri, qui Septemuirorum Germaniæ, quos Electores uocamus, ſuffragijs, Cæſar, hoc eſt, Romanorum Rex deſignatus eſt. ut latius apud Ligurinum indicauimus, libro ij. Huic communi calculo doctores uniuerſum orbem de iure ſubijciunt. l. deprecatio. ad Legem Rhod. de Iactu. Ab eis tamē Alciatus diſcedit in l. cunctos populos. C. de Sum. trinit. indicans, ſi quandoq́ꝫ Imperatores orbis dominos ſe appellēt, id uel per hyperbolen accipiendum eſſe, uel eorum dictis minimè credendum: quia in cauſa propria. Olim nomen Imperatoris, qui cauſa gerendi belli eligebatur, re bene geſta, conſequebatur. adnotauit CL. Cantiunc. in Procœmium Inſtitut. Ciceronis Philipp. ult. & Valtur. aliquanto copioſius. Erat'que etiam olim Cæſaris nomen atque dignitas ſublimior, quàm imperatoris. ut Leon. Aretinus oſtendit. Porrò, de Electorum inſtitutione, lege, ſi uacat, quæ annotauimus ad diction. Librū. Appellantur autē Imperatores Auguſti, quaſi religioſa ueneratione ac obſeruatione digni, & boni augurijs admodum profuturi Romanæ ditioni gubernandæ, ſicut ubique in Titulis Iuſtiniani, & apud Iuriſconſultos intelligendum eſt: non ab augendo, ut Accurſius, totius antiquitatis ignarus, comminiſcitur, teſte Oldendorp. Quo uerò Imperatores à Cæſaribus & Auguſtis diſtent, annotauit in Tacitum Alciatus, & noſter Rhenanus. Sed obſeruandum: eum, quem uetuſtiores Cæſarem dixere, nos Regem: & rurſus, quem illi Imperatorem, nos Cæſarem compellare. Quod & eruditus iuriſperitus, Ferrarius Montanus admonuit, in quem nimis maledicè quidam Floridus genuinum infixit: quòd ſcripſerit, Iuſtiniano inditam Flauij appellationem, à Flauiorum familia, ex qua fuerit oriundus. Humanius erat, erratulum indicare, meliore ſententia adducta. Et bene habet, quod ut inſano cerebro eſſe apparet, nec Italis pepercit. Ex hoc loco ille anſam arripuit, uituperandi me: cui nuper reſpondimus Epiſtola, cui titulus eſt, de modeſtia ſcribēdi. Quam in hunc locum commodum uiſum eſt infulcire: quod illius uituperatio Commentis ſuis intermixta paſsim legatur. SPIEGELIVS, FLORIDO. Vituperationem tuam Floride, ſanè prout debeo, moleſtè ferrem, ſi, quæ tria Socrates in monitore, acutoq́ꝫ iudice eſſe uult, ijs omnibus te præditum eſſe ſcirem: doctrina, & beneuolentia, & libertate. Is enim uerè conſilium dare, & rectè iudicare, & autoritatem habere debet, qui & quod didicit, audet: & quod audet, id ad amorem utilitatem'que, & honeſtatem accommodat. Sed certè tibi hæc ego Floride tribuere non poſſum, in ijs præſertim libris tuis, quos ſuperiore anno edi uoluiſti. Primum enim calumniandi & maledicendi libidinem diſsimulare non poteſ: libertas uerò bonarum rerum eſt, cui contraria eſt ſermonis petulantia. Deinde, quam tu erga nos omnes, quos tuis conuicijs urges, beneuolentiam habeas, libri tui indicant. Doctrina uerò cuiuſmodi tua ſit, & in hac Epiſtola tibi oſtendam, & quandoque aliàs hominibus noſtris demonſtrabo. quarum rerum doctrina florere debeāt, qui ad ſummas laudes ſtudeāt aliquādo peruenire.

Verùm

Verùm, ad maledicta tua uenio: quibus tu, quoniam ea natura præditus es, delectaris: ego, quia eiuſcemodi homo es, non offendor. Edentulum me, & uetulū uocas: at tibi his moribus Deus uitam longam, quam petis, non dabit: egoq; quod tu optas, iam olim ſum aſſecutus, ſenectutem à morbis liberam, & animi moleſtijs ſolutam. debacchationes mihi obijcis: uerùm ego non tibi offenſus eram, ſed à tua ſententia aſſenſionem meam amouebam, idq; pro homine, ut etiam ipſe fateris, apprime, ſic enim loqueris, erudito, & quod ego permagni facio, Germano: tu uerò à nullis laceſsitus, in pleroſq; omnes tela tua conuiciorum, maledictorumq; emittis. Morionem me appellas inſulſiſsimum, & indoctiſsimum, & leuiſsimum. non fuit igitur cauſa cur iraſcerere, & cur cōuicia faceres. nemo enim ſapiens maledictis, ſed conſilijs: non ignominia, ſed doctrina, uel rudes animos informare, uel uicioſos corrigere ſtudet. Scribis te non ſolum Italis, ſed etiam Germanis, atque Hiſpanis ſcribere. cur igitur in me deſcribendo Fanutij mentionem facis, qui neq; omnibus Italis, & propè nulli Germano, eſt notus: ſi non noua & inaudita maledicendi cupiditate agitaris? an tu dialecticis ne imbutus quidem es: neq; illud noſti, notiores eſſe debere rationes, per quas res probantur, quàm id ſit, quod eſt propoſitum. Vide igitur, quid inter te & me interſit: ego pro patriæ charitate hominem Germanum defendi, unum offendi: tu à me ſolo læſus, omnes inuadis. cur hoc, ſi non eiuſmodi es, cuiuſmodi te eſſe credimus? Semper prudentes uiri illorum hominum amicitiam uitandam eſſe ſibi putarunt, qui omnes uituperarent, neminem ita laudarent, quin aliquam etiam notam ſimul inurerent. Hoc ne te herus tuus Carpenſis Comes librarium puerum, non adiutorem ſtudiorum, olim Luteciæ docuit? à quo præter Eraſmum ferè nemo eſt uituperatus. Tu uerò, non ſolum me, ut ſcribis, edentulum, neque Fanutium garrulum, neque grammaticum indoctum Beroaldum, neq; Zoilum Doletum, ita enim nos nominas, ſed & Eraſmi, Vallæ, Alciati, Zaſij, aliorum'que permultorum ita meminiſti, ut quantum in te eſt, gloriam illorum non amplificaris, nominis famæq; detraxeris: ſi tamen per te cuiquam aut addi ad honorem, aut detrahi de exiſtimatione poteſt. Et ut de Zaſio tibi reſpondeam, quid quæſo in illo uiro fuit, in quo te non ſuperet? aut quid'nam in te eſt, quod in illo non fuerit illuſtrius? qua quidem in re ipſe elaborandum eſſe duxit. Iuris te ſtudioſum eſſe profiteris: at is Doctor legum: & uerè doctor, quippe è cuius ſchola prodierint prudentiſsima, præclariſsima que ingenia, quorum pars adhuc magna Reſp. gerit, tuam petulantiam uanitatem q; miratur, præceptoris obliuiſci non poteſt. Conatus es tuis libris oſtēdere, te quàm plurima legiſſe: ſed Zaſius plura memoria tenebat, quàm tu ſcribendo unquam complecteris. Tu ſperas te ſcientia iuris utilitates tuis adferre poſſe, ille attulit: & plures è periculis liberauit, quàm te, ut uereor, unquam ſint conſulturi. Tu uerò quædam conquiſiuiſti, in illiſq; lædendi cauſam arripis, & artes tuas iactas. uerùm in his ſcientia nulla eſt, & Zaſius res integras copioſiſsimè explicauit, lumen obſcuris rebus attulit, res maximas interpretando demonſtrauit. Græcas literas tenes: utinam id quidem: atque utinam ille non eas contempſiſſet potius, quàm amaſſet. Qua in re igitur tu eum ſuperas, eam tu ita tenes, ut non excellas: ille propterea ignorauit, quòd ſuo ſtudio contentus, tibi uobiſque adoleſcentulis, ueſtras gloriolas ſtatuiſſet relinquere. Quid igitur eſt in quo ſuperas? aut quo modo excellis? Vt cum uullgus de Comœdo & Tragœdo iudicat, & uidere poteſt, quādo Roſcius numero offendat, in eoq; exclamat: neq; conſiderat humanum eſſe defatigatum animū, aliquādo errare, neq; idcircò tamen aut fabulas agere, aut hiſtrione præſtare dicit: ita neq; tu, uel Zaſio, uel Valla doctior es, quòd in illis aliquid inueneris, quod reprehendas, ſi quid tamen uerū inueneris: ſed ut inique fit aſpectatoribus maximas uirtutes non admirari, tenui uerò errore hiſtrionis offendi: ita tu etiam malus homo, non uir bonus es, qui in leuiculis rebus exclamas, & in illuſtri loco poſitas uirtutes, non intueris. Si tam facilè monumentis eius crederes, uirum bonum & in ſua arte eruditum

Zaſium fuiſſe, & fidem haberes ita famę hominis, ut temerè Germano adoleſcentulo aures tuas præbuiſti, neq; te fatigares maledicendi ſtudio: certè & ueriorē ad gloriam, quam petis, uiam munires, & plurium hominum gratias colligeres. Quod in iudice turpè eſt, & quod leges uetant, abſq; teſtimonio credere, in eo tu Iuriſconſultus ſcilicet laberis, tibiq; faceſſis negocium, nulla gratia, multorum odio: nullo commodo, ſummo detrimento ocij & ſtudiorum. Sed hæc de Zaſio, quem & uita ſanctiſsimè peracta defendit, & literarum monumenta tuentur, & amplectitur fama hominum, & ornant ſermones amicorum. de me etiam non magnoperè ſollicitus ſum, cui quoniam gloriam uanam ſemper contempſi, non poteſt tuum eſſe moleſtum conuicium. ſi tamen conuicium potius dici, quàm petulans calumnia nominari debet, ſenectutis exprobratio, & ignorantiæ crimen. Nemo enim eſt omnium doctorum, quin ſe ignorare quamplurima fateatur: nemo etiam omnium ſapientum ſenectutem uitio dandam putauit, præſertim ſi à ſcelere remota, & ſuis contenta eſſet. Itaque quod non extimui, conſecutus ſum, uacantem doloribus morbiſque ſenectutem. & quia multa quotidie cognoſco, quæ antea ignoraui, habeo inuenioq; ſemper quo me oblectem. Verùm ualde uereor ignorare te quodnam ſit optimum ſapientiæ genus: & qui inter literatos numerari debeant: & quæ ſcribendi ratio ſemper optima ueteribus habita ſit. Quod equidem te neſcire non miror, quamdiu hac petulantia iactaris, & tam malè de eruditis hominibus iudicas: & ita uerba ſectaris, ut neque in his deligendis, collocandiſque, iudicium mētemque adhibeas: ſummamque eruditionem in uocabulorum explicatione poſitam eſſe putes. Rerum cognitio, uerborum doctrina, ſemper maiores & utilitates & honores, apud maiores noſtros inueniebat: nemoque doctus habebatur, cuius pectus uocabulorum plenum, ſapientiæ uacuum fuit. Itaq; quòd iuris tu ſtudioſus es, laudo: quòd pergis, approbo: ſed quoniam eam ſcientiam nondum aſſecutus omnino es, & de his qui illā tenuerunt, tam iniquè ſtatuis: & improbabunt & uituperabunt hi, qui iudicio præditi ſunt, & honeſtatem amant. Is igitur qui literatus uideri uult, in philoſophia diu, multumque uerſatus ſit, quæque ad uitam pertinent, & quę ad rationem diſſerendi, ea omnia conquiſita & cognita habeat: quam tu nondum uideris eſſe adeptus. Habent enim libri tui multa aſyllogiſta, pleraque omnia amethoda, taceo quàm non pauca ſint leuia, & inania, & non uno in loco falſa: quæ ſi annotare uelim, paruo labore tibi demonſtrare uellem, etiam nos, quos tu uituperas, de tuis ſcriptis iudicare poſſe. Verùm, tametſi præclara res ſit philoſophię ſtudium: tamen non omnis doctrina in intelligendo poſita eſt: ſed multæ, eæq; magnæ eius partes ſunt, quæ niſi in uitam & ad actiones educantur, nemo eruditorum eſt, qui rectè perceptas eſſe fateatur. Vt enim quod quiſque perfectè didicit, ſi idoneum ingenium nactus eſt, docere poteſt: ita etiā quod didicit, modò habitus comparatus ſit abſolutus, nō poterit non accommodare ad uitam, ad mores, ad hominum utilitates, ad uirtutem, ſi uir ſit bonus: id quod tu minimè facis. Vbi enim illa philoſophica modeſtia? ubi literatus pudor? Vt orator lutoſus es, ita Satyricus ſcriptor diſſolutus. Quo magis deflenda eſt noſtri ſeculi cōſuetudo: quod olim in Comœdijs non licuit nominare aliquem, & quod apud ueteres Satyrici parcius faciebant, id nobis in ſoluta oratione licere, & in eo nos modum non tenere, nihilq; putare pulchrum, niſi quod petulans, acerbum, ſuperbum, ignominioſumque exiſtat. Vellem herclè, & tuo nomine uellē Floride, animum te ad meliora ſtudia humanitatemque appellere: à qua quamdiu alienus es, non eam quam petis gloriam aſſequeris. Veritatis ita ſtudioſum eſſe oportet, ut quemadmodum liberales literæ noſtræ ſunt, ita animum ad liberalitatem humanitatemque, à feritate & ſordibus traducat. & ita gloriam petere oportet, ut ſplendorem eius uirtutibus, unde oritur, illuſtremus: non uitijs, è quibus dedecus naſcitur, obnubilemus. Hoſpes ille in Platonis Sophiſta animus ratione carens, inquit, turpis etiā moderatus habendus eſt: quod ſi uerum eſt, neceſſe eſt etiam ubi immoderatio turpitu-

turpitudoq́ ſit, ut eſt immodeſtia, lædendiq́ cupiditas, ibi quoq́ animus ipſe ratione amiſiſſe uideat: à quo uitio remotiſsimi eſſe debetis uos qui docti literatiq́ haberi uultis, & ex literis doctrinaq́ uoluptate capere. Tria enim proponunt apud Platone lib. ix. de Rep. uoluptatū genera: unum doctrinæ, alterū iracundiæ, tertium cupiditatis. atq́ hoc inter literatū idiotamq́ intereſt, quòd nullam oblectationem animi maiore agnoſcunt qui docti ſunt, quàm doctrinæ: & tum ſe plurimum profeciſſe putant, cum à reliquis duobus animum liberarint, ut neq́ ira odioq́ & furore iactentur, & libidines aſpernentur, neq́ abduci ſe à ueritatis ſtudio, uitæq́ ſanctimonia, uoluptatibus patiantur: ex quo tria quoq́ hominum genera exorta ſunt: unum doctorum probatis moribus, moderatum, liberale: alterum de uulgo, imperitum, illiberale, corporis quàm animi bona pluris æſtimans, quod rarò honeſtatem utilitati ſolet præponere: tertium literatum quidem, ſed iracundum, ambitioſum, cupidum: quo in numero doleo te Floride uerſari malle, ut potius acerbus quàm lenis ſcriptor eſſe uelis: ignorans uerum laudis iter, & neſcius, quænam ſcribendi ratio optima, & quódnam doctrinæ genus præſtantiſsimum iudicetur. Perfecta enim ſcientia, non in cognitione ſolum, ſed etiam in uirtute poſita eſt: omnisq́ cognitio abſq́ iuſticia reliquisq́ uirtutibus, malicia eſt, non doctrina. neque tantum quid ſcribas, homines conſiderant, ſed etiam quomodo ſcribas animaduertunt: ſi diligens ſis, laudant: ſi maleuolus, auerſantur: ut acer ſis, concedent: ut acerbus, etiamſi ſatyricus eſſe uelis, non permittent: uerum te eſſe patientur: maledicum nō ferent: ſunt enim iſta maleuolentiæ & impudentiæ ſigna: nihilq́ ſcriptorem magis quàm uerecundia moresq́ boni commendant: quæ ego certè in te Floride requiro maximè. Annos enim ego iam ad ſexaginta uixi: literas literatosq́ amaui ſemper: alteræ mihi ſenectutem tranquilliorem reddiderunt: alteri ſæpe in me honorifici fuerunt: nemo laſceſsiuit: uel quòd non putarunt eſſe opus, uel quòd exiſtimarent uoluntatem reſpiciendam eſſe, non culpandas uires, & in uicijs aliquando iuſtam reprehendendi rationem, rarius in ignoratione eſſe: præſertim ſi aut arrogantia, aut impudentia non ſit coniuncta: itaque è ſuo me numero non eiecerunt. tu in ſenem, eumque ignotum, tela tua emittis: quæ tametſi me non uulnerent, non magis quàm illa quæ in mortuos ieciſti: tamen dolet mihi, literarum nomine, multorum petulantia fieri, ut gratias hominum à multis eruditis comparatas, literæ noſtræ, liberaliaq́ ſtudia non diutius queant retinere. Nam aut contemnentur pleriq́ omnes literati noſtro ſeculo, aut ſunt inuiſi: paucos qui ament reperias. Vulgus enim negligit, barbari oderunt: & hi qui amplecti eos & tueri poſſunt, noſtris contentionibus ſæpe iuuenilibus, ſæpe anilibus, ſæpe nimium acerbis alienantur. Itaque nos noſtris moribus autoritatem amittimus, gratias amittimus, fidem amittimus. Quanto ſatius erat, cum tria ſint in eruditis ingeniorum ornamēta, unum doctrinæ, alterum orationis, tertium morū: doctrinam ſalutarem omnibus hominibus oſtendere: orationem non ornatu ſolū, ſed etiam ſententijs uerecundam eſſe: & ita doctrina uti, ut noſtros mores ipſa informari patiamur: quo omnes intelligant, literas noſtras & ad honeſtatem & ad elegantiam & ad utilitatem rebus humanis conducere. His de rebus te commonitum uolui: primùm, quia neceſſaria eſt iſta querela de noſtris moribus hoc tēpore: deinde, quia facere hæc à te laceſsitus uideor: tametſi faciam inuitus, et lenius te appellare debebā, qui tibi præcepta uerecundiæ trado: tamen quia acerbiorem orationem commeruiſti, ſatis uerecundè feciſſe me puto, qui non fecerim ſatis acriter. Sed rogo te, cōhibeas actuoſum iſtum ſtylum tuum: & hunc ad expoliēdas literas potius, quàm ad pungenda bonorū uirorum ingenia adhibeas. Vale. Videtur autem mihi Iuſtinianus id prenominis retinuiſſe: quòd hoc quinq́ Principes Conſtantinopolitani, continua ſerie eum præcedentes, uſurpaſſent: quod uel priuatis licet, ut docet Gloſ. in l. facta. §. ſi in danda. ff. ad Trebell. & conſtat per eos, quos citat non paucos autores Neuizanus. Fl. Val. Martianus. Fl. Val. Leon. Fl. Val. Zenon. Fl. Val. Anaſtaſius. Fl. Val. Iuſtinus,

cui

cui nepos ex ſorore Iuſtinianus ſucceſſit. Opinatur & doctiſsimus undequaque Alciatus Imperatores Oriētis Flauij prænomen ſolitos ſibi addere ob Conſtantini magni memoriam, qui huiuſmodi fuit prænomine: uerū id, ut moris eſt, ante nomen adſcribebant: ut cum dicit, Flauius Iuſtinianus Cæſar. Vnde quod ſequitur in Iuſtiniani titulo (quē nobis reſtituit primus idem Alciat.) non Flauius, ſed Slauius eſt, à Slauis barbaris deuictis: quos uériſimile eſt ueteribus fuiſſe Baſternas. de his populis uide Ioachim. Vadianum eruditiſsimum & ſingulare ætate noſtra decus in nunquam ſatis laudato opere, cui titulus eſt, Epitome trium terræ partium. Satis autem conſtat, parētes Iuſtiniani obſcuro loco ortos. Nec ignorādum, quòd Impp. Ludouicus eius nominis j. cognomēto Pius, Hēricus primus, Otho item primus, ſi Alberico credimus, ſedulo uenerandæ antiquitatis ſcrutatori, ceſſerunt priuilegio Romani Pontificis eligendi: quod illi propter Schiſmaticos, Imperio contulerant: quod tamen (ut utar ipſius Alberici uerbis) facere non potuerunt in præiudicium imperij & ſucceſſorū. Nec hic tantum uir ille, de Imperatoris autoritate ſentit egregiè. Obiter admonendum hic putaui, Ludouicum Regem Germaniæ, Imperatoris Arnulfi filiū, cui in Imperio ſucceſsit, nonnullis alioqui eruditiſsimis uiris, contra fidem hiſtoriæ accipi, qui Veronæ captus à Berengario, cæcatusq; fuerit. Siquidem hic Ludouicus Italis ſolo nomine Auguſtus, obijt anno Salutis noningēteſimo duodecimo. hoc autem Ludouico cognomini, unde error irreplit (iuſta ſummi Dei uindicta) accidit, filio Boſonis, qui Caroli Calui neceſſarius fuit. Nam is poſt defunctum Cæſ. Ludouicum, quòd ille maternus eius auus fuiſſet, adductus ſpe Italici regni, Auguſti que nominis, ſub annis Imperij Cæſ. Chonradi primi Oſtofranci, ex genere maſculino Caroli magni, apud Germanos poſtremi, in Italiam contra Berengarium tranſcendit: à quo prælio uictus, uita tamen donatur, ea lege, iureiurando firmata, ut Italicis rebus deinceps tēperaret. Sed quū uix ille annū cōquieſcens, contra iuriſiurandi religionem hoſtis repeteret Italiā, à Berengario iterū captus, luminibus priuatur, anno quarto ab exceſſu dicti regis Ludouici Auguſti: cui Italici Annales imperatoris nomen detrahunt, quòd Rom. Pont. nō eſt diademate cinctus. Spieg.

IMPERATORIS nomē præponitur inſtrumēto iure Ciuili. Nouell. ut prępon. nom. Imp. bona fide recitauimus in ſcholijs Ligurianis, libr. vj. & ix. quàm indignabunde tulerit Rom. Sacerdos Adrianus eius nominis quartus, quòd nulla nō heroica uirtute pręditus Friderichus j. nomen ſuum Pontificio præpoſuerit conſtit. diui Cæſ. Maximil. quæ anno à nato Seruatore, M. D. xx. promulgata eſt apud Agrippin. Coloniam, et meo iudicio politiore ſtylo digna fuiſſet, proximum locum in Nouell. à Conſtit. de Tabellionibus, meretur, diſertè præcipit, ne ut hactenus neglectum eſt, in locis ſacri Imperij nomen & annum Auguſti, aut Cæſaris in conſcribendis inſtrumētis omittant. Spieg.

IMPERAT princeps ciuibus ſuis, pater liberis, præceptor diſcētibus, tribunus, uel centurio militibus. Seneca lib. j. de Clementia. Sp.

IMPERITI. Cicer. appellare ſolet eos hac uoce, quos uulgus Simplices uocat: noſtri tales doli expertes cēſent. l. ſi quis id q̄d. §. & alij. ff. de Iuriſdict. om. iud. Sp.

IMPERITIA, Caius ait, culpæ annumeratur. Vnde colligunt Interpretes, quòd perinde eſt, quiſpiam per imperitiā peccet, aut dedita opera. utrolibet enim pacto culpam cōtrahit, & pœna fit dignus: ut ſic diſcat quiſque prius officium, aut artē quam exerceat: ne hoc ſuo intelligere atque exercere faciat, ut nihil tandem intelligat, & temeritatis ſuæ pœnam rependere lege cogatur. Exemplum habes ad hanc rem aptiſsimum, in l. qua actione. ad fin. l. idem Iuris. ff. ad Leg. Aquil. & §. imperitia. Inſtit. de Leg. Aquil. l. illicitas. §. ſicuti medico. ff. de Offic. pręſid. ubi rhetorico epiphonemate Iuriſcos. Quid enim inquit, tam contrarium eſt conſenſui, quàm error, qui imperitiam detegit, hoc eſt, inſcitiam, ignorantiam. Spieg.

IMPERITIA priuatorum, Iuriſdictionis formam immutare non poteſt. Vlpian. in l. ſi filia nupta. in prin. ff. Famil. erciſc.

IMPERIVM, poteſtas. Hinc cum imperio eſſe, dicebatur apud antiquos, cui nominatim à Pop. Rom. dabatur imperium. Cum poteſtate eſſe, dicebatur de eo, qui à populo alicui negocio præficiebatur: teſte Feſto. Quod autem Iuriſcōſ. de Iuriſd. om. iud. Imperium, ait, eſt gladij poteſtas, hoc nō eſt de fabrili gladio, ſeu, ut Logici loquūtur, materialiter accipiendum: ſed ἀλληγορικῶς, de iure puniendi facinoroſos homines.

IMPERIVM extraordinarium, Populi Romani ſuffragium erat. Sp.

IMPERIVM merum, dicitur quaſi liberum. Eius recenſet exempla multa Bart. in explicatione Arboris Iuriſdiction. Spieg.

IMPERIVM quod non eſt merum, mixtum omnino apud Vlp. intelligendum eſt: qui tradidit, Imperium aut merum, aut mixtum eſſe. Nec alia eſt ſpecies imperij, ut ſomniant Accurſiani. Lege, Merum imperium. Sp.

IMPERIVM mixtum, idem quod non merum imperium. Nam quod Accurſiani ſentiunt, illud eſſe, quod ex imperio & iuriſdictione conſtituatur, commenticium eſt: ut iamiam admonuimus, & ex Salomonio clarè conſtat. Sp.

IMPERIVM minus Prætor, Conſul maius habebat, ut Gellius ex Tuditani ſententia ſcribit. Et uerum eſt, Prætores iuriſdictionem, id eſt, imperium non merum, iure magiſtratus exercuiſſe, licet S. C. Turpill. animaduertendi poteſtatem de nece domini, ſpecialiter tributum, egiſſent. Ex Salomon. Sp.

IMPERIVM populare. Quære, Populare imperium.

IMPERIVM ſummum, id eſt, Conſulare. cuiuſmodi Prætorum erat in prouincia. Spieg.

IMPERTINENTES poſitiones, aliàs Articuli, aliàs Aſſertiones, aliàs Capitula, aliàs deniq; Poſitionales articuli. ſic enim id genus ſcriptum dicitur. c. ult. in princ. c. præſentium. §. teſtes. de Confeſſ. lib. ſexto. c. cauſam quæ. ij. & c. ex parte. de teſtib. dicuntur, quorum probatio nihil adiutura ſit intentionem actoris. Dominicus in d. c. ult. Impertinentes articulos diffinit eos eſſe, qui ad cauſam prorſus nihil faciunt: aut ſi prima fronte utcunque aliquid facere uideantur, ad ius tamen relati, nullum habent probationis effectum. l. ampliorem. C. de Appell. Spieg.

IMPETRABILIS dies, in quo quis quid facilè impetrat & obtinet.

IMPETRATA uenia fieri. Lege, Venia ætatis.

IMPETRARE actionem, quoniam partes eam certis uerbis à Prætore petebāt, dicebātur. Interrogabat enim, An ſibi ea de re iudicandi poteſtatē facerent? Ipſiq; ſe facere reſpondebant: ſicq; iudicium accipiebatur, id eſt, lis cōteſtabatur: deponebantq; in æde ſacra ſportulam, in qua pecunia erat quam qui uiciſſet, lucrabatur: ea pecunia Sacramentum dicebatur. Inde eſt apud M. Varronem & Ciceron. Sacramento uincere. Ex Alc. Sp.

IMPETVS, inuaſio cum tumultu. Hinc Impetū facere in aliquem, & in bona & fortunas alicuius, pro inuadere, & adoriri.

IMPETVM ſuſtinere. Caius ad L. Aquil. idem dicetur, ait, etſi propter infirmitatem ſuſtinere mularum impetum nō potuerit. Spieg.

IMPLERE promiſſum, quod Barbari dicunt, Tenere ſuam promiſsionē. Plinius Iunior: Impleui promiſſum, priorisq; epiſtolæ fidem exolui.

IMPLICITVS caſus libertatis, apud Paulum l. fin. ſi ex noxal. cauſ. Sp.

IMPLVVIVM, cohortem, plateam, hypæthriumq;, quæ ueteres diſtinctè dixerūt, unico nomine per translationem Aream appellari poſſe, doctiſsimo Alciato uidetur in explicatione l. fundi. de Verb. ſig. Spieg.

IMPLVVIATVS color, pullo ſimillimus: dictus uelut fumato ſtillicidio impluſus: eundem & eſſe qui Suaſus, Inſuaſus'ue uocatus eſt, Thyleſ. tradit. Sp.

IMPONERE iniurias, pro facere, dixit Cicero Actione in Verrem ſexta. Sp.

IMPONERE leges, id eſt, conditiones. ut apud Ciceronem. Sp.

IMPONERE plagam, pro eo quod eſt, facere, idem pro P. Seſtio dixit.

IMPONERE tributum dicitur Princeps, quādo ſubditos imperio cogit ad dādas pecunias, tributū, milites, & id genus.

IMPONERE uectigal, Syluius in oratiōnem Cic. pro M. Fonteio, ſcribit ita uſitatum uulgò eſſe, ut uectigalia noua appellent Impoſitiones. Sp.

IMPORTAT, pro irrogat, infligit apud Martianum, in l. ictus fuſtium. ff. de His qui not. infam. Sp.

IMPORTATA, propriè pro inuecta, illata, uſurpat Iuriſcos. in l. j. de Migr. Sp.

IMPOSSIBILE accipiendum eſt, quod uel iure uel facto fieri non poteſt, Baldo. Quære, Difficile eſt illud. Cuius contrarium eſt Neceſſarium. in l. Nō quidquid. de Orig. Iur. Hinc argumentatio per locum ab impoſsibili. De quo uide elegantiſsima Topica Cl. Cantiunc. Obſeruatum ſcio, Poſsibile, & impoſsibile, Ciceroni in uſu non fuiſſe: quæ tamen uerba poſtmodum finxit, aut certè admiſit neceſsitas. Rhodiginus ait, Impoſsibile nō latinū uerbum malè feriatis uidetur: quo tamen utit Boethius: non reformidat cū Iureconſultis Quintilianus, lib. v. Sp.

IMPOSSIBILIS conditio habetur, cui natura impedimento eſt, quo minus exiſtat. ueluti ſi quis ita dixerit: Si digito cœlum attigero, dare ſpondes. autor Iuſtinian. Inſtit. de Inutil. ſtipul. Sp.

IMPOSTORES, dicuntur deceptores, & qui fallunt præſtigijs quibuſdam. ab imponēdo, id eſt decipiēdo, dicti. Vlp. de Aedil. edict. l. Ob quæ uitia non guloſos, inquit, nec impoſtores. Hinc Impoſtura, deceptio: & Imponere, pro decipere. Idem libr. de Crim. ſtellion. L. ſtellionatus. Item ſi quis impoſturas fecerit. Nebriſs.

IMPOSTVRA, ab eo dicta, quòd adulterinas merces pro ueris ſupponat. Vlp. de Crim. ſtell. Si quis impoſturam fecerit, aut colluſionem in necem alterius, Stellionatus poteſt appellari. Vide ſuprà, Fallacia. Sp.

IMPOTENS dicitur plerunq; in malam partem, ut non ſit idem quod debilis, & imbecillis: ſed qui non potens ſui, nec ſuæ poteſtatis eſt. Impos apud priſcos dicebatur. Spieg.

IMPOTENS poſtulatum, pro improbo, & uiolento accipitur: quod propriè tyrannorum eſt. Sp.

IMPOTENTIAE uocabulum, licet ad eos plerūq; referatur, qui ſibi nequeunt temperare ab impetu uiolentiaq; animorum, etiam nihilominus pro imbecillitate uolunt quidam à Terentio uſurpatū in Adelphis. Iuſtinianus non permittit, ut uxor ſtatim diuertat à marito propter impotentiam: ſed elapſo triennio, ſi nihil emendatū fuerit hoc malum. quoniam uxor reuera non fuit, quæ non conſenſit in uirum impotentem. §. per occaſionem quoq; neceſſaria. in Aut. de Nupt. Dicitur etiam immodica, intolerandaq; potentia: ſicut & Impotens tyrannus, & Impotens Fortuna, pro nimiū potens. Sp.

IMPRECARI propriè mala dicimur.

IMPRAESENTIARVM, ſic legi debere coniunctim, Catanæus contendit: alij tamen interdum In præſens, & ad præſens. Vlpianus ferè ſemper, Impræſentiarum. Nam de Tabul. exhib. Quid enim, inquit, ſi occultatæ tabulæ poſtea prolatæ ſunt, cur noceat ei qui reſponderit, quod impræſentiarum ei ui debatur? Idem: Tempus enim ei dandū eſt, ſi non poteſt impreſentiarum exhibere. Hic autem de tēpore alio, quàm præſenti melius intelligitur: Tuſano teſte, in Annotat. ad Budaic. Epiſt. Sp.

IMPRESSIONEM facere, hoc eſt, impetum & incurſionem facere.

IMPROBA merx, uel iniuſta, in qua non eſt lucrum.

IMPROBE dicere teſtamentum inofficioſum. Vide Vlp. in l. Papinianus. §. meminiſſe autem. ff. de Inoffic. teſtam.

IMPROBARE teſtamētum, ratum & firmum non tenere. Contrarium, Approbare. Spieg.

IMPROBVM teſtamentum, Ciceroni falſum & calumnijs plenum. Sp.

IMPROBVS debitor non eſt, qui ignorat quantum debet. l. non poteſt uideri improbus. ff. de Reg. Iur. Spieg.

IMPROPERARE, eſt crimē, uel aliquid aliud obijcere.

IMPROVISVM debitum. l. ult. §. j. C. de Iure delib. Alberic.

IMPRVDENTIA eſt cum ſciſſe aliquid, is qui arguitur, negat. Si Donato credimus enarranti illud Terentij ex Eunucho, Dono mihi dedit imprudens harum rerū omnium. Imprudens per ſe eſt, Ignarus per alios. Imprudētia eligere, eſt quod uulgò dicitur per inaduertentiam & inſcitiam, quę non excuſat paſsim, teſte Paulo, qui in l. nam & Seruius. §. fin. ff. Negoc. geſt. ait: Qui imprudenter aliquē elegerit ad aliena negocia, is quidquid detrimenti electus negligentia ſua fecit, præſtat. Spieg.

IMPRVDENTIA peccare, Iuſtinianus de iudice qui litem ſuam fecerit loquẽs: Et utiq;, inquit, peccaſſe aliquid intelligi tur, licet per imprudentiam ideo uidetur quaſi ex maleficio teneri. Tit. v. lib. iiij. Inſtit. in prin.

IMPVBEREM appellat Iuriſcons. minorem xxv. annis: Puberem, maiorem. l. impuberibus. de Acquir. hæredit. Vtrumque pariter impropriè, teſte Apello. Eſt autem propriè

IMPVBES, uel impuber, qui xiiij. annos non expleuit. S. C. Syllaniano torqueri non debet, ſed terreri tantum. Veruntamẽ impuberes ab anno ſeptimo, uſq; ad annum ſeſquiundecimum, proximi cenſentur infantiæ: ſimiles plane furioſo & infanti, quantũ ad delinquendi adfectũ attinet. Quia huius ætatis pueri, bonum & malum non adhuc poſſunt diſcernere, adeoq; intellectu carent. §. pupillus. Inſtit. de Inutil. ſtipul. Ab anno ſeſquiundecimo, uſq; ad annum decimumquartum, impuberes cenſentur proximi pubertati, & doli capaces: ideoq; & furtum & iniuriã admittere poſſunt. l. pupillũ. in princ. ff. de Reg. Iur. l. impuberem. ff. de Furt. cum ſimil. Et hæc ita ſe habent in maſculis. Nam fœminæ intra duodecimum ætatis annum cenſentur impuberes, nec matrimonium rectè cõtracturæ. Inſtit. de Nupt. in princ. nec teſtamentũ rectè facturæ. §. præterea. Inſtit. Quibus nõ eſt permiſs. fac teſtam. Attamẽ impuberis eſt miniſteriũ, ſi fortè uel librarius, uel nomenclator, uel calculator ſit, uel hiſtrio, uel alterius uoluptatis artifex. l. ut iuriſiurãdi. §. dabit. ff. de Oper. libert. Sp.

IMPVLSOR, qui incitat & impellit ad aliquid faciendum.

IMPVNE, ſine pœna, ſine damno uel periculo. l. qui ſeruum mihi ex ſtipulatu. ff. de Verb. oblig. Bald. tex. huius l. ſingulariſsimum eſſe dicit. Sp.

IMPVNITA iniuria, ob quam nullũ ſumptum eſt ſupplicium.

IMPVNITAS, licentia, uenia, libertas. Plinius cap. j. libr. xxix. Medicoq; tantum hominem occidiſſe, impunitas ſumma eſt. Spieg.

IMPVTARE, pro ſubducere rationem. Vlpian. in l. j. §. de ſeruis quoq;. de Tut. & rat diſtrahen. & util. cur cauſ. act. Præterea, ſi matrẽ aluit pupilli tutor, putat Labeo, imputare non poſſe: ſed eſt uerius, non niſi perquam egenti dedit, imputare eum oportere, de largis facultatibus pupilli. Hoc eſt quod uulgo dicitur, deducere in ſuis rationibus. Sp.

IMVS pes, extrema pars pedis.

I N

IN præpoſitionis elegans uſus apud latinitatis autores. de quo Gellius. Non ſemper obſeruatur in diſpoſitionibus Legalib. De ea pluribus, nec omnino ocioſe Alberic. Vide infrà, Licentia. Sp.

IN annos ſingulos, hoc eſt, pro ſingulis quibuſque annis ſtare uſumfructum, quo modo ſit accipiendum, Iuſtinianus explicat in l. ambiguitatem. C. de Vſufruct. Spieg.

IN annos ſingulos, quibus in Italia erit. Exponit Iuriſconſult. in l. Iulianus. §. cum quoq;. ff. Ex quib. cauſ. maior. Sp.

IN annum, in ſpacium unius anni.

IN autoritate eſſe alicuius, eſt ei obtẽperare. Dicitur &, in poteſtate. Conſules fuerunt in patrum poteſtate. Sp.

IN bonis eſt, quod ſupereſt deducto ære alieno. l. j. ff. de Ceſſ. bon. Item in bonis, pro in dominio eſſe, Iuriſcõs. uſurpat in l. ſi idem. ff. Pro derel. Sp.

IN bonis meis eſſe dicuntur, etiam iam raptæ res. tex. in l. ij. §. ij. l. in hac actione. uerſ. ſi fugitiuus. ff. Vi bon. rapt. Et ex hac l. colligitur diſcrimẽ inter Ex bonis, &, In bonis iuncta l. rem in bonis. de Acquir. rer. dom. Sp.

IN caducum parietem inclinare, quid ſit, exponit pulchrè Roterodam. in Chiliadibus.

IN capita, in ſingulos, ſingulatim. Liuius libro ij. ab Vrbe: Extulit eum plebs, ſextantibus collocatis in capita. Id eſt, quiſque collocauit ſextantem, & contulit. Sic apud Iuſtinianum tit. j. libri iij. Inſtit. Conueniens eſſe uiſum eſt, non in capita, ſed in ſtirpes hæreditatem diuidi. Itaque ſuccedere in capita, eſt pluribus qui ſunt eiuſdem gradus, hæreditatem in æquales partes diſpeſcendam, id eſt, diuidendã cõpetere, Zũ gleichem teyl erben. l. poſt conſanguineos. §. hæreditas. ff. de Suis et legit. hęred. Imp. in Aut. de Hæred. ab inteſt. uen. §. ſi uerò neque fratres. uerſ. ſi autem plurimi. Sic fratrum filij inter ſe non aliter, quàm in capita ſuccedere debent. Et hoc ſuadet æquitas

naturalis,ne,qui ſunt conditione & gradu pares, ad lucra poſſeſſoria impariter nulla iuſta ratione uocentur. Qua de re effuſe tractat Zaſius in Intellectib. et reſponſis ſuis,abſurdam indicans hanc collectionem: Fratrum filij patruo extante, inter ſe in ſtirpes ſuccedunt, ergò ſimpliciter in ſtirpes ſuccedunt. Nam qualitas ſuccedendi, in antecedente & conſequẽte uariat. Stirpalis enim ſucceſsio filiorũ fratrũ cũ patruo, ex qualitate priuilegij nititur, quæ in ſolis fratrum filijs non eſt recepta. Sic Azo præceptor Accurſij, bene & rectè docuit: cuius ſententiam diſcipulus, ut in Gloſsis probauit, ita in reſponſis, ſeu conſilijs,ab eo diſceſsit. Sed palàm eſt, & quęſtum,et lucra,iudicium ſæpe fallere. Imp. noſter ſtatuit pro opinione Azonis,Merelio Procancellario, Chuonrado Peutingero, Matthia Heldo, Hieronymo Veho, Vuolfgango Brantnero, Nicolao Ribiſeno,tũ multis alijs doctis uiris, eiuſmodi conſtit. reuocandam magis, quàm ſanciendam nobiſcum ſentientibus. Suam interim Accurſiani,ut communem,mordicus tenebant. Id æquitatis cùm amantiori, tum patrono ſtrenuo Zaſio, quod & res ipſa erat, ab uno ſcilicet Accurſio, qui ſæpenumero labitur, pendere: Cõſtitutionibus interim, æquitate, litera natura'que poſthabitis uidebatur eſſe grauiſsimum. In ſtirpes uerò ſuccedere, eſt liberos parentum ſuorum partem hæreditatis adipiſci, quam ipſi ſuperſtites adſecuti fuiſſent. Hæc ſucceſsio ſtirpalis, quæ & parentalis uocatur, rectè à melioribus interpretibus iuris eſſe priuati dicitur. Siquidem Imp. in d. Aut. §. ſed & ipſis. manifeſtè uoluit, quòd fratrum filij nullo alio caſu in locum parentum ſuccederent, quàm ubi cum eorum proprijs patruis uocarentur. Imp. uerba ſic habent: Quandoquidem, inquit fratris & ſororis, filijs tale priuilegium dederimus, ut in priorum parentum ſuccedentes locum, ſoli (in terio conſtituti gradu) cum his, qui in ſecundo gradu ſunt, ad hæreditatem uocentur. Nam aliàs iure communi à ſucceſsione excludebantur. Igitur qui uel conſulunt, uel iudicant, pari inter ſe exiſtentes gradu, cuiuſmodi etiam ſunt relicti duntaxat nepotes. §. ſi quis igitur. uerſ. in hoc enim ordine, Iure proprio tutos, in quacunque ſucceſsione, in ſtirpes ſuccedere debere, non modò contradicunt ueritati, ut Zaſius ait, inuictę, apertiſsimis'que textibus fulcitæ, ſed etiam naturalẽ æquitatem tollunt. Dent ergo manus hac in parte Accurſiani, & cum Sulpitio Iuriſcons. in gratiam redeant, hoc eſt, ut ille, ad æquitatem omnia perpendant. Vide infra, Legitima. Sp.

IN caput pręcipitari, pro exturbare ædibus (noſtri dicunt, **die Stäg zeygen**) uel potius quem funditus perdere eſt: **Gar vmſtürtzen.** ut de præoberatis dicitur. Spieg.

IN cauſam deſcendere. Lege, Subſcribere.

IN conſilium ire dicuntur iudices, cum aut capita conferunt, aut interiore conſilio inſtrumẽta litis percenſere aggrediũtur.

IN commune redimere, uide Iulianum in l. ſi communi. ff. de Seruitute præd. ruſt. Spieg.

IN creditum ire dicitur, non qui rem ſuam, ſeu certam ſpeciem uindicat, ſed qui in perſonam agit, ut ſibi ſatisfiat. l. procuratoris. §. pen. de Tribut. tametſi per Prolepſim ſimpliciter pro credere accipiatur plerumque. ut in l. ij. §. mutui. ff. Si cert. ſeruo inuito. §. final. ad Trebell. Lege, Credere. Adi Oldendorp. explicantem l. ij. ff. de Rebus credit. Action. xvij. Claſs. iiij. Sp.

IN creditum poſsidere dicitur, qui in poſſeſsionem pignorum debitoris, ex decreto Prætoris miſſus eſt. l. à diuo. §. ſi pignora. ff. de Re iud. Sp.

IN damno non uerſari, apud Vlp. in fin. l. quæ utiliter. de Negoc. geſt. Sp.

IN diem, & lõgam dilationem, & ſpacium unius diei tantum notat: quod Accurſius non animaduertit, clara Vlpiani uerba, in l. iij. de Procur. futili interpretatione obſcurans. Sp.

IN diem uiuere, idem quod, ex tempore uiuere, neque habita dierũ, aut horarum ratione. Eraſm. noſter in Chiliad. ſignificãtius interpretatur: ut in diem uiuere, ſit præſentibus rebus contentum uiuere, atque ex parato, minimè ſollicitũ de futuris: additq́; eiuſmodi uitam ceu feliciſsimam omnium probaſſe Chriſtum.

IN æquo eſt, dolor amiſſę rei, & timor amittendæ, autor Seneca, quem Lucas à Penna, antiquus, celebriq́; nomine Doctor habuit in parato. Sp.

IN eadem

IN eadem cauſa eſſe, uerbum eſt Iuriſcoss. Vlpian. Si quis quenquam in iudicio ſiſti promiſerit, in eadẽ cauſa debet ſiſtere: id eſt, in eodem ſtatu, & eadem conditione. Caput eſt l. xj. ſi quis caut. Sic Paul. l. ſeq. Nõ uidetur in eadẽ cauſa ſiſti. Quære, Siſtere in eadem cauſa. Sp.

IN fide alicuius eſſe, idem eſt quod, feudũ tenere ab aliquo. Fides enim auxilium, & tuitionem ſignificat. Budæus in l. Herennius. de Euict.

IN facto poſitam eſſe queſtionem iuris, id eſt, ius definiendum eſſe ſecundum circumſtantias facti. l. ex plagis. §. in cliuo. ff. ad Leg. Aquil.

IN factũ actio, in factum diſputatio. l. Neſennius. ff. Neg. geſt. Old.

IN folle offerre, apud Calliſtrat. in l. cum ſeruus. de Condit. & demonſtr. Accipit Eraſmus pro eo, quod erat, inexplorate, inexplicate, & confuſe: ſicut qui ſyngraphas & pecuniã ſacculo incluſas offert. Sp.

IN fraudem fieri dicitur, quod uere inter partes agitur, ſed alterius fraudandi cauſa. ut cum pater alienat bona, filios in legitima portione defraudandi: uel reus, ut lucrum Fiſco diminuat. Huiuſmodi que contractus ipſo iure ualent, licet ab eo, in cuius fraudem facti ſunt, poſſunt reſcindi.

IN fraudem autẽ Legis, quid fieri dicatur, docent Paulus, & Vlpian. de Legibus. Spieg.

IN fraudem Legis facere, adfine eſt eius, quod eſt, contra Legem facere. l. contra Legem. de Legib. Sp.

IN fructu id eſſe intelligitur, quod ad uſum hominis inductũ eſt. neq; enim maturitas naturalis hic ſpectanda eſt: ſed id tempus, quo magis colono domino' ue eum fructũ tollere expedit: autor Iabolenus, l. penult. ff. de Vſu & uſufr. Sp.

IN fructu eſſe hominem, Caius inquit, abſurdum uidebatur: cum omnes fructus rerum, natura hominũ gratia comparauerit. l. pecudum. de Vſur. Sp.

IN hæreditatem legitimam non cõcurrere. l. filio. ff. de Inoffic. teſtam.

IN hypothecis uindicare, eſt per hypothecariam actionem petere. l. fideiuſſor. §. Lucius Titius. ff. de Reb. dub. ex Copia Dn. Oldend. Spieg.

IN gleba uindicare quid ſit, Gel. lib. ix. docet, & Bud. in prior. Annot. Sp.

IN gradu eſſe, uox eſt ad dignitatem pertinens. l. ſacroſancta. C. de Epiſc. & cler. Spieg.

IM imaginariam ſeruilem cauſſam deduci. Vide l. iij. ff. de Capit. minut.

IN integrum inſtitutio. Boni Prætoris eſt, potius reſtituere litem, ut ratio & æquitas poſtulabit, quàm actionem famoſam conſtituere. ad quam tunc deſcendendum eſt, cum remedio locus eſſe non poteſt. Marcellus in l. diuus Antoninus. ff. de In integ. reſtit. Sp.

IN longinquo habere, ueluti trans mare, in fin. l. ſi quis ex argentarijs. ff. de Edend.

IN ius uocare eſt, iuris experiũdi cauſſa uocare. l. j. ff. de In ius uoc. §. ult. Inſti. de Pœna tem. litig. Vtiq; enim, inquit, Imp. in primis aduerſarius in ius uocãdus eſt, id eſt, ad eum uocandus, qui ius dicturus ſit. C. in l. trib. ff. de Iudic. nuncupat. prouocare in iudicium, Oldend. teſte. Sp.

IN ius uocati, ut eant, uel ſatisdent. Tit. v. eſt ij. Pandect. qui hactenus ſic legebatur: In ius uocati ut eant, aut ſatis, uel cautum dent. ſed male. Nam ſolum de ſatiſdatione tractat. Differentiã uerò eorũ, qui ſimpliciter, aut datis fideiuſſoribus, aut iurato cauere poſſunt, declarat Tit. viij. eiuſdem lib. Sp.

IN iudicium quinque genibus ſitum, id eſt, in alieno arbitrio res eſt poſita. Alludit fere noſtratis ſermonis parœmia, qua ſignificamus, ut quid decidamus, non eſſe noſtræ facultatis. Es ſteet bey den häübteren. Sp.

IN iure, cum dicũt oratores, quod Budeus haud ſcit, an perpaucis animaduerſum ſit, apud Prætorẽ intelligere debemus. Lege eum in poſter. Annot.

IN iure noſtro ſunt nonnullæ declarationes, hoc eſt, uocum interpretationes potius, quàm definitiones: quas diligenter indicauit doctiſs. uir Apellus in Methodo, ex qua laborem hunc noſtrum, ubi uiſum fuit operæpreciũ, & auximus, & ornauimus. Hiſce autem declarationibus non longe abludũt, Etymologia, Notatio, & Alluſio. Sunt tamen qui inter hec omnia magnum faciãt diſcrimẽ: qua de re pleni ſunt interpretum libri. Quanquam paruo fructu tam anxios eſſe libuit: quando tantopere cecutimus, ut præter unicam hominis definitionem

uix aliam ullam reperiamus, quæ ueram ſuam differentiam contineat. Vide Cantiun. in Topicis, ubi tractat locum ab Etymologia. Sp.

IN l. j. ff. de Edend. Politian uerſ. eum quoque edere Labeo ait. ex Pand. Florentinis repoſuit, ut habent recentiores Codices. Alciat. tamē multo aliter legit, & interpretatur etiā, quem Vlpiani mentem expreſsiſſe puto. Vide eum in fin. lib. ij. Diſpunct. Spieg.

IN libertate fuiſſe, quomodo ſit intelligendum, exponit Vlpian. in l. quod autem. de Liber. cauſa. Sp.

IN litem iurare, eſt ſuo ipſius iuramento, rei quæ in lite, id eſt, in iudicio petitur æſtimationem inire, & pro quanto ea carere nolit, affirmare. Et quia iudex in hoc iuramento ſequitur affectum actoris, appellatur etiā Affectionis iuramentū. Sp.

IN morbo conſumere, uerbum eſt creditorum, ſentientiū debitorem creditam pecuniolam non redditurū, nec exiſtimantium opereprecium ob tantillum Legibus agere. Seneca lib. de Beneficijs iiij. Quingenti, inquit, denarij ſunt, illud, quod dici ſolet, in morbo conſumat. Sp.

IN neutris eſſe apud Paul. de Legat. iij. Lege Seruis urbanis.

IN obligatione eſſe aliquid dicitur, cum uinculo obligationis innectitur. In ſolutione eſſe dicit̄, quod poteſt pro re obligata ſolui, licet iudicialiter non poſsit peti. Ex Zaſ. Sp.

IN omnibus talibus. ff. de Rei uendic. l. in rem. §. ſed & id. Alberic.

IN ordinem redigere, propriè ſignificat inter uiles numerare, ut docet Priſcianus, quaſiq́ intra claſſem ſuam continere, nō eximium ducere, honore non eximio dignari. Huic affine, in ordinem legere. apud Paul. in l. ult. de Veteran. Sed ueterani, qui paſsi ſunt ſe in ordinem legi, muneribus fungi coguntur. Sp.

IN pecuniā ludere. Paul. in l. ij. ff. de Aleatorib. Senatuſconſultum, uetuit in pecuniam ludere: præterquam ſi quis certet diſco uel pilo iaciendo, currēdo, ſaliendo, luctando, pugnando: quod uirtutis cauſa fiat. Spieg.

IN perpetuum, contrariū habet, in tempus.

IN poteſtate conſiſtere exiſtimatur, quod in actu non eſt, ſed eſſe poteſt. l. aduerſus ſententiam. ff. de Arbit. quam Alciatus nobis reſtituit. Vide eū in Diſpunct. Sp.

IN poteſtate habere, id eſt, in cura, & adminiſtratione. Sic dicitur Epiſcopus Eccleſiæ fundos habere in poteſtate. c. j. de Reb. Eccl. non alien. Tutor quoq́ in pupilli caput poteſtatē habet, id eſt autoritatē. Inſtit. de Tut. in prin. Vnde & alibi ſua poteſtate quis feciſſe dicitur, quod propria autoritate fecit. Ex Alc.

IN præſens exponit Valla, id eſt, in preſentiarum: quod aduerbium, teſte Glareano, nuſquam apud ueteres reperias: quāuis etiam, eodem indicante, Perottus, atque adeò noſtra ætas ſæpe eo utatur. Vlpian. Cur noceat ei, inquit, qui reſpondit quod in præſentiarum uidebatur. l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de Interrog. act. Sp.

IN præſentiam, id eſt, donec ſit præſens. Hæc enim eſt natura præpoſitionis iunctæ accuſatiuo caſui. ut cum Virgil. dixit, In lucemq́ tuliſſet: id eſt, uſque ad lucem. Hoc à Seruio animaduerſum, Alciat. etiam indicauit. Sp.

IN primis, modò ante omnia, modò pro præcipuè, excellenter, utriuſq́ ſignificati exemplum apud Pomponium extat. in l. ij. de Orig. Iur. alterum mox à prin. alterum in §. fuit autem. Sp.

IN procinctu eſſe, ſignificat id, quod Barbaris, hoc eſt in fieri, hoc eſt, in potentia propinqua.

IN re diſceptare, pro iuſtè iudicare. c. fraus. §. iudex. extra de Vexb. ſig.

IN re permittere, pro in poſſeſsionem ingredi. l. cum unus. ff. de Bon. aut. Iud. poſs. Alberic.

IN rem preſentem uenire, Vff den augen ſchein geen

IN rem ſuam fideiuſſor, pro reo principali habendus eſt. l. ſed & ſi fideiuſſor. ff. de Pact. Alberic.

IN rem uerſum. Vide, Verſum in rem.

IN ſeruitutem petere. l. in ſeruitutem. ff. de Bon. libert. Alberic.

IN ſinu meo habui, pro in poteſtate ac fide mea. apud Scæuolam in l. qui teſtamentum faciebat. de Probat. Quod enim alterius fidei committimus, in ſinum deponere dicimur. Vide Eraſ. explicantem prouerbium, In ſinu gaudere. Sp.

IN ſortito eſſe, id eſt, in incerto et ambiguo, ut inueniri nō poſsit. Iure noſtro rarū eſt, ut iudiciū per ſortes admittatur, niſi cum res adeò perplexa incertaq́ eſt, ut alium

exitum

exitum nō habeat.l.ſi duob.C.communia.de Legat. Vide Alciat.lib.v.Parerg. cap.xxij. Spieg.

IN tabulas referre,id eſt,ſcribere in tabulis, & ut dicunt,in Regiſtro.Sylu.

IN utero qui eſt,non eſt pupillus.l.non eſt. ff.de Verb.ſig. tametſi animal eſſe uideatur.l.j.§.proximus.ff.Vnde cognati.l.negat. de Mort. inf. Nam qui in utero eſt, pro iam nato habetur,quod de eius commodo tractetur. l. qui in utero.ff.de Statu hom. Alber.

INANE,& inutile,ut diuerſa ponuntur in l.ordinata.de Liber.cauſ.Sp.

INANIA uaſa,pro uacuis.l.j.§.licet autem quandoq;. ff. de Peric.et com.rei uendit.

INARGENTATVM,ſicut inauratū,hoc eſt, argento & auro illinitum, tectum.

INARGVTA ſententia. Vlp.in l.hoc Senatuſconſultum.§.ſi pecunia. quam ſententiam & Celſus ſcripſit,quæ mihi non inarguta uidetur,hoc eſt,ut uulgò dicūt, ratione fundata.Sp.

INATERES,duorum fratrū uxores Græcis inter ſe uocantur. Sicut Aelij,uel etiā Aoelij dicunt, quib.duę nupſerint ſorores. Sororis autē meæ maritus,nō habet ſpeciale nomē,quo illum appellem: nec uxoris frater Daer, mariti dicitur frater. At Soror uocatur γάλως, à nobis dici poteſt Glos. Frater meus, Leuir eſt uxori meæ. Vide Rhodigin. cap. xxiiij. libri xxviij.& Dn.Oldēd.in Copia,quo loco nomina Adfinium indicās,pro Inateres, uoce Græca uicioſe legit Ianitrices. Sp.

INAVDITVM damnari, idem quod, indicta cauſa damnari.

INAVDITVS. Vlpian.ad Leg. Corn.de Sicar. Inauditum filiū pater occidere nō poteſt. Accurſius imperitè exponit,inauditum,id eſt,ſuppoſitū. Bud.inauditum filium,hic intelligit ἄκριτον,hoc eſt reum, iudicio non conuictum, & indicta cauſa patrem interficere poſſe. Satis idē admirari nequit Budæus, quod Accurſius futilitate,ut ait,mira prędit us,Bartolum uirū ingenij felicis & ſolidi enarrationū tā abſurdarū aſſeclā poſt ſe traxerit. Sp.

INAVRIS, ornamentum ex auribus fœminarum dependēs. Vlpian. de Aur. & arg. leg.l. argumento. Veluti inaures,armillę.Item l.pediculis.Inaures in quibus duæ margaritæ. Nunc in Italia incipiunt geſtare inaures. autor eſt Maſſarius. Nebriſſenſis, & Spiegel.

INCANTARE, uel uerbis, uel rebus adiunctis, aliquid ſupra naturā moliri. Priſcis perſuaſum erat, prodigioſam ineſſe uim uocibus incantatorū: adeò,ut myſticus quoq; Pſalmus mētionem faciat uenefici incantantis ſapienter. A' noſtris Incantatio, hoc eſt, actus ipſe incantandi, inter infames numeratur. Adi Bart. in l. j.C.de Malefic.& mathem.Sp.

INCASSVM, id eſt, ſine cauſa, quaſi ſine caſsibus, ſine quibus uenatio eſt inanis. Spieg.

INCAVSTO, hoc eſt, atramento falſum deprehenditur. Aut.de Fid.inſtr.§.j.Albericus.

INCAVTE factum, pro infecto habetur. l.j.§.j.ff.de His quæ in teſt.del.

INCAEDVVM,quod non cęditur.

INCENDIARII, qui ob inimicitias,uel prædę cauſa incenderunt. Vlpian.in l.capitalium.§.incendiarij.de Pœn.Sp.

INCERTVM dicitur,quod ignoratur. l. ſubſignatum.§. ult.ff.de Verb.ſig.Deniq; cuius effectus incertus eſt.l.ne in arbitris.C.de Arbit.Sp.

INCERTVM conditionis, pro incerta cōditio.l.j.C.de Pactis. Albericus.

INCERTITVDO, eſt ſubſtantia tranſactionis:unde poſt rem iudicatam ea nullius momenti eſt. l. res iudicata. de Regul.iur.Spieg.

INCERTITVDO reprobatur, primùm in contractibus.l.inter ſtipulantē.§.inter Stichum. ff.de Verb.oblig.l.cum duob. ff.de In diē addict.Deinde in ultimis uoluntatibus.l. duo ſunt Titij. ff.de Teſtament.tut. cum ſim. Denique in iudicijs nullo modo admittenda eſt. l. iij. C. de Senten. quæ ſin.cert. quant. proferun.l. quid tamen. §. Pomponius ait.ff.de Recept. arb. l. idem Pomponius ſcribit. ff. de Rei uendic.Sp.

INCESTA, eſt etiam ſine ſtupro,quæ cupit ſtuprū, autor Seneca lib. Declamat. ſexto.Spieg.

INCESTVS,uel inceſtū,dicitur id crimē, quod cōmittitur cum ea, cum qua illicitū alioqui matrimoniū fuiſſet. Notū eſt, Ciceronē adulterium & inceſtū, ſtuprū ſæpe appellare. Crimen inceſti grauius eſt adulterio.l.ſi adulterium.§.j. uerſ.duplex.de Adulter. Vnde qui inceſtuoſus à noſtris dicitur, nec hæres inſtitui po-

teſt, nec ei legari poteſt: quinetiam ab accuſatione, & ferendo teſtimonio repellitur. Vide Abbat. in c. tranſmiſſæ. de eo qui cog. conſangu. ux. ſuæ. Sp.

INCIDENTIS, hoc eſt, intercidẽtis quæſtionis, & emergentis materia, tractatur utiliter à Bart. in l. j. C. de Ordin. iudic. & in l. uiro atq; uxore. ff. Solut. matrimõ. & Felino in c. ſuborta. de Re iud. Sp.

INCIDERE, inſculpere etiã ſignificat. in l. ij. §. ſed ne diutius. ff. de Orig. Iur. l. ij. Alber.

INCIDERE in eam ualetudinem, propter quam operæ inutiles fiunt. uide Labeonem l. penult. de Rei uind. Sp.

INCIDERE in captionem. l. j. ff. de In integr. reſtitut.

INCIDIT ſępe, pro euenit, uel ferè fit. Nõ quod prout res incidit. Hęc Vlpiani uerba in l. ſi quis id. de Iuriſdict. omn. iud. Accurſius non percepit. Senſus eſt, exponente Hegendorph. Non ſi res quæpiã non ita magni momenti eſt.

INCILE, inquit Vlpian. l. j. de Riuis. locus eſt depreſſus ad latus fluminis. Ex eo dictus, quod incidatur. Inciditur enim lapis, uel terra, unde primùm aqua ex flumine agi poſsit foſſę, ſunt per quas aquę pluuiales deducũtur ex ſatis. Dioryges à Græcis dictæ. Nebriſs.

INCISA ſpes lucri, quæ decidit, & qua fruſtramur.

INCISVM dicitur, quod ſcalpro ſcriptum aut ſcalptum eſt.

INCITARE, eſt adhortari, inſtigare, extimulare. Hinc incitationes, & incitamentum, quod commouet, incitat, & accendit ad aliquid faciendum. Notum eſt incitare currentem, pro, ultro promptum adhortari. Sp.

INCLINATIONES rerum & temporum dicuntur, quando reipubl. Conſtitutio, tenorem ſuum iam non amplius ſeruat, ſed ad mutationẽ ſpectare uidetur, ut nunc apud Germanos. Prætereo prudens, quæ aſtrorum peritiſsimus Stablus, aliquando communicabat amicis, de inclinamento Germanici imperij, transferendis'que montibus, ut aiebat, in cor maris. Diſputantem audiui Cæſ. Maximilian. cum Collimitio, de effectu nigrarum ſtellarum: quibus quòd abditiſsimæ ſint, nec uulgò ſatis cognitæ, id nominis inditum. Sp.

INCLVSA auro gẽma. l. gẽma. ff. ad Exhib,

INCOLA propriè eſt, qui cum aduena eſſet, in aliquam ciuitatem ea mente habitatum uenit, ut ibi perpetuò ſit, ſummámque rerum ſuarum ibi habeat. Alciat. de Verb. ſig. Idẽ in Parerg. Sciendũ, inquit, in iure noſtro incolas eſſe, non ſimpliciter alienigenas habitatores, ſed eos qui domicilium, ſedemq; rerum ſuarum animo permanẽdi fixerint: quos Iurecons. παροίκους dixit, οἶκον pro domicilio accipiens, quod ab eis translatum ſit. Sp.

INCOLAE Zaſio ſunt, habentes domiciliũ in loco, quo facile poſſunt mutari. Si quis alienus, idem tradit, decẽ annos habitet in loco, & poſtea parat domiciliũ, is iam dicitur Incola, & ſortitus eſt forũ loci. l. ij. C. de Incolis lib. x. Sp.

INCOLORATE reſtitui deſiderans. l. minor. ij. ff. de Minor. id eſt, nulla allegata cauſſa.

INCOLVMES. Vide, Mutatio ciuitatis.

IN cõmiſſum cadere, eſt alicubi aliquid uehendo, uectigal non ſoluere. de quo tractat tit. C. de Vectigal. & commiſs.

INCOMPERTVM, de quo nullam certitudinem habemus.

INCONSEQVENS, cum ſequens non reſpondet ſuperiori. Græci ἀνακόλουθον uocant. Spieg.

INCONSTANTIAM recuſare. l. ff. de Procur. Sp.

INCONSVLTA facilitas damni reſtitutionem indulget, non euentus damni, autore Vlpiano, l. uerum. §. ſciendum. de Minor. Sp.

INCONSVLTO hæredis nomẽ deletum. l. j. ff. Si tab. teſt. ext. l. j. de his quæ in teſt. del. l. ſi unus. §. j. C. de Teſtã. Alberic. exponit Inconſulto, id eſt, non ſtudio. Sp.

INCONSVLTVS, & eũ à quo conſiliũ non eſt petitũ, & eum, qui cum quęreret conſilium, non accepit tamen, ſed quaſi pro indigno habitus eſt, ſignificat.

INCONSVLTVS calor, ueniam continet, et nõ calumniam. ff. ad Turpill. l. j. in fin. Alberic.

INCONSVLTVS dolor. l. Gracchus. C. de Adulter.

INCONTINENTI, id eſt, ſtatim. Iuſt. Excõtinenti dicere ſolet. Non autẽ intelligendum ad punctum, ad momentum, ſed ciuiliter, moraliter. Ea enim incontinenti fieri dicuntur, quæ ut ſuprà attigimus, explicãtur antequã partes ad extraneos

actus

actus ueniant. ita eſt tex. in l. reos. §. cum duo rei. ff. de Duob. reis ſtipul. Sp.

INCONTINENTER reſiſtere dicitur, qui etiam interuallo trium dierum reſiſtit: & homo uulneratus, ſi intra tres dies moriatur, dicitur incontinenti mortuus. ut colligitur ex l. ſciendum. ff. de Aedilit. edict. & eſt Gloſs. ſingularis in l. j. C. de Emend. ſeru. Sp.

INCRVSTARE, eſt cruſtam parieti, uel alicui alteri rei inducere: ſiue id fiat ex calce, gypſo, argilla, lapide, uel alia materia. Proculus de Seruit. urban. pręd. l. quidã. Parietem, inquit, cõmunem incruſtare licet. Et paulo pòſt: Quod obſeruari in incruſtatione oportet. Item de Verb. ſig. l. impenſę. Paulus ait, Incruſtationes, loricationes, & picturæ. Nebr.

INCRVSTATIONES, tectoria ſunt parietum, ex cruſtis marmoreis facta. Proculus in fin. l. quidam Iberius, quod obſeruari, ait, & in incruſtatione oportet. Vide Alciatum in l. impenſę. ad fin. ff. de Verb. ſig. Spieg.

INCVBVS, ægritudo quæ ſit, docet medicorum princeps Auicenna tertio primæ. & Rhodiginus libro decimoquarto. Item Dæmones ab incubando, qui mulieribus commiſcentur, à ſuperuentu Incubi dicuntur: qui uiris, & patiuntur muliebria, Sucubi. Quãquam Aegyptij dæmonicum ſpiritum miſceri uiro poſſe, negant. Annalibus proditũ eſt, Hunnicam gentem, ſuam referre originem à Dæmonibus. Quod certè turpius uidetur, quàm referre nobilitatis ſuæ initia, in piratas, aut latrones, aut ſicarios inſignes: quod, Viuete teſte, multi faciunt. Spieg.

INCVLPATVS. lege, Illaudatus.

INDAGINEM, pro effectu & propoſito Indaginis, id eſt, pro captura accipit Iuriſcons. in l. emptorem. §. ultimo. de Act. empt. Spieg.

INDEBITVM, quot modis in iure noſtro accipiatur, explicat in Summa Azo.

INDEMNATI dicuntur ij, qui cauſam non dixerunt, id eſt, qui in iudicium uocati non ſunt, etiamſi partes iniuſtè dederunt. ut apud Ciceronẽ in Oratione pro Domo ſua. Sp.

INDEMNITATI conſuli poſſe, apud Papinianum in l. fideiuſſor. Neg. geſt.

INDEVOTIO, apud Iuſtinianum in l. ſi quis argentum. §. ult. C. de Donat.

INDEX, pro tabula quæ præponitur libris, ut & numerum, & ordinem, tam librorum, quàm rerum, per capita indicet. Martialis pro inſcriptione, qua unuſquiſque ſummatim liber demonſtratur, uſus eſt: Et cocco rubeat ſuperbus index. Eſt præterea, qui alicuius facinoris particeps, cõiuratione̅ detegit: & digitus poſt pollicem primus. Vide l. ij. ff. de Fide inſtrum. & §. fin. Inſtit. de Public. iudic. Sp.

INDICARE, æſtimare eſt, & precium rei uenalis ſtatuere. Hinc Indicatio, & Indicatura, id eſt, precium, & æſtimatio operis. Bud. in l. Iulianus. §. quod autem diximus. de Act. empt.

INDICARE, eſt precium rei uendendæ ſtatuere. Mercari uerò & liceri eſt aliquid minus offerre, quàm indicatum ſit, donec in precium cõſentiant emptor & uenditor. Itaque indicare, uenditoris eſt: Liceri & mercari, emptis. Aliter item indicare ſumitur. De quo uide, Confiteri. Spieg.

INDICIVM apertũ. Vide, Pręſumptio.

INDICIVM profiteri, ultrò ſeſe, conſorteſq; criminis deferre. Iuriſcons. in l. j. ad Leg. Corn. de Sicar. Qui'ue cum magiſtratus eſſet, publico'ue iudicio præeſſet, operam dediſſet, quo quis falſum iudicium profiteretur, ut quis innocens conueniretur. Sp.

INDICTA cauſa damnari dicuntur, qui ad iudicium uocati, non affuerunt, abſenteſq; ſententiam paſsi ſunt. Bud. in poſterior. Annot.

INDICTIO, eſt denunciatio. Vlpian. de Oper. libert. l. libertus. Cui poſt indictionem, inquit, operarũ. Atq; aliubi: Si indictiones tẽperariæ indictæ ſunt. Nebr. apud Paul. in l. quęro. ff. de Vſufr. Sp.

INDICTVM, & quod non dictum eſt, & quod ſolenniter promulgatum eſt, ſignificat.

INDIFFERENS. Quære, Medium.

INDIFFERENTER, pro indiſcriminatim apud Vlpianum. de Offic. Quęſtor. uſurpauit. Suetonius pro ſuſq; deq;, annotante Eraſmo. Sp.

INDIGNATIO, eſt oratio per quam conficitur, ut in aliquem homine̅ magnum odium, aut in rem grauis offenſio concitetur. autor Cicero li. j. de Inuent. Bart. in Comment. ad Conſtit. Qui ſint rebelles,

belles. circa fin. ſuper his uerbis: Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem noſtram. Huius, inquit, uerbi nullum effectum inuenio, niſi quatenus uerbum ſonat. Quia Imperator indignatus ex hoc facto, nō exhibebit ſe gratioſum. Sp.

INDIGNVS, non ſemper eſt reprobus, ſed propriè immeritus. Hinc uenit nomen Indignitatis, affine admodum Contumeliæ. Notus eſt tit. in Pand. de His quib. ut indignis Leg. auferuntur. Vide Bart. in l. hæreditas. C. de His quib. ut indign. Sp.

INDISCRETA cautio, quæ abſq; cauſa eſt. l. cum de indebito. §. fin. ff. de Probat. Albericus.

INDISCRETE, inordinatè, confuſe. l. ſi quis ad declinandum. §. ubi autem. C. de Epiſc. & cler.

INDISCRETVM, hoc eſt, maximè coniunctum: contrarium diſcreto.

INDISCRETVM, pro nondum decreto, deciſo. in Autent. de Nupt. §. quia uerò hactenus.

INDISTINCTE ſcribit. Paul. l. nō diſtinguemus. §. Iulianus. ff. de Recept.

INDIVIDVVM, quod diuidi nō poteſt: Indiuiſum, quod non eſt diuiſum. Sed hæc indiſcriminatim poni, Alberic. indicat, & ſimul omnes ſeruitutes eſſe indiuiduas, excepto uſufructu. l. j. ff. ad Leg. Falcid. cum ſimil. Sp.

INDIVIDVVM quinq; uocibus à Dialecticis addi ſolet: non quia ſit communis uox (prędicatur etenim de una re tātum) ſed quia in definitione ſpeciei eius fit mentio. ut, Tutela teſtamentaria Seij, Dominiū directū Caij, Obligatio naturalis Pamphili. Vide, Genus pro ſpecie.

INDOCTI, hoc eſt, imperiti, qui, quicquid ſemel inſedit animo, nunquā patiūtur reuelli: ſtupidiores, ꝙ ut ipſi rectè iudicare queant: & ijdem prefractiores, quàm ut alienæ ſententiæ uelint accedere: quod quidem hominum genus omnium extremum, ac prorſus inutile, meritò iudicauit Heſiodus. Sp.

INDOLES, & ſpecimē uirtutis, hoc eſt, initia, & plenā interdū uirtutem ſignificat.

INDOTATVS, contrarium dotato. Non cogitur quis indotatā uxorem, hoc eſt, quæ non adfert dotem, ducere. l. ſi donaturus. ff. de Condit. cauſ. dot. Sp.

INDVCERE, præter alia ſignificata, eſt etiam expungere, & cancellare calamo tranſuerſo. Vlp. de His quæ delentur. l. cancellauerat autē quis teſtamentū, uel induxerat. Item, Si nomina omnia induxerat, ut proponitur. Item, Quæ in teſtamento legi poſſunt, ea incōſultò deleta, uel inducta, nihilominus ualent: conſultò non ualent. Hinc Inductio, pro abolitione & litura ponitur. Nebriſ.

INDVCERE ſententiā, aut decretū, uulgò eſt, ad nihilū ponere. Eſt enim Inducere propriè, ducto per ceras ſtylo tegere, interlinere, & memoriam ſcriptorum obliterare, **Vßtylgen**. Budæus in l. ult. de Senatorib. Vide Gloſs. ſingularem in l. ſi quis libertatem. ff. de Petit. hæred. & Gloſs. in l. inductum. C. de Solut. Sp.

INDVCIAE, inquit Paul. de Capt. l. poſtliminium. ſunt, cum in breue, & in præſenti tempore conuenitur, ne inuicem ſe laceſſerent hoſtes. Nebr.

INDVCIAE nomen ab eo ſumpſerunt, quòd in diem ducantur, id eſt, differantur: quo tempore à bello & uindicta ſuperſedere æquū eſt. Aliàs barbarè Treuga. Alc. in l. cum proponas. j. C. de Pact. Præterea quid ſint, & unde dicantur Induciæ, Aul. Gellius lib. j. cap. xxv. tradit. Has quidam Treugas uocant, quid, & cur ita uocent, ignorantes. Eſt autē Germanorum militum, qui uel ante Chriſti natalem in omnibus prælijs primi nominis fuere, uocabulum: quo fidem illi, ſeu fiduciam ſignificant, cuius obſeruandæ tenaciſſimi fuerunt. Hodieq; uocatur, **Trew**, uel **Traw**, Fides. Induciarum autem nomen Germanis nunc frequens eſt, **Ein Anſtandt**. Autor Paulus Volzius.

INDVCIAE quinquennales, quæ debitoribus à Principib. largiri ſolent, uulgò, **Quinquernel** appellantur. Sunt qui putant, quod & uerius eſt, Principem non poſſe eas ſolutè cōcedere, id eſt, ſine conſenſu maioris partis creditorū. Quod & conſultus in Auguſtanis Comitijs, reſpondi, atq; obtinui. Spieg.

INDVLGENTIA, Paul. Is cui alimenta relicta fuerant, in metallum damnatus, indulgentia Principis reſtitutus eſt.

INDVLGENTIA, latinis eſt, permiſſio, obſequium, & lenitas quædam propenſior, ſiue patrū in filios, ſiue quorūuis in alios.

alios. Sic reperitur in Conſtit. & multis Legib. Canoniſtæ pro uenia uſurpãt, tũ alijs modis: ſed barbarè, ut Doctores. Vide Archid. ext. de Pœn. c. ult. lib. vj. Sp.

INDVLGERE, eſt clemẽter & facile concedere. l. ij. §. ignominiæ cauſa. ff. de His qui not. infam. Sp.

INDVSTRIA ſingularis. l. nulli. §. fin. C. de Epiſc. & cler. Donatus ſcientiã & prouidentiam interpretatur: etiam pro ingenij, ſiue artis exercitatione accipitur. Sp.

INDVSTRIALES fructus. Vide, Fructus induſtriales. Infirmatus à litigatoribus. l. licet. ff. de Recept.

INDVSTRIOSVS. Vide, Victorioſus.

INAEDIFICARE, elegans uerbũ apud Vlpian. de Vſufr. cum ait: Sed & ſi quid inędificauerit, poſtea neque eum tollere hoc, neque refugere poſſe. Hoc & Rhenanus apud Liuium reſtituit. Inædificati lapides. Sp.

INEPTAS uoluntates defunctorum circa ſepulturã: ueluti ut ueſtes, aut quę alia ſuperuacua & in funus impendant, non ualere, Papinianus autor eſt, teſte Martiano in fi. l. ſeruo alieno. de Legat. j. Sp.

INFAMIA non niſi ex delicto irrogatur. l. j. ubi Bartolus. de His qui notantur infamia. Spieg.

INFAMIA, bonæ famæ contraria eſt: poniturq́ pro omni turpitudinis, dedecoriſq́ genere. Duplex eſt, iuris, & facti.

INFAMATVS à litigatorib. l. licet. ff. de Recept.

INFAMIA iuris, ſola autoritate Legis nominatim infligitur. Itaq́ condemnatus ex famoſis actionibus, iuſtam contrahit nominis maculam. Sp.

INFAMIA facti dicitur, quando aliquis malè uerſatur, à probis hominibus reprehenditur, cõtra bonos mores agit. l. ij. ff. de Obſeq. à liber. & liber. parent. & patron. preſt. l. ij. C. de Dignit. Eſt & alia Infamia facti, quæ ex temeritate & peruicacia proprij capitis oritur: præſertim circa ea quæ ſunt fidei: ut ſunt hæretici, qui omnes infames ſunt infamia facti. Zaſ. in §. itaq́ diſcretis. Inſtit. de Action.

INFANS, præter cõmunem ſignificationem, etiã eum ſignificat, qui cũ ſit filius, frater, heres, tamẽ adminiſtrationẽ haud conſequitur, dum aut pater, aut frater natu maior uiuit: quaſi pupillus adhuc ſub cura tutoris. Dicitur autem infans, quòd fandi nõ habet copiã in cura adminiſtrãda, hoc eſt, ſua non refert. Ideò nominatᷣ à nobis ꝓpriè **Vnmündig**: ſicut is qui curat res, uocatᷣ **Fürmünder**, uel potius **Mundtbar**. huius habemus præſens exemplum in Cæſ. Ferdinando, qui licet ſit Philippi Aug. record. Hiſpaniarũ Regis filius, & Imp. noſtri CAROLI frater & hæres, ſi ille, quod Deus auertat, ſine liberis decederet: uiuente tamen Carolo fratre natu maiore, perpetuò erit & uocabitur Infans Hiſpaniarum. Similis mos fuit apud Germanos uſq́ ad noſtram ætatem, ut regente ac uiuente patre uel fratre natu maiore, reliqui fratres omnes, ſeu filij, Infantes erãt. Vnde ſolus pater, uel frater regens, Dominus, uel Herus, cæteri Heruli, uel Domicelli uocabantur. Vulgò qui regebat, **ein Herr**, cæteri **Jung Herren** uocitabantur. Idq́ nõ ſolum in præclaris familijs, ſed uel in urbibus accidit, ubi Prætor aut Conſul, Dominus, **ein Herr**: filij eorum, **Jung Herren** uocati fuere. Conſtat item, quòd de pleriſq́ dominis familiarum, Comitum, & Baronum, ſcriptũ legitur hoc uocabulum **Jungherr**. Inde eſt etiam, quòd tot hodie Iungheri uocantur, & uocari contendunt, qui tamen nobilitatis à genere nihil habent. Sed & in hoc abuſus eſt, quòd omnes à genere nobiles Iungheri uocantur, & uocari contendunt, cum tamen res adminiſtrent ipſi, & ſint præ ſenio cani. Hoc autem Iungherorum nomen celebrius effectum eſt, poſteaquã omnes ſacrifici & monachi cum tota Eccleſiæ Rom. familia, Heri & Domini uocitari ambiere. Ex reliquijs Volzianarũ Obſeruationum. Apud Iuriſcoss. infans & qui infantiæ proximus eſt, non multũ à furioſo diſtant: quia huiuſmodi ætatis pupilli, nullum habent intellectũ, ut ait Iuſtinian. in §. pupillus. Inſtit. de Inut. ſtipul. Spieg.

INFANS ſeruus, nondum anniculus. Vide Paul. ad fin. l. ſi ego emi. ff. de Publician. action. Spieg.

INFANTIA, primus ętatis gradus, eſt intra annũ ſeptimũ. Rectè autẽ infans dicitur, quaſi nullis idoneus officijs: quia cõſilio prorſus caret, ac primeuæ innocentiæ. quia Deus ab initio creauit hominẽ, exemplum nobis refert. Quamobrem etiam nullius delicti culpam admittit. l.

infans.

infans.ff.ad Leg.Cornel.de Sic.Sp.

INFAVSTAS uoces iactare.l.j.ff.de His quib.ut indig.

INFECTA emptio.l.ij.ff.de Reſcin.uēd.

INFECTOR, qui lanas inficit, & imbuit aliquo colore.

INFECTVM argentum, pro non cęlato, aut ſignato.

INFERIOR, pro ultimo.l. ſi neutri.ff.de Priuil.credit.Albericus.

INFERIORA prædia, quę ſui natura pro fluentem aquam excipiunt.l.j.§.ſed ſi ui cinis.ff.de Aqua pluu.arc.Sp.

INFERRE mortuum, pro ſepelire, uulgò notum eſt. Quod fit, cum terra conditur corpus.l. diui fratres.ff. de Religioſ. & ſumptib.funer.Spieg.

INFICERE propriè eſt tingere & colora re.per metaphorā uerò polluere, macu lare & corrūpere. Vnde oleū infici dicit̄, quādo per alterius rei admixtionē natu ra eius corrumpitur, & admixtę rei natu ram accipit.

INFICIARI, eſt ex dolo negare.

INFICIATIO, eſt negatio. Neratius l.iu dicatum.ff. Iudic.ſolui. Ad inficiationē, inquit, cōpelli eum, qui ſine iudicio par tem dare paratus eſt.Nebriſſen.

INFICIATOR eſt, qui negat ſe uel debe re quod actor petit, uel cōmiſiſſe quod accuſator obijcit. Non. Marcellus locū Ciceronis ex ſecunda in Catil.Inuect.ci tat, ut doceat Inficiatores eſſe falſi crimi nis obiectores: ſed apparet erudito uiro F. Syluio, Marcellum non eſſe Cicero nis mentem aſſecutum.Spieg.

INFIDELITAS, fides uiolata, perfidia.

INFIRMAE ætatis, autore Paulo, in l.ciui tatibus.de Leg.j.ſeniores, pueri, & puel læ ſunt accipiendi.Sp.

INFIRMITAS, mala ualetudo, propter quam, ut ait Paulus, curator dari ſolet.l. item.ff. de Poſtuland. Item imbecillitas, debilitas, de qua Caius in l.idem iuris.ff. ad Leg.Aquil.ita ſcribit: Nec uidetur ini quum, ſi infirmitas culpę adnumeretur: cum affectare quis non debeat, in quo uel intelligit, uel intelligere debet, infir mitatē ſuam alij periculoſam futurā.Sp.

INFORMARE, eſt latinis, in animo inſti tuere, aut concipere contractum, eſt fa cere eum pinguiorem, auctiorem, et ma gis extentum: atque informatus contra ctus, id eſt ualde formatus, ſcilicet auctio re forma efficax factus. Hoc fieri duplici ter, pulchrè Zaſius docet in longè diffi cillima l.lecta.ff. Si cert.pet. Reformare autē contractū, eſt eum circa qualitates modificare, perputare, moderari, formā contractus aliquātiſper alterare, reten to tamen contractu. Itē Informare actio nes, eſt in formā eas extenſim deducere. Siquidē, ut Alciatus refert, enarrans l.in bonæ fidei.actiones ex contractibus cer tis formulis cōtinebantur, quas à M.Ma nilio compoſitas, Varro autor eſt. Item in Rubrica de Pactis: Informatur, ait, id eſt, ampliore forma inſtruitur.Sp.

INFORTIATVM. Haloāder indicauit, una eademq; opera Bulgari & Azonis ſeculo natas Voluminū appellationes, Dig.Vetus, Infortiatum & Nouum, prę ter barbariem nihil olentes: & quidem rectè cenſet, in partiendo Digeſtorum opere, plus apud nos ualere debere Im peratoris autoritatē, quàm imperitiam uulgi, adeoq; ſine ratione receptam con ſuetudinem.Sp.

INFORTVNII nomē pleriſq; diſplicet: cum tamē illo uſi ſint Terentius, Liuius, Imperator: qui in Aut. de Nupt. cenſuit ingratos filios, patri eſſe infortunium.

INFREQVENS, exponit Accurſius in l.j.ff.de Migrando.pro ualde frequens, contra uim uocabuli, ac apertam alioqui Vlpiani mentem, cur ſit parum frequen tatum id interdictum, indicantis.Sp.

INFVNDIBVLVM, inſtrumentum ad liquores infundendos.Catoni, ab infun dendo, ut Egnatius arbitratur, dictū.Sp.

INGENIVM, propriè natura dicitur cui que ingenita. Vel, eſt uis quædam natu ralis nobis inſita, ſuis uiribus præualens, ad inueniendum, quod ratione iudicari poſsit. Cato contulit ingenium hominis cum ferro: quod ſi exerceas, uſu quidem nonnihil atteritur: ſi nō exerceas, magis conſumitur rubigine. Ingenium ubi in tenderis, ualet.not.in Aut.de Exhibēd. reis.§.illud.Sp.

INGENIO magno.l.à teſtatore.ff.de Cō dit.& demonſt.

INGENIO ſubtili extorquendū eſt aurū à Barbaris.l.ij. C.de Cōmerc. & mercat. Vide Zaſium in Apologia ad Eckium. & infrà, Subtile ingenium.

INGENS, plus eſt magno, & quaſi dice res, ſupra, uel ultra gentes. Hinc, Ingens contentio,

contentio, in §. retinendæ. Inſtit. de Interdict.

INGENVVS eſt, cui ex natiuitate cõpetit libertas, qui non eſt factus liber, ſed natus. Inſtit. de Ingen. in prin. Lege, Libertinus. Vide poſt Iuſtinian. Placentinum, candidum ac ſobrium interpretem Elementorũ iuris, cãdidatis iuris legendum præ Angelis, Plateis, & id genus Commentatoribus, omnia non barbarè tantum, quod utcunq; ferri poterat, ſed confuſe, contra edictum Iuſtiniani tractantibus: ut taceam interim, eos Latini ſermonis nudos, non rarò à textuum Legalium uarietate longè alienos inuehere ſenſus. Profectò breuior iuris interpretandi ratio, longè utilior eſt Legum ſtudioſis, uerboſa illa, & latè à ſubiecti facti ſpecie digrediente doctrina. Sp.

INGENVVS filiusfamilias Iuriſcos. Sutor, inquit, puero diſcẽti ingenuo filiofamilias parũ benefacienti, quod demonſtratũ erat forma calcei, ceruicẽ ita percuſsit, ut oculus puero perfunderetur. l. ſed & ſi. ff. ad Leg. Aquil. §. pen. Sp.

INGERENS operam ſuam inuito, ſuſpectus eſt Vlpiano in l. quæ omnia. §. nec ferẽdus. de Procurat. Ingerere plerunq; in iure noſtro uitium ſonat. Sp.

INGRATITVDO tam pernicioſum eſt crimen, ut nulli ſit ſecundum. Quare nõ exceptionẽ ſolum, ſed etiam actionem producit, de qua tractatur in l. j. C. de Libert. & cor. liber. Sp.

INGRATI liberi qui ſint, Iuſtinianus docet ſingulari titulo. C. de Ingrat. lib.

INGRATIS, aduerbialiter, prẹter gratiã et meritũ. j. q. j. gratia. D. Hieron. alicubi pro eo quod eſt, nolenti, uſurpauit.

INGRATVS eſt, & qui non meminit accepti beneficij, & gratiam ullam nõ habet, **ein Vndanckbarer/ein Vnholdſeliger**. Senec. Ingratus, inquit, eſt, qui beneficium accepiſſe ſe negat, quod accepit: Ingratus eſt, qui diſsimulat: Ingratus, qui non reddit: Ingratiſsimus omnium, qui oblitus eſt. Beneficium enim cui collatum eſt, ad promerendum, naturæ lex obligat & deuincit. De quo pluribus Alex. Neapol. cap. j. lib. v. Certè uulgatam mortalium ingratitudinem, perſtringit exemplum Euangelicum, quo è decem lepra, Chriſti beneficio, liberatis, unus dũtaxat reuerſus eſt, qui egerit gratias. Porrò ſunt qui negãt in eum actionem proditam, qui non meminit accepti beneficij: at in eum qui illũ lædit, à quo beneficijs affectus eſt, competere actionem ingrati, & condictionem, ad priorẽ puto Alexandrum reſpexiſſe: cuius uerba, in dictione, Actio pro ſocio, adduximus. Spieg.

INGRESSVS contractus, apud Vlp. in l. Iuriſgent. de Pactis. non ex uulgari ſententia, pro principio intelligẽdus eſt, ſed, ut Alciatus Interpres melior, admonuit in Parerg. propoſita ipſius cõtractus materia. Vide eum lib. j. cap. xxiiij. Sp.

INHONESTVM, hoc eſt, quod honeſtè fieri nõ poteſt: & iure noſtro, quia penitus fieri nõ poteſt, inhoneſtũ impoſsibile dicitur. l. filius qui. ff. de Condit. inſtit.

INHONORATAE perſonæ quæ ſint, Alciatus indicat in Commentar. in tit. de Verb. ſig. Sp.

IN horas, pro ſæpiſsimè. Eſt aduerbiũ temporis, ſicut in dies: quaſi tu dicas, In horis ſingulis. Sp.

INITIARI, hoc eſt, ſacris imbui. Lex xij. Tab. Neue initiantur, ait: ſic & nunc dicimus, initiare uel initiari ſacris ordinibus eũ, qui ſacris imbutus ad ordines deputatur. Vide Oldend. cap. vij. tit. j. Sp.

INIECTIONEM manus excipere apud Vlpianum in l. ſed ſi hac lege. ff. de In ius uocan. Quære, Pudor.

INIECTA illata, pignori eſſe locatori, l. itẽ quia. ff. de Pact. Spieg.

INIECERE manum, propriè fit uerbo antiqui iuris, quoties nulla iudicis expectata autoritate, rem nobis debitam, aut etiam noſtram uendicamus. l. ſed ſi hac. ff. de In ius uoc. l. pen. de Seru. export. Inijcitur etiam manus in aliquem, uel in eius bona, uel merces aliquas, quando ille inde abire, uel res inde moueri, autoritate aliqua uetantur: quod nos Arreſtare dicimus. Budæus in l. ult. ff. de Senat. Vide, Pudor. Spieg.

INIQVITAS pro prauitate illa naturæ, qua ſibi tantum homines ſtudent, ab omni beneficentia erga alios alieni: qua abũdante, neceſſe eſt utiq; charitatẽ refrigeſcere, apud Matthæum xxiiij. Latinis & propriè ſignificat leſionem, iniuriam, minus aut plus, ſicut in negotijs fieri ſolet. Ariſtoteles autor eſt: Iniquitatis eſſe, mores ritusq; patrios præuaricari, legibus & au-

& autoritati publicę ſubeſſe non uelle, mentiri etiam ac peierare, pactaq́ transgredi, & fidem fallere. Hanc calumnia ia ctantiaq́ ac humanitatis ſimulatio, & peruerſitas, doluſq́ malus ſequunt. Sp.

INIVSTITIA, iuſticiæ contraria, de qua Dd. ut ferè omnia confuſe. In ſumma tria iniuſtitiæ genera reperiuntur ſecundum Ariſtotelem, impietas, arrogantia, cõtumelia. Impietas quidem erga deos diuosq́, aut etiam erga mortuos, tum erga parentes & patriam, rectum nõ ſeruans. Arrogantia uerò circa contractus commerciumq́ uitæ, ſuprà quàm merita eſt præpollere uolens. Contumelia uerò uoluptatem ſibi ſic ſtruens, in probrum ac dedecus alios ut ducat, recteq́ de ea ſic Euenes: Tametſi nil ſibi commodet, inquit, iniuria gaudet tamẽ. Itaq́ iniuſtitia uitiũ animi eſt, quo amplius, quàm par ſit, qualibet in re habere pollereq́ uolũt eod. teſte Ariſtotele in de Virtutib. Sp.

INIQVITAS loci, & aſperitas, idẽ ſunt. ff. Si quadrup. pauper fec. dicat. l. j. §. j. Albericus.

INIQVVM petendum, ut æquum feras, Prouerbium, quod Eraſ. explanante ductũ uideri poteſt à negociatoribus, qui callidè merces longè minoris licentur, et multo pluris indicãt, quàm pro dignitate, quo preciũ ſaltẽ æquum accipiãt. Sp.

INIRE uerbũ non iungitur ferè niſi rebus aliquid momenti habentibus, grauibus & nõ minutis: ut, Ineo rationem, fœdus, pacem, ſocietatem, bellum, conſilium. ut apud Iuriſcoſ. Inire conſilium diuortij. l. ſi concubina. §. j. ff. Rer. amot. Inire furti conſilium. l. merito. ff. Pro ſocio. Inire cubile alicuius, pro cum eius uxore dormire, apud Ciceronem legitur. Eraſ. monet Inire prandium, cœnam, dormitationem non ita ritè dici. Sp.

INIVDICATVS, adiectiuè, pro nõ iudicato, indemnato, apud Gellium. Sp.

INIVRIA. Monuit Iuriſcos. in l. ſed & ſi. ff. ad leg. Aquil. quod in eo titulo iniuriã accipere nos oportet, non quemadmodum circa iniuriarum actionem, contumeliam quandam: ſed quod nõ iure factum eſt, hoc eſt, ſi contra ius, & culpa quis occiderit. Et ideo interdum concurrit actio legis Aquilię, & iniuriarum: ſed duæ erunt æſtimationes, alia damni, alia contumeliæ. igitur iniuriam hic accipiemus, damnum culpa datum etiam ab eo, qui nocere noluit.

INIVRIAS actione exequi, hoc eſt, ut notauit Old. actionem iniuriarum dictare, ut ſequatur executio. l. non ſolum. §. ego autem. ff. de Iniur. Sp.

INIVRIA, eſt omne id quod non iure fit, ſiue uerbis, ut cõuicio: ſiue re, ut cum manu infertur. Et iniuriam qui facit, offendere: & iniuriam qui propulſat, defendere dicitur. Vide Salomon. in uulgata l. ut uim. Nec ineleganter interdum pro moleſtia uſurpatur, & offenſa. Vnde & cœli dicimus iniuriam. Sp.

INIVRIA diuiditur in furtum, rapinam, damnum, adulterium, homicidium, & quidquid tandem non iure fit: atq́ in iniuriam, hoc eſt, contumeliam. l. j. in prin. de Iniur. Sic enim, ut idem admonuit, præualuit hodie, ut hæc ſpecies priuati delicti, iniuria potius, quàm contumelia appelletur. Spieg.

INIVRIA, ablatiuus, qui aduerbialiter ponitur, pro eo quod eſt, ſine cauſa, & immeritò. Sed & autore Donato,

INIVRIA grauis uidetur Impp. quæ inani honeſtatis colore uelatur. l. pen. C. de Contrah. empt. Putat tamen Old. hanc l. ſi ad naturam exigatur, aliàs defendi iure non poſſe. Spieg.

INIVRIAE ſcriptæ, uel pictæ, dicuntur perpetuæ: quia in eis annus non tranſit. Zaſius in l. cum lex. ff. de Legib. Sp.

INIVRIVM, id eſt, iniquum, uim aduerbij habet. Spieg.

INIVRIOSVS, qui infert iniuriam apud Iuriſcos. in l. ult. ff. de Offic. procur. ceſ. ſi tamẽ inquit, quaſi tumultuoſum, uel iniurioſum aduerſus colonos Cæſaris prohibuerunt. Spieg.

INIVRIOSA uita, pro plena ſceleribus & iniquitatibus, nempe alijs noxia. Vide Cicer. lib. j. de Finib.

INIVSTVM, generaliter notat, quia non iure Ciuili factum eſt. Sp.

INNOTESCERE, notum fieri, Antag kommen. l. j. in princ. §. j. ff. de Requir. reis. Et intelligitur quoquo modo, ut ait Alber. citans l. quidã decedens. ſub fin. ff. de Adminiſt. tut. Sp.

INNVPTAE nuptiæ, id eſt, falſæ Ciceroni lib. iij. de Orat. Sp.

INOFFICIOSA donatio dicit, quæ nõ ex pietatis officio eſt facta, per quã uel liberi,

beri, uel parentes bonis ſibi debitis, aut ex propoſito donantis, aut re ipſa fraudantur.

INOFFICIOSVS, qui contra officiũ facit, uel qui nullũ officium præſtat amico.

INOFFICIOSVM teſtamentum, Iuriſc. dicitur, quod non ex officio pietatis paternæ confectum eſt, filijs ſine legitima cauſa exhæreditatis. Hinc querela Inofficioſi, qua liberi contra parẽtes agunt, ut qui eos uel ſine iuſta cauſa, uel iuſta, ſed non probata exhęredarint. Marcellus in l. nam & his. ff. de Inoffic. teſtam. Huius uerbi de Inofficioſo, uis illa, inquit, eſt, docere immerentem ſe, & ideo indignè preteritum, uel etiã exhęredatione ſummotum. Sp.

INOPIA laborare. Modeſtinus l. ult. de In ius uoc. uel à præfecto urbi quaſi inofficioſus caſtigatur, ſi inopia dignoſcitur laborare. Sp.

INOPS dicitur is, qui ſolus eſt, qui nec amicos, nec propinquos habet, quorum ope, id eſt, auxilio tutari ſe poſsit. Cicero inopiam & ſolitudinem ferè in eadem re dicit. Reus inopia, hoc eſt, egeſtate, in corpore puniendus eſt. l. ſi quis id quod. §. in ſeruos. ff. de Iuriſd. Porrò quo diſtet à penuria, docet Gloſ. in Auten. Vt iud. ſine quoquo ſuff. Sp.

INNOCENTIAM iureiurando approbare, apud Vlpian. l. furti. de his qui not. infam.

INOPINABILE, quod quis nunquam exiſtimaſſet futurum. Imp. indicat in Autent. Vt hi qui oblig. ſe hab. perhib. §. & pro hoc dicimus. Adſtipulatur l. ij. §. ſed quia diuinæ. C. de Vet. iur. enucl. naturam producere inopinabilia. Alberic.

INOPINATA & incerta turbant Prouinciales. l. ult. ff. de Offic. præf. uig. & l. obſeruare. §. rectè. de Offic. Proconſ. Alber.

INOPINATVM, idem eſt quod præter ſpem accidit, & nõ de nouo, ut Interpres putat in l. oratione. ff. de Ferijs. Siquidẽ haud rarò noua cum ſpe etiam cõtingere ſolent. Sp.

INOPINATA uerba, quæ impræmeditatè & improuiſè effluunt.

INORDINATVM, eſt omne confuſum: ſed non conuertitur. §. inordinatum. Autent. de Hæred. & Falcid.

INQVANTVM, id eſt, tantum quantum. Sp.

INQVIETO, pro moleſtus ſum, plerique ſubdubitarunt: ſed Eraſmus noſter ſic accipi apud Suetonium annotauit: & Inſulanus indicat ſic apud Liuiũ & Plinium paſsim inueniri. Imperator dicit, Inquietati ſumus aſsiduis adulationibus mulierum, in l. aſsiduis. C. Qui potior. in pig. hab. Sp.

INQVIETVDO apud eundem in l. ij. C. de Carbon. edicto.

INQVILINVS, ab in & colo, hoc eſt habito, is dicitur, qui in alieno habitat, ſiue ruri, ſiue in ciuitate: quanquam frequentius ad ciuitatẽ referatur. Olim ex inquilinatu etiam addicebãtur agricolationi, nec diſcernebãt ab Adſcriptitijs, uel Originarijs. l. diffinimus. C. de Agricol. & Cenſit. Nec nunc eſt, quod prohibeat aliquem in ciuitate habitantẽ, aſtrictum eſſe perſona ſua ad colendum agrum, ut atteſtatur Oldend. Sp. deſignetur inſtitutio: utrum dicatur, Hæredẽ facio, uel uolo, uel mando, uel cupio: an hæres eſto, uel erit. l. quoniam indignum. C. de Teſtam. Quinimo etſi parentes dicant, Relinquo liberis meis omnia bona mea: ſatis eſſe uidetur ad Inſtitutionem. qui niſi hoc titulo relinquant liberis legitimam, adeò corruit teſtamentũ, ut non ſit opus expugnare per Querelam Inofficioſi. §. ad hæc aliud capitulum. Nouell. ut cum de Appellat. cog. Nam hoc titulo & honeſtius & commodius tribui ſolent hæreditates: quippe quòd magis honorari cenſentur inſtituti quàm legatarij. l. filium quis. §. ſed etſi portio. ff. de Legat. præſtand. Sp.

INQVILINI dicuntur uulgò, qui prædia urbana conducunt: coloni, qui ruſtica, appellatione ſumpta non ex loco, ſed ex materia quæ conducitur. Sp.

INQVINO, Iouian. Põtanus lib. de Aſpiratione ij. Inquino, inquit, aut ſimplex uerbum eſt: aut ſi eſt cõpoſitum, minus apparet eius compoſitio. Verbum enim illud, ex quo Grammatici quidam trahi uoluerunt hoc uerbum Inquino, ne temporibus quidẽ Ciceronis erat in uſu. Id autem fuit canio. dicebant canire, ſtercus facere. Caius in l. j. de Colluſ. detegẽda, inquinare ampliſsimum ordinem dixit. Quære Coinquinare. Sp.

INQVISITIO, eſt criminis alicuius per torturã inueſtigatio, ſed aliter Canoniſt.

INSANVS, qui non eſt ſani cõſilij, & qui non habet mentem integram. Vide l. ob quæ uitia. ff. de Aedil. edic.

INSCIENTE domino. in l. j. §. j. ff. de His qui deiec. & effud.

INSCRIPTIO, libellus eſt accuſatorius, ſuper crimine ab aliquo cõmiſſo: quod ubi accuſans nõ probauerit, ad talionem tenebitur. de qua in l. penult. C. de Accuſat.

INSIDIARI, pro ex animo nocere. eim nuff ſyn lebenn ſtellenn. ex interpretatione Salomonij ſuper illud uulgatũ in l. iij. ff. de Iuſtic. & Iur. Hominem homini inſidiari nefas eſſe. Sp.

INSIGNIA gentilitatis, arma ſunt militiæ: quæ ipſa primùm ut ſimile eſt ueri, uirtutis præmia fuerunt, ac rerum præclarè geſtarum decora, ut ſentit Bud. in l. poſteriore de Orig. iur. Aſtipulatur Alciatus, apud quem extat libro quinto Parerg. elegans cap. de Inſignibus & armis. Sp.

INSIGNIA militaria detrahere, apud Vlpian. in l. ij. §. ſed & ſi ita. de His qui not. infam. Sp.

INSIMVLARE, eſt crimẽ ingerere. Donatus.

INSINVARE, lege Profiteri.

INSISTERE rei. Secundũ naturam, quę ſemper eſt ſimpliciſsima, non eſt, inquit Oldend. niſi unus poſsidẽdi modus, puta, inſiſtere rei: ſicut ſedibus ad hoc utimur, ut nos in aliquo loco ponamus. Idẽ refert, quòd ſolent multis in locis hæredes, quo magis ius ſuum ſuccedendi declarent, ſedem ponere in domum hæreditariam. Sp.

INSOLARE uerbum, à ſole dictum, pro eo quod eſt, ad ſolem explicare, & ſolem recipere. Vnde Inſolatio, qua uoce Plin. maior uſus eſt. Sp.

INSOLITA dicuntur, quæ fieri non conſueuerunt, quæ & Inſueta. Hæc non eſſe uериſimilia, ſed potius habere imaginem falſitatis, Baldus docuit in l. j. C. de Furt. Vnde prudentium eſt Magiſtrorũ Sacr. Scrinior. fugere inſuetas clauſulas, niſi oraculo principis promanent: quòd per eiuſmodi inſolitas clauſulas præſumatur fraus. per Gloſs. ab omnibus commendatam, in l. quæ ſub conditione. in fin. ff. de Condit. infort. Cenſuit Bald. ſperni poſſe literas etiã Rom. Pont. ſi habeant pœnam inſuetam. Sp.

INSOLVTVM inconſultè dare, apud Vlpian. in l. minor. v. ff. de Minorib. Sp.

INSPECTIO, cognitionem & iudicium ſignificat, ut ait Bud. Eſt enim diligens rei alicuius cõſideratio. Inſpector autem nomen eſt artificij, atq; etiam muneris et officij. Vide Alberic.

INSPICERE, eſt rem diligenter conſiderare & æſtimare, ut faciunt emptores. Caius de Peric. & com. rei uend. l. Si poſt inſpectum prædium, antequam emptio contraheretur, arbores uentorum ui deiectæ ſunt. Sp.

INSPICITVR, pro inſpici debet. l. conqueritur. C. de Inoffic. teſtam.

INSPOLIATVS, Spoliato contrarium.

INSTANS annus, apud Vlpian. in l. fructus eſſe. §. Papinian. Solut. matr.

INSTANTANEVM, & moraliter, & naturaliter accipiendum eſt. Moraliter quidem, non ad punctum, non ad unguem, ut ea quæ ſunt modicæ, & modiciſsimæ durationis. In naturalibus non ita: quia in eis præciditur ad punctũ, ad momentum. Ita eleganter dicit Bald. in cap. j. de nou. form. fidel. in Placit. Feud. Ex Zaſ. Spieg.

INSTANTER, & ſæpius petere, apud Macrũ in l. unica, de Libell. dimiſs. Idem paulo pòſt Inſtantiam uſurpat, pro continua intentione & aſsiduitate.

INSTANTIA, dicitur tempus exercendi iudicij, uidelicet à litis conteſtatione ad ſententiam uſq;. In cauſis criminũ intra biennium diffinienda eſt. l. ult. C. Vt. int. cert. temp. crim. quæſt. termin. In ciuilib. cauſis uetat Imp. ultra triennium cauſam prorogari. l. properandum. in fin. C. de Iudic. Quamuis neutrã præſcriptionem in exercendis iudicijs corruptum hoc ſeculum ſeruat, ut uerè dixit Oldẽd. quem uide in de Formula Action. Leges quæ inſtantiam iudicialem triennio finiri ſanxerunt, melius quàm Canones diſpoſuerunt, qui perpetuam eam eſſe uoluerũt. Spieg.

INSTANTIAM tantùm edicti perire. l. & poſt. §. circumducto. ff. de Iudic. Sp.

INSTAR, ſimilitudinem, ſeu magnitudinem, uel menſuram reſpicit. Vlpian. l. ſtipulatio. de Oper. nou. nunc. Si proponatur inſtar quoddam operis, quaſi facies quędam facti operis. Idem in l. aut facta. de Pœ-

de Pœnis. in prin. Quosq́; alios ſuadendo iuuiſſe, ſceleris eſt inſtar. Admittit interdum præpoſitionem Ad, apud doctiſsimos: quorũ aliquot exempla proferre licet è Theſauro Stephani Roberti. Spieg.

INSTARE, ſignificat etiam moleſtius & urgentius, & quod dicitur, inſtanter aliquem ſollicitare. Sp.

INSTAVRARE, propriè id eſt, quod rem, quæ prius erat, in priſtinum ſtatum reducere. Alciat. cap. vj. ad fin. lib. v. Paradox. Spieg.

INSTIGATOR, ſuaſor, impulſor, incitator. Papinianus in tit. de his qui not. infam. Ob hæc, ait, uerba ſententiæ præſidis prouinciæ. Callido commento uideris accuſationis inſtigator fuiſſe: pudor potius oneratur, quàm uidetur irrogari ignominia. Sp.

INSTIGATVS, Vlpianus in l. j. ſi quadrup. paup. fec. dicat. Sed &, ait, ſi inſtigata alterius fera damnum dedit.

INSTIPVLARI, per interrogationem ſtipulari. Fiebat enim ſtipulatio per interrogationem. Vide infrà, Stipulatio.

INSTITOR, ut inquit Iuriſconſ. de Inſtit. act. l. Inſtitor eſt, qui tabernæ loco'ue ad emendum uendendum'ue præponitur: ex eo appellatus, quòd negocio gerendo inſtet. l. iij. de Inſtit. act. Eſt & qui per urbem merces uenales circumfert. ut in eo. tit. Nebr. Lege, Actio inſtitoria, & ui de Sipontinum.

INSTITRIX, ancilla, quæ pro domina negociatur.

INSTITVERE, eſt quaſi hæredes domini intus ſtatuere, ac defuncti locum ſubintrare, ſuccedereq́;. Vigl. in tit. Inſtit. de Hæred. inſtit. Eſt etiam Budæo inſtituere aliquid, autorem, quaſiq́; conditorem alicuius rei fieri, exemplumq́; poſteritati relinquere. Porrò inſtituere, et inueſtire, iuxta traditionem Feudiſtarum, idem ſonant, niſi quòd quis inſtitui dicitur præſentialiter, inueſtiri autem etiam abſens: hoc eſt, in poſſeſsionem ſtatui, uel poni. Vnde inſtitui dicuntur hæredes, ab aliquo in hæreditatem ducti, & hoc in primo gradu. ff. de Vulg. ſubſtit. l. j. in prin. Subſtitui uerò, qui in locũ inſtitutorum deficientium, id eſt, morientium, ad hæreditatem inſtituuntur. ut in ſubſtitutione pupillari. Inſtitut. de Pupil. ſubſtit. in prin. Obſeruandum, quòd non tantùm inſtituere hæredem, ſed etiam creare & facere dicimus. Nihil enim refert, quibus uerbis deſignetur inſtitutio, utrum dicatur, Hæredem facio, uel uolo, uel mãdo, uel cupio: an, Hæres eſto, uel erit. l. quoniam indignũ. C. de Teſtam. Quinimo & parentes ſi dicant, Relinquo liberis meis omnia bona mea: ſatis eſſe uidetur ad inſtitutionem: qui niſi hoc titulo relinquant liberis legitimam, adeò corruit teſtamentum, ut non ſit opus expugnare per querelã inofficioſi. §. ad hæc aliud capitulũ. Nouell. Vt cum de Appellat. cog. nam hoc titulo & honeſtius & commodius tribui ſolent hæreditates: quippe quòd magis honorari cenſentur inſtituti, quàm legatarij. ff. Sed & ſi portio. ff. de Legat. præſtand. Sp.

INSTITVERE accuſationem, eſt iudicium dictare, actionem uel crimen intendere. Vlpianus: Si maritus præuenerit, accuſareq́; inſtituerit, tempora non cedunt patri: quia accuſationem inſtituere non poteſt. Bud. Qui & annotauit, inſtituere accuſationem uſurpari, pro incœptare, occupare, priorem incipere. Vlp. Si extraneus inſtituerit accuſationem, an ſuperuenienti marito, accuſatio permittatur. Et ſic ſæpe ipſo teſte. Sp.

INSTITVERE litem. Papinian. Non enim ſufficit, inquit, litẽ inſtituere, ſi non in ea perſeueres. l. Nam et ſi. ff. de Inoffic. teſt. Sp.

INSTITVTVM, eſt ius non ſcriptum, quod tamen certum autorem habet, id eſt, magnum aliquem autorem, quem reliqui imitari non erubeſcant. Bud. in l. ius ciuile. in fin. de Iuſt. & Iur.

INSTITVTVS dicitur, qui in ipſo ſuccedẽdi gradu & capite cõſtitutus eſt. Subſtitutus uerò, qui ſubiungitur, & ſubtus, hoc eſt, in ima cera ſcribitur. Vigl. in Inſtit. de Vulg. ſubſtit. Hinc ab inſtitutis exhæredatus, à ſubſtitutis præteritus. Itẽ per contrarium, Ab inſtitutis preteritus, A ſubſtitutis exhæredatus, legimus. Vt ſi teſtator ſcripſit, Titius & Seius hæredes ſunto, Sempronius autẽ filius meus exhæres eſto, hoc eſt, exheredatus ab inſtitutis, id eſt, à patre, quatenus ad inſtitutos attinet. Si uerò dixerit: Titius & Seius ſi hæredes non fuerint, Caius hæres eſto, uel Caium ſubſtituo: hic nulla

ſit mentio Sempronij filij. Ergo à ſubſtitutis, hoc eſt, quantum pertinet ad ſecundum gradum ſubſtitutionis, præteritus eſt à patre. l. j. §. ſi uenter. ff. de Ventr. in poſſeſſ. mitten. Sp.

INSTRATVM, omne ueſtimentum eſt, quod inijcitur. ut Vlp. definit. Alex. de Alex. Genial. dier. lib. iij. cap. xix.

INSTRVCTAM tabernam Vlpian. de Verb. ſig. appellat, quæ & rebus & hominibus ad negociationem parata conſtat. Quod ut accipi debeat, inibi declarat Alc. Sp.

INSTRVERE accuſationem, uel actionem, uel litem, eſt literis, ac teſtibus, cæteriſq; ad probandum neceſſarijs eam adornare. Vnde Inſtrumentum litis uocat Quintilianus, quicquid ad inſtruendam litem, id eſt, cauſam pertinet: quod nos Productionẽ dicimus. Autor Budæus. Spieg.

INSTRVCTO contineri. Vlpianus: Omnia quæ eo ſunt collata, ut inſtructior eſſet paterfamilias, inſtructo, inquit, continebuntur. Sp.

INSTRVMENTA, generaliter intelligi poſſunt ea omnia, quibus cauſa inſtruitur: ut tam teſtimonia, quàm ſcripturę inſtrumentorũ loco habeãtur. ut innuunt Paul. in l. j. de Fid. inſtr. & Vlp. in l. notionem. §. inſtrumentorũ. de Verb. ſig. Specialiter tamen pro ſcripturis accipienda ſunt inſtrumenta, quibus legitima ratione fides eſt adhibenda. Veluti quæ per tabelliones publicos, ſeu notarios, ut nunc uocamus, ſcribi ſolent. de quib. in Aut. de Inſtrum. caut. Vel quæ ſigillo, ſeu annulo ſignatorio confirmantur ab Epiſcopo, magiſtratu, aut etiam ab ijs, qui publici alicuius officij autoritatem habent indubitatam. Sp.

INSTRVMENTI nomine aliquãdo intelligitur monumẽtum ſcripturarum ad res geſtas pertinẽtium. Vnde inſtrumentum uetus & nouum. Suetonius in Veſpaſiano: Vndique inueſtigatis exemplaribus inſtrumentorum imperij, pulcherrimum ac uetuſtiſsimum confecit. Spieg.

INSTRVMENTVM culturæ, eſt finiente Vlpiano, apparatus rerũ diutius manſurarum, ſine quibus exerceri poſſeſsio nequiret. l. quæſitum eſt. de Fund. inſtr. Idem oſtẽdit in §. ſi domus. d. l. inter fundi inſtrumentum & ornamentum multum intereſſe. Sp.

INSTRVMENTA noua, intelliguntur nuper reperta, tametſi antiqua ſint. Gloſ. in l. Imperatores. ff. de Re iudic. & Gloſ. in l. admonẽdi. in fine. ff. de Iureiur. Sp.

INSTRVMENTA domus quæ ſint, quę relicta domo inſtructa, ad nouum dominum tranſeant, adnotauit Iuriſcoſs. in l. quæſitum eſt. §. ſi domus inſtrumentum ſit legatum. ff. de Fund. inſtr. Breuiter & præter imagines, & affixa ſpolia, iſta etiã Paul. de Inſtr. fund. adnotauit Specularia Pegmata, Canales, Harpagones, Hamas, Centones, Siphones, Scalas, Perticas, Spongiaſq;, quibus inſtrumẽtis domus contra uim ignis ad incertos caſus defenditur, ſqualor abluitur, & immundiciæ purgantur.

INSTRVMENTO fundi, quæ ueniant accipienda, docet Vlpianus in l. viij. ff. de Inſtruct. uel inſtrum. Sp.

INSTRVMENTO lanionis, teſte Paulo in l. cum de lanionis, relinquimus menſas, pondera, ferramenta, & alia, quæ laniandæ carnis cauſa parata ſunt: item trutinas, cultros, dolabras. ff. de Fun. inſtr. in prin. citatæ l. Sp.

INSTRVMENTO piſcatorio legato cõtineri, Ariſt. ait nauicellas, quæ piſcium capiendorum cauſa paratę ſunt: ſed & piſcatores contineri, uerius eſt teſte Martiano. l. item pictoris. ff. de Fun. inſtr. Spieg.

INSTRVMENTO legato aliquando & perſonas legantiũ neceſſe eſt inſpici, ut docet Paul. in l. cum de lanionis. ff. de Inſtr. Sp.

INSTRVMENTIS uel epiſtolis amicorum de iure ſuo edoceri, apud Vlpian. in fin. l. de ætate. ff. de Interro. act.

INSVBTILITER apud Vlpian. quum ait C. in l. Iuris gentium. §. adeò autem. ff. de Pact. quod non inſubtiliter dici poteſt. Sp.

INSVETA. uide, Inſolita.

INSVLA, olim non erat niſi maris, quòd ſit in ſalo poſita, mutata a litera in u. Hodie appellatur inſula cuiuſuis etiam fluminis. Domus item principum, potentiorum, diuitumq;, inſulæ uocãtur, quòd ſint à priuatorum domibus diſiunctæ. Hinc inſularius ſeruus, qui inſulæ cuſtos eſt, quo uerbo uſus eſt Pomp. in l. ſi ita. de

de Vſu & habit. Dominus, inquit, proprietatis, etiam inuito uſufructuario, per ſaltuarium, uel inſularium cuſtodire poteſt. Ex Budæo. Alciat. in Comment. de Verb. ſignif. Sunt autem, inquit, inſulæ, domus, quæ uicinorum communib. parietibus non coniunguntur, ſed quoquo uorſum uel priuata, uel publica area ambiuntur: non modò ab incendijs ob id tutiores, ſed etiam à furibus, qui per tegulas commeare in eas non poterant, præter quorum ædificia aqua flueret. unde inſulæ illis nomen inditum. Sp.

INSVLAE Italiæ, pars Italiæ ſunt, & cuiuſque prouinciæ, inquit Vlpian. ff. Vbi quis ager. Sp.

INSVLA iuncta domui, quando appellatione domus legata eſſe uideatur, Paul. tradit in fin. l. prædijs. de Legat. iij. Sp.

INTEGER homo, pro firmo, non ſaucio. in §. his autem uerbis. Inſtit. de Leg. Aquil. pro non infamiæ nota maculato. in l. de popul. act. Sp.

INTEGRA cauſa, pro bona, & quæ nondum decidit. & Integra fama, pro exiſtimatione. l. j. de Excuſat. ueter. C. lib. x.

INTEGRVM uarijs modis accipitur, ut not. Inſtit. de Rer. diuiſ. §. Apium. C. de Rei uend. l. iudicia. Alberic.

INTELLIGENTIA communis, uulgi & populi intellectus habetur, quæ præfertur proprio ſignificato uocabuli, ſecundum Panorm. in c. quamuis. de Verbor. ſignif. Quod tamen intelligendum eſt, quando receptus uſus loquendi & intelligendi, cõtrarius & repugnans propriæ ſignificationi uocabuli, tam uiget in ſenſu peritorum, quàm imperitorum. ſecundum Baldum in c. j. de ſucceſ. feud. in Vſibus Feud. Vide, Vſus uulgatus loquendi. Spieg.

INTENDERE, pro agere, litem facere, ius ſuum perſequi, defendere. Exempla habes apud Paulum in l. ſi eo loco. ff. Si ſeruit. uendic. Sp.

INTENDERE hi dicuntur, qui rei diligenter incumbũt. Vnde cum actor multa opera, intendere & incumbere ſuæ petitioni debeat, Intẽtio pro Actione uſurpata eſt. l. ſi quis intentione ambigua. ff. de Iud. item l. ij. in prin. ubi eſt text. elegans. l. generaliter. ff. de Except. cum ſimil. per Zaſ. citatis in l. qui ſe debere. de Cond. cauſ. data, cauſ. non ſecuta. Sic Cicero docet, ſtatum cauſæ, & controuerſiam conſiſtere in intentione & reſponſione, id eſt, in actione et defenſione. Sp.

INTENTARE actionem, pro inſtituere, ut uulgò dicitur, reſpuunt eruditi. Suetonius, Intendere formulam, dixit. Sp.

INTENTIO, eſt prima pars, cum ſcilicet actor proponit, & facit litẽ: formaturq́; hæc actio ex αἰτία, id eſt, ex cauſa. Depulſio eſt reſponſio rei, quæ ex continenti ad refutandam cauſam accipitur, iuxta rhetorum doctrinam: à quibus, Alciato indicante, accepta uideri poteſt continentia cauſæ. Nulli, inquit lex, audientia præbeatur, qui cauſæ continentiam diuidit. C. de Iudic. Doctores Intentionem quandoque pro Exceptione aduerſus ſermonis proprietatem accipiũt, quamuis etiam alia ſignificet. Sciendũ etiam, quòd intentio uel actio edita potius eſt Iuriſconſultis ueteribus (qui non ſecundum Pontificum, aut Iuſtiniani in Autenticis idioma, ſed ex ea lingua intelligendi ſunt, quæ apud doctos tempore ſuo in uſu erat) qui libellus Conuentionalis uulgò dicitur. Rubr. ext. de Libel. oblat. Aut. offeratur. C. de Lit. conteſt. Albutius pro Alciat. Sp.

INTER, particula, non ſignificat æqualitatem: & per hoc natus inter ſeruos, non intelligitur ſeruus.

INTER bonos bene agier. Hoc exemplo Manutius demonſtrat, à Cicerone priſcorum Iureconſultorum formulas ſine uerbo citari. Proindeq́; uoces illas, ut & oportet, ab imperitis, qui locutionem parum integram crederent, additas. Eſt autem egregium præceptũ, ad omnem uitam pertinens, & uox plena humanitatis: ut inter bonos bene agatur, hoc eſt, ut Philippus ait, bonos ex fide debere præſtare etiam, quæ non apertè lingua nuncupata ſint. Das keiner den anderen gefähren ſoll. Sp.

INTERCALARE, interſerere eſt. Et menſis Februarius Intercalaris ob hoc dicitur, quòd ei dies unus interſeritur. Dieſq́; ipſe inſititius Intercalaris latinè dicitur, & græcè ἐμβόλιμος, & intercalatio ipſa ἐμβολισμός. Quæ in re militari fit, cum inſerimus per directum interuallis præpoſitorum militum aliquos ex ijs, quos poſtponi placuerat. Sed & ἐξαιρέσιμοι, dies exemptiles propterea dicti ſunt,

quòd ex menſe eximi ſolebant, ut annus cum ſolis & lunæ ratione congrueret. Budæus in l. tertiam. §. minorem. de Minor.

INTERCEDERE ſen. conſ. hoc eſt, opponere ſeſe tribuni poterant. Cæterùm intrare curiam tribunis non licebat. Ante ualuas autẽ poſitis ſubſellijs, decreta patrum attentiſsima cura examinabant: ut ſi ex ijs improbaſſent, rata eſſe non ſinerent. Adde quæ infrà in litera T adnotauimus. Spieg.

INTERCEDERE pro alio, hoc eſt, fidem ſuam interponere, ſpondere, obligari, ut apud Iuriſcoss. per tot. tractatur ad S.C. Velleian. & Bart. in l. ij. §. omnis. ibid. Spieg.

INTERCIDERE legatum, pro deficere. Vlpian. de Condit. & demonſt. Intercidit legatũ, ſi ea perſona deceſſerit, cui legatum eſt ſub conditione. Sp.

INTERDICERE, natiua ſignificatione eſt prohibere, & ne aliquid fiat, uetare. Vnde interdicta proficiſcuntur, quorũ natura eſt prohibitoria. Quapropter ſunt, ut refert Iuſtinianus, qui putant interdicta tantũ ea uocari, quæ prohibent: reliqua, ut ſunt reſtitutoria, & exhibitoria, propriè decreta eſſe. Sed uſu frequentatum eſt, omnia uno uocabulo interdicta appellari. Abuſio huius uerbi, ſcilicet pro edicere, notatur Inſtitut. de Interdict. Olden. gradus generaq; pœnarum tractans: Interdicere, inquit, eſt maximè prohibere: & conſtruitur cum ablatiuo, ut interdicere loco, perſonis, uel rebus. Vnde interdicti paſsiuè dicũtur illi, quibus fit prohibitio. l. relegatorum. §. interdicere. ff. de Interdict. & relegat. Sp.

INTERDICERE Prætorem de ui, id eſt, interdicto de ui conceſſo, iubere eum, qui uim fecerat, reſtituere, teſte Budæo. Spieg.

INTERDICERE, pro interdicto uti. & eſt Prætoris. Vlp. in l. locum. §. ſi quis dolo. de Tab. exhib. Si neque amouerit, inquit, tabulas, neq; celauerit, ſed idcirco alij tradiderit, ne eas interdicenti exhiberet. Pompon. in l. j. de Loc. & itin. publ. interdicitur, pro eo quod eſt, interdictũ redditur, dixit. ut Accurſius ſentit. Indicat & alia exempla Budæus, quibus accipitur pro eo quod eſt, interdicto agi. Spieg.

INTERDICERE alicui arte ſua, Paulus dixit in l. fin. de Pœn. Sp.

INTERDICERE foro. Lege, Aduocatione.

INTERDICERE patria quid ſit, not. in l. nulli. C. de Sent. & interloc. om. iud. Spieg.

INTERDICI igni & aqua. Dn. Oldend. de priſcis temporibus alicubi loquens: Nefas uidebatur, ait, quamuis malos, tamen homines ſupplicio capitis afficere. Itaque maximam pœnam exiſtimabant interdictionem ignis & aquæ. Quum enim earum rerũ uſu in hac uita nemo carere poſsit, perinde habebant, ac ſi eſſet is, qui eam ſententiam excepiſſet, morte multatus. Proinde Vlpian. in l. j. de Legat. iij. Hi, inquit, quibus aqua & igni interdictum eſt, fidei cõmiſſum relinquere non poſſunt, quia neq; teſtamenti faciendi ius habent, cum ſint ἀπόλιδες. Quod igitur ſuprà in diction. Aqua & igni interdici legis, ac demum ultimo ſupplicio ſecundum Iuriſcoss. adfici, de poſteriori bus temporibus, quibus pœnę capitales introductæ ſunt, accipiendum eſt. Vide Lactantium capite decimo, libro ſecundo Diuinar. inſtit. Budæum item ad fin. Annot. prior. Sp.

INTERDICTA ſub edictis contineri, Bartolus rectè docuit: cuius tamen de interdictis diffinitio Alciato diſplicet. Spieg.

INTERDICTA reddi olim ideo dicebantur, ut momentanea quadam cognitione dirimerentur controuerſiæ, præſertim poſſeſsionum. Item dicebantur pronunciari, in l. j. §. nunciatio. ff. de Oper. nou. nunc. Item dicebantur edi. in l. ij. in fin. ff. Quod legat. Sp.

INTERDICTVM, olim erat certa ſolennitas, qua Prætor utebatur, cum de poſſeſsione contenderetur. Hodie nihil eſt aliud, quàm actio in perſonam. Alciat. in Parerg. admonet, interdictũ duobus modis accipi. In primis, quod prohibitorium eſt: quoniam interdicere, prohibere eſt: hincq; etiam, ſi quæ cauſam proprietatis habent, interdicta dicuntur. Secundò etiã propriè dicitur interdictum, quo Prætor aliquid iubet, uel uetat, non perpetuò, ſed ad tempus, donec pleniore iudicio de iure petitorij quærat, quaſi interim dictum, ut eſt apud Paulum. In-

terdicere enim, eſt interim edicere. Itaq; interdicta, quaſi interim dicta, cum poſſeſsionem reſpiciant, totam litē non perimūt, quin de dominio queri poſsit. quapropter & præiudicia quandoq; appellant. Interdicere autem apud ueteres id ſignificat, quod interim dicere. Alciatus Ciceronis teſtimonium profert in l. pecunias. de Verb. ſig. Cæterùm interdicta omnia prohibere uim, ſcitè colligit Ferr. Inſtit. de Interdict. atque inibi tradit, cur Vlpiano nōnulla interdicta miſta dicantur. Obſeruandum autem, interdicti etymum, Inſtit. de Interdic. Iuſtinianū non tractare, ſed teſte Oldend. alluſione quadam nos in cognitionem interdictorum ſummatim perducere tentare. Quanquā pro his uerbis (inter duos) habent quædam exēplaria (interim) ut teſtis eſt Alciat. Vulgatam lectionē ſequitur noſter Haloander. Inſuper appellationē interdicti obſcurā eſſe ijs, qui rem ex antiquitate non ſatis fideliter perpendunt, monuit Oldend. Vnde iuxta eum, ſicut duplex cenſetur bonorum poſſeſsio, uidelicet Edictalis & Decretalis, ita docendi gratia ſtatuendum duplex interdictum, ſcilicet edictale, quod prætorijs edictis proponitur: ut ſciant omnes, ea forma poſſe implorari. & decretale, quod Prætor pro re nata implorantibus decreuit: ſicut noſtrorum magiſtratuum interdicta ſunt decretalia ex edictalibus interdictis Prætorum. Et iſta obſeruatio (inquit ipſe) magnā tibi lucem adferet, quoties legis iſtas uoces: Pretor interdictum proponit, item cum quo interdicit, ſcilicet aduerſario. Item: Sed ſi ſimul ueniant ad interdictū mouendum. Item uim fieri interdicam, cum tamen iam ſit propoſitum interdictum. Item quolibet poſtulante interdicitur. l. j. ff. de Loc. & itinerib. pub. l. ij. §. reſtituas. ff. Ne quid in loc. uel itiner. publ. fiat. l. j. ff. Vt in flum. pub. & alibi ſæpe. Sunt etiam, qui putant interdicti nomine intellexiſſe Ciceronem, quam uulgò inhibitionem, ſiue arreſtationem bonorum dicunt. Quam autem uim habeat, in Comment. de Verborum ſignificationib. Alciatus oſtendit. Diuiditur autem interdictum ab effectu in Prohibitorium, Reſtitutorium, & Exhibitorium. Præterea in Adipiſcendæ, Retinendæ, ac Recuperandæ poſſeſsionis. De his pauca attingemus, iuxta ſeriem alphabeti.

INTERDICTVM

Adipiſcendę poſſeſsionis, uim habet interdicti Quorum bonorum, de quo infrà.

Aquæ quotidianæ & æſtiuæ. Eſt extraordinariæ & celeris expeditionis.

Aquæ è caſtello ducendæ. Et hoc eſt extraordinariæ cognitionis, ut eleganter tractant Vlpianus in l. j. §. illud queritur. Pomponius in l. hoc iure. in prin. & §. is qui. ff. de Aqua quotid. & æſtiu.

Aquæ pluuiæ arcendæ. Locum habet in damno nondum facto, opere tamē iam facto, hoc eſt, de eo opere, ex quo damnum timetur. l. j. ff. de Aqu. & aqu. pluu. arc.

DE Arboribus cædendis. Prohibitorium eſt. Vide Vlp. in l. j. eo. tit.

Cloacis. Pertinet autem ad priuatas. Nam publicæ publicam curam merentur. l. j. §. hoc autem interdictum. ff. de Cloacis. Et eſt duplex: alterum prohibitorium, alterum reſtitutorium.

Fonte. Datur ei, qui Vti poſsidetur aqua, hoc eſt, ſiue haurire prohibeatur, ſiue etiam pecus ad aquam appellere. Item ei, qui ire ad hauſtum prohibetur: & generaliter omnibus, quibus permittitur interdictum aquæ æſtiua. l. j. §. hoc autem interdictum. §. planè. §. item ultimo. ff. de Fonte.

Fraudatorium. Vide ſuo loco.

Glande legenda. Adi Vlpian. eod.

Itinere, actuq; priuato. Sunt autem duo interdicta prætoria: alterum de itinere actuq; priuato, alterum de itinere & actu reficiendo.

Libero homine exhibendo. Hoc interdictum proponitur tuendæ libertatis cauſa: uidelicet ne homines liberi retineantur à quoquam. l. j. eod. tit.

Liberis exhibendis. Hoc interdictum proponitur aduerſus eum, quem quis exhibere deſiderat eum, quem in poteſtate ſua eſſe dicit. l. j. eod.

Loco publico fruendo. Publica uectigalia tuetur hoc edictum. Vide Vlpianum l. j. eod.

Migrando. Infrequens eſt hoc edictum, ut teſtatur Iuriſcos. l. j. eod.

Momentaneæ poſſeſsionis. uide not. in l. ult. C. Qui legit. perſon. hab. in iudic. ſtand. et l. j. C. Si de momēt. poſſeſs. fuer.

appell. Hoc interdicto & impubes abſque tutoris autoritate uti poteſt. l. j. §. ſi filius. ff. Vnde ui.

Mortuo inferendo. Vſum huius interdicti uenuſtè oſtēdit Olden. Action. xij. Claſ.

Ne quid fiat in loco publico. Hoc interdictum generale eſt, & prohibitoriū, non etiam reſtitutorium.

Ne quid fiat in mari, uel flumine publico. Duo interdicta ſunt: prius prohibitoriū, poſterius reſtitutorium.

Ne quid fiat in loco religioſo. uide infrà, Religioſus locus.

Ne quid in loco ſacro fiat. Pertinent & ad hoc interdictum muri ac portæ ciuitatum: ne in eis aliquid fiat, ex quo damnum aut incommodum irrogetur. l. ij. ff. eod. tit.

Ne uis fiat ei, qui in poſſeſſ. miſ. eſt. Hoc interdictum eſt generale: quia complectitur omnes eos, qui miſsi ſunt in poſſeſſionem.

Operis noui nunciatione. uide Vlpian. in l. Prætor ait. ff. de Nou. oper. nunciat. Vocatur & Edictum. in l. j. §. j. eod.

Precario. Eſt reſtitutorium, de quo in l. ij. §. j. & in l. in reb. ff. eod. tit.

Quod ui aut clam. Sortitū & hoc à primis prætorij edicti uerbis appellationem, ut & quædam alia ſequentia. Quibus uerò per hoc occurratur, Vlpian. oſtendit in prin. l. j. eod. tit.

Quorum bonorū. Non ignorandū, quòd Prætorum edicta plerunq; ſolebant appellari à primis uerbis, retinereq́ nunc actiones, quibus loco utimur interdictorum priſcam appellationem, ut eo facilius appareat, unde deſcēderint. Dn. Oldend. hanc actionem egregiè tractat à prin. Claſs. ij.

Quorum legatorum. Germana lectio habet Quod, non Quorum. Hoc quoq; interdictum nomen retinet à primis uerbis edicti prætorij, cuius tenorem diligentiſsimus Oldendor. nobis ueriſimili coniectura concinnauit.

Recuperādæ poſſeſsionis, eſt interdictum. unde vj. de quo uide Vlpian. in l. j. ff. de Vi & ui arm. Lege, Vis expulſiua.

Retinendę poſſeſsionis. Huiuſmodi eſt interdictum, uti poſsidetis. & interdictum Vtrubi. Vide Theophil. Inſtit. de Interdict. indicantem nonnihil inter ea differentiæ.

Ripa munienda. Cum Prætorem olim Romanum, Oldēd. ait, uideamus tam fuiſſe curioſum, ut interdicta proponeret de reficienda uia, itinere, ripa, alijsq́ locis publicis. ut in l. j. §. ult. ff. de Rip. muniend. Quanto magis oportuerit noſtros magiſtratus interdictum reddere doctiſsimis hodie Germaniæ uiris aduerſus logodædalos quoſdam, & bonarū literarum hoſtes: ut patiantur, ne'ue impediant diſciplinam ciuilem multis erroribus repurgari, ac (quoad fieri poteſt) ſuo nitori, & uſui publico reſtitui.

Riuis. Hoc interdictum utiliſsimum eſt, ut ait Iuriſconſ. in l. j. ff. eod. tit.

Saluiano, à Saluio Iuliano Prætore nomen accepit, huius edicti ordinatore, quē Imperator uocat ſummæ autoritatis hominem. in l. pen. C. de Cōdict. indebit. Rurſus ſummum iuris ſcientiæ autorem nominat, in l. inter antiquā. C. de Vſufiuct.

Sepulchro ædificando. Olim quò quiſque uellet, poterat inferre mortuum, & ædificare ſepulchrum, modò id in ſuo faceret, ſine alterius detrimento, & extra ciuitatem: tum autem locus ille religioſus cenſebatur. l. ij. in princ. §. j. ff. de Religioſ. Vſum huius interdicti in foro noſtro, quem doctores neglexerunt, non inutiliter indicat Action. ix. Claſſ. ij. Oldend.

Superficiebus. Proponitur interdictum duplex, exemplo interdicti, Vti poſsidetis. Vide l. j. ff. eod. tit.

Tabulis exhibēdis. Sub hoc interdicto includitur, quicquid omnino ad ultimam uoluntatem pertinet, ſiue ſint epiſtolæ, ſiue codicilli, uel aliæ ſcripturæ, & ſiue teſtamentum ſit perfectum, ſiue imperfectum. Vide Zaſ. in l. j. ff. eod. & Oldend. Action. j. Claſſ. v.

Vi & ui armata. Quomodo hoc loco uis intelligēda eſt, Vlpian. docet in l. j. ff. eod. tit. Aliter enim accipitur uis in interdicto, quod ui aut clam, de qua ſuo loco. Hoc autem interdictum Prætor propoſuit aduerſus immanem uiolentiam. Etenim fuit æquiſsimum ui deiecto poſſeſsione ſua ſubueniri eodē aut. in d. l. §. j.

Via publica reficienda. Perpetuum eſt & omnibus, & in omnes datur, & habet condemnationem in id, quod actoris intererat. l. i. ff. eod.

Vt liceat rip. pub. flum. refic. Ad Iuriſconſs. in l. unica, de Ripa muniend.

Vt in

Vt in flumin. publ. nauig. liceat. Hoc interdicto proſpicitur, ne quis in flumine publico nauigare prohibeatur. Sicut enim ei, qui uia publica uti prohibetur, interdictum ſuprà propoſitum eſt, ita hoc quoque proponendum Prætor putauit. l. j. eod.

Vti poſsidetis.

Vtrobi. Rationem horum interdictorum Vlpian. grauiter tractat in l. j. ff. uti poſsidetis. Vtrunq; interdictum à primis eius uerbis nuncupatur, ſicut de alijs ſuprà indicatum eſt. Alterũ pertinet ad retinendam poſſeſsionem immobilium uidelicet, ex interdicto uti poſſidetis. Alterum mobilium rerum tuetur poſſeſsionẽ, ex interdicto utrubi: ſic enim legendum, non utrobi, de quo uide infrà ſuo loco. Obſeruandum tamen, hodie in locum interdictorũ proponi ſimpliciter actionem in factum, quæ accommodata eſt interdictis. §. fin. Inſtitut. de Interdict. Vide Zaſium in §. Actionum. de Action. Spieg.

INTERDICTVM annale, quod pœnã, non autem rem perſequitur. l. j. ff. de Vi & ui armat. Ei opponitur Perpetuum, nempe rei perſecutiuum. l. in honorarijs. ff. de Action. l. ui impulſos. C. Vnde ui. Duplicis etiam nomen ſortitur hoc interdictum, quando experimur iudicio retinendæ poſſeſſ. quia in eo utrinque & actoris & rei nomen recipitur. Sp.

INTERDICTVM exhibitorium, quo agitur ad aliquid exhibendum. l. j. & fin. ff. de Lib. hom. exhib. §. ſummo uerſic. exhibitoria. Inſtit. eod. Sp.

INTERDICTVM fraudatoriũ, quo reuocantur in fraudem creditorum alienata: cuius fit mẽtio in l. ſi poſtulante. ff. ad Trebellianum. & l. pupilli. ff. de Solut. Spieg.

INTERDICTVM perpetuum. Vide, Interdictum annale.

INTERDICTVM priuatum, uniuerſale unicum eſt, nempe, Quorum bonorum. ſic dictum, quòd detur pro bonorum uniuerſitate. l. j. ff. Quorum bonorum. Spieg.

INTERDICTVM prohibitorium, quo Prætor uetat aliquid fieri. Vide §. Summa. Inſtit. de Interd. Sp.

INTERDICTVM publicum, quod loci publici uel religioſi cauſa competit. ff. Ne quid in loco publico fiat. Huic opponitur priuatum, quod duplex eſt, uniuerſale ſcilicet, & ſingulare. Sp.

INTERDICTVM Reſtitutorium, quo Prætor aliquid reſtitui iubet: ueluti cum bonorum poſſeſſori poſſeſsionẽ eorum, quæ quis pro hærede, aut pro poſſeſſore poſsidet. Inſtit. de Interd. §. ſumma. uerſ. Reſtitutoria. Sp.

INTERDICTVM ſimplex, dicitur regulariter omne interdictum. l. ij. ff. Pro ſocio. Sp.

INTERDICTVM ſingulare, quod competit ſingularibus rebus. Eiuſmodi ſunt omnia interdicta, excepto, Quorum bonorum. Gloſſa in l. j. ff. de Interdict. In ea multæ interdictorum ſpecies continentur, quæ hodie intactæ illibatæq; ſeruantur, annotantib. Angelo in l. ſi quis miſſus. §. cum Prætor. ff. Ne uis fiat ei. & Aretino in prin. Inſtit. eo. Sp.

INTERDICTVM decretale. Lege, Interdictum.

INTERDICTVM Edictale. Vide ibidem.

INTERDICTI. Vide ſuprà, Interdicere natiua ſignificatione. & tit. π de Interd. & releg.

INTERDVM, uel abſens, ſi bonam cauſam habuit, uincet, iuxta Vlp. l. & poſt. ff. de Iudic. Sp.

INTEREVNT & homines, & res. l. uerum. §. ult. Pro ſocio.

INTEREST, pro utile eſt, ſine caſu. Celſus: Quia non interſit quid faciat morbum, ſed quid tollit. Id eſt, inquit Budæus, ad rem non pertinet. Obſeruandum autem, quòd id demum intereſt, quod in ueritate eſt, non quod euenire poteſt, aut potuit. l. ad exhibendum. ff. ad Exhibend.

INTERESSE, eſt ſingulare precium rei non præſtitæ, cum ſuo augmento, acceſſioneq;, hoc eſt, lucri, damniq; non habita ratione. Vel eſt damnum emergens, & lucrum ceſſans, ex eo quòd aliquid fieri ceſſatur. ſecundum Accurſ. Alc. de eo quod intereſt. Philippus inquit: Intereſſe eſt, quod debetur alicui: uel quia damno affectus eſt, uel quia lucrum aliquod impeditum eſt. Huius, ut inſolentis uoculæ, Alciatus ueniam petijt, quia non putauit latinè dici poſſe. Sed doctiſsimus Iuriſconſultus Ant. Fumeus,

eam à Iuriſconſultis uſurpatam oſtendit, in l. quod ſæpe. in fine. ff. de Contrah. empt. in l. debitor decē. ff. de Leg. ij. Is, eius quod intereſt, quam nemo ex interpretibus adhuc attigit, talem affert definitionem. Id quod intereſt, eſt damni dati, uel lucri ceſſantis ęſtimatio. Sed illam nobis tradidit Paulus in l. ſi commiſſa. ff. Rem rat. hab.

INTERESSE itē dicitur illius, ad quem res, qua de agitur, pertinet. l. eum qui. §. fin. ff. de Furt. Sp.

INTTRESSE mirabile. Vide Gloſ. in l. ſi in emptionem. ff. de Minorib.

INTERGERINVS paries, idem qui Papiniano in §. item ſi communem, in l. ſi fratres, Pro ſocio. Concraticius eſt. De quo latius in poſteriorib. Annot. Bapt. Pius. c. lxxxiij. Alciat. item qui ſit oſtendit, interpretās l. maiore parte. de Verb. ſig. ubi uaria exponit parietum genera. Vulgus medianum appellat: cum medianus latinè aliter accipiatur, quod & Bud. monuit. Quære, Parietū uaria ſunt genera.

INTERLINERE, eſt atramento, aut aliqua re alia ſuperinducta, picturā uel ſcripturam deſtruere. Iulianus in l. qui tabulas ad Leg. Aquil. Corrupiſſe enim tabulas, inquit, rectè dicetur, & qui eas interleuerit. Sp.

INTERLOCVTORIA ſententia uocatur, quæ non definit controuerſiam, ea enim Definitiua dicitur, ſed aliquid obiter decernit ad cauſam pertinens. Eſt autem multiplex, ut planè tradit Bart. in l. quod iuſsit. ff. de Re iud. & Felin. in Rubr. de Re iud.

INTERMISSIO, uacatio ab aliquo munere ad tempus. Ein ſtyllſtand.

INTERMITTERE, pro non continuare, in l. nam & ſeruus. §. ſuo. ff. de Neg. geſt.

INTERNECINVM teſtamentum, propter quod dominus eius necatus eſt. autor Feſtus.

INTERNVNCIVS, qui inter alios medius eſt ad aliquid tractandum, & modò huic, modò illi per uices nunciat. Quàm hoc uocabulo utitur P. Bembus latinè, tam barbarè nunc receptum eſt in aulis principum nomen oratoris.

INTERPELLARE ad tribunal iure. Oppo. Interpellare ad tribunal per iniuriam mei uexandi cauſa. l. non ſolum. §. ſi quis per iniuriam. ff. de Iniur.

INTERPELLARE, ponitur pro poſtulare iuſticiam, & inuocare officium iudicis, in l. diffamari. C. de Ingenu. manum. Vide Oldend. in eandem. Sp.

INTERPELLARE debitorē, Budæus inquit, eſt in iudicium uocare. Id autem proprium eſt creditoris, qui ſua nomina exigit, præſertim cum in mora ſunt debitores. Sunt enim quædam nomina, quæ non antè diſſolui debent, quàm debitor interpellarit. Rurſus quædā ſunt, in quibus dies ipſa, hoc eſt, tēporis lapſus, pro homine interpellat: adeò ut in mora eſſe uideatur, ſi ultrò debitum non obtulerit. Spieg.

INTERPOLARE, eſt in aliam formam mutare. Vlpian. de Aedil. edic. l. præcipiunt: Interpolant, inquit, ueteratores, et pro nouitijs uendunt, id eſt, in habitum nouitiorum mutant. Nebr.

INTERPONERE, hoc eſt, accōmodare debet prætor partes ſuas. §. ſin autem. Inſtit. de Satiſdat. tut.

INTERPRETATIO eſt, quę exponit id quod dictum uel ſcriptum eſt alijs uerbis, quæ idem ualeant. Salomonius inquit: Vbi uerba ſunt aperta, interpretatio cōtra manifeſtam uim uocabulorum nihil ualet. Neq; communis opinio efficere poteſt, quòd uerba dicant id quod non ſignificant. Haloander in celebranda illa Nuncupatoria præmiſſa Nouell. Conſtit. commemorat, quatuor genera interpretandi apud ueteres fuiſſe. Officium ueri interpretis explicat diuus Hieronymus in epiſtola inſcripta, De optimo genere interpretandi. Sp.

INTERPRETATIONEM extēſiuam recentiores appellant, quam Cicero Ratiocinationem nominat, quòd ratione diſſeritur. Fortunatianus collectiuam, quòd ex eo quod ſcriptū eſt, colligimus id quod ſcriptum non eſt, ut perinde eſſe dicamus, ac ſi ſcriptū eſſet. Ab interpretibus modi petendi ſunt, quibus collectio fieri poteſt. Contraxit illos Salomonius libro quinto Comment. in l. omnes populi. Sp.

INTERPRETATIO ſingulorū uerborum gloſſa eſt, ſeu gloſſema, nomen à lingua tractum, quaſi lingua obſcurior dilucidiore declaretur: ut homo ferreus & præfra-

præfractus,hoc eſt,durus & inflexibilis. Aliquanto fuſius eſt Scholium, ab exercitatione ſcholarũ deductum, quod conſtat oratione facili,ac demiſſa omni prorſum cultu atq; apparatu nuda. Commentarij à cõmentando nuncupantur, quod eſt diſſerere. Hi ſunt duorum generũ,uel ſimplices,uel in aliud ſimplices,in quib. breuiter annotantur admonẽdæ memoriæ nõnulla. quomodo id fiat, Viues docet lib. iij. de Ratione dicendi. In aliud uerò ſunt, quàm ſenſus autoris cuiuſpiam inquiritur, atq; explicatur, qui ſunt breues & contracti. Diffunduntur uerò, ſi de propoſita materia diſputatur, & quid adferre queat commentator, experitur: quales ferè ſunt in Ariſtotelẽ, in Hippocratẽ, in Galenum, in Magiſtrum ſententiarũ. In Iure etiam Ciuili ad xij. Tab. & ad edicta Magiſtratuum omniũ. Huius notæ ſcriptores, idem Viues ait, non alieni operis expoſitio dici debeãt, quàm autores proprij. Ideoq; ad xij. Tab. & ad Edictum Prætoris ædilitium cõmentarios ſuos inſcribunt.

INTERREGNVM, appellatur id tẽpus, quo regnum uacat, hoc eſt, antequam in demortui locum, nouus rex præficiatur. Hinc Inire interregnum, regis demortui uice fungi: & Interrex, qui regis demortui locũ tenet, donec alius ſubſtituatur. Cuiuſmodi uacante imperio apud nos, ſunt è Septemuiris, Magnus Comes Palatinus ad Rhenum, ac Saxoniæ Dux, Conſtitutione diui Caroli Quarti. Sp.

INTERROGATVR, intelligendum, à Iudice, uel à Parte. Gloſ. in prin. l. ſiue. ff. de Interrog. act. Sp.

INTERROGATORIA ſunt, quæ facit pars teſtibus productis contra ſe: & dantur ſuper articulis, & formantur per circumſtantias cauſæ & perſonarum. Gloſ. in. cap. præſentium. de Teſtibus libro ſexto.

INTERRVPTIO uſucapionis, eſt uſurpatio. l. ij. ff. de Vſucap. Vide Bart. in l. ut perfectius. C. de Ann. except. Eſt autem duplex interruptio, naturalis & ciuilis. Naturalis contingit, extinctis his, quæ ad ſubſtantiam uſucapionis naturale requiruntur: ut ſunt, poſſeſsio, titulus, bona fides, & res ipſa non uicioſa. Hæc tam latè patet, ut exinde nulla præſcriptio, ſiue aduerſus interrumpentem, ſiue aduerſus quemcunque alium procedat, niſi denuò cœpta & continuata. l. naturaliter. ff. de Vſucap. Ciuilis interruptio eſt, quæ per autoritatem Iuris impedit uſucapionem, etiamſi prædicta ad naturam eius requiſita non deficiunt. Veluti per uocationem in ius, per litis conteſtationem: uel ſi facto aliquo interpelletur præſcriptio, ut ſi debitor præſcripturus iamiã actioni tradat pignus, uel aliam cautionẽ, uel ſoluat uſuras creditori. ipſe enim aduerſus ſe uſurpat præſcriptionem ciuiliter. l. cum notiſsimi. §. imò & illud. C. de Præſcript. xxx. ann. Hæc autem ſoli interpellanti prodeſt, aduerſus alios interim nihilominus procedente præſcriptione. l. intra quatuor. ff. de Diuerſ. & temp. Præſc. Sp.

INTERRVMPITVR aduerſus omnes, hoc eſt, exponente Oldendor. Omnes uti poſſunt beneficio interruptionis. Hæc Iuriſconſulti uerba, in l. naturaliter. ff. de Vſucap. Accurſius uoluit emendare, hanc phraſim non percipiens. Spieg.

INTERSCALINIVM, inter remiges ſpacia, qua figura dicuntur intercilia, ac interfinia. Quære, Remiges.

INTERCISI dies erant, quaſi dijs & hominibus communes. Nam quibuſdam horis fas erat ius dicere, quibuſdam uerò nefas erat. Sp.

INTERITVRA, ſiue Intertrimentum, detrimentum eſt propriè in nummis aureis, & ueſtibus, quaſi uſu & attrectatione detritum & conſumptum. Scæuola de Pignor. act. l. pignori. Quæro intertrituram quæ ex operis facta eſt. Nebriſſ.

INTERVALLVM, ſpacium quod eſt inter palos uallum, Caſtrenſe conſtituentes: à quo omne ſpacium, interuallum eſt appellatum. Vide l. per interualla. ff. de Iudic. l. j. C. de Honor. non cont. int. patr. & fil. l. j. ſi tut. Reipub. cauſ. abfue. Albericus.

INTERVENIRE autoritatem perperã, uel non interuenire, paria ſunt. l. ij. ff. de Aut. tut.

INTERVENTOR propriè, qui interuenit & impedit agentem aliquid. Vlpianus pro fideiuſſore. in l. licet. de Obſeq. à liber & libert. præſtand. utitur. ut et Lampridius in Commodo, Budęo annotante. Sp.

INTERVERSA pecunia domini. l. fin. ff. de Fugitiuis.

INTERVERTERE, modò callidè eſt ſurripere: quod plerūq; fit, cum rem commodatam aut creditam, dolo, ne reſtituatur domino, efficimus. Vide Vallam lib. v. Triphon. l. fi. de Seru. fug. Quoniã interdum aut pecunia interuerſa eſt. Modò ſubuertere & euertere. Paul. de Cap. demin. Quæ ſalua ciuitate accidit, publica iura non interuerti conſtat. Idem: Legitimæ tutelæ interuertuntur eadem ratione, qua & hæreditates. Scæuola: Cui per fundum aquæductus debetur, quacunq; uult, in eo uinum facere licet, dum ne aquæductum interuerterit. Vtitur & Imp. C. de Iuſtinian. Cod. Confirm. & l. ij. de Iudic. Sp.

INTERVSVRIVM, uſura eſt, quæ medio tempore fluxit, de quo latius Zaſ. in l. ſtipulatio. §. inter certam. ff. de Verb. oblig. Sp.

INTESTABILIS, qui iure teſtamētum facere non poteſt, & cuius teſtimonium nō accipitur. Inteſtatus uerò dicitur non ſolùm qui mortuus eſt nullo confecto teſtamento, ſed etiam cuius ex teſtamento adita non eſt hæreditas. Item Inteſtatus eſt, cuius uerbis nō adhibet̃ fides, qui'ue teſtis eſſe non poteſt.

INTESTABILES, apud Latinos priſcos, Budęo teſte, fuerūt ijs ſimiles, quos Græci ἀτίμους uocarūt, hoc eſt, præſidij legum exortes. Horat. in ij. Serm. Inteſtabilis & ſacer eſto. Vlp. de Teſtam. Si quis ob famoſum carmē damnetur, ſenatuſconſulto expreſſum eſt, ut inteſtabilis ſit: ergo nec facere teſtamentum poterit, nec ad teſtamentum adhiberi. Caius: Cum quis inteſtabilis uidetur eſſe, eò pertinet, ne eius teſtimoniū recipiatur. & eo amplius (ut putant quidam) ne'ue ipſi dicatur teſtimonium. Vlp. in l. lex Cornelia. de Iniur. Si condemnatus ſit is, qui librum ad infamiam alicuius pertinentem ſcripſerit, ex Lege Cornelia inteſtabilis eſſe iubetur. Plinius de arte magica loquens: Proinde perſuaſum ſit, eam inteſtabilē, irritam, inanem eſſe, habentem tamen quaſdã ueritatis umbras. Obſeruandum tamen, quòd inteſtabiles, non omnes quoquo modo demnati, uel infames intelligendi ſunt: ſed illi tantùm, quos ipſa lex tales eſſe iuſsit, Vigl. in tit. Inſtit. de Teſtam. ord. Sp.

INTESTATÒ, aduerbiū, ſine teſtamento. Scæuola Luc. Titius inteſtatò moriturus. Sic Paulus: Vt legata, quæ ei dederat, inteſtatò moriturus reſtitueret. Sp.

INTESTATVS dicitur primò, qui teſtamentum non fecit: uel ſi fecit, tamen iure defecit, ut quia iniuſtū, uel irritum pronunciatum eſt. Idem enim eſt, teſtamentum non facere, uel huiuſmodi facere, quod nullum pronūcietur. Secundò inteſtatus dicitur, qui teſtamentū ex ſe quidem ualidum fecit, ſed quod ex eo corruit, quòd hæres inſtitutus noluerit adire. Tertiò inteſtatus dici poteſt etiam is, qui teſtamentum facere iure non potuit, ut pupillus & furioſus. Vide Vlpian. de Suis & legit. hæred. & Paul. in l. inteſtatus. & ibi Alc. de Verb. ſignif. Sp.

INTESTINVM, pro maximo, & periculoſiſsimo, & pro occulto accipitur. Sic inteſtinum uulnus, inteſtina prælia, apud Imp. C. de Legit. hæred. l. Leg. xij. Tab. l. ij. in prin. de Vet. Iur. enucl. Sp.

INTIMA, pro arcanis, apud Vlp. in l. iij. de Recep. qui arbitr. recep. Finge enim, inquit, poſt cauſam iam ſemel atq; iterū tractatam, poſt nudata utriuſq; intima et ſecreta negocij aperta, &c.

INTIMARE, denunciare, in l. ij. C. de Iudic. Inſulanus obſeruauit, hoc uerbo uſum eſſe Plinium, ante Apuleium et Gellium.

INTOLERABILIA ſeruitia, in §. ſed & maior. Inſtit. de his qui ſunt ſui, uel alien. iur.

INTRA. Apud ueteres tres erant præpoſitiunculæ diuerſo ſenſu, Ins, Vls, Cis: quę quoniam obſcuro ſonitu promebantur, euphonię cauſa additionem eandem receperūt, diciq; ultra, citra, intra cœptum eſt. ſicq; intra idē ſignificat quod in. unde rectè dicemus, Brigantium intra Alpes eſt, id eſt, in Alpibus ipſis: ſicut Segu ſium citra Alpes, Vocentij ultra. Sic & qui dicit ſe intra calendas facturum, in ipſis calendis dicere uidet̃. Ex Alciato. Sp.

INTRA, ſine caſu, contrarium eſt Extrinſecus.

INTRA diem mortis ut aliquid fiat, ſi quis dixerit, ipſe quoq; dies, inquit Vlp. quo quis mortuus fuerit, numeratur. Sp.

INTRA fidem, ſignificat credibile eſſe.

INTRA modicū tempus, id eſt, Iuriſconſ. expo-

exponente dum hoſpitium quis conducit, ſarcinulas componit, quærit aduocatum. l. ab hoſtibus. §. ſed quod. in fin. ff. Ex quib. cauſ. maior. Sp.

INTRA quàm modicũ, pro eo quod eſt, minus quàm modicum.

INTRA parietes agere, uel experiri, id eſt, inter amicos diſceptandam rem permittere citra iudicium & extra cancellos forenſes: ſicut prudentes uiri, ut uerè dicit Oldend. ſolent optare: contrà ſtolidi ad iudiciariam properant moleſtiam. Sp.

INTRA quatuor annos, &, A' quatuor annis, hoc differũt: quòd intra quatuor annos, id eſt, quod triennio nondũ finito: A' quatuor annis, id eſt, iam elapſo tempore quadriennij. Sp.

INTRA uerba, id eſt, non ultra uerba.

INTRIBVTIO. Vlp. de Verbor. ſignif. l. ager. Tributum ſanè appellatur ab intributione. et in l. iiij. de Veter. Nam nec ab intributionibus, quæ in poſſeſsionibus fiunt, ueteranos eſſe excuſatos, palàm eſt. Spieg.

INTRICARE peculium, frequens locutio apud Iurecoſs. pro impedire, inuoluere, remorari. Non. Marcellus tricas impedimenta & implicationes interpretatur. Vnde dictum ſit extricare & intricare, Lucilius apud eundem Tricones appellat, qui nugis homines remorentur. Et tricinus quæſtus, pro tardo ſeu ſicco. Vide Eraſmum explicantem adagium, Tricæ, apinæ. & infrà, Peculium intricare. Spieg.

INTRINSECVS, quod Barbari abintra dicunt: cui contrarium eſt, extrinſecus. Vide l. deniq;. §. fin. de Pecul. leg. Sp.

INTRODVCERE, ponere, inſtituere, conſtituere: quod & in medium afferre aliquando ſignificat, teſte Budæo.

INTROITVS militiæ, apud Scæuolam in l. penult. de Legat. iij.

INTRVSI dicuntur, qui non per electionem canonicam, ſed per uiolentiam occupant honores, officia, uel eccleſiaſtica beneficia.

INTVERI, pro attendere. Paul. in l. promittendo. in prin. ff. de Iur. dot. Magis enim, inquit, res quàm uerba intuenda ſunt. Spieg.

INVALETVDINIS nomen nec Cicero abhorruit. Inſulanus citat uerba ex Epiſt. ad Attic. lib. vij.

INVALIDITAS inter remedia Iuris nũ meratur, quæ aduerſus iniquitatem iudicum introducta ſunt, de quo latè Bart. in l. ſi expreſsim. ff. de Appel. & in l. cum quærebatur. ff. de Re iudic. l. j. C. Quan. prouoc. non eſt nec. Sp.

INVECTA & illata. Vlpian. ex inuectis & illatis, ait, eum funerandum.

INVENTIO theſauri ea eſt accipienda, quæ fortuitu contingat, non data opera, de quo tractatur in l. iij. §. ult. ff. de Iur. Fiſc. l. j. C. de Theſaur. lib. x. Sp.

INVENTARIVM, uocatur ſcriptura, in in qua res pupilli deſcriptæ ſunt. Alciat. in l. pactum. C. de Pact.

INVERECVNDE poſtulare. l. j. ff. de Poſtulan.

INVERECVNDVM deſiderium. uide Paul. in l. ſi & rem. ff. de Petit. hæredit. Spieg.

INVESTIRE, à ueſtio eſt: & ut monuit Oldend. eleganti tropo ſeu figura denotans maximi fœderis ultro citroq; contrahi negocium, in quo non ſufficiat uulgare hominis officium exhibere, ſed exigatur optima & animi & corporis uirtus. Quemadmodum ferè ueſtis habitu diſcernere ſolemus, qualis quiſq; ſit, eximię ne dignitatis, an plebeius. Quamobrem & Chriſtus ſeruator noſter: Amice, inquit, quomodo huc intraſti non habens ueſtẽ nuptialem? hoc eſt, animum uera fide adornatum. Sp.

INVESTITVRA eſt, quo quis in nouæ acquiſitionis monumentũ ornatur. Alciat. in l. traditionibus. C. de Pact. Oberto eſt inueſtitura propriè poſſeſsio. Duplicem autem eſſe tradunt Doct. Propriam ſcilicet, & abuſiuam: quæ & uerbalis dicitur, quòd uerbis fiat, cum actu corporeo: ut cum dominus dicit, Inueſtio te iſto annulo, uel enſe, uel haſta, uel alia re porrecta, pro loci conſuetudine. Hæc ſignificat, ut Oldend. eleganter dicit, totam hominis conditionem transformari in fidem & obſequium erga dominum. Iſtæ ceremoniæ, idem ait, allegoria & myſterio non carent. Quod quum Iuriſperiti neq; ſcribendo, neque docendo explicent: fit, ut non aliter in foro quoq; utantur huiuſmodi ſolennitatibus, quàm ſimiæ & pſittaci uſu quodam inanimato ſolẽt mores humanos imitari. Propria uerò eſt, quando Vaſallus in

 poſſeſsio-

poſſeſsionem realem per dominum, uel nuncium eius inducitur. Hac feudũ pleno iure acquiritur. Vide tit. de Conſuet. rect. feud. in prin. Sp.

INVETERARE, id eſt, ad uetuſtatẽ ſeruare, inquit Budæus.

INVETERATVM malum, pro antiquo.

INVETERATVM, & recens, contraria.

INVETERATA conſuetudo cur pro lege meritò cuſtodiatur, Iulianus eleganter declarat. l. de quibus cauſis. ff. de Legib. Sp.

INVETERAVIT opinio, conſuetudo: pro inoleuit, inualuit.

INVICEM ſe impedire, apud Iulianum, l. quoties. ff. de Vſufruct.

INVIOLABILITER, apud Haloandrũ in §. inſtituto. l. pen. de legat. ij. quem uertit latinè. Quere, Non autem uolo.

INVITARE, prouocare ad bonorũ poſſeſsionem. apud Vlpian. in l. j. Vnde cognati.

IN VIRILES, id eſt, pro numero perſonarum. l. uirilis. ff. de Leg. præſt. Alber.

INVITVS, qui per uim aliquid facit, non libenter, tergiuerſans, contra uoluntatẽ, repugnans, coactus. Vide l. filius famil. ff. de Procur. l. inuitus. C. eod. l. inuitum. ff. de Seruit. urb. præd. l. in eo. §. j. ff. de Rit. nupt. & Bart. in d. l. inuitus. C. de Procurat. Sp.

INVOCATIO brachij ſecularis dicitur, cum iudex eccleſiaſticus inuocat gladiũ ciuilis magiſtratus, ut ſententiã eius exequatur. l. epiſcopale. C. de Epiſcop. audien. c. j. de offic. ordin. Vide Bart. in l. unica. ff. Si quis ius dicen. non obtemp. Spieg.

INVLTVM crimen, de quo non eſt ſumptum ſupplicium. l. quod euitandi. C. de Condit. ob turp. cauſ. l. j. C. de his quib. ut indig. Sp.

INVMBRATA quies, pro latebroſa & ementita, Zaſio teſte, dixit eleganter Celſus, in l. quod meo. §. ij. de Acquir. poſſeſ. Huiuſmodi habere dicuntur furioſi aliqui, in quibus ſanitatis ueſtigium apparet, furore aliquando quieſcente. Sp.

INVNDARE, propriè fluminum eſt, quę dum undas ſuas latius emittunt, omnia deuaſtant. ut, inundatus ager. Inſtit. de Rer. diuiſ. §. Alia ſanè cauſa eſt. Sp.

INVNDANS aqua, Iuriſconſ. in. l. ſi quando. §. ſecundum. ff. Si ſeruit. uendic. Quoniam, inquit, damna inundantis aquæ latenter euenire ſolent: & malle debemus inundationẽ auerti, quàm poſtmodum de damni æſtimatione litigare. Sp.

INVNDATIO fundi ſpeciem non commutat. ibidem. ea tamen poſſeſsio amittitur. Nam ut Paulus ait ad fin. l. cum unus. de Bon. aut. iud. poſsid. Si propter naturam rei, ueluti ſi prædium inundatum ſit, aut propter latronũ potentiam, non poteſt poſsideri, rectè dicitur, non eſſe quod poſsideatur. Sp.

IN VNIVERSVM, pro eo quod eſt generaliter. Sp.

INVOLVNTARIVM eſt, q̃d per uim, uel per ignorantiam fit. Quod ergo neq; ui, neq; ignoranter fit, uoluntarium neceſſariò dicitur. Salom. de Voluntario et Inuoluntario.

INVRERE, etiam eſt ita imprimere, ut deleri nequeat. ut ſtigma in armo equi inuſtum, aut in femore. Itaq; inuſtũ, quod ignito ferro impreſſum eſt, ut ſtigma fronti.

I O

IOCA, ſeriaq; conferre dicimur, quoties omnia noſtra cum aliquo communicamus.

IOCOSVS, latinum eſt. Horat. Oderunt hilarem triſtes, triſtemq; iocoſi. Iocundus non item.

IOCVM uocamus, quod eſt contrarium ſerio. Hinc ioci gratia facta obligatio, non ualet. l. obligationum ſubſtantia. ff. de Act. et oblig. Differt autem iocus à ludo, quòd ludus factis, iocus præcipuè uerbis fieri dicatur. Sp.

IOCVLATOR, uox non admodum proba, ut uolunt, locũ apud Canoniſtas ſortita eſt. c. cum decorem. ext. de Vit. & honeſt. cler. & eod. tit. c. j. lib. vj. Cicero tamen alicubi Ioculatoriã diſputationem dixit, pro nec graui, nec ſeria. Sp.

IOTA, & Apex quid ſit, in Annot. Noui Teſtam. Eraſmus indicauit: ſuper quibus, ut & Theologi nonnulli, lapſus eſt Archid. Sp.

I P

Ἵππαρχος, magiſter equitum. & ἱππαρχία, præfectura, & quaſi magiſterium equitum. Quidam pro ala lxij. equitum accipiunt.

IPSA

IPSA re, in l. fin. ff. de Eden. Inſt. Quib. ex cauſ. maior. §. in fraudem.

IPSE dixit, uſurpari ſolitum, quoties ſententiæ rationem ignoramus, uel defenſionem à nobis ad ipſum autorem reijcimus. Sic uolo, ſic iubeo, ſit pro ratione uoluntas. Sp.

IPSI curandum, aptè tum conuenire uidetur, cum coniecturas ſequi fas eſt, ubi nihil adfertur quod ſequaris.

IPSIS placet. His uerbis prouerbialiter ſignificamus, cauſam nihil ad nos pertinere. Cætera Eraſmus in Chiliadib. Sp.

IPSO die & ſumere lugubria, & deponere, apud Vlp. in l. genero. de his qui not. infam. Sp.

IPSO facto. l. ult. C. Locat. Vide Bart. in l. j. ff. de His qui not. infam.

IPSO iure aliquid fieri, uel ope exceptionis, nihil intereſt. l. nihil intereſt. de Reg. iur. nempe quo ad effectum, conſequendamq́ ipſam rem. Sed quo ad alia, multum per omnem modum intereſt inter hæc duo. Vide poſt Bartol. in l. ſi mater. C. de Suis & legit. hær. Zaſ. in §. bonæ fidei. de Act. & Ferr. d. l. nihil intereſt. interpretantem. Bellonus capite decimo, lib. j. Supputat uerba ipſo iure intelliguntur, ait, ſæpe id eſt ſine facto hominis. Spieg.

IPSVM, pro res ipſa de qua agimus, apud Ciceronem. Interdum emphaſin habet demonſtratiuam, ut apud Pomponium in §. Deinde quia neceſsitas ipſa, inquit, curam reipub. ad ſenatum deduxit. l. poſter. de Orig. iur. Quippe nullus hominum, ſed duntaxat neceſsitas, quæ contradictionem non admittit, anſam dedit S.C. paulatim inſtituendis. Solet enim, ut egregiè dicit Oldend. multa nos uel inuitos docere neceſsitas, ſicut & exitus ſtultorum magiſter. Sp.

I R

IRA, de cauſa eſt: Iracundia, de uitio multum iraſcētis, ſiue de moribus. autor Donatus. Iram flecti clemētia, dicit Alexander, in l. in ipſius. C. Famil. erciſcund. De iracūdis not. ff. de Aedil. edic. l. j. §. final. Et iratum, hoc eſt, ira commotum iudicem, non eſſe timendum pro debitis publicis, Conſtantinus ſanciuit. l. ij. C. de Exact. trib. lib. x.

IRENARCHA, pacificator, ſiue pacis cōciliator. εἰρήνη, pax, ἀρχὸς, princeps eſt. In C. Iuſtinian. tit. eſt, de Irenarchis. Martian. de Cuſtod. & exhibit. reor. l. diuus Hadrianus. Irenarcharum ſæpe meminit Nebr. Vnde

IRENARCHAE ſunt pacis principes & cuſtodes, ut eſt in tit. de Irenarchis. C. lib. x. optimè definitum, ut ait Pyrrhus, qui illic plura ex bonis autoribus ſcripſit. Vt autem Oldendorp. indicat, Irenarchæ olim erant, qui diſciplinæ publicæ, & corrigendis moribus, præſertim uerò, ut itinerantibus pax & ſecuritas conſeruaretur, inuigilabant. Citat uerba Martiani, & ſimul optat, ut hodie principes noſtri reuocarent ad rempub. huius officij ſanctiſsimam functionem. Sp.

IRE in creditum. uide, Credere.

IRE in ius. quære, Venire ad iudicium.

IRINVM, à Pompon. tit. de Aur. & arg. leg. l. in argento. inter unguentorum ſpecies refertur. §. unguentis legatis. de cuius cōfectione uide apud Dioſcoridem. Hunc §. quia mendis ſcatet, Bayfius in de Vaſculis emendauit. Sp.

IRONIAM, quam Latini Diſsimulationem nominant, eſt & quandoq́ reperire, cum uerba oppoſitum eius indicant, quod nos reuera ſentimus. Vt cum lex: Pater, inquit, filiū exhæreditauit. l. cum quidam. C. de Legat. maximam ſcilicet ad illum affectionem oſtentans. Ex Alciato lib. iiij. de Verb. ſig. Indicat & Alberic. exempla ſimilia. Extat & nobile quidem teſte Haloandro in l. Oſidius de Legat. iij. ubi Imperator obliquè perſtringit actoris illius impudicam auaritiam. Sp.

IRONICA locutio non habet conſenſum: ut ſi offerenti ridiculū emptori precium, aut ſi id uoluerit expectari, dicat uenditor: Age, cras redi. **morgen gibt man zů borgenn.** quaſi dicatur, nunquam. Sic & quæ ioci cauſa, uel docendi gratia proferuntur, extra obligatorium ſunt conſenſum. l. obligationum ſubſtantia. §. ultimo. ff. de Action. & obligation. Sp.

IRREVERENS miles punitur. l. milites agrum. §. irreuerens. ff. de Re militari. Spieg.

IRRIGARE, id eſt, adaquare, & quaſi riuos in agrum aut hortū per rigationem uel rigando deducere. l. j. §. idem Labeo. ff. de Aqu. quot. & æſtiu. Sp.

IRRIGVAE fontium aquæ. l. j. C. de Municip. & colon. patrim. lib. xj. Alberic.

IRRIGVA loca, per quæ aqua riuos producit ad irrigandũ. Papinian. in l. diuortio. Solut. matrim. Si bis in anno fructus capiantur, ut eſt in locis irriguis. Sp.

IRRITARE, non ratũ eſſe uelle, uel oſtendere, uel facere. l. j. ff. de Ferijs. Ab irruo frequentatiuum, incitare, prouocareq́ſ ſignificat. ut irritare canem. in l. item Mela. §. item cum eo. ff. ad Leg. Aquil.

IRRITAE pœnæ, incaſſum rogatæ, ad nihilum redactæ.

IRRITAE preces, uanæ, & quæ principis aures ſurdas offendunt.

IRRITVM dicitur, quod effectu firmum non eſt. xj. quæſt. iiij. c. irritam.

IRROGARE, pro infligere. Vlp. in fin. l. pen. de Calumniat. Pro modo, ait, delicti pœnam irroget. Sic dicitur irrogata deportatio, in l. ſi debitori. ff. de Fideiuſ. Spieg.

IRROGARE leges, pro conſtituere.

IRROGARE mulctam, idem quod dicere mulctam, autore Budæo. C. de Vſur. Fiſcal. lib. x. Inſtit. de Publ. iud. §. penul. Quære, Mulctam irrogare. Sp.

IRROGARE priuilegia, eſt quod uulgus priuilegiare uocat.

IRROGASSIT, antiquum uerbum, pro quo apud Ciceronẽ in Legib. corruptè legitur Interrogaſsit.

IRRVPTIO, impetus, incurſio. Vnde irruptionem facere, **ein angriff thůn.**

I S

IS qui per partem itineris it, totum ius uſurpare uidetur. Paul. ait l. ſi ſtillicidij. Quẽ. ad. ſeruit. amit. Sp.

ISONOMIA, id eſt, æquabilis bonorum honorumq́ſ diſtributio, in qua omnia omnibus paria ac demenſa reſpondent. Bud. in l. ius ciuile. de Iuſt. & iur. Sp.

ἰσοπολὴς dicitur, qui ijſdem legibus cum ciuibus uiuit. ἰσοπολεῖς erant Athenis, nec ciues, nec μέτοικοι, ſed ciuili iure inhabitantes. Spieg.

ISOSTATES, æqualitatis recognitor. nam ἴσος, ęqualis. C. de Pond. & aur. illat. l. quoties. Quoties, inquit, de qualitate ſolidorum orta fuerit diſputatio, placet, quem ſermo græcus appellat Iſoſtaten, pro ſua fide & induſtria, ut neque fallat, neque fallatur, contentionem dirimere. Nebriſſen.

ISTHMVS, propriè, ut Bud. ſcribit, collũ ſignificat: à cuius ſimilitudine terra oblonga & anguſta inter duo maria, Iſthmos etiam dicitur. Cui Porthmos, id eſt, fretum opponitur, maris ſcilicet inter duos continentes anguſtiæ. Sic autem Iſthmus à latiore terra protinus gracleſcit, ut ceruix à corporis compage deductior eminet. Paulus in l. pen. de Seruit. ruſt. præd. iuxta Haloandri (quæ ubiq́ſ lucidior eſt) uerſionem. l. Titius ait, C. Seio fratri S. P. De aqua fluente in fontem, quem pater meus in Iſthmo inſtruxit, do, concedoq́ſ tibi gratuito digitum, ſiue ad domum, quam in Iſthmo tenes, ſiue quòcunq́ſ tandem uolueris. Sp.

ISTIVSMODI, id eſt, iſtius formę & ſpeciei, uel talis.

I T

ITA, regulariter ponitur pro ſic, modumq́ſ denotat. Exempla indicat Alberic. Eſt tamen reperire, ubi conditionem facit, ut docet Gloſſ. in l. Iulianus. ff. de Condit. & demonſt. Sp.

ITA fieri, non eſt reficere, uel conſtituere uiam, ſed exhiberi ſeruitutẽ itineris. quo nomine iſta ſunt paria. Iter fieri, uel non fieri, Quo minus ire, agere liceat: niſi quòd primum eſt conciſius, alterum uerò explicatius. Zaſius in §. Cato. quod doct. non intellexerint hunc ornatum loquendi modum, oſtẽdit eos in magnum errorem incidiſſe. Sp.

ITA nati, pro ad hoc: quod barbari, ad eum finem dicunt.

ITA ut eſt, in l. quæſitum. §. peto. & l. qui habebat. ff. de Legat. iij. Barbarè uulgò dicitur, Vt de facto eſt. Sp.

ITA uti, ita demum, ita tamen, regulariter uerba præcedentia coarctant. l. Lucius. §. qui habebat. ff. ad Trebel. l. libertas. §. ij. ff. de Manum. teſt. cum ſimilib.

ITER, ab eundo dictum eſt, & eſt ius eundi hominis. Actus, ab agendo: unde ius iumentum agẽdi, actus eſt. Via, à uehendo: & ideo ius in ſe continet etiam uehiculum ducendi. Semita, ſemis uia, per quam ſcilicet incedunt homines ſtrictiori itinere. Alciatus de Verb. ſig.

ITER intempeſtiuè facere. Vide, Iaculantes.

ITERVM, duas habet ſignificationes: uno etenim modo ſignificat δεύτερον, hoc eſt, ſecundum: altero πάλιν, hoc eſt, ſæpius.

pius. Autor Paulus in l. ueluti. ff. de Edendo.

I V

IVDEX dicitur, quaſi ius dicens populo, ſiue quòd iure diſceptet. Iure autem diſceptare, eſt iuſtè iudicare. Et iudex eſt, qui iuriſdictione propria, aut ſibi delegata & commiſſa, ius habet ſuper cauſas litigiorum cognoſcendi. Et qui ex propria iuriſdictione illud habet, dicitur iudex ordinarius: qui uerò ex delegata, dicitur delegatus, extraordinarius. Interdum impropriè ponitur. l. penult. ff. de Arbitr. Dicitur & iudex animatum ius, meſodicus autem græcè, quaſi mediarius latinè, à medio & iure cōpoſito uocabulo. Quoniam qui medium conſequitur, is ius ſuum obtinere uidetur. Vide Budæum in l. ius Ciuile. de Iuſt. & Iure.

IVDEX appellationis. Papinianus: Qui prouocauit, ait, pactus eſt, intra diem certum pecunia, qua tranſegerat, non ſoluta, iudicatis ſe ſatisfacturum. Iudex appellationis nullò alio de principali cauſa diſcuſſo, iuſtam conuentionem, ueluti confeſſi, ſequetur. l. tale pactum. §. j. ff. de Pact. Spieg.

IVDEX non competens, idem qui non ſuus. Notus eſt apud Iuſtinianum titulus: Si non à comp. iud. iudic. eſſe dicatur. Spieg.

IVDEX, iuſtitiæ antiſtes. Hunc uerò ſeu iuſtitiæ antiſtitem, oportet eſſe grauem, ſanctum, ſeuerum, incorruptum, inadulabilem, contraq́ improbos nocentesq́ immiſericordem, atque inexorabilem, erectumq́, & arduum, & potentem, ui & maieſtate æquitatis ueritatisq́ terrificum, ut ait idem Budæus in l. iuſtitia. de Iuſt. & iur.

IVDEX limitaneus, qui habet limitatam iuriſdictionem. ut Argentorati ſenatus minor, qui iudicat uſque ad ſummam ſexcentorum florenorum, & intra eam ſummam, non ultra. Vide Zaſium in l. quidam exiſtimarunt. ff. Si cert. pet. Spieg.

IVDEX ordinarius, qui à Romano Pontifice, uel Imperatore legitimam poteſtatem accepit. Quære, Ordinarij iudices.

IVDEX pedaneus. Cur ita fuerit appellatus, ſua cuique eſt ſententia. Cantiunculæ uiro doctiſsimo non admodum arridet, ad exempedariorum ſenatorum dictos fuiſſe, quum pedarij ſenatores non minores reliquis ſenatoribus extiterint, ſed ex facto, imitatione ſucceſsiua nullo non die mutabili nominarentur: nempe quòd qui hodie Catonis ſententiam ſequuti, ad eum pedibus tranſierant, die inſequente in Cæſaris: & contrà, qui hodie Cæſaris orationem amplexi, cras in Ciceronis ſententiam pedibus ire poterant. Spieg.

IVDICARE, pro condemnare, ut apud Ciceronem reperitur. Ita iudicatus, pro condemnatus, apud Iuriſconſ. in l. ſi pro aliquo. ff. ad S.C. Vell. & l. grege. de Pignor.

IVDICARE, pro æſtimare, in l. hac edicta li. §. his illud. C. de Secund. nupt. Sic apud Horatiū ſat. vij. lib. ij. Iudex rerum, pro æſtimatore.

IVDICARE quo diſtet à ius dicere, Bartolus diſſerit in l. prima. ff. de Iuriſdict. Spieg.

IVDICARE, munus publicū eſt, ait Paul. l. quippe. ff. Vbi quis ager. Sp.

IVDICARE de re aliqua grauius, ſic dictum, ut grauius ſtatuere. Budæus.

IVDICARE de turri, ſiue de muro dicuntur, qui ſpectāt in tuto pericula aliorum. Adi Chiliad. Eraſ. Sp.

IVDICASSIT, pro iudicauerit, antiquū uerbum in lege duodecim tabularum: Quum magiſtratus iudicaſsit, irrogaſſit'ue per populum, mulctæ pœnæ certatio eſto.

IVDICATIO, cognitio. l. epiſcopali. C. de Epiſc. aud.

IVDICATI actio, & actio facti, diuerſa ſunt nomina, ſed eadem res: niſi in iuramenti delatione, ibi propriè uenit actio in factum. Zaſius in l. intra. ff. de Re iud. Oldend. rectè notat, iudicati, ſeu rei iudicatæ actionem non in factum nuncupandam, ut Accurſius putat. Non enim ait, quia factum eſt, agitur, ſed quia iudicatum eſt. Sp.

IVDICATVM item eſt, iuxta Ciceronem de Inuent. de quo iam antè ſententia alicuius, aut aliquorum cōſtituta eſt. Ibidem: Iudicatum eſt res aſſenſione, aut autoritate, aut iudicio alicuius, aut aliquorum comprobata. Vide Gloſſ. in l. ſi & iure. ff. Qui pot. in pig. hab. & Bart. in

l. ſtipulationes non diuidũtur. ff. de Verbor. oblig. Sp.

IVDICATVM, ſeu res iudicata dicitur, quæ finem controuerſiarum pronunciatione iudicis accepit. Quod uel condemnatione, uel abſolutione contingit, uidelicet iuſta ac ualida. Alioqui ſi nullius momenti ſit, non poteſt temerè condemnatio, uel abſolutio dici. l. j. & l. iij. §. condemnatum. ff. de Re iudic. Sp.

IVDICATVM facere, pro parêre iudicato, ſiue perſoluere, quod iudex dependendum eſſe pronunciauit. Inter alia enim facere, ut ſuprà indicauimus, ſignificat ſoluere. Sp.

IVDICATVM ſolui, dicebãt ueteres eam ſatiſdationem, quæ de ſoluẽdo per reum fiebat. l. iudicatum. ff. Iudicatum ſolui. Quære, Stipulatio iudicatum ſolui. Sp.

IVDICEM religioſum ſortiri, apud Vlp. in l. dic. l. denunciaſſe. de Adult.

IVDICES qui dari poſſunt. Paul. explicat. l. cum Prætor. §. non autẽ. ff. Vbi quis ager. Sp.

IVDICIA ordinaria, dicta ab ordine Pontificum, quorum autoritate declarabatur, num cuiq; actio cõpetebat, an non: tandem ad Prætorẽ tranſlata. quòd hoc declarandi officio ad auaritiam abutebantur. Vnde in edictis Prætorum hæc uerba: Iudicium dabo, Iudicium non dabo. Spieg.

IVDICIA conſtuprata, uocantur obſcœna, ut quæ ſtupris & adulterijs corrupta ſunt. Bud. in l. ſi bene collatæ. de Vſur.

IVDICIALIS moleſtia, apud Ciceronẽ ad Atticum.

IVDICIALIS queſtio. l. Lucius. ff. Mãd. & in Autent. de Exhib. reis. §. illud. Alberic.

IVDICIO ſiſti, eſt factum cohærens perſonæ, unde cum ea extinguitur. Neque enim poſsibile eſt, mortuũ ſiſtere iuxta. l. j. §. ne autem hoc. C. de caduc. toll. Sp.

IVDICIO appetere, pro experiri. l. qui cum maior. §. is demũ. ff. de Bon. libert.

IVDICIVM pro pœna, apud Vlpian. in l. ſi quis id. in prin. de Iuriſdict. Sp.

IVDICIVM eſt legitimus actus, in quo tres perſonæ primariæ intercedunt, iudex, actor, reus. Et non niſi poſt litis conteſtationem propriè dici, omnes fatentur. Hinc dictum M. Varroni, quòd ius, id eſt, poteſtatem dicendi, hoc eſt, pronunciandi, Prætori partes darent. Alciatus in Comment. ad tit. C. de In ius uoc. & cap. ij. lib. iij. Parerg. Sp.

IVDICIVM & conſilium haud ita multum differunt. Siquidem priſcis conſulere fuit iudicare. Inde ſenatuſconſulta, & fortè etiam conſultum nomen. Nunc ſi quid intereſt, hoc eſt, quòd iudiciũ adhibemus obuijs & expoſitis, conſiliõ utimur in retruſioribus ac dubijs. Ex Eraſ. Spieg.

IVDICIVM æquum, conuenientiſsimè interpretatur à nonnullis Germanis, **ein byder, oder erber vrtheil.** ut æquus uir, **ein bydermañ.** E in I, longa die cõmutata. Nam **bederman** dicendum erat, quod inter duos ſuum cuilibet conſeruat. Hoc lector candidè refer acceptum reliquijs non uulgariũ obſeruationum Volzianarum. Sp.

IVDICIVM facere, eſt iudicare. ut facere pugnam, prælium, coniecturam, finem, cõuicium, furtum, pactionẽ, aliaq; eiuſdem generis. Sp.

IVDICIVM humanum, quo quis ab hominibus bene uel malè audit: cui contrarius eſt dies Domini, qui intima cordis ſcrutatur & iudicat. Vide quæ not. in. §. ſi miles ruſticum. in Vſib. Feud. tit. de Pace & uiolat. Sp.

IVDICIVM, legitimam contentionem ſignificat, & diſceptationẽ, quæſtionem, ſiue litem. Cognitionẽ item, notionem, & exiſtimationem, ſiue opinionem. Itaque primo ſumptum modo, iudicia publica dicta, quia publicam quærunt uindictam. Spieg.

IVDICIVM proluſorium, dictum eſt πρὸ γυμναστικὸν. eſt enim prçiudicialis cauſa, quę hoc uerbo ſignificatur. Bud. in poſter. Annot.

IVDICIVM reſcindens, eſt in iudice, in prætore uiuo: qui imploratus per eum qui læſus eſt, propter abſentiam alterius reſtituit in integrum eum qui læſus fuit: & reſcindit, annullat, caſſat, ſuſtollit quicquid illud eſt, in quo alius ſe conqueritur læſum, tollitq; ei omne obſtaculum. Zaſius in tit. Inſtit. de Action. §. rurſus.

IVDICIVM reſciſſorium, id eſt, cum uia agendi aperta eſt, ſublatum eſt obſtaculũ: quòd is qui læſus eſt, poteſt rem ſuam petere, ac ſi nunquam fuiſſet uſũ capta: & damnum reponere, ac ſi nunquam

fuiſſet

fuiſſet læſus. Hinc ita dictum, quòd reſcindit obſtaculum, & caſſat quod obſtabat læſo. Zaſius in tit. Inſtit. de Act. d. §. Atq; id duplex, ſcilicet Inſtitutorium & reſtitutorium. Vide ibid.

IVDICIVM reſcindere. Vide, Tollere iudicium.

IVDICIVM ſuum, hoc eſt, ultimam uoluntatem, non intelligitur quis uelle impugnare. l. iij. de Teſtam. milit.

IVDICIO ſiſti, non eſt aliquem in iudicio repræſentare, cum non parum diſtent, ut Iaſon declarat, in l. j. ſi quis in ius. Breuiter, qui in iudicio ſiſti promittit, à principio uſque ad ſententiam ſiſtere tenetur: qui in iudicio aliquem repræſentare pollicitus eſt, confeſtim cum exhibuit, liberatus eſt. Sp.

IVDICIVM profiteri, eſt ultro ſeſe, conſortesq; criminis deferre. Bud. ad l. Cornel. de Sicar. l. j.

IVGALIS, pro uxore, in l. conſenſu. §. j. C. de Republ. Alberic.

IVGARIVS, id eſt, bubulcus, & auriga boum, qui iuga ducit & regit.

IVGATIO, uectigal quod iugeratim, hoc eſt, de ſingulis iugis præſtabatur. Eiusq; immunitas, niſi à principe ſpecialiter cõceſſa ſit, nullius momẽti habebatur. l. immunitates. C. de Agric. & cẽſit. libro undecimo. Sp.

IVGATORIVS bos, qui iugo ſubditur.

IVGERVM dictum, quod uno boum iugo per diem exarari poteſt. Vide Alciatum interpretantẽ l. mille paſſus. de Verborum ſignificationibus. Alexandrum Neapolitanum capite uigeſimo, libro ſecundo. Spieg.

IVGIS aqua, profunda.

IVGIS puteus, altus.

IVGVLVM petere, in agendis cauſis tunc dicitur cauſidicus, quum id quod eſt potiſsimũ, ualidiſsimè inuaditur. Non abſudit, quod uulgò dicitur, Ich will ym das leben treffen. Ita ſuis uerbis hominem iugulare, pro conuincere, notum eſt.

IVGVM, pro pari duorum animalium plerunque accipitur, ut ſæpe apud Vlpian. Eſt tamen iugum non modò ſeruitutis, uerùm etiam beneuolentiæ. Sic enim Horat. Diffugiunt, cadis Cum fece ſiccatis, amici Ferre iugum pariter doloſi. Ac rurſus: Diductosq; iugo cogit aheneo.

IVGVM idem trahere, pro eo quod eſt, negocij uices pariter ſuſtinere. Zů gleichẽ gewyñ vnd verluſt.

IVLIVS Cęſar, de gente Iulia, quę pro indubitato credit ab Iulo Aeneæ filio manaſſe. Vide omnino Io. Lud. Viuem. Natus fuit Romæ C. Mario, & L. Val. Flacco Coss. ad IIII. id. Quintil. qui menſis poſt eius mortẽ, lege Antonia Iulius eſt ea cauſa dictus. Meminit eius Pompon. in l. ij. §. deinde Caius. de Orig. iur. Eruditi non probant eum excludi à catalogo Imperatorũ. Sunt enim, qui Octauium Auguſtum primum Imperatorem appellant. Spieg.

IVMENTA, à iungẽdo appellãtur, quòd curruí iungerentur, ut equi & muli. Boues uerò armenta potius dicebantur, ab arando, quòd is principalis eorum uſus. Vnde iumentis legatis non debẽtur boues. l. legatis ſeruis. §. iumentis. ff. de Leg. iij. Vlpian. in l. ædiles aiunt. ff. de Aedil. edict. oſtendit, quæ iumentorum appellatione cõtineantur. Generaliter autem, quicquid nos iuuat, iumentũ accipi poteſt. Spieg.

IVNGERE litem inter ſe. l. j. ff. de Litig.

IVNCTIM, ſine interuallo.

IVNCTVS mulus, à clitellario differt: hoc eſt, mulus qui iugo aſſueuit.

IVRA prediorum, ſunt ſeruitutes propriè. l. j. de ſeruit. ruſtic. præd. Dominium uerò, ius prædij non eſt, ſed ius ipſius domini. Spieg.

IVRAMENTVM, affirmatio eſt, uel negatio, ſacræ rei aſſertione, uel atteſtatione firmata. Dicitur autem, ut & iuſiurandum, à iuro, quod propriè ſignificat (teſte Oldendorpio) promitto me, adhibitis etiam teſtibus, ita ſeruiturum, ac ſi ius eſſet: cumq; nullum ſit præſentius teſtimonium, quàm diuini nominis, fit, ut tum iurare dicamur, cum Deum inuocamus teſtem. Et eſt multiplex. Voluntarium, quod & conuentionale dicitur, eſt, quando extra iudicium, abſente iudice, pars parti defert iuramentum, ad confirmandum contractus, & quæcunque negocia, uidelicet ut promiſſa ſeruentur. Et hoc iuſiurandum dicitur extraiudiciale & uoluntarium, de quo tamen non loquitur Paulus in l. iuſiurandum

quod ex conuentione. in prin. ff. de Iureiuran. ut quidam, Oldendorpio teſte, falſo putant. ſed l. j. & Conſtitut. Friderici Imperatoris. C. Si aduerſ. uendition. Ex hoc autem iuramēto non naſcitur actio, ut dilucidè tractat idem Oldendorpius Act. ix. Claſſ. j. Iudiciale iuramentum aliud fit, quando in iudicio, coram iudice, & eo approbāte, pars parti iuramentum defert. Tertium iuramentum eſt neceſſarium, & hoc in triplici differentia. Aut enim ſuppletiuum eſt, uel in ſupplementum, quod à iudice defertur in defectum probationum. Aut iuramentum neceſſarium purgatiuum eſt, quo ſe quis purgat de conſcientia. Aut eſt in litem iuramentum neceſſarium, quando æſtimatur lis ex affectione iurantis. Zaſius Inſtitut. de Action. §. item ſi quis poſtulanti. Sed melius puto, ut eundem Oldend. loco iam indicato adeas: ut cognoſcas iuramentorum genera per interpretes obſcurè magis, quàm utiliter tractata. Porrò iuramenti uoce uſi ſunt & Seneca in de Clementia, & Vlpianus in l. iuſiurandum. iij. §. ſi de qualitate iuramenti. de Iureiur. Sicq; in Florentinis libris legi, teſtatur Budæus. Sp.

IVRAMENTVM affectionis. quęre paulo ſuprà, In litem iurare.

IVRAMENTVM calumniæ hæc continet. Primò, quòd non calumniandi animo litem moueat. Secundò, quòd bonam cauſam, ſiue iuſtam defenſionem ſe habere putet. Tertiò, quòd in tota lite nullam exiget probationem, niſi quam pro ueritate putet eſſe neceſſariā. Quartò, quòd nullam allegationem cauſa differēdi negocij proponet. Quintò, quòd nihil penitus cauſa patrocinij iudicibus, uel alicui perſonæ pro hac cauſa uel promiſerit, uel poſtea daturus ſit, uel per ſe, uel per mediam perſonam. Vide Baronem à Tautenberg, titulo octauo Progymnaſmatum fori. Oldendorpius: Habemus nunc, inquit, iuramentum calumniæ, quo periuria magis introducuntur, quàm excludatur calumnia. & ueriſsimum eſt. Certè ſi cautiones antiquę non eſſent abolitæ, quarum tamen quædam adhuc ueſtigia in quibuſdam locis retinentur, nihilo peius forenſes res haberent. Spieg.

IVRAMENTVM informe. Quære, Iuſiurandum ſimplex.

IVRAMENTVM litis deciſiuum, nihil aliud eſt, quàm iudiciale, per quod lis deciditur. Zaſ. Inſtit. de Act. §. item ſi quis poſtul.

IVRAMENTVM ueritatis appellatur, quod iudex cognita cauſa defert actori, ad ſupplendam probationem eius.

IVRAMENTVM referre. Vide, Referre iuſiurandum.

IVRAMENTA remittere. Lege, Iuſiurandum remittere.

IVRAMENTVM habet uim iudicati. l. ij. ff. de Iureiur.

IVRE pietatis de ſuo præſtare. l. Neſennius. ff. Negoc. geſt.

IVRARE. Lege, Iuramentum.

IVRARE conceptis uerbis. Vide, Conceptis uerbis iurare.

IVRARE per Iouem. Quære, Iuſiurandum.

IVRATI teſtes. Vide infrà, Teſtes iurati.

IVRATISSIMI uocem qui uſurpant ex ueteribus, idoneos proferant autores. Certè apud Plinium in Præfatione locus corruptus eſt, quem Rhenanus noſter reſtituit. Sp.

IVRATORVM nomine cenſeri poſſe, qui iudices, uulgò Scabini, Schöffel appellantur, uideo placere nonnullis eruditis. Spieg.

IVRATO promittere. Paul. l. ult. Qui ſatiſdar. cog. Qui iurato promiſit, iudicio ſiſti, non uidetur peieraſſe, ſi ex conceſſa cauſa hoc deſeruerit. Sp.

IVRE belli transfugam recipi, quid ſit, uide l. transfugam. ff. de Acquir. rer. domin.

IVRE communi qui tutus eſt, priuilegijs non indiget. Id autem intelligitur, quum aliud ius non exprimitur. Inſtitut. de Iur. nat. §. quoties. l. fin. C. de His qui uen. ætat. imp. Sp.

IVRGARE, quaſi de iure agere, & contendere. Hinc Iurgiū, quaſi iuris agium. c. forus. §. iurgium. de Verborum ſignif. Spieg.

IVREIVRANDO firmare. Cicero de Legibus: Plurima firmantur iureiurando inter ipſos homines, dijs immortalibus interpoſitis, tum in iudicibus, tum teſtibus. Idem in Officijs, Dare iuſiurandum, dixit. Liuius, reddere & exigere. Spieg.

IVRE legitimo. l. ſi naturalis. ff. de Adoption.

IVRE publico, id eſt, ciuili. l. placet. C. de Epiſc. & cleric. Alberic.

IVRE reuocandi domum, eſt poſſe petere, ut cauſa, ob quam alibi conueniuntur, remittatur domum, & ad locum, in quo domicilium habent. l. ij. §. legatis. ff. de Iudic. Sp.

IVRIDICI, à dicundo iure præfecti Italiæ, ab Adriano principe inſtituti, apud Capitolinum, annotante Egnatio, intelligendi. Notus tit. Iuridicus dies, ritè ius dici poteſt. & iuridica actio, quæ ſecundum ius eſt. & iuridicus conuentus, in quo iura redduntur. ueluti noſtrate lingua, Radt/Gericht/Hoffgericht haben. ubi plures de cauſa deliberātes, tandem eam per ſententiā decidentes conueniunt. ff. de Offic. iuridici. quem uide & l. Thais. de Fideicom. libert.

IVRIS Ciuilis intellectus, ex Rhetoricis præceptis magna ex parte petendus. Vide infrà, Negatio pura.

IVRIS profeſſores. Quære, Profeſſores iuris.

IVRIS ſtricti uocabulum peculiare eſt Iuriſconſultis. Reliqui ſcriptores, Budæus ait, ſummum ius appellant. Inde ſummo iure agere, pro eo quod eſt, nō ex æquo & bono, ſed iniquiore quodam iure, & præfracto. Sp.

IVRIS ſtricti rationem Imp. in l. placuit. C. de Iudic. non ius ſcriptum appellant, ut quidam putant: ſed ut obſeruauit melior ille noſter Romanarum legum interpres Oldendorp. præduram, & ab humanitatis regula alienam interpretationem, aut etiam cauillationem ſophiſticam, eorum quæ lege comprehenſa non ſunt. Spieg.

IVRISCONSVLTVS eſt, qui legum, & conſuetudinis eius, qua priuati in ciuitate utuntur, & ad reſpondendum, & agendum, & cauendum peritus eſt. autor Cicero lib. primo de Oratore perfecto. Spieg.

IVRISCONSVLTI nonnunquam figuratè loquuntur. Alciatus exempla proponit lib. iiij. de Verb. ſig. latè oſtendens quibus figuris uſi ſint. Sed & ipſe legiſlator ironicè loquitur, quod & ab Apello animaduerſum eſt, in l. antepenul. C. de Leg. Idem agit in l. j. §. beſtias. uerſic. deniq; ibi niſi in arena paſsi ſint ſe honorari. de Poſtul. in l. ſicut autem. in prin. ſi ſeruit. uendic. in l. Offilius. uerſic. pone, inquit. de Leg. tertio. Cæterùm qua lingua intelligendi ſint ueteres Iuriſconſulti, ſuperius in uoce Intētio indicauimus. Spieg.

IVRISDICTIO, facultas atque poteſtas eſt iuris dicendi. Nam ius dicere, eſt præeſſe iuri dicendo, & legibus gubernare, ac iuſtitiam miniſtrare. Impropriè accipitur pro notione, in l. ait Prætor. de Sent. & re iudic. Sunt qui ſcribant Iuriſditio. Spieg.

IVRISDICTIO, genericè accipiendo, eſt poteſtas de publico introducta, cum iuris dicendi, & æquitatis ſtatuendæ neceſsitate. Gloſ. in l. ius dicentis. ff. de Iuriſdict. Hæc eſt pulchra & elegans diffinitio, ut ait noſter Zaſius, & iuxta Oldendorp. ſatis bona, ſi quis eam rectè intelligat, quam & ipſe explicat. Apud Alciatum ad fin. cap. xxiiij. lib. Diſpunct. ij. inuenimus adnotatum, falli eos, qui iuriſdictionem non à dicendo iure, ſed à ditione, hoc eſt, dominio iuris appellatam perquàm ridiculè tradiderūt. c. gratum. de Offic. delegat. in l. j. de Iuriſdict. om. iudic. Diuiditur autem iuriſdictio à Zaſio in tres ſpecies: imperium merum, mixtum, & ſimplicem iuriſdictionem, quæ eſt iuris dicendi poteſtas, ad utilitatem priuatam, officio ſuo actioni deſeruiens. Hanc in ſex gradus ſecat Bart. quos Zaſius doctè contrahit in tres, in l. cui iuriſdictio data ſit. eod. tit. Sp.

IVRISDICTIO Anomala, quæ & Extraordinaria dici poteſt, quæ conſuetudine, non iure ſubſiſtit: cuiuſmodi eſt iudicium curiarum dominicalium, qui circa feuda tantùm, emphyteuſes, & pacta curialia cognoſcunt. Sp.

IVRISDICTIO Libera dicitur, cum is qui eam habet, non impeditur maiore aliqua poteſtate, quo minus agat pro imperio, & lege agi iubeat. Ex Budæo in poſter. Annot. Sp.

IVRISDICTIO reſtitui, uel abrogari, ut dicatur, unde loquendi modus ille inoleuerit, oſtendit Alciat. cap. iij. lib. iij. Parerg. Spieg.

IVRISPERITI, apud Alfenum, ff. Si ſeruit. uendic. Annio, inquit, conſilium omnes iuriſperiti dederūt, ut cum eo ageret,

ius ei non eſſe, in eo loco ea poſita habere, inuito ſe. Sp.

IVRISPRVDENTES. lege ibidem.

IVRISPRVDENTIA, eſt diuinarum & humanarum rerum notitia, iuſti atq; iniuſti ſcientia, hoc eſt, ipſa ἐυκυκλοπαιδέια, diſciplina rotunda, integra, & ſine offenſione. Budæus in l. j. de Iuſt. & Iur. Vel eſt ars boni & æqui. Neque enim uoluit Iuriſconſultus hac poſteriore definitione ius definire, ſed ipſam iuriſprudentiam, quæ eſt habitus animi, ipſius uidelicet intellectus. Ius uerò nihil aliud eſt, quàm relatio. Nam & Obligatio eſt Ius, & Actio eſt Ius, & Dominium, & Vſufructus, & pleraque in legibus infinita, nimirum ſpecies ipſius iuris. Ex Apello. Spieg.

IVS eſt, quod uel natura, uel ciuitas, aut populus, uel gens, uel cõſuetudo iubet. Ius autem pluribus modis dici, Paulus tradit in uulgata l. ius pluribus modis dicitur. de Iuſt. & Iur. Sic autem exactè definieris ſecundum Apellum: Ius eſt facultas & autoritas agẽdi ſecundum legem. Vlp. autem: Ius, ait, eſt ars boni & æqui, hoc eſt, collectio omniũ præceptorum boni et ęqui. Hinc colligit Alc. quo loco in Parerg. hanc defendit Vlpian. diffinitionem iuris, id feciſſe Iurecoſs. quod tantopere exoptauit uidere Cicero, lib. de Oratore j. Et eſt dictũ ius, quòd omnia recta & inflexibilia exigat. Aequitas uerò eſt, quæ ex iure multa remittit. Salomonius exiſtimat, Vlpianum ſiue Celſum loqui de officio boni & æqui uiri, quod in actione uerſatur: & ideo ius eſt ars, intelligit exercitium boni & æqui uiri. ueluti uirtus dicitur ars boni hominis: philoſophia, ars ſapientiæ ſtudioſi: & iniqui ars, nequitia. Nec enim hic agitur de Iuriſconſultorum ſcientia, quæ eſt, non ignorare quicquid legibus ſcriptum, moribus receptum, prudentum'ue autoritate digeſtum eſt: in qua cognitione nullum artificiũ requiritur, præter aſsiduam lectionem. Ariſtoteles quinto Ethicorum, dignoſcere iuſta & iniuſta, nullam ſapientiam putat. quoniam de quibus rebus leges loquuntur, non difficile eſt intelligere: ſed iuſta facere, maius negocium eſt. Spieg.

IVS, idem eſt quod lex, à iuſſum per Apocopen dictum. quoniam propriè nihil aliud eſt, quàm quod natura iubet ſequi aut uitari. Quanquã & uulgò, ſicut lex, ius etiam appelletur, quicquid uel gens, uel populus, uel conſuetudo iubet. Ius autem eſſe executionem iuſtitiæ, non rectè tradidit Accurſius: quòd nec ipſe, nec Accurſiani perceperint diffinitionem iuſtitiæ.

IVRIS præcepta tria ſunt: honeſtè uiuere, alterum non lędere, ius ſuum cuique tribuere. Iuris autem, intellige naturalis. Et quàm huc omnes referantur humanæ leges, Oldendorp. demõſtrat breuiter: Honeſtè uiuendo caſtratur libido: ſi neminem lędimus, coercetur ira: ſi cuiq; ſuum ſinitur, reprimitur cupiditas. Quæ fiunt iniuſtè, ferè ab his uitijs oriũtur, quæ his præceptis Vlpianus prorſus explodit. Spieg.

IVS per ſe dictum, genus eſt: ius ciuile, ſpecies: ius ciuile Romanum, indiuiduum, quod non niſi ut totũ in partes ſecatur, in leges, ſenatuſconſulta, edicta magiſtratuum, & cæteras partes diuiſum eſt. Spieg.

IVS, aliud bonum, aliud melius, aliud optimum. C. de Procur. l. exigendum. & de Vſur. l. j. & Quand. & à quibus quart. pars. l. j. lib. x. & ff. de Pignor. l. fideiuſs. §. pater. Alberic. Vide Bart. in d. l. j. explicantem, quid iure optimo ſit accipiendum. Spieg.

IVS, bonum & æquum eſt quidem, non quod ſecundum legem, ſed quod eſt ſecundum emendationem legis. Iuris itaque pretorij munus eſt, iuris rigiditatem corrigere. l. ius aut ciuile. §. ius prætoriũ. de Iuſt. & Iur. & Inſtit. de Bon. poſſeſs. in prin. Salom. in l. Gallus.

IVS à lege differt, quòd ius generale eſt, lex iuris ſpecies. Et ius ad non ſcripta etiam pertinet, lex ad ius ſcriptum.

IVS à materia & forma diuiditur in publicum & priuatum. Rurſum priuatum in ſcriptum & non ſcriptum. A cauſa uerò efficiente, in naturale, ſiue gentium, & ciuile. Vide Apellum cap. ij. in Method. Spieg.

IVS, pro loco ubi ius redditur, notum eſt. Quemadmodum confeſsionem factam in iure, eodem accipimus ſenſu, quæ & inter Prolationis ſpecies refertur, apud Paulũ in l. j. de confeſſ. & l. i. C. eodem. Spieg.

IVS agnationis pacto repudiari non poteſt, ait Modeſtinus.

IVS Analogum, diſtributiuum eſt, proportione conſtitutum. Quod ſi præter Analogiam diſtributũ fuerit, non ius, ſed iniuria eſt: ut cum poſteriores honorũ partes ferunt, quibus priores iure debentur: contraq; malorum priores, quibus conueniunt poſteriores. Vide Bud. in uulg. l. ius ciuile. Sp.

IVS Apertum. Lege, Apertum ius.

IVS Aquæ, pro uiolentia, ſiue controuerſia aquæ poni, in l. ij. §. item Varus ait. ff. de Aqu. pluu. arc. ſub hac litera monuit Alberic. quum uerior lectio habeat, Vis aquę deiecit. Ius autem aquę habere, pro ſeruitutem, in l. in concedendo. eod. tit. rectè iudicauit. Sp.

IVS aureorum annulorum: Dion hiſtoricus autor eſt, nemini ueterum Romanorum geſtare aureum annulum, præter ſenatores ac equites, fuiſſe permiſſum. Propterea libertis annulorum ius ab ijs modò datũ, qui imperio forent potiti. Quo nomine Sext. Pompeij libertũ Menam ab Auguſto aureis annulis ornatũ idem prodidit Dion. Erat uerò is transfuga. Porrò quum idem Auguſtus cum uitæ periculo ægrotaret, iamq; conclamatus uideretur, ſaluti ab Antonio Muſa reſtitutus, pecunia eſt ampliter donatus, & annulo aureo, quoniã erat libertus. Conceſſum & idẽ iuris non præſentibus modò, ſed & futuris, qui medicos ſe profiterentur. Rhodiginus apud Iureconſultos ita legit: Etiam fœminas ius aureorũ annulorum impetrare poſſe: item cum qui aureorum annulorum ius impetrarit, ut ingenuum haberi. Notum autem eſt, ius annulorum aureorum pro equeſtri ordine, ut hodie calcar aureum. Vide Bud. in prioribus Annot. & Rhodig. cap. xij. lib. vj. Sp.

IVS Ciuile, cum aliquid communi iuri uel additur, uel detrahitur: hoc eſt, cum populus ſibi cõſtituit, quaſi proprium eius ciuitatis. Hoc autem aut ſcripto conſtat, ut ſunt leges, plebiſcita, ſenatuſconſulta, principum decreta. Aut ſine ſcripto, ut ea quæ autoritate prudentium fiunt.

IVS Ciuile quid ſit, & quatenus ualeat, nemo grauius, teſte Oldendorp. deſcripſit, quàm Vlpianus, de Iuſt. & Iur. inquiens: Ius Ciuile eſt, quod neq; in totum à naturali iure recedit, neq; per omnia ei ſeruit. Itaq; cum aliquid addimus, uel detrahimus Iuri communi, Ius proprium, id eſt, Ciuile efficimus. Vnde Philippus rectè dixit, Ius Ciuile nihil aliud eſſe, quàm determinationẽ Iuris Naturalis. Cæterùm Papinianus oſtendit eod. tit. Ius Ciuile ex partibus eius, quas declarat Iuſtinianus Inſtitut. de Iur. natural. gent. & ciuil. Spieg.

IVS Ciuile anonymum dicitur, quod in genere ſine aliquo ſpeciali nomine competitur: ſcilicet, quod nec ſit Lex, nec edictum Prætorium, nec Plebiſcitum, nec Conſtitutio, nec Conſuetudo. Vide Zaſium in l. ij. §. hæc diſputatio. ff. de Orig. Iur. Sp.

IVS Ciuile Papyrianum (inquit Pomponius) dicitur, non quia Papyrius de ſuo quicquã ibi adiecit, ſed quòd Leges ſine ordine latas, in unum compoſuit.

IVS ciuitatis tradere, idem quod ciuitate donare, id eſt, planè ciuem facere. Vide Rhenanum in Ludum Senecæ. Erat autem id propriè in peregrinis, ſicut Ius Quiritum in libertis. Sp.

IVS Commentitium. Lege, Commentitium.

IVS Commune, eſt genus, ſiue materia, ex qua Ius Ciuile conficitur: & per hoc potiſsimè Iuris Ciuilis pars, eſt ius commune, à quo ſeiungi non poteſt, ueluti reliquæ ſpecies à ſua materia ſunt inſeparabiles. Ex Salom. Vide infrà, Ius Quiritum.

IVS cõpaſcendi habere. Scæuola in l. pen. ff. Si ſeruit. uendic. Plures, ait, ex municipibus, qui diuerſa prædia poſsidebant, ſaltum communem, ut ius compaſcendi haberent, mercati ſunt. Sp.

IVS compaſcuum, apud eundem Scæuolam indicta l. pen. ubi inquit, aliquid ſecum compaſcui iuris traxit.

IVS conſtitutum id dicitur, quod ſingulare, uel extraordinarium eſt. Alc. Lege, Conſtituto iure.

IVS conſuetudinis uocatur, quod in morem uetuſtas, uulgi approbatione, produxit.

IVS conſideratum ut animal, Naturale uocatur: item ut homo, Humanum, ſiue Ius Gentium: tertiò ut ciuis, Ius Ciuile appellatur. Salomonius in Pandect. de Iur. Ciuil.

IVS crediti amittere. in fin. l. ſed & partus. ff. Quod met. cauſ. Sp.

IVS dicens, idem qui iudex. l. j. ff. de Iuriſdict. Iud. Alluſit autem Iuriſcos. ad etymologiã uocabuli Iudex: ut qui à dicendo iure dictus eſt. in c. forus. ext. de Ver. ſig. Rectè uerò notatur Interpres à nonnullis ætatis noſtræ eruditioribus Ciuil. Iur. profeſſoribus, cũ putat aliud eſſe ius dicere, & iudicem eſſe. Obſeruata ſunt ius dicentium ſeptem uocabula: Iudices primi, quibus mandata eſt iuriſdictio: qui & ad plures cauſas Delegati ut plurimum dicuntur. his multo plura competunt, quàm iudicibus pedaneis. Iudices dati, pedanei ſunt, quibus litis tamen cognitio, uel pronunciatio, uel etiã utrunque in una cauſa conceſſum eſt. Sunt & iudices quidam, qui ante litis conteſt. ex ſacra iuſsione, uel forma dati ſunt: nimirum qui accedente iuſſu Principis, ab ordinarijs dati ſunt, ut ſummatim cognoſcerent, iudicarentq́. Iudices item ſunt ab imperiali fortuna dati, non ut Delegati, ſed quorum iuriſdictio etiam poſt mortem Imperatoris necdum expirat. Legũtur & executores iudices. Traduntur & arbitri iuris, qui electi à partibus, de aliquo articulo iuſſu ordinarij cognoſcunt. Vulgò etiam arbitri iuris appellantur, qui legis municipalis iuſſu eligũtur. Alciat. Paradox. lib. ij. cap. v.

IVS dicere. Lege, Iuriſdictio.

IVS æquabile. Vide, Aequabile ius.

IVS eſto, id eſt uim atq; autoritatem legis habeat. Cicero in Legib. lib. ij. Quod is, qui bellum gerit, imperaſit, ius, ratumq́ eſto. Verba ſunt xij. Tab. Budęus. Sp.

IVS Emphyteuticarium, cõtractus ille colendorum agrorum, qui ius dat in re: cognitus quidem ueteribus, nõ tamen ſub tali forma ſolenni. l. ſi domus alicui. ff. de Legat. j. Sp.

IVS facere dicitur, quod iuris atque legis uim habet. Vlp. Non ambigitur, Ius ſenatum facere poſſe: hoc eſt, Senatuſcoſs. pro lege haberi. Verbũ eſt, inquit Bud. Iuriſperitis notum. Sp.

IVS gentium, eſt multorum populorũ autoritas. Ius Ciuile, eſt unius populi iuſſus, ex norma naturæ promanans, quę à Deo in corde & conſcientia hominis eſt inſculpta: de qua, ſi quando diſſenſio eſt, ut rectè iudices, repetendę ſunt diuinæ tabulæ Decem pręceptorum, in quibus renouatũ & deſcriptum eſt Ius, uel Lex naturæ, tam certo teſtimonio, ut uariari non poſsit. teſte Olden. Sp.

IVS gentium appellant Iurecoſs. non tantum id, quod naturale ſecutum eſt: quod argenteo ſeculo natum exiſtimatur, cum commercia rerum eſſe cœperunt: ſed illud etiam primarium, quod inter homines ſolos intercedit. Bud. in l. j. de Iuſt. et Iur. Nota tamen, quòd cum audis hanc uocem, Ius gentium, non ſemper exaudiendum eſſe Ius naturale, ſed plerunq; Ius humanũ. ut Liuius, teſte Oldendor. rectè appellat. Neq; enim ſequitur: Gentes id conſtituerunt, aut in uſum admiſerunt: ergo eſt Ius naturale, aut æquum. Vnde Cicer. grauiter: Iam uerò ſtultiſsimum illud exiſtimare, omnia iuſta eſſe, quæ ſint in populorum inſtitutis, aut legibus etiam, &c. Obſeruanda etim Iura gentium, quod eſt ſedium hoſtilium occupatio, munitio, bella, captiuitates, ſeruitutes, poſtliminia, fœdera, paces, induciæ, &c. inter alienigenas præſcriptum: quaſi eo omnes ferè gentes utantur. Vide, Ius naturale.

IVS honorariũ ſiue Prætoris, eſt uiua uox Iuris Ciuilis. Solis enim Prætorib. licebat, per ſentẽtiam, per edicta eorum ius conſtituere: quod præterea nemini licet niſi Principi. Quod Accurſ. non eſt adſecutus, Zaſio teſte. Spieg.

IVSIVRANDVM, eſt affirmatio religioſa, quoties quid, quaſi Deo teſte, affertur. Vnde et Sacramentũ dici ſolet, quaſi ſacræ rei arctiſsimũ uinculũ, quod nullo modo ſit ludendum, teſte Cic. lib. Off. iij. quo loco cuiuſmodi iuſiurandũ et quibus ſeruandũ ſit, demõſtrat. Olim apud Romanos iuſiurandi per Iouẽ, quod maximũ erat, talis adhibebatur ſolennitas. Lapidem enim ſilicem tenebat iurans, ſic dicẽs: Si ſciens fallo, me Dieſpiter (ſalua urbe arceq́) bonis eijciat, ut ego hunc lapidem. Enimuero non temerè ſcribit Oldend. ſicut hoc ſeculo iuramenta temerè deferri ſolent in cauſis obularibus, ac nullius momenti: ita penè non haberi ullam ſolennitatis rationem, quæ utiq; malorum hominum læſam cõſcientiam terrere poſſet à periurijs ſubeundis. Noſtri referunt inter iuſtæ probationis ſpecies, l. j. de Iureiurãdo, maioremq́ habet auto-

autoritatem, quàm res iudicata. ut ait Paulus l. ij. tit. eod. adſtipulante Vlpiano in l. non erit. d. tit. Oldendorp. indicat duplicem errorem eſſe in deferendo iureiurando: cauſamq́ꝫ eius demonſtrat in de Probat. dict. & fact. tit. Quotuplex ſit probatio. Sp.

IVSIVRANDVM offerre & deferre. Quintil. in l. v. iuſiurãdum litigatori aut offerunt ſuum: aut non reſpuunt oblatum: aut ab aduerſario exigunt: aut recuſant, cum ab ipſis exigatur. Seniores pręcipere ſolebant, ne unquam iuſiurandũ deferremus. Sp.

IVSIVRANDVM diuidit Alb. Panor. in c. fin. de Iureiur. in iudiciale, & extraiudiciale. Iudiciale rurſus in neceſſariũ, & iudiciale: quod dicit uendicare nomẽ ſui generis.

IVSIVRANDVM adactum. Quęre, Adactum iuſiurandum.

IVSIVRANDVM ſimplex, Doctores informe uocant, non eſt, ut ipſi tradidere, quod prorſus adiecta cauſſa detur: ſed quod innominatam cauſſam complectatur. Quia in iudicijs nihil debet admitti ſine generali uel ſpeciali, ut ait Oldend. indicans erroris occaſionem, quod Doctores phraſim horum uerborum, Si iurauero te Stichum mihi dare oportere: non perceperunt.

IVS iniquũ ideo dicitur, quia iuſſum eſt, & nõ quia iuſtum: ut, Zaſio teſte, homines latini probant. Sp.

IVS Latinitatis. Vide Latini. &, Latinitatis ius.

IVS in manibus habere dicuntur, qui ui rem gerunt, & quibus, ut Ennius ait, ferro geritur res, quibus ius eſt in armis, & quibus leges inter arma ſilent. Ex Chiliad. Eraſmic. Sp.

IVS meum, dicitur non ſolum quod mihi competit iure communi, ſed etiam quod ex pacto, uel conſuetudine debetur. c. cõſtitutus. extra, de Regligioſis domibus.

IVS militare, quo ſoli milites ſunt adſtricti. Oldendorp. in Reſtauratione Politiæ indicat quõdam appellatum eſſe ius militare, rem militarem: quod & ipſum quanquam in armis uerſaretur, & ui exercendum eſſet, nihilo tamen minus haberet rationẽ iuſticiæ, ſecundum quam ſuſciperetur, et ſuſceptũ procederet. Quo ſecundũ eũ reſpexit Iuſtin. in procemio Inſtit. quũ dicit: IMPERATORIAM MAIESTATEM NON SOLVM ARMIS DECORATAM, SED ETIAM LEGIBVS OPORTET ESSE ARMATAM. Sp.

IVS moribus introductum, item ius moribus receptum, & ius moribus conſtitutũ, in iure noſtro legimus: quòd pleraq́ꝫ nõ cauta legibus, in mores recepta ſunt, hoc eſt, hominum obſeruationem.

IVS multæ dicendæ datur, quibus publicum iudicium eſt, & non alijs: niſi hoc eis ſpecialiter permiſſum eſt in fin. l. ij. ff. Vbi quis ager. Sp.

IVS naturale immutabile eſſe, & eandem uim ubiq́ꝫ habere, ſicut ignis hic & apud Perſas urit, ut Ariſtot. dixit, pulchre declarat Melancht. poſter. lib. Epitom. Philoſoph. Moral. Spieg.

IVS naturale dicitur, quod eſt commune omni nationi, eo quòd ubique inſtinctu naturæ habetur, non aliqua conſtitutione humana facta, ſed ab ipſo naturæ conditore. ut maris & fœminæ coniunctio, ſucceſsio liberorum in bonis parentum, l. j. §. Ius naturale. de Iuſt. & Iure. Ius gentium, quo gẽtes humanæ utuntur: quod à naturali procedere, facile intelligere licuit: quia illud omnibus animalibus, hoc ſolis hominibus inter ſe conuenit. ut quod Deo, religioni, patriæ & parentibus pareamus.

IVS nouum. Lege infrà, Ius uetus.

IVS patronatus. Vide, Patronatus.

IVS poſitiuum, determinatio eſt iuris naturalis per circumſtantiam aliquam, ratione probabili, nõ neceſſaria. ut, ius naturale docet furta punienda eſſe: deinde legislator addit ſpeciem, uidelicet modum pœnæ, in quo conſtituendo ſequitur probabilẽ rationem. Appellant item ius poſitiuum, quod ab arbitrio conſtituentis pendet. c. cum in multis. extra, de Reſcriptis, libro ſexto. Summa uerò iuris diuiſio ſcitè traditur: ut aut ſit naturale, aut poſitiuum. c. ij. diſt. j. Fit tamen quædam diſsimilitudo iuris poſitiui in diuerſis locis & temporibus, propter uarias rerum circumſtantias. Inde toties in Iure reperies hæc uerba, Inciuile eſt. Itẽ, Neq́ꝫ naturale, neque ciuile eſt, Hoc iure hodie utimur, Ciuilis ratio ſuadet, & alia eiuſmodi. Poſitiuum quippe Ius dicitur, quaſi ab hominibus poſitum, Ci-

 uili qua-

uili quadã & politica argumentatione, ad extendendum ius naturę.ut eſt, Old. teſte, pulcherrimum exemplum, in l. bona fides. ff. Depoſiti. Et in omnibus humanorum negociorum aut formis, aut pœnis. Spieg.

IVS poſtulare, eſt requeſtam rationabilem facere, Bud. in l. poſt. de Orig. iur.

IVS Prætorium, nominantur edicta magiſtratuum, prætorum, præſidum, ædiliũ. Zaſius Inſtit. de Action. §. ſed iſtæ.

IVS primæ ætatis, id eſt, primogenituræ, dicitur Connaturale, adeoq́ inſeparabile, ut in nullo alio ſubiecto uerificari poſſit. l. nam quod. de Penu leg. l. iij. in prin. de Tut. Vide Pennatem ueterem, ſed celeberrimi nominis interpretem triũ poſter. lib. Cod. in l. j. de Priuil. eor. qui in ſacr. pal. milit. lib. xij. Sp.

IVS priuatum, diuiditur in ſcriptum, & nõ ſcriptum, uel ſine ſcripto, ut Haloandri, ſeu Noric. habet text. Ius autem priuatũ eſt, quod peculiariter, & cum anologia quadam, ad ſingulorũ priuatam utilitatem pertinet: uel ut Vlp. inquit, ſingulorũ utilitatem ſpectat. Vide Cl. Cãtiunc. in §. huius ſtudij. Inſtit. de Iuſt. et Iur. Huius uerò tres ſunt ſpecies. Nam illud aut ex naturalibus, aut gentium, aut ciuilib. præceptis collectum eſt. Sp.

IVS pro hærede poſsidere. l. regulariter. ff. de Petit. hæredit.

IVS protemiſeos ſiue congrui, ut utrunq́ Dd. appellãt, nos den vorkauff haben. ꝓximos ſanguine ſeu cognatos præfert extraneis introductũ quidem lege naturæ, perperam autem abrogatũ ab Impp. l. dudum. C. de Contrah. empt. Fridericus Imp. eius nominis ſecundus, reſtituit, cuius conſtitutionem interpretatus eſt ꝓlixè nobilis iuriſperitus Matthæus ab Afflictis. ex ea noſter Old. bonam partem recitat in de Iur. & æquit. tit. viij. rectè exiſtimans dignam eſſe, ut inter cæteras Imperiales (nimirum conſtitutiones) referatur, ceu ſummam habens æquitatem. nec enim nouum eſt, ut ibidem doctè perſequitur, quod redeant antiquæ leges, exploſis recentioribus. Spieg.

IVS Quintæ relationis. Romanis imperatoribus initiò principatus quintæ relationis contribui Senatus decreto ius ſolitum: ceu honor foret is exquiſitus. Propterea in Pertinace Capitolinus, quartæ relationis ius illi fuiſſe omen ſcribit. quoniam, uti eruditis placet, in numero deminuto fuerit imperij breuis, ac Thebani planè præſagium. Nam & probo imperatori, cui tertium ius relationis fuiſſe additum prodit Flauius Vopiſcus, id ipſum ferè uſuuenit. Ius autem quintæ relationis, teſte Rhodigino, intelligunt uti quinquies ſuper re iudicata iam, referre ad Senatũ poſſent, præiudicijs nil officientibus. Quã tamen ſententiam nõ ſatis probat Alciatus, qui maximum ius Cæſareum in eo eſſe ſentit, quod reſcindere rem iudicatam ſemel ualeant. l. fin. C. Vt lite pend. l. cauſas. C. de Tranſact. nec opus eſſe, quinquies uariare: probabiliusq́ interpretatur. Si illius eſſe exiſtimemus, ut ab eorũ ſententia nulla ſit prouocatio. Cum enim nemini liceat tertiò prouocare, ſi aduerſarius meus bis obtinuerit, & ego tantundem: conſequens eſt, ut ultima ſententia, quæ in hac cauſa quinta erit, executionem habeat. Erit ergo ius quintæ relationis, perinde ac res iudicata, de quo ad huc ſemel cognoſci poteſt, & alius ſuperior magiſtratus adiri. Spieg.

IVS Quintę relationis, nihil aliud fuiſſe credit Egnatius, quàm uti quinquies imperatores de re iudicata & perfecta referre ad Senatum poſſent, æquè ac nihil ad huc iudicatum foret. Sp.

IVS Quiritum. Obſeruandum, ius cõmune ex quo quiſq́ populus ius ſibi conſtituit, duplex eſſe. Vnum latiſsimum, quod gentium dicitur. Alterum Romanum, quod commune eſt inter omnes Romani Imperij populos. Quo uerò iure ſoli Quirites tenentur, id eſt, qui domicilium Romę obtinẽt, Ius Quiritium uocatur. Cæterarum uerò ciuitatum, appellantur iura municipalia. Noſtra, ait Salomon. Quiritia, longè ab his abſunt, & imperitè à quibuſdam municipia nominantur. cum Roma non ſit municipium. reliqua quippe oppida à muneribus in urbe Roma capiundis dicta ſunt municipia. Paulus in l. j. ad Municip. & Gellius.

IVS in re, diuiditur in dominium, Quaſi dominium, & in Ius in re ſpecificum: id uidelicet, quod habet creditor pignoris uel hypothecæ, is cui, uel cuius prædio debetur

dio debetur ſeruitus, is qui tantum habet retentionem, non etiam actionem. Huc accedunt, quæ indicante Apello, Bart. Iaſonq́ in Rubr. ff. Sol. mat. ſuper Gloſ. fin. ſcripta reliquere. Sp.

IVS in re, fortius dicitur eo, quod ad rem competit. Vide c. pen. de Præb. libro Sexto.

IVS reuocandi domum habere, Exceptionis eſt fori. Vide §. ſi cum. ad fin. l. ſed & ſi. ff. Ex quib. cauſ. maior. Sp.

IVS ſingulare eſt, quod ad ſingulos in ſpeciem refertur: puta ad unum corpus, uel genus hominum, aut etiam ad unum duntaxat hominem, uel ad unam cauſam. Oldend.

IVS ſpecificum in re. Vide paulo antè, Ius in re.

IVS ſcriptum, à partibus definiendo, eſt lex, plebiſcita, ſenatuconſulta, Principum placita, magiſtratuũ edicta, & reſponſa prudentum. §. ſcriptum autem. Inſtit. de Iur. nat. gent. & ciuil.

IVS non ſcriptum, ſiue ſine ſcripto, quod exemplis, & actuum uniformium frequentia comprobatur. Quod & dicitur, Ius moribus conſtitutum. ut eleganter explicat Cl. Cantiuncula in §. ex nõ ſcripto. Inſt. de Iure nat. gent. & ciuil. Sp.

IVS ſuum, id eſt, meritum. Quemadmodum dicebat Ariſtoteles, Iuſticiam eſſe uirtutem animi cuiq́ ſecundum merita diſtribuentem. Diuus Auguſtinus libro xix. de Ciuitate, hoc uerbum exponens, Ius ſuum unicuique tribuere: Iuſticię, inquit, munus eſt, ius ſuum unicuique tribuere. Vnde fit in homine iuſtus quidã ordo naturæ, ut anima ſubdatur Deo, animę caro, ac per hoc Deo anima ipſa & caro proinde una omnium uirtutum iuſticia, alienum bonum eſſe uidetur: quoniam ad alium pertinet. Quippe multi in proprijs uirtute uti potuerunt, nihil quod uitio uerti poſsit admittẽtes: at uerò in ijs, quæ cum alijs tranſigenda ſunt, non item. Quapropter nemo iuſtus erit, niſi in alterum tribuendo ei quod ſuum eſt: in quo omnis legum ratio conſiſtit. Spieg.

IVS ſuum obtinere non poſſe dicebant, quem nunc iuſticiam habere, uel conſequi non poſſe dicimus. Budæus in Annot. prior. Sp.

IVS tibi non eſſe parietem illum ita habere apud Papinianũ l. ſi cum mens. ff. Si ſeruit. uendic. Sp.

IVS tuum quid ſit, uide C. ad Exhibend. l. inſtrumenta. & Inſtit. Vi bon. rapt. §. final. Aliquando pro ipſo iudice, hoc eſt, ius dicturo, quod & Albericus indicat, accipitur. ut in §. fin. Inſtit. de Pœn. tem. litig. & l. iiij. de Inten. Act. Sp.

IVS uetus appellatur, quod ab urbe Roma condita, & à Romuli tempore, ad ſeculũ uſq́ Iuſtiniani, ferme per M. CCCC. annos confuſiſsimè ſparſum erat. Vide Hegend. in tit. C. de Vet. Iur. enucl. Ius autem nouum, eod. teſte, in l. j. ff. Quod quiſq́ iuris appellatur, quod nec in ſcripta redactum eſt, nec corroboratum conſuetudine. Dn. Oldend. in iam citata l. Ius nouum indicauit accipi pro Iure iniquo, & ab uſu forenſi abhorrente. Sp.

IVSSVM pro nomine accipimus. l. ſed etſi quis. §. ſi duos fructuarios. ff. de Vfruct. Spieg.

IVS uſufructus, quo diſtet à perceptione fructuum, colligitur ex uerbis Iuriſcons. in l. uſufruct. de Iur. dot.

IVS uxoris eſt uiuere ſub eodem tecto, ibi eſſe Caiã, ubi maritus eſt Caius, pro ſua portione adminiſtrare rem domeſticã, occupare partẽ lecti, poſcere debitum, frui ſocietate fortunarum omnium. Sp.

IVSSV id factum intelligitur, quod quis fieri quouis modo mandauit, ſiue teſtato, ſiue per epiſtolam, ſiue uerbis, ſiue per nuncium, ſiue generaliter, ſiue ſpecialiter. l. j. ff. Quod iuſſu. per tot l. cum de indebito. §. in omnibus. ff. de Probat. Inſtit. de Attil. tut. §. nos autem. & ſuprà in dictione, Feci. Sp.

IVSSVM, pro nomine accipimus. l. ſed & ſi quis. §. ſi alios fructuarios. ff. de Vſufructu. Spieg.

IVSSVS actum præcedit, Ratihabitio ſequitur, Autoritas in ipſo actu interuenire debet. Mandatum ad futura: Autoritas ad præſentia: Ratihabitio ad præterita refertur: Conſenſus autem ferè ad hęc omnia. Vigl. in titul. Inſtitut. de Hæred. inſtit.

IVSSVS, pro imperio, apud idoneos ſcriptores raro reperitur: præterquam in ablatiuo, iuſſu. Noſtri iuſſus, cum obliquis, ut iuſſum, & iuſsionem uſurpant. Vt iuſſus Prætoris excuſat. l. ſi quis eum. ff. Si certum petat. Sp.

IVSTA, ſunt exequiæ, id eſt, ſacrificia quę mortuis impenduntur: & funerandi ſolennitas.

IVSTA cauſa traditionis, nempe contractus, Delictū, uel quaſi, ut emptio, donatio, dotis conſtitutio, permutatio, tranſactio, negociorum geſtio, iuſiurandum, ſententia, contumelia, damnum, imperitia iudicis, deiectio cœnacularij. Ex Apel. Spieg.

IVSTA diſsidia, pro æquis, & iure factis, apud Cicer. intelligenda, in de Amicitia. Spieg.

IVSTA exigere, inquit Budæus, eſt ſummo iure agere cum aliquo.

IVSTA facere, apud Vlp. in l. ij. de In ius uoc. Accurſ. intelligit obſequia. ut lauare corpus, quod pollinctoris officium eſt: ignorās quid ſint iuſta funebria, hoc eſt, exequiorum ritus: qui ideò iuſta dicebantur, quod ſacrificia quædam iuſtè deberi cenſebantur mortuis, qui uiuentes ipſi benemeriti fuiſſent de alijs. Oldēd. iuſta mortuo facit, hoc eſt, exequias apparat, ut nunc dicimus. Sp.

IVSTA eſt ignorantia in alieno facto, in quo conſtantiſsimus errare poteſt. l. in omni. ff. de Iur. & fact. ignor. Sp.

IVSTA materfamilas, & pelllex, contraria.

IVSTA peragere, eſt funerandi officium implere: quod à Parentare dicitur. quo & Vlpianus utitur in l. pro hærede. de Acquir. hæred. Ex prior. Annot. Budæi. apud Ciceronem iuſta ſoluere, quaſi officium debitum exhibere. annotatum eſt in Orat. pro Roſc. Amerino.

IVSTAE ſepulturæ traditum, id eſt, exponente Martiano, terra cōditum corpus, inquietandum non eſt. uidetur autem, idem ait, terra conditū, etſi in arcula conditum hoc animo ſit, ut non alibi transferatur. l. diui fratres. ff. de Religioſ. Sp.

IVSTAM, iniuſtamq; uxorem, in l. uxor. ad Leg. Iuliā. de Adult. Accurſius tripliciter enarrauit, & in omnibus aſtipulatorem habet Bartolum, Budæum uerò in nulla aſſenſorem. Nam iuſta mulier ſic, ut filius iuſtus dicitur. de quo uocabulo ipſe ſatis multa in prior. Annot. dixit. Hodie Iuſtæ uxoris appellatio, aut nulla eſt: aut eius eſt uxoris, quæ iuſtis ſponſalibus, & palàm in uiri manum coijt, non occulto conſenſu. Iniuſtam uxorem in iam citata l. Vlpianus pallacam uxoris numero locoq; habitā intellexit. Sp.

IVSTICIAE uocabulum latè patet. Genericè Obedientia erga omnes: diuiditúrque in prudentiam, fortitudinem, temperantiam: & iuſticiam in ſpecie. Proinde, cum Ariſtot. dicit, Iuſticiam in ſe uirtutes omnes complecti, de genere loquitur, non de ſpecie. Nam ſpecifica iuſticia ab alijs uirtutibus ſpecie diſtat: tantum abeſt, ut eas complectatur. Vide Philippum, Apell. & Oldend. Videtur autem Iuſticia dicta, quòd uim ſiſtat: nec progredi patiatur. Alioquin ſi ea nō ſit, cum uis ſuperſit, nullus eſt legis uigor. ut in iuſticia uis oppoſita ſit, κατὰ ἀντίστοιχον, pro ui. Vide, Iuſtos dies.

IVSTICIAE particularis (cuius eſt, ſuum cuique tribuere, gubernareq; actiones quatenus ſuſcipiūtur erga alios) natura ex eius ſpeciebus deprenditur: quæ duæ ſunt, Diſtributiua, & Commutatiua. Prior eſt perſonarum ordinatio in omni uita, publica & priuata, iuxta proportionem Geometricam: uidelicet qua gradus officiorum, & perſonarum conſtituuntur, & idoneis aptæ functiones tribuuntur. Itaque huius uſus eſt, ut latius explicat Philippus, in gradibus perſonarum ordinandis, in legendis magiſtratibus, in imperijs, in exercitu, in familijs, in omni cōuerſatione. Poſteriorem, hoc eſt, commutatiuam iuſticiam, definit Ariſtoteles eſſe, quæ commutat æqualia proportione arithmetica: id eſt, quę ſimpliciter rerum æqualitatem efficit, ſine collatione perſonarum. Hac autem utimur, non ſolum in contractibus, ſed etiam in iudicijs, in pœnis: non ſolum ubi damnum & lucrum, ſed etiam ubi delictum & pœna æſtimantur. Hæc in iure non anxiè, ſed ciuili quodā modo, quod & Cantiuncula indicat l. j. ff. de Iuſt. & Iure. & Inſtitut. eo definitur, ab effectu ſcilicet, & officio, quod genus definiendi eſt, Apello teſte, in Iure noſtro frequens. Iuſticiæ autem ueterum illam definitionē, quam interpres nō ſatis intellexiſſe apparet, ut plenā eruditionis & cōmēdat, & lib. ij. Philoſoph. Moral. aptiſſimè Philip. teſte Oldend. exponit. Sp.

IVSTICIA, habitus animi cōmuni utilitate ſeruata, ſuam cuiq; tribuens dignitatē. eſtq; in his, qui ſecundum regulam mentis bene

tis bene operantur. iudicium in illis, quo recta deſcriptione cũ proximis agimus. Aequitas uerò in eo, cum ſyncera intentione Deo ſoli in his quę rectè gerimus, uel iudicamus, placere cõtendimus. Annotauit tamen Alc. melius uideri ab Vlpian. Iuſticiam conſtantem uoluntatem appellatam, quam à Cic. habitum animi uel æquitatem tantum. Sp.

IVSTICIAM per ſe exiguum quiddam eſſe dixit Ariſtot. in Rhetor. ſignificans, ut explicat Eraſmus, non multum adferre momenti, ſi probus ſis, niſi talis etiam habearis: & opinionem longè plus ualere, quàm rem ipſam. At rectius Socrates admonet, ut talis quiſque ſit, qualis haberi uelit. Sp.

IVSTICIA, ut definitur ab effectu & officio (quod genus definiendi Apellus animaduertit eſſe in Legib. frequens, non aliter quàm definitio eſſentialis, quę explicat rei differentiã) eſt cõſtans & perpetua uoluntas, ius ſuũ cuiq; tuibuendi. hoc etenim efficit iuſticia, ut reddat cuiq; quod ſuum eſt: quo uno ab alijs uirtutibus, etiam iuxta eſſentiam, differt.

IVSTITIA ab effectu, diuiditur in prudentiam, temperantiam, fortitudinem, & iuſticiam.

IVSTICIAM uniuerſalem (de qua poſt Platonem & Ariſtotelem uide Philippum in prin. ij. lib. Epitom. Philoſ. Moral.) Iuriſcoſs. nõ cõſiderant, ſed particularem, ſiue ſpecificã, quam imp. Inſtit. de Iuſt. & Iure, non anxiè, ut Cantiuncula appoſitè monuit, ſed ex officijs iuſticiæ communibus, ciuiliter diffiniuit. Euiuſmodi ab effectu & officio diffinitiones multas in Iurecoſs. habemus, quarum aliquot diligenter in Method. Apellus collegit. Viderit igitur Bart. qui in l. j. de Appell. ab effectu nõ probè diffiniri cenſuit, dum Placentini definitionẽ inibi improbat. Spieg.

IVSTICIAM edicere, & intermittere iuriſdictionem, apud Cic. de Aruſp. reſp. iuſticiã remittere, apud Liuium: ſicut iuſticiam indicere, teſte Budæo. Sp.

IVSTICIVM, iuris dictionis intermiſsio. quas uulgus Vacationes uocat. Vide Status dies.

IVSTISSIMVS eſt titulus, dixit Vlpiã. in princ. l. j. ff. Pro dote. Sp.

IVSTISSIMA abſentiæ cauſſa ſtudiorũ. l. nec non. ff. Quib. cauſ. maior. Sp.

IVSTOS dies, in Lege xij. Tab. dictos ait Gellius, qui iudicatis dantur. quia interim ſuſpenditur omnis executio, fitq; quædam interſtitio, ſeu ceſſatio iuris, unde & iuſticium dictum. Quo fit, ut ſicut à dictione mœſtus, ſtultus, lætus, deducitur mœſticia, ſtulticia, lęticia: eodẽ modo à Iuſto deduci iuſticium, dicendum ſit, quod quidem iuſtum dicatur, à quo uis omnis ſubmota eſt. Feſtus, iuſti, inquit, dies dicebantur triginta, cum exercitus eſſet imperatus, & uexillum in acie poſitum. Opinatur Alciatus, quod interim uis omnis ſiſteretur. Vnde conſequens eſt, à iuſticia ius ipſum dictũ: non econuerſo, ut Grammatici exiſtimant, à Iure iuſtitiam. Lege cap. xxix. libr. j. Parerg. Sp.

IVSTVM, Iniuſtum'que, duo in Iure ſignificant. Interdum id quod rationi atque æquitati innixum eſt: ita iuſtum & iniuſtum poſſeſſorem uocamus, & iuſtam ac iniuſtam petitionem & cauſam. Interdum uerò, quod ſecundum Legis ſolennem ritum ordinatum eſt. ſic iuſtæ nuptiæ, & uxores, item iuſti filij, iuſta ſententia, & iuſtum quoque ac iniuſtum teſtamentum. Sp.

IVSTVM prælium, Iuſtum exercitum hiſtorici dicunt, id eſt magnum. Aſconius, iuſtas inimicitias, pro magnis apud Ciceron. expoſuit. Sp.

IVSTVM uadem, idoneũ ſponſorem uocabant ueteres, inquit Feſtus.

IVSTVM dolorem exequi, uide Vlpian. in l. iij. ad Silan.

IVSTVS, qui præcepta iuris ſeruat. Nam à Iure dicitur. Ponitur & pro mediocri, hoc eſt, quod nec debito minus eſt, nec modica excedit. Sic iuſta menſura dicĩ, hoc eſt, æqua, & quę neq; maior, neq; etiam minor eſt, quàm debeat

IVSTVS, pro uero. Vnde apud Iuriſcoſs. qui filium adoptat, interrogatur: an uelit eum, quem adoptat, iuſtum ſibi filiũ eſſe, id eſt, uerum filiũ. Bud. contrà. Iuſtus apud Iuriſcoſs. frequens, non ſatis (ut arbitror) intelligitur. Caius de arrogatione loquens: Is qui adoptat, inquit, rogatur, an uelit eũ, quem adoptaturus ſit, iuſtũ ſibi filium eſſe. Iuſtum intelligo, non uerum, ut aliqui cenſent, ſed omnibus partibus (ut ita dicam) filiationis, ueri filij

uicem obtinentem, naturalis & legitimi filij loco ſedentem. Sp.

IVSTVS poſſeſſor & petitor eſt etiã, qui ex liberalitate accepit, ut ait Vlpian. l. ſed etſi. §. j. ff. de Publician. action. Sp.

IVVENILI leuitate ductus. §. Scæuola. l. quod ſi minor. ff. de Minor. Sp.

IVVENIS talis ſi interueniat, cui præſtanda ſit reſtitutio: ipſo poſtulante præſtare debet. autor Caius. l. illud nullam. ff. de Minor. Spieg.

IVVENIS. Marcellus in fin. l. non aliter de Legat. iij. Cæterùm exiſtimari poſſe, ait, cum iuuenẽ, qui adoleſcẽtis exceſsiſſet ætatem, quoad inciperet inter ſeniores numerari. Spieg.

IVVENES, Iuriſcoss. dicuntur, qui adoleſcentium exceſſerunt ætatem, quoad incipiant inter ſeniores numerari. ff. de Leg. iij. l. non aliter. §. j. l. cum hi. §. modus. ff. de Tranſact. Quamuis Vlp. pro adoleſcente uſurpat, in l. ſi pecuniã. ff. Si cert. pet. Bald. in. l. cũ antiquiorib. C. de Iur. delib. dicit, umbram ſenis doctoris eſſe potiorem, quàm doctrinam alicuius iuuenis. tametſi Gloſ. in Aut. de Monach. §. ordinationẽ. col. j. uelit, quod excellentis doctrinæ iuuenis, & nobilitate conſpicuus, prẹferendus eſt ſeni. Fr. Syluius annotauit, Adoleſcentes, & iuuenes eoſdem eſſe, hos ſcilicet, qui annum xvij. exceſſerunt, nec dũ xxxxvij. attigerunt. Spieg.

IVXTA, quot modis accipiatur, Bart. exponit in l. j. ff. de Teſtam. et in Extra uag. Ad reprimendum. Quo uerò modo, Iuxta, Penes, & Apud, differant, declarat Iuriſcos. in l. penes. de Verbor. ſig. uide infrà, Penes te. Albericus indicat, quibus locis, iuxta, pro ſecundum ponitur. Spieg.

K

K Litera, Latinis in uſu non eſt: niſi in dictionibus Græcis, quibus tanquam Latinis utimur. Græci Cappa uocant: apud quos iactatum olim ænigmatis uice, τρία κάππα κάκιστα, id eſt, tria peſſima Cappa. Eraſm. in Chiliad. indicat & explicat. Spieg.

K A

Κακοτεχνία, ars ad perniciem hominum inuenta. κακοτεχνοῦντες, & κακομήχανοι, ſunt, qui noxijs artib. utuntur: qui coerceri iubentur. ff. de Extraordin. crim. Sp.

Καδίσκος, urna ſuffragiorum. Duo fuerunt cadiſci apud ueteres, in quos calculos mittebant iudices. Alterum κύριον uocabant, alterum ἄκυρον. Sunt & pocula ex hoc nomine. Bud. Sp.

Καιρὸς, tempus, id eſt, occaſio & opportunitas. Quamuis omnino plus quiddam eſt quàm tempus: nẽpe articulus, ipſumq́ momentum, ac punctum (quod aiunt) in quo res ſit agenda.

Kalendarij nomine, Accurſius intelligit generatim debitorum nomina: cum Iureconſultis, apud quos uocabulum hoc in uſu eſt, tantum, & propriè, funebre debitum notet. Sp.

Kalendæ, ſic Albericus ſcribit, non ſolum primus dies, KL. ſimpliciter appellatur, ſed omnes dies qui poſtridie idus incipiunt, uſq; ad ſequentem menſem: idq́; fortè, ut Alciatus exiſtimat, exemplo Græcorum, qui primam partem menſis ἱστάμενον uocant, ſecundam ἐπὶ δέκα, tertiaam quæ poſt uigeſimam diem eſt, φθίνοντα. Sp.

Καταδίκοι Græcis ſunt, qui nobis damnati dicuntur. Spieg.

Καταγλώττισμα, genus ſuauij, quo iuſta zelotypis repudij cauſa datur. Vide cap. x. lib. iiij. Parerg. Alciat. Oſculum inter adulterij procemia habetur, quæ gradatim commemorat Accurſius gloſ. l. quod ait lex. ff. de Adult. Sp.

Κατὰ πόδα fieri dixit Iuſtinianus, quod alienis ueſtigijs inſiſtere ueteres dicere conſueuerunt: cum quis de ſuo nihil addit, ſed aliena ſolum recitat. Ex Alciato. Spieg.

Καταχρηστικῶς, id eſt abuſiue. Caius Iureconſult. hoc uocabulo utitur in l. licet. ij. de Verborum ſignificat. Summe autem annotandum, ut monuit Alciatus, ſic, hoc eſt, abuſiue uocem plerunque propria & ſubtili interpretatione reiecta, accipi. Nimia enim Iuris ſubtilitas, crux eſt, ut antiqui dicebant.

Κατάχρησιν figuram eſſe, Quintilian. autor eſt, ubi proprio nomine omiſſo, aliud uicinum aſſumimus. Vide, Metaphora. Spieg.

Καταῤῥάκτης, genus auis maritimæ. Itẽ Cataracta, quo nomine & Liuius utit̃, locus eſt abruptus, et prẹceps in flumine, unde aqua ruit potius, q̃; fluit: ut cataractes

Nili

Nili apud Strabon.lib.ult. Ex Bud.Sp.

Kathari qui, Vide, Schiſmaticus.

Καθάρματα, homines dicebantur, qui graui quopiam morbo expiando, immolabantur Dijs. Bud.in Annot.

Καθάρματα, Græcis ſacrorum hominum, id eſt, deteſtandorum, & execrabilium ſpecies: ab eis enim multis illi nominibus appellantur, quæ refert Budæus in Annotat.ad l.ij.ff.de Pœnis.

Κατηγορία, nomen à foro ſumptum eſt, & ſignificat accuſationē & crimen. Vt enim in accuſatione neceſſe eſt aliquid certi dici, ut, Verres eſt fur: ita in omni propoſitione aliquid de aliquo dicitur. Et quia conſtat, magnam requiri in foro & iudicijs diligentiam, ut propriè & aptè aliquid de alio dicatur, fortaſſe planius Categorias Boethius accuſationes, pro prędicationib. uertiſſet: ut quidā nō uulgariter eruditus monuit. Categoricæ propoſitionis, quæ ex uno nomine, & unico uerbo conflata eſt: necnō Hypotheticæ, quæ nihil aliud eſt, quàm duæ Categoricæ copulatæ, meminit Scholiaſtes in fin. l. quæſitum.ff.de Acquir.rer.dom. Vide Bart.in l.ſi is, qui ducenta.§.utrum.ff.de Rebus dub.Spieg.

K E

Ketzer. Lege, Schiſmaticus.

K L

Κλίμμα, obreptionem etiam ſignificat. Obrepere uerbum, apud Iuriſcoss. frequens eſt, ut & Preces obrepticiæ, & ſurreptitiæ, uulgo iam notæ. Sp.

Κυροτροφείων. Vide, Plus minus.

K Y

Κύριος. Vide, Dominus.

Κυφώνα Gręci uocāt, quę Numella Latinis eſt, uinculū ad infamiā magis & pœnā, quàm cuſtodiā pertinens. Similiter infame eſt uinculū, Collaria (uulgò Halſſeiſen) quibus in publico blaſphemi, & lenæ, & minores fures alligantur, ut deriſui uiatoribus ſint. ut Alciat. ait. Sp.

K Ω

Κωμικὸς μάρτυρ. Videtur de his proferri ſolitum, qui aliquod mendacium, ficto aliquo teſte, confirmare uolebant. dicit P. Victorius.Sp.

L A

LABARE ſermone, dicitur per translationem, qui inconſtanter & timidè loquitur. Vulgatius Vacillare appellatur. Spieg.

LABARVM, quid ſit, non temerè fortaſſe reperies, præterquam apud unum Sozomenū in Hiſtoria Eccleſiaſtica, quæ uulgo Tripartitæ nomen retinet. Alciatus Socratem citat, nimirum ex corrupto exemplari. Sozomenus c.v.lib.j.de Labaro loquens: Hoc, ait, ſignum bellicum, inter alia precioſius erat: eo quòd Imperatorem præcederet, & adorari à militib. moris eſſet. obſeruandū autē, quòd Conſtantinus Imperator, cognomento Magnus, Labarū in Chriſti crucem commutauit: de quo in Commentarijs noſtris in Hymnum Prudētianum, cui titulus eſt, Ad omnes horas, aliquanto copioſius ſcripſi: & Caſsiodorus, & Ruffinus meminere. atq; Aur. Prudentius cōtra Symmachū, tali carmine, CHRISTVS purpureum ſignati textus in auro Signabat Labarum. Meminit & eius Accurſius in enarratione Rubr. de Præpoſit. Lab.C. lib.xij. & Pyrrhus tit. mox ſeq. Sp.

LABEFACTARE fidem, opponitur tueri fidem ſuam, hoc eſt, perdere famam locupletis debitoris. Sp.

LABEO, nomen Iureconſulti, à labiorum magnitudine ſic dicti. Hic Latinorū uerborum origines, rationesq; percalluit, eaq; prȩcipuè ſcientia, ad enodandos (ut Gellius ſcribit) iuris laqueos utebatur. Vide cap.j.noſt.Epitom.Sp.

LABES, uiolenta quædam uel aquæ illuuies, uel tempeſtatis, grādinis'ue ruina: aut cum terra in altiſsimum hiatum, uel barathrum aperitur. Alex.Imp.labe tempeſtatis dixit in l.licet.C. Locat. Quamuis Nor.tex.nō labe, ſed lue habet: quod & Albericus indicauit, et Vlpian.in l.ex conducto.§.j.Sed & ſi labes facta ſit, inquit, omnemq; fructum tulerit. Budæus non labes hic, ſed tabes legendum exiſtimat. Rectior mihi uetus lectio uidetur, quam nec Haloander mutauit. quod nomen immortalitati ſacratū, ſciolus quidam deprauauit in Aleādrum apud Zaſium, mox à principio Scholiorum, ad l. ij.de Orig.Iur.Sp.

LABES item eſt, ut ait Feſtus, macula in ueſtimento, & deinde metaphoricè trāsfertur in homines uituperatione dignos. Vnde Labes hæretica dicta Canoniſtis.c.ut officium.§.j.ext.de Hæret. libro Sexto.

LABIA doloſa. Vide, Dolus. Diuus Auguſtinus.

LABI, pro errare. Inſtit. de Action. §. ſi quis agens.

LABI in hæreſim, pro deficere ab Orthodoxia, in Decretis Pontificum. Labi in imprudentiam, apud Varronem legimus. Dicuntur Labi & ij, qui ad egeſtatem uergunt iactura, & infortunio. Vlpian. in l. j. §. ſi magiſtratus. de Magiſtrat. conuen. Quod ſi, inquit, idoneum exegerit, quamuis poſtea facultatibus lapſi ſunt tutores, nihil eſt quod ei qui dedit, imputetur. Non enim debet magiſtratus futuros caſus & fortunam pupillo præſtare. Sp.

LABI mente, pro, delirare.

LABOR, eſt functio quædam uel animi, uel corporis, grauioris operis & muneris. autor Cicero ij. Tuſcul.

LABOR corporis quamuis exiguus, maior cenſetur quolibet precio. De qua re latius Bart. diſſerit in l. j. C. de Sent. quæ pro eo quod inter. profert. Obſeruandũ quòd tam labor quàm pecunia diuiſionẽ recipiat. eius exemplũ habes apud Papinianũ. de Ann. legat. l. Seio amico. Sp.

LABOREM ſerere dicuntur, qui fruſtra laborant: quaſi nihil fructus è labore reportantes, præter laborem ipſum.

LABORANTE naue, pro, periclitante, Paulus dixit in l. ij. ad Legem Rhodiam. Spieg.

LABORATI libri, id eſt, elucubrati, multoq; labore atq; induſtria facti.

LABRVM, idem quod Labium. Vnde primoribus labris, ſiue labijs deguſtare, pro eo quod eſt, breuiter quippiam attingere, dicimus. Reperitur tamen Labrum, pro marginibus & extremis oris fluminis, lacus, fontis, & huiuſmodi, quæ leni aquæ motu perluuntur. Bud. admonuit, Labra ſignificare apud Vlp. de Action. empt. crateres lapideos, quibus aqua ſaliens ex ſiphunculis concipitur. Caput Legis eſt in emendatioribus codicibus, Funes: in antiquis, Limes. Alphenus in l. ſi quando. §. primo. ff. Si ſeru. uend. Labra, pro uaſis uinitoribus accommodatis, uſurpaſſe uidetur. Accurſius bifariam interpretatur, poſtremũ quidem more ſuo, ſcilicet genus herbæ, quod Labrum aſininum uocetur. Plinius meminit Labri uenerij herbæ in flumine naſcentis. Nebriſſenſis ait, Labrum uas eſt patulum, grandioris aquę capax. Vlpianus de Empt. & uend. l. limes. Labra, inquit, ſalientes fiſtulæ. Sp.

LABYRINTHVM & hodie uocãt Cauſarum patroni rem quampiam uehementer impeditam, & inextricabilem. Canoniſtæ habent ſuum erroris Laberintum. Spieg.

LAC, ſuccus maternus, quo animalia nutriuntur. Bartolo Lac inter fructus induſtriales numeratur, in Repetit. l. ex diuerſo. ff. de Rei uend. Modicum lac intelligitur, quod non ad compendium, ſed ad uſum præſtatur. l. plenum. ff. de Vſu & habit. Sp.

LACCVS, obſeruauit Rhodiginus Græcis plerunq; fuiſſe in more, uti ſub terra pararent loca uel rotunda, uel tetragona cõtinendis uinis ac oleo quoq;. Ea uerò Laccos dicebãt, unde & ꝓ morte uſurpat̃ uerbũ ſanctis literis, quoniã mortuorũ cõditoria eã pręferãt imaginẽ. Hinc illud, Et ſimilis ero deſcẽdentib. in laccũ. Vide cap. xxvj. lib. xxviij. Sp.

LACERATVM, ꝓ diſciſſo, uulnerato'ue, apud Vlpianũ, de Aedil. edict. in l. item Offilius ait. Sp.

LACERTVS, piſcis. meminit eius Iuriſconſultus in l. qui penum. de Penu leg. Lacertos, inquit, cum iniuria ſua contineri. Nebriſs.

LACESSERE famam patroni, Papinianus ait, in l. ſi adulterium. de Adult. non facilè liberto conceditur, quod nobis eſt, Antaſten/Anmoſſen/Anzyehen/Verunglympffen. Laceſsimus autem, hoc eſt, prouocamus, ſiue impellimus, ſcripto, uoce, uerbo, facto, & tam in bonum, quàm in malum accipitur. Spieg.

LACHANIZARE, uulgò dicebant Languere, teſte Suetonio in uita Octauij Cęſaris: pro quo Auguſtus nouauit Betizare: quod, ut opinor, honoris cauſa, tam diligẽter noſter adnotauit Eraſm. in Natalem Beddam. Sp.

LACONISSARE, non eſt paucas ſyllabas ſcribere, ſed de rebus plurimis paucas. autor Gregorius Theologus, indicante Eraſmo. Sp.

LACTANS dicitur, quod lac reddit & prębet. Lactens uerò cui præbetur, & quod lac ſugit.

LACTANTIA Celſus uocat omnia, quæ lac emittũt, uel pro ijs quæ uulgo Lacticinia dicuntur, accipit: uel pro cibis lactarijs. Dicitur uerò Lactariũ, & quod ex lacte confectum eſt, & quod ex ſe lac producit. Hermol. Barbarus nõ probat eos, qui ex lacte quoquo modo cibum uocant Lacticinia. Sp.

LACVNAM explere, pro ſarcire damnũ, etiamnum in aulis uſurpatur. Gell. libr. j. cap. iij. famæ lacunam dixit, pro macula. Quin & in libris, teſte Eraſ. mendum dicitur, quod deprauatum eſt: lacuna, ubi deeſt aliquid: illud eluitur, hæc expletur. Spieg.

LACVNAR, Laquear, ſiue Lacus, eſt tecti elegantior fabrica. Vlpian. de Fund. inſtruc. l. quęſitum. Scalę, inquit, quę lacunaribus admouentur. Nebriſſ.

LACVS eſt, qui perpetuam habet aquam. Stagnum, quod temporalem: ut ſcilicet hyeme tantum. Foſſa, receptaculũ aquæ manu factum. l. j. Vt in flumin. public. l. foramen. ff. de Seruit. urb. præd. ſunt exortes iuris alluuionis. l. lacus & ſtagna. ff. de Acquir. rer. dom. Sp.

LACVS item, à Iureconſ. in l. ſi ſeruus ſeruum. §. fin. ad Leg. Aquil. pro conceptaculo uini accipitur. Nec arbitror torcular eſſe. Sed & id Interpres ambiguum reliquit. Eraſmus indicat, uinarium lacum dici, in quem exprimitur uuarũ liquor. Spieg.

LACVS publicus, à priuato differt: quòd publicus eatenus publicũ littus habet, quatenus hybernus fluctus maximus exæſtuat. At in priuato id tantũ littoris cõſtituitur, quatenus actũ eſt, & in eius uẽditione tempus contractus obſeruamus l. Rutilia. ff. de Contrah. empt. Sp.

LAEDERE, ad omne genus offenſionis transfertur. Qui dolo lędit aduerſarium, infamis eſt. Adi Speculat.

LAEDERE famam, pro detrahere famã, quam quis iam omnium conſenſu obtinuerit. Quod & de poſſeſſione deijcere dicitur, ex ſermone Iuriſconſultorum. ut oſtendit Eraſmus. Sp.

LAEDERE fidem, Trewloſʒ werden.

LAESVS ex delicto, uel quaſi ex delicto, uenire etiã nomine creditorũ, omnium Doctorum conſenſus eſt, Rofredi ſententia exploſa: qui ſolus diuertebat, quòd iſta res haberet damnum pecuniarium. Vide Enarrat. Zaſ. in §. itẽ ſi quis. Inſtit. de Action. Sp.

LAGENA, genus uaſis teſtacei, non tam ad aquam, quàm ad uinum, & alios humores continendos accommodatum. Menſurę etiam nomen eſſe, Budæus in de Aſſe, oſtendit ex Athenæo. Sic Scæuolam accepiſſe, rectè mònuit Interpres, in l. cum quis decedens. §. Seiam. de Leg. iij. Et Meuio, inquit, liberto meo, nihil de me merito, dari uolo lagenas uini uetuſti, centum quinquaginta. Aliàs Lagena eſt uas uinarium. Vide Bayſium. Sp.

LAGIVM. Vide, Cambio.

LAICI, òpponuntur ijs qui ſacris initiati ſunt. His prohibuit Martian. Imp. publicè de fide Catholica diſſerere. Verùm hoc non contentus Roman. Pontif. Alexander, eo nomine Quartus, prohibuit illis, omnino, hoc eſt, publicè, uel priuatim, ea de re diſputando uerba facere. cap. ij. de Hæret. in ſexto. Certè, quod eleganter ab Alciato dictum eſt, Chriſtiana pietas fide, non ſyllogiſmis conſiſtit. Budæus inquit, Laicum uulgò attrectabile ſignificat, ſicut Sacrum dicitur & Sanctum, cuius tactu populo interdictum eſt. Spieg.

LANA caprina. Decertantibus duobus contentioſe, utrum lanas haberet caper, an ſetas: aut alioqui de uillis caprinis dimicantibus, re uidelicet inutili, minimi que momenti: natum apparet Adagium de lana caprina. Sunt huic confinia, de aſini umbra, & de fumo diſceptare. Spieg.

LANA lignea, cuius Vlpianus meminit, Græca tamen uoce ἐριόξυλον, accipienda eſt, Haloandro teſte, quæ goſſipinis aut eius generis arboribus depectitur. Quære, Goſſipium. Sp.

LANA leporina, anſerina & caprina. l. ſi cui legetur. de Legat. iij. Sp.

LANA tingendæ purpuræ deſtinata, purpurę appellatione non continetur. autor Vlp. in fin. l. ſi cui lana. de Legat. iij. Sp.

LANA. Vlpian. Si cui lana leget: id legatũ uidetur ait, quod tinctum non eſt, ſiue autem facta ſit, ſiue infecta: lanæ appellatione cõtinetur, etiam notam contineri, Sabinus rectè putat. Extenditur autẽ lanæ appellatio eatenus, quatenus ad telã peruenit. Succida quoq; continetur, & lota, ſi modò tincta non ſit. Sp.

LANARIVS, qui lanam curat. Lanatus, qui lanam gerit.

LANATAE pelles. Et hæc lanæ appellatione continentur. qui lauatæ legunt apud Iuriſcons. contaminant ueram lectionem inſulſe. Spieg.

LANCEA, λόγχη, id eſt, ſpiculum uenabuli, uel iaculi. Hinc Lanceati, ictu lanceæ necati. Rhenanus noſter ad Tertullianum adnotauit, Lanceare, pro, Lãceam ferre. Spieg.

LANEVM, quod ex lana eſt. Vlpian. Veſtimentorum ſunt omnia lanea. l. ueſtis. de Aur. & arg. leg. Genera lanarum doctè exponit Bayfius cap. ij. de Re ueſti. Spieg.

LANICIVM, ipſa lana. Dicitur autem lanicium, ſicut à fuga effugium, teſte Seruio tertio Georgic. comment.

LANIFICAE mulieres, quæ lanæ artem exercent. Alphenus de Fund. inſtr. l. uillæ inſtr. Conſultus, ait, de mulieribus lanificis, an inſtrumento continerentur. Spieg.

LANIPENDIA mulier, Paulo in l. ſed ſi uir ex lana. de Don. inter uir. & ux. pro lanifice, ſeu quæ lanificibus ipſis penſa diuidit. Sp.

LANGOR, defectus uirium, & ſucci naturalis: transfertur autem ad animum, ut in l. iuſto. §. eum qui. ff. de Vſucapion. Spieg.

LANISTAE, magiſtri atq; inſtitores gladiatorum dicebantur, teſte Budęo. Horum genera, cum in iure Ciuili fiat eorũ mentio haud infrequens, idem diligentiſsimè explicauit in priorib. Annot. ad l. athletas. de His qui not. infam. Sp.

LANIVS, uel Lanio, qui carnes in carnario uendit: à laniandis pecoribus, quòd eas concidat, lanietq;. Paulus, de Fund. inſtr. l. cum de lanionibus inſtrumento quæritur. Laniona uerò, menſa eſt carnificis, qui mutilandis damnatorũ membris præficitur. Vide Zaſium in l. ij. ff. de Orig. Iur. & Beroald. in Sueton. Sp.

LANX, quæ & Langula, à latitudine dicitur. Iuuenalis: Aſpice quàm magno diſtendat pectore lancem. Eſt denique uas diuinis aptum lanx. Auſonius: Thuribula & paterę, quæ tertia uaſa Deûm lanx. Erant autem Lances maximæ, mediæ, & minimæ, ut ait Iurecons. in l. qui lancem. de Aur. & arg. leg. Earum quadratæ aliæ: quarum Vlpian. meminit in d. l. ueſtis. & aliæ rotundæ: ut hæc Iurecons. uerba indicant, in l. ſi rem. de Rei uend. Quamuis & in uaſis occurrat difficultas, utrũ lancem duntaxat dici oporteat, an etiam quadratam, uel rotundã. Nos cum Gallis, teſte Bayfio, rotundis utimur, appellamusq; Platten: illi uerò Platum, à latitudine, ut idem opinatur. Lances libræ partes, quibus pondus & res ponderandæ imponuntur, etiam dici, apud antiquos notum eſt: quòd ad lancium formam factæ eſſent. Sic ea uoce Iuſtinianus utitur in fine l. cum quis. C. de Nat. lib. Sp.

LAPIDE empti, pro uiliſsimis homunculis accipiuntur. Adi Chiliad. Eraſ.

LAPIDICINA, locus ubi lapides exciduntur, Latomiæ à Græcis dictæ. Vide Bart. in l. j. ff. de Cõtrah. empt. Fructum facere lapidicinas, colligimus ex l. ſi ex lapidicinis. ff. de Iur. dot. Sp.

LAPILLI, quo diſtent à gemmis, & quo ab his margaritæ, Paulus oſtendit in l. & ſi non ſunt. §. perueniamus. uerſ. gemmæ autem. de Auro & arg. leg. Adi Vallam ad finem libr. Elegant. ſexti. Bartol. annotauit in l. fin. §. ſpecies. ff. de Public. lapillos non uenire lapidum appellatione. Spieg.

LAPIS, pro milliario, hoc eſt, mille paſsibus aliquando accipitur. Martian. de Excuſ. l. propter litem. Ne ultra centeſimũ lapidem tutelam gerat. Nebr.

LAPIDES inędificati. Paul. de Rei uind. quæ religioſis adhærent, inquit, religioſa ſunt, & idcirco nec lapides inędificati, poſtq; remoti ſũt, uindicari poſſunt. Sp.

LAPSA hæreditas quæ ſit, interpretatur Vlpian. in §. ſi locupleti. & in l. uerum. de Minorib. Sp.

LAPSVS ſui facilitate. ff. de Minor. l. j. Circũſcriptus uerò, dicitur dolo deceptus. l. j. ff. de In integ. reſtit. Alber.

LAQVEIS iuris liberari. l. j. C. Si rector prouinc.

LAQVEO uitã finire. Id genus mortis apud Romanos ueteres turpe habitũ eſt, quòd animã, id eſt, ſpiritũ occluſa uia in pectore interire putabãt. Itaq; in lib. Põtificialib. ut ait Seruius, cautũ erat, ut qui laqueo uitã finiuiſſet, inſepultus abijceretur. Vnde nec apud illos intelligendũ ita ſuſpendi, ut fune fauces conſtringantur, fiatq;

tur,fiatq; ſuffocatio. Sed intelligendum eſt eorum,qui cruci ſuſpenderentur, brachia & crura funibus cruci alligari ſolita. Spieg.

LAQVEOS iudicij declinare,id eſt,periculum uel pœnam. Vide Syluium in Orat.pro Milone.

LAQVEVM appellamus, quo damnatorum gula ſubſtringitur. Eſt & decipulũ auium, & ferarum. Vnde metaphoricè pro inſidijs ponitur. De laqueo pulchre Auſonius ſic· Qui laqueum collo nectebat, repperit aurum, Theſauriq; loco depoſuit laqueum. At qui condiderat, poſtquam non repperit aurum, Aptauit collo quem reperit laqueum.

LAREM fouere, in l.ciues. C.de Incolis. lib.x.Impp.Diocl.& Maximian.nõ pro domicilio,cuius uocis iamiam meminerunt,ſed magis, ut erant paganiſmi propugnatores pertinaciſsimi, uel pro domeſtico deo, cui focus ſacer erat, uel pro igne poſuiſſe uidentur. Lares enim priuatorum domibus etiam præeſſe credebantur.Hinc à Lare ordiri, ut dicitur uulgò,pro,à domeſticis ac familiaribus initium ſumere. quod Cæſar Sigiſmundus fruſtra expectabat apud Synodum Conſtantienſem. Nimirum fouere latem, id eſt, quod etiamnum appellant Germani, Rauch vnd lyechthalten. A' Lare nympha reputabantur apud cæcas gentes gemini dij familiares, alter malus, unicuiq; homini deſignati, ut curã eius peculiarem haberent:ideò Genij,& Penates appellati.Hos enim domi colebãt, quaſi peculiares Deos in larario, hoc eſt, loco & ſacrario domeſtico. Refert Lampridius, Alexandrum Seuerum,Imperatorẽ, primùm in larario ſuo coluiſſe Habraamum, & CHRISTVM: ſed Philippus deinde Imperator, religionẽ Chriſtianam ſecutus eſt. Ex his, Oldendorp.inquit,facilè accipitur id, quod Vlpian.in l.ſi duo patroni.§.ult.de Iureiur. Si quis,ait, iurauerit in re pecuniaria per Genium Principis, ſe dare non oportere,& periurauerit.Sp.

LARIBVS,auitisq; ſepulchris carere. Celſus in l.in fundo alieno. de Rei uind.prouerbiali ſchemate, pro re chara protulit. teſte Eraſmo.Sp.

LARGITIO, quòd uix unquam gratuita eſt,propior corruptelæ eſt. Quin & iure, Pontanus inquit, corruptela dicta eſt à maioribus,quæ ut malos ad ſe trahit, ſic bonos detorquere à recto quærit.Siquidem largitioſi,liberalitatis prætextu, fauorem popularem aucupantur:ut appareat,non dare eos,ſed uendere: unde factioſi plerunque euadunt ad occupandum publicam libertatem. Huiuſmodi hominum ferax etiamnum eſt Italia. Vnde nulla pax illi diuturna ſuperanda. Obſeruandum, nullam unquam in ciuitatibus, aduerſus liberalitatem ſcriptam legem eſſe. At ambitus, ac repetundarum leges, largitioſos præcipuè coercent.Spieg.

LARGITIO,propriè eſt expenſa, quæ fit ad aucupandum fauorem, in petitione magiſtratuum. Cicero in de Legib. libr. iij.Itaq; ut omittam largitione corrupta ſuffragia, non uides, ſi quando ambitus ſileat,quæri in ſuffragijs,quid optimi uiri ſentiant? Notum Prouerbium,Largitionem fundum non habere.Impp.hanc uocem pro donatione uſurpant interdum. Vnde apud eoſdem, Largitionales tituli.Sp.

LARGITAS dotalis, donatio in dotem eſt. Hoc ferè ſemper ſub prohibita per Legem alienatione non comprehenditur.l.fin.C.de Litigioſ.& Nouell.de Nõ alienan.§.alienationis.Sp.

LARIDVM,ut Macrobius ait,eſt caro ſalita:ſic dictum,quaſi largè aridum.Dicimus etiam Lardum abſque i. Martialis: Et pallens faba cum rubente lardo. Quo uerſu clarè patet, Lardum eſſe ſalitã carnem: non autem pingue illud ſuillum, quod uulgò Lardum dicunt. Hanc ſalitam carnem Succidiam quoq; nominãt, item & neutro genere Succidium. Succidia autem continet pernam,petaſonẽ, & lardum.Sp.

LASCIVIA,pro ludo improbiore,& noxio,ac proteruitate quadã ludicra, uſurpatur à Iureconſ.in l.ex conducto. Locati.& ad Leg.Cornel.l.cum quidam. Vide Budæum in Annot.Item pro petulantia.in prin.Inſtit. Si quadr. paup.fec.dic. prout uituli atq; hœdi laſciuire ſolẽt.Sp.

LASER,Græcis Silphium, ſuccus eſt herbę laſerpitij,in Cyrenaica regione.Paul. in tit.de Penu leg.l.nõ omne. Sed quòd quidã,inquit,negauerũt piper,liguſticũ, careũ, laſer, & cætera eiuſmodi in penu

non

non eſſe, improbatum eſt. Ant. Nebr.

LATA culpa. Vide, Culpa lata. &, Culpa magna.

LATA fuga, ſpecies eſt exilij, cuius meminit Martianus in l. exiliũ. ff. de Interdict. & releg. Qui autem exilio damnabantur, aut certus ijs locus à iudicib. deſtinabatur, quo exularent. In eum locũ quum ueniebant, fiebant eius ciuitatis ciues, & tum demum Romanam ciuitatem amittebant, aut locorum omnium, præter certum quendam, aditus permittebatur. Ammian. Marcell. In corpore inquit, immaculato, lata fuga damnatus eſt. Quod relegationi diuerſum uidetur: quam intelligunt Iureconſulti, cum in inſulam aliquis, uel locum aliũ mittitur ad tempus: ſicut in quinquennium. Vide Vlp. in l. relegatorum. eo. tit. Sp.

LATERANI, dicuntur ſatellites, qui Principis alicuius latus tuẽtur, Trabanten: qui etiam Laterones dicuntur.

LATERANVS, nomen proprium Conſulis Romani. Vnde Lateranenſe Palatium. Item Lateranenſis baſilica S. Ioannis uocata eſt. Quia Lateranenſium familia adeò inſignis Romæ fuit, ut magnæ urbis parti nomẽ dederit. Certè Roman. Pontifex Lateranenſis quandoq; dictus Epiſcopus, Egnatius in M. Ant. Philoſopho. Spieg.

LATERCVLVM. Iuſtinianus in Cõſtit. xvij. cui tit. eſt, ſecundum Holoandrum, Præcepta præſidum. aliàs, de Offic. præſid. Eadem mandata, inquit, in libris Legum transſcribere, & in ſacro Laterculo deponi præcipiat. Sp.

LATERES, ſimpliciter non ſignificant lapides, ut Interpres exponit in l. ſi uenditor hominis. §. firmius. de Action. empt. Nam hi ex terra albida, & cretoſa fiebãt, ſiue etiam rubrica, aut maſculo ſabulone. Vide poſt Vitruuium libr. ij. cap. iij. quod eſt de lateribus, Budæum in l. ſi fratres. Pro ſocio. Sp.

LATINE loqui, nihil aliud eſt, quàm uti lingua Latia & Romana. Nam, Cicero inquit, non tam præclarum eſt ſcire latinè, quàm turpe neſcire: neq; tam id mihi Oratoris boni, quàm ciuis Romani proprium uidetur. Interdum tamen latinè loqui, ſumitur pro eleganti ſermone uti. Olim Latina ſuis finibus, exiguis ſanè continebatur, Græca autem in omnibus ferè gentibus legebãtur. ut teſtatur Cic. pro Archia. Vt autem linguæ latinæ honos per omnes gẽtes diffunderetur, Romani magiſtratus Græcis nunquam niſi latinè reſpõſa dabant, eosq; per Interpretem loqui cogebant, non Romæ tantum, ſed etiã in Græcia, & in Aſia. ut eſt apud Val. Max. lib. ij. de Inſtit. antiq. Vide poſt Alc. in dictione, Sermo Latinus, lib. j. Prętermiſs. Catanæum Comment. primo in Plinian. Epiſt. ut cognoſcas (ſi fortè requiris) an aliud ſit latinè loqui, aliud Grammaticè. Sp.

LATINI, dicti ſunt quidam populi, qui à Romanis ſuis legibus relicti, liberi quę erant: ſed iura ciuitatis Romanæ non habebant: adeò, ut ſi qui Romani in colonias Latinas mitterẽtur, ius ciuitatis Romanæ amittebant, & Latinam ciuitatem adipiſcerentur. Quod Cic. in Orat. pro Domo ſua ad Pontif. oſtendit: quòd latinitatis ius, inferius quidem ciuitate Romana, ſed tamen ignominioſum non erat. Ex Parergis Alciati. Sp.

LATINI, & Dedititij libertini, de quib. Politianus in Miſcellaneis, à Iuſtiniano ſublati ſunt, reducente omnia ad priſtinam, eandemq; ſimplicem urbis Romæ libertatem. ut patet in §. Libertinorũ autem ſtatus. Inſtit. de Libertin. Sp.

LATINITAS, pro latino ſermone: cuius cõtemptores arguit Bud. in prior. Annotat. Sed & noſter Zaſius locis nõ paucis, euidenter planum fecit. quanto exponatur periculo, quiſquis iura ciuilia, nudus rei latinè, profiteri pergat. Sp.

LATINITATIS ius, erat ius petẽdi magiſtratus, & eadem quæ Itali antè habuerant. autor eſt Aſconius Pedianus. Spieg.

LATITARE dicuntur, ait Budęus, qui ad iudicium uocati, fruſtrantur, & ludificantur. Vide l. iij. de Iudic. & l. fulcimus. ff. Ex quib. cauſ. maior. & infrà, Tyranni uocabulum. Sp.

LATITATIO turpis, occultatio ſui. l. fulcimus. §. quid ſit autem. Quib. ex cauſ. in poſſeſs. eatur. quæ definitio Ciceronis eſt. Spieg.

LATOR, pro tabellario reperitur apud Sueton. in Caligula, Budæo indicante. Dicuntur et Latores, quos uulgus minores procuratores appellat in iudicijs Prouincialibus, & Conſiſtorijs Epiſcoporũ.

Horum

Horum officiũ Zaſius indicat in §. Quadrupli. Inſtit. ut, de Action. Sp.

LATOR Legis, qui & legiſlator uno uerbo dicitur: qui legem tulit, hoc eſt, promulgauit, uel inſtituit. Lator pro tabellario, notum. Sp.

LATRO, obſeſſor uiarum, hoc eſt, qui per uim furatur (Straſſenräuber) impune occidi poteſt. Sic Iſauros latrocinijs infames, Arcad. & Hon. Impp. nulla Feriarum ratione habita, permiſerunt duci ad ſupplicium, etiam uenerandis Paſcatis feſtis. l. prouinciarum. C. de Ferijs. Spieg.

LATRVNCVLATOR, inquit Vlpian. de Re pecuniaria, iudicare non poteſt. in l. ſolemus. de Iud. Igitur rerum capitalium iudex, ſiue quæſtor accipitur. Interpretes iudicem maleficiorũ uocant. Imaginẽ hodiè eius referre uidetur, qui à militibus noſtris, Prouoſʒ, parũ uoce Gallica deflexa, Pręuoſt, appellatur. Quamuis magis placet Alciat. dici præfectum apparitorum, & militum, qui latrones conquirunt, Schergenmeyſter. Sp.

LATRVNCVLVS. Vide Vlp. in l. hoſtes. ff. de Capt. & l. ſi pater. §. ſi quis. ff. de Donat. In numero multitudinis ſignificat etiã, quod uulgus Schach uocat. Senec. Latrunculis ludimus. Sp.

LATVMIAE, uel Latomię, quarum Iuriſconſ. meminit in l. ſuccurritur. ff. Ex quibus cauſ. maior. generali uocabulo ſunt loca ea, unde lapides in uſum noſtrum exciſi ſunt. Lapidicinas latinè uulgo appellant. Cenſet Budeus, melius appellari Lapicidinas, quo nomine Plautum uſum fuiſſe dicit. A' latomijs latomi appellati ſunt, non qui parietes & domos lapidibus ædificant, ſed qui in lapicidinis lapides excindũt. Accurſius loca latentia ridicule intelligit latumiarum uocabulo l. j. ff. de Aleatorib. Sp.

LATVRVM nomẽ meũ. Vlp. in fin. l. hoc iure utimur. de Donat. Deniq; Pegaſus putabat, inquit, ſi tibi centũ ſpopondero hac conditione, ſi iuraſſes, te nomen meum laturum, non eſſe donationẽ. Sp.

LATVSCLAVVS, Senatorij ordinis inſigne erat: & calceus lunatus, qui tum cõmunis etiam nobilitati fuiſſe putatur. Aliàs Laticlauium dictum. Budæus in l. ult. de Senat. Vocatur & alio nomine Clauus. Vide, Clauus.

LATVS digitus, eſt minima menſurarum: à qua natum prouerbiũ, Latum unguẽ diſcedere. Vide Eraſm. hoc ipſum Adagium explicantem Cent. v. Decad. j. Sp.

LAVACRVM, ſtubam, ſiue ſtupham interpretantur, in l. iudices. C. de Epiſcop. aud. Siquidem à nobis alienis ita locus appellatur, in quo quis lauari commodè poteſt. Spieg.

LAVDARE, antiquo uerbo iuris, citare ſignificat, & nominatim prodere. Pomponius in l. tenetur de Action. empt. Si tibi, inquit, iter uendidero, ita demum autorem me laudare poteris, ſi tuus fuerit fundus, cui acquirere ſeruitutem uolueris. Vide Budęum in Annot. prior. Alciat. quoq; in Parergis ſcribit, quod nominatim approbare, in iure ſignificat: & ſimul adnotat, ab hoc uerbo Commentatores dixiſſe Laudum, pro arbitri ſentẽtia: cuius ſubſtantiuæ uocis exemplum apud latinos nullum eſt. Sp.

LAVDARE autoritatem, eſt in iudicio dicere titulum ſuæ poſſeſsionis: & eſt antiquus ſermo Iuriſcoss. Cum autem Pontifices ſummi, poteſtatem ſuam tuentur, aiunt ſe ſucceſſores eſſe D. Petri: huius tituli autoritate, ut Bud. ait, uim armorũ propulſantes.

LAVDARE cum exceptione, id eſt, non integrè.

LAVDATIONIS uocabulo, Cicero pro oratione funebri uſus eſt. Itali, qui & barbarè norũt loqui, uulgo dicũt, orare pro funere. Cætera apud Rhenanum in Annot. ad Liuium lib. ij. Decad. j. Sp.

LAVDATOR huius propoſiti. Non oportet laudando augere maliciam, apud Vlpianum in l. j. §. ſed utrum. ff. de Ser. corr. Spieg.

LAVDE dignum dicere, eſt non uerba illi benigna hominum, ſed iudicia hominum promittere. Vide Senecam Epiſt. ciij. Spieg.

LAVDIMIVM, quidam accipiunt præmium illud, nẽpe quinquageſimã, quod præſtatur iuxta ſanctionem Iuſtinian. in l. iij. C. de Iur. emph. pro renouatione emphyteutica. A' uerbo Laudo, deducentes: cum Latinius eſſet Laudatiuum, ſicut Donatiuum. Sp.

LAVDOMINIVM, de hoc fieri mentionẽ in l. diuortio. §. quod in anno. ff. Sol. Matrimõ. Zaſius monuit, qui neſcire ſe

ingenuè fatetur, an habeatur alibi text. Nominatur autē Laudominiū id quod datur ſupra penſionem certo annorum curriculo: & prærogatiua, quę fit à colono certo tempore domino. uulgo **Erſchatz**. Et tale Laudominium computatur etiam in fructu, ut pulchrè declarat ipſe Zaſius iam citato loco. Sp.

LAVDVM, pro arbitrorum definitione, barbara uox eſt, & inepta, ut paulo ſuprà admonuimus. qui cum ius cognoſcendi habeant, propriè dici poteſt eos pronunciaſſe, uel ſtatuiſſe: quod & in arbitratoribus Alciatus admittendum putat. Tametſi negent Doctores, in l. j. de Re iud. ſententiam propriè dici, quod ab arbitro pronunciatum eſt: quod tamen ipſi Alciato non fit uériſimile, cum id quod unuſquiſq; etiam priuatus ſentit, Latinè & elegāter, Sententia dicatur: nec aliter ſoleāt Iuriſcoss. arbitrorum definitiones quàm ſententias appellare. l. litigatores. l. qualem. de Arb. Adde quæ idem adnotauit cap. xlv. lib. j. Parerg. Sp.

LAVS Alberici Roſati Bergomenſis ſuo æuo Iuriſconſultiſsimi. Vide infrà, Opinioni communi.

LAVTIA, lautiorum: lautia etiam fœmininè, munera dicebātur, quæ Romani per quæſtores legatis exterarum nationum mittebant. Itaque Lautiæ appellatione, teſte Budæo, continetur ea pecunia, quę in legationes ſuſcipiēdas quouis modo conſumitur. Sp.

LAVTICA, dicuntur quęcunque ad lauticiam atq; elegātiam cultus & menſæ pertinent. Iurecons. de Auro & arg. leg. l. argument. Mundo, inquit, muliebri continentur lautica, acus, reticula, & huiuſmodi. Nebriſs. Lautica uocem, ni fallor, nihili, Nebriſs. interpretatur: pro ea reponendum eſt uocabulum Calentica, ut habet editio Norimberg. cuius non tantū hîc, ſed & alibi meminit Vlpian. Erat autem tegmen muliebre capitis, ut Bayſius ex Cicerone docet. Sp.

LAVTIORES ſerui, id eſt, elegātiores. Lautus propriè dicitur diues & nitidus, non in ueſte modò, ſed in uictu quoq; delicato. Hinc apud Vlp. intelligimus lautius, pro magnificentius, ſplēdidius. in l. ſed & ſi lege. ff. de Petit. hæred. Si quis, inquit, re ſua lautius uſus ſit, contemplatione delatæ ſibi hæreditatis.

LAXAMENTVM, ſiue Laxitas, quies dicitur ſiue ceſſatio à labore. Neratius, de Vacat. & excuſat. mun. l. tempus. Cum laxamento quodam, inquit, itineris. Nebriſs. Laxamentum etiam uocat Lex inducias duûm menſium, qui dantur tutoribus. ad pecuniam collocādam. Aut. ut ij, qui oblig. hab. perhib. res min. §. quoniam autem uidemus. Sp.

LAXARE, & Adſtringere, contraria.

LAXITAS, eſt naturalis libertas animantum. Inſtit. de Rer. diuiſ. §. planè. Alber.

LAXIVS tempus, pro longius, apud Proculum in l. cum ſtipulatus ſim. de Verb. oblig. Cum ipſe arbitro meo alium diē operi faciundo laxiorem dederim: id eſt, cum diem protulerim. Sp.

L E

LECTICA, cathedra, & ſedes, qua ferebantur diuites & potentes, in qua puluinar & lectulus ſtratus erat. Græce, ἑξάφορον, quòd à ſex ſeruis portaretur. Hodie à nobis dicitur, **ein Senfft**, qua ualetudinarij non quidem ab hominib. ſed binis equis commodius uehūtur. Paul. de Seruit ruſt. præd. l. qui ſella, inquit, aut lectica uehitur, ire, non agere dicitur. Accurſius. Sella, id eſt, equolectica, id eſt, curru, interpretatur. Quod utrunq;, ut oſtēdit Nebr. falſum eſt. Spieg.

LECTICARIA. Vide, Mulierculari us.

LECTICARIVS, qui lecticam humero fert. de Leg. j. l. ſi ex toto. Si ita, inquit, legatū ſit, Lecticarios octo. Item Vlp. de Leg. iij. l. item. legato continentur mancipia: puta lecticarij, qui ſolam matremfamilias portabant. Roman. Pont. uſum lecticæ etiamnum ſeruat: quem ei Conſtantinus magnus, & cęteri qui hunc inſecuti ſunt Imperatores, conceſſerant. Et quemadmodum olim Romani ad geſtandum Germanis utebantur, quod clarè conſtat ex Tertulliano, in de Ad uxorem, nimirū ob ſtaturæ proceritatem, ut ibidem Rhenanus annotauit, ſuper uerbo, Nec Germanicos baiulos. Ita hodiè Pontificij corporis geſtatores ſunt Germani. Dicuntur item Lecticarij, qui lecticas in quibus per urbem magnates circumferebantur, fabricabant, teſte Alc. C. de Excuſat. artif. lib. x. Sp.

LECTISSIMI, pro egregijs & eximijs uſurpātur à Cicerone. Quod nomen dicit ſæpius, quā Electiſsimū. Vide orationes pro Cœlio,

pro Cœlio, & pro M. Fonteio. Sp.

LECTO teneri, pro, morbo uexari.

LECTVM, neutro genere protulit Vlp. in §. fin. l. librorum. de Leg. iij. Vt lectum inquit, legatum continet & fulcra. Bartolo autem Lectus, ſuper quo quieſcimus (quem Cubicularē uocat Cicero, ad differentiam triclinaris lecti, ſuper quo ſedebant antiqui ad menſam) continetur appellatione alimētorum in l. legatis. ff. de Alim. & cib. legat. Nec uenit in hypotheca bonorum generali l. j. C. Quæ res pign. oblig. poſſunt. Sp.

LECTVLVS. Cicero inuectiua quarta diſtinguere uidetur lectulum & cubile: ut lectulus ſit interior & charior quàm cubile. Virgil. Georgic. primo Cubilia talpæ, & corui cubilia dicit, ut ne putes, monente Fran. Syluio hominum tantum dici Cubilia. Sp.

LEGALIS ſcientia, eſt res ſanctiſsima. Vide Vlp. l. j. §. ꝑinde. de Extraord. cognit.

LEGANDI uerbum, licet olim latæ ſignificationis fuerit, tamen hodie ad ſolas donationes poſt mortem ab hærede præſtandas refertur. Vigl. in tit. Inſtit. de Teſtamen. ord. Vide infrà, Verba quibus Subſtitutiones. Sp.

LEGARE, idem eſt quod decernere, & mādare: unde & delegare dicimus. In teſtamentis tamen, in quibus uerba ſecundum teſtatorum conſuetudinem accipiuntur, uerbum legandi obliquum eſt. Vide Alciat. in l. uerbis legis. de Verborum ſignificat. Sp.

LEGARE à filio. Lege, A' filio legare.

LEGATARII à parte. Quære, Suggeſtum eſt.

LEGATIO. Ea aut publica erat, aut uotiua, aut libera. publica mandabatur publico nomine. uotiua & libera priuatim impetrabantur aut uoti ſoluendi cauſa, aut alio priuato nomine. Legationem ueteres ut rem ſacram habuerunt, cui deum Mercuriū præfecerunt: ideoꝗ Legatos uiolare, impium habebatur. Verùm legationes liberæ olim dicebantur, quę ornamenti tantùm cauſa ab ſenatu impetrabantur: quemadmodum honorarij magiſtratus, à principibus, honeſtamēti cauſa conceduntur, tituloꝗ tenus obeuntur & gerūtur. Hę autē ab ijs ſenatoribus impetrabant̄, quib. negocia futura erant in prouincijs, ut qui hæreditates perſequi, aut legata, aut qui nomina exigere uolebant in prouincijs, legatorum perſonis acceptis, cōmendabiliores cōtrouerſias haberent, atꝗ fauorabiliores. Vlpian. de Leg. Qui libera, inquit, legatione abeſt, non uidetur Reipub. cauſa abeſſe. Sp.

LEGATIVVM, perſonale munus eſt. Vlpian. in l. munerum. de. Mun. & hon. Legati quoꝗ qui ad ſacrariū Principis mittuntur, quia uiaticum (quod Legatiuum dicitur) interdum ſolent accipere. Idem in l. ij. de Legationib. His qui nō gratuitam legationem ſuſceperunt, legatiuū ex forma reſtituitur. Sp.

LEGATOR eſt, qui aliquid legat. Legatarius, cui ex teſtamēto aliquid legatur. Legatum, ipſa donatio, teſtamento relicta. Iuſtinian. lib. ij. Inſtit. Sed ſi rem, ait, legatarij quis ei legauerit, inutile eſt legatum. Sp.

LEGATA lectione ſerui, ſemel duntaxat optare poſſumus, Paulus ait l. v. ff. de Legat. j. Spieg.

LEGATIS ſeruis exceptis negotiatoribus. Labeo ſcripſit, eos legato exceptos uideri, qui prępoſiti eſſent negocij exercendi cauſa: ueluti qui ad emendum, locandum, conducēdum prępoſiti eſſent: cubicularios autem, uel obſonatores, uel eos qui piſcationib. præpoſiti eſſent: nō uideri negociationis appellatione contineri. & puto, Martianus ait, ueram eſſe Labeonis ſententiam. Sp.

LEGATVM, eſt quędam donatio à defuncto, teſtamento relicta, ab hærede præſtanda: ut, do, lego: uel, hæres meus damnas eſto dare ditionem talem: aut alijs uerbis. §. j. Inſtit. de Legat. l. legatum. de Legat. ij. Alibi definitur plenius: Legatum, eſt delibatio hæreditatis, qua teſtator ex eo, quod uniuerſum hæredis foret, alicui quid collatum uelit. l. legatum. de Leg. j. Sp.

LEGATVM in aliena uoluntate poni poteſt, in hæredis non poteſt, Paul. in l. Senatus. de Legat. j. Sp.

LEGATVM annuum, quod in ſingulos annos, hoc eſt omni anno debetur. l. legatum. §. uini. ff. de Ann. leg. Paulo teſte, Sabinus eiuſmodi Legatū, plura legata eſſe ait: & primi anni purū, ſequentiū cōditionale. Videri enim hanc ineſſe conditionē, ſi uiuat. & ideo mortuo eo, ad hærede legatū non trāſire l. iiij. de An. leg. Sp.

LEGATVM annuum relictum ſine adiectione ſumma. Vide Vlpianũ de Ann. legat.l.ſi cui.

LEGATVM relictum, in ſingulos annos ſimile eſt uſuifructui, cũ morte finiatur, Caius autor.ff.de Ann.legat.

LEGATVM caducum uariè dicitur. Primò ſi defuncto ſit relictum, quem tamẽ teſtator in uiuis eſſe credebat: aut ei, qui priuſquam teſtator deceſſerit. Secundò, quando res quę relicta eſt atq; legata, nõ inuenitur. Tertiò, ſi graues inimicitię inter utrumq; oboriãtur. Quartò, ſi legatarius legatum reſpuat. Quintò, ſi conditio ſub qua ſit relictum, deſit. Cur Iuuenalis dixerit, Dulce legatũ, ſuprà indicatum eſt in dictione, Caduca hæreditas.

LEGATVM per damnationem, huiuſmodi fiebat uerbis: Hæres meus illi dato: aut, Illi ab hærede dari iubeo: aut, Hęres damnas eſto dare. Hiuſmodi autem legatum ueteres Iuriſcoſs. indebitè ſolutũ, repeti nolebant, quod Iuſtinian. ſuſtulit. Id duntaxat legatum, non debitum ſolutũ repeti uetans, quod religionis & pietatis intuitu, ſacroſanctis Eccleſijs, uenerabilibus'ue locis ſit expenſum: quod tamen ſummo iure magis, quàm iure cõſtituiſſe uidetur. Spieg.

LEGATVM inutile in ſex caſibus locum obtinet. Primò, cum deficit legatum ex perſona legãtis. puta, ſi eſt ſeruus. Secundò, propter rem quæ legatur. qualis eſt ſacra, uel ædibus iuncta. Tertiò, ob perſonam cui legatur, præſertim ſi proprius eſt ſeruus. Quartò, quando uterque & qui legat, & cui legatur, inhabilis cognoſcit. Quintò, inutile eſt legatũ in re propria eius cui relinquitur, cum æſtmatio rei potuiſſet legari. Sextò, ſi cui legatur, qui eius minus eſt capax. cuiuſmodi eſt deportatus, pœnę ſeruus, & id genus homines, quibus neq; teſtamenti actio relicta eſt. Sp.

LEGATVM pium, quod religioni, bonis literis, & paupertati relinquitur.

LEGATVM præceptionis, non niſi uni ex hæredibus dari poteſt, ut aliquid ex hæreditate præcipuum habeat: quod ſi coniunctim multis, aut diſiunctim ſingulis relinquatur, omnibus una tantum res quæ nominata eſt, ſicut & in legato uendicationis, debetur. l. ſi pluribus. de Leg. j. non uni res, et alij ęſtimatio. Lege cap. j. libro iij. Parerg. Alciat. Spieg.

LEGATVM præſens, id eſt, purum, Conditionali opponitur. l. j. ff. de Condit. & demonſtr. Sp.

LEGATVM per ſinendi modum, ſic legabatur: Hæres meus, rem illam Titio permitte ſumere. In quo legato hæres rem tradere non tenetur, ſed uendicanti legatario non permittitur prohibere. Sp.

LEGATVM per uendicationem dicebatur, quod legatarius poſt mortem teſtatoris, non etiam ſpectato hærede, ſtatim ſibi, aut præſumebat, aut defunctus ad heredem eius tranſmittebat: & his fiebat uerbis: Stichum ſeruũ tibi do, lego, uel illam rem tibi præſume, habe, uendica. Nec in eo traditio hæredis expectanda eſt, ſed ipſe legatarius poſſeſsionẽ accipit: quã in rem miſsionẽ (ut ait Alciatus) uidetur Iuſtin. appellaſſe. l. j. in prin. C. Com. de Leg. Sp.

EXEMPLA ALIQVOT LEGATORUM *iuxta Alphabeti ſeriem collecta. Lector prudens rem ipſam expendat.*

Ad quemcunq; ex teſtamento meo, uel ab inteſtato. uel ita: Ad quęcunq; quoquo iure bona mea perueniunt. Hæc uerba quid uelint, Mætianus de Legat. iij. l. ſi ita fuerit, oſtendit.

Aelię Dorcadi matri meę dari uolo, quoad uiuet, uſumfructũ bonorum meorũ, ita ut poſt obitum eius ad liberos meos, aut ad eum, qui ex his uiuet, pertineat. Vide l. generali. ff. de Vſu & uſufruct. Sp.

Agri plagã, quæ eſt in regione illa, Meuijs Publio & Caio tranſcribi uolo, precio facto uiri boni arbitratu & hæreditati illato, duplę euictiõe expromiſſa à reliquis hæredibus, ita ut ſub pœna centum promittant eam agri plagam, partẽ'ue eius ad Seiam poſteros'ue eius non peruenturam quaquam ratione. Vide Scæuolam in l. uxorem. de Leg. iij. Sp.

Amplius, quàm Titio legaui, hæres meus Seio decem dato. Africanus in l. ſi ſeruus legatus. §. ſi ita ſcriptum. de Legat. j.

A' quibus (ſcilicet libertis) præſtari uolo heredi ex reditu eius fundi decẽ per annos ſingulos uſq; ad annos trigintaquinque à die mortis meæ. Scæuola reſpondet in l. codicillis. de Ann. legat.

A' te peto Sei, ut ab annis duodecim ætatis ad ſtudia liberalia fratris tui inferas matri eius tot annua, uſque ad annos quatuordecim,

decim. eo amplius tributa fratris tui pro cenſu eius dependas, donec bona reſtituas, & ad te reditus prædiorum illorum pertineant, quoad perueniat frater tuus ad annos quatuordecim. Scæuola explicat ad fin.l. liberto ſuo. ff. de Ann.legat. Spieg.

A' te Petroni peto, uti ea duo milia ſolidorum reddas collegio cuiuſdam templi. Vide Scæuolam in l. pater filium.§. Tuſculanus. de Legat.iij.

A' te peto, tuęq; fidei cōmitto, ut quidquid ex hæreditate mea ad te peruenerit, reſtituas filio tuo, retētis tibi hortis meis. Declaratur per Scæuolā de Legat. iij.l. poſt emancipationem.Sp.

A' te autem fili chariſsime, quæcunq; legaui, præſtari uolo. Et ſi quid euenerit æris alieni, quod in tēpus pro mutuo acceperā, & debuero, à te ſolui uolo: ut quod ſorori tuæ reliqui, integrū ad eam pertineat. Ad hoc thematium reſpondet Scæuola in fin.§.l.nomen. de Legat.iij. Sp.

A' te hæres peto, quicquid ad te peruenit, ut tantum ei des. Idem exponit, eod. tit. ad fin.l. Meuio fundi.Sp.

A' te peto marite, ſi quid liberorum habueris, illis prædia relinquas: uel ſibi non habueris, tuis, ſiue meis propinquis, aut etiam noſtris libertis. Hiſce uerbis non eſſe datam electionem, ſed ordine ſcipturæ factam ſubſtitutionē, Papinianus reſpondit in fin.l. cum pater filios. ff. de Legat.ij.Sp.

A' te Meui ex reditu fundi Speratiani præſtari uolo Arrio, Pamphilo, & Arrio Sticho, die mortis meæ annuos ſexcentos quotannis, quoad uiuent. Adi Scæuolam de Ann.legat.l. Titia hærede.Sp.

A' te autem Mæuia filia chariſsima peto, ut Stichum ſeruum tuum manumittas, cū in miniſterium tuum tot capita ſeruorū tibi his codicillis legauero. Vide Modeſtinum in l. Titia cum teſtamento. de Legat.ij.Spieg.

Et à te Seia peto, ut quicquid ad te ex hæreditate mea peruenerit: exceptis his, quæ tibi ſuprà legaui, reliquum omne reddas & reſtituas Meuię infanti dulciſſimæ. A' qua Seia ſatis exigi ueto, cum ſciam, etiam potius rem auctură, quàm detrimento futuram. Vide Scęuolam in l. uxorem.§.fin. de Legat.iij.Sp.

A' te autem Sei peto, ut cum ad annum uiceſimumquintū perueneris, militiam ei compares: ſi tamen te antè non reliquerit.l. libertis. ff. de Alim.legat.

A' te peto Cai Sei, quidquid ex hæreditate mea redegeris, illis meis alumnis des, & cætera, quæ ſequuntur uerba, Papinianus exponit in l. alio hærede. ff. Aliment.legat.Spieg.

A' te peto uxor, uti ex uſufructu, quē tibi præſtari uolo in annum uiceſimum quintum, contenta ſis annuis quadringentis. Quod amplius fuerit, rationibus hæredis, hæredum'ue meorum inferatur. Vide Scæuolam in l. generali. ff. de Vſu & uſufr.Sp.

A' te uxor chariſsima peto, ne quid poſt mortem tuam, fratribus tuis relinquas. Habes filios ſororum tuarum, quibus relinquas. Scis unum fratrem tuum, filium ueſtrum occidiſſe, dum ei rapinam fecit: ſed & alius deteriora mihi fecit. Exponitū à Scæuola de Leg.ij.in fin.l.pen. §.matre.Sp.

A' uobis quoque cæteri hæredes peto, ut uxori meæ præſtetis, quoad uiuet, annuos decem aureos. uxor ſuperuixit marito quinquennio, & quatuor menſibus, &c. Modeſtinus reſpondit, integri ſexti anni legatum deberi, l. v. de Ann. legat.Spieg.

A' uobis peto, ut quicquid uobis legaui, eo cōtēti ſitis uiuētes: ut poſt uos filijs meis reſtituatis. Scęuola mentē aperit huius fideicōmiſsi in fin.l.ult.§.pen.de Legat.ij.

Attiæ, donec nubat, hæres meus quinquaginta dare damnas eſto: neq; adſcriptū eſt, In annos ſingulos, nihilominus id legatum in annos ſingulos deberi, Iabolenus autor eſt.Sp.

Auibus legatis, anſeres, phaſiani, & gallinę, & auiaria debentur: phaſianarij autē, & paſtores anſerum non continentur, niſi id teſtator expreſſerit. Vt Paul de Legat.iij.tradit.Sp.

Balneas legatę domus eſſe portionē, ſi per domū intrinſecus adibantur. Vide Paul. in l. prædijs.de Leg.iij.Sp.

Caius Seius pronepos meus hæres mihi eſto ex ſemiſſe bonorum meorum, excepta domo mea & paterna, in quibus habito, cum omnibus, quæ ibi ſunt. Quæ omnia ſcias ad portionem hæreditatis, quam tibi dedit, nō pertinere. Vide Paulum de Legat. ij.l. Caius Seius.Sp.

Caio Seio illud et illud hæres meus dato: et te Sei rogo, fideiq; tuę mando, uti ea omnia, quæ ſcripta ſunt, reddas ſine ulla mora, & reddas ipſe. Habes ſententiã Marcelli in l. Lucius Titius cum duos. de Legat. j. Spieg.

Centum, quæ in arca habeo, aut, Quæ ille apud me depoſuit. Vlpianus ait, ſi nulla ſint, nihil deberi conſtat l. j. ff. de Dot. releg. Spieg

Ciuib. meis do lego chirographũ Caij Seij.

Conſtitui, dariq; uolo Callimacho mercedis loco decem millia denariûm. Vide Scęuolam in §. pen. l. cum quis decedẽs. de Legat. iij. Sp.

Corpus meum uxori meę uolo tradi ſepeliẽdũ in fundo illo, & monumentũ extrui uſq; ad quadringentos aureos. Scæuola ad propoſitionem reſpondet in l. Titius hæredes. de Legat. iij. Sp.

Cui bis legauero, ſemel deberi uolo. Quomodo intelligendum ſit, Hermogenian. docet l. ſi quis. in principio. de Leg. iij.

Cum his quę ibi erunt, Pomponius hęc uerba in legatorũ exemplis declarat l. ſi fundus. de Legat. ij. Sp.

Cum is in tutelam ſuã peruenerit. Item in ſuam tutelam, & in ſuam poteſtatẽ. Item cum ſui iuris fuerit factus. Item, cum ad pubertatem peruenerit. Item & ſi cum ſuæ ætatis fuerit factus, uel legitimæ ætatis. Cum iuſtæ ætatis factus, uel cum maturæ ætatis ſit, uel cum adoleuerit. uide Vlpian. in l. cum filiofamilias. de Legat. iij. Spieg.

Cum morietur ipſe ſeruus. Vide Africanũ de Legat. j. l. ſi à pluribus hæredibus.

Cum omnibus quæ domi ſunt. Quo ſenſu hæc uerba ueniant accipienda, declarat Iuriſcons. in l. Seius. in princ. cum inibi not. C. de Leg. ij.

Cum pater moreretur. uide Vlpian. hæc exponentem uerba in l. fideicommiſſa. §. ſi filio. de Legat. iij.

Cum uolet. l. uxorẽ. §. Scęuola. de Legat. iij.

Cum uoluerit, ad tempus uitæ extenditur. teſte Vlp. in l. fideicõmiſſa. §. ſic fideicommiſſum. de Leg. iij. Sp.

Dactyliothecam meam, et ſi quos preterea annulos habeo. Vide Vlpian. in l. librorum. §. fin. de Legat. iij. Sp.

Item dare dãnas eſto. Iulianus de Legat. iij. hęc uerba quæ adijci ſolent in repetẽdis legatis exponit iuxta Sabini mẽtem. Sp.

Damnas eſto hęres, Titium ſinere in illa domo habitare, quoad uiuet. Marcello unũ uidetur eſſe legatum. l. damnas. ff. de Vſufructu per leg. dat. Sp.

Decẽ quæ in arca habeo, ita legaui, a uel ſtipulanti promiſi ſecundum Africanum, & legatum & ſtipulatio ualebit. Vide §. qui quinque. l. ſi ſeruus legatus. de Legat. j.

Decem aut quindecim hæres dato, ſecundum Põponium pro eo eſt, ac ſi decem ſola legata ſunt in l. ſi ita relictum. §. fin. ff. de Legat. ij. Sp.

Domina ſanctiſsima, ſcio te de amicis meis curaturam, ne quid his deſit, ueruntamen & Marco dari octingẽta. Scæuola reſpondet in l. Titia hærede. ff. de Ann. legat. Sp.

Domo inſtructa, ſupellectilem legatam, non etiam uina accipimus: quia domus uinis inſtructa, intelligi non poteſt. autor Pomponius, l. ſi ita teſtamento. ff. de Fund. inſtr. Sp.

Domum meã cum horto applicito libertis meis cõcedi uolo. et alio capite: Fortunio liberto meo ex domo mea, quã libertis meis dedi, diętã, in qua habitabã, itẽ cellarium iunctum eidem diætæ ab hærede meo concedi uolo. l. uxorũ de Legat. iij.

Domũ, quęq; mea ibi erunt, cũ moriar. Proculus exponit in l. ſi ita. de Legat. iij. Sp.

Et domus eam partem, in qua morari conſueuimus, Scęuola declarat de Legat. iij. l. uxori ſuæ. in prin. Sp.

Dulciſsimis fratribus meis, auunculis autem tuis, quæcunq; mihi ſuperſunt in Pãphylia, Lycia, uel ubicunq;, de maternis bonis, concedi uolo, ne quam cũ his controuerſiã habeas. Senſum indicat horũ uerborum Iuriſcõſ. in l. cum pater filios. §. dulciſsimis. de Legat. ij. Sp.

Eisq; mancipijs, quæ ſuprà legaui, cibarij nomine ab hæredib. meis præſtari uolo, quæ me uiuo accipiebant. explicat hoc thema Scęuola in l. à filio. §. teſtator. ff. de Aliment. legat. Sp.

Equis legatis, & equę continentur, Martianus de Legat. iij.

Ex illo dolio amphoras decem, & ſi non decem, ſed pauciores inueniri poſſunt: nõ extinguitur legatum, ſed hoc tãtum modo accipit, quod inuenitur, ait Paul. in l. ſi quis ſeruum. de Legat. ij. Sp.

Et peracto quinquennio, cum eius uſusfructus eſſe

ctus eſſe deſierit, tunc eum fundum illi & illi libertis dari uolo.l.uxori uſumfructum.ff.de Vſu & uſufr.Sp.

Felici, quem liberum eſſe iuſsi, uſumfructũ fundi Veſtigiani lego: cuius proprietatem puto te Felicem conſecuturũ, ſi non contenderis cum hærede meo, ſed potius concordaueris. Sed & tu heres omnia fac, ut amici ſitis. Hoc enim uobis expediet. Vide l.generali.ff. de Vſu & uſufr. Spieg.

Fidei hæredum meorum committo, uti ſinant eũ habere domus meas, in quibus habito, nullo omnino excepto, cũ omni inſtrumento, & repoſitis omnib. Paulo his uerbis nõ uidet teſtatorẽ de pecunia numerata, aut inſtrumẽtis debitorũ ſenſiſſe.l.ſi mihi Mæuia.ff.de Legat.iij.Sp.

Fidei hæredum meorũ cõmitto, ne fundũ Tuſculanũ alienẽt, et ne de familia nominis mei exeat. Vide Papinianũ in l.cũ pater filio.de Legat.ij.ibidẽ & quę ſequuntur uerba per eundẽ exponunt, nẽpe Fidei tuę cõmitto uxor, ut des, reſtituas, filiæ meę, cũ morieris, quidquid ad te quoquo nomine de bonis meis puenerit.Sp.

Fidei tuæ cõmitto filia, ut cui in familia nubas, & quotieſcũq; nubes, patieris te dote tua, quam dabis, partẽ dimidiã ſtipulari fratrẽ tuũ: & Seiã matrẽ tuã, pro partibus dimidijs dari ſibi, ſi in matrimonio eius, cui nubes, ſiue diuortio facto, priusq; dos tua reddatᷣ, eo'ue nomine ſatiſfactum erit, morieris nullo filio filia'ue ex eo relicto. Vide Scæuolã in l.uxorẽ. §.teſtamento.ij.de Legat.iij.Sp.

Fdei tuæ committo Sempronia ſoror, uti legata, quæ alumnis meis reliqui, ex medio recipias, & apud te habeas, quoad eos commendatos habes.l. codicillis.ff. de Ann.legat.Sp.

Fidei autẽ ueſtræ Vere & Sapide cõmitto, ne eum fundũ uẽdatis: eumq;, qui ex uobis ultimus deceſſerit, cũ morietur, reſtituat Symphono liberto meo & ſucceſſori et Beryllo et Sapido, quos infrà manumiſi, qui ue ex his tũc ſuperuiuẽt. Explicantur hęc à Paulo de Legat.ij.in l.Titia Seio.§.Seia.Sp.

Fili cõtentus eris pro tuo ſemiſſe ducentis aureis, & uos filiæ ꝑ ueſtris quadrantib. centenis aureis. Quid hęc ſibi uelint, declarat Papin.paulo ſupra finem bene lõgè.l.cum pater filios.ff.de Legat.ij.Sp.

Filij filiæq; meę ibi ſunto, ubi eos mater ſua eſſe uolet: eiſq; hæres meus in annos ſingulos, in'que pueros puellaſq; ſingulas, damnas eſto dare cibarij nomine aureos decem. Vide Pomponium in l.Quintus Mutius.ff.de Ann.legat.Sp.

Filijs maribus domum meam inſtructã, do lego, dariq; iubeo. Vide §.ſed & ipſe Papinianus.l.quæſitum.ff.de Fund.inſtr.

Filia mea Criſpina, quam cupiebam collocare nuptum, cuicunq; amici cognatiq; mei adprobaſſent, ut rectè collocetur, prouidebit Pollianus, cum is mentem meam cognitam habeat de æqualibus portionibus in dotem dandis, quibus & ſororem eius collocaui. Speciem horum uerborum, quæ Græcè referuntur in l. Theopompus.ff.de Dot.releg.Scæuola explanat, ibidẽ latinè uertit, ut citata ſunt per Dn.Holoandrum.Sp.

Filia mea pręcipiat, ſibiq; habeat uolo rem matris ſuæ. Papinianus explicat in l.cum pater filio.§.filia.de Legat.ij.

Filiæ, Pomponius de Legat.ij.l. ſi ita ſcriptum ſit, filiabus meis cẽtum aureos do. An, inquit, & maſculini generis & fœminini liberis legatum uideatur? nam ſi ita ſcriptum eſſet, Filijs meis hoſce tutores do: reſponſum eſſet, etiam filiabus tutores datos eſſe: quod non eſt ex contrario accipiendum, ut filiarum nomine etiam maſculi cõtineantur. exemplo enim peſſimum eſt, fœminino uocabulo etiã maſculos contineri.

Fornacator. Paul.de Fun. inſtruc. Inſtrumẽto, inquit, balneario legato, etiã balneatorem contineri, Neratius reſpõdit. continetur autem & fornacator. Eſt autem idem qui fornacarius. Spieg.

Fundum in Appia cum uillico ſuo & contubernali eius & filijs dari uolo.l.uxorẽ. §.concubinæ.de Legat.iij.

Fundum meum illi do. Iabolenus qui fundum, ait, mandatu meo in ſocietatẽ mihi & ſibi emerat: deinde eũ finibus diuiſerat, & prius quàm mihi traderet, ita eũ tibi legauerat. Feudũ meũ illi do, negaui amplius parte illi deberi. Rationẽ apud eũ leges, l.qui concubinã.de Leg.iij.Sp.

Fundũ Cornelianũ de nomine meo exire ueto.l.pater filiũ.§.duobus.de Legat.iij.

Fundum Trebatianum, qui eſt in regione Arelatia: item fundum Satrianũ, qui eſt in regione Nyphana, cum taberna dari

uolo. Scęuola in l. patronus. §. libertis. de Legat. iij. Spieg.

Fundi Trebatiani reditus uxori meę, quoad uiuet, dari uolo. Vide Scæuolam, ff. de Vſu & uſufr.

Is enim fundus propter illam ad me peruenit. Vide Vlpianũ in l. j. §. ſi quis uxori. ff. de Dot. releg. Sp.

Hęres, cum morietur, Lucio Titio dato decem. Paulus explicat l. ſi pecunia. de Legat. ij. Spieg.

Hęres meus aureos centum Licinio dãnas eſto, neq; adſcripſiſſet dare: deberi ei legatum conſtat. Alfenus.

Hæres dare damnas eſto, ſi in Capitoliũ nõ aſcenderit: utile legatũ eſt, quãuis in poteſtate eius ſit, aſcendere uel nõ aſcẽdere, ut Paulus dicit in l. iij. de Legat. ij. Sp.

Hæres meus damnas eſto Lucio Titio, Stichum ſeruum meum reddere. uel ita, Illũ ſeruum meum illi reddito. Caſcellius, Iaboleno teſte, ait deberi. neque id Labeo improbat: quia qui reddere iubetur, ſimul & dare iubet. l. hæres meus. in prin. de Legat. iij. Sp.

Hęres meus damnas eſto dare aureos quinque: non quilibet hæres, ſed omnes uidebuntur damnari, ut unà quinq; dent, autor eſt Pomponius in l. ſi pluribus hæredibus. ff. de Legat. ij. Sp.

Hæres meus dato. Paul. de Legat. iij. l. ſi plures, ait, gradus ſint hæredum, ad omnes gradus hic ſermo pertinet, ſicuti hæc uerba, Quiſquis mihi hęres erit. Quęre, Pręſtatio. Spieg.

Hæres meus illi fundũ dato, Seio hoc amplius decem: non erit dubitandum, quin Seius & fundi partẽ, & decẽ ex teſtamẽto percipere debeat, teſte Mætiano. l. ſi ſic locutus. de Legat. iij. Sp.

Hæres meus Titio decem trima die dato. Vlpian. exponit l. iij. de Ann. legat.

Hæres meus Titio dato, quod mihi ex teſtamẽto Sẽpronij debet. Vide Papinianũ in l. cũ filius. §. hæres meus. de Legat. ij. Vbi notãdũ egregiè dictũ Papiniani, nempe nec in totũ falſum uideri, quod ueritatis primordio adiuuatur. Sp.

Hoc amplius filio meo. Vide Papinianũ de Legat. j. l. quid ergo. & Africanum, l. ſi ſeruus legatus. §. ſed ſi ei.

Hoc amplius Publia Clemẽtiana percipiet ſibi uſumfructũ quartę partis hæreditatis meæ, ex qua Iuliũ Iuſtũ, filiũ meũ hęredẽ inſtitui: petoq; à te Publia Clementiana, uti fratrẽ tuũ Iuliũ Iuſtũ alas, tuearis, dependas pro eo (pro quo tibi uſumfructũ eius portionis reliqui) donec mẽtis compos fiat, & conualeſcat.

Hoc amplius, ſi nauis ex Aſia uenerit, hæres meus ei fundũ dato. Vide Põpon. de Legat. iij. l. ſi tibi pure. Et ibidem Lucius Titius plebi quina dedit, hoc amplius Seius. & infrà, Titius accepit quinq;. Seius hoc amplius fundum. Sp.

Hortus quando domus legato continebitur, docet Paul. in l. prædijs ad finem. ff. de Legat. iij. Sp.

Ille, aut ille hęres, Seio centum dato. Poteſt Seius, Paulo tradente, ab utro uelit, petere. cũ in uerbis nulla eſt ambiguitas, non debet admitti uoluntatis quæſtio. l. Ille. ff. de Legat. iij. Sp.

Illi, aut illi, uter eorum Capitolium prior aſcenderit, utile legatum adſerit Africanus in l. ſi ſeruus legatus uiuo teſtatore. ff. de Legat. j. Sp.

Illi cũ illo habitationẽ lego, perinde eſt, ac ſi ita, Illi & illi legaſſet: autor Iulianus.

Cum ita legatur, Illi hoc amplius fundum illũ cũ omnib. rebus, quæ in eodẽ fundo erunt: mancipia quoq; contineri, Modeſtin. reſpondit. l. omnia. de Legat. ij. Sp.

Illi, quãtum plurimum per legem accipere poteſt, dari uolo: utiq; tunc cum quandoq; capere poterit, uidetur ei relictum. ſed & ſi dixerit, Quàm maximã partem dare poſſum, damnas eſto dare ei hæres meus, idem erit dicendum, teſte Vlpian. de Legat. ij. l. ſi ita quis. Sp.

Illi ſi demeruerit, omnimodo Vlpian. ait, fideicommiſſum debebitur: ſi modò meritum, quaſi apud uirum bonum, collocare fideicõmiſſarius potuit. & ſi ita ſit: Si te nõ offenderit, ęquè debebitur. nec poterit hæres cauſari, non eſſe eum meritũ, ſi alius uir bonus, & non infeſtus, meritũ potuit admittere. Spieg.

Illũ tibi cõmendo. Teſte Vlp. in l. fideicommiſſa. de Legat. iij. Diuus Pius reſcripſit, fideicõmiſſum nõ deberi. Aliud eſt enim perſonã cõmendare, aliud uolnutatẽ ſuã fideicõmittentis heredib. inſinuare. Sp.

Illud, aut illud, utrũ elegerit legatarius, nullo à legatario electo, legatũ ad hæredem tranſmittitur: autor Paulus in l. illud. ff. de Opt. leg. Sp.

Infans dulciſsima. Scæuola de Legat. iij. reliquum

reliquum omne, inquit, reddas & reſtituas Meuiæ infanti dulciſsimæ. Sp.

In primis ſciant hæredes mei nullam pecuniam eſſe penes uxorem meam, ſed nec aliud quidquã, ideoq; eam hoc nomine inquietari nolo. Hæc uerba quẽ ſenſum habeant, Modeſtinus indicat. de Legat. ij. l. Titia. §. cum Seius. Sp.

Lances numero duas leues, quas de ſigillaribus emi, dari uolo. Ad inde natum thema Scæuola reſpondet in l. pen. de Legat. iij. Accurſius Iuriſcõſ. reſponſum nõ intellexit, ut nec uir quidã doctus, multiq; nominis inter cauſidicos. de quo latius Alexander lib. iij. cap. iiij. Sp.

Lecticarias octo, aut ꝓ his in homines ſingulos certã pecuniã, utrũ legatarius uolet. Vide Pomponiũ in l. ſi ex toto. §. ſi ita legatum ſit. de Legat. j. Spieg.

Libertis dari uolo, quæ uiua præſtabã. Vide Papinianum in fin. l. Seio amico. ff. de Ann. legat. Spieg.

Libertus medicus, medicamentorum ſumptum quando non rectè petit, Papinianus indicat in pręallegata l. Seio. Sp.

Libertis meis omnibus alimentorũ nomine ſingulis annuos denarios duodecim ab hærede dari uolo, ſi ab uxore mea nõ receſſerint. Hanc ſpeciẽ Scæuola expedit in l. Mæuia. de Ann. legat. Sp.

Libertis meis, quibus nominatim nihil reliqui, quæ uiuus pręſtabam, dari uolo. l. Sempronio. ff. de Vſu & uſufruct.

Libertis libertabusq; meis, & quos in codicillis manumiſi, fundum ubi me humari uolui, dari uolo, ut qui ab his deceſſerit, portio eius reliquis adcreſcat, ita ut ad nouiſsimum pertineat, poſt cuius nouiſsimum deceſſum ad rempublicã Arelatenſium pertinere uolo. Hoc amplius libertis libertabusq; meis habitationes in domo, quandiu uiuent. Sed Pactiæ & Trophimæ diętas omnes, quibus uti cõſueuit. Quam domũ poſt mortẽ eorũ ad eandem rempublicã pertinere uolo. Scęuola explanat in l. codicillis. ff. de Vſu & uſufr. Spieg.

Lucio Titio prædia mea illa cum prætorio, ſicut à me in diẽ mortis poſſeſſa ſunt, do. Paulus protulit, inſtrumentũ ruſticũ, & omnia quę ibi fuerunt, quo domus fuiſſet inſtructior, deberi cõuenit: colonorũ reliqua non debentˀ. l. prędijs. de Leg. iij. Lege, Reliqua actorũ & colonorũ. Sp.

Lucio Sempronio lego omnem hæreditatem Publij Mæuij. Papinianus elucidat in l. cum filius. de Legat. ij.

Lucio Titio, ſi is hæredi meo tabellas quib. ei pecuniã expromiſeram, dederit, centũ dato. Hoc legatũ explicat Iuriſcons. in l. ab omnibus. §. j. de Legat. j. Sp.

Lucio Titio fundũ Seianum, uel uſumfructum fundi Seiani lego, Marcello reſpõdente de Legat. ij. poteſt legatarius uel fundum uindicare uel fructum: quod facere non poteſt is, cui tantum fundus legatus eſt. Sp.

Lucio Titio marito meo, cui maximas gratias ago, dari uolo ſupra dotem, quam ei dedi, tot aureos. Vide Paul. in l. Seia cũ nuberet. ff. de Dot. releg.

Lucio & Titio eorũ' ue cui fundũ do, lego, Iuliano teſte, utiliter legatˀ his uerbis, Et ſi uterq; uixerit, utriq;: ſi alter, alteri totũ debebitur. l. ſi quis teſtamento. §. his uerbis. de Legat. j. Sp.

Lucio Titio tot, & hoc amplius, uxori & liberis eius tot, Africanus dubitandũ non eſſe ait, quin legatum maneat, quem uide de Legat. j. §. ſi ita ſcriptum.

Lucio Titio tritici modios centũ, qui ſinguli põdo centũ pendeãt, hæres dato. Vide Iabolen. in l. quidã. ff. de Trit. legat. Sp.

Lucio Titio auri pondo tria, quæ uiua præſtabam. Scæuola enarrat thema. §. fin. l. Titia hærede. ff. de Ann. legat. Sp.

Lucius Titius hęres meus quinque aureos Thitaſo dare dãnas eſto: deinde alio loco ita legatũ fuerit, Publius Męuius hæres meus Thitaſo quinq; aureos dare dãnas eſto, Põpo. interpretatˀ. de Leg. ij. Sp.

Lucius Titius & Caius Seius Publio Meuio decẽ dare dãnas ſunto. Paul. oſtẽdit ex Sabini mente, l. ciuitatib. de Legat. j.

Lucio Titio bono uiro, cuius obſequio gratias ago, dari uolo annuos (quandiu uiuet) aureos decem, ſi rebus nepotis mei interuenerit, omnemq; adminiſtrationẽ rerum nepotis mei ad ſollicitudinẽ ſuam reuocauerit. Scæuola caſum elegantem extricat elegãter in l. Mæuia. ff. de Ann. legat. Sp.

Lucius Titius Seiæ hæredi ſuæ, quam pro parte dimidia inſtitui, ſalutem. Meuium libertũ meũ, quẽ in teſtamento pro parte dimidia hæredẽ inſtitui, eã partẽ hęreditatis ueto accipere: cuius in locũ partẽ' ue eius Publiũ Sẽproniũ dominũ meũ

hæredem

hæredem eſſe uolo. Vide Scæuolam in l. cum quis decedens. §. Seiam & Meuiũ. de Legat. iij. Sp.

Lucius Titius hæres meus, aut Meuius hęres meus, decem Seio dato. Legatũ hoc interpretatur Pomponius in l. ſi ex toto. de Legat. j. Spieg.

Lucius Titius hoc meum teſtamentum ſcripſi ſine ullo Iuriſperito, rationem animi mei potius ſecutus, quàm miſeram & nimiam diligentiã. Et ſi minus aliquid legitimè minus'ue peritè fecero, pro iure legitimo haberi debet hominis ſani uoluntas. l. pen. §. fin. de Legat. ij.

Mando filiæ meæ, pro ſalute ipſius ſollicitus, ut quoad liberos tollat, teſtamẽtum non faciat. Ita enim poterit ſine periculo uiuere. Senſum pete à Papiniano, de Legat. ij. l. cum pater filios. §. mando. Sp.

Medico Sempronio quæ uiua præſtabã, dari uolo, iuxta Papinianũ in l. Seio amico. ff. de Ann. legat. ea uidentur relicta, quę certã formã erogationis annuę, nõ incertã liberalitatis uoluntatẽ habuerunt. Sp.

Meui fili, quod iam tibi maximam partem facultatum dederim, contentus eſſe debes fundo Semproniano cũ ſuis inhabitantibus, id eſt, familia, & quę ibi erũt. & infrà: Argentum omne & ſupellectilem (quodcũq; habeo) tibi do, & quidquid in prędio Sẽproniano habeo. Vide Paulum in l. quęſitum eſt. de Legat. iij. Sp.

Meui & Semproni dulciſsimi filij præcipitote omne, quidquid ex hæreditate bonis'ue Titij domini mei patris ueſtri ad me peruenit mortis eius tẽpore: ita tamẽ ut omne onus eiuſdẽ hęreditatis, tam in pręteritũ, q̃ in futurũ, nec nõ etiã ſi quid poſt mortẽ Titij domini mei ſolui, agnoſcatis. Extãt hęc uerba apud Scęuol. q̃rũ et ſenſum ille aperit in l. pe. de Leg. ij. Sp.

Meuio infanti alumno meo quadringenta dari uolo, quæ à te Seia ſuſcipias, & uſuras eius quincunces in annum uſq; uicesimum ætatis pręstes, eumq; ſuſcipias, & tuearis. Vide Scæuolam in l. à filio. ff. de Alim. legat. Spieg.

Meuio liberto meo nihil de me merito dari uolo lagenas uini uetuſti centũ quinquaginta. l. cum quis decedens. §. Seiam & Meuium. de Legat. iij. Sp.

Mulos duos, qui mei erunt, cum moriar, Seio hæres dato, Iulianus interpretatur. de Legat. iij. Sp.

Nidigium, Titium, Dionẽ, libertos meos ſenes, & infirmos, peto, in locis in quibus nunc agunt, ſeneſcere patiamini. Vide Scæuolam in l. Sempronio. ff. de Vſu & uſufr. Spieg.

Niſi hæres meus uoluerit, illi decẽ dare uolo. quaſi conditionale fideicõmiſſum eſt Vlpiano: quem uide in l. fideicommiſſum. de Legat. iij. Sp.

Non uolo autẽ, ut à meis hæredibus ædes meæ ueneant, illarum'ue nomine pecunia mutua accipiatur: ſed ut apud eos (ſiue filij, ſiue nepotes ſint) in omne æuum inuiolabiliter permaneant. Si quis uerò eorũ partẽ ſuã uel uęndere, uel in cauſam mutui obligare uoluerit, ſaltẽ cohęredi ſuo eius uẽdendi uel obligandi poteſtatem habeto. Quod ſi aduerſus ea quis fecerit, quidquid eius rei geſtũ eſſe dicet, id infirmũ atq; irritũ eſto. Hęc Gręcè extãt in §. inſtituto filio. l. Lucius Titius. de Legat. ij. Haloãder noſter ea uertit proximè Iuriſconſultorũ phraſim attingens, ab Alciato neglectam. Scæuola uerò interpretatus eſt ibidem. Sp.

Nullo modo prędium ſuburbanum aut domum hæres alienet. Hæredis hæres alienauit. Quid iuuis. Scæuola reſpondet in lege Lucius Titius. de Legat. iij. Sp.

Omnibus libertis libertabusq; meis cibaria & ueſtiaria, quæ uiua præſtabam, dari præſtariq; uolo. Adi Scæuolam in l. à filio. §. fin. de Aliment. legat. Sp.

Omnibus libertis meis cibaria præſtabitis pro arbitrio ueſtro: non ignorãtes, quos ex his charos habuerim. cætera quæ huc faciunt, explicat Modeſtinus, l. uerba teſtamenti. ff. de Alim. legat. Sp.

Omnibus autem libertis meis, & quos uiuus, & quos his codicillis manumiſi, uel poſtea manumiſero: cõtubernales ſuos, item filios, filias lego, niſi ſi quos quas'ue ad uxorem meam teſtamento pertinere uolui, uel ei nominatim legaui, legauero. l. uxorem. de Legat. iij.

Omnibus, quos, quas'ue manumiſerim, ſiue his tabulis, ſiue quibuſcunq; alijs filios filias'ue ſuas omnes concedi uolo. Scęuola exponit in fin. l. cum quis decedens. de Legat. iij. Sp.

Ouiũ grege legato, & arietes & agnos deberi, nemo dubitat, Modeſtinus ait, in fin. l. Serius legatis. de Legat. iij. Sp.

Pamphilo liberto hoc amplius, quàm codicillis

cillis reliqui, dari uolo centū: & ſcio omnia, quę tibi Pamphile relinquo ad filios meos peruentura, cum affectionē tuam circa eos benè perſpectā habeam. Quid his uerbis ueniat accipiendum, Scæuola aperit. de Legat. iij. in prin. l. Pamphilo. Spieg.

Patrimonij mei reditum omnibus annis uxori meæ dari uolo. Ariſto reſpondit, ad hæredem uxoris non tranſire: quia aut uſufructui ſimile eſſet, aut huic legato in annos ſingulos. Vide Vlpianū. de Vſu & uſufr. Sp.

Pecunia, quam Titio liberto meo & alūno legaui, eſſe uolo penes Publium Mæuiū uſq; ad uiceſimum quintum annum ętatis eius, proq; ea computari cum eo uſuras quadrantes. Quantum autem ei ſtatuendum ſit in ſumptū, tu Publi Mæui (cum patris affectū ei præſtare debeas) ęſtimabis. Lege Sceuol. de Ann. leg. l. liberto ſuo. §. Largius Euripianus. Sp.

Pertinent hi codicilli ad uxorem & filium. Primū rogo, ſic inter uos agatis, ut me uiuo egiſtis, itemq; rogo. Quidquid aut ego reliquero, aut uos ipſi habetis, cōmune uobis ſit. Scæuola explicat l. fin. §. Lucius. de Legat. ij. Spieg.

Peto à te domina uxor, ne ex fundo Titiano partem tibi uindices, cum ſcias me uniuerſam eius fundi emptionem feciſſe, ſed beneficio affectionis & pietatis, quā tibi debui, eandem emptionem (cum nummis meis comparaſſem) tecum communicaſſe. Vide l. uxorem. de Legat. iij. in prin. Spieg.

Peto à te filia, ut acceptis ex hęreditate mea in portionē tuam centum aureis & prædio Tuſculano, partem hæreditatis reſtituas matri tuæ. Hæc uerba Papinianus interpretatur mox à prin. l. cum pater filios. de Legat. ij. Sp.

Peto à te filia mea, ut dotalem cautionem poſt mortem meam mutes, & ita renoues, ut fratres tui dotem ſtipulentur hoc caſu, ut ſi ſine liberis uno pluribus'ue in matrimonio morieris, dos ad eos perueniat. Ibidem. §. Fideicommiſit.

Peto à te Titi, fideiq; tuæ cōmitto, uti curā condendi corporis mei ſuſcipias, & pro hoc decē aureos è medio præcipito. Scęuola exponit l. pen. de Legat. ij.

Peto, cum morieris (licet alios quoq; filios ſuſceperis) Sempronio nepoti meo plus tribuas in honorem nominis mei. Papianus enarrat in l. cum filius. §. pater. de Legat. ij. Spieg.

Peto ut fundum meum Campanum Geneſiæ alumnæ meæ adſcribatis ducentis aureis, uti eſt, l. quæſitum. de Legatis tertio.

Peto fundū meum ita, uti eſt, alumnæ meæ dari. Scæuola interpretatur l. qui habebat. de Legat. iij. Sp.

Peto Luci Titi, ut contentus ſis centum aureis, item peto pro parte tua contentus ſis Luci Titi centum aureis. Papinianus hæc uerba explicat in princ. l. Peto Luci Titi. de Legat. iij. & paulo pòſt illud: Peto pro hæreditate, quam tibi reliqui, quæ ad fratrem meum iure legitimo rediret, contentus ſis centum aureis. Spieg.

Peto uti uelis cohæredem tibi recipere in fundo Iuliano meo, quem amplius te recipere iuſsi. Clodium uerum nepotem meum, cognatū tuum. Bart. Ex his apud Scęuolam uerbis in fin. l. Lucius Titius colligit, uerba inſtitutionis ad alium, q̃ inſtitutum directa habere uim fideicommiſsi, & §. fin. l. pater filium. de Legat. iij.

Quanta pecunia dotis nomine, & reliqua: pro ea quinquaginta hæres daṭo. l. cum ſcriptum eſſet. ff. de Dot. releg.

Prædia quæ ad eos ex bonis meis peruentura ſunt, nulla ex cauſa abalienent, ſed conſeruent ſucceſsioni ſuæ, deq; ea re inuicem ſibi caueant. l. pater filium. §. pen. de Legat. iij. Sp.

Prædiolum meum dari uolo libertis libertabus'que meis, & quos hoc teſtamento manumiſi, & Seiæ alumnæ meæ, ita ne de nomine familiæ meæ exeat, donec ad unū proprietas perueniat. Lege Scęuolam. de Legat. ij. l. pen. §. Lucius Titius. j. Spieg.

Præſentibus & cōſentientibus fratre & matre puellam nubere, apud Scæuolam in thematijs. l. uxorem. §. teſtamento. ij. de Legat. iij. Spieg.

Præſtari uolo Philoni, uſque dum uiuit, quinquageſimam omnis reditus, quę ex prædijs à colonis uel emptoribus fructus ex conſuetudine domus meæ præſtatur, Scæuola declarat in l. liberto ſuo. de Ann. leg. Sp.

Proprietatē autem eorū quæ ſuprà ſcripta ſunt, reuerti uolo ad filias meas, quæ'ue

ex his

ex his tunc uiuent. Vide Scæuol. in l. filios hæredes. ff. de Vſu & uſufr.

Propter res uniuerſas, quæ mihi cum fratre meo, patruo ueſtro, communes ſunt, quas æſtimationis conſtiterit eſſe uniuerſas, duo milium aureorum, fidei ueſtræ committo, uti pro portione ueſtra mille aureos à Lucretio patruo ueſtro accipiatis. Sceuola ſenſum indicat l. fin. §. j. de Legat. ij. Sp.

Publio Mæuio dominulo meo ab hæredibus meis dari uolo, pueros quinque ex meis, duntaxat intra annos ſeptem. Scæuola elucidat in l. uxorem. §. teſtamento. j. de Legat. iij. Sp.

Publio Mæuio omnes iuuenes, quos in miniſterio habeo, dari uolo. Vide l. non aliter. ff. de Legat. iij.

Quæ uxori meæ iure donauero, ea ei lego: uel ita, Quæ uxori manumiſsionis cauſa donauero, Africanus inutile legatũ ꝓnunciat. l. ſi quando quis. de Legat. j. Sp.

Quanta pecunia ex hæreditate Titij ad me peruenit, tantam hæres meus Seio dato. Hæc uerba interpretatur Iabolenus in l. qui cõcubinam. §. cum ita. de Leg. iij. Sp.

Quantam pecuniam hæres meus à Titio exegerit, tantam Mæuio dato. Paul. exponit de Leg. ij.

Quanti id in eo anno plurimi fuit, tantum æs dare domino, damnas eſto. l. ij. ff. ad Leg. Aquil. Spieg.

Quantum hæres meus habebit, tantum Tithaſo dari uolo: pro eo eſt, quaſi ita ſit ſcriptum, Quantum omnes hęredes habebunt. Quod ſi ita fuerit, Quantum unus hæres habebit, tantum Tithaſo hæredes meos dare uolo: minor pars accipienda erit, quæ uenit in legato. Pomponius autor de Legat. ij. Sp.

Quæ à filio meo legaui, quæq; eum dare iuſſi, ſi mihi hæres eſſet: id hæres meus ijſdẽ diebus dato. ſed ſi ita repetita fuerint, Legata, quæ à filio meo legaui, hæres meus dato: purè repetita uidebuntur legata, duntaxat monſtratione eorum facta. l. ſi quis filio. de Legat. j. Sp.

Quæ Lucius Titius mihi debet, ea hæres meus Cornelio dare dãnas eſto. Vlp. ait, nihil amplius ex hoc legato, quàm actiones ſuas hæres præſtare debet.

Quæ legata peto decuriones, & rogo, ne in aliam ſpeciem aut alios uſus conuertere uelitis. Vide Scæuol. in l. quidam prædia. ff. de Vſu & uſufruct. Spieg.

Quæ pecunia propter uxorẽ meam ad me peruenit, quinquaginta, tantundem pro ea dote hæres meus dato. Iulian. explanat in l. cum ſcriptũ eſſet, in prin. ff. Dot. releg. Sp.

Quas pecunias legaui, quibus dies appoſitus non eſt, eas hæres meus, annua, bina, trina die dato. Talis ſcriptura, teſte Vlpiano, ad corpora legata non pertinet: ſed ad ea, quæ pondere, numero, menſura, continẽtur: & ad ea tantũ legata pertinent, quibus dies non eſt appoſitus. de Legat. j. Sp.

Quæq; eius cauſa parata ſunt. Paulo teſte, hęc adiectio legatũ aliàs plenius efficit, aliàs exiguius. Id enim ſignificat, & ſi quid præter ea, quæ dicta ſunt, eius cauſa paratũ eſt minuitur, detracta coniunctione Que: quia ex omnibus ſupra cõprehenſis ea ſola definiuntur, quæ eius cauſa parata ſunt. l. ea tamẽ. de Legat. iij. Spieg.

Quęcunq; in legatis reliqui, uel dari præcepi, ab Atticiano filio meo & hærede dari pręſtariq; iubeo. deinde ſubiecit in præceptione relinquenda filiæ ſuæ hæc uerba: Paulinæ dulciſsimæ filiæ meæ ſi quæ me uiuo comparaui, dedi, ſibi habere iubeo: cuius rei quæſtionẽ fieri ueto: & peto à te filia chariſsima, ne uelis iraſci, ꝙd ampliorem ſubſtantiã fratri tuo reliquerim, quem ſcis magna onera ſuſtenturũ, & legata, quę ſuprà feci, præſtaturũ. Sp.

Quos libertos meos, ubi corpus meũ poſitũ fuerit, ibi eos morari iubeo, ut per abſentiã filiarũ mearũ ad Sarcophagũ meũ memoriã meã quotãnis celebrẽt. l. libertis. §. pen. ff. de Aliment. legat.

Quæcunq; primis tabulis dedi, eadem omnia ab hæredibus quoq; hæredis mei in duplum dari uolo. Vide Scęuolam. de Legat. ij.

Qui meus erit, cum moriar, hæres, dato: exponitur à Paulo in l. v. de Legat. j. Iulianus. l. ſeq. condictionem huiuſmodi Legato iniectam putat. Sp.

Quidquid in horreo meo erit, modò nõ ſit legatarij dolo, hoc eſt, ampliandi legati gratia in horreum illatum. Sp.

Quidquid propter Titiam ad Seium dotis nomine peruenit, tantam pecuniã Seius hæres meus det Titiæ. Vide Modeſtin. in l. Mæuio fundi. de Legat. ij.

Quidquid

Quidquid mihi Lucium Titium dare facere oportet, Sempronio lego, nec adiecíſſet, præſens in diem uc. Scæuola in l. ſi ſcripſiſſet, de Legat. iij. docet. Sp.

Quidquid in patria Gadibus poſsideo. Scæuola exponit de Legat. iij. l. uxorem. §. legauerat. Spieg.

Quidquid ex hæreditate bonis'ue meis ad te peruenerit, cũ morieris reſtituas. Modeſtinus elucidat in l. quod his uerbis. de Legat. iij.

Quidquid erit, cum moriar, in illa regione: & quidquid in quacunq; ſpecie erit in illa regione, & quod meum erit. l. nepoti, de Inſtruct.

Quicquid ex bonis meis ad te peruenerit, reſtituas. Hæc uerba & fructus à morte teſtatoris præceptos comprehendunt. Albericus pleraq; indicat loca. Sp.

Quicquid ex hæreditate mea ad te peruenerit, exponitur in §. fin. l. poſt emancipationem. de Leg. iij. Sp.

Quicquid ex hæreditate ſupererit, quid ſignificet, exponitur in l. deducta. §. fin. ff. ad S. C. Trebell. Sp.

Quicquid mei iuris eſt in illo fundo, trado. Hæc ut incerta traditio, uana eſt. l. locus. ff. de Acquiren. poſſeſs. Sp.

Quiſquis mihi ex ſupraſcriptis hæres erit, aut ſi hæres erit Seius, uel ſi hæreditatẽ adierit: ſubiectum legatum uel fideicõmiſſum non faciunt conditionale, teſte Vlpiano in l. iij. de Legat. j. Sp.

Quiſquis mihi alius ex ſupraſcriptis cum patrono meo hæres erit, ab eo ſeruos illum & illum Titio lego, quos ſingulos æſtimo uicenis aureis. Interpretatur Iulianus in l. ſi quis teſtamento. §. ſi libertus. de Legat. j. Sp.

Quiſquis hæres mihi erit, proximus hæres tantum ſignificatur. ut dicit Paul. in l. ex illa parte. de Verb. ſig. Sp.

Quiſquis mihi erit hæres, omnes gradus hæredum complectitur, excepto ſubſtitutionis caſu. l. ſi plures. ff. de Legat. iij. nam in eo non omnem patris hæredem ſignificat, ſed teſtamentarium tantum. l. ex illa. ff. de Verb. ſig. & ſimil. locis per Albericum indicatis. Sp.

Quiſquis mihi hæres erit, damnas eſto, Attio hæredi decẽ dare. Item, Quiſquis mihi hæres erit, damnas eſto hæredi meo decem dare. Item ſi hæres nõ fuerit. Quo ſenſu accipienda ſint uerba horum legatorum, aperit Iuriſcons. in l. ab omnibus. de Legat. j. Sp.

Quiſquis mihi hæres erit, damnas eſto dare: fideiq; eius committo, uti det, quãtas ſummnas dictauero, dedero, Mætiano referẽte de Leg. iij. His uerbis Ariſto res quoq; corporales contineri ait, quia & hoc uerbum QVANTAS, non ad numeratam duntaxat pecuniam referri, ex dotis relegatione et ſtipulationib. emptæ hæreditatis appareret. & SVMMAE appellatio ſimiliter accipi deberet ut in his argumentis, quæ relata eſſent, oſtenderetur. Spieg.

Quiſquis mihi hæres erit, fidei eius cõmitto, ut det ex reditu cœnaculi mei & horrei, poſt obitũ, ſacerdoti & hierophylaci, & libertis, qui in illo tẽplo erunt, denaria decẽ die nundinarũ, quas ibi poſui. Ex his uerbis, & Scæuolæ reſponſo de Annu. legat. l. annua. Bart. colligit, relictum ſacerdoti, uel miniſtris Eccleſiæ, ipſi Eccleſiæ uideri relictum. Sp.

Quiſquis mihi Gallicanarum rerum hæres erit, damnas eſto dare: ab omnibus hæredibus uideri legatum, quãdo ad omnes eos res Gallicanæ pertinent. teſte Vlp. in l. iiij. de Legat. j.

Quiſquis mihi liberorum meorum hæres erit, eius fidei committo, ut ſi quis ex his ſine liberis decedat, hæreditatis meæ beſſem, cum morietur, fratribus ſuis reſtituat. Marcelus declarat in l. Lucius Titius cum duos, paulo ante fin. Titul. de Legat. j. Spieg.

Quiſquis mihi hæres, hæredes'ue erũt, hoc amplius Lucius Eutychus, quam quod eum hæredem inſtitui, è media hæreditate ſumito, ſibiq; habeto unà cum Pamphilo: quem liberum eſſe iubeo, inſtrumentum tabernæ ferrariæ, ita ut negociũ exerceant. Adi Scæuolam in l. pen. de Legat. ij. Sp.

Quiſquis mihi hæres erit, ſciat me debere Demetrio patruo meo denariũ tria millia, & depoſita apud me à Seleuco patruo meo tria millia, quę etiã reddi & ſolui ei iubeo. Sunt apud Scæuolã hæc ipſa uerba interpretantẽ in l. pen. de Leg. ij.

Quiſquis mihi hæres erit, omnia libertis meis, quos hoc teſtamento manumiſi, & quos antè habui, quos'que ut manumittãtur petij, alimentorum nomine, in menſes ſingulos certam pecuniam dato.

Vide l. Lucius Titius. de Legat. ij. Sp.

Quoad ſeruiet: uel ſi fortè ſeruus Titij erit. apud Martianum ratum eſt, l. ſeruo alieno. de Legat. j. Spieg.

Quod in rerum natura adhuc nō ſit, legari poſſe, Pomponius autor eſt. ueluti quicquid illam ancillam peperiſſe cōſtiterit. uel ita: Ex uino, quod in fundo meo natū erit, uel fœtu, tantū dato. de Legat. j.

Quod mihi Caius debet, id hæres meus Sēpronio dare damnas eſto. Quod mihi Lucius debet, id hæres meus Mæuio dare damnas eſto. l. non quocunque. §. qui Caium. de Legat. j. Sp.

Quod ſi aduerſus uoluntatem meam facere uoluerit, fundū Titianū ad fiſcum pertinere. Ita enim fiet, ut fundus Titianus de nomine noſtro nūquam exeat. Vide Scæuolam de Legat. iij. l. pater filium. §. fundum Titianum. Sp.

Quod ſi conditione ſuprà ſcripta recipere legatum, legatam ſibi pecuniam ciuitas Sebaſtenorum noluerit, nullo modo hæredes meos ei obligatos eſſe uolo, ſed habere ſibi pecuniam. Scæuolam uide in l. liberto ſuo. de Annu. leg. hanc ſpeciem ſcitè explicantem. Sp.

Quod mihi Titius debet, Mæuio hæres meus dato: quod Męuius, Seio dato. Declarat Pomponius in l. qui duos reos. de Legat. ij. Spieg.

Quod Titio infrà legauero, id neq; do, neque lego. Vide Pompon. ad fin. l. ſi mihi & tibi. de Legat. j. Sp.

Rogo, reſtituas libertis meis, quibus uoles. Marcellus putauit, hęredem poſſe etiam indignum præferre. At ſi ita fideicommiſſum reliquiſſet, His quod dignos putaueris: petere poſſe ait eos, qui non offenderint. Vide Iuriſc. in l. cum quidam ita. de Legat. ij. Sp.

Rogo filia, ut bona tua quandoque diſtribuas liberis tuis, ut quiſque de te meruerit. Quid hæc uelint uerba, Papinianus indicat in l. cum pater filios. de Legat. ij. Spieg.

Rogo fundum, cui uoles, aut quibus uoles ex familia, relinquas: Papinian. ait, rem in expedito fore. Quòd ſi talia uerba fuiſſent, Peto ne fundus de familia exeat: hæredis hæredem propter ſequens fideicommiſſum, quod in exterum collatum eſt, oneratum intelligi. l. ſi unum ex familia. §. ſed etſi fundum. Sp.

Rogo fundum, cum morieris, reſtituas ex libertis, cui uoles. Idem Papinianus eleganter interpretatur.

Rogo te Titi, ut acceptis centum, illum ſeruum manumittas, uel Sempronio quid præſtes: parum quidem aptè ſcribi, fatetur Iuriſconſ. uerùm æquè intelligendū hæredis fideicōmiſſum ad fin. l. ſi ſeruus legatus. ff. de Legat. j. Sp.

Rogauit Titius, ſpopondit Mæuius. Hæc uerba, Vlpian. ait, non tantum pactionis loco accipiuntur, ſed etiā ſtipulationis. l. Iuriſgentiū. Quod ferè. ff. de Pactis. Sp.

Marcellus de Legat. j. Si quid relictū ſit ciuitatibus, omne ualet, ſiue in diſtributionem relinquatur, ſiue in opus, ſiue in alimēta, ſiue in eruditionem puerorum, ſiue quid aliud. Sp.

Item rogo, uti reliquum ęs alienum, quod ex bonis Aretonis debetur, omnibus creditoribus ex reditibus eorum bonorum ſoluas, reddas, ſatisq́; facias. l. nomen. §. uni. de Legat. iij. Sp.

Seiæ uxori meæ, ſi omnes res, quæ tabulis dotalibus continentur, hęredi meo exhibuerit, et tradiderit, ſummā dotis quam mihi pro ea pater eius intulit, dari uolo. Hoc amplius decem. Vide Scęuolam in l. qui dotem. ff. de Dot. releg. Sp.

Seio amico fideliſsimo, ſi uoluerit, ſicut meis interueniebat, eodem modo filiorum meorum negocijs interuenire, annuos ſenos aureos, & habitationem, qua utitur, præſtari uolo, Papinianus exponit. ff. de Ann. legat. Sp.

Seio ſeruos decē do, præter eos decē, quos Titio legaui. Item illi, ſi uolet, Stichum do: Caius declarat in l. ſi ita legatum ſit. de Legat. j. Sp.

Seio, ſi mihi hæres non erit, & uxori eius Marcellæ argenti libras quindecim dari uolo. Vide Scæuolam in l. ult. §. Seio quem. de Leg. ij. Sp.

Sempronio, ea quæ uiuus præſtabam, dari uolo. Vide Scęuolā. ff. Vſu & uſufruct.

Sempronio alumno meo illud & illud. Et cum per ętatē licebit, militiam illam cum introitu comparari uolo. Hæcq́; omnia integra. Item Seio liberto meo militiam do lego, quam & teſtator habui. Vide l. pen. de Leg. iij. Sp.

Sempronio decem, aut ſi noluerit, Stichum hominē lego: hoc caſu duo ſunt legata, ſed uno contentus eſſe debet, teſte Paulo, l. ſi

lo,l.ſi quis ſeruum. de Leg.ij.Sp.

Sempronię mulieri meæ reddi iubeo ab hę redibus meis centum aureos, quos mutuo acceperam.uide Scæuolam de Legat.iij.l.Lucius Titius.

Sẽpronius ſumito prædia mea omnia, quæ ſunt uſque ad prædium quod uocatur Gaas in finibus Galatiæ, ſub cura uillici primi, ita ut hæc omnia inſtituta ſunt. Scæuola de Legat. iij. reſpondet l.patronus.§. Sempronio ita legauit.Sp.

Seruis Iuriſconſultus exæquat quadrupedes, quæ pecudum numero ſunt,& gregatim habentur: ueluti oues, capræ, boues, equi, muli aſini.l.ij.ff.ad Leg.Aquil.Spieg.

Si ad pubertatem peruenerit. Vide l.ſeruo alieno.de Legat.j.

Si aliter fecerit, exhæres eſto, uel perdito legatum. apud Scæuolam in l.uxorem. §.hæres.de Legat.iij.Sp.

Si cui bis legauero, ſemel ei hæres dato, uel ſemel debeatur: Vlpian. tractat in l. ſi ita ſit adſcriptum. de Legat.j.

Si cui legetur, cum quatuordecim annorũ erit. Vtimur, ait Vlpianus,certo iure, ut tunc ſit quatuordecim annorũ, cum impleuerit: & ita Imperatorem decreuiſſe, Martianus ſcripſit.cum ſic relictum eſt, Cum ad quatuordecim annos peruenerit,annua bima trima die:legatũ eſt cõditionale,& in diem,ut Vlpian. docet in l. ſi cui legetur.de Legat.j.Sp.

Si exiſtimauerit hæres,ſi cõprobauerit,ſi iuſtum putauerit. Vide Vlpian.in l.ſi ſic legatũ.de Legat.j.et decem quę mihi Titius debet lego, & Titio decem,quę mihi Seius debet, legauero.Item Stichum, aut decem utrum ego uelim ibidem. Sp.

Si filiæfamilias ita legatum ſit,Cum in tutelam ſuã peruenerit: tunc debebitur,cum uiripotens facta fuerit: autor Paulus, de Legat.iij.Sp.

Si ita Titio legetur, fundum Seianum,uel uſumfructũ eius ſibi habeto: duo eſſe legata,et in arbitrio eius eſſe,an uelit uſum fructum uindicare. Sed & ita leget:Titio fundum do lego,ut eum pro parte habeat:mihi uidetur,ait Vlpianus,poſſe dici partem habiturum. Videri enim fundi appellatione non totum fundum, ſed partẽ appellaſſe:nam et pars fundi, fundus rectè appellatur,in fin.l.plane.de Legat.j.Sp.

Si nemo filiorum uolet,idem eſt, ac dicere: Si quis filiorum non uolet, ut Bellonus rectè tradit,cap.xiiij.lib.iiij. Supput.Sp.

Si mei erunt, cum moriar, ſerui.ſ.ita relicti. Vlpianus deberi negat:ſi modò ſenſit teſtatrix, ut ita deberentur, ſi in ſolidum eius fuiſſent.l.Iuniano,iuxta Nor.tex.de de Legat.iij.Sp.

Si morentur cum matre mea,quam pro parte hęredem inſtitui:exponit Scæuola,de Ami.leg.l.annua.Sp.

Si morte patris,ſui iuris effectus fuerit.

Si Nerua conſul factus erit, Titius hæres Attio det fundum:ſi non erit Nerua conſul factus, Seius hæres Mæuio centum dato:Celſus exponit,in l.ſi illud.ff.de Legat.ij.Spieg.

Si nupſerit. Vide Caium,l. non dubium.de Legat.iij.

Si primus mihi hęres nõ erit ſecũdus, Titio decem dato: ſi ſecundus mihi hæres non erit primus, Seio fundum Tuſculanum dato.utriſq; omittentibus hæreditatem, primo & ſecundo,quærebatur,ſubſtituti,quos eis dederat,an & cui legata præſtare debeãt.Paulus reſpõdit, ab utroq; ſubſtituto legata deberi.l. debitor decẽ. §.ſi primo.de Legat.ij.Sp.

Si qua filia mihi gignitur,ei hęres meus cẽtum dato.Declaratur per Vlpian.l.qui filiab.de Leg.j.Sp.

Si quid in teſtamento, quod ante hoc tempus feci, legaui, cui dare uolui: peto ab his uti tertiam partem pecunię filiæ meę reddant.l.libertis.§.poſthumis. ff.de Aliment.legat.Spieg.

Si quid cui liberorũ meorũ dedi, aut donaui,aut in uſum conceſsi, aut ſibi adquiſiuit,aut ei ab aliquo datum, aut relictum eſt, id ſibi precipiat, ſumat,habeat. Senſum oſtendit Scæuola in l. penult. de Legat.ij. Sp.

Si (quod abominor) neque filia mea, neq; nepos meus,hęredes mei erũt,tunc portionem meam partis dimidiæ fundi illius ad libertos meos pertinere uolo.extat apud Scæuolam in l.penult.de Legat.ij.

Si ſine filijs decedat. Hanc conditionem in teſtamento patris filio appoſitam, aliqui de maſculis tantum accipiendum putarunt,ut refert Alciatus,quibuſdam cõiecturis,quòd uidelicet propriam filiam teſtator excluſerat,et quod ex lege municipali maſculi fœminis præferrentur,con

ſuluit ipſe (tum enim ius dicebat) quam plurimos notæ prudentiæ patresfamilias: an ſi ipſi illis uerbis teſtarentur, decedente filio neptem ſuam excludi uellēt: negauerunt omnes, & huiuſmodi ſermone de utroque ſexu ſe communiter intelligere profeſsi ſunt, ſcrupuloſam recentiorum interpretationem omnes uno ore damnantes. Sp.

Si Stichus Seij factus, iuſſu eius hæreditatem adierit, rogo det. Paul. oſtendit cur non ualeat eiuſmodi fideicommiſſum, l. ſed etſi ſic. de Legat. iij.

Si Titius hæredi meo cauerit centum Mæuio ſe daturum, & hæres meus Titio centum dato. Item ſi Titius hæredi meo cauerit, ſe in municipio ex centum aureis opus facturum: tunc ei centum aureos hæres meus dare damnas eſto. Item, ſi tabulas chirographi mei hæredi meo reddiderit, hæres meus ei decem dato. item Stichum aut Pamphilum, utrum hæres meus uolet, Titio dato. Item fundū Cornelianum & mancipia, quæ in eo fundo dum moriar, mea erunt, hæres meus Titio dato. Item Titio & Mæuio ſingulos ſeruos do lego. Item Titio ſeruum do lego, Mæuio alterum ſeruū do lego. Hæc legata per Iulianum explicantur in l. huiuſmodi legatum. ff. de Legat. j. Sp.

Si uolueris. Vlpiano tradente, quanquam fideicōmiſſum non debeatur ita relictū, tamē ſi ita aſcriptum fuerit, Si fueris arbitratus, ſi putaueris, ſi exiſtimaueris, ſi utile tibi fuerit uiſum, uel uidebitur. Non enim plenum arbitrium uoluntatis hæredi dedit, ſed quaſi uiro bono fideicommiſſum relictum. l. fideicommiſſa. §. quāquam. de Legat. iij. Sp.

Si mihi Mæuia & Nigidia filiæ meæ hæredes erunt, tunc Mæuia è medio ſumito, præcipito, ſibi'que habeto fundos meos illum & illum, cum caſulis & cuſtodibus omnium horum fundorum, & cum omnibus his agris, qui ad coniunctionem cuiuſque eorum fundorum emptione, uel quolibet alio caſu obtigerint. Itē cum omnibus mancipijs pecoribus, iumētis, cęteriſq; uniuerſis ſpeciebus, quę in ijſdem fundis, quo'ue eorum cum moriar erunt: uti optimi maximi'que ſunt, utique eos in diem mortis meæ poſſedi, & (ut plenius dicam) ita uti claudentur. Speciem horum uerborum Paulus recitat. de Legat. iij. & enucleat ibidem. Spieg.

Si te hæredem ſolum inſtituam, & ſcribam: uti monumentum mihi certa pecunia facias. Pōponius declarat in l. Q. Mutius. de Ann. legat. Sp.

Sibiq; eos habere, poſsidere uolo, ea lege & conditione, ne quis eorum partem ſuam uēdere, donare, aliud'ue quid facere alij uelit. quod ſi aduerſus ea quid factum erit, tunc eas portiones prædiūm'ue cum taberna ad rempub. Tuſculanorum pertinere uolo. Ad ſpeciem, quam ſubdit Sçuola in l. pater filiūm. §. Quindecim, reſpiciendum tibi eſt. Sp.

Si Stichus & Dama ſerui mei in poteſtate mea erunt, cum moriar, tunc Stichus & Dama liberi ſunto, & fundum illum ſibi habento. Iabolenus elucidat in l. qui cō-concubinam. de Legat. iij.

Sticho ſeruo meo hæres quinque dato: & ſi Stichus hæredi meo per biennium ſeruierit, liber eſto. l. qui concubinam. §. cū in teſtam. de Legat. iij. Sp.

Stichum Sempronio do lego. Si Sempronius Stichū intra annum non manumiſerit, eundem Stichum Titio do lego. Vide Iulian. in l. ſi quis teſtamēto. de Legat. j. Spieg.

Stichum aut decem hæredes danto. Celſus ait, nō poteſt alter hæredum quinq;, alter partē Stichi dare: ſed neceſſe eſt utrunq;, aut Stichū totū, aut decē ſoluere.

Stichus nutricis meæ nepos liber eſto, cui decem aureos annuos dari uolo. l. Stichus. ff. de Alim. leg.

Taberna purpuraria. Paul. de Legat. tertio. Pater filię tabernam purpurariā, cum ſeruis inſtitutoribus & purpuris, quę in diē mortis ibi fuerunt, legauit: neque precia purpuræ condita, neq; debita, neq; reliqua legata cōtineri placuit, autor eſt. Sp.

Tabernam meam, uti nunc eſt, do lego. Vide Pompon. in l. j. de Seru. legat.

Titio fundum do lego, ſi hæredi meo decē dederit. Vide l. ſi quis teſtamento. de Legat. j.

Titio cum Seio do lego. Martianus ait, utriſq; legatum eſt, ſicut ſi fundus cum domo Formiana legatus eſſet. Sp.

Titius & Seius hæredes ſunto: ſi Titius & Seius herędes nō erūt, Caius hęres eſto. quo ſenſu hęc uerba accipienda ſint, pulchrè diſſerit Alc. Par. lib. v. cap. vij. Sp.

Titio filio nomina ex calendario quæ elegerit filius meus ſibi, uiginti dare damnas ſunto ſine dolo malo.

Titio fundum detracto uſufructu, lego. uel, Seio eiuſdem fundi uſumfructum hęres dato. l. ſi alij. ff. de Vſu & uſufr.

Titio Seiana prædia, ſicuti comparata ſunt do lego. Caſum habes apud Paul. in l. prædijs. de Legat. iij. Sp.

Titio Stichum do lego, ſi Pamphilum non elegerit: ſimile eſt, atq; ita legatum fuiſſet, Titio, Stichum aut Pamphilum, utrum eorum uolet, do lego. l. cum ita. ff. de Opt. legat. Sp.

Titio uſumfructum fundi lego: quotiesq; capite minutus erit, eundem uſumfructum ei do. Caius explicat in l. in ſingulos. ff. de Ann. Legat. Sp.

Titio hoc amplius dari uolo decem aureos quos mihi hæredes Caij Seij debent, aduerſus quos ei actionem mandari uolo, eiq; eorundem pignora tradi. Vide Scæuolam de Legat. iij. l. nomen.

Titio centum aureos hæres præſenti dato. Vide Papinianum de Legat. ij.

Titia uxor mea tantulam partē habeat, quã tulam unus hæres. Adi Iabolenum de Legat. iij. l. qui concubinam. §. j.

Titiæ textores meos omnes, præterquam quos hoc teſtamēto alijs legaui, lego. Plotię uernas meos omnes, pręterquã quos alij legaui, lego. Vide Pompon. de Leg. j. Ibidem in fin. l. Titię. nihil differt, idem Pomponius ait, utrũ ita legetur Titio & Meuio: an ita, Titio cum Mæuio: utrobiq; enim coniunctim legatum uidetur. Bart. ex hoc text. colligit, Inter & Cũ nihil diſtare ad perſonas relata. Sp.

Titiæ amplius, quàm dotem, aureos tot hęres meus dare damnas eſto: manifeſtum eſt, inquit, Iulianus dotem quoq; relegaſſe, l. qui ita legat. ff. de Dot. rel.

Titiæ uxori meæ quanta pecunia ad me ex ſtipulatiõe dotis eius nomine peruenit, quæ dos eſt dotalibus duobus conſignatis inſtrumentis centum aureorum. l. ult. ff. de Dot. releg.

Stichum aut Pamphilum, utrũ hæres meus uolet, Titio dato: dum utrum uelit dare, eo die quo teſtamentũ meũ recitatũ erit dicet: Pomponius interpretatur in l. ſtatuliberum. de Leg. ij. Sp.

Stichus, ſi decem Titio dederit, uel Capitolium aſcenderit, liber eſto. Legatum eſſe utile, autor eſt Iulian. in l. Quæſitum eſt. §. j. de Legat. j. Sp.

Stichus liber eſto: & ut eum hæres artificiũ doceat, unde ſe tueri poſsit, peto. Verba huius fideicommiſsi interpretatur Caius de Leg. iij. l. Stichus.

Te Titi rogo, fideiq; tuę committo, ut margarita quę tibi pignori dedi, uendas: & deducto omni debito tuo, quod amplius erit, id omne filiæ meæ reſtituas. Africanus quomodo ſit accipiendum, tradit in l. ſi ſeruus legatus. §. qui margarita. de Legat. j. Sp.

Te rogo Luci Titi, ut ab hærede tuo petas, dari Mæuio decem aureos. Paulus reſpondit, utile futurum fideicommiſſum, ſcilicet ut mortuo Titio, ab hærede eius peti poſsit l. ſed & ſi ſic. de Leg. iij. Sp.

Te fili rogo, ut prædia quæ ad te peruenerint, pro tua diligentia diligas, & curam eorum agas, ut poſsint ad filios tuos peruenire. Secundum Vlpianum magis cõſilium exprimunt, quàm fideicommiſſum. Cætera uide in l. fideicommiſſa. §. hæc uerba. de Legat. iij. Sp.

Tite fili hoc amplius de medio ſumito legata mea, quæ mihi tã pater tuus præſens, quàm Clælius iuſtus frater patris reliquerunt. Scæuola explicat de Leg. iij. in l. uxorem. §. fœliciſsimo.

Vt habeant, unde ſe paſcant. Aburnio exponente l. pen. de Aliment. legat. hæc adiectio magis ad cauſam prælegãdi, quàm ad uſumfructum conſtituendum pertinet. Spieg.

Ventrem cum liberis in poſſeſsionem eſſe iubeo. Vide Martianum in l. ſi quis legauerit. de Legat. j.

Veto autem ędificium de nomine meo exire: ſed ad uernas meos, quos hoc teſtamento nominaui, pertinere uolo.

Vina mea, & ueſtem meam. Vide Pomponium in l. nuper. ff. de Legat. iij. Sp.

Volo prædia dari libertis meis. Quod ſi quis eorum ſine liberis uita deceſſerit, partem eius ad reliquos pertinere uolo. Vide Papinianum in l. cum pater filios. §. uolo. ff. de Legat. ij. Sp.

Volo, ut omnia quæ ſubiecta ſunt, firmitatem habeant. Maximo domino meo denariûm quindecim millia, quæ depoſiti nomine à Iulio Maximo patruo eius accepi, ut illi cum in uirum prouectus eſſet, reſtituerem: ut maximè cum uſuris in trigin-

in triginta millia excurrant, ei reſtitui uolo. ſic enim patruo eius iuraui. Hunc locum Haloander noſter ita uertit latinè, qui græcè extat apud Scæuolā in l. cum quis decedens. §. codicillis. de Legat. iij. Spieg.

Vxori præter id quod à Mæuio annui nomine accipiebat, aureos centum dari uolo, Papinianus ait, annuum uidetur, & ſemel centum aureos reliquiſſe. l. Scio amico. ff. de Ann. legat.

Vxori meæ uſumfructum lego bonorum meorum, uſq; dum filia mea annos impleat octodecim. Vide Scæuolam. ff. de Vſu & uſufr. Sp.

Vxor mea, quicquid ei comparaui, et quod mihi dedit, è medio ſibi ſumat. l. ult. ff. de Dote releg.

Vxori meæ, dum cum filio meo Capuæ erit, hæres meus ducenta dato. Iabolenus exponit in l. qui concubinam. §. pen. de Legat. iij. Spieg.

Vxori meæ, quicquid uiuus dedi, donaui, uſibus'que eius comparaui, concedi uolo. Scæuola declarat in l. uxori ſuæ. §. j. de Legat. iij.

Vxoris cauſa parata. Vlp. de Leg. iij. hoc legatum ait, generale eſt, & continet tam ueſtem, quàm argentum, aurum, ornamentum, cæteraq; quæ uxoris gratia parantur. Sed quæ uidentur uxoris gratia parata? Sabinus ita ſcripſit: Quod in uſu frequētiſsimè uerſatur, ut in legatis uxoris adijciatur, quod eius cauſa paratum ſit, hanc interpretationē obtinuit: quod magis uxoris, quàm communis promiſcuiq; uſus cauſa foret paratum. Lege item, Quæque eius cauſa parata ſunt. &, Emptum. Sp.

Vxori meæ ueſtem, mundum muliebrem, ornamēta omnia, aurum, argentū, quod eius cauſa factum, paratumq; eſt, omne do lego. Trebatius hæc uerba, Quod eius cauſa factū, paratumq; eſt: ad aurū & argentum duntaxat referri putat, Proculus ad omnia. Quod & uerum eſſe, Iabolenus teſtis eſt. de Legat. iij. Sp.

Vxori meæ lateralia mea (aliàs, lateralia) uiatoria, & quicquid in his conditum erit, quę membranulis mea manu ſcriptis continebātur, neque exacta erunt, cum moriar, licet in rationes meas translata ſint, & cautiones ad actorem meū tranſtulerim. Ad caſum horū uerborum ergo Scæuola reſpondet in l. pen. de Legat. iij. Spieg. *Finis Legatorum.*

LEGATVS, uicarius eſt: quod redeunte imperatore, aut conſule, cedere eum oportet. Eſt enim locum tenēs, fiduciariam operam ſuperioris obtinens. Bud. in l. poſter. de Orig. Iur. De huius munere uide poſt Vlp. in l. ſolet. ff. de Offic. Procōſ. Alex. Gen. di. iij. lib. vj. Eſt item Legatus, qui refert mandata ſui Principis: nunc Orator dicitur. qua uoce ita uſus eſt Maro in xj. teſte Bud. Huic autē non eſt fas uim admouere. Siquidem iure gentium receptum eſt, ut legati publica fide ueniant & redeant inuiolati, etiamſi perferant atrocia. quales olim erant feciales, ac patres patrati. Sp.

LEGEM dominari, & hominē dominari, exponitur ſuprà in dictione, Bona Lex.

LEGE hac, pro hoc iure, hac cōditione, uel hoc pacto. Albericus indicat exēpla. Sp.

LEGE Fauia, plagiarij puniuntur. l. j. de Plagiar. Lex autem illa à Fabio lata eſt, unde & Fabia dicitur: licet quandoque propter affinitatem literarum Fauia ſcriptū reperiatur. Eius meminit Cic. Orat. pro C. Rabirio. Fuit & alia Lex Fabia, de qua paulo pòſt. Sp.

LEGE agere, ſimpliciciter pro eo accipit, quod eſt, actionē & querelā intendere, quod uulgo dicimus, Mit recht fürnemē. Significat etiā exequi ſententiā, ſiue iuſſum iudicis. ut eſt, gulam laqueo frangere, ſecuri ferire, & id genus ulteriorem excludens interceſsionem. Vlp. in l. Barbarius. ff. de Offic. Prætor. An fore, inquit, propter utilitatem eorum qui apud eum egerunt, uel lege, uel quo alio iure. Itaq; lege agere, eſt autoritate legis aliquid facere, quaſi aut iubēte, aut permittente lege. Vide, Legis actio. Sp.

LEGE obuenire, hoc eſt, per legem contingere: ut obuenire hæreditate dicitur, quod nobis per hæreditatem contingit. Vlpian. Excipiuntur autem arma, quæ quis commercij cauſa habuerit, hæreditate'ue ei obuenerint. Sp.

LEGE rogatū eſt, hoc eſt, ſolēniter decretū. Forma enim legis rogandę hęc erat. Primùm deliberabat à ſenatu conſultante, nū utilis eſſet lex tum ferēda: deinde ſi è repub. uidebat, proponi ſolebat populo tribus nūdinis: tertio autem nundinarū foro rogabat populus à cōſule, hoc eſt interrogabatur,

terrogabatur, an id placeret quod patres ſtatuiſſent. Vide infrà, Rogari lex tũ dicitur. & Old. in Reſtaurat. Polit. Sp.

LEGE uendere, ut Lege agere, id eſt, legitimè. Recht vnd redlich.

LEGEM dixit teſtator. l. Lucius. §. Lucius. ff. de Fideicom. libert.

LEGEM prodere. Quære, Prodere Legẽ.

LEGEM, hoc eſt, pactũ, pactionem, apertius conſcribere apud Papinianum. l. ueteribus. ff. de Pactis. Sp.

LEGEM naturæ appellant Theologi rationem communem, cultum unius Dei dictantem, hominumq́ȝ inuicem charitatem, quam in cõmunem ſenſum, id eſt, notiones anticipatas cadere uolunt. Cicer. ſummam & æternam legem appellat prudentiam illam, rationemq́ȝ communem naturæ humanæ ingenitã, quaſi particulam quandam diuinitatis, quę ſectandæ nobis autor eſt iuſtitiæ, auerſandæq́ȝ iniuſtitiæ. Vide Bud. in prior. Annot. Spieg.

LEGES, Dei uerbo confirmatæ, quas in animis hominum inſculpſerat, quoniam propter originis uitium, obſeruata eſt in hominibus naturalis noticia, uiua uoce renouatę ſunt, atq́ȝ in Tabulas lapideas decem Præceptorum deſcriptæ: quæ monitore Old. diligenter perpendendæ ſunt, ceu fontes xij. Tab. & totius iuris Gentium & Ciuilis. Sp.

LEGERE in ordinem. Vide, In ordinem redigere.

LEGES humanæ. Vide ſuprà, Humanę leges. & paulo pòſt, Lex humana.

LEGES Apuleiæ. L. Apuleius Saturninus Trib. pleb. legẽ tulit, ut nemini præter decretum populi, in regione eſſe liceret. Idem & alteram legem tulit, ut ueteranis in Aphrica, centena agri iugera diuiderentur. Idem ibid. Item legem tulit, ut publicam maieſtatem minuens, capitis pœnam ſubiret. Spieg.

LEGES condere, pro componere, uel ſcribere, apud Ciceron. in de Legib. & Iuriſcons. in l. omnes populi. de Iuſt. & iur. Solius autem Principis eſt, condere leges communes. An autẽ quælibet Communitas poſsit condere ius proprium, id eſt, ſtatuta, & ſuper quibus rebus, & an poſsint mutari, & qualiter intelligantur, cum quibuſdam alijs, Bartol. in d. l. omnes populi. effuſe tractat. Pro moribus autem noſtræ Germaniæ, Decuriones, ſeu primores ciuitatis, qui nomine populi in maioribus negocijs conuocati ſolent (quos dicimus Maius Concilium) hi cum totum repræſentant populum, ſufficiunt ad condendã Legem, ſeu Statutum: imò duæ partes ſufficerent, dum omnes eſſent uocati. l. nominationum. C. de Decur. libr. x. l. nulli. ff. Quod cuiuſq. uniu. nom. Super his tamen, quæ ſunt iuris diuini, et reſpiciunt ſpiritalia, non poſſunt ſtatuere. Quod latius tractant Doctores: Iuris quidem Põtificij, in c. Eccleſia S. Mariæ. de Conſtit. Ciuilis autem, in l. iam allegata. Sanè ſciendum, quòd leges cõdere, ut tradiderũt quidam, in manu fuerit cuiuſque Iuriſconſulti, non tantum earundem promulgandarum, mos non recipit, qui patet in l. ij. §. j. ff. de Orig. iuris. ſed etiam Iuſtiniani uerba reclamant. Nec enim ocioſe dicit in §. reſponſa prudentum. Inſtit. de Iuſt. & iur. Quorum omnium ſententiæ & opiniones eam autoritatem tenebãt, ut iudici recedere ab eorum reſponſo non liceret, ut eſt conſtitutum. Alioqui uerbum, Omnium, quod hic colligit, nõ diſtribuit, fruſtra fuiſſet poſitum poſt dictionem, Quorum. Pręterea, Ab eorum reſponſo, ſcilicet omnium, & non Reſponſis, ſcriptũ eſt. Vnde notabiliter doctiſs. Salomonius colligit: Quòd ſicut una dicitur ſententia, in quam omnes conſentiunt. §. Senatuſconſultum. Inſtit. de Iur. nat. gent. ita unum reſponſum in quod plures reſpondendo conſentiunt: quemadmodum communis opinio, una opinio. Vide Alexan. Neapolit. c. xxiij. lib. ſexti. Sciẽdum tamen, quòd nulla legum erit utilitas, ſi in literis tantum conſiſtat, non etiam per ipſa facta atque opera ſubditis utilitatem de ſe præbeant. Nouella. de Prouin. præſidib. conſtat. c. lxj. Spieg.

LEGES Caſsiæ. Caſsius Lõginus, L. filius legem tulit, C. Mario, et C. Flacco Coſs. qua populus per tabellã ſuffragia ferret. Idem alterã legem, ad minuendã nobilitatis potentiam dedit: ut ille quem populus damnaſſet, cui' ue imperium abrogaſſet, in ſenatu non eſſet. Aymarus.

LEGES Corneliæ. Cornelius Conſul legem tulit, ne quis legatis exterarũ nationum pecuniã expenſam ferret. quoniam

pecunia eis mutuo data, uſuram, turpiá que, & famoſa ex eo lucra faciebant. Aliam item Legem dedit, ne quis in Senatu Legibus ſolueretur, niſi Senatores ducenti adfuiſſent: neu quis cum abſolutus eſſet, cum ea de re ad populum ferretur, intercederet. Tertiam legem idem Cornelius tulit, ut Prætores edictis ſuis perpetuis ius dicerent. Fuit inſuper quędam Lex Cornelia, quæ Iuliano autore, de Teſtamentis, perinde eorum qui hoſtium poteſtate deceſſerunt, teſtamenta confirmat: ac ſi hi qui ea feciſſent, in hoſtium poteſtatem non perueniſſent: & hæreditas ex his eodem modo ad unum quenq; pertinet. Item Legem in eum tulit, qui ſciens, dolo malo, teſtamentum, uel alias tabulas falſas ſcripſerit, ſignauerit, recitauerit, ſubiecerit: qui'ue ſignum adulterinum fecerit, ſculpſerit, expreſſerit, & ob teſtimonia falſa pecuniam acceperit: ſeruos quidem ultimo ſupplicio, libertos autẽ deportatione, omniũ quoq; bonorum publicatione affecit. Eſt & altera Lex Cornelij, de Sicarijs, quæ homicidas ultore ferro perſequitur. Idem Aymar.

LEGES Gracchorũ. Tiberius Gracchus Trib. pleb. legem tulit, ut nemini ultra quingenta telluris iugera habere liceret: & ut agros contra legem tenentes, cum fructibus eos, accepto precio, dimitterent, & egenis ciuibus traderent. Ad reliquos uerò agros diuidendos, qui in publicum redigebantur, ut tres uiri pręſtantes crearentur, qui per ſingulos annos immutati, eos pauperibus impẽderent. Longè pòſt Cn. Gracchus, Tiberij Gracchi frater, Tribunatum obtinuit, & ll. ſequentes tulit. Vt qui magiſtratu per populum remotus eſſet, facultatem alterius magiſtratus ineundi non haberet. Et ſi in magiſtratu conſtitutus, ciuem Rom. ſine iudicio necaſſet, ut in eum Populi animaduerſio foret. Præterea aduerſus potentiam Senatus ll. populares tulit. ueluti de Colonijs deducendis. de Veſtium, ſiue ſtipendiorum diminutione publice militibus dandis. De minorib. xvij. annis ad militiam nõ cogendis. Lege etiam pares in ſuffragijs Italos & ciues Rom. conſtituit. Frumentariã quoque legem de annona pauperibus adſignanda, & aliam de Iudicibus eligendis tulit. Nam cum ſoli antea Senatores iudicarent, ob eamq; rem à plebe timerentur, trecentos ex equeſtri ordine Iudices, parem Senatoribus numerum ſtatuens adiecit. Aymar.

LEX Helia et Fuſia. Helius & Fuſius Trib. pleb. ſua autoritate legem tulerunt, ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, niſi de cœlo ſeruaſſet, quippiã ageret. Aymar.

LEGES naturæ, Philippus libro primo Epitom. Philoſoph. Moral. ſcite definit, quòd ſint noticię diuinitus impreſſæ mẽtibus hominũ, nobiſcum naſcentes: hoc eſt, Iudicia quædam de moribus, quæ ſunt quoddam mentis lumen, ſicut oculis ſuum lumen inditum eſt. Idem appoſite explicat inibi, quæ ſint præcipuæ leges naturæ: indicat'que, totam Philoſophiam moralẽ, re ipſa, & uerè eſſe explicationem legis naturæ. Vide infrà, Lex naturæ. & Oldendorp. tit. ij. in Iſagog. ibi. Ius autem, uel Lex naturæ. Sp.

LEGES perpetuas, Doctores uocant, in corpore iuris incluſas.

LEGES Põpeiæ. Cn. Pompeius Magnus legem tulit: ut Quæſtor ex his qui Conſules fuerant, ſuffragio populi crearetur. Alteram de Iure magiſtratuum renouauit, ut abſentis ratio in comitijs haberetur: & ut à petitione honorum abſentes ſubmouerentur. Tulit & aliam legem: ut ſi quis parentis, aut filij fata clam, palã'ue præparauerit, inſutus culleo, cum cane, gallo gallinaceo, uipera, & ſimia, in mare proximum, uel in amnem proijceretur, ut inter ferales anguſtias compreh enſus, omnium elemẽtorum uſu uiſus carere incipiat, & ei cœlũ ſuperſtiti, terra mortuo auferatur. Aymarus.

LEGES Tabellariæ. Vide, Tabellariæ.

LEGES Triumphandi. Lege cautum erat, ne quis Imperator triumpharet, niſi quinque millia hoſtium una acie cæcidiſſet. Hæc lex L. Mario, & M. Catone Tribunis pleb. roborata eſt, quòd pœnam Imperatoribus minabatur, qui aut hoſtium occiſorum in prælio, aut amiſſorum ciuium, falſum numerum literis Senatui auſi eſſent referre: et iubebat eos Vrbem ingreſſos protinus apud Quæſtores urbanos iurare, ſe uera ad Senatum de utroq; numero ſcripſiſſe. Alia lex triumphandi erat, qua pro aucto Imperio,

rio, non pro recuperatis, quæ reipubl. aliquando fuiſſent, triumphus decernebatur. Sed & parte ciuitatis lachrymãte, & de ciuili bello decernere ſupplicationes, ouare, uel triũphare nefas erat. Alia triũphandi lege cautum fuit, ne Dux ante triumphum Vrbem ingrederetur.

LEGIS actio, pro formula perſequendi, quæ ex Lege ciuili cõponitur. l. ij. §. Deinde ex his legibus. ff. de Orig. Iur. Et appellabatur, inquit, Pompon. hæc pars iuris, Legis actiones. Porrò ſuprà indicauimus, Legis actionem apud iudicem eſſe uel magiſtratum, eſt eum habere legitimam & ordinariam iuriſdictionẽ. Martian. in l. iij. ff. de Offic. Proconſ. diſtinguens inter Proconſulem & legatum eius. Quia, inquit, non habet iuriſdictionem talem: ſcilicet ordinariã. Quod declarãs Vlpianus in l. ſeq. Omnino enim, ait, nõ eſt apud eum legis actio: quaſi dicat, non habet quidquam poteſtatis proprio iure, ſed alieno. Sp.

LEGIS actio quid, & qua olim uerborum ſolennitate fiebat, Alciat. indicat in l. pecuniæ. de Verb. ſig.

LEGIS mens et uerba, ad titulum ſub quo ſita eſt, accommodanda, & ex ſubiecta materia uel ampliãda eſt, uel reſtringenda. l. ij. de Statu hom. l. inſulam. ff. de Præſcript. uerb. Sp.

LEGIS officium eſt, ut generaliter ſtatuat de negocijs hominum, & in commune. Quod eleganter probat Ariſtoteles in Politicis. & Celſus noſter tit. de Legib. Nam ad ea, inquit, potius debet aptari ius, quæ & frequẽter, & facilè, quàm ad ea quæ perrarò eueniunt. Vnde Papinian. in l. j. ibidem. Lex eſt, ait, commune pręceptum, uirorum prudentum conſultũ. Appoſitè Zaſius hic monuit, præceptum, accipi pro doctrina: ut nõ opus ſit Gloſs. expoſitione. Cæterum, Legis eſt, ad factum ſe arctare: Regulæ autem, Legem reſpicere. l. j. ff. de Regul. iuris. Poteſt autem Legis mentio fieri duobus modis. Altero, ſecundum propriam atq; perfectam ſignificationem. Et ſic Lex eſt noticia naturalis, à Deo nobis inſita, ad diſcernendũ æquum ab iniquo. Vnde dicitur aliàs Mens, uel Ratio recta, aliàs Naturæ uis, aliàs Regula, ſeu norma iuris, & iniuriæ: quæ omnia tamen eòdem tendunt. Altero modo populariter, ut Cicero uocat, nuncupamus Legẽ, quę ſcripto ſancit quod uult, aut iubẽdo, aut uetãdo. Ita uulgò Lex accipit̃ in l. legis uirtus. ff. de Legib. & ferè Old. teſte, per reliquos libros iuris. Sp.

LEGIS textus, omnem dubitationem tollit. Vide Bald. in l. ancillæ. C. de Furt. Siquidem Gloſſa nullam nobis neceſsitatem imponit. cum ſit tantum probabilis: ut dicit Bar. l. j. ff. Si cert. pet. Veritatem, dicebat ſemper Zaſius ex Legum textibus, ex æquo & bono quærendam, non ex conſpirato, plauſibiliq; huius, uel alterius Gloſſæ, aut Doctoris fauore, eſſe proſtituendam. Spieg.

LEGIS uirtus eſt, ait Iureconſ. imperare, uetare, permittere, punire. Sp.

LEGIS latoris boni officium in his duobus potiſsimum uerſatur: primùm ut ſtatuta ſua loco, tempore, perſonis & rebus adcõmodet: deinde ut aperta ſint, & ſi dubitatio incidat, ab ipſo authore interpretentur, non ab alijs pro ſuo adfectu. Ideo appellatur à Pomponio in l. ij. de Orig. diſputatio fori. Vide Oldend. in Reſtaur. Polit. Sp.

LEGIBVS & præmia propoſita ſunt uirtutibus, & ſupplicia uitijs, hoc eſt, per Leges. Fuit conſuetudo Athenis, ut ciues benemeriti donarent̃ immunitate: quã Demoſthenes defendit aduerſus Leptinem, qui contra iſtam immunitatem Legem ferre uolebat. Meminit eius Cicer. in Oratore. Sp.

LEGIBVS ſoluere, Budæo, quod diſpenſare eſt apud recentiores. Porrò, Legibus ſolutum eſſe Principem, Vlpianus autor eſt tit. de Legibus. Vnde quidam, haud ſcio quàm rectè, plenitudinem poteſtatis deriuant: quæ ſi eſt in Imperatore, ut certè eſt, ſed ad bonum duntaxat. Nam, ut Papinianus tam eleganter, quàm uerè dixit, Quæ facta lædunt pietatem, æſtimationem, uerecundiam noſtram, nec facere nos poſſe credendum eſt. Quin & illud Alexand. Imp. notum eſt in l. filius. de Condit. inſt. Nihil tam proprium Imperij eſt, quàm legibus uiuere. Cuſtos itaq;, non uiolator legum Princeps eſſe debet: qui diuerſum loquũtur, ait Salomon. Principibus adulantur. Spieg.

LEGVM beneficio uti, in fin. l. non ſolum. ff. de In integr. reſtit. Spieg.

LEGVM ſtudioſi relicto latinę linguæ nitore, inepti plerunq;, teſte Alexan. Neapol. lib. iij. cap. iiij.

LEGIO, incerto numero militum & peditum conſtabat. Romulo primū regnante, Legio ex peditib. MMM. equitibus uerò, CCC. fieri cœpta eſt: quam quòd ex lectis militibus confecerat, Legionem appellari maluit. Alexā. Neapolit. Genial. dier. lib. j. cap. v. Poſtea auctæ ſunt Legiones. Vide ibid. apud eundem. Porrò legionem eandem haberi, ex qua multi deceſsiſſent, quorum in locum alij ſubiecti eſſent: & populum omnē hoc tēpore putari, qui ab hinc centū annis fuiſſet, cū ex illis nemo nūc uiueret, autor Alfenus l. proponebatur. ff. de Iudicijs. Sp.

LEGIONVM cognomēta uaria nemo Dione Niceo clarius diffuſiusq; explicauit lib. lv. hiſtoriarum, teſte Alciato libr. Parerg. vj.

LEGITIMA, eſt portio hæreditatis, iure naturali liberis debita, minuſcula dicta. Sic appellata, quòd ſecundum naturales leges, alimentorū uice ſubrogatur. Ferr. Inſtit. Quib. mod. teſt. infirm. §. igit̄ quartam. Politus dubitat, an hæc portio hodiè Quartæ nomine uenire debeat. Itaq; ſciendum, quòd legitima liberorū olim erat quarta pars bonorū, quæ pater tempore mortis reliquiſſet, deducto ære alieno & impenſa funeris. l. Papinianus. §. Quarta autē. ff. de Inoffic. teſtam. l. cum quærit̄. C. eod. tit. Hodie uerò cū quatuor ſunt filij uel pauciores, tertia pars eſt: cum plures extant, dimidia pars paternę ſubſtantiæ legitima cenſetur. §. frequenter igitur. Nouell. de Trient. ſemiſs. & §. Porrò hanc particulam. Nouell. de His qui nupt. iter.

LEGITIMA nepotum uariat. Aliàs ſoli ſunt, non cum mortuorum fratrum filijs, ſucceduntq; in capita. Eodem modo ex numero eorū colligenda eſt triens, hoc eſt, tertia, ſi quatuor uel pauciores fuerint: aut ſemis, id eſt, dimidia pars bonorum auitorum, ſi plures ſint. Nouell. de Trient. & ſemiſs. in prin. Aliàs cū permixti ſunt mortuorū nepotū filij, & ſic pronepotes, aut deinceps hi in ſtirpes ſuccedunt, & tantā partē accipiunt pro legitima, quātā pater eorū fuiſſet accepturus. §. neq; illo. Nouell. eod. tit. Aliàs deniq; nepotibus ſupereſt filius unus uel plures defuncti. Quo caſu omnes nepotes in ſtirpes ſuccedunt. Nouell. de hæred. ab inteſtat. §. ſic tamē. Aſcendentiū ſeu parētum legitima, hoc eſt, quam liberi debēt parentibus, eodem modo aucta eſt hodie, ſicut de legitima liberorum dictū eſt, ut Old. teſte cōmuniter probant Doctores per l. Nam & ſi. C. de Inoffic. teſtam. tranſuerſalium, hoc eſt, fratrum ab inteſtato ſuccedentū legitima & olim & nūc eſt quarta bonorum pars arg. l. Papinianus. §. quarta. ff. eod. tit. Sp.

LEGITIMAM debere, relinqui iure inſtitutionis, hoc eſt, iure hęreditario. Hoc enim uoluit Imp. in Nouell. ut cū de Appellat. cog. §. aliud quoq; capitulum. Lege, Inſtituere.

LEGITIMARVM Actionum uerbo, intelliguntur Leges xij. Tab. Zaſ. in §. ſed iſtæ. Inſtit. de Act. Spieg.

LEGITIMA cōuentio eſt, quæ aliqua lege confirmat̄. Autor Paulus, de Pact. Sp.

LEGITIMA hęreditas, propriè dicit̄ quæ ab inteſtato defertur. l. j. de Suis & legit. quoniā eam Lex ipſa abſq; facto hominis, defert. Sed & quæ ex teſtamento defertur, legitima quoq;, non impropriè, latiore tamen ſenſu dicetur: ea enim à lege xij. Tab. confirmatur, dum in illa conſtitutum eſt: Vti quis rei ſuæ legaſsit, ita ius eſto. l. uerbis. de Verb. ſig.

LEGITIMA hominis ętas, poſt quintum & uigeſimū annū reputat̄. Interim nanq; Minores appellant̄: iuuādi ꝓpter ætatis imbecillitatē. l. ult. C. de His qui uē. ętat. impet. l. j. ff. de Minorib. xxv. ann. Sp.

LEGITIMA interpellatio quǽ nā dicat̄, Bart. docet in l. uinū. ff. Si cert. pet. Sp.

LEGITIMA iudicia. Budęus interpretatur, iuri ſcripto, aut morib. recepto aſtricta. Spieg.

LEGITIME, idem eſt quod, iuſtè, uel ratione legum obſeruata. Vide Aut. de Hæred. & Falcid. §. ſi quis autem. Item l. Gracchus. C. de Adult. Sp.

LEGITIME conſiſtere poteſt, rectè agere poteſt. l. grege pignori. §. & in ſuperficiarijs. ff. de Pignor. oppo. Non rectè agi, ſubmoueri exceptione. l. ſi ſuperatus. §. fin. ff. eod. tit. ex Copia Olden. Sp.

LEGITIMOS dies, nunc dilationes ordinarias uocant. Spieg.

LEGITIMVM, quod ſecundum Legem eſt: uerbū tamē generale, et ambiguum,

poniq;

poniq́ ſolet pro æquo, iuſto, uel conueniente.

LEGITIMVS hæres pro parte factus. Papinianus: Quia credimus eum, inquit, legitimũ hæredem pro parte eſſe: & ideo pars hæreditatis in teſtamento remanſit: nec abſurdum uidetur, pro parte inteſtatum uideri, in fin. l. nam etſi. ff. de Inoffic. teſtam. Sp.

LEGITIMVS ſtatus, & Legitima ætas xxv. annis. C. Quand. dies leg. ced. l. pen. & de His qui uen. ætat. impet. l. fi. Alber.

LEGVLVS Varroni, qui uuas aut oleas colligit. extat apud Vlp. l. ſi cuius. §. proinde uerſ. ſi tamen. ff. de Vſufruct. Sp.

LENO, ſcortorũ productor, Priſciano uocabulum eſt genere commune. Quãuis habeat fœmininum, Lena. Vlpianus in l. palàm. de Ritu nupt. Dicendũ eſt, ait, hanc quoq; lenæ appellatione contineri. Loquitur autem de muliere, corpora quæſtuaria, & proſtitutas mulieres habente. Lenonum autem fraudes recenſet Imp. in Conſtitut. de Lenonibus. Collat. ij. Spieg.

LENOCINARI, blandire eſt, trãslatum uerbum à lenonibus, quo Quintilianus uſus plerunq;. Ex Catanço. Sp.

LENOCINIVM facere, Vlp. inquit, non minus eſt, quàm corpore quæſtum exercere. Idem in l. athletas. de His qui not. infam. Lenocinium facit, qui quęſtuaria mancipia habet. Sp.

LEONINA ſocietas eſt, qua alter lucrum tantum, alter damnum ſentit: qualis iure coiri non poteſt: & ut Eraſ. in Chiliad. dicit, ſolet eſſe cum regibus, aut præpotentibus plebeiæ ſortis hominibus. Extat in l. ſi non fuerint. §. Ariſto. Pro ſocio. Notum ex Apologo, quòd leo cõmunem ex uenatu prædã ſic diuidebat cum uulpe, ut ſibi fermè totã retineret, uulpi uix minimam concedens partem. Sp.

LEPADNA, Græci dicunt coria lata circa pectus equorum. Vide Alciatũ in l. quoniam. C. de Curſu publ. lib. xij.

LEPRA, eadem quæ mala ſcabies, hoc eſt, incurabilis, ab Horatio nominatur. Eius meminit Imp. in Autent. Iuſiur. quod præſt. Spieg.

LAESVM ius, in l. prima. ff. Ex quib. cauſ. maior. non amiſſum, ut Interpres exiſtimat, ſignificat. Vt nõ reſpexit ad Lędere uerbi elegãtiã, ita nec uim uerbi Amittere intellexit. Siquidem uerè amiſſa, perdita'ue, aut quæ irrecuperabilia ſunt, corrigi non poſſunt: Intercepta uerò, & occupata, poſſunt. Sp.

LEVARI, uel onerari culpa, apud Macrũ. de Offic. præſid. l. diuus. §. fin. Sp.

LEVATO uelo cognoſcere, Honorius Imp. dixit prouerbiali figura, ſi Alc. credimus, quod uulgò dicunt, de plano fieri, hoc eſt, quod facilè, & abſq; cognitione cauſæ conceditur: quòd iudices grauiores, & arduas cauſas, pro tribunali ſedentes, cognoſcant: ubi uerò deſcenderint, in plano conſtituti, leuiora negocia decidant. Sp.

LEVIDENSE munus, prouerbialiter, uile, & minimi precij uocat Cicero, ut Eraſm. in Chiliad. tradit. cuiuſmodi magiſtratib. accipere licet. Nam illis, ut admonet adagium uetus ab Vlpiano Græcè citatum, de Offic. Proconſ. in l. ſolet etiã. §. non uerò. Nec omnia, nec paſsim, nec ab omnibus, niſi uerecundè, atq; quodã cum delectu, accipere non licet. Sp.

LEVIR. Lege, Daer, & Inateres.

LEVIS caſtigatio, duntaxat conceſſa eſt docenti. l. ſed & ſi quæcunq;. §. fin. ff. ad Leg. Aquil. Spieg.

LEVIS febricula, non conſideratur. l. ob quæ uitia. ff. de Aedil. edict. Sp.

LEVIS offenſa, non adimit legatum. l. iij. de Adim. leg. Sp.

LEVITER, pro parũ, uel mediocriter. Vlp. l. prætor. §. præterea. de Iniur. uel quòd leuiter pulſauerit, uel emendauerit.

LEX eſt mens ſine cupiditate. Lege, Scriptum ius.

LEX, generale nomen eſt, dictum à deligendo, ut magis uidet Ciceroni, quàm à diſtribuendo. νόμος Gręcis appellatur. Nam ut illi æquitatis (inquit) ſic nos delectus uim in Lege ponimus: & propriũ tamen utrunque Legis eſt. Omnis ergo Inſtitutio, quam ſecuti, eligimus quod faciamus, & contrarium uitamus, communi appellatione Lex dici poteſt. Sic accepto uocabulo, Lex diuiditur in Diuinam, Humanam, & Diabolicam. Diuina rurſus diuiditur in Legem Naturæ, & Latam. Lata iterum in Veterem, & Nouam. Vetus, in Moralem, Iudicialem, & Cerimonialem: quæ ſuo loco breuiter, pro inſtituto noſtro, declarabuntur: ne mutetur ordo, qui ſcripti huius

huius generi debetur. Legi autem omnes homines obtemperare cõuenit, cùm ob alia multa, tum uel eo maximè, quòd lex omnis, inuentum quidem, ac munus Deorum eſt. Priſcis tẽporibus Lex erat, quod Populus Rom. ſenatorio magiſtratu interrogante, ueluti Conſule, conſtituebat. Conſtitutio uerò propriè eſt, quodcunq; Imp. uel per Epiſtolam conſtituit, uel cognoſcens decreuit, uel edicto præcepit. Decretum uerò, prudentũ hominum. Papinianus, Lex, ait, eſt commune præceptum, uirorum prudentum conſultum, delictorum quæ ſponte uel ignorantia contrahuntur coercio, communis Reipubl. ſpõſio: cuius uirtus eſt, imperare, uetare, permittere, & punire. Breuiter, Lex eſt ſentẽtia, qua bona tum præcipiũtur, tum mala prohibentur. Ius, eſt autoritas, ſeu facultas agendi ſecundum Legem. Iuſticia, eſt uirtus perducens iſta ad exercitationẽ. Proinde quoties audis has uoces, Lex, Ius, Iuſticia, ſtatim cogita, monẽte Oldendorpio, te diuinum aliquid, atque excelſum audire, hoc eſt, ueram, & à Deo ipſo dictatam honeſtatis formulam. Loquitur autem de propria ſignificatione, & eminentiſsima iſtorum uerborum poteſtate. Non prætereundum, quòd Lex, uocabulum in contractibus, in toto Iure noſtro accipitur pro conuentione. ut docet Zaſius in l. ciuitas. ff. Si cert. pet. Bart. ignorantia huius uocabuli deceptus, in l. cotem ferro. ff. de Public. tradidit, Contractum per ciuitatem factum, habere uicem & pondus Legis: quod ipſe Zaſius audacter dicit non eſſe uerum, nec hoc uſquã dici: & idipſum ſenſiſſe Bald. cõtra Bart. in l. j. C. Ne fil. pro pat. quòd longè alia conditione contrahatur inter partes, & alia conditione ſtatuatur Lex. Sp.

LEX abdicationis abrogata. Vide, Abdicatio. in fine.

LEX abrogata. Vide, Abrogare.

LEX Acilia. M. Acilius Glabrio, legem de pecunijs repetundis ſeueriſsimam tulit, qua ne comperendinari quidẽ reum ſinit. Aymar. lib. ij. hiſt. Iur. Ciuil. De eadem re. & Iulius legem Iuliam repetundarum tulit, qua facinoroſi partim exilio, partim durius, iuxta delicti qualitatem, puniuntur.

LEX Aemilia, à Mamerco Aemilio Dictatore lata, ſtatuit, ne plus quàm annua ac ſemeſtris Cenſura eſſet: cum uetere inſtituto, ſeu malueris, Lege xij. Tab. magiſtratus quinquennio duraret.

LEX Agraria. Quære, Termes.

LEX æquitati non adhærens, Lex dici nõ meretur. cap. erit autem lex iiij. diſt. Sp.

LEX Aeterna. Vide, Aeterna lex.

LEX Annaria. Ea Lex annos finiuit, quibus magiſtratus capiendi poteſtas ſit. Aymar. eod.

LEX Aquilia. Aquilius Trib. plebis, à plebe rogauit, atq; ſtatuit primo eius capite, ut occidens iniuria ſeruum alienum, quadrupedem, uel pecudem, tantum ęs, quanti plurimi res eo anno erit, domino dare teneatur. In omni autem alio damno, intantum (tertio eius capite) uis domino obligatur, quanti res in xxx. proximis diebus fuerit. Secundum caput huius legis in diſſuetudinẽ abijt. Certè Lex Aquilia plebiſcitum eſt: cum eam Aquilius tribunus plebis à plebe rogauerit, te ſte Vlpiano l. j. ad l. Aquiliam. Sp.

LEX Aterina conſtituit, ut ouis ære deno, bos ære centeno definiri intelligatur. In multa ſcilicet publica per magiſtratum, ob nummorum penuriam indicta.

LEX Attilia. L. Attilius, & Claudius Martius Tribuni pleb. rogationem tulerunt, ut tribuni militum ſemideni, in quatuor legiones à populo crearẽtur: quæ antea (perquam paucis ſuffragio populi relictis locis) Dictatorum & Conſulum ferme beneficia fuerant.

LEX Attinia. Hac lege diſpoſitum comperimus, ut eius rei quæ ſubrepta erit, æterna eſſe autoritas, niſi in poteſtatem eius cui ſubrepta fuerit, reuerteretur.

LEX Aurelia. Per Aur. Cottam lata, qua plebi magiſtratus interceptos reaſſumere concedebatur. Sp.

LEX Barbarica, id eſt, Romana, apud Plautum in Captiuis, eſt mentio huius legis. Intelligit autẽ, Alciato declarante lib. vj. Parerg. cap. xvj. legem maieſtatis latam aduerſus eos, qui conſiliũ iniuiſſent, quo Pop. Rom. uita, aut uictu ꝓhiberẽt. Sp.

LEX beneficij inter duos, hęc eſt: Alter ſtatim obliuiſci debet dati, alter accepti nũquam. autor Seneca libr. ij. cap. x. de Beneficijs. Sp.

LEX bona. Vide, Bona Lex.

LEX Calphurnia. C. Calphurntus Piſo, legem

gem de ambitu conſulatus tulit, qua pręter alias pœnas, pecuniaria etiam pœna adiecta fuit.

LEX Campana. Huius meminit Cicero lib. ij. Epiſt. ad Atticum. Initium epiſtolę eſt: Accepi aliquot epiſtolas tuas: ſuntque hæc inter cætera eius uerba: Habet etiam lex execrationem in concione candidatorum, ſi mentionem fecerint, quo aliter ager poſsideatur, &c. Sp.

LEX Canuleia. Canuleius Tribunus pleb. legem tulit, cōtra conſtitutionē xij. Tab. ut connubium plebi cum patribus eſſet. Spieg.

LEX cerimonialis per Moſen lata, abrogata. Vide infra, Lex ſcripta iudicialis.

LEX Chironomia, à Quintil. lib. j. dicitur Lex geſtus. Ab heroicis ipſa temporib. orta, & à ſummis Græciæ uiris, atque ab ipſo etiā Socrate probata, à Platone quoque in numero ciuilium poſita uirtutū, à Chryſippo in præceptis de Liberorum educatione non omiſſa. Sp.

LEX Ciconiaria. Quære ſuprà, Antipelargia.

LEX Cincia. Cincius legem tulit, ne quis ob cauſam orandā, pecuniā, donúmue accipiat, contra cauſidicos quæſtuarios, teſte Budæo in Annot. poſter. Sp.

LEX Claudia. Q. Claudius Trib. pleb. uno patre adiuuante C. Flaminio, legē aduerſus Senatum tulit, ne Senator, qui'ue Senatoris pater fuiſſet, maritimā nauim, quę plus quàm trecentarum amphorarū eſſet, haberet: tam quæſtum omnem Patribus indecorum ratus. Sp.

LEX Clodia. P. Clodius pleb. Tribu. legē pernicioſam tulit: Ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, id eſt, populus quid rogari poſſet, de cęde contra legem Fuſiam & Heliam, ſeruaret. Tulit & idem Clodius alteram legem: ut frumentum quod antea ſenis denarijs, ac trientib. in ſingulos modios populo dabatur, gratis daretur. Tertiam idem tulit, ne quē Cenſores in Senatu legendo præterirent: ne'ue qua ignominia afficerent, niſi apud eos accuſatus, & utriuſq; Cenſoris ſententia damnatus eſſet. Sp.

LEX Commiſſoria. Vide, Commiſſoria.

LEX Cornelia de ieiunijs competit, hoc eſt, actio quæ eſt ex lege Cornelia. l. lex Cornelia. in prin. ff. de Iniur. Sp.

LEX Cornelia de Sicarijs, dicitur, quia à L. Sylla Cornelio lata eſt: prius tamen Sēpronia dicta, à Caio Graccho, qui primus eam tulit. ut autor eſt Cicero. Sp.

LEX correcta. Lege, Correctio legum.

LEX Decia. M. Decius Trib. pleb. plebiſcitum tulit, ut duumuiros naualis claſſis ordinandæ, reficiendæ'que cauſa, populus iuberet.

LEX definita ab effectu & officio, eſt correctio uoluntariorum, & non uoluntariorum delictorum, ſecūdum quam omnes conuenit uiuere. l. ij. de Legib. Sp.

LEX diabolica eſt, cuius autor eſt ſatanas, princeps & autor omnium malorum: non quòd ſit ulla ſubſtantia per ſe mala, ſed quòd ſicut ipſe ſatanas bene conditus à Deo, ſua peruerſa uoluntate in malum degenerauit: ita alias res à Deo bene conditas, quantum poteſt, uitiat & corrūpit: maximè uerò homines, quos lege ſua, legi diuinæ ex diametro contraria, ad peccandum ſolicitat. Hanc ſatanicam legem ſcriptura uocat Legem membrorum, Legem peccati: quòd illius ſatelles, peccatum ſit: ſtipendium, mors. Spieg.

LEX Didia ſtatuit, ut uniuerſa Italia, non ſolum urbs, Lege ſumptuaria teneretur. Inſuper eadem prouiſum, ut non ſoli pœna legis teneretur, qui prandia maiori ſumptu feciſſent, ſed etiam qui ad ea uocati eſſent, atque omnino interfuiſſent. Aymar.

LEX dilectionis, Dei mandatorum caput. Lege, Humanę leges.

LEX Duillia. Duillius Trib. pleb. legem iuſſu populi tulit, ut qui plebem ſine prouocatione creaſſet, tergo ac capite puniretur.

LEX Diuina eſt, per quam accepta pro captu noſtro, de Dei uoluntate docemur, requirens in nobis plenam & perfectā obedientiam erga Deum, qua nos totos ſubmittamus diuinæ uoluntati: ac damnās eos, qui non pręſtant hanc perfectā obedientiā. Hęc eſt enim propria uis legis diuinę, ſiue ſcripta ſit, ſiue nō ſcripta. Huius meminit opportunè Apoſtolus Rom. j. De ſcripta uerò, Deuteron. vj. et xxvij. Matth. xxij. Marci xij. Lucę x. Galat. iij. Hac diuina lege, ut eſt ab Opt. Max. Deo data, nihil iuſtius, nihil ſanctius, nihil ſalubrius eſt: quę in dilectione Dei & proximi tota conſiſtit. Sp.

LEX Fabia. Fabius pœnam his adiecit, qui non certo numero, ut antè fuerat, de finiti, deducerent, & ſectarentur candidatos in campum, comitiorum tempore. Meminit & eius Cicero pro Muræna. Spieg.

LEX Falcidia, non á falce dicta eſt, ſed á C. Falcidio Tribuno pleb. qui primus eam legem tulit: quod & Iſidorus tradidit, c. quędam. ij. diſtinct. Quibus autem uerbis lata ſit, quo' ue ſenſu, duo grauiſsimi autores uidentur Dn. Alciat. plurimum à uero abeſſe: nempe Cæcius Dion, & Euſebius Cæſarienſis in Chronicis. Lege caput xxiiij. Parerg. Iur. lib. v. et infrà in dictione, Lex Voconia. Sp.

LEX Fannia, per Coss. in conuiuiorum luxum lata eſt: quę ludis Romanis, item ludis plebeijs, & Saturnalibus, & alijs quibuſdam diebus, in ſingulos dies centenos æris conſumi conceſsit: decem uerò diebus alijs, in ſingulis menſibus tricenos: cæteris autem omnibus diebus denos. Vide Gell. lib. ij. cap. xxiiij. Spieg.

LEX Fauia. uide Lege Fabia.

LEX Furia. uide Lex Voconia.

LEX Fuſia Caninia in eadem diction.

LEX Generalis. Vide, Generalis lex.

LEX Genutia. Genutius pleb. Tribun. legem ad populum tulit, ne fœnerare liceret. Item fuiſſe alijs plebiſcitis cautum, ne quis eundem magiſtratum intra x. annos caperet, nec duos magiſtratus uno anno gereret: & ut ambos Coss. plebeios creari liceret.

LEX Horatia. Horatius, Tarratię Veſtali, quod pop. Roman. domo campi Tiberini, ſiue Martij ornaſſet, in gratiam beneficij eius, Legem ad populum tulit, ut una omnium fœminarũ teſtabilis eſſet: & ſi xl. annos nata, ſacerdotio abire, & nubere uoluiſſet, ut exaugurandi atque nubendi ius, poteſtatemq́ haberet. Sp.

LEX Hortenſia. Q. Hortenſius Dictator legem tulit, ut eo iure quod plebs ſtatuiſſet, & Patricij, & omnes Quirites tenerentur.

LEX humana, quæ & ius ciuile appellatur, media inter legem diuinam, & diabolicam: quæ quanto ad diuinam magis accedit, tanto ſanctior & melior eſt: quanto rurſus ad diaboli legem deflectitur, deterior ac deprauatior. Eſt autem Lex humana, ordinatio publica, non præcipiens de interiori mentis iuſticia, nec iudicans de occultis: quod homo non intueatur cor, ſed tantum de factis externis, honorem deferens operibus extrinſecus bonis, & pœnam irrogans externis malefactis: in hoc conſtituta, ut obedientia ac honor præſentib. magiſtratibus deferatur, & ciuilis quędam & externa pars conſeruetur. Hæc enim ſtatuit de Iure perſonarum, de Rerum diuiſione, & Poſſeſsione, de Contractibus, de Teſtamentis, de Pœnis delictorum, & cæteris ſimilibus, ſine qua Lege impoſsibile eſt retineri uitam corporalem: ut nõ iniuria, Anima ciuitatis appellata ſit. Spieg.

LEX Icilia. Icilius, poſtquam decemuiri ſe magiſtratu abdicaſſent, à plebe in Tribunum factus, plebem rogauit: & plebs ſciuit, ne cui ſucceſsio à decẽuiris facta fraudi eſſet. Et de Coss. creãdis cum prouocatione M. Duillius in rogationem pertulit. De triumpho item Conſulum pro quadam uictoria rogationem ad populum tulit, & populus eam accepit, tumq́ primùm ſine autoritate Senatus, populi iuſſu triumphatum eſt. Sp.

LEX Iulia. Vlpianus à diuo Auguſto hãc legem fuiſſe latam ſcribit: cui Tranquillus aſtipulatur: & Viues apud Auguſtinum annotauit, ante Cæſarem Auguſtum neminem cauſam de Adulterio di dixiſſe. Nam Clodius de pollutis ſacris Bonæ deæ, non de adulterio eſt poſtulatus: non prætermiſſuris id crimen inimicis, ſi Lege eſſet aliquid de eo conſtitutum. Itaque primus Auguſtus Legem tulit de adulterijs Iuliam, ſed in uiros, & de pudicitia in fœminas, at non ita graui adiecta pœna: quanquam poſtea in utrunque ſexum data eſt actio Adulterij, grauiore pœna addita. ut eſt uidere in Conſtitutionibus Imperatorum, in. C. & reſpõſis Iuriſconſultor. lib. π. xlvij. Spieg.

LEX Iulia de Annona, pœnam aduerſus eum ſtatuit, qui ut annona carior eſſet, aliquid fecerit. Spieg.

LEX Iulia Miſcella, qua prohibebatur legatum capi, niſi prius de non transeundo ad ſecundas nuptias iuratum eſſet, à Iuſtiniano ſublata eſt. l. ij. & ſeq. C. de Interdict. uiguit. Spieg.

LEX Iulia peculatus, reo aqua & igni interdicit. Spieg.

LEX Iulia de Vi publ. & priuata: quarum hæc uim ſine armis committentes, tertia parte bonorum punit: illa in ui armata deprehenſos deportat. Sp.

LEX lata, ſeu ſcripta, & quæ Moſaica, & Vetus appellatur, Legi naturę ſucceſsit. quum hæc ita eſſet obſcurata, ut etiam manifeſta ſcelera, proinde ac ſi ſcelera non eſſent, diſsimularentur. Quare ſcripta lex ob id in primis diuina autoritate ac beneficio lata eſt, ut quæ impunè admitterētur ſcelera, ut ſtupra, inceſtus, adulteria, rapinæ, cędes, & his ſimilia facinora, comprimerentur. Quod ſignificans Apoſtolus ait: Lex iuſto non eſt poſita, ſed iniuſtis, impijs, & peccatoribus, ſceleratis, & contaminatis, parricidis, & matricidis, homicidis, fornicarijs, maſculorum concubitoribus, plagiarijs, mēdacibus, & periuris. Hunc uſum diuinæ Legis (qui ciuilis eſt) Lex humana eſt imitata, & eatenus Dei donum eſt, ex lege diuina ſuam originem trahens. Sp.

LEX Lectoria. Q. Lectorius legem tulit in deceptores eos, qui adoleſcentes in contractibus circumueniebant. Alia eiuſdem lex acerrima in eos, qui pupillorum bona diriperent. Sic etiam hanc uocem ſcripſerunt Pompon. Lætus, & Aldus Manutius. Quidam apud Cicer. quod & Eraſ. annotauit, Plectoria, pro Latoria legendum putant. Spieg.

LEX Licinia. P. Licinius Cons. legē tulit, ut Calēdis, Nonis, nundinis Roman. cuique in dies ſingulos, xxx duntaxat aſſes edundi cauſa conſumere liceret. Nuptijs ducentos indulſit: cęteris uerò diebus, qui excepti non eſſent, ſtatuit, ne amplius apponeretur quàm carnis aridæ pondo tria, & ſalſamentorum pondo libra, quod è terra, uite, arbore'ue natum ſit. Imperatum eſt etiam, ut patentibus ianuis, & in propatulo pranderetur, & cœnaretur: ut ſic oculis ciuium teſtib. factis, luxuriæ modus fieret. Poſtea cum iſtis legibus ſitu & ſenio obliteratis, plerique familiam & pecuniam ſuam prandiorum gurgitibus proluiſsent, L. Sylla Dictator, legem ad populum dedit, ut Calendis, Idibus, Nonisque, diebusque ludorum & ferijs quibuſdam ſolennibus, ſeſtertios tricenos in cœnam conſumere, ius, poteſtasque eſſet: cæteris uerò diebus omnibus, non amplius quàm ternos. Aemilia quoque lege, ab Aemilio Scauro Conſule lata, non ſumptus cœnarum, ſed ciborum, genus & modus præfinitus fuit. Lex deinde Antia, præter ſumptum æris id etiam ſanxit, ut qui magiſtratus eſſet, magiſtratum'ue capturus eſſet, ne quò ad cœnam, niſi ad certas perſonas itaret. Poſtremò Lex Iulia ad populum peruenit, Cæſ. Auguſto imperante: qua pro feſtis quidem diebus ducenti finiuntur: Calendis, Idibus, Nonis, & alijs quibuſdam feſtiuis trecenti: Nuptijs autem & repotijs HS. milies eſſe. Edicto tandem Auguſti (uel ut alij, Tiberij) permiſſum, ut per uarias ſolennitatum dies, à CCC. HS. uſque ad duo millia ſumptus cœnarum propagaretur: ut his ſaltem finibus luxuriæ efferueſcentis æſtus coerceretur. Aymar.

LEX Licinia. C. Licinius Stolo, Tribunus pleb. cum L. Sextio collega eius, legem tulit, ne quis plus quinquaginta agri iugera poſsideret. Alteram item dedit, ne tribunorum militum comitia fierent: & ut alter Conſul è plebe crearetur. Item alia lex Licinia, & Mutia, quam P. Licinius Craſſus orator, & Q. Mutius Scæuola Pont. max. orator & Iurecons. ſapientiſsimi Coss. de ciuibus regendis in eorum cōſulatu tulerunt, ut in ſuæ ciuitatis ius quiſque redigeretur. Sp.

LEX Longobarda. Vide, ſi placet, Scholia noſtra in lib. ij. Ligurini.

LEX Manlia. Cn. Manlius Conſul, legem de uiceſima eorū qui manumitterentur, nouo exemplo, ad Sutrium in caſtris tributim tulit. Item Manlius Tribun. pleb. legem tulit, ut quando res à nobilibus aduerſę geſtæ fuiſſent, etiam hi ad magiſtratus gerendos admitterētur, quorum maiores in Romana Republ. magiſtratus nō exercuiſſent. Huiuſmodi autē homines noui appellātur. Præterea fuit autor, ut Cn. Pōpeius Magnus bellū aduerſus regē Ponti Mithridatem gereret. Sp.

LEX naturæ, ſi generatim accipiatur, non tantū indita eſt menti hominis: quin uiget quoque in omnibus rebus creatis, etiam in his, quæ ſenſu carent, & ratione. ueluti corpora cœleſtia, maria, flumina, fontes, plātę, & omne animantiū genus, ſuæ quodque naturę, Legib. obtemperāt.

Quod tamen ſic accipiendum eſt, non quod natura, ſed Deus, naturæ conditor harum legum ſit autor, etſi leges nauræ dicantur. Quicquid enim natura dat, aut facit, Deus facit, ac generat, Verùm lex naturæ in hominibus eſt illa noticia de Deo, & de Dei uoluntate, quæ conditis nobis menti noſtræ per Deum eſt indidita. Vnde & in Ethnicis hæc naturę lex facit, ut intelligant, Deum conditorem totius naturæ, Deum bonum & iuſtum, Deo obediendum, Deum inuocandum eſſe. ſicut dicit Apoſtolus: Qui cum cognouiſſent Deum (nimirum per naturæ legem) nō ſicut Deum glorificauerunt. Hæc item lex facit, ut homo naturaliter intelligat, Virtutem expetendam eſſe propter Deum. Itidem ſecundum naturam eſſe, parentibus, ac maioribus obtemperare. Hæc quoq; facit, iniurias, cædes, furta, ſtupra, adulteria, mendacia, & his ſimilia, naturali iudicio diſplicere, idq; atteſtante cōſcientia. Vide, Homo homini Deus. Sp.

LEX Oguinia. Q. & Cn. Oguinij Tribb. pleb. rogationem promulgarūt: ut cum quatuor augures, & quatuor pontifices ea tempeſtate eſſent, augeriq; horum ſacerdotum numerum placeret, quinque augures quatuorq; pontifices (de plebe omnes) allegerentur. Aymar.

LEX Oppia. M. Oppius, & T. Romuleius Trib. pleb. legem tulerunt, ne qua mulier ueſte uarij coloris uteretur, nec plus ſemuſcia auri haberet: nec iuncto uehiculo in urbe, oppidóue, aut propius inde mille paſſus, niſi ſacrificij publici gratia, ueheretur: neu ſuperfluo ornatu uteret̄, aut plus uncia in auribus appenderet.

LEX Orchia. C. Orchius Tribun. pleb. de Senatus ſententia legē tulit, quæ numerum conuiuarum præſcribebat fieri: & ut patentibus ianuis cœnitarentur.

LEX Othonia. Otho Trib. pleb. legem tulit, ne quis cū ordine equeſtri in ſpectaculis ſederet, niſi ſeſtertiū quadraginta millia poſsideret: q̄d ſi cōtingeret, quiſquis eſſet, ſiue ingenuus, ſiue libertus, inter equites in grad. xiiij ſpectare liceat.

LEX Papia. Papius Cos. & ciuis Rom. ne urbe Roma peregrini uterentur, lege cauit.

LEX Papia. Hac lege cautum eſt, ut Pont. Maximi arbitratu, uirgines è populo xx legerentur, ſortitoq; in concione ex eo numero Veſtalis fieret. Sp.

LEX Papia Poppea, emendata eſt ab Auguſto, non à Papia & Pompeio, duobus conſulibus lata, quod tradendo Iſidorus lapſus eſt. Ea continebat, Alciato meliore autore: ut ſi uir et uxor filios non haberent, quòd alter alteri reliquiſſet, decima parte Fiſco adiudicaretur: ſublataq; eſt Honorij & Arcadij Impp. Cōſtitut. quæ adhuc ſub Tit. de Infir. pœn. cælib. extat. l. fin. Papius Poppers prius eā tulit: quare etiam ſimpliciter ab autoribus, Iulia appellatur. Iuuen. Nam placet Vrſidio Lex Iulia. Non enim ibi, teſte eod. Alciat. intelligenda eſt ea, quę in adulteros ſæuit, quod alij exiſtimarūt. Sunt qui eā Legem alia quoque capita habuiſſe tradāt: ut circa caducorum obſeruationem, & de Iure quod in bonis libertorum patroni habent, & ne inter Senatores & libertas matrimonia fierent. Tib. quoque Cæſ. nouum caput legis Papiæ edidit: ne ſexagenarij uxorem ducerent: quaſi generare non poſſent. Alc. certè Iuſtiniani lege id factū deprehendit. l. ſancimus. C. de Nupt. l. iij. cap. lib. Diſpunct. iij Sp.

LEX Papiria. L. Papirius Craſſus, & L. Iulius Coss. Legem de mulctarum ęſtimatione, ualde populo gratā ferre præoccupauerat, cū eam à Tribunis parari, unius ex collegio proditione excepiſſent. Vide infrà, Vapula Papiria.

LEX Parabolę. Vide infrà, Parabola.

LEX Petilia. C. Petilius, & L. Papyrius Mugillanus, ſiue Curſor, Coss. legem hanc ad populū tulerunt: Vt nullus (niſi qui noxam meruiſſet, donec pœnā lueret) in compedibus, aut in neruo teneretur: neq; in poſterum aliquis ob æs alienum nect̄eretur, ſed pecuniæ creditæ, bona debitoris, non corpus obnoxium eſſet. Itaq; nexi ſoluti erant.

LEX Petilia, à C. Petilio Trib. pleb. lata eſt: qua lege nouorum hominum ambitio, qui nundinas & conciliabula obire ſolebant, compreſſa eſt.

LEX Plotia. M. Plotius Trib. pleb. legem tulit, ut tribus ſingulę quinos denos, qui eo anno iudicarent, ex eo numero ſuffragio crearent.

LEX Politica. Sunt perditiſsimi homines, qui mendaciter atque ſacrilegè docuere, Inuocandas Moſaicas, noſtras'que abolendas

abolendas leges, quas tamen Chriſtus ipſe probauit, imò quas per noticias honeſtatis, & lumẽ naturæ omnibus inſculptum, docuit, uult' que pro conſeruanda tranquillitate obſeruari. Rom. xiij. Ex Nuncupatoria D. Oldendorpij, in aureum libellum, cui inditum nomẽ, Reſtauratio Politiæ. Sp.

LEX Pompeia. Cn. Pompeius Strabo, Magni Pompeij pater, legẽ tulit incolis trãſpadanis, ut petendi magiſtratus & ciuitatis Romæ ius adipiſcerentur, quemadmodum cæteræ Latinæ coloniæ.

LEX Prędiatoria dicta ab eo, quod prędia in ſolutum dantur. Quomodo oberatorũ bona in ſolutum dari debeant, pete ex xxiij. cap. lib. x. Parerg. Alc. Sp.

LEX Publia. P. Philo Dictator, tres ll. tulit: Vnam, ut plebiſcita omnes Quirites tenerẽt. Alteram, ut ante initum ſuffragiũ, patres Legum, quæ comitijs centuriatis ferrentur, autores fierent: quod antè non erat. Tertiam, ut utrumq; cenſorem plebeium fieri liceret.

LEX quina uicenaria. meminit eius Plaut. in Pſeud. hæc non permittebat pecuniã à daniſta mutuò adoleſcentibus dari. Refertur autem, ut arbitratur Alciat. ad xxv. annos, intra quod tempus fas non erat credere minori. Sp.

LEX Regia, Salomonius ait, eſt lex Populi, per quam decernitur Imperium, continens conditiones quibus principatus ineundus, gerendusq; eſt: dicta Regia, quod per eam ius regnandi defertur. Vnde, ut colligit, non una pro omnibus futuris Principib. lex Regia ab initio lata fuit (ut rerum imperiti arbitrãtur) ſed ſua cuiq; Principi, certis cõditionibus, adeò, quòd quibuſdam maior poteſtas, quibuſdã minor tributa fuit. Idem exiſtimat uero ſimile eſſe, Vlpianum loqui de lege regia Alexandri Mammeæ, cuius protutor, & magnus conſiliarius fuit, qui tam iuſtus & temperans erat, quod meruit legib. ſolui, quoniam ſibi ipſi lex erat. Idem in Libris quos de Principe ſcripſit, dicitur nihil non tribuere Rom. Pontifici, Imperatoris autoritatem (qui & ipſe certiſsimam à Chriſto habet cauſam temporalium rerum gubernandarum) nimis eleuans, impudentiſsimum, ut opinor, Oldradi ſecutus iudicium. De quo inter alia Hieronymus Balbus Italus, Epiſcopus Gurciæ noſtræ, qui ſingularem prudentiam longa maximarum rerũ tractatione comparatam, cum ſumma doctrina coniunxerat, plenus dierũ nuper Romę deceſsit, in libro, cui indidit titulũ, de Coronatione, in hæc uerba ſcribit: Quibus igitur cruciatibus Oldradi manes torqueri credimus, qui in quodam ſuo non tam conſilio, quam conuicio, adeò petulanter in Cæſares debacchatur, ut omnem eorum autoritatem radicitus euellere ſtudeat: quos nõ modò regibus, ſed uel plebeijs magiſtratibus poſtponere audet: quo quidem nomine arguit & Imperij calumniator impudens. & quæ ſequuntur. Marcellus in Tit. de Mortuo inferen. l. ij. Negat, inquit, lex regia mulierem, quæ pręgnans mortua ſit, humari antè quàm partus ei excidatur. Sp.

LEX Roſcia L. Roſcius. Otho Cons. legẽ tulit, ut in theatro equitib. Rom. equites xxiiij. ſpectandi gratia darentur. Quod plebi diſplicuit. Aymar. lib. ſuprà citato.

LEGE ſalua, id eſt, ſaluo Canone. C. de Fund. patrim. l. j. & ibi not. & eo. tit. l. uniuerſi. & l. fundi. Alberic.

LEX ſacrata militaris, quam M. Valerius Coruinus dictator tulit, ne alicuius militis ſcripti nomen, niſi ipſo uolente, deleretur: & ne quis, ubi Tribunus militum fuiſſet, poſtea ordinum ductor eſſet. Aymar. Spieg.

LEX Satyra eſt, quæ uno rogatu, multa ſimul & uaria cõprehendit. ut, Vultis'ne iubetis'ne, ut cum Iugurtha bellum componatur? elephantes tradat omnes, tranſfugas uniuerſos reddat? Vide &, Satyra Lex. Spieg.

LEX Scatinia. P. Scatinius legẽ tulit, quà puerorũ concubitores, graui ſupplicio afficerentur. Aymar.

LEX ſcripta iudicialis, per Moſen, à fine eius Legis nomen accepit, qui eſt in coercendo per diſciplinam, ad retinendam ſocietatẽ humani generis, tradita ac inſtituta, ad gubernationem illius populi CHRISTVM expectantis, de Ritibus coniugiorum, Succeſsionibus, Pœnis debitorum, & ſimilibus rebus forenſibus præcipiens. Moralis, & hæc ſortita nomen à fine cui reſpondet: nimirum, quod expoſitio Legis naturæ, ac doctrina uirtutum, carnis fragilitatem oſtendens, & ad gratiam præparans. Cerimonialis

nialis uerò inſtituta fuit, ad præfigurandaa uenturi CHRISTI myſteria, & ueros fidei cultus Deo acceptos, nimirum ultimo fini legis reſpondens. Sunt autem iudiciales & cerimoniales leges abolitæ, non pertinentes modò ad nos. Iudicialis enim data erat, ad moderandum populum illum utentem cerimonijs, CHRISTVM præfigurãtibus. Statu ergo illius populi mutato, neceſſe erat, ut & hæc lex ceſſaret. Vnde nos nũc rectè eius loco, iure ciuili imperatorio utimur. Itidem cerimonialis obſoleta eſt: quoniam per CHRISTVM adimpleta. Sola Lex moralis (cum interpretatio ſit Legis naturę) abrogata non eſt. Spieg.

LEX Sempronia. Vide antè paulo, Lex Cornelia.

LEX Sulpitia. Sulpitius Trib. pleb. legem promulgauit, ne quis ordinis Senatorij, ultra duo millia dragmatum, æs alienum conflare poſſet.

LEX talaria à Plauto in Milite appellatur, quòd illa cauebatur, ne quis in conuiuio talos haberet. Horatius, Vetita legibus alea. Hoc & Alciatus in Parerg. annotauit. Spieg.

LEX Titia. Vide, Ticia Lex.

LEX Tullia. Vide, Tullia Lex.

LEX Valeria, & Horatia, ſtatuit, ut quod Tribuni plebiſcitis iuſsiſſent, Populus teneret. Et ne quis ullum magiſtratum ſine prouocatione crearet: quod ſi aliquis creaſſet, eum occidi ius, fasq; eſſet, ne'ue ea cædes capitali noxa haberetur. Sanxerunt etiam, ut caput eius qui Tribunus plebis, Aedilibus, Iudicibus, Decemuiris nocuiſſet, Ioui ſacrum eſſet: & familia ad ædem Cereris, liberi liberæ'que uenum irent. Lata à L. Valerio, & M. Horatio Coſs.

LEX Valeria, & Porcia. M. Valerius Coſ. legẽ de Prouocatione tulit, qua eũ, qui prouocaſſet, uirgis cædi, ſecuriq; necari uetuit. Si quis aduerſus ea feciſſet, nihil ultra quàm improbè factum adiecit. Sed lex Porcia deinde lata, uehemẽtior fuit. Nam eum qui Rom. ciuem uerberaſſet, necaſſet'ue, graui pœna afficiebat.

LEX Voconia. Paul. l. j. ad Leg. Falcid. Lex Falcidia, inquit, liberã legandi facultatem dedit. Sed quomodo dedit, ſi iam lege xij. Tab. data erat? cuius uerba ſunt: Quod quiſq; rei ſuæ legaſsit, ita ius eſto. l. uerbis. de Verborum ſignificat. Reſpondent noſtrates doctores, apud Paulum uerbum illud, Dedit, intelligẽdum, id eſt, datam declarauit. At Alciat. Ego inquit, Lege Voconia, itemq; Furia facultatem eam coanguſtatam fuiſſe ſcio. Inſtit. Ad Leg. Falc. in prin. quas Leges deinde Falcidius abrogauit. Quid autem illis legibus ſancitum eſſet, amplius quærendum arbitratur. Theophilus autor eſt, lege Furia cautum fuiſſe, ne cui plus quàm mille nummi legari poſſent. alioquin eius quod amplius legatum eſſet, quadruplum reſtitui. Voconia uerò lege prohibitum teſtatori, ne cui plus legaret, quàm hæres eſſet habiturus. Cicero Oratione in Verrem vj. Voconiæ legis meminit: qua cauebatur, ne quis cenſus, id eſt, qui centum millia in bonis haberet, hæredem mulierem inſtitueret. Idem in Oratione pro Balbo: Tulit, inquit, apud maiores noſtros legem C. Furius de Teſtamentis: tulit Q. Voconius de mulierum hæreditatibus: in iure noſtro etiamnum Legis Fuſiæ Caniniæ extat mentio, quę certum modum libertatibus conſtituebat, poteſtatemq; à Lege xij. Tab. teſtatoribus generaliter datam reſtringebat. Hæ ille lib. v. Parerg. cap. xxiij. Spieg.

LEX Volumnia. Q. Volumnius Saxa Tribun. pleb. legem tulit, ne quis hæredem mulierem inſtitueret. Cuius contrarium Imp. Iuſtin. poſthac ſtatuit.

LEXIARCHICI apud Atheniẽſes appellabant qui ius de hereditatib. dicebãt. λῆξιν enim hereditatẽ dixerunt, ἀπὸ τοῦ λήγειν, id eſt, à deſinẽdo, quod ab uno in alterum deſinat: id eſt, ut Galli dicũt, In mortuis uiui ſeſsitant. qua ratione ipſe etiã uerbũ Lego, in lege xij. Tab. generaliter acceptũ arbitrat, l. uerbis. ff. de Verb. ſig. pro qualibet deficiẽtiũ uolũtate, ἀπὸ τοῦ λήγειν. q̊d & ſyllaba indicat, quæ in legato prima producit, cũ alioqui eſſet corripiẽda. Hęc Alciat. cap. j. decimi lib. Parerg. Sp.

L I

LIBELLA. Vide ſuprà, Chœnix. Accurſ. in l. iudices. C. de Epiſc. aud. ubi Impp. iudicibus mandant, ne alimenta his, qui cuſtodia carcerum attinentur, deeſſe ſinãt, uictualẽ ſubſtantiã, libellis duobus, aut tribus diurnis, arbitratu Commentarienſis

riénſis decernant, à libro, diminutiua forma dici credidit. Verùm Alciato magis accedendum, qui de libellæ pondere fœminino genere, ductum putat, cap. xvij. lib. j. Parerg. quod & ab Oldend. obſeruatum eſt. Sp.

LIBELLARIA cõceſsio dicitur, cum Emphyteuta trãsfert ius ſuum in alium: hoc eſt, ſubſtitutio quędam Emphyteuſis, teſte Oldend. Sp.

LIBELLVS, indicante Albutio pro Alciato, quum ſimpliciter lex de libello loquitur, apparere non de alia ſpecie intelligendum, quàm de ſupplici.

LIBELLVS, item Epiſtola eſt aſſertoria, quam uulgò Credentiam, uel Certificationẽ uocamus: cum ſuperior magiſtratus fidem facit pro ſubdito, uel etiã pro alio. ut quum tributorum & uectigaliũ immunes, ad publicanos ęſtimare ſolẽt: ne pro uectura res ſuas aduehentes, importantes'ue, inhibeant. Paulus in l. ſi publicanus. de Public. Significet, inquit, id libello manu ſua ſubſcripto, eum'que ad publicanum mittant. Huiuſmodi aſſertorias literas, quarũ ſpecies eſt, quæ uulgò Formata nuncupatur, ab Epiſcopo Clerici habere ſolent. l. ſi qua per calumniam. §. præterea iubemus. C. de Epiſc. et cler. Spieg.

LIBELLVS, eſt formula ſcripti, complectens actionem, & futuræ litis ſpeciem in iudicio. l. j. C. de Edend. Sic rectè diffiniri libellum Old. dicit, nec tam curioſe laborandum hic eſſe, ut quidam faciunt. Nam Libellus nihil aliud facit, ꝙ quod ius illud perſequendi exhibet iudici cognituro de cauſa. Sp.

LIBELLVS eſt duplex, Cõuentionalis, & Accuſationis, ſeu Inſcriptionis. de Cõuentionali loquitur d. l. j. et l. j. C. eod. tit. de Inſcriptione. l. libellorum. ff. de Accuſat. Spieg.

LIBELLVS, indicante Albutio pro Alciato, quũ ſimpliciter lex de Libello loquitur, apparere non de alia ſpecie intelligendum, ꝙ de Supplici, quem uulgus Supplicationẽ appellat. in tit. C. Quãd. libel. Princ. dat. litis cõteſt. fac. & in l. nõ diſtinguemus. §. cum quidam. ff. de Arbitr. Vide Bud. in Annotat. prior. Sp.

LIBELLVS, eleganter pro punctis & articulis qui in conſultationem proponebantur ab Impp. Vlpian. uſurpauit, in l. item ueniunt. §. præter hæc. de Petit. hæredit. eod. Oldend. annotauit, Libellum etiam appellari Commentarium in Sacras literas. in c. ij. in prin. de Sum. trin. & fide cath.

LIBELLVS famoſus quid ſit, oſtẽdit Imperator, l. unica. C. de Fam. lib. Azo, ibidem. Item Iuriſcons. l. lex Cornelia. de Iureiur. §. fin. Sp.

LIBELLVS, ſyllogiſmus Iuriſtarum uocatur. Nam primò narrat planè, ſecundò addit cauſam petitionis, & tertiò ſubinfert ipſam petitionem. Zaſius in tit. Inſtitut. de Action. Vt ecce cum ita dicimus: Iure ſtatutum eſt, poſſeſſorem iniuſtum rei alienæ, teneri ad reſtitutionem eius domino rectè uendicanti. Sed Titius poſsidet me inuito, & iniuſtè, rem meam, nec uult reſtituere. Quare peto Titium condemnari, & compelli, ut mihi eandem rem reſtituat. Hic uides Maiorem propoſitionem, Minorem, & Concluſionem. Ex Zaſio, & Oldendorpio. Spieg.

LIBELLVS appellatur etiã Schedia Intimatoria, uidelicet quæ in foro, aut ualuis Eccleſiarum proponitur: inueniſſe puta Sempronium annulum aureum, eiq; cuius eſt redditurum, ut dicit l. falſus. §. pleriq;. ff. de Furt. annotauit Oldend. Sp.

LIBELLVS quomodo, et quot modis emendetur, lege apud Zaſ. in tit. Inſtit. de Action. §. ſi minus.

LIBELLVS memorialis, ſcriptum memoria cauſa paratum.

LIBELLVS poſitionalis, aut (ut dicunt) Articulatus, uocatur, qui ſingulas partes, & circumſtantias facti, ſeu caſus, breuiſsimis pronunciatis complectitur, adiectis nihilominus, quæ ad libellum requirũtur. Vide Oldend. in de Formula Libelli. Spieg.

LIBELLVS repudij, in l. ſi pœnituit. ff. de Diuort.

LIBELLI appellatorij, uocantur porrecti à litigatorib. in l. j. §. ult. ff. de Appell. & alibi ſæpe in eod. tit. ſic dicuntur libelli. Oldendorp.

LIBELLVM principi, uel pręſidi dare. Paul. in l. libertus. ff. de in ius uoc. Sp.

LIBELLOS agere, in l. reſcriptũ. ff. de Diſtr. pig. Reſcriptum eſt ab Imperatore, libellos agente Papiniano, id eſt, libellis apud Imperatorem præfecto. Budæus.

LIBER, pro certa parte operis, ut Pandectæ iuris in quinquaginta libros diſtinctę ſunt. Budeus obſeruauit, Ciceronem alicubi uſurpaſſe Librum, pro Inuentario, ut uulgò dicitur, uel Regiſtro. Sp.

LIBER rationũ, ſiue Ratio, ultrò citroq; dandi, accipiēdi, credēdi, obligādi, ſoluēdi, ſui gratia negociatio. l. ſi quis ex argētarijs. §. rationem. ff. de Edendo. Sp.

LIBER à fide, qui fidem ſoluit, dicitur.

LIBER homo, Oppon. Seruus. Vlp. l. j. de His qui deiec. §. hęc in factũ. uerſi. Sed cũ quia in libero homine, inquit, nulla corporis ęſtimatio fieri poteſt, ſed quinquaginta aureorum condemnatio fit. Sp.

LIBERA adminiſtratio, quę plenā rei adminiſtrādę poteſtatē habet, fraude remota. l. ſi pater. ff. Quæ in fraud. credit. Sp.

LIBERA iuriſdictio. Vide, Iuriſdictio libera.

LIBERALE reſponſum, hoc eſt, ingenuum, & minus diſsimulanter prolatum.

LIBERALITAS fraudulenta, quę nocet alijs. ut ſi quis debitum condonans debitoribus, nolit creditoribus ſuis ſolutum iri. Vide l. ult. C. de Reuoc. his quæ in fraud. credit. Sp.

LIBERALITATE frui dicit̃ is, in quem liberalitas confertur, non qui ea ſtudioſe utitur. P. Victorius.

LIBERATIONIS uerbũ, ſolutioniſq;, eiuſdem eſt ſignificationis. Vide, Soluere. Spieg

LIBERA mãdata, quę plenā rei cõſtituendæ poteſtatem habent, Budæus ait. Sp.

LIBERA prædia meliore iure ſunt, quàm ſerua, Tullius inquit, pro Lege agraria. **Fry eygen vnd ledig.**

LIBERE, & ſine exceptione fideiuſſor promiſiſſe intelligit̃. Liberè, quantũ ad ius & naturam fideiuſsionis. Sine exceptione, ſcilicet friuola. Non tamen per hoc legitimis exceptionibus renunciat. c. ex parte. ij. de Offic. deleg. Vide Iaſon. in l. prima. C. de Sacr. Eccl. Sp.

LIBER populus quis ſit, Proculus explicat in l. nõ dubito. de Capt. & poſtl. reu. Spieg.

LIBERAE perſonę Vlpiano, quæ nullius ſunt. l. j. de Interdict. Sp.

LIBERI ſunt, qui ex ingenuis naſcuntur: fiunt autem liberi, qui manumittuntur.

LIBERI, nedum filij, ſed & nepotes, pronepotes, & deinceps nati dicuntur. Vlpianus de Pollicit. l. inter liberos, nepotem quoq; contineri, Diuus Pius reſcripſit. Paulus: Liberi uocantur uſque ad trinepotem. l. Iuriſconſultus. §. parentes. ff. de Gradibus affinit. Calliſtratus: Liberorum appellatione, nepotes, & pronepotes, cæteriq; qui ex his deſcendunt, continentur. hos enim omnes Liberorum appellatione Lex xij. Tabul. comprehendit. Sp.

LIBERI dictio, tametſi ſolet latinè loquentibus plurali numero proferri, ſicut pugillares, codicilli, quandoque etiam ſingulariter liberũ dicimus. Modeſtin. l. ius autem. de Pact. Non poteſt, inquit, quis nolle ſuum liberum eſſe. Item Vlpian. l. nemo prædo. de Reg. iur. Locupletior non eſt factus, qui liberum acquiſiuit. Spieg.

LIBERORVM appellatione, interpretatus eſt Diuus Pius. l. j. de Iur. immunit. l. quia. Solut. matrimon. nepotem quoq; ex filia contineri. quam interpretationē non procedere in priuilegijs, quæ generaliter publicæ utilitati derogarent, communi ſententia receptum eſt. Vide Alciatum interpretantem l. cognoſcere. de Verb. ſig. Sp.

LIBEROS habere qui dicantur, oſtendit Alex. Neapolit. c. xv. lib. j. Sp.

LIBERALIA, Vlpianus ait, ſtudia accipimus, quæ Græci ἐλευθέρια μαθήματα appellant. Ciceroni, Ingenuæ artes dictæ: Plinio, Liberales: quæ, autore diuo Auguſtino lib. vj. de Ciuitate Dei, ſeculares à recentioribus uocatæ ſunt. Cur dictæ ſint Liberales, Budæus indicat in poſterior. Annotation. Sed & Seneca cur ſint Liberalia ſtudia dicta, eaq; non ad uirtutem ducere, ſed præparare tantum, oſtendit epiſt. lxxxix. Sp.

LIBERALI cauſa manu aſſerere. ſunt iuris uerba, Donatus inquit: à quibus etiã Aſſertores dicuntur, uindices alienæ libertatis. Nam & cauſa ipſa Liberalis dicitur, quæ actionem in ſe continet libertatis. Item, Liberale iudicium, cum quis aliquem uindicat in libertatem.

LIBERALIS cauſa dicitur, quãdo alicui mouetur quæſtio ſtatus, ſeruus, an liber ſit. Vt ſi quis dolo malo, uel in ſeruitute, uel maior uiginti annis paſſus ſe uenũdari ſit, preciũq; acceperit: his enim proclamatio

clamatio ad libertatem non dabatur. tit. uulgato, Quibus ad libert. proclam. non lic. continetur. Quod & ab Egnatio eſt annotatum in Iul. Capitolin. ſuprà, Aſſe rere manu. Sp.

LIBERVM agere, Zaſius ait, nihil aliud eſt, quàm nullum habere dominum, cui ſubiectū eſſe oporteat. Nec quilibet tantum à natura, uerumetiam qui abſq; dolo malo in libertate diu moratus eſt, liber eſſe præſumitur: niſi probetur eſſe ſeruus. l. intereſt. §. fin. l. igitur. §. poteſt. ff. de Liber. cauſ. Sp.

LIBERVM eſt mihi, hoc eſt, licet, poſſum, & in arbitrio meo conſtitutum eſt.

LIBERTAS opponitur Seruituti. Vnde conuenire non poſſunt. C. de Latin. lib. tollend. l. ergo. ff. de Fideicomm. libert. Porrò ſub appellatione libertatis, nō ſolum accipienda eſt, quæ ſeruili conditioni opponitur, ſed omnis conditio alieno iuri ſubiecta. Contrà quoq; ſub ſeruitutis appellatione omnes omnino ſpecies ſubiectionis ſunt intelligendæ, quę iuris ac poteſtatis aliquid in perſona producunt, teſte Dn. Old. quem uide Action. ix. Claſsis iij. Sp.

LIBERTAS directa nuncupat̄, quā dominus ſtatim contribuit. Sicut obliqua ſeu fideicōmiſſaria, quę danda mandatur hęredi. Quære, Fideicom. libertas.

LIBERTAS relicta uidetur hiſce uerbis: Nolo aliquādo tibi ſeruiat. l. quidam teſtamento. ff. de Fideicomm. libert.

LIBERTATIS appellatione cōtineri ciuitatem Romanā. l. unica, iam citati tit. C. indicat.

LIBERTATIS proprium eſt, ſic uiuere ut uelis. Cicero de Offic. & idem in Paradox. Libertas eſt poteſtas uiuendi, ut uelis. Libertas, Florentinus Iuriſcons. in l. libertas. de Statu hom. eſt naturalis, inquit, facultas, eius quod cuiq; facere libet: niſi ſi quid ui, aut iure prohibeatur. Eſtq; ea nihil gratius. l. Paulus. §. j. ad tit. de Fideicomm. libert. Adde Regulam iuris. l. libertas. Ex Alberico.

LIBERTINVS eſt, qui ex manumiſsione libertatē eſt cōſecutus. Ingenuus uerò, qui ſtatim, ut natus eſt, liber eſt. Inſtit. de Libertin. Eſtq; Libertinus relatiuum Ingenui: ſicut Libertus Patroni, et Libertus quidem idem quod Libertinus, hoc tantum differentes; quòd Libertus ſemper refertur ad eum cuius eſt libertus, puta Patroni: Libertinus uerò, nomen eſt abſolutū, denotans eum, qui nec ſeruus, nec liber eſt. Notus eſt Iuſtinian. in j. lib. Inſtit. tit. de Ingen. & libert. ubi nihil agitur niſi de conditione, nullo reſpectu habito ad patronos. Sp.

LIBERTORVM genera ſuprà indicauimus. Adde Alciatum, apud quem ea de re, tum alijs ſcitu dignis, extat elegans cap. lib. j. Parerg. Sp.

LIBET, idem quod placet: à labendo, ut Varro inquit, quòd quæ placent, in mentem prolabant̄. Sic accipitur à Iuriſcoss. in definitione Libertatis, quod & ab Alber. obſeruatum eſt. Sp.

LIBRA inſtrumentū eſt, quo res cūm lancibus ponderātur, & alio nomine Bilancem uocant. Inſtrumētum uerò quo res ſine lācibus ponderant̄, Statera dicit̄. at Trutina propriè foramen eſt, in quo examen regitur. Examen uerò dicitur propriè lingua, qua trutina regitur. Sp.

LIBRAM argenti conſtituunt quinq; ſolidi: dicente Imperatore, Iubemus, ut pro argenti ſumma, quam quis theſauris fuerat illaturus, inferendi auri accipiat facultatem, ut pro ſingulis libris argenti, quinos ſolidos inferat. C. de Argum. præc. quod theſaur. infert. lib. x. Sp.

LIBRAM auri, ſeptuagintaduo aurei conſtituunt. l. quotienſcunq;. C. de Suſcept. Præpoſit. & Arch. lib. x. Vide Iaſon. in l. fin. ff. de In ius uoc. & quære infrà, Solidus. Spieg.

LIBRARII depoſitorū ij erant, qui perſcribebāt, quid quiſq; apud ſigna depoſuiſſet. Nam, ut Vegetius prodidit, antiquitus inſtitutū erat, ut ex donatiuo, q̊d milites conſequunt̄, dimidia pars ſequeſtraret̄: ne à cōtubernalib. per luxū abſumi poſſet, inaniūq; rerū comparationē. Librarios itē, recepta nūc uoce, appellāt Librorum excuſſores, hoc eſt, Typographos. Cuius artis inuentum, Elſacijs noſtris, ante alias nationes donatum, apud Argentoratum IOANNI MENTELINO Prototypographo, SCHOTTORVM familiæ proauo, ſub annum CHRISTI, M. CCCC. XXXXII. licet eius publicatio, ſed haud abſq; ingenio, Moguntiacis tribuatur. Sp.

LIBRARIVS. Scæuola: Si librarius, inquit, in tranſcribendis ſtipulationis uerbis

bis erraſſet. ff. de Reg. iur. Vulgò Notarius uocatur. Vlp. l. ſed etſi quid. ff. de Vſufruct. Nam ſi ait, librarium rus mittat, & qualum & calcem portare cogat. Antiquis etiam erat, qui libros tranſcribebat: quo nomine uocari poſſunt, quos hodie Impreſſores, haud ſcio an propriè dicunt. Librarium item, quod ad libros pertinet. Vnde Plinio librariũ atramentum. Libraria nobis eſt, quæ Græcis Bibliotheca dicitur. Sp.

LIBRATORES, id eſt, menſores. in l. j. C. de Excuſat. artif. lib. x. Nam Librare, eſt libra metiri. Libra autẽ, ſiue Libella, menſorum inſtrumentum: & Libramentum, certa menſura. l. cum anterioribus. in prin. C. de Tempor. appell. Sp.

LIBRAEA. Vide, Syntheſis.

LIBRIPENS, ponderator eſt, à libra, & pendendo, ſiue ponderando dictus. Veteres enim ære graui, & rudi, non ſignato uſi ſunt, nec numerabant, ſed preciũ appendebant. Hinc Teſtamentum per æs & libram. Vigl. in tit. Inſtit. de Teſtam. ord. Sed &

LIBRIPENS dicitur penſator ſtipis, ſeu ſtipendiorum militum. Budæus in Annotation.

LIBRI improbatæ lectionis protinus corrumpendi. Quære, Medicamentum.

LIBRI publici, & ſcripturæ, accipiendi ſunt, qui in publicam cuſtodiam, rerum geſtarum gratia, repoſiti ſunt: quibus & integra fides habenda eſt. l. Cenſus. ff. de Cenſib. Aut. Ad hæc. C. de Fid. inſtr. Ob ſeruandum autẽ, quod iuxta Vlpiani reſpõſum libri nec dum perſcripti, nõ continentur librorũ appellatione nõ magis, quàm ueſtis appellatione nõdũ detextã. Sed perſcripti libri nõdum malleati, uel ornati cõtinebunt, proinde & nondũ cõglutinati, uel emẽdati continebunt. Sp.

LIBRORVM appellatione quid contineatur, tradit Iurecons. in l. librorum. de Leg. tertio. Vide Bart. legẽ eandem explicantem: ut ſcias, an nomine librorum iuriſprudentiæ, quos Legales uulgò uocant, ueniant Commentarij, ſeu, ut appellantur itidem uulgò, Lecturæ Doctorum. Spieg.

LIBRVM, Valla interpretatur partem operis, Volumen uerò minus eſſe Libro: confutans Vlpiani ſententiã, qui, Si centum, inquit, libri legati ſunt, centum uolumina ei dabimus, non centũ quæ quis ingenio ſuo metitus eſt. At quid ſibi uellet Iurecons. neſciuiſſe Vallam, Alciatus demonſtrat lib. de Verb. ſig. iiij. Sp.

LIBIDO, pro uoluntate interdũ, ut apud Ciceronẽ inuenire licet, accipitur. Nam ab eo quod libet, dicĩt. Donato eſt quælibet uoluntas temerè ſuſcepta. Et quamuis in mala re ferè ſemper dicatur, tamen in re honeſta à Saluſtio dicitur: quod F. Syluius antè monuit.

LIBIDINOSAE ſententiæ, quæ pro libidine cuiuſq; feruntur.

LIBITINARIVS, funeris curator. Vlp. de Inſtit. act. l. quicunq;. Si Libitinarius, inquit, ſeruum pollinctorem habuerit, iſq; mortuum ſepelierit. Nebriſſ. Aliàs deſignator dictus. Pollinctorem pro eo, qui cadauera tractat & ſepelit. ut ſuprà. Vide infrà, Pollis. Sp.

LIBVRNI, olim Romanis, qui priuatim quoſcunq; in iudicium uocabant, iuſſu magiſtratuum (quod uiliſsimorum hominum officium erat) dicebantur: quòd ferè è Liburnia eſſent.

LICENTIA, Vallæ eſt, impunita facultas loquendi, uel agendi quæcunq; placent. Vlp. tit. de Minorib. hac uoce in bonam partem uſus eſt. In uerbis ſemper in malam partem accipi, ſcilicet pro temeritate loquendi quę uelis: In factis in malum accipi, nonnunquam in bonum. ut apud Vlp. in l. iij. de Iuriſdict. om. iud. ubi hæc uox ablatiuo caſu poſita eſt: quod Interpretes multos fefellit. ſicut particula In, apud alios multos latinè linguę ſcriptores, & maxime ueteres, ſubauditur. Id quod primus omniũ oſtẽdit Alc. in Paradox. Item & apud Triphoninũ in l. qui ſine. de Minor. pro licita facultate ponĩt. Vide Bart. in l. alio. ff. de Alim. leg. Sp.

LICET, abſolutè, pro, poteris facere, plurifariamq; intelligitur, ut à Bart. traditum eſt in l. ſtipulatio iſta. §. hi, qui. ff. de Verbor. oblig. Sp.

LICET, pro quamuis, aduerſatiua particula eſt. de qua uide Archid. c. licet. de Iureiur. lib. vj. Sp.

LICEAT ire, id eſt, poſsit ire. Eſt enim elegans, Zaſio teſte, loquendi figura, cum licere, pro poſſe uſurpatur. Vnde, qui promittit ire, agere licere, intelligitur ſtipulatori dediſſe poteſtatem & facultatem eundi, agendi. Sp.

LICERE

LICERE ire, agere, ex natura & origine non eſſe ita perſonale, quòd ad hæredes nõ tranſeat, ſed iuris præſumptione non eſſe tranſitorium, niſi hæres exprimatur. Quod obſeruatu dignum eſt. Vt lic. ire, ager. per uiam publ. uide l. ij. §. ult. ff. Ne quid fiat in loc. publ. Sp.

LICERE uti, frui, ex ſui natura non tranſit ad hæredes, adeò, ut ſi etiam hæres exprimat̃, adhuc manet perſonale. Vnde iſtæ duæ Stipulationes, Licere ire, agere, licere uti, frui, non in omnibus aſsimilantur: quod à paucis quoq; animaduerſum eſt. Spieg.

LICERI, idem eſt quod licitari, hoc eſt, deferre precium, precium augere in auctione facienda, hoc eſt, in uenditione quæ publicè fit. Vlpianus: Si res eius uenierit, & exiſtat qui plus liceatur.

LICERI animoſe. Paulus in l. ſi pignori. ff. Famil. ercíſ. Niſi obijciatur, ait, creditori, quòd animoſe licitus ſit. Spieg.

LICITATOR, qui precium offert in auctione pro re uenali. Hinc Licitatio, ſubhaſtatio, hoc eſt, uenditio propoſita, quę precio ementis augetur. l. licitatio. ff. de Public. & uectig. Sp.

LICITATIONE uincere. Vlpianus: Nã ad licitationem rem deducere, ut qui licitatione uicerit, hic habeat inſtrumenta hæreditaria, non placet, neq; mihi, neq; Pomponio. Sp.

LICITVM dicit̃, quod iure licet, hoc eſt, quod honeſtum ſit. ut Modeſtinus interpretatur. l. ſemper. de Ritu nupt. Sp.

LICTORES dicuntur, qui ante Prętores, aut Cõſules ferebant inſignia magiſtratus, hoc eſt, uirgarum faſces, & ſecures. Hermogenianus de Manumiſs. uindic. in l. antepen. Manumiſsio, inquit, per lictores hodiè domino tacente expediri ſolet. Græcè ῥαβδοῦχοι dicebantur, quaſi uirgas tenentes: præcedebant enim magiſtratus, faſces uirgarum præferentes. Vide Budæum in l. Proconſules. de Offic. Procons. & infrà, Viatores. Etymum uocis expendit Gellius cap. tertio, libro duodecimo. Sp.

LIGARE, hoc eſt, uincire hominem, eſt diligentis cuſtodis. l. j. §. pen. ff. de Fugit. l. ſi hominem. ff. Depoſiti. Sp.

LIGARE funes arboribus. Inſtit. de Rer. diuiſ. §. riparum.

LIGATI uidentur, qui domi ſemper manere coguntur. Aut. Quom. oport. epiſc. §. ſi uerò nemo. Sp.

LIGATVRA, quo quid ligatur.

LIGIVM, Feudum, Interpretes Placitorũ Feudalium eſſe tradunt, ubi abſolutè fidelitas contra omnẽ hominem iuratur. Hinc Ligius homo, qui Zaſio uulgò uocatur, **Gotts freünd / vnd aller welt feind**. De quo ſi plura quæris, uidere licet Spec. & Ioan. Andream in c. paſtoralis. in Clem. de Sent. & re iud. Sp.

LIGNATIO, & lignorum defectionem, & locum unde ligna accipi poſsint, ſignificat. Spieg.

LIGNVM, Vlpian. de Leg. iij. l. ligni appellatione. uocat, quicquid comburendi cauſa cõparatum eſt. Materia etiam eſt illa, quæ ad ædificandum, fulciendumq; ædificiũ neceſſaria. Nebriſs. Item eodem tradente ibidem, Lignorũ appellatione in quibuſdã regionib. (ut in Aegypto) ubi arundine pro ligno utuntur, & arundines & papyrus comburitur, & herbulæ quædam, uel ſpinæ, uel uepres continebuntur. Sp.

LIGNA cocta, pro aridis, quæ & acapna dici poſſunt. Offilius ea nec ligno nec carboni adnumerat, ſed ut propriũ genus. l. ligni appellatione. §. ſi lignum. de Legat. iij. Sp.

LIGNEA lana. Vide, Lana lignea.

LIGVSTICON, quòd Liguriæ montibus innaſcatur, uocabulum detorſit Galenus unius inuerſione literæ, Libyſticon appellauit. Pro pipere eo uſa eſt antiquitas, & nunc ruſtici Ligures pro pipere in condimentis utuntur. ut teſtatur Muſa Ferrarien. Paulus in l. non omne q̊d bibitur. de Pen. leg. Sed quòd quidã, inquit, negauerint piper, & liguſticũ, & careũ, & laſer, & cætera huiuſmodi in penu non eſſe, improbatum eſt. Sp.

LIMEN. Annotarũt eruditi quidã ab Vlp. hanc uocẽ, pro interiore domus parte, ut etiã à Marone, uſurpatã in l. illicitas. de Offic. pręſid. quum ait: Et ne tenuis uitę homines ſub prętextu aduẽtus officiorũ uel militũ limine unico, uel breui ſupellectili ad aliorũ uſus translatis, iniurijs uexent̃. Apertius quidẽ eſt, quàm ſi Lumine legas, ut uulgò habetur. Sp.

LIMENARCHAE, non à liminibus Imperij, ſed ἀπὸ τοῦ λιμένος, id eſt, à portu dicuntur. Sunt autem cuſtodes portuum.

Quos

Quos Ariſtot. in Politicis appellat Limenophylacas. Ita uox hæc intelligenda eſt in l. Limenarchæ. de Seruis fugit. in l. munerum. de Muner. & honor. Alciat. in Rubr. C. de Fundis limitrophis, libro xj. Dicitur uerò Liminarcha, liminis, ſeu limitis prȩfectus, qui ſcilicet gerit curam tuendorum prouinciæ limitum, præficiturq́ militibus limitaneis. Arcad. de Muner. l. munerum ciuilium. Nebriſ. Eſt dictio merè Græca. λιμὴν enim Latinè portus dicitur. Itaq; Limenarcha propriè dicitur, qui locis maritimis prȩeſt, unde traiectus eſt ad cæteras nationes. Sp.

LIMINA Imperij, non eo modo dicũtur, quo limen domus: unde ſeruus ad limina dictus, pro atrienſi, Ein Portner. Sunt enim loca, quæ nos Anſtóſſz & Frontyer, etiam uoce iam Germanitate (ſi dicere liceat) donata, nuncupamus. Spieg.

LIMINE, hoc eſt, ingreſſu iudiciorum expelli, in l. fin. C. Sent. reſcind. non poſſe. Spieg.

LIMINIVM. Cũ poſtliminij uis, hoc eſt, origo nominis quæritur, Seruius, teſte Cicerone in Topicis, nihil putat (ut ipſe Cicero opinatur) notandum, niſi poſt, et liminium. illud productionem eſſe uerbi uult, &c. Scæuola autẽ P. Fil. iunctum putat eſſe uerbum, ut ſit in eo & poſt, & limen: ut quæ à nobis alienata ſunt, cum ad hoſtem peruenerint, & ex ſuo tanquã limine exierint: hinc cum redierint poſt ad idem limen, poſtliminio uideantur rediſſe. Sp.

LIMITANEI fundi, id eſt, limiti deputati.

LIMITANEI milites dicuntur, qui ſub limenarcha prouinciæ terminos tuentur. Iuſtinian. de Offic. Præt. Aphr. l. quas Deo. Pro limitaneis, inquit, ordinandis, quia neceſſarium nobis eſſe uidetur, ut extra Comitatẽſes limites limitanei cõſtituantur: qui poſsint & caſtra, & ciuitates & limites defendere. Et paulo pòſt: Si commotio aliqua fuerit, poſsint limitanei ſine Comitatenſibus militibus. & cætera. Nebriſs.

LIMITARE, partiri, diuidere, ſiue diſtinguere latinis eſt, quod Interpretes, ſed barbarè, pro moderari uſurpant. Petr. Victor. Limitare eſſe exiſtimo, inquit, lites & terminos collocare. Sp.

LIMITES in agris, nũc termini, nunc uiæ tranſuerſæ ſunt. Horum duo maximi dicũtur, Cardo, & Decumanus. de quibus uide Pliniũ duodeuigeſimo lib. Indicat tamen Bud. hic Limitem, nõ pro termino intelligendum oportere, ſed pro forma agri. Vide l. in agris. ff. de Acquirẽd. rer. dom. Limites autem, ſeu termini territoriorum, qui uocantur à Iurecoss. in l. v. de Iuſt. & Iur. Agri, teſte Zaſio, originem acceperunt à iure Gentiũ, quo tempore diſtincta ſunt dominia, cœpit eſſe Meum, & Tuum. Obſeruandum uerò, quòd limites faciunt res certas in genere, trib. modis: aut natura, aut hominis facto, aut adiectione qualitatum fungibilium. A' Natura res propè omnes natæ accipiunt limitationẽ. Homo limitatã per ſuam naturã, equus pariter, & ſic de alijs. Quicquid manu hominis fabricatã, erigitur, perficitur, hoc dicitur limites accipere facto hominis. Sic domus limites accipit, ſecundũ quod ædificata eſt. Sic fundus, ſic nauis limites accipiunt ex opere. Quòd fundus eſt latus, uel arctus, modicus, uel ingens, hoc eſt facto hominis. l. quod in rerũ. de Legat. j. Tertiò aliquæ res accipiunt limites per numerum, pondus, & per menſurã. ut ſunt omnes res fungibiles. Hæc tertia, ceu ſingularis doctrina, Zaſio debetã, quẽ uide in l. mutuum. §. mutui. ff. Si cert. pet. Sp.

LIMITES certi, cum finibus adiectum eſt, qui duo uicini proximi ſint. l. forma. ff. de Cenſib. Vide Bart. in l. demonſtratio. ff. de Condit. & demonſtrat. Sp.

LIMITROPHI fundi dicuntur, non à limenarchis, ſed à limitaneis militib. quòd tenerentur eorũ poſſeſſores annonã inde prouenientẽ, ad caſtra militũ ducere, qui in Imperij limitib. excubabant aduerſus Barbaros. Limitanei uerò agri, à limitrophis differunt: ut ex his Aelij Lampr. in Alex. uerbis colligitur: Sola quæ de hoſtibus capta ſunt, limitaneis ducibus & militibus donauit, ita ut eorum eſſent, ſi hæredes eorum militarent, nec unquã ad priuatos pertinerent: dicens, attẽtius eos militaturos, ſi etiam ſua rura defenderent. Alciat. in Rubr. C. de Fundis limitroph. lib. xj.

LINEA margaritarum, ſeries eſt margaritarum pertuſarum, filo inſertarum. Scæuola ad Leg. Falcid. l. Lineam, inquit, margaritarũ. Item Vlp. de Furt. l. ſi quis

uxori.

uxori. Si linea, ait, margaritarũ ſurrepta ſit. Nebriſs. In linea uti margaritis pertuſis, apud Iureconſ. in l. ſi ſeruus ſeruum. ff. ad Leg. Aquil. Quære Linea.

LINEVM, quod ad linum attinet. Hinc lineæ ueſtes, quarum uſus etſi nunc uilis ſit & plebeius, tamen is olim nobilium erat, & honoris cauſa primùm datus eſt ſacerdotibus: ac proinde nulli monachorum conceſſus, niſi inter obeunda ſacra. teſte Eraſ. in uita diui Hieronymi. Inter lineas autẽ ueſtes Bayfius cap. iiij. de Re ueſt. Byſſũ numerat. Quere Byſſus. Sp.

LINI appellatione, tam factum, quàm infectũ cõtinetur, quodq́ netum, quódque in tela eſt, quod nondum eſt detextum, etſi tinctum linum ſit. Vlpianus, ait, credo lino continebitur.

LINARIVS, qui lini artem exercet.

LINGVA Romana, id eſt, Latina. Aut. de Mandat. Princip. in princip. Albericus. Pro differentia ſermonum apud Vlpianum accipitur in prin. l. fideicommiſſa. ff. de Legat. iij. Fideicommiſſa, ait, quocunq́ ſermone relinqui poſſunt: non ſolum latina, uel Græca, ſed etiam Punica, uel Gallicana, uel alterius cuiuſcunq́ gẽtis lingua, linguis abſciſis pœnas loqui. Iuſtinian. in l. j. §. j. C. de Offic. præfect. præt. Aphricæ.

LINTRARII, quorum meminit Vlpianus, in l. j. Naut. caup. ſtab. lintrium ſunt exercitores. Lintres autem ſunt inter fluuiatiles naues, quæ remis agebantur. ut palàm fit ex Cæſare in vij. Commentar. Spieg.

LIQVAMEN, dicitur pinguitudo ab igne liquata, & coquinario uſui pro condiẽdis edulijs reſeruata. Accipitur tamẽ aliquando etiam pro alijs quæ in ciborũ uſum non ueniunt. Hoc uocabulo ambiguè uſi uidentur imperatores in l. j. Quæ res export. non deb. Sp.

LIQVET, quod iam idoneè dijudicari poteſt. Nõ liquet, quod cauſa iam cognita, & peruenta ad concluſionẽ, iuſticiam non habet compertã. Eſt autem mos iſte quo dicitur à Iuriſconſultis, non liquere, à uetuſtate ſumptus. ut cum ampliabatur reus, hoc eſt, cauſa proferebatur in aliud iudicium, quo melius cognoſceretur. l. Pomponius. ff. de Re iudic. l. idem Pomponius. ff. de Arbit. Sp.

LIQVIDO dicere, pro apertè.

LIQVIDVM. Quære, Notorium.

LIQVIDVM facere, etiam de auro, uel plumbo, ac ſimili diſſoluto dicitur. Sp.

LIS, eſt grauior quædam controuerſia & diſſenſio, quàm iurgium, quod inter beneuolos quoq́ contingit. Dicta autem eſt à limite, id eſt, termino: quoniam primæ inter homines controuerſiæ, de limitibus, & amplificandis rerũ dominijs cœperũt. Vnde illud: Limes erat poſitus, litem ut decerneret agri. Dn. Alciat. in l. cauſas. C. de Tranſact. Lis, inquit, actio eſt, ſiue in rem, ſiue in perſonam, quæ in iudicium deducta eſt: & propriè poſt litem conteſtatam. Cauſa uerò, receptius & generalius uocabulum eſt, tam ad ciuilia, quàm ad criminalia pertinẽs: tam ante cõteſtationem litis, quàm poſt. Lis naſcitur. cõtrouerſiam pertinacia efficit. & litigant homines, res in cõtrouerſiam deducitur. Ita cõtrouerſia partis eſt, Lis ſummæ. Propriè itaque lis dicitur, antequam conteſtatio ſit: Controuerſia uerò potius poſt iudicium acceptum. Alc. lib. ij. Diſpunct. cap. xxiiij. Vide infrà, Litẽ poſt conteſtationem. Sp.

LIS æſtimata, pro iudicis ſententia nũmaria de eo quod intereſt actoris. l. hæc ſi res. ff. de Rei uendic. Quam æſtimationem cum bona fide fieri oporteat, Lex Iul. de Repetund, punit iudicem qui ob litem æſtimandam aliquid acceperit. Vide ibid. l. j. Spieg.

LIS pendere non dicitur, niſi lite conteſtata. arg. l. amplius non peti. ff. Rẽ rat. hab. Putatur uerò lis cõteſtata, quando iudex petitione propoſita, & reſponſione audita, cauſam cognoſcere incipit. Cõteſtata quoq́ lis dici poteſt, iudicio iam cõſtituto, hoc eſt, dijudicatis, ac diſceptatis exceptionib, litis auſpicatum moratib. Sp.

LIS uindiciarum eſt, inquit Aſconius, cum litigatur ea de re apud Prætorem, cuius incertum eſt quis debeat eſſe poſſeſſor. Cætera apud Budæum in l. ij. de Orig. Iur. Spieg.

LITE cecidiſſe dicitur Feſto, qui eius rei de qua agebat, cauſam amiſit.

LITEM capitis æſtimare, id eſt, rem capitalem ad æſtimationem redigere. ut elegãter oſtendit Alciat. libr. iij. Parerg. Sp.

LITEM, poſt conteſtationem ſolum dici, cauſam uerò etiã ante, doctores ferè tradiderunt. Vlpiani tamen uerba in l. litis

nomen. de Verb. ſig. indicāt, quando ad huc conteſtata nō erat, nihilominus litē fuiſſe. Idemq́ de Controuerſia Fortunatianus ſcribit: uideturq́ etiam extra iudicium litem dici. Abb. c. ex parte. extra eod. proinde Alciat. Has, inquit, dictiones eiuſdem ferè ſignificationis eſſe, credere pronius ſit. Sp.

LITEM æſtimari aduerſus aliquem pluris uel non pluris, quàm debet l. ſi inter. §. ſi res pignorata. ff. de Pignorat.

LITIS æſtimatio, eſt ſimilis emptioni. Quomodo hęc in omnibus cauſis, & obligationib. olim locum habebat, & quædam uulgò haud cognita, refert Alciat. cap. xviij. lib. citati. Sp.

LITEM ſub iudice eſſe, ut Alberic. indicat, & Gloſſę, & Aduocati uſurpant pro eo quod uulgò dicitur opinionē adhuc manere dubiam. Sp.

LITEM ſuam facere, eſt litem in rem ſuam uertere: quod eſt, rem inter duos controuerſam adiudicare ſibi: quod fit, cum iudex ita cum litigantibus agit, ut ei iure ſuo cedant. Budæus in l. ult. de Aedilit. edict. Sp.

LITEM ſuam iudex facere tunc intelligitur, cum dolo malo, in fraudem legis ſententiam dixerit. Dolo autem malo hoc facere uidetur, ſi euidentis arguatur eius gratia, uel inimicitia, uel etiam ſordes. autor Vlpian. in l. ſi filiusfamilias. ff. de Iudic. Spieg.

LITIS conteſtatio, Iuriſconſultis eſt, hinc inde apud iudicem negocij principalis facta narratio. Alciatus: Cōteſtatio, inquit, eſt propriè plurium. ut in iudicijs, cum actor quid mentis ſuæ ſit, petendo explicat: contrà reus negando diffitetur. unde & litis conteſtatio. Vnde traxerit originem Litis conteſtatio, doctè (ut omnia) Oldendorp. iuris Interpres nulli ſecundus, ſi candorem animi, doctrinęque puritatem deſideras, tradit in Practica, tit. de Litis conteſtatione. in Claſſe prima. Sp.

LITIS inſtrumentū, Quintilianus eleganter appellat, ut nunc dicimus, productiones ad inſtruendam cauſam factas. Sp.

LITIGATORIS temeritas unde deprehēdatur, Bart. explicat in l. properandū. §. ſin autem. C. de Iudic.

LITIGASSE temere uideri non poteſt is qui celebris alicuius Iuriſconſulti conſilium, licet infelici euentu, ſequutus eſt. Abb. cap. calumniā. in fin. de Pœnis. Alciatus in l. prima. de Reb. cred. Sp.

LITIGIOSA res quæ ſit, Iulian. docet in l. ij. de Litig. clarius Imp. in Aut. eod. tit. Bart. in l. quanquam. ff. de Aqua pluu. arc. in l. j. C. de Litig. & in l. j. C. de Lit. cōteſt. Idem in l. Pomponius. de Acquir. poſſeſs. diſſerit, an ſit reale, uel perſonale uitium. Spieg.

LITIGIOSVS, hoc eſt, qui frequens in litibus uerſatur, uel qui quauis de cauſa litem facit. Iuxta prouerbium, Litem mouebit, ſi uel aſinus mordeat canem. Talis ſacris initiari prohibetur xlvj. Diſt. Sed & Imp. lib. iiij. Inſtit. ſingulari pœna arcuit temeritatem litigantium: quam nec Ethnici bene ferre poterant. Cicero Litigioſi uocem in Orat. pro Muręna, pro Iuriſconſulto multum uerboſo uſurpat. annotante Syluio. Sp.

LITIGIVM pendens. Iulianus: Quod ſi furioſus curatorem habeat, uel habuerit, adhuc litigio pendente, poteſt quidem præſente curatore ſententia dici. l. ſed & interpellatur. ff. de Recept. Sp.

LITERAE, pro inſtrumentis, documentis, monumētisq́ accipiuntur. ut not. in l. ſi procurator abſentē. ff. de Procur. Sp.

LITERAE, pro perſcriptionibus, & pactis, Verſchreibung. in l. qui mutuam. ff. Mandati.

LITERAE compulſoriales. Vide, Compulſoriales literæ.

LITERAE Dimiſſoriæ, ſiue Apoſtoli, uocantur Libelli, in Tit. ff. de Libel. dimiſ.

LITERAS nullas ſcire, hoc eſt, ſcientias, & diſciplinas, quæ literarum monumētis continentur, & modicas, paria ſunt. Aut. de Fide inſtrument. §. oportet. Obſeruandum, quod qui literas alteri mittit, intelligitur præſens præſenti loqui. Bart. in l. nuda de Donat. fac. l. ſi per procuratorem. ibi. uelut præſentis. de Procurat. Idem docet quando literas aperiens teneatur pœna falſi, in. l. qui teſtamentum. ff. de Falſis. Spieg.

LITERIS, pro ſcriptis ſimpliciter Papinianus accepit in l. qui mutuā. ff. Mandati. Vnde iterum diuinat interpres, literis, id eſt, pacto, intelligens. Sic Cicero ad Atticum: Quod meis omnib. literis in Pompeiana laude eſſet perſtrictus. Quanquam & pro epiſtolio, & mandato non abſurde

abſurdè accipi poteſt. Spieg.

LITERA ſalutaris apud ueteres erat A, abſolutionem: triſtis uerò C, condemnationem notabat: ut à principio retulimus. Cicero pro Milone: Nec uobis, inquit, tam ſalutarem hanc in iudicando literam, quàm illam triſtem dediſſet. Intelligit autem tabulam ſalutarem. De quo uide in hunc locum Barth. Latomum Scholiaſtem impenſe doctũ & diligentem: Græcis uerò θ nigrum, mortem ſignificabat, θάνατον. Perſius Satyr. iiij. Et potis es nigrum uitio præfigere θ. Budęus in prior. Annot. Sp.

LITERATVRA, literarum cognitio, & ſcientia. Cum Alphonſus Arragonum Rex ille clariſsimus, audiſſet, unum aliquem ex Hiſpaniæ regibus ſolitum dicere, non decere generoſum, & nobilem uirum eſſe literatum: exclamaſſe fertur, uocem hanc non regis, ſed bouis eſſe. Cęſar Sigiſmundus rectè literatos cenſuit præferendos ijs, qui imaginibus tantum nituntur, cum literatura æquipolleat nobilitati, & hominem nobilitet. Iuxta Gloſ. in uerbo, literas. in c. de multa. de Præbend. in c. perlectis. xxv. diſt. in l. coiri. ff. Pro ſocio. fac. l. prouidendum. ibi. nobiliſsimos. C. de Poſtuland. Sp.

LITVRA, id eſt, ſuperinductio. Fit cum ſuperinducto atramento, alio'ue liquore, ſcripturam, uel picturam deſtruimus. Interpretes Cancellationem uocant. Vide Bart. in l. non ſolum. §. item ait. ff. de Procurat. Item in l. fin. de His quę in teſt. del. Spieg.

LITVRGVS gręcè dicitur, qui publicè operatur, circa res ſacras præſertim. λειτουργὸς enim miniſter publicus eſt. Cuius etiam in Epiſtolis Plin. Cæcil. meminit. Qui & Lituchus, non abſimili ſignificatione dici poteſt, habens curã rei ſacræ: ἀπὸ τοῦ λειτοῦ καὶ ἔχω. Sic etiam Rabduchus dicitur præſes, curatorq́ athletharũ. ἀπὸ τοῦ ῥάβδου καὶ ἔχω, Suidæ & cæteris. Alciatus in l. omnes iudices. C. de Cupreſsis. libr. xj.

LITTVS, Celſus inquit, eſt, quouſq́ maximus fluctus à mari peruenit. Idq́ M. Tulliũ aiunt, cum arbiter eſſet, primum conſtituiſſe. Idem iuris ſtatuit Iabolenus in lacu publico. ſiquidem in priuato id tantum littoris conſtituitur, quatenus actum eſt l. Rutilia. de Cõtrah. empt. Littus propriè maris eſt: Ripa fluminum.

LIVORES. Vide, Plaga.

LIXIVIVM, neutro, uel Lixiuia, fœminino genere, cum x, & non s, ſcribẽdum, ut Albericus, & cæteri Interpretes, communem ſecuti errorem, protulerunt. Eſt aqua in qua lauandi gratia decoctus eſt cinis. Spieg.

L O

LOCATIO, eſt perſonæ, uel rei ad uſum facta conceſsio, uel mercede, uel pecunia numerãda conuenta. Hinc Locator, qui eiuſmodi locationem facit. Albericus adnotauit, locationem propriè dictam, ſine pecunia eſſe non poſſe. Habet autem locatio & conditio aliquam cum emptione & uenditione ſimilitudinem, ſed non omnimodam. l. ſciẽdum tamen eſt. §. deinde aiunt. et l. ſciendum eſt. ff. de Aedilit. edict. Sp.

LOCATIO in longum aut longiſsimum tempus dicitur alienatio, quoniam dat ius in re: alioqui is qui locat, non cenſetur alienare. l. codicillis. §. inſtituto. ff. de Legat. ij. Spieg.

LOCATIO perpetua. Quęre, Perpetua locatio. Habet autem locatio & cõductio aliquam cum emptione & uenditione ſimilitudinem, ſed nõ omnimodam. l. ſciendum tamen eſt. §. deinde aiunt. & l. ſciendum eſt. ff. de Aedilit. edict. Sp.

LOCATIONIS contractum naturalem & omnium gentium Paulus appellat in l. j. ff. Locat. Idem epitheton adijcitur emptioni & uenditioni in l. j. in fin. ff. de Contrah. empt. Sp.

LOCATOR regulariter dicitur, qui precium accipit: conductor, qui dat: ut ſit locator dominus, conductor inquilinus. Sed nonnunquam etiam uiceuerſa euenit, ut locator precium det, et conductor accipiat. Bud. in l. ij. ad Leg. Rhod. de Iact. in prin. Adi Oldend. Claſs. iiij. Action. ix. Idem non temerè monuit, idq́ memori mente tenẽdum, uidelicet uerti nonnunquam apud Iuriſconſultos uerborum ordinem, ut locator ſit, quem tu prima fronte conductorem iudicares: & contrà, conductor cenſeatur, qui tibi uideatur locator. Nam tunc opus reſpicitur, non perſona, ut in l. dominus horreorum. §. ult. l. ſed adde. §. illud. l. ſi quis domũ. §. ſi colonis. ff. Locat. Quæ formula non pertinet ad l. ueteres. de Action.

empt. & l. ſi dominus. ff. de Vſufruct. Quod Bart. fefellit in l. ij. C. de Locat. & Conduct. Sp.

LOCVLI, pro receptaculis pecuniarũ, gelt kiſtẽ apud Vlp. in l. librorũ in fine. de Legat. iij. quum ait: Sunt tamen quędã quę omnino legatum ſequuntur, ut legatũ lectũ continet & fulcra, & armarijs ac loculis clauſtra & claues cedũt. Seruator noſter Iudę loculos pecuniarũ, quas pauperib. erogaret, cõmiſit: ne uideret̃, aut quaſi inhonorus, aut quaſi egenus dominũ ꝑdidiſſe. ꝑ marſupio hic accipiendi ut apud Mar. excuſſi loculosqʒ ſacculũqʒ Sp.

LOCVPLES, firmus, certusqʒ, ad rẽ quãlibet. Vnde locupletẽ autorem dicimus, locupletem teſtem, locupletem tabellarium, & locupletem fideiuſſorem.

LOCVPLES, ſiue pro locuplete fideiuſſor in perſonis neceſſarijs accipitur. Paul. in l. iij. ff. In ius uocat. ut eant.

LOCVPLES hęreditas, quæ opes adfert, uel oneri, uel incõmoditati, ſeu ut uulgò dicunt, uexationibus coniuncta. Opulẽta uerò dicitur, quę his caret. l. ſi quis mihi bona. §. ij. ff. de Acquir. hæred. Azo locupletem hæreditatem accipit, quæ maior eſt centum aureis, in Rubr. C. de Bon. libert. Spieg.

LOCVPLETES, antiqui locorũ, id eſt, agrorũ plenos appellabãt. Vnde qui ex prædiorũ poſſeſsionb. diues eſt, is ꝓpriè eſt locuples. Alc. de Verb. ſig. Antiquiſſima iuris naturalis regula eſt, neminem cum alterius iactura fieri locupletiorẽ. l. nã hoc natura. ff. de Cond. indeb. l. iure naturę. de Reg. iuris. Quod ſi quis locuples fieri uelit, naturæqʒ legẽ contemnere, aduerſus eum iure noſtro uarijs modis prouidet̃: quos attingunt interpretes in l. ſi me & Titium. ff. Si cert. pet. Sp.

LOCVPLETIOR generaliter dicitur is, qui non eſt pauperior factus, ut in l. in pupillo. ff. de Solut. Verùm nõ oportet ſic intelligere, cũ dicitur ditari aut locupletari, ex re aliena. quod uerbũ uariam habet interpretationẽ. In ſumma: Qicunqʒ aliquid acquiſiuerit, q̃d bona eius augeat, is haud dubiè reputabit̃ factus locupletior, & tenebitur ei, ex cuius re acquiſiuit. l. cum fundus. §. ſeruum tuum. ff. Si cert. pet. l. ſi ſeruus. §. ſeruum tuum. ff. de Action. empt. Vide ibi Bart. & Oldend. Action. ij. Claſs. iij. Sp.

LOCVS, ubi quid collocari poteſt, dicitur. Eius autem metaphoricè uaria eſt ſignificatio. ut cum dicimus quem loco obſcuro natũ, uel loco fratris fuiſſe: illud enim ad genus, nobilitatemqʒ refertur, hoc uicem denotat. Ex Alciato. Sp.

LOCVS, portio eſt fundi: qui & latêre poteſt, quia fines ſuos adhuc nõ habeat: idcircò determinãdus, diffiniendusqʒ eſt. Fundus uerò omne eſt, quod ſolo cõtinetur. Ager, ſpecies eſt fundi: quæ ad uſum hominis cõparatur. Alciat. in de Quinqʒ ped. pręſcr. Accipit autẽ locus in iure, ex mẽte proferentis interpretationẽ. quandoqʒ enim generaliter ponitur l. fundi. de Verb. ſig. Qua ratione in prædijs urbanis locus ſine ædificio dicitur Area: in ruſticis, Ager. At cum ſpecialiter reſpectu fundi locum dicimus, de portione aliqua accipimus. Ex eod. Sp.

LOCVS opacus, quondã cœpit eſſe ſolis plenus. Vide Vlpian. in l. ſi arborem. ff. de Seruit. urb. præd. Sp.

LOCI, ſunt argumẽtorum ſedes, unde probabilia educuntur argumẽta, ad id quod in controuerſia poſitum eſt comprobandum. Coegere locorum quaſdam facies, longe à ueterum, puta Ariſtotelis, Ciceronis, Boethij traditionibus, diuerſiſsimas Legum profeſſores, Albericus Roſatus, Speculator, Baldus, nõnulliqʒ alij, quos Cantiuncula noſter uicit tractatione ſua, ſiue dictionem, quæ pura eſt, & polita: ſiue ordinem, qui hic digeſtus, apud ſuperiores implicatior habetur, exigas. Spieg.

LOCI muliebres, dicuntur uterus, quẽ uulgo matricẽ uocant, & à Celſo uulua etiã nominatur: licet Plinius hanc in reliquis animalibus eſſe dicat. Sp.

Λογάριον. Vlpianus l. iij. de Pœnu leg. Sed & chartas, inquit, ad ratiunculam, uel ad λογάριον paratas, contineri appellatione penoris. Videtur ea uoce, ut monuit Alciatus intelligi, non codices, uerasqʒ rationes, ſed potius quædam aduerſaria, quæ fiunt cauſa deſcribendi, quod quotidie in uictualibus expendâtur. quale eſt quod Diurnum ueteres dixerunt. Spieg.

LOGICE, appellatur ab Ariſtotele diſſerendi ratio, hoc eſt, diſputãdi, & rem dubiam argumentis probandi.

LOGISTA is dicitur, qui reddẽdis ratio-

nibus præeſt. Hinc logiſtice, ars ipſa cõputatoria, uulgò Algoriſmus dicta. Iuſtin. in tit. de Mod. mulct. l. curator. Curator, inquit, reipubl. qui Greco uocabulo logiſta nuncupatur, mulctandi ius nõ habet. Nebriſs.

LOGISTAE ſunt, qui rationales alibi dicuntur. In hoc diſtantes à logographis, quòd illi libros rationũ ſcribebant, logiſtæ curabant. Alciat. C. de Tabul. Scrib. & Logog. lib. x.

LOGODAEDALVS, uerborum nundinator inanis, qui uenuſtatem uerborum, non ſenſuum acumen conſectatur: aut qui orationis concinnitatẽ potius, quàm pondera ſententiarum præſtare poteſt: loquendi quidem peritus, ciuilium uerò rerum ignarus. Budęus in l. ius ciuile. de Iuſt. & Iur.

LOGOGRAPHOS, Ammonius in differentijs, interpretatur eos, qui δικαιοδίκους λόγους, iudicialia acta ſcribunt. Alciatus C. de Tab. Scrib. & Logog. lib. x. rationum ſcriptores.

LOGOS, Alberic. ait, multa ſignificat, ſed parum cõpetenter declarat. Græcis autẽ Logos eſt uerbum, oratio, ſermo, ratio, modus, ſupputatio: nonnũquam & pro libro uſurpatur. à uerbo λέγω, quod eſt, dico, ſiue colligo. Vide Eraſ. in Annot. Noui Teſtam. Sp.

LONGA abſentia obliuionem inducit, l. finitum. §. fundi. ff. de Vſucap.

LONGA conſuetudo, uelut tacita ciuium cõuentio habẽda eſt, teſte Hermogeniano in l. ſed & ea. de Legibus. Sp.

LONGA poſſeſsio, dicta fuit apud ueteres duûm annorum: quam nunc x. & xx. annorum appellamus. Vide Oldend. in de Vſucap. Spieg.

LONGA manu traditum, Iabolenus explicat in l. pecuniam. ff. de Solut. ut breui manu datum, Vlpianus in l. licet. ff. de Iur. dotium. Spieg.

LONGA peregrinatio apud Vlpianum de Procurat. in cauſsis refertur, quæ non ſinunt procuratorem cõpelli ad ſuſcipiendum iudiciũ. Vide l. poſt litem. ibid. Sp.

LONGE lateq; rem meliorẽ facere apud Scęuolam l. intra. ff. de Minorib. Sp.

LONGE ab inſidijs, l. ita uulneratus. §. omnes. ff. ad Leg. Aquil.

LONGE lateq; Vlpian. in l. ſi habitatio. de Vſu & habit. Si uſus fundi, ait, ſit relictus, minus utique eſſe, quàm uſumfructum: lõgè lateq; diſtare, nemo dubitat. Sic ab Eraſmo citatur in Chiliadib. Haloander legit, Longeq; diſtare, exempta uoce, Latè. Spieg.

LONGE magis, l. frater à fratre. ff. de Condit. indeb.

LONGE minus, l. qui pignoris. ff. de Acquir. poſſeſs.

LONGINQVO abfuturus, apud Vlp. in l. uel ſi longinquo. ff. de Procurat.

LONGINQVO abſens ſeruus legatus requirendus, l. cum ſeruus. de Legat. j.

LONGO ſilẽtio finitur cauſa. Papinianus in l. ij. Ne de ſtat. defunct. Sp.

LONGVM tempus, decem anni inter pręſentes, uiginti inter abſentes accipiũtur. Longiſsimũ, quadraginta anni, & quod excedit, atque unius hominis memoria clauditur. Longæuum autem interpretantur, cuius nulla extat memoria. Vide Azonem in Summ. Quæ ſit longa conſ. Spieg.

Λοπῶνται, Vlpiano ſunt atrociores fures. in l. j. de Effrac. quam dictionẽ Græcam Nor. text. habet: & eo modo reponendam, Alciatus firmat in Parerg. cum alij aliter, ut ait, coniectura inani comminiſcerentur. Spieg.

LOQVELAE uocabulum, tametſi id inter obſoleta habẽdum exiſtimetur, propriè non eſt accipiendum (teſte Inſulano) pro ſingulari aliquo, ac ueluti patrio aut gentilicio more loquendi, ſicuti Barbari ſolent dicere loquelam Germanicã, aut Gallicam: quin potius, eſt ſeries aliqua uerborum. Ita Maro, Funditq; has ore loquelas. Sp.

LOQVI quando quis dicitur, uide l. Labeo. ſub fin. ff. de Supell. leg. & ſuprà, Fari.

LOQVITVR res ipſa, hoc eſt, apertiſsima eſt, & ſermone non eget.

LORICATIO, tectorium eſt, parieti in modum loricæ inductum: idem ferè quod incruſtatio. Paulus de Verborum ſignifi. l. impenſæ. Incruſtatio, inquit, loricationes, & picturæ. Nebriſs. Hanc explicans l. Alciat. Loricationes, ait, ſunt ſuperficies integendi cauſa: quæ ad pauimenta maximè pertinent, fiunt que ex calce & arena. Eſt & Lorica, quæ uallis caſtrorum, uel podijs apponebatur, alio ſignificatu. Sp.

LOTHARIVS, antiquus interpres, ſiue Gloſſator iuris noſtri. Memoriæ traditum eſt, Cæſ. Heinricum, Imp. Friderici ij. Filium, Lotharium & Azonem, olim cum fortè fortuna ſecum eſſent, interrogaſſe, an merum imperium in imperatore ſolum reſideret. Lotharius blandiendo reſpondit, eum ſolummodo, & neminem alium merum imperium habere. Azo interrogatus, ueritatem dixit: quod merum imperium apud imperatorem tanquam in fonte eſſet, ſed propter publicam utilitatem etiam alios iudices merum imperium habere. Imperator Lotharium equo donauit, Azonem in nullo remuneratus eſt. Inde ortum prouerbium: Lotharius iniquum dixit, & equum habuit: Azo ęquum dixit, & equum perdit. Spieg.

L V

LVBRICVM, ſecundum Grammaticos dicitur, quod labitur, dum teneri creditur: ut piſcis, ſerpēs translatè. Lubricum linguæ, quod incautè excidit uerbum interpretantur: quod in periculum trahendum non eſſe, etiamſi ad maieſtatem pertineat, Modeſtinus ait l. famoſi. ad Leg. Iul. maieſt. Spieg.

LVCRATIVAE cauſæ ſunt, hæreditas, legatum, fideicommiſſum, mortis cauſa donatio, & alia quæ relinquuntur in ultima uoluntate. Sp.

LVCRVM, eſt nomen generale, L. coiri. & l. ſeq. ff. Pro ſocio.

LVCRVM amplecti qui uelit, onus autem ferre recuſat, ferendus non eſt. l. j. §. pro ſecundo. C. de Caduc. tollend. Spieg.

LVCRVM ceſſans, appellatione damni rectè uenire, Alciatus putat. quod tamen ſubſiſtere non poteſt, niſi latiſsimè acceperis damni ſignificationem. Siquidem in damni definitione lucrum ceſſans non comprehenditur. Sic enim Vlpianus in l. Proculus. ff. de Dam. infecto. Longè intereſt, inquit, an quis ex alieno facto damnum patiatur, an lucro, quod adhuc faciebat, uti prohibeatur. Vnde Fumæus, Galliæ ornamentum, qui ad ingenij acumen, Romani ſermonis mundiciem adfert, non temere mirari uidetur, eruditiſsimum Alciatum, ita continentem, ut non moueatur tantis tumultibus, ac ferè perpetuis diſsidijs doctorum noſtrorum, miſere ſe torquentium pro ea differentia, quę fit inter damnum & lucrum ceſſans. Porrò lucrum ceſſans poſt moram, hoc eſt, cum debibitor non ſoluit conſtituto die, cadit in rationem damni emergentis poſt moram. Nam & hoc eſt, non ſoluere conſtiſtituto die. Vide Philippum lib. ij. Philoſophiæ Moralis. Sp.

LVCRVM facere dicitur, qui honeſtis rationibus acquirit. l. cura. §. deficientem. ff. de Mun. & hon. Quæ uerò lucra honeſta ſint, refert. Spec. tit. de Cler. coniuen. Spieg.

LVCRIFACERE iniuriam, eſt Bud. teſte, iniuriam impune committere, & pœnam non luere. Sp.

LVCVBRATIO, id eſt, ſtudium. Iuſtin. Inſtit. de Legatis: Noſtra autem conſtitutio, quam cum magna fecimus lucubratione, & cætera. Propriè autem eſt lucubratio, ſtudiū nocturnum, non ſolum circa literas, ſed etiam alias res. Vide Catanęum Comment. tertio. Qui per g, ſcribunt, quaſi à lugubre deductum ſit uocabulum, planè errant. Sp.

LVCTVS, ægritudo ex eius, qui charus fuerit, interitu acerbo. autor Cicero Tuſc. iiij. Vſurpatur tamē etiam extra lethalem caſum. Lex ciuilis notat infamia nubentē intra tempus luctus, aufertq́; ei omnia lucra nuptialia, l. j. & .ij. C. de Secund. nupt. Viri uerò non lugent uxores, l. uxores. ff. de Nupt. Sp.

LVCVS dicitur, quod non luceat, non quod ſint ibi lumina cauſa religionis, ut quidam uolunt, quos Oldendorp. ſequitur. Semper tamen ſequitur lucum conſecratio, etiam in ſacris literis. ut teſtatur Nebriſen. Haud ſcio, an nemus tantum publicum ſignificet. Paulus in l. id quod poſt emption. de Per. et comm. rei uend. Veluti, ait, uiæ publicę, limites luci, qui fundum tangunt. Sp.

LVDIBRIO non debent eſſe leges, hoc eſt, irrideri ab aliquo, uel uanę haberi. C. de Bon. quæ lib. l. fin. §. ubi autem. Sic nec decreta Prætorum. l. ſi Prætor. ff. de Iudic. Alberic.

LVDICRA ars, quæ ludi gratia fit. ut ſcenica & hiſtronica. Poſsidonius, autore Seneca, quatuor ait eſſe genera artium. Nam ſunt uulgares, quæ & ſordidę uocantur. Sunt ludricæ, ſunt pueriles, ſunt

liberales,

liberales. Ludicræ ſunt, quę ad uoluptatem oculorum, auriumq́ tendunt. qualis ſcenica, & hiſtrionica, noſtro iure infames. l. qui autem. l. athletas. de His qui not. infam. Sp.

LVDIFICATIO, apud Impp. in l. cũ te. C. de Pact. int. empt. & uend. pro friuola dilatione, **Geuärlichen vmbzugk**. Et ideò (inquientes) aditus competens iudex, fundum, cuius mentionem facis, reſtitui tibi cum fructibus ſuis, ſine ulla ludificatione, ſua autoritate perficiet. Sp.

LVDVS. Omnẽ ſcholã ludum dixere Romani: & magiſtri ludi dicuntur, qui primas literas docẽt. Autor eſt Aſconius.

LVDORVM ſpecies, quibus ueteres Romani uſi ſunt, uide apud Alex. Neapolit. lib. Genial. dier. iij. cap. xxj. ad longũ. & lib. v. c. viij.

LVDVS aleæ. Vide ſuprà, Aleatores. Quàm inhoneſtum cenſeant leges, immodicũ ludi abuſum, ex eo patet: quòd cum regulariter omnib. actionib. perſonalibus pręſcribatur xxx. annis, in hoc caſu repetitio extenditur ad annũ quinquageſimum. l. ſicut. C. de Pręſcrip. xxx. ann. Repeti autem poſſunt, quæ in ludo ultra aureum petuntur. l. ult. C. de Relig. & ſumpt. fun. Sp.

LVDVS noxius, uel potius, ut Noric. textus habet, quòd ob noxam, hoc eſt, culpam puniatur. Vnde & Iuriſcoſs. familiariter in culpa eſſe dicit̃. l. nam nudus. ff. ad Leg. Aquil. Et Iuſtin. in Proœmio ff. non procul à fine: Quis ludos, inquit, appellet eos, ex quibus crimina oriuntur? Scimus placitis feudalibus ſancitum, ſi uaſallus cum domini uxore turpiter luſerit, eum feudo priuandum. Qua de re eleganter diſſerit Baro à Tautenberg. Spieg.

LVERE, Apellus ait, nihil aliud eſt, quàm ſoluere, à Græco uerbo λύω. Virgil. lib. j. Aeneid. Pòſt mihi non ſimili pœna commiſſa luetis. Luere tamẽ legiſlatori hoc tantum ſignificat, cum hæres ius pignoris ſoluit eius rei, quæ alicui legata eſt. §. ſed & ſi rem ſuam. Inſtit. de Leg. Sp.

LVERE item, eſt captiuos redimere, aut res captas recipere precio dato. Vlp. Sed nec hi, qui ab hoſtibus redempti ſunt, militare debent, priuſquam ſe luant. Idem: Si patre redempto, et ante luitionem defuncto, filius poſt redemptionis quantitatem offerat. Eſt ergo luere, precium redemptionis reſtituere ei, qui captiuum redemit. Bud.

LVERE pœnas, quod & dare pœnas dicitur, pro, ferre cruciatum, ſupplicium. Vnde apud Iuriſconſult. Luere grauiorem pœnam, in l. fin. de Bon. damn. Notum uulgatum illud: Qui non habet in ære, luat in corpore. l. quicunque. C. de Seru. fugit. Arg. l. ſi quis iniuriam. ff. de Iniur. Spieg.

LVGERE, hoc eſt, in luctu eſſe. Marcellus, ff. de Religioſ. Minimè, inquit, maiores lugendũ putauerunt eum, qui ad patriam delendam, & parentes & liberos interficiendos uenit, &c. Mos erat Romanorum, ut mortuos maritos, uxores omni auro, purpuraq́ poſita, annum lugerent, eumq́ annum uiduæ manerent. Quum annus decem menſium erat, decem menſes lugebatur. Poſt annum licebat ijs iterum nubere. Quæ uno autem contentæ erant matrimonio, corona pudicitiæ honorabantur. Vide Val. Max. lib. ij. Tit. de Inſtit. antiquis. Hinc facile intelligis, lugubria quæ ſint. in l. genero. ff. de His qui not. infam. Sed hodie iure Codicis hoc correctũ eſt in l. Decreto. C. eod. tit. Ius uerò põtificiũ abſoluit mulierem à legali pœna, ſi intra annum nupſerit. c. pen. & c. fin. de Secũd. nupt. Sp.

LVGVBRIA. uide Hegendorph. in iam allegata Lege genero.

LVMEN, pro oculo, quòd oculorum beneficio lumen conſpiciamus, in l. j. §. caſum. ff. de Poſtuland.

LVMEN, pro luce, ac die. Hinc Luminibus obſtruere, uerbũ antiquũ iuris, quo poſt Ciceronem uſus eſt Iuriſcons. in l. æquiſsimum. §. ſi ædium. de Vſufructu. Vide Bud. in eand. & infrà, Obſtruere.

LVMINIBVS non offici, & proſpiciendi ſeruitus, differunt. Nam ſeruitus, proſpectum habere, aliquanto latius eſt: ſcilicet ut cœlum nõ ſolum uideatur, ſed & procul ſpectemus etiã alia ædificia. At ſeruitus, Ne luminibus officiatur, intelligitur lumini cœleſti, quod ex cœlo habet. Vnde tunc dicimur Lumini non officere, quando damus uicino tantum ſpacij, ut cœlum uideat. autor Bart. poſt Gloſs. in lege inter ſeruitutes. ff. de Seruit. urban. præd. Luminis autem habere ſeruitutem, aliud eſt. Nam quãdo uicinus co-

gitur habere feneſtram apertam, foramẽ in muro apertum, etiamſi cœlum non uideatur, tamen ſatis eſt habere lumen, ut aliquanto lucidior ſit domus. Sunt quaſi tres gradus comparatiui. Proſpectus eſt latiſsimus. Officere luminibus, minus latum. Seruitus luminis, tota arcta & ſtricta. Ex Zaſio. Spieg.

LVNA uiceſima, pro uiceſimo die poſt nouam lunam.

LVNATICI dicuntur, in quos luna agit, & ut Apuleius ait, qui curſum lunæ patiunt: quales ſunt potiſsimum qui comitiali morbo laborant, aut inſania, alio'ue morbi genere quopiam certis lunę temporibus grauantur, & agitantur. Vnde Paulus mancipium furioſum, aut lunaticum redhibendũ cenſuit. l. bouem. §. aliquando. de Aedil. edic. Sp.

LVPANARIVM, idem quod Lupanar: ſignificatq; locum in quo diuerſant meretrices. Qui eundem & Proſtibulum dici putant, fallũtur. quum hæc uox ipſum ſcortum notet. Vlpianus in l. ancillarũ. de Petit. hæred. Licet à Lupanario perceptæ ſint. Nam & in multorum honeſtorum uirorum prędijs lupanaria exercentur. Spieg.

LVPINVS, leguminis genus eſt quoddã, inquit Albericus. Tu uide Dioſcoridem lib. ſecundo, & Plinium libro xviij. qui de illo admiranda ſcribit. Iulianus rectè in frugibus lupinum, Seruius in frumento, ſed malè, cõtineri putauit. Siquidem ex §. frumentum. in l. frugem. de Verb. ſig. colligit Alc. Legato frumẽto, uel frugibus, etiam contineri quod adhuc in agro, in ariſta, uel ſiliqua eſt. Nos **Feigbonen** appellamus. Sp.

LVSCITIOSI (qui & Luſcioſi, & Nuſcitioſi) qui dicantur, Budæus §. Offilium. in l. Offilius. de Aedilit. edict. enarrans, doctè explicat: & Alciatus in Cõment. de Verb. ſig. iam dictum. §. hactenus corruptè lectum, Haloander reſtituit integrè. Spieg.

LVSCVM, Modeſt. in l. ſtuprum. eod. tit. inter uitioſos numerat: non qui ſtrabis ac diſtortis oculis ſit, ſed qui altero captus eſt oculo dicitur: qui & Vnoculus, & Cocles: qualis fuit Hannibal, Sertorius, Philippus, Antigonus, omnes optimi Imperatores. Spieg.

LVSITANI, Paulus in prin. l. Nam et Seruius. ff. Negoc. geſt. cum à Luſitanis, inquit, tres capti eſſent. Luſitania à Septentrione habet Taraconẽſem Hiſpaniã, diuiſam ab ea flumine Durio, ab Occaſu Oceanũ occiduũ, à meridie Anã fluuiũ, ab Ortu lineam ab Ana ad Durium ductam. Hanc regionem aliquanto maiorẽ facit Strabo. Et noſtra quoq; ætas. Portugallia enim uocatur, regnum nobile, cuius ſolertia factum eſt, ut ab Hiſpania in Indiam hodie nauigetur. Cuius regia in ea eſt Vlysbona, quam Plinius Olyſsiponem uocat. ex cap. xxiiij. Glareanicæ Geograph.

LVSORIA edicta, apud Iulianum, in l. ſi Prætor. de Iudic. annotauit Alberic. quũtam hic, quàm alibi, Eluſoria legerit Haloander.

LVSTRAMENTVM, purgatio facta per ueneficium, aut ſacrificiũ, aut incantationem: à luſtrando dictum. Marcel. ad Leg. Cornel. de Venef. & ſicar. l. eiuſdem. Si quis, inquit, luſtramẽti cauſa dederit cantharides. Nebr.

LVSVS gratia facere apud Vlp. l. iij. ff. de Ser. corrupt. Notum autẽ luſum pro ioco accipi, opponiq; ſerio. Sp.

LVSTRVM, pro tempore locationis. Solebant enim ueteres frequenter locare prędia tum urbana, tum ruſtica, in quinquennium, ut apparet ex l. ſi in lege locationis. §. ſi domus uel fundus. & §. ſeq. ff. Locati, alijsq; locis. Vnde hoc tempus locationis uocabant luſtrũ, cuius fit mentio à Iuriſconſul. in l. iiij. §. res pignori. Si cert. pet. Nam & ſi colonus, inquit, poſt luſtrum completũ fructus perceperit, condici eos conſtat. Nunc autẽ inter ternos, id eſt. nouenos, in Emphyteuticis. Prædia nanq; urbana ferè nunc ſolemus locare in annum: Ruſtica uerò in triennium. Idcirco apud aliquos Luſtrũ quinquennium comprehẽdit: quoniam poſt quatuor annos expletos ſtatim erat luſtrum, ut ad principium quinti anni reſpiciendum ſit, non ad finem. idem enim eſt (teſte Alc. cap. j. lib. Diſpunct. ij.) luſtrũ, quod Olympias Ouidio, Martiali, Auſonio, Seruio Grammatico. Sp.

LVSVS inter ea numeratur, quæ cenſentur nomine tituli lucratiui, etiamſi multa perdiderit luſor. Nam iſta illicita media non ſunt in conſideratione. Bald. in l. j. ante fin. C. Si quid in fraud. Sp.

LVX, pro publico.

LVX indubia probationis, apud Impp. in l. iij. C. de Condict. ob turp. cauſ.

LVCE clariores probationes. l. final. C. de Probat.

LVCE dignitatis, hoc eſt, ſplendore. Aur. Arcad. l. unica. de Offic. Pręf. Præt. Non aliter, inquit, iudicaturos eſſe, pro ſapientia, ac luce dignitatis ſuæ, ꝙ ipſe (Princeps ſcilicet) foret iudicaturus. Sp.

LVTARIVS, quod in luto degit. Hinc lutarię teſtudines, marinis oppoſitę: quòd in dulci aqua & luto uiuant. Sp.

LVTEVS homo, pro contẽpto, nulliusq; precij. Vt enim aurea, pro egregijs: ita lutea, pro uilibus accipimus apud probatos autores. Quin &, Eraſmo teſte, hodie quoq; aurea uerba, gemmeos mores dicimus. Sp.

LVXVRIA, Latinis impenſam profuſam ſignificat, ſuperuacaneamq; rerum abundantiam: cui contraria Frugalitas. ut in l. ex damni. ff. de Damn. infec. Eſt etiam redundantia germinis, quæ Plinio inter uitia frugum ponitur. Pro crapula uerò, & uinoſitate, nemo Latinus autor uſurpauit, tametſi hoc ſenſu Vlpian. poſuiſſe in l. j. ad fin. de Aedil. edict. Accurſ. putauit. Quamuis Bud. ibidem, non luxuriam, ſed pluriſariã, legendum exiſtimat.

LVXVRIOSA frumenta, quæ adeò copioſe proueniunt, ut immitti in ea ſoleãt pecudes ad depaſcendum. Pabula uerò luxurioſa, quæ maximam herbarum copiam afferunt.

LVXVRIOSVS, opponitur homini, qui eſt uitæ emendatioris. l. non debet dari. ff. de Dolo. Seuerus Imp. reſcripſit: Si adoleſcens luxurioſus mandet tibi, ut pro meretrice fideiubeas, idq; tu ſciens, mandatum ſuſceperis, non habebis mandati actionem: quia ſimile eſt, quaſi perdituro pecuniam ſciens credideris. Sp.

L Y

LYCIA, eius Papinianus meminit in §. dulciſsimis. l. cum pater filios. Quæcunque, inquiens, mihi ſuperſunt in Pamphylia, Lycia, uel ubicunq;. de Legat. ij. clariſsima quondã Aſiæ regionum, & ſexaginta oppida complexa: è quibus tamẽ Vadiano noſtro teſte, Pauli apoſtoli ætate triginta ſex tantum extiterint: reliquis partim bello, partim terræ motu diſiectis, Spieg.

LYNTRARII. Vide, Lintrarij.

LYTAE, olim ſtudioſi ſcientię iuris, primò anno dicebantur Dupondij friuolo ac ridiculo cognomine: ſicuti quarto anno dicebãtur Lytæ, quinto autem Prolytæ, autor Iuſtin. in proœmio Digeſtorum. §. Et primo quidem anno Dn. Holoander Lytas accipit, ſolutores, ut qui iam legũ ænigmata per ſe poſſent ſoluere: Prolytas, qui λύταις, id eſt ſolutorib. eruditione præſtarent. Sp.

LYTOS, interpretatur ſolutus, à λύω, ſoluo. Iuſtin. in Proœmio. ff. Quia ſolitum erat, quarti anni ſtudioſos, Gręco, & cõſueto uocabulo quodam, Lytos appellari, hoc eſt, ſolutos. Nebr.

M A

MACEDO primus omnium inſigni quadã auaritia inductus, mutuã cœpit dare pecuniam filijsfamiliarum, ut poſt mortẽ patrum ſoluerent ſub magno fœnore: quòd ne traheretur ad exemplum, & paulatim ad conſuetudinem, fuit autor Senatuſconſulti ſanè grauiſsimi, per quod pecuniam mutuo datam, amitteret ſceleſtus creditor. Vide l. j. ad S. C. Maced. Ceſſat autẽ hoc S. C. in xj. caſibus, quos refert gloſs. in §. illud proprie inſtit. Quòd cum eo, qui in alien. pot. & Sueton. cap. xj. in diuo Veſpaſiano. Spieg.

MACEDONIAM, quam Romani uiginti annorum bello, uario caſu, nec parua ſuorum clade deuicerunt. Impp. Theodoſius, & Valentin. recenſent inter alias illas ſuas prouincias, eaſdemq; inclytas, in l. ult. C. de Diuerſ. offic. lib. xij. quæ omnes, Pannonia excepta, nunc alienæ à CHRISTI nomine ſunt: Pannoniã ſuperiorẽ nõ niſi magno dedecore, ſi non potius ſcelere, amittere poterimus. Item, Macedonũ, id eſt, eorũ qui Macedoniã, quę hodie uniuerſa Turcicę ditionis eſt, inhabitant, Impp. meminere. in l. ult. de Annon. & trib. lib. x. Plin. autor eſt, quinquaginta populorũ frequẽtia habitatam fuiſſe. Deſcribit pulchrè per Vadian. Sp.

MACELLARIVS, qui in macello non ſolum carnes, ſed omnia obſoniorum genera, quinetiam panem, & frumentum uendit. Vnde autem Macellum dictũ, Feſtus, & Varro lib. iiij. de Lingua latina docent. Sp.

MACERIA, appellatur paries ſine calce, alia'ue compactione formatus. Caius ex autoritate Solonis. l. ult. ff. Fin. regund. Si quis, inquit, ſepem, uel maceriã iuxta alterius regionem effoderit, terminum nõ excedat. Albericus, codicem nactus corruptum, perperam legit, Maceriam li gnorum, in l. carbonum. ff. de Verb. ſignifi. Sic in l. quòd ſi neq; ff. de Peric. & com. rei uend. Maceriam, pro calce poni putauit: quum Materiam, utrobique ſit ſcribendum. Spieg.

MACERIAM ducere. Vide Vlpianũ in l. pen. ff. Commun. prædior.

MACHINA Vlpiano dicitur, ubi nõ tam materiæ ratio, quàm manus, atq; ingenij ducitur. Idem in l. ſi ut certo. §. ſed interdum. in Machina operari, eleganter opponit, de plano opus facere: inibiq; pro inſtrumento, quo commodius moles im pellitur, Machinam accipit. Sp.

MACHINA frumentaria, apud Vlpian. in l. quæſitum. §. ij. de Fund. inſtr. pro inſtrumento quo frumenta facile in granaria impelluntur. Spieg.

MACHINARIVS, qui machinas cõficit. Paul. l. ſi putator. ad Leg. Aquil. Vel Machinarius, inquit, hominẽ prætereuntẽ occidit. Ab eodẽ Machinarius, mẽſor dicitur ab Vlp. in l. ult. Si menſ. falſ. mod. dix. ad Decempedatoris differentiã. Vide Budæum in Annotat. prior. Sp.

MACHINATIO. Lege, Fallacia.

MACHINATOR, pro inuentore & autore accipitur, qui & Architectus dicitur. Raro in bonam partem uſurpatur. Siquidem machinari, propriè eſt dolo, atque aſtutia inuenire.

MACROCHERA, tunica manicata. Sp.

MACROCOLLA. Lege, Protocollum.

MACTE, cum à mactus uenit, uox eſt cohortantis, non tamen ferè niſi in uocatiuo à latinis uſurpata, cum genitiuo, ſed raro: interdum cum ablatiuo, ut frequenter iuncta. Ponitur & aduerbialiter Mactè, pro eximiè, uel egregiè: quod pauci obſeruarunt. Spieg.

MACVLA, propriè eſt ſordes, & turpitudo qua pannus infici poſsit. ut apud Pliniũ. Fullones, inquit, eas maculas è ueſtibus tollunt. Translata autem ſignificatione, ponitur pro turpitudine, infamia, ignominia, & dedecore. Hinc apud Cic. aſpergere maculis, & afficere macula, & ſimilia legimus. Et Macula infamiæ, pro nota. in l. j. C. de Nat. lib. Modeſtinus per translationem dixit, Maculam ſeruitutis ſuſtinere. in l. fin. de Nat. reſtit: Libertinus, qui natalibus reſtitutus eſt, perinde habetur, atque ſi ingenuus natus, medio tempore maculam ſeruitutis non ſuſtinuiſſet.

MACVLATVM adulterio ſeruum apud Iuſtinian. Inſtit. de Hæred. inſtit. §. eſt tamen caſus: cùm traductum, hoc eſt, promulgatum, tum pro in iudiciũ tractum intelligimus, & accuſatum. Eſt frequens apud Cic. ut hominem infamem ac ſcelerosum, maculam, labem, ſordes, lutum appellet. Sp.

MAGI, id eſt, incantatores, maleficorum ſceleratorumq; nomine ueniut. l. nobis. C. de Malefic. Sp.

MAGICE, ars incantandi. de qua uide Plinium. Pontificia Decreta abrogant illi artis nomen. cap. nec mirum. uerſ. præſtigium. xxvj. q. vj. Spieg.

MAGIDEM, fœminino genere, Iuriſconſult. in l. ſeruus. de Condit. indeb. pro patina accepit. Nec enim Schachorum tabularium, ut Alberic. ait, ſignificat. Nam Feneſtella dicit, ſe iuuene, tympana appellata, patinas & lances, quas antiqui Magidas appellauerant. Plinius cap. xj. libr. xxxiij. Apud Pollucem in coquinario inſtrumento enumerari, Bud. in eand. l. adnotauit. Magas uerò, & Magadium, inſtrumentum eſt muſicum, quadrata tabula conſtans, leuiter connexa, intentis in ea citharæ fidibus. Sp.

MAGIS, & electiuè. ut in l. iubere cauere. ff. de Iuriſdict. omn. iud. & alibi ſępiſsimè in iure noſtro occurrit, & comparatiuè ponitur. ut in l. ij. §. mutui datio. ff. Si cert. pet. ſecundum uulgatam lectionẽ. Haloandri namq; uariat. Vide Albericum. Zaſius noſter oſtendit in Cõment. Feud. magis, & minus, diuerſas ſpecies non facere. Sp.

MAGIS magiſq;, hoc eſt, frequẽtius. Imp. Conſtantin. in l. j. C. de Veter. libr. xij. Spieg.

MAGIS impendere, quàm adquirere apud Martianum. l. ſtatuæ. ff. de Vſufructu. Spieg.

MAGIS uerum, pro uerius, ut & apud Andriam Terent. Sp.

MAGISTER, moderator eſt. Dicũtur autem

tem magiſtri, non ſolum doctores artium, ſed etiam pagorum præfecti, quos uulgò Syndicos uocamus: uel collegiorum ſocietatum'ue, quos Abbates appellant. Hinc et Magiſter populi, Dictator: & magiſter haſtæ, qui auctionibus præeſt: & magiſter pecoris, ipſe cuſtos: & magiſter nauis, cui cura nauis demandata eſt. Dicti magiſtri, quoniã magis cæteris poſſunt. Vnde et magiſtratus: qui per imperia potentiores ſunt, quàm priuati. Alc. interpretãs l. cui precipua. de Verb. ſignifi. putare ſe dicit, Magiſtri nomine, ceu generico, contineri Baccalaureos, Licẽtiatos, Doctores. Sicut enim athletæ tribus coronis, more Græciæ antiquo, inſigniri debebant. l. j. C. de Athlet. ita in agone literario, tres ſunt diſtincti gradus. Primus, qui à bacca laurea nomen ſumpſiſſe uidetur, Scholaſtico ordini proximior, quàm Doctorum. Secundus ad eos pertinet, qui nõdum inſignia accepere, electi tamen, autoratiq; ſunt, traduntq; in materia fauorabili pro Doctore haberi. Sp.

MAGISTRI cenſuum uocabulum, quod extat in l. fin. C. de Iure emphyt. etiamnũ inter honorata officia Principis manet: ut apud ſacri Imperij Præſidem inferioris Elſatiæ, quem hodie laudatiſsimus Germaniæ Septemuir Ludouicus Comes Palatinus Rheni, Imperatoris nomine adminiſtrat. Etenim ſciendũ iure noſtro inſtrumentum quamuis ſubſcriptũ à tabellione fidem plenam non facere, niſi apud magiſtrum cenſus in actis inſinuatum ſit, uel ubi magiſter cenſus non adſit, ſed ſolum publici tabularij, ſaltem per duos tabularios ſit ſubſcriptum. uide Autent. de Tabell. & Alciat. libr. vj. Parerg. cap. xix. Sp.

MAGISTRI cærimoniarum, hodie uocantur, qui in regum aulis, quum pompa fit, unicuiq; incedendi locũ ordineq; præſcribunt. Eos, & quidem rectè ueteribus dictos eſſe Deſignatores, Bud. adnotauit in l. athletas. de His qui not. infam. prolato, quod in prologo Pœnuli apud Plautum inuenit, exemplo. Sp.

MAGISTER Equitum. Lege, Dictator. Item, Præfectus Prætorio.

MAGISTRI libellorum, qui libellis præſunt, quas nos hodiè Supplicantias nominamus: nempè Scriptura qua comprehenditur querela læſi petentis. Huic officio, quod mox ſub initium operis indicauimus, apud Alexandrum Imp. præfuit Papinianus, qui unus de uerticib. iuris dicitur. l. reſcriptum. ff. de Diſtract. pig. cum dicitur, Papiniano Libellos agente. Quod ibi non intellexit Accurſius. Vnde Zaſius rectè docuit, ſuperuacaneam eſſe Gloſ. magnam in l. nec quicquam. §. ubi decretum. ff. de Offic. Procons. cum dicitur: Cauſa in qua decreto opus eſt, non poteſt per libellum expediri: id eſt, quod ſimpliciter ſcribatur ad ad Supplicantias, Fiat hoc, uel illud: Fiat ut petitur. Sp.

MAGISTRI memoriæ qui dicantur, uide l. eos qui. C. de Excuſ. mun.

MAGISTRI militum. Lege, Præfectus Prætorio.

MAGISTER nauis eſt, cui totius nauis anchora eſt mãdata. l. j. §. j. ff. de Exerc. Sp.

MAGISTRI officiorum erant, qui procurabant, ut milites in acie cæteros antecederent, quibus ſtipẽdia meliora darent̃, uel labor prolixior faceret anteire. Item erant, qui ſignificabant quotannis Cæſaribus, quemadmodum ſe numerus militum haberet, caſtrorumq; iura. Erant & quibus caſtrorũ poſitiones, ualli, foſſæ, tentoria, tabernacula, tormenta bellica, & reliqua curæ erant, tanquam caſtrorũ Præfecti. Vide Placentinum, Azonem, & Hegendorf. in Exegeſi Tit. de Offic. magiſtr. Offic. C. libro primo. Sp.

MAGISTER populi. Lege, Dictator.

MAGISTRI ſocietatum apud Paulum l. Item. ff. de Pact.

MAGISTRI uocem, proprio nomini antepoſitam, de literarum magiſtro, Pontificij iuris Interpretes accipiunt: quum uerò ſequitur, ut de fabro, opifice, artifice'ue intelligunt: ſed quàm rectè, ipſi uiderint. Magiſtri etiam dicuntur, qui bona ſub haſta uendunt. Vide Cœlium lib. xj. cap. v. Spieg.

MAGISTRO debetur reuerentia. l. à quibus. ff. de Donat. Alber.

MAGISTRVM excuſare debet diſcipulus exẽplo Caſsij l. dicere. ff. de Recept. arbitr. Spieg.

MAGISTERIVM, magiſtri dignitas, ſeu officium.

MAGISTERIANI. Iuſtinianus in Autent. de Mand. Princip. uel potius Præcept.

cep. præſidum. Deinde conueniens eſt, ait, ne eos, qui hinc commeant, ſiue Magiſteriani ſint, ſiue ex quocunq; alio iudicio, permittas ſubditos noſtros ſuperexigere. Sic Haloander noſter uertit, cuius editione libenter utimur. Interpres, & eum ſecutus Alberic. Magiſterianos inter magiſtratus genera referri monuerunt. Spieg.

MAGISTRATVS apud Pomponium, l. ij. de Orig. Iur. ſignificat omnes quibus iudicãdi functio cõmiſſa fuerat: nõ ut ius cõſtituerent, ſed ut id quod conſtitutũ eſſet, dicerẽt, quaſi uiua uox iuris Ciuilis. l. nam & ipſum. ff. de Iuſtic. & iur. §. Prætorum quoq;. Inſtit. de Iur. nat. gent. Sp.

MAGISTRATVS uocabulũ, P. Bembus in Epiſtolis, quas Leonis Pont. nomine plane Ciceroniane ſcripſit, numero multitudinis elegãter uſurpat pro Dynaſta, uel magis Poteſtate: quæ uox hodie Italis uulgò denotat eum, apud quẽ eſt arbitrium moderandæ reipub. uel ciuitatis. Ceterũ magiſtratus fiducia iniuriari non licet. l. nec magiſtratib. ff. de Iniurijs. Sp.

MAGISTRATVS, hoc eſt, ius, Cicero ait de Legib. ut preſit, præſcribatq; recta & utilia, & coniuncta cum legibus. Vt enim magiſtratibus leges, ita populo præſunt magiſtratus: uereq; dici poteſt, Magiſtratũ legem eſſe loquentem, Legem autem mutũ eſſe magiſtratũ. Idem de Offic. Eſt igitur propriũ munus magiſtratus, intelligere ſe gerere perſonam ciuitatis. Vetus autẽ inter ſapiẽtes quæſtio fuit, utrum magiſtratus præeſſe legibus, an leges magiſtratibus deberẽt: quam totam ſedat Stoicæ ſummę ſapientiæ Chryſippus, cuius uerba recitat Martianus in l. ij. de Legib. Ex illis autem manifeſtum fit, magiſtratus ciuitatis ſubeſſe legibus oportere. Nec mirum, quia leges miniſtri ſunt, ut docet Cicero. Nec aliud ſenſit Põponius in l. ij. de Orig. iur. dum dixit: Parum eſt in ciuitate ius eſſe, niſi ſint qui iura reddere poſsint. Vide Salomonium in d. l. ij. de Legib. Sp.

MAGISTRATVS ciuitatis, an membrũ eius dicatur, Bart. differit in l. j. C. de Apparit. Proconſ. lib. xij. Quo uerò iure nitantur, docet Bart. in l. Iulianus uerũ debitorem. ff. de Condic. indeb. Sp.

MAGISTRATVS, Prætores, uel Conſules dicti ſunt, eo quòd maiores ſunt reliquis officijs, & tanquam capitis Principis membra. C. ad Leg. Iul. maieſt. l. quiſquis. Bart. ordinem magiſtratuum recenſet in l. j. ff. de Offic. eius cui mand. eſt iuriſd. ſed hũc ceu parum probè digeſtum, recentiores attingunt. Vide Cantiunculam lib. j. de Offic. Iudic. Sp.

MAGISTRATVM eſſe, eſt uel ordinaria iuriſdictione fungi, uel merum imperiũ obtinere. quod ſatis arguunt uerba Iuriſconſ. in l. eum qui de iuriſd. omn. iudic. quum ait, Magiſtratus qui in aliqua poteſtate ſunt, &c. Nam poteſtas in perſona magiſtratuum imperium ſignificat. l. poteſtatis. de Verb. ſig. Itidem probant exempla, quæ mihi Iuriſconſ. adducit, quum ea ſint magiſtratuum, quibus merum imperium conceſſum eſt. Sp.

MAGISTRATVS maior, Conſul dicitur.

MAGISTRATVM imminuere dicebant ueteres, quod nunc, derogare iuribus, & prærogatiuis officij dicunt. Sp.

MAGISTRATVVM aſpectu capita aperiri, non uenerationis cauſa, ſed ualetudinis, ex autoritate Varronis, Plinius tradit cap. vj. lib. xxviij.

MAGISTRATVS municipales, qui & Decuriones, iudices etiã, Burgermeyſter / Schöffen / Richter, de interiore magiſtratu accipiuntur. Præſides uerò prouinciæ, Proconſules, atq; hiſce ſimiles, Maiores dicuntur: quo loco apud nos ſunt Electores, cæteriq; Principes, quos in conſeſſum Imperator admittit, & quibus eſt decernendi arbitrium: quo alij carẽt, qui à nobis appellanť, Ständ des Reichs. à ſtando uidelicet, hoc eſt, obtemperando ſuperioris magiſtratus decretis. Sic interpretabatur magni nominis apud nos Iuriſconſultus Gregorius Lamparterus. Accurſius, & multi commẽtatores putant Municipales magiſtratus ab Vlpiano in l. magiſtratibus, de Iuriſdict. omn. iudic. appellari magiſtratus uillarum et caſtrorum. ſed hoc eſt merum ſomnium, ut idem hic tradit, ſecutus melioris interpretis ſententiã, puta Alciati, quem uide in l. de Verbor. ſig. Spieg.

MAGISTRATVM inquietare in l. j. ff. de Poſtulan. Ibidẽ inſignia magiſtratus uidere & reuereri nõ poſſe. §. origo uerò. Spieg.

MAGISTRA-

MAGISTRATVS uirū oſtendit. Quàm uerum ſit id Ariſtotelicū, ſatis oſtendit horrendum illud atq; omnibus ſeculis memorabile, teſte D. Oldend. exemplū quod Pomponius refert in l. ij. ff. de Orig. iur. §. & cum placuiſſet. Et profectò quemadmodum uas integrū ſit, nec ne, niſi infuſa aqua cognoſcere non poſſis: ita qualis quiſq; ſit, ſine magiſtratu nullo modo perſpicitur. Sp.

MAGNA & euidens calliditas apud Vlp. de Dolo. in fin. l. & eleganter. Sp.

MAGNA cauſa, quæ ſit apud Iuriſconſultos, nec Gloſſ. nec interpretes certò tradidiſſe, Zaſ. ex eo docet, quòd exempla ab eis poſita, ſint improba. Vnde ipſe dici uult ſuo periculo, & quidem nouè, quòd magna cauſa poteſt uerti in eo, qui eſt condemnatus, ut pecuniā ſoluat: cæterùm, quia confeſtim cogitur proficiſci in neceſſitatem reipubl. hic ceſſare ordinē executionis contra eum: modò paratus ſit dare fideiuſſores, uel pignora, ne neceſſitas reip. impediatur. Cæterùm, inter magni ponderis, ſiue grauiores cauſas, in Iure Ciuili referuntur ab idoneis interpretibus, cauſa matrimonij, item ſtatus, atq; famæ, & quales ſunt omnes cauſæ criminales. Sp.

MAGNVS Dominus Deus & Seruator noſter Ieſus Chriſtus, in Nouell. Iuſiur. q̄d præeſt. ſol. ab ijs qui offic. ſuſcip. Sp.

MAGNA dos, ſecundum qualitatem perſonæ intelligitur. C. de Collat. Aut. q̄d locum, & ibi. not. Sp.

MAGNAE facultates, recipiunt æſtimationem, partim ab arbitrio iudicis, partim à uulgi opinione, partim à qualitate perſonæ. Vide quæ not. in §. ſed hoc iure utimur. Inſtit. de Attil. tut. Spieg.

MAGNAS fraudes in rationibus committere. Vide Vlp. in l. unde Neratius. in §. Idem Iulianus. ff. ad Leg. Aquil. Sp.

MAGNA machinatio, apud Iuriſconſ. in l. quid enim. de Dolo.

MAGNA mora, ſex menſium dicitur. l. ult. C. de Cenſib. Sp.

MAGNA negligentia, culpa eſt. Vide Alciatum de Verb. ſig. Sp.

MAGNVM tempus, quadriennium accipitur. l. uxor. C. de Repud. Sp.

MAGNO, & Magni, abſolutè poſita, pro magno precio intelligimus. Sp.

MAGNARII negotiatores, qui trās mare ad ſe deuehi ſpecies curāt, uerè, & ut ita dicam, Alciatus ait, ἐμφατικωτέρως, mercatores ſunt. Sp.

MAGNANIMITAS, id eſt, ſublimitas & præſtantia animi, propriè Imperatoris eſt. Seneca autumat, Magnanimitatem & fortitudinum idem eſſe, nihilq; aliud in rebus humanis magnum, niſi animum magna deſpicientem. Sp.

MAGNI, id eſt, Imperatores, apud Martianum in l. j. ff. de Requirend. reis. Sp.

MAGNI litem æſtimare. apud Paul. in l. puta enim. ad Leg. Aquil. Sp.

MAGNI arbitrari dicitur, ut magniduco, magnifacio. Sp.

MAGNIFICARE uerbum, deuitatur à nonnullis: nec patiuntur dici, Magnificat anima mea Dominum, cum Terentio ea uox non putuerit. Ex Inſulano. Spieg.

MAGNIFACERE, non eſt ut Interpres exponit apud Vlp. in l. j. §. fi. Quod ui aut clam. ualde diligere, ſed in precio habere: uulgò dicūt, reputare. Idem in l. obſeruare. §. ingreſſus. de Offic. Procon. Magni enim faciunt, ait, Prouinciales, ſeruari ſibi conſuetudinem iſtam. Sp.

MAGNIFICENTIA, eſt (inquit Cicero de Inuent. lib. j.) rerum magnarū & excelſarum cum animi ampla quadam & ſplēdida propoſitione agitatio, atq; adminiſtratio.

MAGNIFICVS dicitur, autore Ariſtotele, qui in magnis pro dignitate ſumptum facit: uel qui res præclaras gerit. Interdum tamē Cataneæo teſte, pro glorioſo et iactabūdo ponitur. Vide Abb. in c. nouit. de Offic. deleg. Cæterùm, in quibus magnificus cum liberali conuenit, in quib. etiam ab eo differat, pulchrè demonſtrat Pontanus in de Magnificentia: quam ille definit, pecuniæ fructum eſſe. Sp.

MAGNIFICENTIA mea, in l. j. C. de Veteran. lib. xij. Magnificentia ueſtra. C. de Off. eius qui uic. alt. Iud. obt. Sp.

MAGNIFICENTIA publica. Huius meminit Cic. pro L. Flac. Hec, inquit, ratio ac magnitudo animorū, in maioribus noſtris fuit: ut quū in priuatis rebus, ſuisq; ſumptibus minimo cōtenti, tenuiſſimo cultu uiuerent, in imperio atq; in publica dignitate, omnia ad gloriā, ſplendoremq; reuocarent, Quæritur enim in re

domeſtica continentiæ laus, in publica dignitatis. Sp.

MAGNIFICENTISSIMVM Senatuſconſultum, pro ampliſſimo & nobiliſſimo, apud Cicer. lib. j. de Diuin.

MAGNIFICENTISSIMVS, ab Imperatore exquæſtor appellatur, in Aut. Vt diuinæ iuſſiones. quod & ab Alberico adnotatum eſt. Sp.

MAIESTAS prætoris, id eſt, dignitas, autoritas. Paul. fortaſſe quia hic & contempta maieſtas prætoris uindicatur: quem certè non licet cōtemnere, ut rectè amotauit interpres, adſtipulante Vlp. in l. de ætate. §. qui tacuit. de Interrog. Act. Sp.

MAIESTAS, eſt ſupremus honor erga ſumma bona: à maiori dicta, quaſi honor in mediocribus uerſetur, maieſtas in maximis: & ſi honor maieſtate eſt latius quiddam, nempe genus. ſed ſermone cōmuni diſtinguuntur, ut ait Viues. Poetæ feſtiuiter finxerunt, Honoris & reuerentiæ filiā eſſe Maieſtatē: quam fabulam Ouid. v. Faſtorū, facetiſſimis uerſibus perſequitur. Maieſtas, propriè Romanis principibus, hoc eſt, ut nunc loquuntur, Imperatori, aut regi Romanorum debetur: cæteris nō item. Hi nanq; iure ſacroſancta, nec impunè uiolabili maieſtate muniti ſunt.

MAIOR. Hæc dictio ſimpliciter prolata, de maiore xxv. ann. eſt accipienda. l. ſi maiore. C. de Tranſact. & l. fin. De his qui uen. æt. impet. Sp.

MAIOR amita, aui & auiæ amita.

MAIOR auūculus, aui & auiæ auunculus.

MAIOR ſocer, uxoris meæ proauus.

MAIOR ſocrus, uxoris meæ proauia.

MAIOR, ad annos relatū, pro longiori æuo intelligendum.

MAIOR cauſa impedit contumaciā. l. contumax. § ij. ff. de Re iudic.

MAIOR cauſa, criminalis: Minor, ciuilis dicitur. Imper. in Aut. Vt omnes obed. Iud. prouin. §. ſi igitur ambo.

MAIOREM cauſam facit infamia, nō ſumma pecuniæ. l. ſi in duabus. ff. de Regul. Iuris. Sp.

MAIOREM magiſtratum minorem præcedere debet. l. honor. ff. de Muner.

MAIOR natu, in l. qui cum maior. ff. de Bon. lib. §. maiorem. Inſtit. de Adopt.

MAIOR pars, quando potior habēda ſit, Bart. declarat in l. quod maior. ff. ad Munic. Itē quando minori obſit, in l. reſcriptū. ff. de Pactis. Quæ uerò maior pars iudicū dicat, not. in l. Pōp. de Re iud. Sp.

MAIORE parte anni poſſediſſe quis intelligitur, etiamſi duob. tantū menſib. poſſederit, modò aduerſarius, aut paucioribus, aut nullis poſſederit. Autor Licinius Rufinus, de Verbor. ſig. Sp.

MAIOREM patrum ueteres appellarunt aui & auiæ patruum.

MAIOR propoſitio, ſeu πρότασις, in ſyllogiſmo, aſſumptio dicitur. Cōcluſio aūt, complexio: cui ſi quid demas, ἐνθύμημα appellatur. Eſt enim id argumentū ex uno adſumpto concludens: quod oratoris, Iuriſconſultiq; proprium eſt. Sp.

MAIOR quæſtio minorem cauſam ad ſe trahit. Paul. l. per minorē. ff. de Iudic. Sp.

MAIORIS iuſſus excuſat. l. quod principis. ff. de Aqua plu.

MAIOR ſumma, propriè minorem continet. l. iij. §. ſi plus. ff. de Statulib. l. j. §. ſi ſtipulandi. de Verb. obligat.

MAIORES ad annos relati, dicuntur Vlpiano, qui annum exegerunt ſeptuageſimum. l. iij. de Iur. immunit. Sp.

MAIORES, à tritauo in infinitū propriè intelligimus: tametſi quidam auos, abauos, proauos, atauos, eodem nomine ſignificari uelint: tamen hoc non eſt proprio, id eſt, ipſis tantum conuenienti nomine, ſed generali. Sp.

MAIORES, flamines appellabantur patricij generis: Minores, plebeij.

MAIORI, & inprimis Cæſari, obediendū eſt. c. qui reſiſtit. x, q. iij. l. contra pupillum. §. is qui ad maius. ff. de Re iud. Bartol. l. ij. §. fin. ff. de Cuſtod. reor. Bald. l. Senatus. de Accuſat.

MAIORITAS, uox barbaris relinquēda.

MAIVMA, feſtiuitas eſt, quę fit Romæ Maio menſe. Nam Romani maritimā urbē adeuntes Hoſtiā, inter aquas uoluptatibus incumbebant, inuicē ſeſe inuadentes. Quam quidem ſolennitatē ſuſtulit Anaſtaſius Imperator. Sed & in præſentem diem, quercū Kal. Maij ludentes in urbem iuuenes portant. Alciat. in tit. C. de Maiuma. lib. xj. Idem quale feſtū eſſet, ex Suida latius aliquanto demōſtrat, cap. v. lib. Parerg. v. Sp.

MAIVS auditorium impedit contumaciā. l. contrà. ff. de Re iud.

MAIVS conſilium. Vide, Leges condere.

MAIVS ad ſe trahit minus, hoc eſt, quod prouerbialiter dicitur, Motus maiores expellunt minores. Vnde quando ſunt duæ actiones, quarũ altera eſt maior, altera minor, iſtæ nõ poſsũt cumulari, per l. per minorẽ. ff. de Iudic. ubi dicitur: Si incidat maior & minor actio, tũc maior trahit ad ſe minorem. Sic ſi incidat actio criminalis, & actio ciuilis in iudicium, tunc criminalis præcedit, & ciuilis differtur. Vide Zaſium enarrantẽ §. ſi minus. Inſtitut. de Actionib. Spieg.

MALABVSTVM, aliàs Malauiſtum, ſed perperàm Alberic. ait, habetur in l. final. §. ſpecies. ff. de Publican. Sunt enim qui Malobaſtrũ ibidem legũt. Tamen pro illis genuinũ reſtituit Holoander, Malobathrum ſcilicet. Cuius meminit Plinius: ſed exactius doctiſs. Ruellius, & ut quidã de eo uerè dixit, Medicus hac ætate longè clariſsimus. Spieg.

MALA fides. Vide, Bona fides.

MALA medicamenta. Lege, Medicamentum.

MALAM, id eſt, eam faciei partẽ, quę mali ſpeciẽ præ ſe fert, hoc eſt, rotundã. Cicero à maxillis deducit, cùm inquit: Quin etiam uerba ſępè cõtrahuntur, non uſus cauſa, ſed aurium. Quomodo aũt ueſter Axilla Ala factus eſt, niſi fuga literæ uaſtioris, quam literam etiã à maxillis, et axilla, & uexillo, & pauxillo conſuetudo elegans latini ſermonis euellit? Ea ſunt uſi uoce, Iureconſ. in l. non ſolùm. ff. de Iniur. & Imp. in §. fin. Inſt. eodem. Sp.

MALA manſio. Vide, Quæſtionis uerbo.

MALA uicinitas. Propter hãc, ut dicit Terentius Clemens, ſæpe confines etiã ſupra iuſtam æſtimationẽ intereſt noſtra acquirere: haud dubiè inſinuãs, malam uicinitatem eſſe pernicioſum damnum. Accedit l. quod ſæpe. §. fin. ff. de Contrahend. empt. Spieg.

MALE cogitare, de ijs qui odiũ aut ſimultatem aliquam animis ſuis conceperint, ſolemus dicere: ſed præſertim cum premit odiũ, ultionis aũt tempus atq; occaſio obſeruat. Exẽpla producit Inſul. Sp.

MALE accipere aliquem uerbis, pro iniuria afficere. Subauditur tamen aliquando, Verbis. Spieg.

MALE audire, infamari, inquit Valla, crimina noſtra audientes. Ei opponitur, Malè dico, Spieg.

MALE cedere, id eſt, malè ſuccedere, ſiue accidere alicui quod non ſperabat.

MALE conceptum inſtrumentũ dicitur, in quo Barbariſmus eſt admiſſus, ſeu, ut interpretes dicunt, mala grammatica. l. imperator. & ibi uide ff. de Statu hom. & l. qui habebat. ff. de Manum. teſt.

MALE conſumere. Paul. Solutæ ſunt adoleſcenti pecuniæ debitæ, easq; malè conſumpſit. l. minor. iij. de Minor.

MALAE fidei emptor quis dicatur, pete à Iuriſcons. in l. ſi quis cum ſciret. ff. Pro empt. Spieg.

MALAE fidei poſſeſſor. Lege, Bonæ fidei poſſeſſor. Et quomodo probetũ in poſſeſſore, Bart. in l. Celſus. ff. de Vſucap. Sp.

MALE mereri, pro nocere & incõmodare. Triphoninus in l. bona fides. ff. Depoſiti. Malè meritus publicè, etiam egeſtate laborare debet. Spieg.

MALE mereri de aliquo, pro nocere alicui, & illi incommodare.

MALE promiſſum, accipitur aut ſuper re mala, uel turpi: aut pro malè concepto. Archidiac. monuit. Spieg.

MALEDICERE, ut plurimũ unico uerbo ſcribitur.

MALEDICTA. Verba Ciceronis pro M. Cælio ſatis arguũt, anteactæ uitæ crimina, quæ cauſæ propria non ſunt, apellari maledicta. Eius autem uerba ſunt: Quod obiectũ eſt de pudicitia, quodq; omnium accuſatorum non criminibus, ſed uocibus maledictiſq; celebratũ eſt, id nunquam tam acerbè feret M. Cælius, ut eum pœniteat, nõ deformem eſſe natum. Sunt etenim iſta maledicta peruulgata in omnes, quorũ in adoleſcentia forma & ſpecies fuit liberalis. Sed aliud eſt maledicere, aliud accuſare. Accuſatio crimen deſiderat, rem ut definiat, hominem notet, argumento probet, teſte cõfirmet. Maledictio autem nihil habet propoſiti, præter contumeliã. quæ ſi petulantius iactatur, conuicium: ſi facetius, urbanitas appellatur. Vide Syluium in Orat. pro M. Fonteio. Sp.

MALEDICTVM, hoc à contumelia diſtat: quòd hæc hęredis inſtitutionem uitiat, circumſcribitq;. Id Vlpianus indicat in §. ſi quis nomen. l. quoties. de Hæredibus inſtit. Illud uerò nihil impedit, quo minus eadem recipiatur, conſtetq;. ut etiam diſertè ponit Martianus, in l.

his uerbis.§.primo.eod.Spieg.

MALEFICIA dicuntur ea delicta, quib. quis dolo malo interueniēte læditur. ut ſunt, furtum, rapina, damnum iniuria datum, & iniuriæ. Porrò publicę diſciplinæ uigor poſtulat, ut malefici puniantur.l.locatio. §.quod illicitè.ff.de Publican.Spieg.

MALEFICIVM dicit̄, quidquid improbè admiſſum eſt. Vlp.l.j.in prin. Si fam. furt.fec.dic. Vtiliſſimū id edictum prætor propoſuit, quo dominis proſpiceret aduerſus maleficia ſeruorum, hoc eſt, quaſi malefacta. Quamuis & quę dicta, ſcripta, conſulta criminoſe ſint, ut ſentit Alciatus, maleficij nomine, præcipuè in legali pœna ueniant. Quamuis haud rarò tegitur per officium.l.non æſtimo.ff. de Adminiſt. tut. & l. tres tutores. eodem.Spieg.

MALEFICOS ſpeciali nomine incantatores antiqui intellexerunt. Rubr.C.de Malefic. Sed uerior eſt expoſitio Hegēdorfini. quę uide in Exegeſi, eo. tit. Generaliter autem maleficorū nomine accipiendi ſunt, qui damnum inferunt, qui nocent alteri.Sp.

MALEVOLENTIA. Vide, Beneuolus.

MALICIA, peruerſitatē ſonat, cum quis data opera malè agit. Hęc ætatē ſupplere dicit̄: & alij dānoſa, Dolus. Bald.in l. quæ fortuitis.C.de Pignor.act.Idē in l. Macedoniani.C.ad Maced. & alibi.Sp.

MALICIA callidorum eſt, uariorū & doloſorum, contra quos prætor edictum propoſuit, de Dolo malo.Sp.

MALICIOSE gerere rem mandatā, idem eſt quod decipere. & malicioſe edere dicitur, qui dolo malo nō edidit.l.ubi exigitur.ff.de Eden.Sp.

MALI homines. Paul.in l.iij.de Off.præſid. Vt curet is, inquit, qui prouinciæ præeſt, malis hominibus purgare prouinciam. hoc eſt, improbis, ſceleratis, & ijs quos perditos homines appellare ſolet Cicero: rarò autem malos, quo nomine uulgò appellantur. Sunt autē mali puniendi, quòd & eorum exemplo cæteri à peccato deterrentur, & improbis hominibus ciuitas purgatur. Sed & ciuitates tum optimè gubernari Plato ſcribit in Amatoribus, quum nocentes pœnas expendunt.Sp.

MALOS homines, quo nomine uulgò appellantur, & Paulum in l.iij.de Offic. Præſid. accepiſſe uidet̄, pro improbis, perditis, ſceleratis, rarò dici, F.Syluius obſeruauit.Sp.

MALIGNE, ꝓ peruerſe. Martian.de Cuſt. reor. l.diuus. Sed ſi quid malignè interrogaſſe, aut nō dicta retuliſſe, pro dictis eum compererit. Item maximus l.iiij.de Inoff. teſt. Malignè, ait, circa ſanguinem ſuum inferentes iudicium.Sp.

μάλιστα. Vtitur Scæuola Græca hac uoce, quæ maximè ſignificat, ſecundum Noricum textum in l. Pamphilo. de Legat.iij.Sp.

MALLEATVM, quod malleo factū eſt. Vlp.de Leg.iij.l.librorum.§.ſed nec cepti. Sed perſcripti, ait, libri nondum malleati, uel ornati continebuntur libri.Sp.

MALVM committere, pro delinquere. Ibidem.Spieg.

MALVM, ſubſtantiuè poſitum, damnum eſt, incommodum, & detrimentum.Sp.

MALVM naſcens & inueteratum. Cicero in Philipp. Omne malum naſcēs, facile opprimitur: inueteratum, fit plerunque robuſtius.

MALVM, nauis eſſe partem, artemōnem autem non eſſe, Labeo ait: & uerius eſt, ait Iabolenus. quia plerunq; naues ſine malo inutiles, ideoq; pars nauis habetur. Vide Alciatum in l. malum nauis, de Verb.ſig.Sp.

MALVS ſeruus quis dicatur, elegāter ſcribit Vlp. in l. cum autem redhibitio. de Aedil.edic.in §.recipitur & ille.Sp.

MAMMILLARE, faſcia, qua mulieres mammas, id eſt, ubera tegebant. Id, ſi cui legatum eſſet, etiam detractis ornamentis, deberi uidetur, quemadmodum Paulus de inauribus reſpondit.in §.fin.l.pediculis.de Aur.& arg.leg.Sp.

MAMMA, Græca dictio, id eſt, auia patris, ſeu matris mater: ſicut Tata, pro patre accipitur apud Martial. Eraſ. in Scholijs Epiſt. Hieronym. Mammam, inquit, antiqui matrem uocabant, ut auiam Tatham. Cæterùm Mammam dare, notæ ſignificationis eſt grammaticis: id uerò haud æquè, ſcilicet cum infantem quis uxori ſuæ lactandum tradit. Etenim illa mater eſſe incipit, & ipſe loco patris eſt. Plaut. in prologo Menęh. Adeò forma ſimili pueri, ut mater ſua Non internoſſe poſſet, quæ mammam dabat: Neq;

Necꝫ adeò mater ipſa, quæ eos pepererat. Iis quidem iure noſtro debetur reuerentia. l. j. ff. de Obſeq. à liber. & libert. ut in ius abſꝫ uenia citari non debeant. l. fin. C. de In ius uoc. Sp.

MANALIS fons, ex quo aqua perpetuò manat.

MANCEPS eſt, quiſquis à populo aliquid emit, cõducit'ue: quia manu ſublata, ſignificat auctorẽ ſe emptionis eſſe. Erãt aũt mãcipes publicanorũ principes. annotauit Bud. in Pand. l. in naue. Locati.

MANCIPES apud Vlp. intelliguntur hi, qui ius uectigalis per centum annos emerunt. Alc. lib. iij. Diſp. cap. xx.

MANCIPATIO, imaginaria quædam uenditio eſt: quod ipſum ius proprium eſt Romanorũ ciuium. Vnde uerbum mancipare, pro uendere, uſurpatur. Et emancipare, hoc eſt, ſuũ iam factum mãcipium ex manibus tradere. Mancipiũ enim qui accipit, æs tenẽs, ita dicit: Hũc ego hominem iure Quiritum meũ eſſe aio. mihi emptus eſt hoc ære, æneaꝗ libra. Hinc mancipi emptio, & in mancipatum dare. Bud. in prior. Annot. Sp.

MANCIPATIO fiduciaria. Lege, Fiducia.

MANCIPIO dare, eſt nexus ſolennitate abalienare: ita, ut rem omnino accipientis faciamus. Nexus autẽ, Iuris quædam ſolennitas, quæ fiebat eo modo, quo in Inſt. Caius exponit. & Budæus refert in l. ij. ff. de Orig. Iur. Sp.

MANCIPIVM, eſt aliquid quod eſt proprium nobis, & quarũ rerum habemus dominiũ. Dictum, ꝙ manu capiatur, id eſt, teneatur. Hinc & mancipia dicta, uicti: quòd in manu, hoc eſt, poteſtate uictoris eſſent: ſicut Mangones, qui de huiuſmodi uenalibus negotiarẽtur: quòd eos in manum, id eſt, poteſtatem emptoris agerẽt. Ex Philippo & Alciato. Sed & mancupiũ, homo in bello captus, & ſeruituti ſubiectus, dicitur. Sui aũt mancipij eſſe accipimus, qui nullius dominio ſubiectus eſt. Mancipi uerò res dicuntur omnes quæ alienari poſſunt, id eſt, quæ à noſtro dominio, ad alterius tranſire poſſunt. Sp.

MANCVS, propriè ſignificat eum, qui ſine manu eſt. Iuriſcoſs. tamẽ eſt, in l. qui clauum. §. pen. & l. itẽ Offilius. & l. quæritur. §. ſi quis digitis. de Aedil. edict. qui imbecillitate dextræ, ſiniſtra utitur.

MANDARE, hoc eſt, cõmittere, omnem ſeu uniuerſam Iuriſdictionem, aut ſpeciem unã prætor poteſt. l. ſolet Prætor. & l. ſeq. ff. de Iuriſdict. om. iud. Nec tamen ſi totam delegat, cõmittit, prorſus ab ea excidit, aut eam amittit. Etenim aliud eſt committere, & aliud amittere. l. iudicium ſoluitur. ff. de Iudic. Siquidem quod tota Iuriſdictio delegari poſſit, firmat Iuriſcos. memorabili ratione incitata. l. ſolet Prætor. Sp.

MANDARE, pro iubere, apud Vlp. in l. j. Quod iuſſu. ac alibi. ut Alber. adnotauit. In quo autem differãt mandare, præcipere, iubere, imperare, Valla docet libro v. & Gloſſ. in l. ſæpè. ff. de Off. præſid. Inſulanus obſeruauit hoc uerbum apud Cicer. ſæpe accipi pro eo, ꝙd ſit, per alium nunciare, ſeu alieno ore notũ facere. Mandare item creditur, qui non prohibet pro ſe intercedere, Vlp. ait, hoc eſt, qui patitur alterũ pro ſe interuenire: aut quod geſtum eſt, ratum habet, à mandati conſenſu non fieri alienum. Quaſi perinde ſit, non prohibere aliquem interuenire, uel negotia eius ſubire, aut quod geſtum eſt ratum habere, atꝗ ſi id fieri mandauerit. In l. hæc uerba. ff. de his qui not. infam. traditur aliud eſſe mandare, ꝗ inſtigare, uel hortari, cõſulere, uel cõmendare, ꝓmittere, uel demõſtrare. Sp.

MANDATOR eſt, qui aliquid agendum cõmittit. Paulus ad S. C. Syllan. Etſi certus ſit percuſſor, tamẽ habenda eſt queſtio, ut cædis mãdator inueniatur. Mandatarius eſt, qui mandatum ſuſcipit ad implendum. Sp.

MANDATORES, qui alicui ſunt autores, mãdantꝗ, ut pecuniam det mutuo, aut ut tẽpus ſolutionis proroget. l. ſi uerò non remunerandi. §. ſi poſt creditam. ff. Mandati. Itaꝗ ſimiles ſunt fideiuſſoribus: niſi ꝙ præcedũt rei principalis obligationẽ. l. ſi fideiuſſores. ff. de Fideiuſſ. & mandat. Cõſtitutores ex diuerſo, qui pro alio ſe ſoluturos conſtituũt, ſequuntur obligationẽ. Id quod nudo tantũ pacto, uel etiam per epiſtolam fieri poteſt, ut in l. quidã. ff. de Conſtit. pec. Diſtant aũt multũ à fideiuſſoribus: quia ex quocunꝗ debito poteſt quis cõſtituere, nõ tantum id quod ipſe conſtituens, ſed & quod alius debet. Sunt etiam mandatores, ut Bud. monuit, impulſores delatorum,

torum, interq́ delatores referuntur. Vnde & apud Iuriſcons. Mandator delationis, in l. ex quibuſdam. de Iure Fiſci. Et Delator mandatorem edere debet. Sp.

MANDATA Iuriſdictio eadem eſt quę uſitatius dicitur, Delegata.

MANDATVM, commiſsio eſt, uel quod committitur. Sunt qui uolunt mandatum eſſe dictum, quaſi ex mea manu datum: ſed an id uerum ſit, Tislinus aliorum, inquit, eſto iudicium. Sp.

MANDATVM iudicis quid ſit, uide C. de Mandat. Prncip. in Auten. eod. tit. Mandatam rem participialiter, Iuriſcons. dixit in l. fin. §. fin. de Condict. ob turp. cauſam. ut Cicero loco ſuprà citato: In priuatis rebus, ſi quis rem mandatam non modò malicioſius geſſiſſet, ſui quæſtus, aut commodi cauſa, uerumetiam negligentius, eum maiores ſummum admiſiſſe dedecus exiſtimabant. Interpres ſanum Iuriſconſ. ſenſum corrupit, interpretando, mãdatam rem, pro mandato meo emptam. Nec conueniebat genericè quod protulit, ad ſpeciem tantum deflectere: quod & alibi factum ab eo deprehendes. Sp.

MANDATI iudicium, non minus turpè quàm furti conſtitutum eſſe, Cicero pulchrè demõſtrat in Orat. pro Roſcio Amerino. Cuius uerba refert Budæus, in Ann. ad l. j. de his qui not. infam. quòd ad eam intelligendam faciunt. Oldend. autor eſt, quòd Cicerone nullus unquã mandati contractum depinxerit elegantius loco iam citato. Sp.

MANDATI obligatio, Paulus inquit l. j. Mandati, conſenſu contrahentium conſiſtit. Ideò per unicum quoq́, uel epiſtolam, mandatum ſuſcipi poteſt. Item ſiue rogo, ſiue uolo, ſiue mando, ſiue alio quocunque uerbo ſcripſero, mandati actio eſt. Mandatum niſi gratuitum, nullum eſt. Nam originem ex officio, atque amicitia trahit. Contrarium porrò eſt officio, merces. Interueniente enim pecunia, res ad locationẽ & conductionẽ potius reſpicit. Bud. in Ann. prior. Sp.

MANDATVM temporariũ eſſe, hoc eſt, mandantis morte expirare, præceptum autem manere perpetuum, ſentit Gloſ. in l. & quia. ff. de Iuriſdict. iud. Vide Alberic. in l. mandatum. C. Mandat. Sp.

MANDATV meo, ſicut iuſſu meo apud Iuriſcoſſ. Iabolenus: Qui fundum mandatu meo in ſocietatem mihi & ſibi emerat. l. qui concubinam. de Leg. iij. Quod ante me monuit D. Oldẽd. Veteres ſolebant dicere (mandatu) in ablatiuo, cũ mandatum priuatum intelligi uellent: mandatum uerò publicum, per ablatiuũ (mandato) denotabant. Inde eſt illa locutio, quam D. Haloander, ut idem ait, de nobis optimè meritus diligenter obſeruauit in Pandectis ubique: Mandatu meo, mandatu Titij. Sp.

MANEBVNT nummi tui, pulchra locutio in l. j. de Stipul. ſer. quam & Albericus obſeruauit. Sp.

MANERE promiſſis, idem quod, ſtare promiſſis.

MANERE rẽ apud aliquem, id eſt, rem ei ſolui. l. tale. § fin. ff. de Pact. Alb.

MANGONES, appellatione uenaliciariorum ueniunt: quoniam uenalicia, id eſt, ſeruos uenales expoſitos, ipſi emere præoccupant, ut carius uendant. Cum enim mercis nomẽ in huiuſmodi ſeruis locum nõ habeat. l. ſeruos. in fi. de Leg. iij. cõſequẽs eſt, ut ſaltẽ uenalicij appellatione cẽſeant. teſte Alc. tametſi mãgo, ut Nebr. indicat, nõ modò ſeruorũ uenditor ſit, ſed aliarũ quoq́ rerum. In quo autẽ diſtet à Venaliciario, uide Africanũ de Verb. ſig. l. mercis appellatiõe. Sp.

MANGONIVM, artificium quod ad res facilius uendendas adhibetur. Vnde

MANGONIZARE, componere rem aliquam ad alliciendos emptores, Vffmutzen: quemadmodum uidemus equos uenire magnonizatos. Sp.

MANIBVS communibus, pro non lotis, ut exponit Alberic. Sp.

MANIBVS pedibusq́, extremum conatum ſignificantes, dicimus. Sp.

MANIBVS ſuis facere, quandoque idem eſſe quod, alij mandare, Alber. obſeruauit in l. ſi quis id quod. ff. de Iuriſdict. omn. iud. Sp.

MANIFESTARIVS fur, cur grauius puniatur, quàm raptor, itidem manifeſtus, fureq́ improbior, Alciatus eleganter demonſtrat, enarrans l. Marcell. de Verb. ſignif. licet alij ſentiant aliter. Sp.

MANIFESTE conſtare dicitur, quod etiam ex coniecturis probabilibus conſtat. l. j. C. de Teſtam. Vbi Iaſon. Sp.

MANIFESTVM, uulgò notorium dicitur.

tur. Bart. in l. ſcriptus hęres. ff. de Relig. & ſump. fun. diſcernit pulchrè Notoriũ à manifeſto. Vide infrà, Notorium. Sp.

MANIFESTVM crimẽ eſt Bartolo, in quo quis deprehẽdit. in l. ſi fur. ff. de Furt. Vide eundẽ in l. hęredes palã. de Teſt. Sp.

MANIFESTVM furtum intelligi uoluere priores, ut Maſſurius ſcribit, q̃d deprehenderetur, dum perpetraretur. extat elegans cap. de Furum ſpeciebus apud Rhodigin. lib. x. Sp.

MANIPVLVS leuis, ex xx. militibus, & turbis ſcutatorũ fit. Huic Centurio pręerat, qui manipularis uocabatur. Dictus autem leuis, quòd haſtis miles, gæſisq́, non armis grauiorib. muniretur. Alex. Genial. dier. lib. j. cap. v.

MANSERES. Lege, Naturales filij.

MANSIO, & deceſſio, contraria. Sic manſio in uita: cui contrarium eſt, exceſſus è uita. Eſt item manſio, iter unius diei. Plinius: Manſionibus octo diſtat regio thurifera, à monte excelſo. Sic & apud Arcadium, Manſiones in l. fin. de Muner. demenſa militũ itinera, intelligenda ſunt. Ein tagreyß. Budæus admonet, quos hodie Galli Mareſchallos hoſpitiorum, Germani Foryer uocant, Latinè appellari poſſe manſionarios deſignatores: & cretarios deſignatores, à creta qua utuntur. Sp.

MANSVETARII, qui feras manſuefaciunt. Firmicus: Septentrione oriente nati, erunt manſuetarij ferarum. Sp.

MANSVETAE ferę, quatenus intelligẽdæ, Iuſtin. declarat inſtit. de Rer. diuiſ. §. pauonũ quoq́. Vide Cantiunculam, qui hunc locum, ut pleraq́ alia, eleganter elucidauit. Sp.

MANSVS uox eſt uernacula Italorum. & agrum, ſeu fundum ſignificans, qui duobus bobus ad laborandum ſufficit. Vide Zaſiũ in Comm. Feud. tit. Ad quid uaſall. dom. ten. & Baron. Tautenberg. in §. ſi quis. de Manſo. tit. iiij. lib. j. Feud. & infrà ſub finem, in dictione, Menſurarum nomina. Sp.

MANTELLVM, à tegendis manibus dictum uolunt. Polluci μαντάλη id genus coopertoriũ, ſed uilloſum, cuius et Varro meminit: quale eſt noſtrarum mulierum tegumentum, quod uulgus Kürſen nominat. Vide inferius, Reuoluto mantello. Sp.

MANTICE, ars ipſa diuinandi. Vide Cicer. j. de Nat. Deor. Sp.

MANTICVLARIVS dicitur fur, qui inferens ſe confertę multitudini, marſupia aut ſecat, aut artificio doloſo aperit, & euacuat, ablata pecunia. Vide Feſtũ. Sp.

MANVBIAE, pro ſpolijs. Vnde manubias facere, pro ſpoliari. Imp. in l. eos. C. de Modo mulctar. Aut. de Trien. & ſemiſſe. §. hic à nobis. Sp.

MANV longa tradere, apud Iabolenũ in l. pecuniã quam. de Solut. quid ſit, & item quid, breui manu accipere, ut dixit Vlp. in l. licet ſoleat. de Iure dotiũ. Eraſmus noſter in Chiliadibus explicat. Sp.

MANVFACTVM opus, opponitur naturali. l. j. §. primo. ff. de Aqua pluu. arcend. Sp.

MANVMISSIO, datio eſt libertatis. dicta, q̀ dominus caput, uel aliud quid ſerui quem in libertatẽ adſciſcere uolebat, manu tenens, dicebat: Hunc hominẽ liberum eſſe uolo: & ita è manu, id eſt, poteſtate ſua mittebat. Diuiditur autẽ manumiſſio, in emancipationem, & manumiſſionem: ut prior ſit filiorumfamilias, poſterior ſeruorum. Sp.

MANVMISSI ciues Romani dicebantur, qui teſtamẽto, uel in eccleſia, uel ante conſulem, aut prætorem erant manumiſſi. Latini autem Iuniani, qui aut per epiſtolam, aut inter amicos, aut cõuiuij adhibitiõe, ex lege Iunia Norbana, quę cõditionẽ eorum prima reperit, manumittebantur, dedititij: qui poſt admiſſa crimina, ſupplicijs ſubditi, & publicè pro criminib. cæſi eſſent: aut in quorum facie, uel corpore, quæcũq́ notæ, ſeu ſtigmata, igne, aut ferro impreſſæ erant, ita ut deleri nõ poſſent. Hi poſtquam à dominis ſuis manumittebantur, dedititij uocabant̃, ex lege Aelia Sentia, ut quorum turpitudo communis erat, eorum & nomen commune eſſet. Sp.

MANVMITTERE ſeruum, dare ei libertatẽ. Nam quãdiu quis in ſeruitute eſt, manui, hoc eſt, poteſtati ſubditus eſt. Sp.

MANVS, pro arte. Vnde & Caio manus precium, in l. mulieris. de Verb. ſig. Significat autem mercedem, quæ artis nomine debetur architecto. Sp.

MANVS apud Pomponiũ in l. ij. in princip. de Orig. Iur. non pro tyrannica uiolentia intelligenda, cum pleriq; reges

inter optimos principes numerent, ſed pro ſuprema regis poteſtate, ſeu autoritate, qua iubebat, aut uetabat aliquid, ſecutus tantũ naturalem rationem. Heruagius noſter, in uarijs Pand. lectionib. indicat, quædam exẽplaria habere, à regibus. Si lectio, ut apparere uidet̃, Scholium Zaſianum à coniectura ſumptum locum habebit. Sp.

MANVM inijcere. Lege, Inijcere manum.

MANVS leuatio, non ſolum uerberatio, facit quem teneri iniuriarũ. l. item apud §. j. ff. de Iniur. Sp.

MANV longa. Vide, Longa manu.

MANV militari. Quære, Militari manu.

MANVS militaris. l. iij. in princ. ff. Ne uis fiat ei. Vide, Militari manu. Sp.

MANV prohiberi, apud Pomp. in l. quãuis. ff. de Acquir. rer. dom. Sp.

MAPPA, menſæ ſtragulum eſt, raſum, uel uilloſum. Aliàs Mantile, ſiue Toral. Florentinus de Supellec. leg. l. ſupellectili. Toralia, inquit, & mappa uilloſa. Nebr. Mappa item, Budæo annotante, Circenſium committendorum ſignum erat. Vide & St. Robert. Extat uox pro ipſo ſpectaculo apud Iuſtinianũ in Nouell. de Conſul. meliore interprete Haloand. Sp.

MARCHIONES, ſeu Marggraphij, ut Iuriſconſultiſſimus Bonifacius Amerbachius monuit, originem ex Limitaneis præpoſitis traxerunt. quòd limitibus, quos uulgò Marcke appellamus, graphij, id eſt, præpoſiti fuerunt. Vide Zaſ. in tit. Qui Feud. dare poſſ. Quidam à Marca, quod equum ſignificat, equorum ſtabuli magiſtrum, Marſtaller / & equorũ præfectum, ein Marckgrauen / exiſtimant appellatũ. Sed magis eſt, ut Amerbachij ſententiam ſequamur. Marchio autẽ, & Comes, propriè regni, uel regis Capitanei dicũtur. Qui ab his Feudum accipiũt, propriè regis, uel regni Valuaſores, quaſi ad ualuas ſtantes: qui & ipſi Capitanei nuncupari poterint. c. ſi Capitanei. de Feud. Marchię. Rurſum Feudum capientes ab eis, minores Valuaſores appellantur. Vide Baron. à Tautenberg. de his qui Feud. dare poſſ. Alciato uidetur Celticum uocabulum eſſe Marchio, quo præfectus equitum ſignificetur: quod antè Rhenanus noſter admonuit, & Althamerus latius explicat, in Comm. Germaniæ. Heinricus Glareanus uir doctiſſ. hodie magna ex parte Celticè loqui Heluetios, Rauracos, Sequanos Rheno proximos, Briſgoenſes, ac Elſaticos noſtros. Annotauit in Parerg. Alc. & apud Gallos hodie uſurpari Marcare, pro eo q̃d eſt, equitare: & Pauſaniam ſcribere triplicem Equitum ordinem à Celtis, qui in exercitu Brenni erant, Trimarciſiam dictam, fuiſſeq; hanc uocem, & rerum in Italia potientib. Longobardis, & deinde Francis regibus (origine Germanis) Magiſtri Stabuli, ſeu equitum nomen: deinde in propriæ Iuriſdictionis appellationem tranſijſſe, ſicut & Duces & Comites. Spieg.

MARCVS Imperator teſtimonio Papiniani, fuit princeps prudentiſſimus, & Iuris religioſiſſimus. in fin. l. ſi unum ex familia. de Legat. ij. Sp.

MARE, dicitur omnis aquarum cõgeries. Gen. j. Maris Rubri (quod Hębræi fide tranſierant, Aegyptijs deuoratis, Hebr. xj.) fit mentio ad fin. l. & ſi non ſunt. de Aur. & arg. leg. Sp.

MARGARITAE, Iurecõſ. nec lapillorũ nomine, nec gẽmarũ ueniũt. Valla diſſentit ab eis, ſed perperã. Nam de proprietate illi loquuntur, ipſe de abuſu & trãſlatione. Vide Alc. li. iiij. de Verb. ſig. Sp.

MARGARITAE extricatæ, pro mundatis & purgatis. in l. ſi ſeruus ſeruum. ff. ad Leg. Aquil.

MARGARITA pluratiuè apud Vlp. in l. ſi gratuitã. ff. de Præſcript. uerb. Si margarita, inquit, tibi æſtimata dedero: ut aut talem mihi adferas, &c.

MARGARITARIVS, negotiator margaritarũ: quarũ originẽ, naturamq; pete ex nono Plinij, cap. xxxiiij. ut intelligas l. pediculis. ſub finem. de Aur. & arg. leg. ubi de elenchis, cylindris, & tympanis, uocabulis Accurſio incognitis, agitur. Reſtituit in eodem nonnullos ueræ lectioni, eruditiſſ. Bayfius locos, quos apud eum uidere licet in libro, qui in manu habetur, de Vaſculis. Sp.

MARITIMI mores, pro uarijs & inconſtantibus. Quemadmodũ enim mare, ut inquit Eraſmus, nunquam conquieſcit, & ſubinde mutat faciem: ita ferunt, homines maritimos nonnihil ex maris ingenio referre. Spieg.

MARINVM, & maritimum, interpres, ut apparet ex ſcholio, cōfundit. Quod mare incolit, uel quod ex mari eſt, marinū: quod uerò mare accolit, uel q̄d ad mare eſt, uel quod ad mare fit, maritimum accipiendum. ut apud Iuriſconſ. in l. ij. ſi quis cautionib. Tempeſtatem, inquit, intelligere debemus, ſiue marina, ſiue terreſtris ſit. Spieg.

MARITARE, locare in matrimonium.

MARITIMAE uſuræ. Vide, Nauticæ uſuræ.

MARITVS, propriè à contractis nuptijs dicitur: licet pro ſponſo etiam ponatur. ut in l. nō ſine. C. de Bon. quę lib. Obſeruandum, quòd ex uxoris nobilitate, maritus fiat auguſtior hominum opinione. Coruſcat enim, ut inquit Bald. radijs uxoris. l. j. C. de Præpoſ. lab. libro xij. Vide Alciat. in l. j. C. de In ius uoc. Spieg.

MARITI affectio dicitur in uxorē, uxoris uerò in maritū animus, teſte Vlp. in l. v. ff. de Bon. damnat. Sp.

MARITI lenocinium ipſum onerat, non uxorem excuſat. l. j. §. ſi publico. ff. de Adult. Spieg

MARMORIS appellatione quid cōtineatur, docet Iuriſcons. in l. quæſitum. §. illud. de Legat. iij. Hinc marmoreum, q̄d ex marmore eſt: & marmoratum, quod ſuperficiem tantum ex marmore habet: & marmorariæ laudes, apud Ciceron. pro Archia, pro ſtatuis marmoreis in alicuius honorē decretæ, ponuntur. Marmoroſum autem, quod marmoream formam, uel duriciem habet. Spieg.

MARTE ſuo, Imp. in l. j. C. Ne lic. pot. inquit, cauſæ diſcurrāt, id eſt, uirib. ſuis. Nā ut in Chiliadib. noſter Eraſmus monuit, quoties nullis auxilijs adiuti, noſtropte ingenio, proprijsq; uiribus rem peragimus, noſtro marte peragere dicimur. Sp.

MARTIA, Catonis filia minor. Quę quū quęreretur ab ea, cur poſt amiſſum maritum denuò nō nuberet: reſpondit, nō ſe inuenire uirū, qui ſe magis uellet, quàm ſua. Quo dicto oſtendit, diuitias magis in uxorib. eligi ſolere, quàm pudicitiam. D. Hieron. recenſet aliquot matronarum Apophthegmata lib. j. aduerſus Iouinianū. Et Eraſmus libro Apophth. viij. Spieg.

MARTIVS mēſis, Vide Albericum, Cui illud Ouidij ex iij. Faſtor. addi poteſt: A te principiū Romano ducimus anno, Primus de patrio nomine menſis erit. Spieg.

MARTYR, Latinè teſtis dicitur. Vnde nobis martyres, qui fuſo ſanguine, Chriſtum illū Seruatorē eſſe teſtati ſunt. horū fit mentio ab Impp. in l. ij. & iij. C. de Sacroſanct. Eccl. quarū uerū intellectū, undequaq; doctiſsimo Alciato debemus. Impius Vigilantius, omni honore martyres priuauit. Stultus Eunominus, qui, ne cogeretur adorare mortuum, templa martyrū non ingrediebatur. Venerandi ſunt martyres, non adorandi ut Deus, quemadmodum diuus Hieronymus in Vigilantium diſſerit. Vetuſti eccleſiæ ſcriptores martyrem etiā appellant, qui nondum martyriū fecit, ſed deſtinatus eſt ad ſuppliciū, & illud æquo animo expectat. Vide Io. Fr. Picum in Cōment. ad ij. Hymnum, & Rhenan. in Annot. ad Tertul. Hieronym. in uita Hilarionis uſurpat pro monumēto aut ſacello martyri dicato. Sp.

MAS dicit̄, quòd fortior ac generoſior ſit. A mare maſculus diminutiuè, qui nō poteſt ſignificantius exprimi & demōſtrari, q̄ per ſexum, dicendo uirilis ſexus: quæ, quod ſit debilior uox, ad excludendas fœminas, cōtra naturam & uim uocis eſt, ut docet Salomonius in Commentario ad l. Gallus. non temerè diſſentiens ab omniū ſententia, & in ſcholis, & iudicijs recepta: nempe ea, qua tradiderunt, eſſe eiuſdem ſignificationis hos ſermones, Stipulari pro deſcendentibus uirilis ſexus, & deſcendentibus per uirilem ſexum, & deſcendentibus per lineam maſculinam: quòd his caſibus ueniunt fœminæ ex maribus deſcendentes, & non maſculi ex fœminis. Diuerſum autem eſſe, ſi dixeris, pro deſcendentibus maſculis, quòd non fœminæ, ſed ſolum maſculi continentur. Quod Caſtrenſis quoque locum habere putat, ſi dixeris, ex linea, ſeu de linea maſculina. Nunquam igitur, Salomonius ait, fatebor, ex ſignificato uerborum, non idem eſſe dicere, uel ſtipulari, pro deſcendentibus, ſeu liberis uirilis ſexus, & liberis maſculis: imò plenius dicimus, uirilem ſexum q̄ maſculos. nam ſolo ſexu mares à fœminis diſcernūtur, & no-

& nominantur. Mas enim dicitur, quòd fortior & generoſior ſit, ut iam dictum eſt. Tametſi maſculus nõ ſemper ſexus eſt, ſed interdum quicquid uegetum ac robuſtum eſt, maſculum dicitur. Vide Non. Marcellum. Obſeruandum uerò, ſub maſculi uocabulo fœminam nunquam contineri. ut not. in c. Rainaldus. & ibi. Abbas, de Teſt. Itaq; feudum maſculinum, ein mänlich lehen, ad fœminas extendi nequit. Sp.

MASCVLINVM comprehendere fœmininum, non eſt perpetuum, præſertim in pœnalib. & odioſis. Nã in illis regulariter fœmina ſub mare nõ intelligitur, niſi delictũ, uel actus ſit indifferens, qui æqualiter poſsit cõmitti per mulierem ſicut per uirũ, quia tunc ſub maſculo fœmina intelligitur. Qua de re pluribus Bart. in l. j. de Verb. ſig. et Iaſon multo latius in l. à iud. C. de Iud. tractã. Sp.

MASSA, id eſt, pila argenti legata, ſcyphi ex ea facti debentur. Eius cauſam habes in l. lana. in fin. & l. quæſitum. §. illud. de Leg. iij. Propriè dicitur farina omnis ad pinſendũ macerata, & aqua ſubacta. Sp.

MASSAS auri olim Romanis Imperatoribus quaſdam prouincias penſitare ſolitas, uir doctiſs. Beatus Rhenanus ad Tertullianum adnotauit. Sp.

MASSARICIAE, uocabulum è uulgi triuio ſumptum, ut pleraq; eius notę apud doctores reperiuntur, Bartolo dicuntur ſupellectilia ad domũ pertinẽtia: quod & alicubi Zaſ. indicauit.

MASTI, fiſtulæ ſunt. Vitruu. lib. xij. Vbi Athenis ex huiuſmodi locis et fontibus maſti, uſq; ad portum Pyrenæum ducti ſunt ſalientes. Varr. de Re ruſt. papillas uertit, Caſsiod. ubera. Dum quanto, inquit, pulchrius eſt, Claudiam aquã per tot ſicca montium iuga, lauacris & domibus liquores puriſsimos, fiſtularum uberib. emiſiſſe. Alc. in l. eos qui aquæ. C. de Aquæduct. lib. xj.

MASTLES nuncupatur, ait Rhodigin. qui nil firmum meditatur, nil ſtabile: unumq; dicit, mox aliud facit. Sp.

MASTIGOPHORI, Agonothetarum erant lictores, quaſi dicas flagriferi, ad ſummouendam turbam, & cohibendas ſeditiones. Horum meminit Arcadius in l. munerum. ff. de Mun. & hon. Sp.

MATER, quæ quoduis animal partu edit. autor Nonius. Noſtri interdum hoc nomine etiam auiam accipiũt, licet impropriè. Vide Bart. in l. liberorũ. ff. de Verbor. ſig. Sp.

MATERFAMILIAS appellatur ea ſolùm, quæ in mariti manu, mancipioq;, aut in eius, cuius maritus manu mancipioq; eſt. Quoniã non in matrimonium tantùm, ſed in familiam quoq; mariti, & in ſui hæredis locum ueniſſet. Porrò matremfamilias neq; nuptiæ, neq; natales faciunt, ſed pudicitia, & boni mores. Alciat. de Verb. ſig. Lege, Vxor iuſta. Sp.

MATER matrima illa dicitur, quæ cũ mater ſit, adhuc habet matrem uiuentem: ſicut patrimi, & patrimes, quorum patres uiuunt.

MATERTERA, matris ſoror eſt. Inſtitut. de Grad. cog. in Gloſſ. uer. patruus. Sed matertera magna, auiæ ſoror: ſicut promatertera, proauiæ ſoror.

MATERIA eſt, ex qua ſpecies fit, & ſine qua ſpecies eſſe nõ poteſt. l. adeò. §. cum quis. ff. de Acquir. rer. dom. Et ubi hæc non eſt, nec materiatũ adeſſe poteſt, ſecundũ Bald. in Aut. offeratur. poſt prin. C. de Lit. conteſt. qui allegat. l. qui res. §. arenam. ff. de Solut. l. quæſitũ. §. illud. ff. de Leg. iij. Et malè materiatũ dicitur, quod compoſitum eſt ex mala materie, ut ædes ex lignis nõ cæſis tẽpeſtiuè. Sp.

MATERIA propriè dicitur, ait Nebriſſ. circa quam uerſatur faber tignarius, ſiue lignarius. Paul. de Peric. & com. rei uendit. l. quod ſi. Neq; materia empta ſi furto periſſet. Alciat. Materia eſt, inquit, unde quid conficitur, ut in ſcypho metallum, in contractu cõſenſus. Subſtantia, per quam materia in certã ſpeciem deducitur: ut in uaſis uel ueſtib. artificium, in emptionis cõtractu precium. Forma, quæ certæ illi ſpeciei nomen dat. Solennitas actui perfecto extrinſecus accedit: ut autoritas tutoris in pupillorum, agnati conſenſus in mulierum contractibus. Item materiæ appellatione ligna omnia comprehendi, quod Græci ὕλην, & ſyluam, & materiã uocent, alij monuerunt. Materia autẽ omni legata, nec arca, nec armarium continetur. l. ſeruus. j. uerſ. de Leg. tertio. Sp.

MATERIA facta, infecta, ſignata. Vide l. ſi in rem. §. Octauenus. ff. de Rei uendicat. Spieg.

MATERIA, pro tractatu ſuper re, uel facto quopiam. Alberic. citat l. j. ff. Si pars hæred. pet. Sp.

MATERIA & cauſa omnium actionum colligitur partim ex dominio rerum, uel ex iure quod in reb. aſſeritur. ut in uendicationib. partim ex obligaione dictorum, factorum'ue. ſicut in condictionibus. iuxta mentem Imp. in §. omnium. in princ. Inſtit. de Action. Sp.

MATERIAM peccandi malis moribus præſtare. in l. j. ff. ad Maced.

MATERIAM rudem intelligimus, quæ apta eſt ad ædificandum: inquit Alber.

MATERIALITER, ut uocãt, & demõſtrationis ſolius cauſa, pleraq; à Iurecoss. poni, adnotarũt Apellus, & Alciatus. Hic cap. ult. ij. Parerg. ſimili modo declarat interdicta poſita: ubi defendit, q̃d ſcitu pulchrũ eſt, receptam Doctorũ noſtrorum, à primæ uocis initio, adducendi reſponſi conſuetudinem. Sp.

MATERIARII, à Tertulliano eleganter dicti ſunt, adnotante Rhenano, qui negabãt Deum: quod tamẽ nos uere profitemur, omnia ex nihilo protuliſſe. Sp.

MATERIAM ſuccidere quantũ ad uillæ refectionem ſatis ſit. Vide Vlp. l. arbor. ff. de Vſufructu. Sp.

MATERIARI, id eſt lignari, & materiã ad munitiones faciẽdas cædere. Siquidem materia proprie ea uocatur, ligna quæ ſtructuris ſeruiunt.

MATHEMATICI, quorũ ars iure noſtro improbatur, uocantur Genethliaci, Aſtrologiq;, et qui Chaldæi uocant̃. Aſtrologicã uanitatẽ confutarũt Pici: Senior xij. lib. Iunior, uno, qui quintũ in Opere de rerũ Prænotione, locum obtinet. Sp.

MATRICES aquarũ, Albericus indicat pro fiſtulis poni, in l. eos. C. de Aquæduct. lib. xij. Erant etiã matrices libelli, in quib. Cęſareo fiſco penſitantes deſcripti cõtinebantur. Habebant & nomina militũ inſcripta matrices, ſiue matriculę, per diminutionẽ. cuius uocis freques̃ eſt mentio in poſteriorib. lib. C. Vnde & matriculariorũ uocabulũ. Præterea matrices, urbes Latine dicunt̃. quas Græci Metropoles appellant. Quinetiam matrix, uterũ, & quod Græci μήτραν uocant, ſignificat. Item nutricem pullorũ, apud Colum. Et generaliter quamcunq; educatricẽ. Item coturnicum ducem, quem Græci ὀρθογόμητραν appellãt, trãſtulit Gaza matricem. Vide Alciat. in l. eos qui aquæ. C. de Spectaculis. lib. xi. Sp.

MATRIMONIVM, eſt coniunctio humanæ & diuinæ domus, ut ait Iuriſcon. Dicitur à Iaſone contractus bonæ fidei, in §. fuerat. Inſtit. de Actionib. Præterea ſpecies ſeruitutis eſt. l. ij. ff. de Libero hom. exhibend. Et proprie, quòd dura ſit ſeruitus, dicit Bald. in l. bonę fidei. C. de Reb. cred. quia maritus non dicitur plenam habere ſui corporis poteſtatem c. diuerſis. ext. de Cler. coniug. Sp.

MATRIMONIVM non eſt, quod aduerſus leges coit. §. ſi aduerſus. Inſtitut. de Nupt. Haud ſcio, an ratio clãdeſtini matrimonij, quemadmodum à Canoniſtis dicit̃, apud ſummi iudicis tribunal ſubſiſtere poſſit. Nam (ut memorabiliter dixit Tertul. ad Vxorem, ſub fin. libri ij.) nec in terris filij ſine conſenſu patrũ rite, & iure nubent. Hæc uerba, Rhenanus ait, aureis literis ſcribi deberent. Vtinã Theologi & Iurecõſulti de hac re Pont. Rom. Cæſarẽ, ac reliquos reges & principes admoneant, ut concorditer, & rite, & ordine huic malo obuiã eatur, ſeducẽdi teneras & ſimplices puellas, inconſultis, imò inuitis parentibus. Raptus uirginum in legib. ſeuere eſt prohibitus: & iſtas inſidias clandeſtinarũ nuptiarum ferre cogimur? Profectò leges Cæſareæ, maxime ab ijs Imperatorib. latæ, qui fidem noſtram amplexi fuere, ſi reuocarentur, multo ſaluberrimum foret. His enim receptis, ut multo ſanctius nuptiæ fierẽt, ita poſſent & honeſtiores & diuturniores perſiſtere. Sp.

MATRIMONIVM putatiuum dicitur, quando ſeruus cum libera, uel libera cum ſeruo, uel conſanguinei ignorantes, in gradu prohibito contrahunt matrimonia. Nam comperto errore, comperto impedimento, iam matrimonium diremptum eſt: unde dicitur matrimonium putatiuum, ſicut homo pictus, ut Zaſius noſter tradidit. in iam allegato §. Inſtit. de Action.

MATRIMONIVM, coniugiũ, connubiũ, & nuptiæ, pro eodem fere uſurpantur. Matrimoniũ, ut diuo Auguſtino placet, dictum eſt, quòd fœmina ob id potiſſimũ nubere debeat, ut mater fiat. Matrimonij uocẽ latius patêre, quàm matrimonij

ſacra,

ſacramentũ, Theologi demonſtrãt. Cõſtat aũt, matrimonij inſtitutionẽ omniũ antiquiſſimam eſſe, & Deum autorem referre. Gen. ij. Præterea negotium matrimoniorum, atq; fata pendere à Domino, & promoueri. Gen. xxiiij. Sp.

MATRONA dicta eſt, quæ in matrimoniũ cum uiro cõuenit, etſi liberi nondũ nati ſint. Vide Gell. lib. xviij. cap. xiiij.

MATRONALIS habitus, pro cultu qui matronã decet. in l. item apud Labeonem. §. ſi quis uirgines. ff. de Iniur. Sp.

MATRVELIS, idem quod matertera. Et Marueles dicuntur filij & filiæ materteræ. in l. j. ad Legem Pompeiam. Sp.

MATVRA mulier non dicitur, quę minor eſt xij. annis. l. cũ hic ſtatus. § ſi quis ſpõſam. ff. de Donat. int. uir. & uxor. Sp.

MATVRARE, non eſt abbreuiare, ſed accelerare, ita ut adhibeatur induſtriæ celeritas, & diligentiæ tarditas. Cætera apud Ferrarium in §. his igitur. Inſtit. de Iuſt. & Iur. Sp.

MATVRE fieri dicitur, iuxta ſententiam Cæſ. Auguſti, quod nec citius fit, nec ſerius, ita ut p hæc (ut ipſe dicere ſolebat) tarda acceleratio exprimatur. Id quod Seruius & Donatus ſuper Aeneide Virgilij, & alij tradiderũt. Hoc & Bald. ſentit, in l. ij. §. ſi quis tamẽ. ff. ſi quis caut. Sp.

MATVRI fructus propriè dicuntur, qui neq; crudi, neq; mites, neq; caduci, neq; nimiũ cocti, ſed in tempore temperati proueniũt, ut in l. Iulianus. §. ſi fructibus. ff. de Act. empt. §. is uerò ad quem. Inſtit. de Rer. diuiſion. Spieg.

MATVRISSIME, quo ſuperlatiuo utitur Papinianus in l. aliquando. de Offic. Proconſ. Tardiſſimè opponitur. Dicitur etiam maturrimè, per contractionẽ, celerrimè. Sp.

MATVRVM, item Maturitas, per tranſlationem de alijs quoq; dicuntur. ut maturus homo, maturũ ſuppliciũ apud Cic. matura uiro uirgo, apud Gellium: maturitas mentis, maturitas temporis, apud decreta pontificũ, Specul. tit. de Aduocat. §. v. uerſ. Cum autem maturi uiri iudicium colligit, uultu, geſtu, uoce. Sp.

MAXIMA capitis diminutio. Vide, Peregrini.

MAXIMA munera quæ ſint, uide C. de Veteran. lib. xij.

MAXIME, dictio implicatiua caſus etiã nõ expreſſi, ut in l. ſunt qui & l. cum ex cauſa. ff. de Re iud. de eius efficacia cum Alb. tum interpretes multa, quæ grammaticos latent: ut uocum magis, quàm rerum ſignificationis peritos. Porrò Gloſſ. in l. mox citanda, indicat hoc uerbum maximè, aliquando abundare, in Iure. allegat bonũ text. in l. fin. §. fin. C. de Teſtam. Manum. cum dicit, maximè propter libertates. quoniã propter nullum alium caſum, quàm libertatis ea Imperatoris prouiſio inuēta eſt. Vide Zaſium in l. j. §. quæſitum eſt. ff. quod Legator. Sp.

MAXIMVM eſt, quo maius colligi non poteſt. Gloſſ. in l. qui ſine. ff. de Negoc. geſt. Sp.

MAXIMVM remedium dirimendarum litium, eſt iuriſiurandi religio. l. j. ff. de Iureiur. Caius ait. Eſt autem hodie multis in locis duplex error in deferendo iureiurando. Cuius cauſam ipſiſſimã Oldendorpius demonſtrauit in de Probationibus dictorum, factorumq;. Sp.

M E

MEA memoria, memoria tua, hoc eſt, quãtum meminiſſe poſſumus. Bart. in l. fin. ff. de Alim. leg. dicit. Memor quis eſſe præſumitur eorũ, quę aliàs ſciuit. Quanquam aliud eſt meminiſſe, aliud ſcire. Meminiſſe enim, Seneca ait, eſt rem cõmiſſam memoriæ cuſtodire. At contrà, Scire, eſt ſua facere quæq;, nec ab exemplari pendere, & toties ad magiſtratum reſpicere. Spieg.

MEA pecunia, pro mihi debita. Alber. allegat l. ſi & me, & Titium. ff. Si cert. pet. l. eius qui in pecunia. eo. tit. & l. j. Quod cum eo. Sp.

MEA res amplius quàm ſemel eſſe nõ poteſt, ſæpius deberi poteſt. l. Et an. ff. de Exception. rei iudic. Sp.

MECHANICVS, opifex eorum operum, quæ ingenio ſimulac manibus fiunt. ἀπὸ τῆς μηχανῆς, quod inuentionem ſignificat. Mechanica ipſa ars eſt, cuius partes Politianus in Panepiſt. enumerat. De Mechanicis habes in Aut. de Non alien. & C. de Excuſat. artific. libro x. Spieg.

MECVM facit, pro mecum ſentit. Inſulſe dicitur, Facit pro me. quemadmodũ frequens eſt reperire apud ſuperioris ætatis Interpretes.

MEDERI remedio, pro opem ferre temperamento. apud Iuſtinian. in §. fin. Inſtit. de Donat. Sp.

MEDIA uocabula, quæ in utramq; partem intelligimus: ut uis, fama, dolus, periculum, medicamentum, uenenum.

MEDIANVM uocabulum, in l. ſi uerò. ff. de His qui deiecerunt. Bud. accipit pro mediano cubiculo cœnaculi: id eſt, ſuperioris membri domus, quod inquilini Romæ habitare ſolebant, quaſiq; corpuſculum ſuis quoq; membris conſtās, cubiculo, exhedra, cellula, & huiuſmodi cubiculi appendicibus. Medianū item pro medio, idē indicat architectonicum uerbum eſſe, ut apud Vitruuium medianæ columnæ ab angularibus diſtinguūtur, & medianæ teſtudines. Sp.

MEDIARE, & Mediator, quibus interpretes, & uulgus cauſidicorum utūtur, barbara ſunt uocabula.

MEDIASTINVS Nebriſſ. dicitur, qui in medio lauantium ſtat. Vlpian. de Iniur. l. item apud. Multum intereſt, qualis ſeruus ſit, bonæ frugi, an mediaſtinus. Budæo eſt mancipium abiectius, quod uiliſsima & ſordidiſsima miniſteria obire domi cogitur, domum uerrere, purgamenta efferre, ligna congerere, & huiuſmodi alia facere. Ipſum ob hoc ita dictum, quòd in media domo ad imperia omniū nutuſq; excubare ſoleat. Vlpian. in d. l. item apud. & in l. cum de ſerui. de Operis ſeruor. Mediaſtinum item accipimus, quod ad mediaſtinum pertinet. Vlp. Qui mediaſtina opera fungitur, non continetur. ut purpurarij, atriarij, & focarij, & his ſimiles. Sp.

MEDIASTINI opera fungi, apud Vlp. l. j. ff. Naut. caup. ſtab. Sp.

MEDIAE iuriſprudentiæ appellatione, Viglio uidentur potius ſignificari prudentium interpretationes, quas cōmuni nomine ius Ciuile nominamus. Accurſius autem mediam iuriſprudētiam id ius intellexiſſe arbitratur, quodcunq; fuit, quod poſt xij. Tab. & ante Principum cōſtitutiones eſt editum. §. & hæc quidem. Inſtit. de Legit. ag. ſuc. Sp.

MEDICAMENTVM, quo homines & cætera animalia curantur. Nonio etiam uenenum eſt. Vlp. diſtinctè protulit in l. iiij. ff. Fin. regūd. Mala, inquiens, medicamenta & uenena ueniunt quidem in hoc iudicium, ſed iudex omnino interponere ſe in ijs non debet: boni enim & innocentis uiri officio eum fungi oportet. Tantundem debebit facere in libris improbatæ lectionis, magicis fortè, uel ſimilibus: hæc enim omnia protinus corrumpenda ſunt. Sp.

MEDICAMENTARIVS, in Cod. Theodoſiano, qui malo medicamēto aliquē potionauerit. adnotauit Alciat. lib. ij. Parerg. Spieg.

MEDICA poteſt eſſe mulier. Imp. in l. j. C. de Commu. ſeruo manumiſſ. §. ne autem. Spieg.

MEDICI qui ſint, Bartol. non inſcitè tradit in l. j. ff. de Var. & extraord. cog.

MEDIETATIS uocabulo, quaſi timidē uſus ſit Cicero, Inſulanus obſeruauit. cuius ille uerba refert ex lib. de Vniuerſitate. Dimidietatem nihil eſſe, & alij monuere. Spieg.

MEDIMNVS, modios ſex continet. Modium conficiunt ſextarij ſedecim. Sextarius, quinæ denæ unciæ: ſic dictū, quòd ſit ſexta pars congij. Ex Alc. Sp.

MEDITVLLIVM, non medium terræ dicitur, inquit Feſtus, ſed procul à mari. quaſi meditelliū, ab eo quod eſt tellus. Cicero in Topicis ſcribit, tulliū, in hoc uerbo extenſionem eſſe uocabuli, nihil ſignificantem.

MEDIVM dicitur etiam, quicquid inter duo extrema eſt, etiamſi non æqualiter diſtet. §. adiectio. in l. iij. ff. ad L. Corn. de Sic. Seneca Epiſt. cxviij. Id medium atq; indifferens, ait, uocamus, quod tam malo cōtingere, quàm bono poteſt: tanquam pecunia, forma, nobilitas. Mediū quoq; uſurpatur pro manifeſto et certo. Vnde dicimus, rem in medio relictam, ſuper qua nondum cōſtitutum eſt. Sed & medium pro tertio, quòd quædā contraria habent, etiam in iure noſtro intelligitur. ut inter eſſe meum, & eſſe tuum, eſſe Caij, uel Titij. l. ſed & ſi poſſeſſori. in princ. de Iureiur. l. ſi inter me & te. de Except. rei iud. Inter adſenſum, & contradictionem, patientia. l. j. §. ſcientiam. de Tribut. act. Inter delicatè progredi, & diplomate uti, eſt maturare. l. continuus. §. j. de Verb. obligat. Inter donatum & commodatum, precarium. Arg. l. j. de Prec. Inter ſacrum & profanum, ſanctum. l. ſacra. de Rer. diuiſ. Inter li-

berum, ſiue ingenuum, & ſeruum, libertinus. l. manumiſſiones. de Iuſt. & iure. Inter uenenum bonum, & uenenũ malum, amatorium. l. eiuſdem. §. j. ubi Bart. de Sicar. Inter negligentiam craſſam, ſiue nimiam ſecuritatẽ, & delatoriam curioſitatem, ſcientia. l. nec ſupina. de Iur. & fact. ignor. Inter bonam fidem, & malam fidẽ, dubietas. Gloſſ. §. genera. l. iij. de Adquir. poſſeſſ. Ex Apello. Sp.

MEDIVM ingenium, hoc eſt, mediocre, uel utriq; ſententiæ fauens æquè.

MEDIVM reſponſum, pro dubio. Maximilianæi aulici uocabãt, Steffan Moſers beſcheyd.

MEDOGRAMMATEI ſunt, quos ſcribę conſulebant. Nam μῆδος, βούλευμα ſignificat Suidæ. Alc. C. de Tabul. ſcrib. & Logograph. lib. x.

MEI uſus cauſa paratum, ut intelligẽdum ſit, Iuriſconſ. declarat in l. cum in teſtam. ff. de Aur. & arg. leg. Sp.

MEO iure, eſt aliquid agere, facereúe, mea facultate, uel autoritate, uel cõceſſa mihi omnium conſenſu libertate, & poteſtate. Sic tuo iure, ſuo itẽ iure, uerba apud iuriſperitos frequentiſſima. Bud. in Annot. ad l. uſufructurarius. de Vſufruct.

MEL. notę ſignificationis. Vlp. Si reditus ex melle conſtat, etiam aluei apeſ'que continentur.

MELANCHOLICI ſunt, qui morbis melancholiæ, id eſt, atrę bilis uexantur: qui morbi animi ſunt, nõ corporis. Horum meminit Caius, tit. de Aedilit. edict. Ariſtoteles ait omnes ingenioſos melãcholicos eſſe. Sp.

MELINVM, coloris ſpecies, cuius meminit Paulus in l. quæſitum. de Leg. iij. Vide Hermol. in Gloſ. in Plin. Item ubi naſcitur, Ruellium: qui ſimul, quid Melinum oleum ſit, explicat. Sp.

MELIOR cõditio adferri uidetur, ſi priori precio aliquid additum ſit: aut ſi perſona emptoris melior, uel ſolutio precij commodior obuenerit. Et generaliter, ſi quid acciderit, quod ad utilitatẽ uenditoris pertineat. l. eum qui. §. ult. cum l. ſeq. ff. de In diem addict.

MELIORARE proprietatẽ. Vlpian. l. ſi cuius. §. proinde. ff. de Vſufruct. ubi de uſufructuario loquitur: Siquidem permittitur ei, inquit, meliorare proprietatem, Vide, Certiorare. Sp.

MELIORASCERE, craſſeſcere, ſolideſcere, lapideſcere, herbeſcere, nullis autoribus olim plus, quàm Plinio auunculo, & Columellæ fuerunt familia uerba, teſte Inſulano. Sp.

MELOPROXIMVS, in Poſter. Iuſtiniani libris, eſt, qui ſe cum proximo Scrinij ſacri exercebat, curamq; cũ eo gerebat, uelut ſubadiuua. Ex Pyrrho. Alciat. in l. peculiari. C. de Prox. Sacr. Scrin. lib. xij. deducit à uerbo Græco μελετάω, quod exercere ſignificat: uel à μέλει, quod curæ eſſe denotat. Eo nomine nũc agit incolumi fama apud Cæſ. Ferdinandum clariſſ. uir Ioannes Ferrenberger ab Egẽbergo, Primarius, à Secretis, hoc eſt, ſummo Cancellario proximus. Sp.

MELIVS fieri non uidetur, quod contra domini uoluntatem fit: ut rectè ex Celſi reſponſo colligitur. l. quamuis. ff. de Vſufruct. Sp.

MEMBRANA, tenuior animaliũ pellis: Coriũ uerò, craſſior. quæ uulgò pergamena uirginea dicitur. Obſeruandum tamen, quod hodie in membrana, quæ pergamentũ uulgò à noſtris dicitur corruptè: uel in charta, quæ papyrus dicitur ſeu papyrũ, omnia inſtrumenta ſcribuntur: quanquam iniungi etiam notarijs tabellarijsq; ſolet in ipſo ſacramento ſecundum Speculat. ut inſtrumẽta in membranis conficiant, quod & ipſa formula, qua hodie ſacri palatij Comites à principe conſtituuntur, diſertè cauet: & ego ſubinde uti ſoleo, ſed tamen ex eo, teſte Viglio in commentarijs in §. nihil autem intereſt. Inſtit. de Teſt. ord. non lædentur partium iura: etiamſi ad memorię cuſtodiam hoc proficiat, cum materia ſit durabilior. Extat Iuſtiniani Nouella conſtitutio, tabellionibus præſcribens, quibus uti chartis debeant, cuius tamẽ nulla eſt hodie obſeruatio. Sp.

MEMBRVM, pro cubiculo, ſiue parte ædificij, apud Vlp. de Manumiſſ. teſtam. l. ſi ita fuerit. §. Idem quęri poteſt, inquit, & ſi fabris duobus, uel pictorib. ſi membrum depinxiſſent, uel fabricaſſent nauẽ. Vulgati codices corrupti, non membrum, ſed templum habent. Quin & partem domus Columella, cum Plinio Iuniore, & Apuleio, membrum nominant. Vide Catanęum Comment. ij. qui aliud exemplar ſecutus, Iuriſconſ. uerba

ſic

ſic citat. Et Vlpian. de Manum. teſtam. Quæri, inquit, poteſt, ſi fabris duobus, uel pictoribus templum, uel membrum depictum eſſet. Spieg.

MEMORIA eſt, Cicero inquit, per quam animus repetit ea, quę fuerunt. Idem bona memoria, dixit ad Attic. lib. viij. Sola præterita eſſe ſubiecta memoriæ, Themiſtius oſtendit lib. j. cap. iij. de Memoria. Eleganter dixit Imp. C. de Vet. iur. enucl. Memoriam omnium habere, potius eſt diuinitatis, quàm humanitatis. Spieg.

MEMOR. Vide, Mea memoria.

MEMORIALES, inter antiquarios cenſere poſſe, eruditus Iuriſconſ. Angleber mæus exiſtimat. Quęre, Antiquarij. Sp.

MEMORIAM hominũ excedere. Quære, Tempus quod excedit.

MENDA, & mẽdum, error, ſiue erratum.

MENDACIVM, eſt aliud dicere quàm ſcias, præſertim cum alicuius detrimentum ſequitur. Id autem criminoſiſſimũ erat apud Perſas: & iure noſtro, hoc eſt, Ciuili, quod potiſſimum ex ethnicorum reſponſis natum eſt, qui inficiando rem aduerſario duriorẽ facit, comperto mendacio punitur. Nam uelut delictum habetur mẽdaciũ. l. ſi ex parte. §. j. ff. Quod cum eo qui in alien. poteſt. ubi Accurſius citat. ll. eódem pertinentes. Vnde nobis, qui in uerba magiſtri, ac omni exceptione maioris legislatoris, qui ipſiſſima ueritas eſt, iurauimus, mendaciũ eſt longè fugiendum: cuius octo genera explicantur in Decretis Canonicis. xxij. q. ij. Sp.

MENDACII circumſtantia uariat ius commune. l. cum de indebito. ff. de Probat. Spieg.

MENDACII pœnam ferre apud Vlp. in l. de ætate. in prin. de Interrog. action.

MENDAX precator, id eſt, fraudulentus, careat impetratis. l. & ſi legib. C. Si cont. ius, uel util. publ. Sp.

MENDICANTES ualidi nõ ſunt admittendi. C. de Mendic. ualid. lib. xj. Vide Oldend. cap. viij. tit. j. xij. Tab.

MENDOSI mores, pro uitioſis. Naſo, Non ego mendoſos auſim defendere mores. Sic apud Horatium in Sermon. Si uitijs mediocribus, aut mea parcis Mendoſa eſt natura. id eſt, uitioſa. Budæus. Ad libros mendoſos uel imperfectos redhibitoriam, & quanto minoris porrigũt doctores, ſaltem utiliter, in l. j. in prin. ff. de Aedil. edict. arg. l. ob quæ. §. idem Pomponius. ff. eod. tit. Sp.

MOENIANA, ut uolunt, Camerario teſte, à mœnio, dicta ædium proiecta, ſub quæ quaſi tecta ſubire poſſet. Vnde & ſummœnium, hæc loca comprehenſim dicta: & ſummœnianæ uxores, Martiali, quòd ſub his, ut ſub fornicibus proſtibula eſſent. Nebriſſ. abſque diphthõgo Menianum, ait, locus fuit Romæ, qui ultra ædificia proferebatur, in uiam publicam propendens. A' Mænio bonorum paternorum dilapidatore, ſpectaculis ſeruatum. Is enim primus ultra columnas extendit tigna, quo ampliarentur ſuperiora. Iabolenus de Verbor. ſignific. l. malum nauis. Qualia, inquit, meniana, & ſubgrundiaria eſſent. Vlpian. in l. prætor ait. Ne quid in loc. publ. Cum quidam, inquit, uelum in mœniano immiſſum haberet. Gręci Mœniana appellant Orthas, ſi Honorio & Theodoſio principibus credendum, in l. pen. C de Aedif. priuat. quod & Hermol. indicauit. Accurſius ſumptum nomen à mœnibus putat: cui tamen, Alciato teſte, doctiſſimi grammaticorum meritò aduerſantur, uocis etymologiam ex hiſtoria adducentes, quam Nebriſs. hic attigit, & ipſe Alciat. refert in enarratione d. l. malum nauis. Sp.

MENS, uoluntas, ſententia, & quam uulgus intentionem uocat. Quando uerò mens legis certa dicatur, exactè tradidit Alciatus in Comment. de Verb. ſignif. Cæterùm, eadem uidetur eſſe mens, ſeu ſententia, & ratio legis: aliqua tamẽ eſt differentia. Sententia enim legis eſt, quam uerba oſtendunt. l. proſpexit. ff. Qui & à quib. Ratio uerò eius per coniecturas conſtat. Baldus in l. ſi quis ſeruo. C. de Furt. mentem, rationem'que legis haud abſurdè animam legis appellat: atq; ob id cenſuit eam magis attendendam, quàm ad uerba, quę illi corpus ſint. Maximæ loco in Iuriſperitorum ore uerſatur. Quum mens patet, de uerbis curandum non eſt. Gloſſ. l. ſi in uenditione. ſub fin. ff. Comm. præd. Bald. l. quamuis. C. de Fideicomm. l. j. C. Plus ual. fac. l. iij. §. conditio. ff. de Adim. Leg. c. intelligentia, de Verb. ſig. Text. in l. ſi

uno.in prin.ff. Locati.l.inſulã.ff.de Pręſcript.uerb.cum uulg.Sp.

MENTE capti ſignificatione, omnes comprehenduntur, qui quomodocunque mente carent. Videtur tamen aliquando dubitaſſe Vlpianus, an quod de mẽte capto ſtatutum eſſet, in furioſo obtineret. Poſt Bartol. in l.ſi furioſi. C. de Nupt. uide Viglium in §. item furioſi. Inſtit. Quibus non eſt permiſſ. fac. teſt. Mente autẽ captus dicitur (autore Feſto) cum mens ex hominum poteſtate abijt. Hinc quibus non deeſt omnino mens, ſed qui tamen ſunt ſubſtupidi, nõ minus facere teſtamenta creduntur, q̃ fœminæ poſt duodecimum annum, in qua ætate ſcimus nondum eſſe plenum animi robur. Alc. arbitratur mente captum dici, qui morbo oppreſſus eſt, quẽ Græci μώρωσιν dicũt: cui λογιστικὸν, id eſt, rationalis animę pars labefacta eſt: prouenitq́; ut Gal. definit, ex ſolo humenti, malo'que temperamento in capite hærente.

MENTIS compos, ſanæ mentis, uel ſuæ mentis, hoc eſt, prudens & ſagax.

MENSA, pro tabula qua argentarij utuntur, apud Papin. in l. pater filios. §. menſę negotium. de Leg. ij.

MENSIS abſolutè cum ſit mentio, xxx. dies computari traditum eſt. l. fin. §. j. C. de Iur. delib. tot enim diebus, cum tardiſſimè à coitu ſolis luna remoratur, ad ſuas uices redit, curſumq́; cõficit. Quòd ſi materia fauorabili agatur, ubi lex duorum menſium mentionem facit, & qui lxj. die uenerit, audietur: quod etiã procedere exiſtimat Alciatus, ſi lex duorũ mẽſium utilium terminũ ſtatuat. Quòd ſi certa die terminus menſis aſſignetur, ut ſi quinta die Auguſti iudex dicat, ſe mihi menſis terminum conſtituere, uſque ad v. Septembris durabit, complecteturq́; hac ratione unum et xxx. diem. Verùm menſes ante anni à Iul. Cæſ. correctionẽ, fuere tantummodo xxix. dierum. Vide Macrob. lib. j. cap. iiij. Sp.

MENSE Decembri, menſe Octobri. Vide Sceuolam, l. defuncta. ff. de Vſufr.

MENSOR, nõ ſolum is eſt qui agros metitur, ſed & qui pronunciat: & non de menſuris tantum, ſed etiam de ſeruitutibus. Vide Agen. Vrbic. lib. de Conſtitut. agrorum. Menſores item ſunt Veget. & Modeſt. qui in caſtris ad podiſmum dimetiuntur loca, in quibus tentoria milites figant: uel qui hoſpitia in ciuitatibus præſtant. Alc. in tit. C. de Menſor. lib. xij. & infrà, Metatores. Sp.

MENSVLARII uocabulum reperies apud Vlp. in l. ſi uentri. §. in bonis. de Priuileg. credit. Habebant autẽ, inquit Budæus, nũmularij, ſiue menſarij, aut menſularij, & argentarij cauſam publicam, & rationem accepti expenſiq́; faciebãt, & tam pecuniariam permutationem, quàm maiorem negotiationem exercebant, quibus olim moris fuit, pecunias cuſtodiendas dari, fœnerato interdum, interdum gratuitò. Sp.

MENSVRARVM nomina apud ueteres hæc ſunt ferè. Digitus minima menſurarum eſt, quorum iiij. palmum efficiunt. xvj. pedem. Pes autem tanquam as in numeris: atq́; ideo dimidius pes, Semis uulgò appellatur, quantum ſcilicet pugno, extenſoq́; pollice metimur. Sicut & Spithama, uox Gręca, quę & ipſa uulgò ſeruat nomen, quantum extenſis articulis, à minimo ad pollicem amplecti poſſumus: Latinè Dodrans dicitur, & Palmus maior quibuſdam. At cubitus ſeſquipedalis eſt. Greſſus uerò ij. pedes & ſemiſſem continet. Paſſus v. pedes. ſic dictus, quòd paſſis, id eſt, dilatatis brachijs & manibus, hanc dimenſionẽ conficiamus. Vlna ſex pedibus conſtat. Pertica duos paſſus in ſe habet, hoc eſt, pedes decem: unde & decempeda dicitur. Plethrum pedes centum. Iugerum longitudine pedibus ccxl. in latitudinem dimidio minus conficitur, duosq́; in ſe Actus continet. Stadium, paſſus cxxv. habet: qui ſunt plus paulo pedes DC. Diaulus, duo ſunt ſtadia. Miliariũ, ſunt mille paſſus, hoc eſt, ſtadia viij. Dolichus, ſtadiorum eſt xij. Leuca, dictio eſt Gallica, mille & quingentos etiam ipſa paſſus habet: licet alicubi amplior ſit. Paraſanga, uocabulum Perſicum, xxx. cenſetur ſtadijs, quæ menſura paulo minor eſt miliario Germanico. Schœnus apud Aegyptios lx. eſt ſtadiorum. Stathmus, id eſt, manſio, miliaria habet uigintiduo ſemis. Huius mentio habetur in Nouel. ut om. obed. iudicib. §. ſe igitur. Eſt & uulgaris uox Manſum, qua tantũ agri ſignificatur, quantũ ſingulis annis par boum arare,

arare, colereq́ poteſt. Hinc fortaſſe oritur, ut ait Zaſius, quòd nos Germani Prata dimeſa, Manſmat nominamus. Vide Alciat. in l. mille paſſus. de Verb. ſig. Bud. in l. ult. Si menſ. fal. mod. dix. et Olden. Action. ij. Claſſ. iij. Sp.

MENSVRAM agri agere, apud Paul. in l. ij. ff. Si menſ. falſ. mod. dix.

MENSVRAS finium, & multa ad id congrua, lege adamuſsim reſoluta apud Alex. de Alex. Gen. dier. lib. ij. cap. ix.

MENSTRVVM, pro alimento in ſingulos menſes legato: ut annuum, quod in ſingulos annos. Vlp. in l. qui bonis. de Ceſſ. bon. & in l. ex annuo. de Don. inter uir. & ux. Sp.

MENTIONEM facere nullam, hoc eſt, non cõmemorare, in l. j. C. de Poſthum. hæred. inſtit.

MENTIRI, hoc eſt, mẽdacium dicere, & non dicere uerum, differunt. c. cum contingat extra. de Iureiur. Porrò mentitur non ſolum qui falſum dicit, uerumetiam qui ſimulat. ut, Faciem mentita Creuſæ. &, Aes mentitur aurum. Sp.

μλώνυτρον, præmium quod datur indicanti & nuncianti. Significat tam indicium, quàm indicis præmiũ. Bud. mauult pluraliter dici. Eſt etiam impunitas conſcio propoſita, ſi indicauerit alios.

MEO iure agere, ſummo iure agere, hoc eſt, rigorem poteſtatis ſequi ad unguẽ, **Glatt dem rauhen nach**. Oppo. Iure ſuo decedere, Non omnia pro iure ſuo exigere: quod bonorum eſt uirorũ, ubi cauſa deſiderat. ut Oldend. in Copia ſcribit. Vide & infrà, Summo iure. Sp.

MEORVM, uel ſuorum appellatione nõ ſolum intelliguntur quę noſtra ſunt, ſed etiam ea in quib. ius aliquod habemus. Quod Zaſius aduerſus Stellã uerè euicit, ex uerbis Iuriſcoſ. poſt Gloſs. & Baldus in l. ij. de Orig. Iur. Sp.

MERCALEM uxorem, id eſt, meretricẽ, Albericus exponit. C. de Condict. ob turp. cauſ. Sp.

MERCATIONEM, hoc eſt, ipſum mercandi actum, Patres cenſuerunt periculoſam. c. qualitas. de Penit. diſt. v. Sp.

MERCATOR, ac fœnerator. Vide §. ſed & ipſe Papinian. l. quæſitum. paulo ante finem. ff. de Fund. inſtruct.

MERCATORES, non, ut quidam uolunt, à merce, ſed à uerbo mercari, quod eſt, emere, deducitur. ſunt enim hi, qui res emunt, quas in eadem ſpecie carius uendant, ut ait Alc. Cui inter ſordidos, mercatores tenues habentur. Contrà, copioſi mercatores, nõ uiles cenſentur. Fœnerator mercatoris nomine non uenit, per l. quæſitum. §. ſed & ipſe Papin. paulo ante finem, eſt enm. l. prolixa. ff. de Fund. inſtr. Sp.

MERCATVS, pro loco in quo res uendũtur, qui & emporium dicitur. C. de Nundinis. l. j. Spieg.

MERCENARIVS, opponitur gratuito. Eſt'que is, qui alicui operas ſuas locat. l. reſpiciendũ. §. pen. ff. de Pœn. Vbi Marcellus tradit, domeſtica furta uocari, quę ſerui dominis, uel liberti patronis, uel mercenarij his apud quos degunt, ſurripiunt. Sp.

MERCENARII, teſtes qui mercede cõducti ſunt, uel precio corrupti.

MERCES, propriè laboris eſt prę mium: quæ ideo magis uidebitur ultro ſoluenda quàm petenda, quoniã perſona quæ operam præſtat, lõgè dignior eſt, quàm ullæ res quæ uiciſſim ſolui poſsit. Vnde ſacra ſcriptura nõ uno in loco præcipit: Dignus eſt operarius mercede ſua. Et uulgò non ab re dicimus, Merces operarij clamat in cœlum. Ex Oldend. Sp.

MERCES eſculentæ, quæ hominum uſui accommodatæ uenduntur. Sp.

MERCES eximij laboris à Iuriſconſulto eleganter interpretatur, quæ pro ſalute alicuius datur. l. ſi pater. §. ſi quis. de Donat. Spieg.

MERCES uenaliciæ. Si nauẽ uenaliciarum perforaſſet quis, Aquilię actionem eſſe, quaſi ruperit, Viuianus ſcribit: teſte Vlp. in l. ſi ſeruus ſeruum. ff. ad Leg. Aquil.

MERCIMONIVM, eſt cõtrectatio quædam mercium.

MERX, mercatura. Differunt tamen inter ſe: quòd merx eſt ſpecies ipſa, quę emitur, uẽditur'ue: mercatura, actus mercandi. Et dicimus mercaturam facere. Eſt autem mercis appellatio anguſta. l. j. §. j. de Exercit. nec ea continentur homines. Aliquando tamen ut Alberic. indicat, omnem complectitur negociationem. Pro penſione etiam, & annuo reditu accipi, Bud. autoritate Cic. probat. Adde Bart. in l. iubemus. §. j. C. de Sacroſ.

croſ.ec.ad res mobiles tantum pertinet. aut Vlp. Vnde ſi lex municipalis (uulgus ſtatutum uocat) à ſocio initum mercatum ratum haberi mandat, de re tantùm mobili intelligendum eſſe, ſunt qui tradidere: &, ut Alciato uiſum eſt, minimè abſurdè: quandoquidē mercatus à merce deducitur. Per locum ergo, qui à coniugatis dicitur, ubi merx non eſt, ibi nec mercatus. Vide Topic. Cant. Quāuis Alc. à uerbo mercari potius trahi id nomen credit, quòd mercari uerbū ſimpliciter emere plerunque ſignificat: atque ita uulgaris loquendi uſus ſeruat. Sp.

MERX peculiaris, dicitur res, in qua dominus permittit ſeruum ſuo proprio nomine negociari, etiamſi nihil ſit in peculio. Merx dominica autem, in qua nomine alieno, hoc eſt, domini uice gerit negocia. Spieg.

MERERE, uerbū eſt militare, quod Græci ϛρατέιας ϛρατεύειν dicunt. Lucan. Aere merēt paruo. Iuriſcōſ. in l. municeps. ſub tit. Ad municipalē. ut ſubintelligas, legem, ut Politianus pridē animaduertit, & Bud. in poſter. Annot. indicauit: Miles, inquit, ibi domiciliū habere uidet, ubi meret. Pro quo hactenus Accurſiani ineptè legerunt, uel inhęret, uel haberet. Inde emereri uerbū, Bud. ait, ut elugere: & emeriti milites, et ſtipēdia emerita Ciceroni quā uocē Modeſtin. de Re milit. pro cōmodis ueteranorū accepit. notū, merere etiā eſſe quęſtū facere. Sp.

MERERI, inquit Valla, mercede operari, laborare, atque alteri inſeruire. Propriè tamen, ſpe ſtipendij ac præmij: quod dicitur, ſtipendia facere. Donato item eſt, dignum eſſe, ut apud Iuriſconſ. in l. cum pater. §. rogo. ff. de Leg. ij. Hinc loca meritoria, quæ mercede locantur, fortè uiatoribus, uel peregrinantibus. Hinc & meritoria ſcorta, meritorię rhedę, & muli meritorij. Alc. de Verb. ſig.

MERETRICEM (quæ à merēdo dicta eſt, quòd mercede ſuā exerceat militiam, ut Valla ait) Impp. legib. excludūt. arg. l. ſi ea quę. C. de Adult. Nec Iuriſconſ. ignoſcendū ei cēſuit, quę paupertatis obtētu turpiſsimā uitā elegit. l. palàm. ff. de Ritu nupt. Quis uerò meretrices publicitus inſtituerit primus, Rhodigin. refert cap. iiij. lib. viij. Alc. item in Comm. de Verb. ſig. Porrò elegantē meretricū deteſtationē habes apud Salomonē cap. v. Prouerb. Et de earū natura Camertem in Cōment. in tab. Cebetis. Obſeruandum tamē, quòd meretrix nō eſt, quę cū uno, aut altero, etiā pecunia accepta, ſe cōmiſcet, ſed ea quæ palàm, & plurib. ſe proſtituit. c. uiduā. xxxiij. Diſtin. c. meretrices. xxxij. q. iiij. Solāque huiuſmodi de uicinia poſſe expelli, Alc. exiſtimat, ne probis mulierib. malo ſit exēplo. Sp.

MERITORIVM abſolutè poſitū à Paulo, cum ait: Et mercedes eius inter cæteras meritoriorū domus rationibus accepto ferebantur. l. prædijs. §. Dalneas. de Legat. iij. Sp.

MERITORIVM, ſiue meritoria taberna, ſtabulum eſt, ſiue caupona, in quam uiatores diuertunt: à mercede quam ſoluunt, ſic dictum. Vlp. de Iniur. l. lex Cornelia. Ad meritoria, inquit, uel ſtabula non pertinebit. Nebriſſ. Idem l. ſi cuius. §. fin. ff. de Vſufr. Quod autem dicitur, inquit, meritoria non facturum, accipe, quæ diuerſoria, uel fullonica uulgo appellantur. Spieg.

MERITVM, pro culpa, notū eſt. Pro mercede à Terentio in Phormione accipi, Budæus annotauit.

MERO iure munito, non debet tribui extraordinariū auxilium. in l. in cauſæ cognitione. ij. ff. de Minor.

MERVM, antiquis ſolum ſignificabat: unde meracium uinum, quod merum eſt, nulla aqua admiſta. Hinc etiā meracius bibere dicuntur, qui minus aquæ uino miſcent. Celſus medicus præcipit, hyeme meracius bibendum eſſe, æſtate dilutius. Nunc merum, purum appellamus. Mero iure, mera ſubtilitate, mera æquitate, mera itē ac pura ueritate, atque mera pœna, quomodo accipienda ſint, Bald. docet in l. etiam. ff. de Obſeq. pat. præſtand. Spieg.

MERVM imperium, eſt habere gladij poteſtatē ad puniendū facinoroſos morte, exilio, & relegatione. ff. de Public. iud. l. ij. Mixtum uerò imperium poteſtatis mediæ eſt, ex iuriſdictione & mero imperio omnia potens, præter pœnam capitalem. Alciat. Parerg. lib. ij. cap. vij.

MERVM imperium, quaſi liberum, ut ſuprà dictū eſt: conſiſtitque in inquiſitionibus, accuſationibus &c. Mixtū, perſecutionibus, & ijs, quæ officio iudicis expediuntur,

diũtur.Simplex iuriſdictio,actionibus. Vide Alciatũ de Verb. ſig.in l.poteſtatis,& inferius,Mixtum imperium.Sp.

MESODICVS.Lege,Iudex.

MESONAVTA,in naui uilis mãcipij nomen eſt, ut mediaſtinus domi. Eſt enim mediaſtinus mancipiũ abiectius, quod uiliſsima & ſordidiſsima miniſteria obire domi cogitur, domũ uerrere, purgamenta efferre, ligna cõgerere,&c. Bud. in l.j.de Arbit. Itẽ meſonautæ ſunt, qui in nauib.cuſtodię gratia pręponũtur: ut ſunt diætarij, μεσοναῦται græcè. Alc.lib. iij.Diſpunct.cap.xxj.Idẽ quoq;, ut ipſe fatetur in Parerg. dubitauit quandoq;, quid meſonautæ appellatione ſenſiſſet: quoniã Herm.Barbar. mancipiũ ea uoce intelligit, in medio nauis unicuiq; deſeruiẽs: quales ſunt mediaſtini in principum domibus. Sed ipſe hanc ſententiã non probat, cum Vlp.l.fin.Naut.caup. ſtab. Et quid, inquit, ſi quis ſit ex his, quos uulgò μεσοναύτας, Græci ναὸς ἐπιβάτας dicũt. Quib.uerbis ſignificatur, meſonautã uulgari uoce eũ dici, qui nauẽ inſcẽdit: & ne quid nauli nomine domino nauis ſoluat, ducendis remis operatur. Epibates enim propriè nauis aſcenſorẽ ſignificat.unde & milites, qui in naui pugnant, eo nomine uocãtur. & ἐπιβάδια naues. Vlp.in l. j. §. igitur. de Exercit.act.id eſt, conſcenſoriæ, & tranſportandorum hominum cauſa factæ.Sp.

MESSORIAE falces, quòd ad meſſem, id eſt, tempus metendi pertinent.Sp.

META.Vide,Catillos.

METAPHORA,trãslatio à Cicerone dicitur, ſine qua nec quotidianus ſermo cõſiſtit: cum propter uocabulorũ anguſtiam ſimilib. plerunq; uti cogamur, uel quia proprium deficiat, uel quia translatum proprio elegantius ſit. ut cum Iurecoss. adulterinã monetã, adulterinam ſcientiã uocãt: & adulterari rationes dicunt, id eſt, cõturbari, uel falsò deſcribi. l.j.in fin.de Ser.corr. Sic ambulatoriam, uoluntatẽ, actionẽ, legis poteſtatẽ, ſtipulationem dicimus, ſic uiã aperire: ſic calcem, pro fine: cunabula, pro initijs plerunq; reperire eſt. Hinc anfractus litiũ antiquare, id eſt, extinguere. hinc defloratæ ſpecies, enucleatũ ius, freni temperies, nuda cõuentio. Sic in prõptu dicimus, ad manũ, in pendẽti, prima facie, laquei legũ. Sic inhiare cõmodis, quod à lupis translatũ eſt. Sic rempub. florere, dotem & donationem propter nuptias, æquis paſsibus ambulare, tẽpora largiri: cauſam capitalẽ, quæ ad ſtatum pertinet, dicimus: & ſi qua ſimilia, quæ nuſquam in quocũq; autorũ genere non occurrunt. Ab hac non multũ diſtat, quæ κατάχρησις, id eſt, abuſio dicitur, cum omiſſo ꝓprio & peculiari nomine, aliud apponimus. ut cum lex Iulia ſtuprũ appellauit, generaliſsimo nomine uſa, cũ ſpeciale crimẽ inſequeretur. Meritò Papinian. Lex, inquit, Iulia ſtuprũ & adulteriũ promiſcuè, & καταχρηστικώτερον appellat, quod Græci φθορὰν. Qua figura etiam parricidã dicimus, qui matrẽ interfecit. Sic & Caius: Inter geſtũ & factũ, inquit, καταχρηστικῶς, nihil intereſt. Ex Alciat.lib.iiij.de Verb.ſig.in prin.Sp.

METALLARII, & metallici dicuntur, qui ſunt damnati ad metalla, hoc eſt, ad effodiendam terram ex metallis. Quandoq; tamen ſimpliciter accipiuntur pro effoſſoribus metallorũ, Bergknappen. ut apud Iuriſconſ. tit. de Pœnis, & lib. xj.C. de Metallar.Nebr.

METALLICA Georg. Agrico, quæ uel metalla ipſa ſunt, uel iuxta metalla reperiuntur, uel dum in fornacibus illa excoquuntur, fiunt, uel aliqua alia præparatione ex eiſdem conſiſtunt: operæprecium eſt, ut rerum metallicarum appellationes iuxta noſtratem linguam, autore Plateano, recenſeamus.

Aes purum, Gedigen Kupffer.
Alueus, ein Trog.
Argentũ quod ſtatim ſuum eſt, Gedigen Silber.
Argentum rude, Silber Ertz.
Argentum rude puniceum, Rodt guldin Ertz.
Argentũ rude plũbei coloris, Glas Ertz.
Argentum rude nigrũ, Schwartz Ertz.
Argentum rude purpureũ, Braun Ertz.
Argentum rude cinericeũ, Graw Ertz.
Argentum rude ruffum, Rodtbrendig Ertz.
Argẽtum uiuum purũ, Gedigen Queckſylber.
Anthrax, ſiue uena minij, Queckſylber Ertz.
Caput dimenſionum, Fundtgrũb.
Carbones foſsiles, Steynkolen.

Caſa, Kaun.
Cæruleum, Laſur.
Chryſocolla, Berggrün, oder Schyfergrün.
Cobaltum, Cobalt.
Cuniculus. Stollen.
Carrus, Karren.
Dęmon metallicus, das Bergmennlin.
Decliue mõtis, das geheg deß Gebürgs.
Dimenſio, Maß.
Excoquere, Schmeltzen.
Exitus uenæ, das vßgeben deß gangs.
Extẽſio uenę, Das ſtreychen deß gangs.
Ferrum purum, gedigen yſen.
Fibræ, klufft vnnd geſchicke.
Fluores, fluß
Fodina, Grůb/oder Zech.
Funis ductarius, Seil.
Foſſam agere, Schorffen
Galena, ſiue Molibdena, Glantz vnd bly ertz. Auch Blyſchweyff.
Gypſum foſsile, Gyps.
Iacens, das Ligende.
Iurati, die Geſchwornen.
Iurati duumuiri, Zwen geſchwornen die ein gebürg befahen.
Lapis ſpecularis, Vnſer lieben frawẽ eyß.
Lapilli nigri, Zwitter.
Ligo, Reithaw.
Lythargyrum, Glett.
Machina tractoria. Haſpel.
Magiſter metallicorum, Der Bergmeyſter.
Malleus, Berghammer/oder Feüſtel.
Metallici, Berglüt
Minium, Bergzynober.
Ochra natiua, ſiue Sil, Berggeel/Ochrageel.
Ochra facticia, Bleygeel
Pendens, das hangend
Plumbum candidum, Zyn.
Plumbum nigrum, Bley.
Præſes fodinę, Steyger/oder Hůtmã̄n.
Præfectus rationibus, Schichtmeyſter.
Puteus, Schacht.
Pyrites, Kys.
Pyrites colore argenteo, Waſſerkys/oder Wyſſerkys
Pyrites colore aureo. Ein Geelerkys/oder Kupfferkys.
Pyrites prorſus aurei coloris, Kys der gantz goldfärbig iſt.
Pyrites colore galenæ ſimilis, Ein glantziger kys.
Pyrites cineraceus, Ein grawer kys.
Recrementum, Schlacken.
Rubrica fabrilis naturalis, Bergrotel.
Rubrica fabrilis factitia, Rotel.
Sandaraca foſsilis, Bergrodt.
Sandaraca adulterina apud Plinium & Vitruuium, Sandix apud Dioſcoridem, Parysrodt.
Saxum ſciſsile, Schifer.
Saxum corneum, Hornſteyn.
Saxum harenoſum, Sandſteyn.
Situlus, Kobel.
Spatum, Spet.
Splẽdor, Glimmer/oder Katzenſylber.
Specus, Schacht.
Terminus, Lochſteyn.
Tumulus è fodina egeſtus, Halde.
Vena, Gang.
Virgula diuina, Die Růt.

METALLICVS, ſubſtantiuũ, qui in metallis operatur. Imp. Cõſtantin. de Pœn. Apparebit eam non oportuiſſe in miniſterium metallicorum damnari. Sic & apud Plin. inuenitur. Sp.

METALLVM, pro uena perſcrutata, cõpletum eſt, id eſt, quod nõ deficit inclynatione: ſed quę metonymicè metalla dicuntur, carent plurali. ut aurũ, argentũ, & ſimilia. Lancil. lib. vij. Huius uocabuli appellatione, ut Alberic. indicat, cõtinentur lapidicinæ. l. iij. §. fin. ff. de Reb. eor. qui ſub tut. Tu uerò Bartol. adi, qui docet in l. in Lege. ff. de Contrah. empt. quid propriè lapidicina ſit. Porrò, quo Damnari in metallũ, à Dãnari in opus metalli, diſtet, Iuriſcons. oſtẽdit in l. aut damnũ. §. inter eos. & §. ſeq. ff. de Pœn. iunct. Gloſ. l. ſi mater. C. eo. Sp.

METALLVM diuiditur in aurum, argentum. ferrum, plumbum, &c. l. in uenditionib. de Contrah. emp. & unde dicatur, in dict. Stypteria explicatur. Sp.

METALLVM miniarium, uocatur argẽtum, cum quo effoditur miniũ. Vide Plinium lib. xxxiij. cap. vij.

METARI, propriè eſt locũ deſtinare, demetiri'ue figẽdis militũ tẽtorijs. unde dictũ, Caſtra metari. annotatore Rhenano in lib. Tertull. aduerſus Valentinianos. Spieg.

METATORES ſunt, qui præcedentes locum eligunt in caſtris. ut ſcribit Veget. Hos uulgò Forerios uocant, ab inſcribẽdis, ut Alciat. arbitratur, foribus.

tit.de Metat. & epidem.C.lib.xij.Metatæ domus ipſæ dictæ, quòd per hoſce metatores in urbe metarentur.Hęc uox quoq; numero ſingulari prolata reperitur apud Caſſiodorum lib.iij.hiſt.Sp.

METAXARII Iuriſconſultis nuncupantur ſericum negotiãtes, quod metaxam uocant Græci.Sp.

METOECIA, Athenis dies feſtus. Item ſacrificia de receptis in ciuitatem colonis.Autor Plutarch.in Theſeo.

METOECION, locus carceris Athenis. Eſt & tributum quod Metœci, hoc eſt, extra patriam habitantes, perſoluunt. Autor Suidas. Soluebant autem inquilini quotannis ſummã duodecim drachmarum.

METOECVS, qui ſedes mutat, & de loco ad alium tranſit. Latinè transmigrator, ſeu incola. Hũc Pomp.de Verb.ſig. l. pupillus. πάροικον adpellat. Alc. C. de Iure Fiſc.lib.x.

METHODICI. Lege, Via, inquit Paulus.

METHODVS, id eſt, iuſtus ordo tractandi: ut nihil effeciſſe, qui ſine ordinato progreſſu ſcribit, aut docet, rectiſſimè iudicetur.Sp.

METICVLOSVS eſt, qui fruſtra aliquid timet. l.nec timorem. §. j.ff. de Eo quod metus cauſ.Sp.

METIENDO metiri.Paul.ff.Si menſ. falſ.mod.dix.Siue, inquit, de itineris latitudine, ſiue ſeruitutẽ immittẽdi, proijciendiq; quæratur: ſiue aream, uel tignum, uel lapidem metiendo metitus fuerit.Sp.

METVS, inquit Vlpianus, eſt de inſtanti, uel futuro periculo, mentis trepidatio. Ciceroni eſt in Tuſc. opinio impendentis mali, quod intolerabile eſſe uideatur. Et tam actiuè, quàm paſſiuè ſumitur.nam metus hoſtium rectè dicitur, & quum timẽt hoſtes, & quum timentur. Eſt autem quintuplex. Primus minarũ, qui non parit actionẽ: quòd minæ non incutiunt terrorẽ.Secundus facti: quando præuerſatur periculum ſalutis, uel cruciatus corporis: & is cadit in cõſtantem uirum. Tertius potentiæ, qui ſcilicet incutitur à principe, magiſtratu, ſuperiore, &c. ſubditis. Quartus reuerentiæ, ut libertus habet erga patronum, filius erga patrem, uxor erga maritũ, &c. Quintus eſt perfidiæ, ut cũ aliquis mouetur ab alio, quia timet eius perfidiam.Zaſius in tit.Inſtit. de Act.§.Quadrupli.Sp.

METVS captioſus. l.item ſi.§.unde quidã. ff.Quod met.cauſ.Sp.

METVS cauſa abeſſe uidetur, qui iuſto timore mortis, uel cruciatu corporis conterritus abeſt.Autor Vlp.l.iij.ff. Ex quibus cauſ.maior.Sp.

METROCOMIAE, pagi maiores, qui paulum infrà urbis dignitatem ſunt. ut ſicut μητρόπολις, dicitur ciuitas matrix. hoc eſt, maior cæteris: ita etiam μητροκωμία, pagus cæteris maior, & caput aliarum uillarum.Alciat.in l. unica.C.Non licere habitator. metr. lib.xj.Bud. Metropolis dicitˀ urbs, ex qua coloniæ deductæ ſunt, quales multę Athenis, & ab urbe Roma.ſic enim ſe habet metropolis ad coloniã, ut mater ad filiam. Hinc Metropolitanus, qui ex metropoli ciuitate oriundus eſt: & Metropolites, metropolitanæ ciuitatis pontifex. Vide tit.de Metropoli Beryto.C.lib.xj.Sp.

MEVIO infanti alumno meo, quadraginta dari uolo: quæ à te Seia ſuſcipias: & uſuras eius quincunces in annum uſq; uiceſimum ætatis præſtes: eumq; ſuſcipias & tuearis. Vide Sceuolam in l.à filio.ff.de Alim.legat.Sp.

MEVM rectè nomino, in quo ius habeo. Sic ruſtici agrum quẽ colunt, ſuum eſſe dicunt. Accurſius autor, qui citat l.cum aliquis.C. de Iure deliberandi. traditq; in l.ij. de Orig. Iur. hæc uerba Pomponij: Non quia Papyrius de ſuo quicquã ibi adiecerit, ſed quòd leges ſine ordine latas, in unum cõpoſuit, facere pro compilatoribus rationum & gloſſarum, ut eius dicantur, qui compilet. quod Zaſius non improbat, ſi uerbum compilandi, eiusq; elegantiam intellexit.Sp.

MEVM. Vide Bart.in l.nuper.de Leg.iij.

MEVM eſſe, quod ex re mea ſupereſt, cuius uindicandi ius habeo, Celſus ait.l.ſolum.ff.de Rei uendicat.Sp.

MEVM id dicere poſſum, in quo mea utilitas conſiſtit. Vide Gloſſ.in l.prætor.ff. de Eden.

MEVM præualet noſtro.Gl.j.l.quoties.ff. de Adminiſtr. & pericul.tut.Sp.

MEVM quandoq; demonſtrat, quandoq; taxat, quandoque conditionem facit.l. nuper, de Legat.iij.Sp,

MEVM, & tuum, duo pronomina, ſi è medio tollerentur, homines quietiſſimè uiuerent, iuxta Senecam.

MEVM, tuum, ſuum, regulariter denotant non ſolum directum dominium, ſed etiam quaſi dominium. l. ſeruos autem ſuos. ff. de Legat. iij. l. Qu. Mutius. §. argento. ff. de Auro & arg. leg. Sp.

M I

MILES, ein Kriegsmann, barbarè pro equite aurato, id eſt, Ritter, uulgus accipit, qui Dritter olim dictus uidetur, ut alicubi Rhenan. demonſtrat, & Althamerus ſequitur. Sp.

MILES, ſi pagano, id eſt, non militi conferatur, dignior exiſtimabitur: ut docuit Bart. in l. j. §. nec caſtrenſe. de Coll. bon. quod & in doctorib. dicendum, qui & ipſi dignitatem largo modo habere dicuntur. c. quanto. de Magiſtrat. Propriè enim dignitates in iure noſtro ſunt, quę clariſſimatus, equitatus, perfectiſſimatus gradibus continentur, de quibus copioſe diſſerit Alciatus, oſtendens quantum hac in re aberratum à doctorib. hactenus ſit. Milites autem olim qui dicerētur, declarat Speculator in tit. de Procur. §. j. Et Accurſius in l. pen. ff. Ex quibus cauſ. maior. Hodie uerò, quanquā circa militarem obſeruantiam, multa nobis è manibus fœdiſſimè elapſa ſint, conuenit tamen communiter inter doctores, etiam milites noſtros priuilegia habere (quæ rectè placuit olim legislatoribus condonare illis) nō pauca. l. ſcimus. in princ. C. de Iur. deliber. ſi modò militiam exerceant. Ex Oldend. Sp.

MILES, tam caligatum, gregariumq́ peditem ſignificat, quàm equo militantē, & honoratum. Diſtinguitur autem à togato, & ut recentiores loquuntur, à pagano. Bud. in l. ult. de Senat.

MILES caligatus, cui caligis militaribus uti permiſſum erat. Tametſi pro Caligatis omne militum genus, à militari caliga, multi accipi contendunt, ut doctiſſ. Alexander Neapolitanus ſcribit lib. vj. Caliga uerò fuit calceamentum militare, quod ferreis clauis multiplicibus muniebatur. Quemadmodum ſuperiore anno, ſpectauiſſe ſe Argentorati in foro reliquiario Paulus Volzius narrauit, quarum una in ſolea cxxvj. clauos habebat: calcem uerò infernè muniebat ferrum ſemicirculare. Inde caliga pro militia dicta eſt. Vnde Auximi, quod eſt oppidum in Piceno, id eſt, Marchia, ut nūc loquūtur, in quodam ueteri Epitaphio legitur ſic: Omnibus officijs in caliga defuncto. Id quod Romæ in altero epitaphio ſic legitur, Omnibus expeditionibus defuncto. Inde etiam à militib. ioco uocatus fuit C. Caligula, per diminutionem, cum eſſet corpore uaſto, et ideo caligas haberet enormes. Vide Beroaldum apud Suet. Cæterùm caligæ à multis uocantur tibialia, uulgò Hoſen. Caligatorum meminit Imperator in Aut. Quib. mod. nat. Sp.

MILIARIENSES, nomiſmatis genus, quos permiſſum erat cōſulibus, ut in populum ſpargere poſſent. §. hocq́ ipſos ſpargere, in Nouell. de Conſul. Haloander uertit, in miliarenſibus, id eſt, in didrachmis. Eſt autem didrachmum numus, ut ait Bud. binas drachmas ualens. Vide eum lib. v. de Aſſe. Sp.

MILITES, in l. obſeruare. ff. de Offic. Proconſ. imperitè pro uiatoribus interpres accipit, qui æquè inſcitè illi milites iuſtitiæ ſunt. Nam Iureconſ. de Militib. ſentit, qui prouinciā tuebantur. Vnde nomē traxerint, Vlp. docet, in l. j. de Teſt. milit. Vide Liuium lib. ix. & Bartol. in l. j. C. de Dign. lib. xij. Sp.

MILITES omnes qui diſcedere à ſignis ſine periculo non poſſunt, reipub. cauſa abeſſe intelliguntur, ait Scæuola. l. pen. Ex quib. cauſ. maior. Sp.

MILITES limitanei. Quære, Stationarij milites.

MILITES literati, dicunt doctores & aduocati: tametſi ad eos militare priuilegiū de foro, nō pertineat. q eis turpè ſit, ius in q uerſant, ignorare. l. ij. §. Seruius aūt Sulp. ff. de Orig. iur. Eadē ratione neq militib. eccleſiaſticis, hoc eſt, clericis, cōpetit, ut eſt cōmunis & uera ſentētia doctorū. Nam clerici nō debēt ignorare literas, & iura ſcripta, imò rudes & indocti ad ordines nullo modo ſunt admittendi. ut Nouel. de Sanctiſſ. epiſc. §. clericos aūt nō aliter. c. fi. de Aetat. qual. Sp.

MILITES qui latrocinantur, Cæſ. Maximilian. Heckenreütter appellabat: ſicut milites ignominioſe miſſi, potius pœnis, quàm beneficijs afficiendi ſunt. ut probat l. milites. C. de Quæſt. Sp.

MILI-

MILITES, per quos aduerſus hoſtium iniurias & inſultus, publicus ſtatus conſeruatur, uarijs in iure noſtro epithetis deſignantur, Cincti ſcilicet, Sagati, Caligatiq́ dicti. de quib. copioſiſsime ſcribit Alex. cap.xxij.lib.vj. Genial. dier. Meminit item Valturius. Milites autē olim qui dicerentur, declarat Specul. in tit. de Procur. & Accurſ. in l. pen. ff. Ex quib. cauſ. maior. Hodie uerò quāquam circa militarem obſeruantiam multa nobis è manib. fœdiſsime lapſa ſint, ut uerißime dicit Oldend. conuenit tamen comuniter inter Doctores, etiam milites noſtros militaria priuilegia habere, quæ in corpore Iuris, ut aiunt, continentur, modò militiam exerceant. Sp.

MILITANDI appellatione latißime utitur Iuſtinian. Nunc etenim uocat militiam armatā, nunc metaphoricôs cœleſtem, aliàs literariā. Sic militiam Scriniorum uocat, in l. in ſacris ſcrinijs. in fin. C. de Prox. Sacr. Scrin. lib. xij. Eadem metaphora, militiam ſcholaſticam appellat, in l. hac Lege. C. de Priuileg. Schol. eod. lib. Sp.

MILITARES uiæ, id eſt, publicæ apud Paulum declarantur in l. ult. de Locis itiner. public. Sp.

MILITARIA delicta quæ ſint, recenſentur à Iureconſult. Tit. de Re milit. Sp.

MILITARI manu, quādo iudex uti debet, Vlp. demonſtrat in l. qui reſtituere. de Rei uendic. Sp.

MILITARITER, id eſt, more militum. Arrianus Imperator noſter reſcripſit & hos militariter eſſe puniendos in l. qui cum uno. ff. de Re milit. Sp.

MILITIA nō ad arma ſolum ſpectat, ſed & uniuerſitatem quoq́ deſignat. Hinc militia Aduocatorum Impp. Leonis & Anthemij conſtitutione: militia Palatina, pro omnibus qui in palatio, in Breuiario Theodoſij: militia literata, Cæſarū reſcriptis, in tit. de Prox. Sacr. Scrin. militia negotiatorum, Iuſtin. C. lib. viij. Vide Alc. lib. Prætermiſſ. primo. Sp.

MILITIA urbana, eſt eorum qui in foro uerſantur. Cic. pro Murena: Seruius hic nobiſcum hanc urbanam militiam reſpondendi, cauendi, ſcribendi, plenā ſtomachi, ac ſolicitudinis, ſecutus eſt: Ius Ciuile didicit, uigilauit, laborauit, præſtò multis fuit. Sp.

MILITIAE genera tria, uidelicet, ſacramentum, coniuratione, & euocationem, Seruius in octauo Aeneidos declarat. Et Bud. in Annot. ad l. j. Depoſiti. Sp.

MILITIAE imaginariæ genus, Cęſ. Claud. inſtituit: quod uocauit ſupernumerū, quo abſentes & titulotenus fungerent. Sic nunc in pleriſq́ collegijs eccleſiaſticis, Canonici ſupernumerarij nūcupantur, donec imagine poſita, Prębendam, ut uocant, ſunt conſecuti. Sp.

MILIVM, genus frugis, nomen à maxima numerorum ſumma, quæ eſt mille, nomen cepiſſe quidam putāt. teſte Feſto. Vlp. ad Leg. Aquil. Sed et ſi quis miliū, uel frumentum meum effuderit in flumen, ſufficit Aquiliæ actio.

MILIARIVM argenteū. in l. cum aurum & argentum. §. ſi cui eſcarium. ff. de Aur. & arg. Iureconſ. ait. Certè ſi cacabos argenteos habebat, uel miliarium argenteum, Bayfius annotat. Quod hic Pomponius miliarium uocat. Paul. in l. cum de lanionis, æneū appellat, quod ſupra focum pendet, in quo aqua ad potandū calefit: quo in loco ipſe putat legendū, Ahenum: idq́ autoritate Horatij cōprobat. ut & quod miliarium ſit uas ad parandum aquæ calidæ potum, ex Athenæo docet. Haloander noſter in iam citata l. pro æneo Ahenum legit.

MILLIARIVM, ſiue milliare, à mille paſſibus dictum eſt. Sunt autem mille paſſus, ſtadia viij. Stadium autē paſſus centum uigintiquinq́ habet, qui ſunt plus paulo pedes ſexcenti. Paſſus ſint quinq́ pedum. Leuca dictio eſt Gallica: cuius tamen Ammianus Marcell. meminit. Mille & quingētos etiam ipſa paſſus habet, ut Antonin. in Itinerario oſtendit: licet pleriſq́ in locis ſit amplior. Quia uerò milliarium lapidibus diſtingui ſolet, ſæpe dicimus, Ad uigeſimum lapidem, hoc eſt, ad uigeſimum miliare. Iuriſconſ. inquit, Vltra centeſimum miliarium ab Vrbe, tutelam ſuſcipere non coguntur. Spieg.

MIMI, non ioculatores, ſed effictores Latinè dicuntur, qui uel intra, uel extra ſcenam, geſticulationes exercent, imitanturq́ dicta, factaq́, mores'ue hominum, & naturas cum laſciuia: à μιμέομαι, quod ſignificat, imitor. Autor Diom. Vide ſuprà, Archimimi.

MINAE, id eſt, comminationes, & metus, incuſſiones per uerba, aut ſigna, non rarò iuſtum metum faciunt. De quo uide Bart. in l. j. §. quę onerãdę. in fin. Quar. rer. act. non dat. Sp.

MINERA. Hæc maiore cõſenſu, ſiue cõmuni, ut aiunt, opinione interpretum, in regalibus, terræq; fructibus numeratur. c. j. in uerbo, Argentariæ. in Vſib. Feud. l. diuortio. §. ſi uia. Solut. matr. l. iij. §. fin. cum ſeq. de Reb. eor. qui ſub tut. non alien. Sp.

MINAE eluſoriæ, pro uanis, apud Paul. in l. hæc autem. in princ. Si cui plus quàm per Falc. De huiuſmodi minis uide Iuriſc. in l. iij. iũcta Gloſſ. ff. Ex quib. cauſ. maior. Sp.

MINICVLATOR, corporiſta uulgò eſt, qui capitales literas ſcriptis libris minio aut rubrica præponit. Vlpian. de Operis libert. l. ut iuſiurandi. Si fortè, inquit, librarius, uel miniculator, uel calculator, &c. Nebriſſ.

MINIMA cauſa, quæ duûm aureorũ tantum eſt, quæ'ue iudiciales ſumptus ferre nõ poteſt. l. j. ff. de Dolo. ij. q. vij. anteriorũ. §. illud. Sed & quę decem libras auri non excedit, hoc nomine uenit. de qua in nouiſſimis Iuribus tractatur. Sp.

MINIME omnium, pro nullo modo. Minimè gentium enim dicebant ueteres, pro eo quod eſt, omnium gentium iudicio minimè faciendum eſſe. Feſtus autor. Interdum plus eſt quàm non, nempe in reſpõſione negatiua: id quod uulgò dicitur, abſit. Pro non, apud Iuriſcos. frequens eſt. Sp.

MINIMVM peculium habens, etiam peculiaris intelligitur. Caius ad fi. l. ſi quid uẽditor. de Aedil. edict. Aequè ſi quis, inquit, ſimpliciter dixerit peculiatũ eſſe ſeruum: ſufficit, ſi is uel minimũ habeat peculiũ. Aduerbialiter ſignificat, quod barbari dicunt, Ad minus. Sp.

MINISTER nudus, merus executor eſt, ut Bartol. docet in l. ſi quis Titio. de Legat. ij. Quamuis Iuriſcõſ. ſimpliciter miniſtrum legatario oppoſuiſſe uidetur. Quod minimè interpres animaduertit, qui'ue ſecuti ſunt eum. Vnde eis cùm hic, tum alibi, tot ſunt anxiè quæſitæ diſtinctiones, atq; ſubdiſtinctiones. Sp.

MINISTERIVM, pro omni ponitur operatione. ut in l. quod meo. ff. de Acq. poſſeſſ. Inde damnati in miniſteriũ metalli, in l. aut damnũ. ff. de Pœn. Interdũ pro ipſis miniſtris accipitur. Paul. Vrbica miniſteria dicimus etiam, quæ extra urbem nobis miniſtrare conſueuerunt. Sic in l. ij. de Ser. fug. l. in eadem. Ex quibus cauſ. maior. & ſim. Sp.

MINISTRATORES, propriè dicũtur, qui patrifamilias in menſa miniſtrãt. A' manibus ducto nomine. Alc. de Verb. ſig. Cœnantibus apud Angliam Prælatis ac Baronib. miniſtratores flexis genibus officium ſuum faciunt, teſte Aen. Syluio. qui nec Imperatori, nec regi tantum adulationis à noſtris impẽdi, prandereq; prãdente domino, famulos, duobus, tribus'ue, qui uel uina, uel cibos apponant, expectantibus, per contentionẽ Ant. Panormitæ oſtẽdit cap. xxxiiij. lib. ij. Comm. in dicta & facta Alphonſi regis. Sp.

MINOR circumſcriptus in uenditione. l. non ſolũ. §. eſt & caſus. ff. de Procur. Sp.

MINOR magiſtratus quis dicatur, uide l. nec magiſtratibus. ff. de Iniur.

MINORE quàm uigintiquinq; annorum natu, in l. iij. ff. de Minorib.

MINOR tempore. C. de Iur. dot. l. ſi reb.

MINOR uiginti annorum, pro nondũ natus xx. ãnos, & correlatiuè maior uiginti annorũ, id eſt, plures annos xx. natus. Lancil. cap. vj. lib. vij. de Reb. non uulgarib. Vlp. ſub fin. l. j. de Manumiſ. Iam autem, inquit, minor non eſt, qui diem ſupremum agit anni uiceſimi. Sp.

MINORES dicuntur, qui nondum annũ uigeſimum quintum exceſſerunt.

MINORES ſummæ pecuniarũ quæ ſint, docet Iuriſconſ. in l. j. C. de Defenſorib. ciuitat. Quo loco Solidi, pro aureis non aliter accipiuntur, quàm in §. ult. Inſtit. de Pœn. tem. litig. Alio modo intelligẽdus eſt Solidus in l. ſi libertus. ff. de In ius uoc. Quære infrà, Solidus. Sp.

MINORIS empturum me fuiſſe. Vide, Quanto minoris.

MINTVRNENSES. Ariſto. apud Vlp. ff. Si ſer. uindic. dicit eum, qui tabernam caſeariam à Minturnenſib. cõduxit, ad ſuperiora prohiberi poſſe fumũ immittere. Minturnę oppidum in Campania, habẽs propinquas paludes, in quib. Marius delituit, fugiẽs perſecutionẽ Syllæ. nũc Taietum caſtellum eſſe dicunt. Sp.

MINVS quod eſt in dubio aſſumendum. l. qui concubinam. §. cum ita j. ff. de Legat. iij. Sp.

MINVS, uim comparatiui non ſemper retinet: unde quod non recepi, rectè dixero minus recepiſſe: & minus tribuere uidetur, qui nihil tribuit. l. illud. §. j. ff. de Tribut. Minus poſitiuo adiunctum, cõtrariæ ſignificationis, comparatiuum demõſtrat. ut minus ſtultus, id eſt, prudentior. Spieg.

MINVS ſcriptum, & plus dictum. C. de Teſt. & quemadmod. ord.

MINVS malum, quod iniquitatis minimum habet, ac in ratione boni computatur, intelligimus. Vide Salomon. in l. Gallus. Sp.

MINVSCVLA. Lege, Legitima.

MINVTA alimenta Vlpian. interpretatur eſſe decem aureorũ annuorum. in l. iij. §. quamuis. Si cui plus quàm per Leg. Falcid. Sp.

MINVTATIM, id eſt, per minutas partes non ſunt alimẽta legata præſtanda. l. iij. ff. de Aliment. & cib. leg. cum ſim. quæ Alberic. citat. Sp.

MINVTAE pecuniæ. l. ſi plures. §. j. ff. de Pactis.

MINVTVM. Lege, Momenta.

MIRABILEM partum Imp. appellat, qui à maiore quinquaginta annorũ editur. l. ſi maior. C. de Legit. hæred. Sp.

MIRIONES appellauit antiquitas, qui ob oris diſtorti deformitatem, admirationi forent. Sp.

MISCERE, & confundere, quo differãt, explicat Gloſſ. in l. idem Pomponius. §. ſi plumbum. ff. de Rei uend. Sp.

MISERABILIVM perſonarũ nomine, etiam ſi opulenti ſint, propter fortunæ iniuriam, ueniunt perpetuo morbo detenti, ſenes, ualetudinarij, furioſi, mentecapti, uiduæ, pupilli, orphani, & quæ perſonæ his debẽt cenſeri ſimiles: quod relinquitur arbitrio iudicis. ex ſententia Bart. in l. j. C. Quan. Imp. int. pupill. & uid. c. ex tenore. de For. compet. Aegroti autem, quorũ hic fit mentio, accipiuntur, qui morbo graui ſunt adfecti, ꝓpter quẽ cuilibet rei agẽdę ſunt impares. l. ij. §. ſi quis in iudicio. ff. Si quis caut. l. morbus. de Verb. ſignificat. Sp.

MISERATIO, ſignificatio miſericordiæ qua ex alicuius infœlicitate mouemur. Triphoninus: Niſi quatenus interdum miſeratio ætatis ad mediocrem pœnam iudicem produxerit. l. auxilium. §. In delictis. ff. de Minorib. Sp.

MISERICORDIA, eſt ægritudo cordis, ex miſeria alterius, iniuria laborãtis: uulgò compaſſio dicitur. Lege Cicer. iiij. Tuſcul. & Senec. ij. de Clementia. Sp.

MISERICORDIAE cauſa dare, apud Paul. in l. ſi quis. ff. de Calumniat. Sp.

MISERICORDIA ductus feci. Lege §. idem Labeo quærit. l. & eleganter. ff. de Dolo. Sp.

MISERVM eſſe Donatus dicit, qui prematur calamitate, qua indignus ſit. Itaq; nocens, ſceleratusq; uerè miſer nõ eſt, quomodo uulgò dicitur, cũ calamitate premitur: tametſi natura nobis inſitum eſt, ut eorundem atrocioribus ſupplicijs illacrymemus. Sp.

MISOCALVS, Græcè μισόκαλος, oſor honeſti dicitur, atq; is, qui omnem literarũ elegantiam, nitoremq; dicendi peroſus, ab omnibus doctrinis humaniorib. abhorrens, ruſticus, inuenuſtus, illepidus, & hircoſus eſt. Is inquam, qui & Iuris decorum aſpernatur, ſua barbarie contentus. Bud. in l. j. de Iuſt. & iur.

MISSAE uocabulum, pro ſacro piaculari. in Dictionario Alberici, ceu Græcum, falſò interpellatio, exponitur. Hoc autẽ ut barbarum, nonnulli etiam, magnum nomen in bonis literis conſecuti, reijciunt: licet alijs quibuſdam uiris, impenſe item doctis, maximè autem Reuchlino noſtro, uiſum eſt Hebræum: tamen certum eſt, à mittendo miſſam dictã pro miſſione. ſicut remiſſam pro remiſſione apud Tertullianum & Cyprianum legimus. In ſacro, quod Miſſa uocatur, duplex quondã fuit miſſio, hoc eſt, dimiſſio. Nam mittere, & miſſum facere, pro dimittere legiť apud idoneos autores: ſicut miſſio pro dimiſſione: cuius apud ueteres Iuriſcoſſ. mox ut dicemus, plura genera exiſtunt. Erant autem huius ſacri duę partes: quod doctiſſimi uiri Volzius, & Rhenanus ante me, & primi, q̃d ego ſciam, monuerunt. Prior fuit, ab Introitu uſq; ad Offertorium incluſiuè: in qua fiebat confeſſio, cantio, lectio, interpretatio, increpatio, adhortatio, oratio, oblatio. Quibus conſummatis, Diaconus ex more, ac edito loco, ſublata

uoce clamabat: Si quis non communi-
cat,det locum.teſte diuo Gregorio Dia
log.lib.ij.cap.xxiij.uel ut Iſidorus, Vuil
helmus Durandus in Ration.lib.vj ſcri
pſere. Si quis eſt Catechumenus, exeat
foràs. Tum enim dimittebantur & Ca-
techumeni,et qui alioqui uel ſuo uel ec-
cleſiæ iudicio, communione corporis
Chriſti cenſebantur indigni. Indeq; uo
cata eſt hæc prior huius ſacri pars, miſ-
ſa Catechumenorum. In altera parte hu
ius ſacri,fiebat panis fractio,corporis &
ſanguinis Chriſti communio, Agape,
Euchariſtia, ſiue gratiarum actio. Qui-
bus exactis,iã altera fiebat miſsio,quan
do fideles Chriſtiani (qui ſoli norunt,
ut diuus Auguſtin.ait,quid ſit edere cor
pus Chriſti, & ſanguinem eius bibere)
quoq; dimittebantur, iterum clamante
Diacono,Ite, Miſsa eſt,ſcilicet eccleſia,
quæ eſt Fidelium congregatio, quam
& Latinè Collectam, & Græcè Syna-
xim uocarunt. Et ab hac miſſione dicta
eſt hęc ultima ſacri pars miſsa fidelium:
quòd fideles mitterentur ad ſua quiſq;
negotia priuata. In ſacris quoque gen-
tium non admodum diſſimiliter ageba
tur. Nam ſacrificus rem diuinã facturus,
dicebat, τίς τῇδε, id eſt, Quis hic? Qui
aderant,reſpondebant, πολλοὶ κἀγαθοί,id
eſt,multi & boni. Hęc uerò dicebantur,
ut ſi quis eſſet ſibi conſcius admiſſi pia-
culi,à myſterijs diſcederet. Peracta ue-
rò re diuina, conuerſus ad plebem ſacer
dos, aiebat, λαοῖς ἄφεσις, id eſt,populis
miſſio. ut eſt apud Apuleiũ lib.xj. Hunc
locũ & reſtituit nobis Beroaldus, & do
ctè enarrauit, Vis,inquiens,exemplum
ſimile? Proximũ habes. Nam quotidie
in myſterijs noſtris ſolet ſacerdos poſt
peracta ſolennia dicere,Ite,miſſa eſt. Vt
aũt hoc ſacrũ ſit Miſſa uocata,longa die
factũ eſt, denominatione deducta à fi-
ne,ubi dictũ eſt,Ite,miſſa eſt. Siquidem
à fine plerunq; denominationem fieri,
nemo doctus ignorat. Priſci enim,teſte
Rhenano, Dominica ſolennia ſacrifi-
ciumq; uocitarunt, propter geminam il
lã miſſam, hoc eſt, miſſionẽ, ſiue dimiſ-
ſionem populi in eodẽ ſacro,factũ eſt ut
ſolennia miſſarũ dicant ueteres plurati-
ue de uno & eodẽ ſacrificio loquentes.
B. Gregor.lib.Dialog.iij.cap.iij. Proti-
nus,inquit, uenerandus uir orationi in-
cubuit, & miſſarum ſolẽnia exorſus eſt,
ſacrificiũ in conſpectu Dei omnipoten-
tis immolauit. Item alijs in locis,quæ re-
citare lõgum eſſet. Idem etiam & poſte-
riores factitarũt et antiquiores. Seuerus
Sulpitius in uita diui Martini lib.ij. De-
inde,inquit,paulo pòſt Archidiaconus
ingreſſus admonet pro cõſuetudine po
pulum in eccleſia expectare,illum ad a-
genda miſſarum ſolennia debere proce
dere: ubi clarè uides eum de una Litur-
gia loqui. Georg. Vicelius in typo pri-
oris eccleſiæ,quo exprimit quanti Chri
ſtum faciat,Euchariſtiã ab Ignatio mar-
tyre uocatã innuit Miſsã, epiſt.ad Smir
nenſ.vj. Sic enim illic legit: Propterea
nõ licet ſine epiſcopo,neq; offerre,neq;
miſſas celebrare. At cum Ignatius (ut
Rhenanus in alia quadam ad eundem
Volzium epiſt. ſcribit) Gręcè ſcripſerit,
ueriſimile eſt,Latinum interpretem ex-
ponere ea,quæ præcedunt. Offerre ſcili
licet,& ſacrificium immolare. Nam Li-
turgias pauci intellexiſſent. Confirma-
ta eſt autẽ miſſæ denominatio per ſacri
huius uulgationẽ,quando ſine delectu,
illotiſq; manibus,ſacris initiati ſunt. O'
ſi non ad quæſtũ etiam, quilibet uſq; ad
nauſeã,& contemptũ:quem remp. Chri
ſtianam,in ſummũ diſcrimen quandoq;
adducturũ, ſæpenumero prædixerat Ia-
cobus Banniſſius,patronus noſter:quo
noſtro æuo omnino neq; uir experien-
tior, nec incorruptior quiſquã in aula,
nec Rom.eccleſiæ ſtudioſior, atq; addi-
ctior fuit, priuſq; etiam Lutheri nomen
adiret. Atq; ita ex arcano myſterio, na-
ta eſt,quam hodieq; uidere licet, uulga-
ris illa miſſa ſacrificiorum, cuius filia eſt
miſſa illa mercatorũ. Sic enim uocantur
uulgò nundinæ, emporeumata, merca-
tus,negotiationes: quæ ferè in templo-
rum dedicationũ anniuerſarijs, aut ſan-
ctorum natalitijs habentur. Et planè du
bium eſt, Volzius ait,utrius miſſę nego
tiatio lucroſior, aut abuſus dãnabilior.
Vt uerò digreſſi paululũ redeamus, q̃d
dimittitur, ceu finitũ atq; completũ eſt:
idcirco maiores noſtri ſubinde miſſam
eſſe, pro finire, & miſſam, pro fine, ſeu
cõpletione uſurparũt. Ita Io. Caſſ.lib.iij.
cap.viij. de eo,qui ad orationem tardius
occurrit, Si congregationis,inquit,miſ-
ſam ſtans pro foribus præſtolabat. Et
cap.viij.

cap.viij. Vt contenti, ait, ſomno, qui nobis poſt Vigiliarũ miſſam, uſq; ad lucis indulget aduentum. Et paulo inferius, Niſi, inquit, poſt Vigiliarũ miſſam, ſomni quantumcunq; guſtarit, &c. Sanctus quoq; Benedictus in regula ſua, quod de publ. precib. dicit cap. ix. finiantur, et cap. xij. xiij. completũ eſt, hoc cap. xvij. ſemel dicit, Miſſæ ſint: & bis, Fiant miſſæ. Ex quo luculenter oſtenditur, quòd miſſum eſſe, uel fieri, pro finitũ atq; completum eſſe, uel fieri intellexerunt. Et ita fortè quidã acceperũt, quod dictũ erat, Ite, miſſa eſt: id eſt, finita, completa. Inde & Complenda dicta uideri poteſt. Sp.

MISSI qui ſunt ad gratulandum principi, reipub. cauſa abeſſe dicuntur, teſte Paulo in l. qui mittuntur. ff. Ex quib. cauſ. maior. Sp.

MISSOS pro uocatis in l. ult. ff. de Muner. Accurſius intellexit, cum Budæo teſte, ſignificet tranſmiſſos & præteritos. Sp.

MISSIONIS, pro dimiſsione, in iure noſtro multa ſunt genera. Eſt enim honeſta, quæ meritis ſtipendijs ab Imperatore indulgetur. Et cauſaria, quæ propter ualetudinem à laboribus militiæ ſoluit. Vnde cauſarij milites. Eſt ignominioſa, cum quis propter delictum ſacramento ſoluitur. Eſt cum quis euitandorum munerum cauſa, militiam ſubijſſet. autores Vlp. in l. ij. de his qui not. infam. & Martianus in l. milites. §. miſsionum. de Re milit. Sp.

MISSILIA, à mittẽdo, dicimus uariarum rerum donaria, quæ Impp. atque olim Coss. liberalitatis gratia, idq; in perpetuam rei memoriam, populo colligenda ſpargere ſolebãt. Hæc habentur pro derelicto, fiunt´que occupantis. §. hoc amplius. Inſtit. de Rer. diuiſ. Cal. Decemb. Domitianum legimus, ſub noctem iuſſiſſe ſpargi omnis generis miſsilia in populum. Porrò, miſsilia pro telis quæ in hoſtem emittantur, ſciunt omnes. Vide Rhodigin. cap. vj. lib. xiiij. Sp.

MISTIM. Vlp. l. ſi mulieri. ff. de Vſufru. ad creſcen. Quid ſi, ait, miſtim fuerint liberi & extranei hæredes. Sp.

MITRAS abſq; h, Vlp. in muliebribus ueſtimentis numerat, quib. uir non facile uti poteſt ſine uituperatione. Sp.

MITTERE ex primo decreto in poſſeſſionem prætor dicitur, quũ quempiam in poſſeſsionem ducit rei cuſtodiendæ cauſa. Vbi autem iuſſerit ex ſecundo decreto poſsidere, iam ſunt ueri poſſeſſores appellandi. Zaſius noſter ſingulariter docuit, Non tantũ cum ius noſtrum miſſos in poſſeſsionẽ ſimpliciter nominat, eos intelligi, qui ex primo decreto miſsi ſunt, ut fuit cõmunis doctorũ ſententia: ſed & hos, qui ſecundum decretũ obtinuerunt, in poſſeſsionem ſimpliciter eſſe miſſos, dici debere. Atq; ita hæc uerba, Mitti in poſſeſsionem, pro ſubiecta materia ad utrumq; decretum referri poſſe. Sp.

MITTERE in conſilium, eſt dimittere iudices ad ſententiam dicendam, id eſt, cogere eos, inter ſe uota conferre, Salomonio exponente. Idem ſcribit, hoc in ſacro apoſtolico conſiſtorio (uulgus iudicium Rotæ uocat) etiamnum obſeruari. Decanus enim (ut ait) auditus omnibus cauſæ argumẽtis, collegas cogit ire in conſilium ad ſententias cõferendas. Cætera apud eum uide in l. mandata iuriſdictione. ff. de Offic. eius cui mandat. Bud. in l. ij. de Orig. iur. dicit, Mittere in conſilium, eſſe perinde ac ſi Græcè dixeris ὑποβάλλειν τὴν ψῆφον. hoc eſt, cenſendi poteſtatem facere, & calculum proponere, calculum porrigere, & iudicandi facultatem permittere: uulgò, Zů recht ſprechen/vrteyl geben. Sp.

MITTERE plenam opinionem, pro eo quod uulgò dicitur, totalem facere informationem. apud Vlp. in l. inter pœnas. de Interdict. & relegat. Sp.

MIXTVM eſt, quod diuerſorũ naturam capit. l. cum ſeruus. de Cond. & demonſtrat. Sp.

MIXTVM imperium, eſt, cui etiam iuriſdictio ineſt. quod in dãda bonorũ poſſeſsione conſiſtit, & in iudicis danda licentia. Alc. in Parer. lib. ij. cap. viij. Zaſius, doct. & Bart. ſuam diſtinctionẽ relinquens, per tres gradus mixtum imperium diſtinguit. Magnum, quod in officio nobili conſiſtit: plenã tamen cauſæ cognitionẽ exigens, realemq; uel perſonalem coercionem. l. nec quicquã. §. ubi decretum. ff. de Of. Proconſ. Mediocre, quod abſq; reali coercione, plenam cauſæ cognitionẽ exigit. Paruum, in ijs conſiſtit, quæ officio iudicis, itidem nobili, cum ſummaria aliquando cognitione

explicantur. Exempla pete ex lectione eius perquàm luculenta, in l. cui iuriſdictio data eſt. ff. de Iuriſdict. Sp.

M N A Græci, Latini Minam uocant. Hæc uaria admodum eſt, ut latè explicat doctiſſ. uir Georgius Agric. Apud Græcos idem eſt, quod libra, & pondo apud Romanos: hæc centum drachmas continebat, hoc eſt, centum denarios Romanos, ſeu quadringentos ſeſtertios. Mina igitur decem aureos coronatos ualuit, & drachma tres ſolidos Turoneos, & ſemiſſem, quanti ſcilicet denarius Romanus æſtimatur à doctis, qui de hac re ſcripſerunt, hoc eſt, quaterni nummi. Ex Budæo. Spieg.

M N AE A, ſeruitus quæ ſit, indicat Rhodigin. lib. xiij. cap. xlix.

M O B I L I A, licet paſſiuam ſignificationẽ reſpiciant, ſicut mouentia actiuam, tamen pro eodem accipiuntur. niſi aliter de mente conſtet. l. mouentiũ. de Verb. ſig. Celſus in l. ſi chorus, de Leg. iij. ait, his uerbis: Quæ ibi mobilia mea erunt, do, lego. nummos ibi repoſitos ut mutui darentur, non eſſe legatos. At Proculus ait eos, quos præſidij cauſa repoſitos haberet, legato contineri: & ſæpe audiuiſſe ruſticos ſenes ita dicentes, pecuniam ſine peculio fragilem eſſe: peculium appellantes, quod præſidij cauſſa ſeponeretur. Sp.

M O B I L I S homo, Conſtanti opponitur. Inde mobili animo eſſe, pro leui & inconſtanti accipimus. Cuiuſmodi ſolet eſſe uulgi. Proinde rectè uocantur à nobis, meliore loco nati, Die Veſten, ceu à uulgi leuitate alieni. Sp.

MOBILIVM nomine annui reditus breui tẽpore duraturi ueniũt. Contrà, qui perpetuò debentur, immobilibus æquiparantur. Quod Alciatus ita intelligendũ putat: Vt ſi dies ceſſit, incipiantq; iam deberi, mobilibus æquiparentur. Nam cum actio inde competat, uidetur res ipſa haberi: alioquin immobilium potius ſimilitudinem in eis approbat. Idem animaduertendũ monuit, quòd ex ſententia Pauli. l. ſi chorus. de Leg. iij mobilib. legatis, aurum uel argentum non debetur, niſi de his quoque manifeſtè ſenſiſſe teſtatorem, poſſit oſtendi. Sp.

M O D E R A M E N inculpatę tutelę, ut uulgò dicitur, tunc fieri intelligitur, quando aliter ſe quis defendere, aut periculũ rerum ſuarum effugere non poteſt. Quę defenſio uſqueadeò permiſſa eſt, ut is qui uim inferre non ueretur, etiam impunè occidi poterit, ſi nulla alia ratione fugæ ſit locus. Spieg.

M O D E R A T A caſtigatio, hoc eſt, correctio, emendatio, extra ſæuitiam, cõceſſa eſt patrifamilias. l. reſpiciẽdum. §. furta. ff. de Pœnis docẽti leuis caſtigatio permittitur. l. ſed & ſi quemcunq; in fin. et l. ſeq. ff. ad Leg. Aquil. Adde l. iij. C. de Patr. poteſt. l. cum oporter. §. nõ autem. C. de Bon. quæ liber. l. j. C. de Emendat. propinq. Sp.

M O D E R A T A M æſtimationem facere, apud Vlpian. in princ. l. ex damni. ff. de Damn. infect.

M O D E R A T A tutela. qui uim auertit moderata tutela, non admittit iniuriã: quoniam uim ui repellere iure licet. uulgat. ll. ut uim. ff. de Iuſt. & iur. & ſciendum. §. qui cum aliter. ff. ad Leg. Aquil. Sp.

M O D E R A T I O N E M, temperantiam, modeſtiam Græci, ut lego alicubi obſeruatum, unius uerbi enunciatione comprehendunt, quæ eſt σωφροσύνη. Hac uoce libentius utuntur, ut uideo, recentiores noſtri interpretes, pro ea quam ueteres uſurparũt, limitatione, à qua nec Zaſius noſter abſtinuit: ut pleraq; alia prorſus barbara, tantum uſui tribuens, retinuit. Sp.

M O D E R A T I O N I S eſt, temperare modos in factis, & dictis, & cæteris talibus, quæ agendi officio utuntur. arg. l. fin. §. j. ff. de Bonis damnat. ut ab Alberico citatur. Sp.

M O D E R A T O R, modò rector, modò gubernator, modò arbiter apud Impp. in Conſtitutionib. accipitur. Sp.

M O D E R A T V M ſpaciũ à iudice ſtatuendum. l. de Die ponenda. ff. Qui ſatiſdar. cogant. Sp.

M O D E R N V S, reproba uox eſt. At idoneæ in eandem ſignificationem Neotericus, Nouellus, Hodiernus, noſtri temporis, uel tempeſtatis Pontifex, Cæſar, Pręſul, &c. dicitur. Inſulanus.

M O D E S T I A M omnium eſſe: clementiã ad eos potiſsimum, qui cæteris poteſtate præſtant, pertinere, Alber. rectè monuit, citans l. in ipſius. C. Famil. erciſc. Eſt aũt modeſtia, uirtus docens omnib. in re-

in rebus temperamentũ modumq́ ſeruare. Vide Camertem in Tab. Cebet. Sp.

MODIALE uas dicimus, quod modij habet menſuram. Eſt autem modius arido rum maxima mẽſura, duos ſemodios, id eſt ſedecim ſextarios cõtinens: quod ipſius ſemodij uox ſatis indicat. Dictus, enim eſt ſemodius, à ſemis, & modius, quaſi ſemimodius, eliſa ſyllaba una: quod etiã in ſemuncia fieri uidemus, ex Geor. Agricola. Obſeruatum & neut. genere dici Modium. Sp.

MODICA caſtigatio. Vide l. ſed & ſicuti. ff. de Vſufructu. Sp.

MODICA refectio ad fructuariũ pertinet. uide l. uſufructu leg. ff. de Vſufructu.

MODICA ſumma in Iure, quandocunq́ duo aurei accipiuntur. l. idem. ff. de Dolo. Quandoq́ quarta pars eius de quo agitur. l. ſi quis in ſuo. j. ff. de Inoff. teſt. Quandoque quod intra ſextam eſt. l. ſocietatem. §. arbitrorũ. ff. Pro ſocio. Quandoq́ quod minus centũ aureis eſt. Quãdoq́ quod x. libras nõ excedit. l. ſed & ſi. §. j. de Iudic. Sp.

MODICAM ſummam item accipimus, quam ex qualitate perſonarũ ius dicentis religio conſtituit. Nam & pauperi uiro maximum erit, quod locupleti & aſſiduo modicum. l. legitimos. ff. de Legit. tut. Vide Bart. in l. ſed & ſi ſuſceperit. §. j. in fin. ff. de Iud. Sp.

MODICE, nõ ſemper à pauco, ſed à modo quandoq́ deducitur: ut modeſtiam deſignet, quæ inter parum, & nimium uerſatur, non paucitatem. Hinc modice facere, id eſt, cum modo, æquo, & pari. Vide Gellium lib. xij. cap. xiij.

MODICO honoris gratia poſſeſſori dato. uide Vlpian. l. item ſi. §. itẽ ſi fortè. ff. de Rei uend. Sp.

MODICVM propriè dicimus, non cui aliquid ſit imminutum, ſed quod nõ excedat modum, modeſtumq́ eſt, & temperatum. Sp.

MODICVM tempus ex anno utili habere. l. interdum. ff. de Minor. Sp.

MODICVM tempus. Vide ſcholium ſuper eiſdem uerbis in §. ſi uxor. in l. ſi conſtante. ff. Solut. matrim. & infrà, Tempus modicum.

MODIOLVS, interdum eſt uaſculum ad hauriendam aquam ex puteo, aut lacu, aut flumine. ut in l. damni infecti. ij. ff. de Damn. infect. Sunt enim, qui pro modulorum, inibi modiolorum legendum putant. Interdum uas potui paratũ, non tamen poculum, ut inquit Scæuola in l. Seiæ. de Aur. & arg. leg. Sp.

MODIVS, denominari uidetur à modo: quòd inter cætera non raró menſurã ſignificat. Inde moduli uocantur illæ particulæ, ad quas opus totum dimetiuntur architecti. Paulus in l. non ſolum. de Oper. nou. nun. Sed ut probari poſſit, quid poſtea ædificatum ſit, modulos ſumere debet is qui nunciat. Spieg.

MODVLI aquarij, ut Budæus indicat, à Principibus impetrabantur, quibus priuatis licebat aquã publicam in priuata loca ducere è caſtellis aquæductuum: citatq́ Vlpian. in l. damni infecti. ij. Vnde apparet, eum probare lectionẽ priorem, quam nec Haloander mutauit. Sp.

MODO meo, id eſt ut uolo, Donat.

MODVS, per particulam, ut. Conditio, per ſi. Cauſa, per quid, uel quoniam. Vide Alber. in Rubr. C. de His quæ ſub modo. & Bart. in l. quibus dieb. §. fin. ff. de Condit. & demonſtr. Sp.

MODVS dictus eſt in emptione. l. ij. ff. de Action. empt.

MODVS honeſtus ſeruandus eſt, non immoderata cuiuſq́ luxuria ſubſequẽda. Vlpian. eleganter dixit in l. ex damni. in prin. de Dam. infec. Sp.

MODVM mutare. ff. Tranſac. l. cum hi. §. penult.

MODVS, propriè rationem ſignificat, id eſt menſuram, ſiue formam. Ratio uerò iubet, ne quid nimis, ſed omnia cum moderamine fiant. Proinde modus qui finem exceſſit, ut conſiſtat, ad modum reducendus eſt. per. l. placuit. ff. de Vſur. & not. ibi. Alberic. & modus, & modulus plerumq́ pro menſura accipitur. Vnde apud Iuriſcoſs. tit. eſt: Si menſor falſum modũ dixerit. Paul. de Dam. infect. l. damni. ij. §. unde Labeo. Eum, inquit, qui modulorum, aut riui faciendi cauſa opus faceret, etiã ſatis debere, quia in alieno ſolo faceret. Spieg.

MODVS agri, certa definitio, ſeu mẽſura agri, qua tot iugerũ eſſe intelligitur. Sp.

MOLA aſinaria, ſupplicij genus peculiare Palæſtinis, ut indicat Hieronymus, quod ob enormia crimina ſolet exigi, ut apud nos rotæ ſuppliciũ. Seruator

noſter apud Luc.cap.xviij.ex atrocitate pœnæ craſſo populo demonſtrat culpæ magnitudinē, quū ait: Expedit ei, ut ſuſpendatū mola aſinaria in collū eius. Sp.

MOLAE multiplices ſunt, puta manuariæ ſeu manuales, quæ manu uerſanť. Truſatiles, iumentariæ, aſinariæ, & aquariæ. Iabolen. de Fun. inſtr. l. dolia. Molas, inquit, manuarias ſupellectilis, iumentarias aūt inſtrumēti eſſe. Offilius ait, Molas aquarias, hoc eſt, aqua uerſatiles, ante Iuſtiniani tempora fuiſſe, nondum legi. Is enim in tit. de Aquæduc. l. decernimus. molæ aquariæ meminit. Nebriſſ. Quod molis caret, non eſt molendinū, Bald. ait in c. j. §. ſi quid. de Cont. inter. dom. & uaſ. de Inueſt. Sp.

MOLES, dicuntur etiā ſtructuræ, quę fiūt ad arcendum fluctus. Vlp. in l. j. de Impenſ. in re dot. fact. Inter neceſſarias impenſas eſſe, Labeo ait, moles in mare, uel flumen proiectas.

MOLENDINARIVS, non molitorem, ſed quod ad molendinū pertinet ſignificat. Paulus, aſinam molendinariā, et molam negat ea appellatione contineri. Sp.

MOLETRINA, à molendo, piſtrinū olim dicebatur, quo tempore tundebantur frumenta, non aūt molebantur. Seruius enim nobilis grāmaticus autor eſt, apud priſcos molarum uſum non fuiſſe. Aquariarum aūt molarum loca, quibus Itali in Pado, ut Bartol. indicat, nos in Rheno, Danubioq́ꝫ, ac alijs noſtris, ut & Galli in ſuis fluminibus utimur, moletrinas appellari poſſe, Budæus ex Nonio colligit. Sp.

MOLESTARI. Modeſtinus: Ab Aurelio Sempronio fratre meo neminē moleſtari uolo: hoc eſt, alicui grauem eſſe, ſeu exhibere alicui moleſtiam. ut Cicero ad Attic. dixit. Vide l. illud. & not. ff. de Tribut. Sp.

MOLESTVS, qui alicui grauis eſt, nec ſinit eum quieſcere. in Aut. de Fideiuſſ. in princ. Porrò quæ moleſta ſunt, rectè per pactū excipiuntur. l. ſi quis ſub hoc. ff. de Contrah. empt. Sp.

MOLITOR, qui aliquid ſtruit, conatur, et machinatur.

MOLITORES, rerum nouarum.

MOLIRI, propriè eſſe uolunt, quid cum difficultate conari, operari, uel facere, ſiue ingenio, ſiue corpore. Macer tamē in l. diuus. ff. de Off. præſid. pro perpetrare uſurpaſſe uidetur. Item, moliri, eſt moles ad ædificium aliquod coaptare. Vlpian. l. j. de Nou. oper. nunc. Qui fortè in publico, uel in priuato quid molitur. Inde molitio, ipſe apparatus ædificandi. ut infrà eo. tit. l. ſtipulatio. Molitio, inquit, non impeditur. Demoliri uerò, diruere: & Demolitio, dirutio, oppoſita ſunt. Nebriſſ.

MOLLI brachio, & leui brachio. Cum tacite innuimus leui attingere articulo, ut Quintil. ait, non diligentem operā præſtare, molli uel leui brachio, id facere dicimus.

MOLLEM animum, in l. fin. C. de Compenſ. Imp. eleganter oppoſuit ſeuero & forti. Quamuis apud Ciceronem mollis animus, pro facili & tractabili lib. ij. Epiſt. ad Att. in bonā partē legatur. Sp.

MOMENTA decem, punctum conficere, & quatuor puncta horā, Accurſius putat. Latini tamen autores momentū ſimpliciter accipiunt pro breui tempore, ſicut & punctum. Alciat. citat Horat. & Terent. Cæterùm minutis ſexaginta cōſtare horā, receptū eſt. Boethius, ut ab Alciato citatur, lib. Geomet. ult. pūcto minus eſſe minutum, rurſus minuto momentum, autor eſt. Sp.

MOMENTARIAM uitam, pro breui: & momentarium maritum, in eundem ſenſum Apuleius dixit. Sic momentarium uenenum intelligendum, quod ſtatim interficeret: & momentariam ſalutem, quantulamcunq́ꝫ. Ex quarto comment. Catanæi. Sic

MOMENTARIA, ſeu momentanea, ut uulgò dicitur, poſſeſſio, pro ea quæ breui ſpacio retenta eſt, accipitur. de qua Imp. in tit. ſi de moment. poſſeſſ. fuerit appell. Sp.

MOMENTO fieri, in iure noſtro intelligitur, quod nullo extraneo actu interueniente fit. Ex Alciato. Sp.

MOMENTVM, ſignificat exiguam quādam mutationē, & penè indiuiſibilem, quod Gręci Atomon uocant. Ita quodcunq́ꝫ minimum poteſt appellari. Sic apud Venuleiū, in l. continuus. de Verb. obl. accipiendum: & non, ut interpretati ſunt doctores, contra uocis ipſius Latinam ſignificationem, pro occupatione naturaliter neceſſaria: ueluti in ægrotis,

tis, dum catapotia, medicamentum'ue huiuſmodi aſſumunt, dum excremento rum cauſa ſecedunt, & ſi qua ſimilia. Sp.

MOMENTVM etiã iuxta eum modũ dicitur, quo multi dicunt, Res parui momenti, magni momenti, id eſt, quæ magnum pondus & uim habet. Vide quæ not. in l. j. C. de Nouat. & l. ſi poſt mortem. de Leg. j. cum ſeq. Sp.

MOMENTVM ultimũ tẽporis expectandum, quo aliquid neceſſariò uel fit, uel datur, & lex docet, & doctores exactè tradidere. Sp.

MONACHI nomen quantũuis ſanctũ & uenerationis ſummæ pleriq; homines, ut ait Rhodiginus, & eruſcatores, ac nulli rei, tantũ nõ incolæ ſordentiũ ſæpe ganearum magna ſibi doctiſſimi cuiuſq; indignatione arroganter uẽdicare ſunt auſi.

MONACHI qui dicantur, & qui fratres, item quo diſtent, pulchrè explicat Abb. in c. cauſam quæ. de Iud. Sp.

MONACHORVM, hoc eſt, ſolitariorũ initia unde ſumpta, diuus Hieronymus in uita Pauli Eremitæ demonſtrat. Retinent id nominis etiam qui in frequentib. locis cõſpiciuntur: quemadmodũ & tutorem uocamus, qui pupillũ negligit. Sp.

MONACHVS à iure ſeruo æquiparatur, nullum habens rerũ dominium: & pro mortuo, quantũ ad profana negotia, habetur. l. Deo nobis. C. de Epiſc. & cler. & §. illud quoq;. in Aut. de Monach. Si tamẽ monachus negotiatur permiſſu Abbatis, ęquiparatur filiofamilias, ſecundũ Gloſſ. fin. & doct. in l. ſi longius. §. ſi filiusfamilias. ff. de Iudic. & doct. in c. ex parte. de Accuſ. & per Bald. in Aut. habita. C. Ne filius pro patre. Sp.

MONARCHIA, id eſt, unius principatus, primas tenet in tribus ſpeciebus gubernationũ, quas iuſtas cenſuerunt philoſophi. Hæc uerè legitima poteſtas: quæ ſi innocua fuerit, Dei typũ in terris refert: nunc propriè eſt apud Romanorũ, hoc eſt, omniũ Chriſtianorũ Imperatorẽ, regem'ue qui abſq; Auguſto rerũ potitur. Facti enim, nõ iuris eſt, quod cæteri reges Imperatoriæ maieſtati detrahũt. Alciat. de Francis occidentalibus loquẽs, Qui licet, inquit, regibus Germanorũ, quos Imperatoris titulo Romani Pontifices inſigniuerunt, non ſubſint, Romani tamẽ imperij & ipſi pars, eoq; iure uiuunt. Monarchiã orbis, Imperatori eleganter aſtruit Baro Tautenbergius ex patrũ ſententijs, interpretãs tit. de Feud. Marchiæ lib. j. Feudorum. Nec refragatur, olim gentes nõnullas ditionem Imperatoris non agnouiſſe, ſicut & hodie nonnulli agnoſcere recuſant, de iure tamen dubio procul agnoſcere debere: ſecundum Iaſonem, in l. cũctos populos. de Sum. trinit. per Gloſſ. minimè recognoſcat in c. per uenerabilem. Qui filij ſunt legit. Sp.

MONAS, ſiue unitas, apud Arithmeticũ eſt principium numeri, & non eſt numerus: quemadmodũ Geometræ punctus principiũ lineę, nõ tamen linea eſt: à quibus per quàm acuto ingenio uir Salomonius, cenſet fœminã differre nõ uideri: cum ipſamet ſola ſit caput & finis ſuæ familiæ. l. pronunciatio. §. fin. & l. familiæ. de Verb. ſig Proindè nihil ſibi uideri, cur fœmina ex marib. nata, nõ uerè & propriè ex linea, ſiue de linea maſculina dici poſſit, licet in ea deſinat linea maſculina. Sp.

MONERE ſcientẽ, uel memorem facere.

MONEAS, & inducas, an per hæc uerba detur poteſtas cogẽdi. not. per Archid. ext. de Præb. c. ſi pauper clericus. lib. vj. &. Specul. de Reſcript. præſent. §. ratione formæ. iuxta fin. uerſ. Item ſi Papa roget. & de Cõceſſ. præb. c. cũ noſtris. in fin. Spieg.

MONEMVS, an hoc uerbũ firmet iuriſdictionem, differunt non omnino inutiliter Canoniſtæ, in c. ſolitæ. de Maior. & obed. Sp.

MONHEMERIVM, ſpectaculi genus, quaſi unius diei dictum. apud Iuſtinianũ in l. Nouell. de Cõſulib. §. Ac primus quidem iuxta interpretationẽ Haloandri. Spieg.

MONETA dicta, q; nos ſigni impreſſione, uel autoris, uel precij moneat. Accipit aũt legẽ ualoris à ſuo ſupiori: unde nec re-pbari poteſt, niſi p ipſũ ſuperiorẽ, arg. l. elegãter. §. qui reprob. de Pig. act. Sp.

MONETA adulterina, pro falſa. C. de fal. mon. l. ij. ſicut & ſcientiam non ueram, adulterinam uocamus. §. hæc autem. in Prooemio Pandectarum. Ex Alb. Sp.

MONETARII, qui monetam cudunt. Sunt & monetarij uiles homines, texendis ſcilicet ueſtibus idonei, quiq; lanam

ducant, & textriciũ faciant. Fl. Vopiſc. in uita Aureliani: Vbi ſeditio, inquit, monetariorũ intra murana bellum grauiſsimũ peperit, &c. Dicti fortaſſe monetarij, ab officij ipſius utilitate, ἀπὸ τοῦ μωνητάω. Nam & hodie huiuſmodi lanifices in minimo ſunt precio. Vide Alc. in l. balluca. C. de Metall. ibid. xj. & Egnat. in Annot. ad Vopiſc. Sp.

MONETALES triũuiri dicti ſunt, æris, argenti, atq; auri conflatores, ut ait Pompon. in l. ij. de Orig. iur. Obſeruatu dignũ eſt, quòd Zaſ. hæc Põponij uerba explanans, indicat, cur æs pro auro dari non erat inſuetũ. ut intelligas l. quid tamẽ. ff. de Contrahẽ. empt. & l. ſi id quod aurũ. de Verb. oblig. cum ſimilibus. Sp.

MONILE, ornamentũ, quod ſolet de collo uirginum pendêre. dictum, quòd uirtutis admoneat. nam primò ob aliquod egregium factum dari ſolebat etiam ingenuis iuuenibus. Sp.

MONIMENTA, teſte Varrone, à monendo, quæ ſunt in ſepulchris: & ideo ſecundum uiã, quo prætereuntes admoneant & ſe fuiſſe, & illos eſſe mortales. Alij ſcribendũ uolunt monumentũ, per u, quicquid nos monet, ſiue monere poteſt alicuius rei præteritæ: ut tituli, ſepulchra, ſtatuæ, fana, porticus, carmina, hiſtoria, documenta, doctrina, libri, cæteraq; huiuſmodi. Porrò monumentum, Vlp. inquit, ſepulchrũ eſt, ubi corpus mortui, oſſa'ue hominis cõdita ſunt. Monumentum autẽ dicitur, quod memoriæ ſeruandæ cauſa exiſtat. Marcellus tit. de Sũpt. fun. Monumentum ſepulchri id eſſe diuus Hadrianus reſcripſit, quod monumenti, id eſt, muniendi eius loci cauſa factum ſit, in quod corpus impoſitum ſit. Florentinus ibidem: Monumentum generaliter res eſt, memoriæ cauſa in poſterum prodita: in qua corpus, uel reliquiæ ſi inferantur, fiet ſepulchrũ: ſi uerò nihil eorum, monumentum erit, quod Greci cenotaphium appellarunt. Sp.

MONITIO fit ante cõmiſſum, & eſt neceſſaria, apud Iuriſcoſs. in l. j. §. magiſtratibus. ff. de Magiſt. conuen. Obiurgatio uerò poſt turpe factũ. Cicero in de Amicitia: Primùm ut monitio acerbitate, deinde ut obiurgatio contumelia careat. Monitionis à iudice factę efficaciã Bart. oſtendit in l. j. Autẽ, ceſſante. C. Quom. & quand. Iud. Hanc uocem pro ſententia poni uolũt, ad fin. l. quoties. C. de Dignit. lib. xij. Sp.

MONITORIAE literæ quæ ſint, itẽ quæ præceptoriæ, quarum mentio fit in c. capitulũ ſanctæ crucis. extra de Reſcript. petendum eſt à Canoniſtis. Sp.

MONITORES Quintilianus uocat, quos Græci pragmaticos appellant. Hi iura, ac fori conſuetudines oratoribus ſubmiſſa uoce ſuppeditabãt. Annotauit Budæus appellare ciues per monitorem, id eſt, nomenclatorẽ. Apparet item, hanc uocem à Iureconſulto uſurpatam, pro ijs, quos nunc barbarè ſuperintendentes uocãt, in l. inſtrumẽto. ff. de Inſtruct. uel inſtrum. leg. Sp.

MONITV agere, quo diſtet à mandato agere, docet Accurſius in l. ſi ſerui mei. ff. de Tut. Sp.

MONOCVNTA. Expunge apud Alber. & repone, Monazonton. Extat uox apud Impp. in l. quidã ignauiæ. C. de Decurion. lib. x. Significat autẽ ſolitariè uiuẽtes. Alciato monazonij uocabulũ magis placet, quod & interpretat̃, locũ in eremo, in quo monachi cõgregant̃. Sp.

MONOMACHIAM, Baro à Tautẽberg ait, ſingulare certamẽ interpretamur, quod duellũ alij uocãt. Inde & monomachus dictus, hoc eſt, qui ſolus cũ ſolo pugnat. Ea aũt fieri cõſueuit, ad eruendã rei alicuius probationẽ, aut purgationẽ inducendã: ita uidelicet, ut qui ſe ſic probaturũ purgaturũ'ue aliquid obtulerit, & uicerit, probaſſe credatur: ſi nõ uicerit, in probatione defeciſſe putet̃. Verùm hæc monomachiæ probatio non diuina tantùm, ſed & ciuili lege eliminata eſt. nam in ocio ciuili, & domeſtica quiete, cruẽta ſpectacula ſibi nõ placere, Imp. Conſtantinus atteſtat̃: eaq; de cauſa omnino gladiatores eſſe prohibet, in l. unica. C. de Gladiat. lib. xj. Per quã legẽ & publica illa, cruẽtaq; pugilũ in Pãcratio certamina prohiberi non ambigit̃, quæ Vlp. tempore Romanorum leges nondum damnauerant. l. qua actione. §. ſi quis in colluctatione. ff. ad Leg. Aqu. Sp.

MONOMACHIAE item hoc genus ſanguinolentum omnimodo canonica ſanctio uetat. c. monomachiam. ij. q. iiij. ubi in fine dicitur, quòd hanc ſectantes, Deum ſolummodo tentare uideantur. & in

& in c.j.ext.de Purg. Aliquatenus duella tolerari non debere, diffinitur. Sp.

Μονομόρφης, uocem Græcam apud Vlp. in §. item Iul. ſcribit. l. ſi duo patroni. de Iureiuran. Alc. in Diſpūct. interpretatur ad uerbum, unius partis. Quod nec Accurſium fefellit. Sp.

MONOPOLIVM eſt, cum penes unum aliquē tantū uendendi poteſtas exiſtit, ἀπὸ τοῦ μόνος, unus: καὶ πωλέομαι, uendo. id fit, cum unus ſolus aliquod genus mercaturę uniuerſum emit, ut ſolus ſuo arbitrio uendat, & preciū ſtatuat. Is enim augens precia rerū, ſuę deſeruit auaritię, ac alijs nocet omnibus: tollit uerū permutationis ſuccedentis cōtractus emptionis & uēditionis uſum. Ideo rectè prohibētur monopolia in tit. C. de Monopol. Vtinā haberemus nomophylaces, hoc eſt, legū cuſtodes, qui exequerent̄ ſancita illius tituli. Locus eſt in eo, ubi de omnopolijs echinorū agitur: quē interpretes ridiculè tractarūt. Vide Hegendorf.

Μοναστήριον, eremus, et locus in quo monachi congregantur. l. quidā ignauiæ. de Decurion. Horum maximus perſecutor, Valens Imp. Lege Eutrop. & Oroſium.

MONS ſacer, uia Tiburtina ultra Anienem iij. mil. conſpicitur: dictus ſacer, q̄d Ioui cōſecratus eſſet. Huc plebs Romana olim ſeceſſit, teſte Pomponio l. ij. de Orig. iur. Tribunosq́ ſibi in eo creauit. Spieg.

MONSTRARE, pro probare, indicare, oſtendere, **Beweyſen / Bezeügen.** l. actor. C. de Procur. in Aut. Litig. iur. §. j. coll. ix. Alberic.

MONSTRVM, eſt aliquid præter naturā editum, aut procreatum. apud Iuſtinianum, ut Cantiuncula uenuſtè explicat, Inſtit. de Adopt. §. minorē natu. inſtar monſtri eſſe cenſuit, qui natu maiores à minoribus adoptantur: quum adoptio naturam imitari debeat. Sp.

MONTEM à mouendo Bartol. ducit, per antiphraſim, ſicut bellum, lucus, & ſimilia. Sed magis ab eminendo dici uidetur mōs: cuius nomine etiam quidquid eminet, dici poteſt. Sp.

MORA, id eſt, dilatio, modici temporis nō habet periculum. l. ſi debitori. ff. de Iud. Mora etiam dolus nominatur ab interpretib. Vide Iaſ. in l. ſi uerò. ff. Qui ſatiſdar. cog. Et ut mora rei nocet fideiuſſori. l. mora. ff. de Verb. oblig. & d. l. de Vſur. §. fin. ita difficultati cedit, ac quidē magnæ, & quæ ferè caſui fortuito æquiparet̄. l. nō dubiū. in fi. ff. de Leg. iij. Sp.

MORARI, pro habitare. Paul. in l. Titius. de Ser. export. Hac lege proditū eſt, fugitiuos nuſq́ morari, hoc eſt, habitare. Sicut colligūt doctores, nec proſcripti, quos ipſi Bannitos uocant, nec hęretici in locis ubi ſunt, ceu fugitiui, morari uidentur. Quos nec recipiendos rectè cēſuerunt. Attamen moram ducere, trahere'ue, malè intelligitur, pro perpetua, ſtabiliq́ cōmoratione. Eſt illud potius, cū tempus in longum deducimus, **Vff die langbanck legen.** Sic & Imp. Antoninus Pius, Morati eſtis, pro habitaſtis uſurpauit. ut Scæuola refert in l. Caio Seio. de Alim. leg. quæ non grauabor adſcribere. Imp. Anton. Pius, libertis Sextæ Baſiliæ. Quamuis uerba teſtamenti ita ſe habeant: Vt quoad cum Claudio Iuſto morati eſtis, uobis alimenta & ueſtiaria legata ſint. tamen hanc fuiſſe defuncti Cogitationē interpretor: ut poſt mortem Iuſti, eadem uobis præſtari uoluerit. Sp.

VT Mora à grauamine diſtet, colligitur ex l. omnimodo. C. de Inoffic. teſtam. Sp.

MORA abuſiua quæ ſit, tradunt doctores in l. minorum. C. in quibus cauſ. Porrò quomodo mora debitoris et creditoris, emptoris item & uenditoris conſideretur, nouè tradit Zaſius, in l. uinum. ff. Si cert. pet. Sp.

MORA, temporis dilatio, tarditas item, atque procraſtinatio. De ea, eiusq́ efficacia copioſè ſcribit Bart. in l. mox citanda. Hæc nullis certis finibus concludi poteſt, ut eſt elegās textus in l. mora. ff. de Vſur. Sp.

MORAM feciſſe apud Iuriſcons. in l. eum qui. ff. de Iuriſd. om. iud. ut apud Ciceron. morā faciendam, moram fieri. Sp.

MORALIS. Cicero in princ. de Fato, primam huius nominis inuentionē impoſitionemq́ à ſe factum fatetur: tanquam ab eo, qui omnib. modis conaretur augere linguā Latinam. Quia pertinet, inquit, ad mores, quod ἦθος illi uocāt, nos eam partem philoſophiæ de morib. appellare ſolemus: ſed decet augentē linguam Latinā, nominare moralem. Vide, Philoſophia moralis. Sp.

MORARI,

MORARI, pro retardare, differre. in l. ſi ea. C. de Accuſat. Item pro habitare inuenitur, & pro expectare: tamen magis poeticè, quàm oratoriè.

MORATORIA cautio. Paulus: Quo minus prędium iure pignoris diſtrahatur, oblata moratoria cautio nō admittitur, hoc eſt, cautio quæ datur, ut quis differat & expectet. Sp.

MORBVS, eſt habitus, id eſt, diſpoſitio contra naturam, qui uſum eius ad id faciat deteriorem, cauſa cuius natura nobis eius corporis ſanitatem dedit. l. j. §. ſciendum. de Aedil. edict. Alc.

MORBI graues, ſiue aſperrimi, recitātur à Plinio cap. iij. lib. xxv. Sp.

MORBI genus eſt, nec ueſpertino, nec matutino tempore uidere. l. item Offilius. ff. de Aedil. edict.

MORBO dare ueniam. de Offic. Præſid. l. diuus. Sp.

MORBOSVS, pro morbo obnoxius. Iureconſult. de Aedil. edict. oſtendit, qui, quæ ue hoc nomine ueniunt. Sp.

MORBVS maior, idem qui comitialis, teſte Budæo.

MORBVS ſonticus eſt, qui cuiq; rei de qua agiť, nocet: atq; prohibet, ne quis in ius ueniat: ut magna febris. Alc. de Ver. ſig. de perpetuo morbo uide Bart. in l. poſt ſuſceptā. ff. de Excuſat. tut. & in l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. ff. Solut. matrim. Sp.

MORBVS totius corporis corruptio eſt. Aegrotatio, ſi imbecillitas accedat. Vitium, cum partes corporis inter ſe diſsident: ut diſtorſio membrorum, & deformitas. Vide Cic. iiij. Tuſc. Sp.

MORGANATICA lex apud Mediolanēſes, quæ alibi Salica dicitur. Extat tit. in Placitis feudal. De filijs natis ex matrimonio ad Morganat. cōtrac. Illuſtris interpres à Tautenberg, nactus quendam uetuſtiſsimū codicē, teſtatur in eo, pro uoce Morganatica, ſcriptū Morgingabicum: quod uocabulū uidetur ex idiomate noſtro confectū. Nam Morgen, noſtrate lingua manè, ſiue matutinū ſonat: & Gab, donū ſignificat. Morgingabicum igitur, quaſi donū matutinum interpretari licebit, qua donationem propter nuptias ſignificari ſolitā, idem nobiliſsimus interpres putat. Sp.

MORE maiorū, id eſt, more à maioribus recepto & introducto, l. liberorum autem. ff. de His qui not. infam. Quid autem ſit, more maiorum facere, & de moribus quamplurima oſtēdit Alciat. cap. xxj. lib. iiij. Parerg. Sp.

MORE maiorum cognoſcere, eſt iudicibus prius auditis, de re capitali cognoſcere: nec enim prius nomē cuiuſquam inter reos recipiebatur, quàm iudiciū factū eſſet. l. is qui reus. ff. de Pub. iud. Sp.

MORE Romano, non ſine prouerbij ſpecie dictum à Tullio ſæpe comperimus, pro eo quod eſt, Eraſ. exponente, ſimpliciter & abſq; fuco potius, quàm eruditè. Tales enim fuerunt illi Romani priſci, Græcorum diſsimiles.

MOREM, hoc eſt, characterem dicendi, cuiusq; autoris eſſe attendendum, cùm prudenter, tum ſcitè admonet Salomonius, citans c. ſolitæ. de Maior. & obed. Morem agentium ſequi debemus, Papinian. inquit in l. Labeo. de Statulib. Sp.

MOREM gerere, pro obſequendum facile uoluntati alicuius, autore Paulo in l. quod ſi poſſeſſor. ff. de Rei uendic. Vbi Placentinus certè, ut ait Oldend. honeſtius fatetur ingenuè, ſe non intelligere, quid ſit morē gerere, quàm Accurſius, qui de more iudiciorum exponit, ſicut & fœdiſsimè lapſus eſt in l. circa. in fin. ff. de Probat. Morem gerere, uno uerbo morigerari dicitur, hoc eſt, obſequi, & quaſi ad alterius uoluntatē mores trāſformare, Cic. autoritate probat Old. Sp.

MORES mutare. Vlpian. Sed etſi bonæ frugis ſeruus intra annum mutatis moribus occiſus ſit, precium id æſtimabitur, quanto ualeret priuſquam mores mutaret. l. unde Neratius. ff. ad Leg. Aqu. Sp.

MORIS eſt, elegans & nota locutio, frequens in iure noſtro. l. moris. de Pœnis. l. moris fuit ueteribus. de His qui not. inf. & ſimil. Et, ex moribus, pro conſuetudine, in l. cū Prætor. §. pen. de Iud. ubi diciť cōcedi iuriſdictio ex moribus. Sp.

MORIBVS. Hæc dictio & ad rationem naturalem, iusq; gentium referri, & ad ius ciuile etiam referri plerunq; poteſt. Quod poſt l. xij. Tab. prudentū conſuetudine introductū eſt. l. ij. §. ijs legib. ff. de Orig. iur. Vnde pupillaris ſubſtitutio moribus inducta dicitur. ff. l. ij. de Vulg. & more noſtræ ciuitatis pupillus abſq; tutoris autoritate obligare ſe non poteſt. l. more. ff. de Acquir. hæredit. & more

more maiorum debet pro tribunali ius dicere prætor: & more maiorum is ſolum iuriſdictionem mãdat, qui eam ſuo iure, non alieno beneficio habet. l. more. ff. de Iuriſd. iudic. Sp.

MORIBVS, pro more & conſuetudine, ut apud Ciceronem. Iuriſcoſſ. etiam familiare eſt. ut in l. morib. introductum eſt. de Vulg. & pupill. & ſimil. Hinc in mores, pro, in conſuetudinem inducere accipimus. Sp.

MORIBVS inductũ, cum quid Iuricoſſ. dicunt, eos ſignificare uelle arbitratur Viglius, id ius ante xij. Tab. fuiſſe, unà cum urbis primordijs obſeruatũ, uel poſtea uſu & conſuetudine receptum: cuius interpretationis teſtem citat Theophilum, ſcitè refellens, quod morib. dicatur eſſe introductũ, illico Lacedæmonijs acceptũ ferendum: quòd ſolis moribus Lacones, ut Athenienſes ſolis legibus rempub. gubernarint. §. & nõ ineleganter. Inſtit. de Iur. nat. gent. & ciuili. Aſtipulatur in Parerg. Alciat. indicans & Accurſiũ quædam in iure noſtro pro dita referre ad Spartanorũ conſuetudines, quæ tamen minimè ad ius noſtrum pertinent. Nam ſi aliquid, ut idem ait, ab eis decemuiri acceperunt: id in xij. Tab. relatum iuris ſcripti pars apud nos eſſe cœpit, lib. iiij. cap. xxj.

MORI, eſt actus inſtantaneus: quia mox explicatur, uſqueadeò, ut nec moriendi tempus conſideretur. Vnde cum teſtator dicit, Eſto liber, cũ moriar: intelligitur, poſt mortem. l. qui duos. §. j. ff. de Manumiſſ. teſtam. Sp.

MORITVR uiuẽs, & uiuit moriens, l. qui duos. §. j. de Manumiſſ. teſt. l. peculium. §. fin. de Leg. ij. Ratio, nondũ mortuus eſt qui moritur, ergo uiuit. arg. l. hęc uerba ille, aut ille. de Verb. ſig. ex Alberico & Salomonio. Sp.

MOROSVS, hoc eſt, qui in mora eſt, & furi ſimilis iuris interpretatione cenſetur. l. inter ſtipulantem. §. pen. & ibi Gl. ff. de Verb. oblig. Sp.

MORTIS appellatione propriè tantũ uenit naturalis, per quam diſſecatur anima à corpore. l. ſi ita quis. de Leg. Et in hũc ſignificatum Salom. ait, omnia iura loquuntur. Vide eum in Paradoxis, ubi acutè diſſerit, An ſint plures ſpecies mortis: item an mors ſit genus, aut Ens per ſe: inibiq; diſces multarum legũ ueros intellectus, ut tantam oſcitantiam & interpretum et doctorum mirari poſſis: colligesq;, mortis appellatione multos caſus uenire, non ui uocabuli, ſed ſimilitudinis. præcipuè autem ſunt, naturalis, iuriſgentium, ciuilis, & ſapientiũ, hoc eſt, ut ipſe interpretatur, Theologorum. Porrò mors eorum laudatur, qui pro republ. ceciderunt. Inſtit. §. hi enim. de Excuſ. tut. uel cur. l. qui actione. §. ſi quis in colluctatione. ff. ad Leg. Aq. Sp.

MORTIS cauſa capere dicitur, qui occaſione alicuius mortis aliquid accipit. Gloſſ. in l. fuit quæſtionis. ff. de Acquir. hæred. Sp.

MORTIS cõſciſcendæ cauſa, qui propter nequitiã, malosq; mores, flagitium'ue aliquod admiſſum, mortem ſibi conſcire uoluit, niſi dolorem corporis non ſuſtinendo id fecerit. Paulus in l. bouẽ. de Aedil. edict. Vide C. de his qui ſibi mort. conſciu. Sp.

MORTIS tempore fuiſſe intelligitur, qui in utero erat. l. intelligendus eſt. Id'que per fictionem legis: quæ licet per naturam impoſſibile ſit, ante ſeptimum menſem eum naſci & uiuere, hoc fingit. Vt omnino uerum non ſit, Alciato teſte, quod uulgò traditur, legem nunquam fingere impoſſibilia. Fingit enim dum ſubſit æquitas. Sed an aliud ſit dicere, Tempore mortis, aut, Cum decedit, Bartol. diſſerit in l. quod de pariter. ff. de Rebus dub. Sp.

MORTIS aut uerberũ terrore pecuniam alicui extorquere. in fin. l. ij. Quod met. cauſ. Sp.

MORS ſignificatur etiam per illa uerba, Si quid accidit filio meo. l. in uulgari. ff. de Ver. ſig. l. Publia. ff. Depoſ. Sp.

MORTEM exequi, pro inſtituere actionẽ de parricidio perpetrato, apud Pomponium in l. j. de Accuſ. Sp.

MORTICINVM, pro exãgui, corrupto, & per ſe mortuo. Alber. ſed nudam uocem, more ſuo indicat: uocabulum ſacræ ſcripturæ familiare. Vnde morticinam carnem dicimus, animalium, quæ non ſunt mactata, ſed per ſe mortua. Haloander noſter in l. pen. à ſe translata. ff. de Via pub. in fi. Sed neq; rixari in itineribus, neq; ſtercora proijcere, neq; morticina aut pelles iactare permittant. Sp.

MORTIFERE uulneratus. Vlpian. in l. ait lex. ff. ad Leg. Aquil. Quòd ſi mortiferè, inquit, fuerit uulneratus, & poſtea poſt longum interuallum mortuus ſit, inde annum numerabimus ſecundum Iulianum, ex quo uulneratus eſt. Sp.

MORTIFERVM uulnus. Celſus ſcribit: Si alius mortifero uulnere percuſſerit, alius poſtea exanimauerit: priorem quidem nō teneri quaſi occiderit, ſed quaſi uulnerauerit, quia ex alio uulnere perijt, &c. Spieg.

MORTALITATE, pro morte. Iuſtinian. Inſtit. Quib. mod. teſt. infir. & aut mortalitate præuentus. Sic apud Suetonium in Claudio reperitur. et Triphoninus in l. pen. ff. de Vi & ui arm. ſubtractos mortalitate ſeruos, dixit. Sp.

MORTARIVM, uas eſt lapideū, ſiue æreum, in quo tundūtur terūtur'ue piſtillo, quę reſoluēda ſunt. autor Nonius.

MORTVA res dicitur, qua quis locupletior non eſt. l. quod autē ſpectatur tempus. l. ſi. maritus. ff. de Don. inter uir. & ux. Alberic.

MORTVARIVM, pro derelicto in morte, uocabulum nouum & barbarū. Mortualia in Aſinaria Plautus dixit, pro uanis & inanibus. qualia ſunt quæ de mortuis referuntur, uel pro ijs quæ ad mortuos pertineant, aut mortuos dixiſſe putes, ut Pylades interpres indicat. Sp.

MORTVI qui naſcuntur, non uideri unquam natos, Pauli ſententia receptum eſt: & ideo teſtamentum eorum præteritione non rumpi certum eſt. Sed magis dubiū de ijs, qui tametſi uiui naſcuntur, ſecundum naturam tamen uiuere non poſſunt: cuiuſmodi habentur ante ſeptimum menſem nati. per l. quod dicitur. ff. de Lib. & poſthum. Et crebrius receptum eſt, non rumpere: quia abortiuorum nomine continentur. l. uxoris. C. de Poſth. hæred. Sp.

MORTVI loco exhæredatum filium eſſe habendū, autoritate tam Gloſſæ, quàm Bart. hactenus receptum eſt: attamen in contrarium mouetur Salomon. per textus apertiſsimos, quos citat, enarrans §. in omnib. in l. Gallus. Sp.

MORTVIS uiris, internè gaudere interdū uxores, interpres adnotauit, in l. fin. C. de Iur. dot. item in l. pater Seuerinam. ff. de Condit. et demonſt. Albericus indicauit. Spieg.

MORTVO æquiparat eum Iuſtinianus, qui neq; ſcribere, neque articulatè loqui poteſt. in prin. l. iubemus. C. de Teſtam. Alphonſus clariſsimus ille rex (cuius de dictis & factis Antonius Panormita cō mentarios ſcripſit: quos mirè deprauatos, pro uirili mea reſtitui, ſcholijsq; locupletatos in eorum gratiam, qui hiſtoriæ ſunt amantiores, typis edendos curaui) cum audiſſet unum aliquem ex Hiſpaniæ regibus ſolitum dicere, non decere generoſum & nobilem uirum eſſe literatum: exclamaſſe fertur, uocē hanc non regis, ſed bouis eſſe. Sp.

MORTVO proximior dicitur, qui agit animam, imò inter mortuos cōnumerandus: quia nō habet uelle, neq; nolle: atq; ideo non adit, non diſponit. l. quoniam indignum. C. de Teſt. Sp.

MORTVVS quo diſtet ab occiſo, not. in l. proinde. ff. ad Leg. Aquil.

MOS, τὸ μέσον uocabulū eſt. Hinc non pauci uel bonum, uel malū adijciunt, ut eorum mens facilius innoteſcat. ſicut faciunt iuriſcōſulti. tit. de Iniur. tit. de Extraordin. crimin. alijsq; multis in locis. Eſt autē mos, ut ex Varrone recitat Macrobius, in iudicio animi, quem ſequi debet conſuetudo: unde cultus moris, dicitur conſuetudo. Mos eſt inſtitutum patrium, pertinens ad religionem cerimoniasq; maiorum. Cætera uide apud Budæum in prior. Annot. Sp.

MOTVS animi, id eſt, commotio, perturbatio, pro eo quod uulgo dicit paſsio. Macer de Offic. Præſid. l. obſeruandū: Non eſt, inquit, conſtantis & recti iudicis, cuius animi motum uultus detegit. Motus animi Græci uocant πάθη, quos Latini tum morbos, tum cupiditates uocant: ſed aptiſsimè, teſte Roterod. affectus. quod genus ſunt ira, miſericordia, amor, odium: ſed præcipui metus, ſpes, dolor, gaudium. Qui his carent, ἀπαθεῖς dicuntur. Et ἀπάθεια quibuſdam Stoicis probata eſt. Quum alieno dolore dolemus, συμπάθεια dicitur. Sp.

MOTVS, pro cauſa. Plinius in fine epiſt. iiij. libro iij. Audiſti conſilij mei motus. Sic quidam latentem in principe rationem, cauſam'ue, haud ſcio tamen, an ſatis latinè, motū propriū uocant. Quatenus illi tribuendū ſit, à Pōtificij iuris, in quo

quo natus eſt,interpretibus potiſsimum petendum eſt. Iam melior orbis pars, ut quidam dicit, compertũ habet, reſeruatum in pectore Iulij ſecundi, inuentum eſſe ueteratorium.Sp.

MOTV proprio,ex certa ſcientia, de plenitudine poteſtatis. Lege,Prægnãtes clauſulæ. Porrò docent interpretes, tantam uim habere Motus proprij clauſulam,ut in cõtrarium nemo audiatur. Bald. teſte Oldendorp. nihil unquam rectius dixit, quàm hoc, quòd hæ uoces (motu proprio, ex certa ſcientia) omnibus modis relegandæ eſſent ex curijs principum. Quanquam motus proprius principis aliquo modo colligi poteſt ex repetita eius conceſsione. Argu. Nouell. Vt nul. iud. lic. hab. loc. ſerua. §. præterea hoc quoq;.Sp.

MOVEMVS controuerſiam & agendo, & reſiſtendo. l. non ſolùm. §. ſi ſtatus. C. de Procur. iuncta Gloſ. Alberic.

MOVENTIA. Vide l. mouentiũ. de Verbor. ſig. & ſuperius, Mobilia. necnon Alciat. in l. iam citata. Sp.

MOVERE quæſtionem, apud Paul. in l. cum poſt mortem pupilli. de Adminiſt. tut.

MOVET me. Papinian. in l. parui refert. de Condit. furt. Nec me mouet, præſens homo fuerit, nec ne. Caius in l. ſi ædibus. de Damn. infect. Sed mouet me, quòd ipſe meas ædes reficere poſsim.

MOX, particula in iure noſtro, pro poſt aliquot temporis interuallum, accipienda eſt, ſicut apud probatos ſcriptores ſumitur, quod ſecundum cuiuſq; rei naturam uel plus, uel minus temporis recipit. Non eſt alius huius uerbi modus ſignificandi, quàm qui ſecundum præſentem materiam uidetur idoneus, teſte Olden. Rectè igitur admonuit Zaſ. noſter, ſuperuacaneè laboraſſe doctores in pleriſque locis iuris, quid uocula hæc importet. Spieg.

M V

MVCOR, lanugo, quæ diutino ſitu contrahitur: quemadmodum in pane, & carne, alijsq; huiuſmodi fieri uidemus.

MVCRO, pro enſe impropriè ſumit̃ à Canoniſtis, ut pleraq; alia, quib. ſcatet uulgatum lexicon iuris. Nam propriè eſt cuſpis, & acumen enſis & telorum. Vſurpatur etiam pro quarumuis rerum acumine, ut docet exemplis Rob. in Theſauro. Spieg.

MVLCTA, Oſcum uerbum eſt, quo pœna ſignificatur. Differt autẽ à pœna, quòd pœna quęlibet coertio eſt, mulcta ſolius pecuniæ: quòd pœna certa eſt, lege expreſſa, mulcta ab ius dicẽtis arbitrio pendet: quòd pœna à quocunq; iudice infligi poteſt, cui criminis executio demandata ſit: mulcta ab ordinarijs tantummodo, ijsq; qui pro tribunali ſedent: quòd mulcta fiſco datur, pœna etiam parti applicari poteſt: quòd mulcta infamiã non irrogat, pœna quandoq; irrogat. Ex Alciat. in l. aliud eſt fraus. quibus iũge quæ refert ipſe in l. pen. eod. de Verb. ſig. Labeonis ſentẽtiam, qui ſcripſerat pœnam & mulctã idem eſſe, Paulus refellit, tres differentias adducens, quas tute in ead. l. uidere poteris. Sp.

MVLCTA modica, quę eſt ſex ſolidorum aureorum, minorum eſt iudicum. l. ij. C. de Sport. & l. eos. C. de Modo mulct. Spieg.

MVLCTAM committere, eſt, ut nunc uulgò dicitur, incurrere pœnas. Sic mulcta commiſſa, quando quis aliquid commiſit, propter quod mulcta eſſet afficiendus. Mulctam autem irrogare, non eſt iudicis mulctantis, ſed actoris, aut poſtulantis, & accuſantis. Vide Bud. in Annot. ad l. ſecundam. de Iud. Sp.

MVLCTAM dicere, antiqui tum dicebãt, quum ad populum, & in comitio mulcta diſceptanda irrogabatur. quod ipſi mulctam certare dicebant. Bud. Ibid.

MVLCTAM grauiſsimam, pro morte accipi, Alberic. indicauit: ſed id minimè ex l. quam citat, colligi poteſt. Pręterea mulcta damnum famę non irrogat, ut Impp. cenſuerunt. C. de Modo mulct. l. j. Hæc autem iam planè perijt ultimo ſupplicio plectendis. Sp.

MVLCTAM irrogare, Bud. inquit, hodie forenſi noſtrorum uocabulo dicitur, concludere ad mulctam, & cõcluſiones mulctaticias aſſumere: quod & pœnaliter intendere dici poteſt latinè loquẽtibus. Spieg.

MVLCTARE uerbum, condemnare eſt, & punire. Sic Plautus, Mulctare matrimonio, pro diuortium facere. Virg. Mulctari patria, pro priuari. Cicero: Mulctatum exilio maleficium. Sp.

MVLCTATICIVM, quod nomine mulctæ exigitur. Sp.

MVLIEBRIA paſſum Prætor remouet à poſtulando. l. j. ff. de Poſtul. Huic ſceleri, quod non proficit ſcire, Impp. in l. cum uir. C. de Adult. gladium ultorem conſtituunt. Huius infandæ rei inuentum quidam in Orpheum referunt. Sunt tamen qui exiſtimant, ad liberalem magis honorem referendum, quo etiam Socrates adoleſcẽtes ingenioſos cõplexus eſt. Sp.

MVLIER, Vlp. dicitur, quæ uirgo nõ eſt. Quòd ſi, inquit, ego me uirginem emere putarem, cum eſſet mulier, emptio non ualebit. Tamen & uirginem uiripotentem dicit mulieris appellatione contineri. Sed hoc Alciat. intelligit, ſi uerba propriè accipiãtur: alioquin ex lata interpretatione etiam non uiripotens mulier eſt, nimirũ quia muliebris eſt ſexus: nec etymologia repugnat, cum à mollicie dicatur. Autores Varro & Lactantius. Mulier etiam dicitur ea, quæ uirum non cognouit. Vlp. de Aedil. ed. Mulierem ita arctam, ut mulier fieri non poſsit, ſanam non uideri conſtat. Itaq; diuiditur mulier in puellam uiripotentem, uirginem, & mulierem non uirginem. Sp.

MVLIER ſubintroducta (cuius fit mentio diſtin. xxxij. c. interdixit per omnia) quid ſit, diligenter explicat Rhenan. inſigni ſcholio, quod adiectũ eſt cap. xxvj. lib. vij. Hiſtor. Eccl. quod & Gloſſematarius ſileat, & Lexicô Suidæ uocabulum tantùm annotet. Sp.

MVLIERVM genus auariſsimum. Gloſ. ſuper uerbo, donat. in l. ſed ſi ego. ff. ad S.C. Velleian. Sp.

MVLIER uillæ cuſtos perpetua. l. ſi ita teſtamento. ff. de Fund. inſtr.

MVLIERES ſuæ pudicitiæ memores, & opera, quæ eis natura permiſit, arbitriũ, ſuſcipere, uel alio modo iudicium exercere non poſſunt. l. fin. C. de Recept. arbitr. Et hoc iuſtius eſt (ut integerrimus homo Dn. Oldend. rectiſsimè monuit in Copia) quicquid diſtinguat. C. dilecti filij. de Arbitr.

MVLIERES lanificæ an uillæ inſtrumento contineantur. Vide Alphenũ in l. uillæ inſtrumento. ff. de Fun. inſtr.

MVLIERIBVS legatis, etiã uirgines debentur: ſicuti uiris legatis, etiam pueros deberi reſpondetur, teſte Modeſtino, de Legat. iij. Sp.

MVLIERCVLA, & pro impudica & libidinoſa, & pro muliere deſtituta auxilio, inope ſcilicet, & imbecilli accipitur. Exemplum prioris ſignificatus habes in l. pen. ff. de Seru. corr. poſterioris apud Ciceronem. Sp.

MVLIERCVLARIVS, qui alienas mulieres aſſectatur: ea forma quæ uxorius, qui propriam uxorem amat. Vox eſt à Cõſtant. Imp. uſurpata: ſicut ancillarius, ſeu θεραπαινιστής, ancillariolus, apud Martialem, qui ancillas ſequitur, & in eis inſanit: & lecticaria, quæ lecticas nobilium non aſpernatur. Ex Alciato. Sp.

MVLIO perpetuarius, aut qui in ſolidum, aut ſemper ſit uector, aut quod Rhenano magis arridet, qui perpetua, nec interrupta uectatione ſuos uectores aliquò perducat. Ad uehicula mulis uſi ſunt antiqui, non equis. Vnde muliones uehicularij, quiq; mulis quæſtum faciebant. Spieg.

MVLIONEM, qui & mulius dicitur, Bar. in l. cum quæritur. §. ſeruus. de Leg. iij. ſeruorum appellatione rectè comprehendit. Siquidem ueteres ſolebant uel lecticis deuehi, uel curribus. inde ſerui uectores dicti: quo genere lecticarij, agaſones, mulionesq; ſunt. Sp.

MVLORVM appellatione etiam mulæ, quemadmodum appellatiuè, ſeruorum & ſeruæ plerunq; continentur. Id autem eò uenit, quòd ſemper ſexus maſculinus fœmininum continet, ait Iulian. in l. qui duos mulos. de Leg. iij. Sp.

MVLSVM, potio eſt ex uino & melle concinnata. Vlp. de Trit. & uin. leg. l. ſi quis. Si mulſum, inquit, ſit factum, uini appellatione non continebitur. Idem de Rei uendic. l. idem. Si ex melle meo, & uino tuo mulſum factum ſit. Legimus autem, multos ſenectam longam mulſi tantùm intinctu toleraſſe, nec præterea cibo aliquo celebri, Pollionis Romuli exẽplo, quem centeſimum annum excedentem, quum interrogaret Auguſtus, qua'nam ratione maximè uigorẽ illum animi corporisq; cuſtodiſſet, reſpondit: Intus mulſo, foris oleo. Sp.

MVLTIS partibus plures, & multis partib. inferior, teſte P. Manutio, elegãtiſs. Ciceronianę ætatis uiri, dixerũt, pro eo quod eſt, multo plures, & multo inferior. Sp.

MVLTI

MVLTI qui dicantur, docet Bart. in l. Prętor. ff. Vi bon. rapt. An duo multi dici poſsint, differit Abb. in c. ad nos. de Rebus eccl. nō alien. Vide §. fin. Inſt. de Iur. perſ. iuncta. Gloſſ. Sp.

MVLTITVDO, pro turba hominū, nullum habet conſilium, prona ſemper ad diſſenſionem. Nouell. de Referend. ſacr. palat. conſt. xj. Vide item Oldend. in §. poſtea aucta. l. ij. de Orig. iur. Sp.

MVLTITVDINEM conſtituunt mille uiri. per l. ij. §. j. ff. de Excuſ. tut. l. j. §. fin. de Teſt. milit. Interdum quod turbationi plerunq; obnoxia ſit, nec ſerena tranquillaq; mente polleat, quaſi ad contempla turba ſolet appellari: rem ſignificatam nomine ipſo, ut pulchrè dicit Inſulanicus Huttenus, uerißimè tuente, comprobanteq;. Sp.

MVLTIFARIAM, id eſt, uariè, multis modis. l. ne quid. ff. de Incen. ruin. nauf. Sic plurifariam, in l. j. ff. de In integ. reſt. & trifariam. in l. fin. pro plurib. & tribus: ut omnifariam, pro omnibus modis. in l. optimam. C. de Contrah. & com. ſtip. quæ & ab Alber. adnotata ſunt. Sp.

MVLTIPLEX, omne dubiū eſt, quemadmodum omnia generalia ſunt obſcuriora. Bald. in l. j. C. de Ser. fug. Boethius quoq; ait: Eſt in eo, quod multiplex eſt, ueritatem eſſe ambiguam, tametſi etiam obſcuritate impediatur. Obſeruandum tamen, inter ambiguū & obſcurum hoc intereſſe, quòd in ambiguo plura ſe oſtēdunt, quorum quid potius accipiendum ſit, ignoratur: in obſcuro autem nihil, aut parum, quod attēdatur, apparet. Ex Fortunatiano. Sp.

MVLTO poſt, triennio alij, quinquennio alij claudunt. Vide quæ not. in §. ſi multo poſt. in l. ſi unus. ff. de Arbitr. Sp.

MVLVS clitellarius, qui fert onera. Clitellę enim ſunt, quibus onera imponuntur, ſicut in equis ſellę. Cælius ſcribit, cur mulus non ſit uitioſus, citante eum Vlpian. in l. ædiles aiunt. §. ſed enim. de Aedil. edict. Spieg.

MVNDI ſcripturæ meminit Iuſtinian. in l. contractus. C. de Fide inſtr. Sp.

MVNDVS dicitur cœlum, & terra, mare, & omnia quæ in eis ſunt. Iterū alia ſignificatione, dilectores mundi, mundus dicuntur. diuus Auguſtinus autor. An ſit æternus mundus, Bart. attingit, in l. j. C. de Dign. Spieg.

MVNDVS muliebris, inquit Vlp. in l. argumento. de Aur. & arg. leg. eſt, quo mulier mundior fit. Et ſubdit, quæ numerentur in mundo muliebri, de quo etiam tit. priuatus eſt. Nebr.

MVNERA ciuilia, ſeu publica, diuidūtur in perſonalia, patrimoniorum, & miſta. l. munerum. de Mun. & honor. Sp.

MVNERA militaria, ſunt excubiæ, angariæ, geſtationes in uſum belli, decurſio campi, erectio ualli, atque id genus ſimilia. Qui ab his munerib. immunes erant, beneficiarij dicebātur: qui ſubibant, munifices. Alc. de Verb. ſig.

MVNERALIS lex dicitur, quæ cauet, ne cui liceat munus accipere.

MVNERARE, id eſt, donare, **Vereeren.** Solebant autem populi Romani Imperatores à ſocijs, uel regibus, uel populis liberis, quum per eorum regionē iter facerent, aliquo munere ornare, ut eorum cum pop. Rom. amicitia ſignificaretur. Munerare actiuum, & munerari deponens, in eadem re dicimus, ex Syluio. Aliud eſt autem munerare, aliud remunerare. Illud ſignificat, ſimpliciter donare aliquid, **ſchencken**, nullius prioris officij aut beneficij accepti compenſandi reſpectu: quod hi faciūt, qui priores aliquem dono aut beneficio ſibi demerentur & obligant. Remunerat aūt, qui acceptum beneficium, aut quod uelut ſibi impenſum tulit, tametſi alioqui eius utilitas ad ſe non pertineat, compenſat, atq; eius reſpectu benemerito aliquid retribuit. Sp.

MVNERARIVS, qui gladiatores exhibebat. Sic & munus non rarò apud autores gladiatorem ſignificat. Exempla depromere licet ex iam omnib. aperto Theſauro Roberti. Sp.

MVNICIPES, ut Apellus annotauit, olim dicebātur muneris participes, recepti in ciuitatem, ut cum alijs munera facerent. Sed nunc abuſiuè municipes dicimus, ſuos cuiuſq; ciuitatis ciues: utpote Campanos, Puteolanos. l. j. ad Municipal. Sunt uerò municipes primò dicti ciues Romani, qui in urbibus ſuo iure, ſuis legibus utentes, muneris tantùm honorarij cum Romanis erant participes. Deinde obſeruatum eſt, ut unuſquiſq; ſuæ ciuitatis municeps diceretur. Municipem autem (ut ait Vlpian. ibid.) aut natiuitas

facit, aut manumiſsio, aut adoptio. Patris autem, non matris municipium liberi ſequuntur: niſi forte priuilegio aliquo materna origo cenſeatur. Sp.

MVNICIPALES leges, id eſt, ſtatuta probant in tit. ff. de Decret. ab ordin. faciẽd. rectè enim appellauerimus & hodie magiſtratus ciuitatũ, ordines decurionum. Vlp. in l. j. §. ſi quis apud. ff. Quod quiſq. iur. At defenſores ciuitatum, non ex decurionibus, ſed ex alijs deligebãtur tres numero: qui hoc agerẽt, ne tenuiores & infimi à nobilibus læderẽtur. Alciat. lib. iij. Diſpunct. cap. v. Sp.

MVNICIPALE ius, dicitur priuatum ius uniuſcuiuſq; ciuitatis. Municipalia magiſteria uocantur adminiſtrationes & officia ſui municipij. Sp.

MVNICIPIVM. Vide, Ius Quiritum.

MVNICVLATOR, uocabulũ nihili Alber. ut probum, indicat in l. fi. ff. de Lib. cauſ. Sed uel miniculator ex Nebriſſ. uel potius nomenclator, ut apud Haloandrum eſt, legendum. Sp.

MVNIFICES. Lege, Munera militaria.

MVNIRE uiam, repurgare, reficere, ac ſubſtruere lapidibus. Dicimus etiam ut uiam, ita ripam munire, alueum munire, aditũ munire, cum illa reficimus, aut reparamus. Translatè poſuit Imp. in l. C. de Commun. rer. alien. Sp.

MVNVS, officiũ eſt priuati hominis, quo commodum ad ſingulos uniuerſosq; ciues, remq; eorum, imperio magiſtratus extra ordinem peruenit. l. pupillus. de Verb. ſig. Vide, Donum. Diuiditur autem munus in donũ, onus, & officium. l. munus. de Verb. ſig. Sp.

MVNVS dari, apud Paul. in l. mortuo. §. fin. de Legat. ij. nõ ſimpliciter de qualibet largitione, ſed de gladiatorio intelligi debere, pulchrè declarat Alc. in Parerg. Sp.

MVNVS honorariũ, hoc eſt, gratuitũ donum. Barbari uocant, ein Vereerung. Vetuſtiſsimus autem mos eſt, præcipuè uerò Orientalium, id quod paſsim teſte Aretio ſcriptura indicat, munerum oblatione animi beneuolentiam erga principes, & quibus uelit ſe quis uideri unicè addictum, profiteri & teſtari. Sp.

MVNVS uenalitium. Lege, Venalitij.

MVNVSCVLARII aquæductus, in l. decernimus. de Aquæd. C. lib. xj. Alber. ſunt, qui modicam aquam ducunt. Attamen ueriorem lectionẽ Alc. muſcularios indicat. & Haloander ſic habet: Nimirũ ſic dicti aquæductus hi, quòd ex muſculis dilaberẽtur. Muſculus aũt inſtrumentum eſt ad ſimilitudinem muris, quo in bellis utebantur ad æquandas foſſas, ut Vegetius tradit. Erant autem tubi in ductibus, ad ſimilitudinẽ muſculorum. Sp.

MVRIA, ſalſugo exudans ex piſcibus ſalitis. Vlp. de Penu leg. l. qui penum. Laceratos, inquit, cum muria ſua cõtineri, Labeo ait. Nebriſſ.

MVRILEGVLI dicũtur, qui legũt murices, piſces, qui in medijs faucibus habẽt purpuræ florẽ, tingẽdis expetitũ ueſtib.

MVRRHA, & murrhina uaſa, quæ ex murrha lapide precioſo ornabantur. Pomp. de Aur. & arg. leg. l. etſi non. Murrhina, inquit, uaſa in gemmis non eſſe, Caſsius ſcribit. Florentinus de Supel. leg. l. ſi ſupellectili. De murrhinis, inquit, & cryſtallinis dubitari poteſt. Atq; ibidẽ, Murrhina & cryſtallina ex eadẽ materia eſſe. Nebr.

MVRVS propriè dicitur publicus, qui urbẽ munit, & mœnia cõtinet. Vide Bart. in l. ſacram. ff. de Rer. diuiſ. & in l. hoc iure. de Iuſt. & iur. & l. ſi quis uiolauerit. & l. fin. eodem. Sp.

MVSIVARII. ſic enim, ut Haloander reſtituit pro muſcarij, legendum in prior. l. de Excuſ. artific. C. lib. x. à muſiuo, quod nos hodie, ut Egnatius in Peſcennium annotauit, muſaicum appellamus. Sp.

MVTABILE quid ſit, & quomodo accipitur, Bar. diſſerit in l. naturaliter. §. apiũ. ff. de Acquirend. rer. domin. Sp.

MVTARE aliquid cum aliquo, aliud pro alio accipere.

MVTARE cauſam poſſeſsionis tunc dicitur aliquis, quando id quod poſsidet precario, uult iam poſsidere pro donato. Iſta mutatio non eſt recepta, teſte Zaſio in l. quod meo. ff. de Acquir. poſſeſſ. Sp.

MVTARE ære, pro uendere.

MVTARE ſolum, idẽ quod uertere ſolũ.

MVTARE ſtatum, pro perdere, amittere. in §. Pomponius ait. l. ſi ex cauſa. ff. de Minor. Alberic.

MVTARI actio propriè dicitur, quum uetere omiſſa, alia proponitur. Regulariter autem permittitur ante litis conteſtationem, exceptis caſibus, qui ab interpretibus recenſentur. Sp.

MVTATIO modici uel uerbi, uel particulæ, ſtatum & ueritatem orationis demutat. l. ea tamen. de Leg. iij. l. ſi in emptionem. §. pen. ſub fin. l. cum ab eo. de Contrah. empt. l. iij. de In diē addict. l. ſi quis à filio. uerſ. ſed ſi ita. de Leg. j. cum ſimil. Itaque quod non mutatur, ſtare permittendum eſt. l. ſancimus. C. de Teſtam. l. præcipimus. ſub fin. & ibi Gloſ. in uerb. intelligant. C. de Appell. & conſult. Sp.

MVTARI iudicium, quomodo mutatione aliquorum iudicum dicetur, uide Alphenum, cuius elegans eſt hæc quæſtio in l. proponebatur. ff. de Iudic. Reſponſum eius refert & declarat Alciatus cap. xvij. lib. vj. Parerg. Sp.

MVTARI ciuitate, Budæo, pro alterius ciuitatis ciuem fieri. Cicero pro Balbo: Iura præclara, atq; diuinitus à maiorib. noſtris inuenta, ne quis inuitus ciuitate mutetur, ne inuitus in ciuitate maneat. Sp.

MVTATIO ciuitatis fit tribus modis, ut ex Ciceronis oratione pro Balbo colligitur. Dicatione, id eſt, deſtinatione, cum quis in aliam ciuitatem uoluntate adſcitus eſt. Calamitate, hoc eſt, damnatione, qua in ſignificatione ſæpe idem utitur: ſicut & incolumes appellat eos, qui nondum damnati, aut abſoluti ſunt. Preterea poſtliminio, ut ſcilicet ciuis permaneret, qui animum redeundi habuiſſet. Vide Syluium interpretem. Sp.

MVTIANA cautio, à Mutio autore dicta: quemadmodum Publiciana actio, à Publicio. Inſtit. de Act. §. aliæ autem ſunt. Conſiſtit in conditionibus, quæ in non faciendo conceptæ ſunt: utpote, Si in Capitolium non aſcenderit, ſi Stichum non manumiſerit, & ſimil. l. Mutianæ. ff. de Condit. & demonſt. Itaque ſi legatarius contra cōditionem facturus ſit, reſtituet rem legatā cum fructibus. l. hæres meus. §. qui poſt Mutianam. eo. tit. Sp.

MVTILATI, id eſt, diminuti corpore, nō facilè citra ſuperioris relaxationē ſacris admouētur in noſtra religione. Idipſum & ueteribus cautum, monet Declamationum quarto Seneca, ubi de Metello inquit, Sacerdos integer ſit. Metellus Pontifex, cum arderet Veſtæ templum, dum rapit Palladium, oculos perdit, ſacerdotium illi negatur. Et mox contra Metellum: Sacerdos non integri corporis, quaſi mali ominis res, reuocanda eſt. Vide Rhodigin. cap. ij. lib. vij. Sp.

MVTVAM pecuniā, per anticipationem, ſeu prolepſin dicimus, quæ adhuc mutuò data non eſt, ſed ea deſtinatione habetur, ut mutuetur. l. malum. §. ij. de Verbor. ſig. Sp.

MVTVARE, dare mutuo, uel mutuò. Interdum pro mutuò ſumere, ut mutuari deponens ſumitur. Eſt etiam, ut ait Bud. mutuari, quæ ab alijs inuenta ſunt, in ſcripta ſua uertere, ita ut ſua uideri uelit, qui hoc facit: nec modò mutuum, ſed etiam furtum. Sp.

MVTVI datio conſiſtit in his rebus, quæ pondere, menſura, numero'ue cōſiſtunt: quòd earum datione in creditum poſſumus ire. Eiusq; forma in eo reſidet, ut numeri ad numerum, menſuræ ad menſuram, ponderis ad pondus ſolutio explicetur: quę & formalis in mutuo qualitas nominari poteſt, teſte Zaſio in Intellectib. In creditū autem ire, dixit, pro mutuum cōtrahere: ſicut & in debitum ire. l. quòd ſi ab initio. ff. de Reb. cred. Quanquam & ex alio contractu in creditum abire dicit, in l. procuratoris. §. ſed etſi. ff. de Tribut. act. Obſeruandum quod dicit, Mutui datio: non autem dicit, Appellatum eſt mutuū. Vt intelligas uana eſſe, quę teſte Dn. Oldēd. doctores hic comminiſcuntur de uocabuli ſignificatione, rem ipſam negligentes. Mutuum enim propriè dicitur, quaſi uiciſsitudinarium: ideoq; Iuriſconſ. adiecit, datio. Das Widergeltlich gelihen würt. Mutua amicitia. Ein widerūb gleiche früntſchafft. Vide Action. xvij. Claſſ. iiij.

MVTVVM dicitur ab eo, quod de meo tuum fit. Vide Iuriſcōſ. in §. mutui datio. l. ij. Si cert. pet. Sp.

MVTVS propriè, qui eloqui nihil poteſt, non qui tardè loquitur. Inſtitut. Quibus non eſt permiſſ. fac. teſt. §. item ſurdus. l. diſcretis. C. Qui teſtam. fac. poſſ. Interpretes obſeruarunt, quòd mutus, infans, abſens quandoque æquiparantur. l. ſeruo inuito. §. ſi pupillo. ff. ad Trebell. Spieg.

MVTVS magiſtratus. Cicero in de Legib. iij. Vt enim magiſtratibus leges, ita populo preſunt magiſtratus: uereq; dici poteſt, magiſtratum legem eſſe loquentem, legem autem mutum magiſtratum. Spieg.

M Y

MYA, genus conchę circa Boſphorũ Thracium, quē nunc, teſte Maſſario, Strictum Conſtãtinopolis uocant, uniones rufos ac paruos gignens. Vide Plinium lib. ix. Huiuſmodi myas Latini mytulos interpretantur: de quibus idem Maſſarius diligēter ſcripſit in Annot. ad eum librum. Spieg.

MYOPARO, ſiue ut Gręci, myaparon, genus nauigij eſt, ad curſum & celeritatem paratum. Eraſ.

MYOPES, quos Vlpianus inter morboſos numerat, l. item Offilius ait. ff. de Aedilit. edict. dicuntur teſte Bud. qui iam inde ab initio ortus ſui, niſi admota oculis, contueri nequeunt. Senibus autem uitium huic cõtrarium accidit: ſiquidem ſenes admota non uidentes, longè reducta uident. Cauſam eius rei indicat Ariſtot. in Problem. ſectione xxxj. quæſt. xxxvj. Sp.

MYROBRECHARII, unguentorũ uenditores. μύρον enim unguentũ: βρέχω aſpergo, madefacio dicitur. Et propriè appellantur, qui capillos delibutos gerunt. Alciat. C. de Excuſat. artif. lib. x. Sp.

MYROPOLAE Græcis, qui nobis unguentarij dicuntur, effœminandorum animorum artifices: quos urbe expulſos à Lacedæmonijs, autor eſt Seneca, Nat. quæſtion. lib. iiij. Sp.

MYSTERIA, ueteres ſacra Cereris dicebant, quaſi initia. Inde uox trahi cœpta ad quoſcunque cultus. Myſtæ dicuntur initiati, & ſymmyſtæ, conſecranei Hieronymo. Imperatores hac uoce utuntur. C. de Sum. trinit. Nullus hæreticis myſteriorum locus, nulla ad exercendam animi obſtinatioris dementiam pateat occaſio. Ita legendum, non miniſteriorum, Alciatus monuit: exiſtimans hinc colligi argumentum, quòd poſsit Romanus Pontifex diſſoluere quaſcunq; congregationes, ſi malè de eis ſuſpicetur. Haloander ueterem lectionem probat, quæ non aduerſatur apoſtolicis literis, quarum periti fuere, quibus autoribus principes hanc legem ſanciuere. Sp.

N A

NAM, particulam plerunq; cauſalem eſſe, Bartol. indicat in l. demonſtratio. §. quod autem. ff. de Cond. & demonſt. Initialis interdum eſt. Pro certè item quandoque ponitur. Ac etiam pro deinde, continuationem ſignificans, ut oſtendit per exempla Alberic. Namq; eiuſdem efficaciæ eſt, ſed quæ ſecundo loco ponenda eſt, quum nam antecedat ſemper. Sp.

NAM ecce. Vlpianus de Dolo, in fin. l. ſi quis. Neq; enim, ait, paſsim hęc actio indulgenda eſt, nam ecce in primis ſi modica ſumma ſit. Sp.

NANCISCI, non eſt ſimpliciter acquirere, ut indicat uulgatum lexicon, ferè non niſi ex latinitatis ignaris collectum autoribus. Sed ut Donatus in Socrum Terentianam adnotauit, nanciſci propriè dicitur, qui paratus ad tenendum, antequam poſsit reperire quod teneat, ſtatim quod occurrerit, prehendit. In iure noſtro pro conſequi ponitur. Vide Alex. Neapolit. cap. xxj. Gen. dier. lib. j. Sp.

NARBONENSIS prouinciæ, quæ etiãnum Prouinciæ nomen retinet, & olim Germanici iuris fuit, meminit Iuriſconſ. in l. ij. de Orig. iur. Vadianus in Epitome orbis, illuſtres recenſet eius urbes. Quo titulo nunc à Gallis teneatur, ex ſcriptoribus patet. Sp.

NARDI ſtachys, pro corrupto, Nardiſcachis, apud Alberic. legendum, in l. ult. ff. de Publicanis. quo loco Iuriſconſ. nomina ſpecierũ enumerat: quem corruptiſsimum nobiles triumuiri nobis reſtituerunt, Alciatus Italus, Ruellius Gallus, & noſter Haloander. Stachys nomine ſuo græco ſpicã ingenuè fatetur, autor idem Ruellius. In elegantibus G. Humelbergij Commment. lego, nardum fruticem eſſe odoratum, in India naſcentem, cuius ſpicæ & folia in honore ſunt, & celebrantur: eſſeq; nardi huius ſpicam lõgè aliam ab ijs, quæ uulgò uocantur ſpicanardi & lauendula. Sp.

NARRATIO omnis eſſe debet breuis, ut libentius audiatur: manifeſta, ut intelligatur: uerisimilis, ut probetur. Fortunatianus, cuius libelli mirè conferunt Iuris ſtudioſo, ad facilius cognoſcendos legalium textuum ſenſum. Cæterùm, quando narrata uideantur à principe cõceſſa, item ut eorum probatio fieri debeat, interpretes latè ſcribunt. Donatus in Andriam Terent. ait: Narrare aliena, & quę nobis non ſunt neceſſaria, dicimus. In aula nunc nihil magis tritum eſt hoc uerbo: Qui

bo: Qui bene narrat, bene impetrat. Fit autē narratio uerisimilis, ſi cauſam, quæ impulit, dicamus: ſi perſonæ, quæ fecit, mores ita deſcribamus, ut ab re facta alieni non uideantur, ſi loci & temporis opportunitatem oſtendamus. Sp.

NASCI in ciuitate dicitur, qui in territorio eius naſcitur. l. filios. C. de Municip. & orig. lib. x.

NASCI ſuum, uel agnaſci ſuū, paria ſunt, quo ad uim ſuccedendi, uel inſtituendi, uel exhæredandi. ex lege Velleia. Salomon. in §. etiam. l. Gallus. Sp.

NATALES, pluraliter tantùm, ſignificāt, inquit Valla, conditionem ſanguinis ac familiæ: ut generoſi natales, natales obſcuri. Notus eſt apud Iuriſconſultos elegans titulus, de Nat. reſtituēdis. Horum cognitio extra ordinem eſt, ut Innoc. & Card. tradunt in c. lator. extra. Qui fil. ſint legit. Interdum offendes pro diebus natalibus uſurpari. Pro nobilitate uerò poni, receptū eſt. Hermogenianus: Con ſiderāda eſt origo natalium. & C. de Iur. annul. Natales antiquos, & ius ingenuitatis, non ordo præſtat decurionum, ſed à nobis petitur, Imperator ait. Tertyllianus: Fuerunt leges, quæ honeſtorum natalium inſignia non temerè uſurpare ſinerent. Spieg.

NATALIBVS reſtituere, hodie nobilitare uocamus: & nobilitatē, natalium reſti tutionem. Dicitur autem natalibus reſtitui, nō modò libertus, ut patronatus obſeruantia liberetur: ſed etiam plebeius, cum ad nobilitatem aſciſcitur, quamuis antea nunquam inter nobiles fuerit. Budæus in Annot. ad l. ult. de Senator. Verùm magis eſſe natalibus reſtitui, quàm iure annulorum donari, oſtendit Vlpianus in §. patronum. l. ſed ſi hac lege emi. ff. de In ius uoc.

NATALICIVS dies, in quo quis natus eſt. Natalicia ſanctorum, in decretis eccleſiaſticis dies accipimus, quibus pro nomine Chriſti ſancti mortui ſunt. Sp.

NATIO, pro gente, quę ſeorſim habitet in aliqua regione, Feſtus accipit. licet apud Ciceronem frequenter pro ordine & ſocietate ponatur. Nationem pro ſecta quidam hodie, nec ineleganter uſurpant. Neuizanus multos citat more ſuo autores, qui in literas retulerint, quæ cuiq; nationi uitia peculiaria ſint. At cuncta illa nihil eſſe uideri, reſpectu Italorum, ut ipſe ait, maledictæ partialitatis. Vlpianus quoque de Aedil. edict. in §. qui mancipia uendunt. l. quòd ſi nolit. oſtendit, nationes quaſdam infamatas eſſe: atq; proinde noſtra intereſſe, nationem ſcire rei emundæ. Sp.

NATIVVM, in quo aliquid naſcitur: ut natiui coloris. in l. ſi cui. §. lana. de Leg. iij. Haud ſcio, an rectè natiui, pro naturalis, ibidem accipiatur. Siquidem naturale propriè, quod ſecundum naturam eſt, ſignat. Sic naturales filij dicti. Sp.

NATVRA propriè eorū dicitur, quę ſunt, & quoquo modo ſub intellectū cadunt. Quippe uel ipſum nihil, aliquid ſignificat, ſed non naturam. Non enim quòd aliquid ſit, oſtendit, ſed eſſe tollit. Aliter in ijs etiam ſolis, quas ſubſtantias noſtri uocant, natura deſcribitur: etiam ſi neget Ariſtoteles, ea quæ corpus non ſunt, habere naturam. Dicitur item natura, ratio quædam ſciens motus neceſſarios. Inde tractum, ut mores & ingenium naturam uocemus. Albericus ex interprete ſublegit plures modos: ſed exempla Iuriſconſultus quæ ipſe citat, haud ſcio an ubiq; ſatis reſpondeant. Certè naturæ uocabulo Iureconſulti ſecundum ſubiectam materiam uſi ſunt, modò pro naturali ui, modò pro naturali ratione, modò pro conditione, modò pro moribus, modò pro induſtria, inclinatione, indole, conſuetudine. Sed nec unam tantùm rem nomen naturæ apud philoſophos ipſos ſignificat, ut docet Themiſtius in ij. Phyſic. Sumitur item natura pro cauſa prima, à qua omnes cauſæ profluxerunt, id eſt, à Deo, hoc eſt, ab eſſentia Dei, quæ per naturam ſignificatur. Recentiores philoſophi duplicem eſſe naturam tradunt. Naturantem, id eſt, primam cauſam, nimirum Deum. Item naturatam, quæ aliunde cauſam trahit, id eſt, à prima. De his uide quæ not. in l. reſpiciendum. ff. Si certum pet. l. ſed & ſi. §. patet. ff. de Iud. Exponitur hæc uox pro ui diuina apud Florentinum, in uulgatiſſima l. ut uim. Iſidorus v. Etymologiarū: Lex diuina, inquit, fas eſt: lex humana ius eſt. Et idcirco quod in eadē l. dicitur, hominem homini inſidiari, nefas eſſe, id eſt, contra legē diuinā fore, hominē homini inſidiari, id eſt, ex animo nocere, Salomo

nius, doctus & diſertus iuris interpres exponit. Præterea obſeruandum, naturam hominum, pro uoluntate prona ad malum (quę ei per primi parẽtis lapſum, & ſatanæ impoſturam indita eſt) à Iuriſconſultis etiã accipi, teſte Oldend. Vlpian. in l. item ſi unus. §. principaliter, de Rec. arbit. Quia res, in quit, ferè ſine exitu futura eſt, propter naturalẽ hominum ad diſſentiendũ facilitatem. Item Iuſtin. in l. ij. in prin. C. Quan. & quib. quar. pars deb. lib. x. Naturale quippe uitium eſt (ait) negligi, quod communiter poſsi detur. Spieg.

NATVRA, ut belliſsimè dicit Oldend. ponit fundamenta in toto iure. Ciuilis uerò autoritas latius porrigit naturæ axiomata, accommodat negocijs, & diſpenſat ſecundũ immẽſam uarietatẽ unicuiq;. Sp.

NATVRAE quatuor ſunt Senecæ: arboris, animalis, hominis, Dei. de quib. grauiter diſſerit epiſt. c. xxv. Sp.

NATVRAE concedere, in l. C. ad Tertullian. pro naturæ ſatisfacere, id eſt, mori. Spieg.

NATVRA contrariorum quæ ſit. Lege, Nolle, & Velle.

NATVRA diſpoſitionis dat uerbis intellectum. l. ſi. uno. ff. Locati. l. inſulã. de Præcr ipt. uerb.

NATVRALEM æquitatem ſequitur Prętor. l. j. ff. de Minor. Sp.

NATVRALI uitio parcendum, per l. fluminum. §. uitio. ff. de Damn. infec. Cæterùm naturæ uitia an ſint accuſanda, uel an ſit accuſandum quòd natura produxit, tractat eleganter, ut omnia, doctiſsimus Baro à Tautenberg, in luculentiſsima interpretatione Vſu. Feud. lib. j. Sp.

NATVRALIA numero multitudinis tantùm, dicuntur pudenda: ut & natura aliquando pro eiſdem, id eſt, genitalibus locis accipitur. Sp.

NATVRALIA, Natiua, potiora ſunt aduẽticijs. l. queritur. ff. de Stat. hom. Text. in Aut. ſi teſtis. C. de Teſtibus. Siquidem res in dubio potius præſumitur retinere ſuum eſſe, quàm de nouo in nouam qualitatem mutari. l. patre furioſo. ff. de His qui ſunt ſui, uel alien. iur. Sp.

NATVRALIS ætas eſt, quæ minor eſt triginta annis: legitima uerò, quę maior eſt anno trigeſimo. Nam quòd ætatem maiorem triginta annis natum, natura non agnoſcat, quoniam omnis ætas naturalis eſt: ſed quòd ſpecialiter lex ętatis, quę annos triginta excedit, meminerit, ideo dicitur hæc eſſe legitima. Vide Theophilum. Inſtit. de Libertin. & ſuprà, Legitima hominum ætas. Sp.

NATVRALIS condictio, ut eſt indebiti ſoluti: dicta, quòd ex æquitate naturali proficiſcatur. Sp.

NATVRALIS filius, à uulgo barbarorũ dicitur, ut Inſulanus atteſtatur, qui ſit ex illegitimo toro ſuſcitatus: ſed parũ aptè. Eſt enim propriè filius naturalis, qui ſanguine & natura ſit tuus, non adoptione factus. Hanc diſtinctionem idem firmat ex uerbis Tranquilli in Tiberio. Iuriſperitis tamen naturales filij dicũtur, qui ex concubina ea, quæ matrimonio duci poterit, naſcuntur. Vulgò concepti, qui ex uago concubitu ſunt, neq; patrem oſtendere poſſunt, ut quẽ nuptiæ ſolùm oſtendunt: ſpurij latinè, græcè ἀπάτορες dicti, quaſi ſine patre. Nothi uerò uulgata uoce illegitimi uocantur. Manſeres, qui ex ſcorto uulgò concipiũtur. Spurij, ex his qui ſacris initiati, aut religionem profeſsi ſunt. Nothi, ex adulterino concubitu, iure Pontificio. Lege & Spuriũ, item Nothia. Spieg.

NATVRALES fructus. Quære, Fructus naturales.

NATVRALIS hominum ad diſſentiendum facilitas. l. item ſi unus. §. principaliter. ff. de Recept. Sp.

NATVRALIS interruptio. Vide ſuprà, Interruptio Vſucapionis.

NATVRALIS iuſtitia, teſte Oldend. pro æquitate, apud Modeſtinum, in l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de Excuſ. tutor. Sp.

NATVRALIS obligatio ſimplex, quam ius noſtrum nec tuetur, nec infirmat, Bartolo duplex eſt, in l. ex hoc. ff. de Iuſt. & iur. Altera iure naturæ efficax: quæ ideo actionem non parit, quoniam iuris ciuilis ſunt actiones. Exceptioni uerò ſufficit, & compenſationi, & pignoris retentioni: quoniam id non eſt alium impetere, ſed ſe tueri, quæ naturalis defenſionis ſpecies eſt. Altera uerò, quę ad antidora, id eſt, remunerationem pertinet. ſed nec hæc ex ſe eo iure efficax eſt: iũcta tamen alij actui plurimum poteſt. Sp.

NATVRALIS parentum erga filios charitas. l. nam etſi. ff. de Inoffic. teſtam. Sp.

NATVRALIS poſſeſsio, pro corporali. l. poſsideri. ff. de Acquir. poſſ. Sp.

NATVRALITER poſsidere dicit, cum quis corpore poſsidet, uſumq; rei apprehēſæ percipit. Quòd ſi quis uerè rei non inſiſtit, neq; uſum percipit, is per interpretationem legis ciuiliter poſsidere dicitur. l. Pomponius. ff. Fam. erciſcun. l. naturaliter. ff. de Acquir. poſſeſſ. Sp.

NATORVM appellatio, inquit Modeſtinus, ad nepotes extenditur, Bulgaro, ut uerisimile eſt, interprete, teſte Alciato. Sed an quod de natorum appellatione Modeſtinus dixit, in l. κ. τῶν τέκνων. de Verbor. ſig. locum ſibi uendicet, etiam cum de prognatis, ſeu progenitis fit mentio? Et horum appellatione propriè nepotes contineri, Alciatus magis credit. Præpoſitio enim hoc inducere uidetur. Sicut eum pronurum, pronepotem, proſocerum dicimus. Nam & progenitores pro quibuſcunque aſcendentibus accipiuntur. Spieg.

NATVS etiam dicitur, qui cæſo utero materno naſcitur uiuus. l. quod dicitur. ff. de Lib. & poſthum. Vide hic Bart. Notum eſt, Beroaldū conuellere eos, qui Iulium Cæſarem dictatorem ſic natum prodiderunt. Spieg.

NATVS, qui confeſtim moritur, pro non nato habetur. in l. Titius. §. Lucius. eo. tit. Propoſito Pauli Iuriſcōſ. themate, quod non alibi reperire licet, ut Baldus adnotauit. Sic qui mortuus naſcitur, natū minimè intelligimus. l. qui mortui. l. auunculus. §. fin. de Verborum ſignific. Vide quæ in utramq; commentatus eſt Alciatus. Spieg.

NATV grandes, Natu in quarta declinatione ſolùm, in auferendi caſu inuenitur. Grandis natu, maior natu, uel maximus natu. De primo ſic Cicero in Catilinam: Quanquā eum colere cœpi non admodum grandem natu, ſed tamen iam ætate prouectū. Calliſtratus de Decurion. Non tantùm, inquit, qui teneræ ætatis, ſed etiam qui grandes ſunt natu, decuriones fieri prohibētur. Reliqua duo, Tiſlino teſte, paſsim obuia ſunt legentibus. Spieg.

NATVM dicitur de rebus repētinis, autor Donatus. Id autē occupantis fit, ut de nata inſula cenſuit Imp. Inſtit. de Rerum diuiſ. §. inſula. Aſtipulatur Cantiunculæ luculenta interpretatio. Sp.

NAVARE uerbum, à nautis tractum, eſt alicui ſtudioſè adiumento eſſe. Naues enim, cum ex naualibus in mare deducuntur, maximo hominum auxilio indigent. Spieg.

NAVARCHORVM, id eſt, principum nauis, quos uulgus pilotas & patronos uocat, meminit Vlpianus in l. unica. de Bon. poſſ. ex teſt. milit. Sp.

NAVFRAGIVM, inter fortuitos caſus quando ſit numerandum, docet Bart. in l. j. & ij. C. de Naufrag. Frideric. Imp. in Aut. Nauigia. C. de Furt. dānat eos, qui bona naufragorū ſibi adpropriant, prætextu conſuetudinis, quæ certè crudelis eſt, & impia. Sp.

NAVEM per auerſionem conducere, exponitur ſuperius in dictione Auerſione. Dicimus & nauim, ut apud Iuriſcoſs. reperitur. Paul. ad fin. l. ſi unus. ff. de Pact. aut ne nauim ædificium'ue peterem.

NAVEM ſuā aliena materia reficere, uide Iulianū l. Minutius. ff. de Rei uindic. Sp.

NAVES actuariæ. Vide, Actuariæ naues.

NAVES captiuæ, ipſæ quæ ab hoſtibus captæ dicebantur, & meritò poſtliminium habebāt, ut docet Marcell. l. ij. de Capt. & poſtlim. reu. Tullius in Top. Poſtliminio redeunt hæc, homo, nauis, malus, clitellarius equus, equa quæ frena accipere ſolet. Sp.

NAVES piſcatoriæ, quæ piſcium capiendorum cauſa paratæ ſunt, quas nauicellas uocat Martianus, in l. item pictoris. ff. de Inſtruct. Sp.

NAVICVLARII, nauiculatores, nauium ſunt domini, qui græcè ναύκληροι dicuntur, meritoria naues habentes, quos & patronos appellamus. Bud. in l. j. de Arbit. Nauiculariorū nomine qui ueniant, Calliſtratus explicat in l. ſemper. ff. de Iur. immun. inibiq; meminit nauiculariæ, hoc eſt, artis ipſius regendæ nauis. Poſt Bud. in Annot. prior. uide Bartol. in l. j. C. de Nauicul. qui eſt primus tit. lib. xj. Sp.

NAVICVLAM duorum ſcalmorum uocat Tullius j. de Oratore: quod nauigiolum dixit Lentulus in epiſtolis familiaribus lib. xij. Sp.

NAVIS. uide Bayfiū in de Re nauali. Donatus puppim, clauim, nauim, non puppem, clauē, nauē dici oportere præcipit.

Findimus

Findimus autem & partimur nauem in proram, puppim, malum, et reliquas partes. l. malum nauis. de Verb. ſig. Diuidimus in ſchediam, hoc eſt, inelaboratam, & elaboratam. l. j. §. nauem. de Exercit. Præterea in onerariam, & ἐπιβατὸν, quam aſcenſoriam poſsis interpretari. d. l. j. §. j. Rurſus in onerariam, & ſcapham. l. fin. de Fund. inſtr. Inſuper in onerariam, piſcatoriam, & actuariam. l. ij. de Capt. & poſtlim. reuerſ. Sp.

NAVIS uinaria, apud Vlpian. in l. uulgaris. ff. de Furt. Venetijs quum agerē, anno M. D. VI. in comitatu Petri Bonomi Epiſcopi Tergeſtini, legati ad remp. Venet. naues aquarias uidimus, quibus aquam portant, ut uendant ciſternas non habentibus. Sunt & alia multa Venetijs nauigiorum genera, quæ ſi quis uelit latinè enunciare, uerborū ut opifex ſit neceſſe eſt, ut uerè dixit Bayfius. Sp.

NAVIS ad hoc paratur, ut nauigetur, dicit Vlpian. l. arboribus. §. nauis uſufruct. ff. de Vſufructu. Sp.

NAVIS nauigatum mittenda. Ibidem.

NAVIS ſi adeò ſæpe refecta eſſet, ut nulla tabula eadem permaneret, quæ non noua fuiſſet, nihilominus eandem nauem eſſe exiſtimari, autore Alpheno. l. proponebatur. ff. de Iudicijs. Sp.

NAVIS totius proprietas, carinæ cauſam ſequitur, teſte Iuliano. l. ſuprà citata. Sp.

NAVIGIVM, pro nauigatione, & eo, quem Græci πλοῦν dicunt, apud Iuriſconſ. in l. qui Romæ. §. Callimachus. de Verb. obligat. Sed et Pretor in interdicto, Ne quid in flumine publ. ſic uſus eſt, ut ſit ſenſus, Oldend. expoſitore, Ne iter fiat deterius nauigationi, uel naui. Nauigium enim genus eſt, continens naues, rates, & cæteras ſpecies, quibus ad nauigationem utimur. Sp.

NAVIGIVM, quaſi nauis ductio.

NAVLVM, precium nautæ pro uectura, quo ſoluit in naui natum infantem. Vlp. in l. ſed addes. §. ſi quis mulierem. Locati. Spieg.

NAVIPHYLACES, qui cuſtodiæ gratia nauibus præponuntur. l. j. §. & ſunt quidam. ff. Nau. caup. ſtab. Sp.

NAVTAM accipere debemus eum, qui nauem exercet: quamuis nautæ appellantur omnes, qui nauis nauigandi cauſa in naui ſunt. l. j. ff. Naut. caup. ſtab. Sp.

NAVTEPIBATAE, genuinum uocabulum Alciatus reſtituit, in l. debet. §. hæc actio. ff. Naut. caup. ſtab. Sunt autem, eodem teſte, nautepibatæ, qui nauē aſcendunt, & pro precio uecturæ, ſeu naulo, ipſi nautarum officio funguntur. Nautobatas, hoc eſt, eos qui funes nauium inſcendunt, à Iuriſcōſult. ſenſu alienos eſſe, idem tradit in fine lib. iij. Diſpunct.

NAVTICAE uſuræ, item maritimæ uſuræ dicuntur cētesimæ, magnæq́ꝫ. Quoniam qui nauticam exercent negociationem, ſe ſuaq́ꝫ uentis & undis committunt. Fœneratores maiorem uſuram exigebant. Vide Imp. in Auten. & C. & Iuriſcoſſ. in Pandect. notis titulis. Sp.

NAVTICVS panis eſt, quem milites noſtri peregrina uoce, hoc eſt, Italica, biſcotto appellant. Sp.

N E

NE, particula prohibendi, quæ idem ſignificat quod non, iuncta uerbis, uereor, timeo, caueo, & ſi qua ſunt eiuſdem ſignificationis: quin hæc idem, ſine negatione, & cum negatione polleant, non impedit. Hoc exemplis Iuriſconſultorū planum facit Budæus in Annot. prior. ad l. in eo iure. de Ritu nupt. Sp.

NE, pro an, non rarò apud Iuriſcoſs. occurrit: quod & Albericus per exempla antè indicauit. Quando uerò Ne, cauſam, modum, conditionem in iure noſtro inducat, ex Bart. petendum eſt. Sp.

NE cui officium publicum uel damno uel compendio ſit. Aphricanus, l. uidelicet. Ex quib. cauſ. maior. Sp.

NE dum, pro tamen, exponi in §. Sed ne dum. Inſtit. de Vi bon. rapt. ridiculū eſt: ſunt enim (quod nec pueri ignorāt) duę eo loci particulæ. Porro Nedum, coniuncta particula, duobus tātùm modis uſurpatur: altero, cum utramq́ꝫ ſentētiam eodem claudimus uerbo: altero, cum ſuum utriq́ꝫ ſententiæ uerbum accommodamus. Vide Vallam lib. ij. Sp.

NAE diphthongatum, affirmantis aduerbium eſt, certè & ualde ſignificans. Sp.

NE facias furem, uel fugitiuum ſeruum meum, hoc eſt, exponente Vlpiano, ne ſollicites, ut fur fiat, uel fugitiuus fiat: ne ita negligas ſeruum, ut fur efficiatur. l. non impoſsibile. ff. de Pact. Sp.

NE iudicatum ſit, pro, Ne ualeat ſententia. Vlpian. de ferijs: Si feriatis diebus fuerit iudi-

iudicatum, lege cautum eſt, ne his diebus iudicatum ſit, id eſt, ne ualeat. Bud.

NE luminibus officiatur, hoc maximè adeptum uidebitur, ne ius ſit uicino, inuitis nobis altius ædificare, atque ita minuere lumina noſtrorum ædificiorũ, teſte Paulo. l. iij. ff. de Seruit. urb. præd. Sp.

NE non. ſub hac particula aſſertionem eſſe doctiſs. Zaſius exemplis è Iuriſcoss. petitis planum facit, in ſcholijs ad §. Cato. l. eadem dicemus. ff. de Verb. oblig. Sp.

NE, & Quidem. Eſt traditum, inter hæc uerba, Ne & Quidem, ſemper interuenire aliquid neceſſariò debere: quum tamen reperiatur & apud Ciceronem, & Liuium, inter Ne & Quidem nihil medium intereſſe.

NEC abſciſè. Vide ſuprà, Abſciſſè.

NEC, particula, ex ui ſua uerbi repetitionẽ inducit. ut, Nec me amas, nec Titiũ. ſubauditur enim, amas. Vide Alciatum in l. duobus negatiuis uerbis. de Verb. ſign. quam enarrãdo pulchrè declarat, id perpetuum non eſſe. Duæ negationes affirmatiuam inducunt: quin & tres negationes nõ plus efficere, quàm duas. ut cum lex dicit, in fugitiuo locum non habere, nec uſucapionem, nec præſcriptionem. l. j. C. de Seru. fug. Sp.

NEC eius rei dominus effectus eſt, cum lex dicit, aliquem non eſſe dominũ, uel accepiſſe à non domino. Item non eſſe factum dominum, & cætera id genus uerba accipiẽda ſunt, quatenus ad ipſam legem loquentem attinet, de caſibus, qui ſic euenire ſolent frequenter: & cum eueniunt, apud naturam ſunt certi: non autem referenda ſunt ad opinionem actoris, qui ignorare poteſt, utrum tradens fuerit dominus, an non fuerit. Vide Oldend. Action. iij. Claſſ. iij. Sp.

NEC mirum, in l. Labeo. ff. de Supell. leg. pro, non nouo. ut apud Cicer. uel citra rationem: quemadmodum Mirum in modum, quod infra rationem eſt. Sp.

NEC, pro non. Caius Iurecõſult. de Furtis: Nec manifeſtũ furtum, inquit, quid ſit, apparet. nam quod manifeſtum non eſt, id ſcilicet nec manifeſtũ eſt. Budæus indicat ex uerbis legis xij. tab. ſumptũ eſſe, tum olim nec, pro non, dictũ eſſe, quod etiam hodie in quibuſdam dictionibus uſu inualuerit. Sp.

NEC non, affirmat, ut etiam Grammatici fatentur. Quanquã non perpetuum eſt in iure noſtro, duas negationes inducere affirmatiuam: ut in particula Nec, latius indicauimus. Sp.

NEC, Neq;, diſiunctiuas eſſe in Grammatica, quam ſcripſit diuus Auguſtinus, putauit. Quod noſtri non admitterẽt, teſte Alciato. Coniunctim enim negant: & ideo quamuis alterum non fiat, committitur ſtipulatio. l. ſi. is qui ducenta. §. cum ita. ff. de Rebus dub. Sp.

NECARE uidetur non tantùm is qui partum præfocat, ſed & is qui abijcit, & qui alimoniam denegat, & is qui publicis locis miſericordiæ cauſa exponit, quam ipſe non habet. autor Paulus. ff. de Lib. agnoſc. Sp.

NECESSARIA artificia. in l. ſi ſeruos pignoratos. in princ. ff. de Pignor. act.

NECESSARIAE impenſę. Vide, Impenſæ neceſſariæ.

NECESSARIAE perſonę, uel ſanguine, uel affinitate nobis cõiunctæ. Earum fit mẽtio in l. quamuis. ij. C. de Adult. & in Gloſſ. l. Imperator Antoninus. ff. de Pactis. Specialiter autem neceſſariæ perſonæ quæ ſint, indicant Paulus & Calliſtratus l. j. & l. ſeq. ff. In ius uocat. ut eant. Sp.

NECESSARIVS actus. Vide, Actus uoluntarius.

NECESSARIVS olim hæres, ſeruus erat, qui pauperi domino inſtituebatur, ut famæ defuncti domini ſui ſuccurreret erga creditores. Vide Vigl. Inſtit. de Hæred. qual. & differ.

NECESSARIAM peregrinationẽ allegare. l. aut ſi ualetudinẽ. ff. de Procur. Sp.

NECESSE dicitur, quod ui aliqua cogente fieri opus eſt. Neceſsitas, ipſa uis, quæ nos cogit ut aliquid faciamus. Poetæ Neceſsitatem deam faciunt. Philoſophi Fatum appellant. Adi Chiliad. Eraſ. Porrò neceſsitas, hoc eſt, uis ipſa, quę nos cogit ut aliquid faciamus, ut uulgò dicitur, nõ habet legẽ. l. j. de Offic. Conſ. l. ij. §. inde. iuncta Gloſ. in uerb. communia. ad Leg. Rhod. de iact. Nec Rom. Pont. uult ligari neceſsitatẽ et pietatẽ. c. ij. & ult. de Fer. Qua in re Iudæi, cum planè cæci eſſent, à Chriſto apud Lucam reprehenduntur. Vide Bart. in l. j. C. de Oper. ſeru. & Bal. de ineuitabili neceſsitate, uide in c. ſuſcitatus. de Reſcript. Eſt autem duplex neceſsitas: quædam dicitur abſoluta, quam

primo-

primogeniam Zaſius uocat. De hac intelligi debet l. ſicut. C. de Action. qua nemo adſtringitur ad mutuandū. Alia reſpectiua, uel conſecutiua uocatur, qua pacta liberè inita cōplere adſtringimur. Neceſsitas item coniunctionem ſanguinis, uel amoris, hoc eſt, affinitatem, uel ſtrictam amicitiam ſignificat. Sic neceſſarij, pro conſanguinei. Inſtit. tit. eod. Adde, ſi uis, & Feſtum, & Gellium, qui lib. xij. deridet Grammaticos, qui neceſsitudinem & neceſsitatē inter ſe differre putant. Spieg.

NECESSE eſt ei rei cedere id, quod ſine illa eſſe nō poteſt, autore Paulo. l. in rem actio. ff. de Rei uindic. Sp.

NECESSITAS iudicādi apud Iuriſconſ. in l. ult. ff. de Munerib. §. iudicādi quoq; neceſsitas, ex quo ſanè non rectè perceptum cōmentatores parum firmum, uel potius falſum ducunt argumentum in tabularios atq; ſyngrapharios, ut id quod ſuæ functionis eſt, conficere ipſi cogantur, cum meliore interprete Budæo reuera Arcadius Iuriſcoſ. hoc ſignificare uoluerit, hominem politicum, ac ciuili more uiuentem, ut cætera munera ciuilia, ita iudicandi quoq; munus agnoſcere, obireq; debere, ad idq; cogi poſſe. Sp.

NECESSITAS ſtillicidiorum excipiendorum. Vide Vlpian. in l. ſi arborem. §. hæc lex. ff. de Seruit. urb. præd. Sp.

NECESSITVDINEM ab eruditis, pro eo quod neceſſum eſt, uſurpari, Catanæus exemplis monſtrat. Arrianus pariter pro neceſsitate uſurpat, in l. non omnes. de Re milit. Vlpianus tamen pro affinitate ponit, in l. hæc autem. §. j. Quibus ex cauſ. in poſſ. eat. quemadmodum ab alijs quoq; Iuriſcoss. & in Conſtitut. uſurpatur. Spieg.

NECESSITVDINEM perſonarum ſcire. l. ij. ff. In ius uocat. ut eant.

NECTERE artibus moras, eleganter Imperatores dixerūt in l. unica. C. de Suffragio. pro ſolutionem differre dolis. Sp.

NEFARIVM crimen, ut nefarium ſcelus apud Cic. l. ſancimus. C. de Pœnis. l. ij. C. Si nupt. ex reſcr. pet. Maior autem eſt uis nefarij, quàm illiciti. Sic nefariam coniunctionem. l. j. §. j. ff. de Cōcubinis. Nuptias item nefarias, plus quàm illicitas intelligimus. Spieg.

NEFARII, ſcelerati, ſacrilegi. Vide Nonium & Varronem.

NEFASTI dies. Lege, Faſti dies.

NEGARE, nihil aliud eſt, quàm dicere nō aliquid eſſe. Et propriè eſt credita, uel data negantium. Indicauimus, interpretantes hymnum Prudentij ad omnes horas. Sic iudicatum negare, pro eo, quod falſum iudicatum dicere, accipiendum eſt. Vlpianus: Nihil intereſt, ait, neget quis, an taceat interrogatus, an obſcurè reſpōdeat, ut incertū dimittat interrogatorē. l. de ætate. §. quod autē. ff. de Inter. act. Sp.

NON nego, medium quiddam eſt inter negantem, & uerè affirmantem. C. Is qui tacet. de Regul. iuris. l. ſi putas. C. de Petit. hæredit.

NEGATIO pura, uel ſimplex appellatur, qua neq; expreſsè, neq; tacitè quicquam aſſeritur, ſed intentio tantùm actoris in iudicio fit dubia. l. ult. C. Quib. ad libert. procl. non lic. cum multis ſimilib. ll. quas non fruſtra congerit Oldend. in x. Reg. in de Probat. dict. & fact. Zaſ. cap. ult. lib. ij. Intellect. ſingul. quod hactenus traditum eſt, negationē non eſſe exceptionem, adſtruit contra Rhetorica præcepta, contra ius, & contra rationem dici, & ſimul deprehendi, quantas nugas Innoc. Spec. Ab. & Canoniſtę ea in re ſparſerint, & quàm omnino ſibi non conſtiterint Bart. & legiſtæ: cum tamen nos ex Rhetoricis doctrinis, ex quibus iura noſtra ciuilia, magna ex parte, ut ueriſsimè dixit, radicantur. Porrò Alciatus oſtendit cap. xvij. Parerg. lib. v. nō eſſe ueram Dialecticorum differentiam: An negatio uerbum pręcedat, an ſubſequatur. Vide Laurēt. Vall. lib. Dialect. j. cap. xxvj.

NEGATIO negationi poſtpoſita nō ſemper affirmat, ſed & negat magis, cum altera pro uniuerſali ponitur, & particulares ſequantur. Vna ſola negatio poſtpoſita negationi non affirmat, ſed negat: ita tamen, ut ſequens iungatur cum particula, quidem. Interdum tamen ſine hac particula duæ negationes negant, cum una particularis omittitur. Si duobus uerbis aut poſitis, aut intellectis, addantur duæ negatiuæ, non dubium eſt quin negent. Hermogenes Rhetoric. ult. Negatione, inquit, quandoq; eodem ſenſu utimur: quo ſi affirmatiuè locuti eſſemus, quandoque minus ſignificamus, aliquando etiam amplius eodem ſenſu. Sp.

NEGATIVA regulariter dicitur improbabilis.l.actor.C.de Probationib.Eſt autem multiplex,facti,iuris,qualitatis. De quibus copioſius Speculator ſcribit tit. de Probat.§.j.uerb.Negatiua.Sp.

NEGATIVA uniuerſalis omnia poſt ſe deſtruit,hoc eſt,& actum & potentiam, ut dicunt Logici. Quod uerũ eſt in iure noſtro, ſi omnia principalia ſecundum materiam ſubiectã deſtrui intelligimus. Quippe quæ per accidẽs ueniunt. & ſuppoſititiè, iſta non deſtruuntur, ut docet Zaſ. in Intell. quo loco tractat propoſitiones uniuerſales, quomodo intelligantur.Spieg.

NEGLIGERE uidetur,qui ſepe conuentus ſui præſentiã non facit, per l. de unoquoqꝫ.§.qui apud.ff.de Re iud.Sp.

NEGLIGENS,qui in rebus ſuis diligentior nõ eſt.§.fin.Inſtit. Pro ſoc.Negligentem,quaſi non eligentem, Iſidorus interpretatur,autor non omnino contemnendus, quòd cum à Budæo Rhenanoqꝫ, tantis uiris citatum conſtat. Iuriſperitis negligens etiã plerunqꝫ dicitur, eo ipſo, quod quis non facit, quando agendum quid eſt certo tẽpore & loco: niſi de impedimento doceat.ut per Fel.traditur in uerb.Negligentia.de Reſcript.Sp.

NEGLIGENTIA noſtra ad alienam iniuriam referri non debet.Sceuola in l.iij. ff.de Tranſact.Sp.

NEGLIGENTIA quanto tempore inducatur,docet Bart.in l.j.ff.de His quib. ut indig.& in l.cognitiones.ff.ad Sill.

NEGLIGENTIA nimia, pro lata culpa. l.militis.ff.de Cuſtod.reor.Alb.Sp.

NEGLIGENTIA ſimplex eſt, quam culpam leuiſsimã uulgò uocant.Negligentia magna,culpa eſt,quę modò leuis,modò magna,pro ſubiecta materia accipiẽda eſt. Vide ſuprà,Culpa.Sp.

NEGO narrata prout narrantur, animo litem conteſtãdi. Cautela eſt calumnioſorum aduocatorum prorſus impia, nata in iuriſperditorum ſcholis,non ſacroſan. iuris officina. Vide Oldend. in Action. j.Claſſ.iij.Sp.

NEGOCIA ſunt plura quàm uocabula.l. nam natura.ff.de Neg.geſt.Sp.

NEGOCIA ſic accipe,ſiue unum,ſiue plura.Vlpian.de Neg.geſt.l.iij.Sp.

NEGOCIARI animas, uenuſtè Plinius de medicis dixit, pro eo quod eſt, lucrũ facere in occidẽdis animabus. Accedit, quod noſtris frequens in ore eſt,impunè hominem occidere, licere medicis. Et Banniſianum uerbum, à Cæſare Maximiliano probatum. Super panſam noſtram medici ludunt, tritum apud Italos uerbum.Spieg.

NEGOCIATIO,mercaturam ſignificat, de qua uide Bartol. in l. legatũ. de Leg. iij.& in quibus conſiſtat, eundẽ in l.quicunqꝫ.ff.de Inſtit.ſpecul.tit.de Cler.coniug.Abb. c.j.& c. ſacerdotibus. Ne cler. uel mon.

NEGOCIATOR, qui in aliorũ negocijs ſe exercet. Vnde Labeo: Negociatores ſerui uidẽtur, qui præpoſiti ſunt negocij exercẽdi cauſa: ueluti qui ad emendum, aut locandum, aut conducendum præpoſiti ſunt. Noſtri mercatores, factores uocant. Vide quæ notant in l. legatis. ff. de Legat.iij.Sp.

NEGOCIATORES,in Iuſtiniani cõſtit. lib.xij.C.Negociator.ne militent,intelligendi ſunt,qui ergaſterio præſunt,quod Latini officinam,aut tabernã nominant. Igitur non tantùm negociatorum nomine mercatores ſunt accipiẽdi, ſed omnes opifices: qui etſi ante Iuſtinian. militare poterant,rarò tamen adſumpti ſunt: niſi quòd in Gallico tumultu ſcribit Liuius, opifices & ſellularios minimè militiæ idoneum genus, rei neceſsitate excitos. Sic & ſeruos aliquãdo legere,liberorum penuria neceſſe fuit.Hodie uerò nec opifices arceantur à militia,niſi in delectu, **in der Muſterung**,quaſi non idonei reiecti fuerint: quod militum uulgus **Vßmuſteren** uocat. Sed id ad alia uſus quoque in noſtrate lingua trãſtulit. Viglius rectè cenſere uidetur, opificibus militaria priuilegia tribuenda: quando ipſis nunc iterum militare conſuetudine noſtra conceſſum eſt.Sp.

NEGOCIORVM geſtor propriè is eſt, qui ignorantis negocia gerit,ſi magiſtro Practicæ credimus.tit de Inſtr.edit.

NEGOCIVM plura ſignificat, laborem, occupationem,curam,moleſtiam,ſollicitudinem,cauſam,poteſtatem,litem,contractum. Vide Bart.in l.ſi pecuniam. C. de Neg.geſt.Sp.

NEGOCIVM ad omnẽ cauſam pertinet, hoc eſt, ciuilem, criminalẽ, priuatam, & publicã, Idem in l.j.§.j. ff.de Calum.Sp.

NEGOCIVM meũ dicitur, quum lucrum & damnum ad me pertinet. Vlp. in l. j. §. in propria. ff. Quan. appell. ſit. Negociũ autem alienum quatuor modis dicitur: cura, ſiue ſollicitudine, re ipſa, ratihabitione, & ipſo geſtu. Vide Gloſ. in l. ſi pupilli tui. in fin. §. pen. Sp.

NEGOCIVM facere, apud Iuriſcos. in l j. de Calumniator. pro moleſtiam facere alicui, accipiendum: non ut Roffiedus cum alijs putat, iudicium. Nec probant hoc leges ab eo citatæ. Neq; enim dicimus, Iudicium facere, pro uexare: ſed negocium facere in cauſis iudiciarijs, ciuilibus, uel criminalibus. Bud. Facere negocium, pro accuſare, apud Vlpianum, in l. qui iudicio. de Accuſat. obſeruauit. Sp.

NEGOCIVM facit, qui per calumniam fingit litem, cum iure nullam habeat: uel eam quam exercere debeat, diſsimulat in detrimẽtum alterius, utroq; caſu corruptus pecunia. Vlpian. uocat ſordidam concuſsionem, in l. j. de Calumniat. Sp.

NEGOCIVM utiliter cœptum ſufficit, licet diuerſus exitus ſit ſecutus. in fin. l. ſucceſſori. ff. Negoc. geſt. Sp.

NEMASENTVM. ff. de Publ. l. ult. §. ſpecies. non tamen ibi exponitur, quid ſit. Albericus ait. Nec mirum, quum uocabulum ſit nihili, pro quo nobis reſtituerunt triũuiri ſuprà nominati, genuinam lectionem, quæ duûm eſt dictionum, ſcilicet nema ſericum. Significant autem filum, quod apud Seras conficitur, cuius mentio Suidæ in uerbo σηρικόν. ut indicat Alciat. in Præterm. Sp.

NEMO, idem eſt quod nec homo quidẽ. Videtur enim compoſitum ex ne & homo. Pluraliter formari non poteſt, quia intelligitur pro nullo. Albericus annotauit ſignum eſſe uniuerſale negatiuum, citatq; c. nemo. extra de Elect. lib. vj. l. itẽ ſi unus. §. itẽ ſi plures. ff. de Arbitris. Notum eſt, nemo homo, pro nemine omnium: & nemo hominum, pro nemine omnium uſurpari. Sp.

NEMO alienæ litis idoneus defenſor ſine ſatiſdatione intelligitur, ait Caius l. qui proprio. §. qui alium. ff. de Procurat. Sp.

NEMO delictis exuitur, quamuis capite minutus ſit. l. ij. ff. de Capite minut. Sp.

NEMO prædo eſt, qui precium numerauerit, teſte Vlpiano l. nec ullum. §. ſed ſi quis ſciens. ff. de Petit. hæred. Sp.

NEMPE, eleganter expoſitiuè ſumitur, ex obſeruatione Eraſmi, ut Zaſ. admonuit. Pomp. eod. teſte, pro certo accepit. in l. poſt. de Orig. iur. Sp.

NEMVS, pabulo idoneum, ἀπὸ τοῦ νέμω, paſco: quòd in eo greges atq; armenta depaſci ſoleãt. Feſtus: Nemora ſignificant ſyluas amœnas, lucus religioni ſacer. Sp.

Νεώνητος, nuper emptus, nouitius, nouus miniſter, quaſi nuper emptum mancipium. à νέον, nuper, & ὠνέομαι, emo. Sp.

NEOPHYTVS, nouellus, quaſi νέον φυτὸν, id eſt, nouum germen. In ſacris literis dicitur, qui nuper ad fidem acceſsit, quaſi nuper inſitus. Sic enim diuus Paulus capite quarto ad Timotheũ uocat recens baptizatum, quòd à baptiſmo cenſeantur Chriſtiani. Eraſmus noſter pro neophyto uertit nouitium. Etymologiam, quam Alberic. affert, eruditorum aures ferre non poſſunt.

NEPOS, non propriè, ſed per interpretationem ſub filio continetur. Propriè igitur eſt filius filij, uel filiæ. Inſtitut. de Pat. pot. §. ſin. l. j. §. ij. & l. iij. in fin. de Grad. Aliquando dicitur filius fratris, uel ſororis. l. cum quis decedens. de Leg. iij. Vide Bart. in l. ſi inſtituta. ff. de Inoffic. teſt. Nepotes tamen & pronepotes, cæteriq; deſcendentes, liberorum appellatione continentur, exemplo xij. Tab. quæ primam ſucceſsionis cauſam liberorũ eſſe uolebant, & de omnibus deſcendẽtibus intelligebant. Nepos autem æquè ac filius, imò plus ab auo diligitur: quòd per eum diutius ſe uicturum, & in ſempiternum æuum memoriam ſui extendi ſperat. Acutiſsimo Baldo, nepotes ex corpore aui dicuntur nati, etiamſi ſint nepotes ex filia. l. j. C. de Cond. inſert. Idem in c. j. ad finẽ. de Feud. ſucc. Nepos autem quando ad pronepotem protẽditur, Alciatus in Comment. oſtendit. Præterea nepotẽ ex fratre, aut ex ſorore, à iuriſperitis imperitè dici admonẽt eruditi. nam fratris aut ſororis filius dici ſolet à doctis. Nepos autem reſpectu aui, ut filius reſpectu patris dicitur. Sp.

NEPOTES, omnes poſteros uocari notius eſt, quàm ut exemplis probari debeat. Appellantur etiam conſumptores, à Nepa, quæ (ut ait Plinius) deuorat omnes filios ſuos, uno ſolùm ſaluo. Siue dicuntur luxurioſæ uitæ homines, quibus

non

non aliter rei ſuę familiaris cura ſit, quàm iјs, quibus pater & auus uiuunt. Sp.

NEPTIS appellatione uenire etiã pronepтem, Bud. tradidit in l. Gallus. §. inſtituens. & §. idem. de Liber. & poſthum. Neptis ex filio. in l. auus. ff. de Pact. Sp.

NEQVAM homo, id eſt, prodigus, aſotus, libidinoſus, improbus, nihili, & ſceleſtus. Frugi opponitur: quo uerbo, ut ſuprà etiam monui, Iuriſconſulti ſæpius utuntur. Vide Budæum in prior. Annot. Spieg.

NEQVANDO, ullo tempore. Sp.

NEQVAQVAM, pro non. l. iij. uerſ. partes autem. ff. de Duob. reis. Alberic.

NEQVE, id eſt, quod non. l. ſtipulatio. §. habet. ff. de Oper. nou. nunc. Alberic.

NEQVE enim modo, pro nullo modo. l. in naue. ff. Locati. Alberic.

NEQVE imperare ſibi, neque prohibere quiſquam poteſt, ait Martianus. l. pen. ff. de Arbitr. Sp.

NEQVE iure ullo, neque æquitate tale deſiderium admitti. in fin. l. epiſtola. ff. de Pact. Item: Neque æquam, neque uſitatam rem deſiderare. l. j. C. Si cert. pet. Spieg.

NEQVE non, id eſt, & non. in Autent. de Non alien. §. j. Alberic.

NE quis doli præmium ferat. Vlp. in prin. l. ita demum. ff. de Recept. Sp.

NEQVITIA. Vide Ciceronem iij. Tuſculan. Spieg.

NEQVICQVAM, fruſtra. Celſus in l. ſi ego. Si cert. pet. Alioquin nequicquam mihi caueatur. Sp.

NE quid his deſit. Quid hæc uerba ſibi uelint, exponit Iuriſconſ. in l. Ticia. §. qui Marco. ff. de Ann. leg. Sp.

NERATIVS Priſc. Iuriſc. ætatis ſuæ longè princeps, Traiano principi adeò charus, ut ſibi illum deceſſorem deſtinaſſe credatur: cum illi remp. commendaſſet ex amicorum ſententia, ſi quid ſibi fatale contingeret, illum autem Traianus in conſilio ſemper haberet. Vide Egnatium in Spartianum, & cap. j. Epitom. Spieg.

NESCIRE & ignorare differunt. C. per quas perſ. nob. acq. l. ij. C. de Rei ux. act. l. j. §. j. Qui neſcit, experiundi poteſtatem non habet, teſte Caio, in l. annus. de Calumniat. Sp.

NESCIRE literas. Inſtitut. de Excuſat. tutor. §. ſimiliter.

NESCIENTIA, ignorantia, error, titubatio, quæ ſint, not. in Rubr. C. de Iur. & fact. ignor.

NESCIVS, & qui neſcit, & qui ignoratur, id eſt, qui incognitus eſt, dicitur. l. fin. §. ſin autem neſcius. C. de Furt. Poſterioris ſignificationis exemplum habes apud Plaut. & Gell. Sp.

NETA lana dicitur, quæ ſtamen & ſubſtamen eſt. Detexta dicitur, cum perfecta eſt, & à textrinis inſtrumẽtis detrahi poteſt. l. ſi. cui lana. C. de Leg. iij. Sp.

Νεοδαμώδης, apud Lacedæmones dicebantur ij, qui ex Helotis manumiſſi erant. Spieg.

NEVTROBI, idem quod neutro, id eſt, nec ad unam partem, nec ad aliam. Sp.

NE'VE, ne etiam ſignificat.

NEVTRVM, nec hoc, nec illud. Neutrales, qui neutri parti ſtudent. Vide Gloſſ. in penult. ff. Rem rat. hab. Sp.

NEX, mors, ſiue cædes, quæ ferro fit, aut alia ui. Quamuis neci datus, autore Feſto, propriè dicitur, qui ſine uulnere interfectus eſt, ut ueneno, aut fame. Vlpian. in necem alterius dixit, Budæo annotante, pro in damnum, & fortunarum euerſionem. in l. iij. §. ſed & ſi quis. de Crim. ſtellion. Spieg.

NEXI. Lege, Addicere.

NEXV ſolutus eſt, qui cum addictus eſſet creditoribus, poſtea ære alieno diſſoluto, ipſe necti deſijt. Tuſanus.

NEXVS, ſiue nexum, eſt genus obligationis ciuilis, qua corpus etiam ut pignus afficitur: quod (ni fallor) eſt id, quod **Leyſtung** uulgò appellant. Sp.

NEXVS ſeruitutis. C. de Libert. & eor. liber. l. fin.

NEXVM inire, Bud. ait, eſt lege nexus addici. Hoc ius reuocatum eſt per Diocletianum, in l. ob æs alienum. C. de Act. & obligat. Nexus etiam neruus uocabatur à Plauto in Pœnulo. Sp.

N I

NI particula in reſponſionibus utebantur antiqui, & iudicio recuperatorio. Bud. ex Cic. profert exempla. Sp.

NI fallor, affirmat eleganti ſpecie dubitationis. Importat enim apud prudentes philoſophicum temperamentum, & deprecatur temeritatem. Proinde Zaſius exiſtimat non eſſe uerum, quod Bald. &

Ang. uolunt, ſcilicet dictum teſtis ualere, ſi affirmaret uerbum, Ni fallor. Quia dictum teſtis debet eſſe certum, & neceſſariò concludere. Sed Iuriſprudentes poſſunt ſub ſpecie dubitationis decidere. Nam Sub dubio fortè dixerunt ſæpe periti. Sp.

NICETERIA, præmia ſunt uictorum, ſacrificia, uel epulum uictoriæ gratia factum, græcè ἐπινίκιον. Bud. Annot. prior.

NICENSES, quorum meminerunt Imperatores in poſterior. libris, dicti ſunt à Nicia, ſeu Nicea (utroq; enim modo dicitur) nomine duarum urbium: quarum una eſt Galliæ, quam uulgus eius uocat Nice, nos Niſſam: alia Aſiæ, & Bithynię metropolis, quæ & Antigonia nominatur. In hac urbe ſynodus Nicena, imperante Conſtantino, anno à nato Chriſto CCC.XXIIII. prima uidelicet ab eo conuentu, quem apoſtoli Hieroſolymis egerãt, celebrata eſt. Quid in fide noſtra ſit obſeruandũ, ex Nicenæ ſynodi autoritate, ſtatuit Imp. in l. nullus. C. de Sum. trin. & fid. cathol. Vide Vadianum in Bithynia. Spieg.

NICOLAVS, quaſi uictor populi, nõ laudis, ut Alberic. dicit. Nicolaus in Actis Apoſtolicis habitus eſt hæreſiarches: quanquam annotante Eraſ. Clemens apud Euſebium ipſum diligenter excuſat xxiiij. q. iij. c. quidam. uerſic. Nicolaitæ. ut ab Alber. citatur. Sp.

NIDI dicuntur, in quibus merces in tabernis ſeparatim tenentur. Sp.

NIDVS, à nidore, quòd mali odoris ſint auium cubilia. §. apiũ. Inſt. de Rer. diuiſ.

NIHIL, quidam interpretãtur peccatum, aut maliciam: quòd ea ſola ſint, quæ natura ſunt, & ob id bona ſunt. Peccatum eſſe quiddam priuatiuum, ſophiſticum eſt magis, quàm theologicũ. Vide Eraſ. in Annot. ad cap. j. in Ioannem. Verùm Nihil, interdum ſonat id, quod omnino non eſt in rerũ natura, hoc eſt, quod neq; ſubſtantia ſit, neque accidens. Interdum quod pro nihilo ducitur. Nonnunquam quod ex cõparatione nihil eſt: uelut homo cõparatus ad Deum, nihil eſt: & hominis ſapientia ad diuinã collata ſapientiam, ſtultitia eſt. Sp.

NIHIL facere, & malè facere, quo diſtent, colligitur ſub fin. l. j. ff. Quan. dies uſuſruct. leg. ced.

NIHIL, pro non, apud Iuriſconſ. in l. qui foueas. ad Leg. Aquil.

NIHIL, et inutile, paria ſunt, per iura uulg. l. quoties. ff. Qui ſatiſd. cog. Sp.

NIHIL ad rem, pro alieno à re propoſita. Vide Eraſ. in Chiliad. Sp.

NIHIL agere dicuntur, qui ſumunt operam inanem. Sic ſeruus in caſu. l. j. de Stipul. ſer. inutiliter ſtipulando, nihil agere dicitur. Vide Chiliad. Eraſ. Sp.

NIHIL amplius quàm, pro tantum. apud Marcellum in l. iij. ad finem. de Obſeq. patr. præſt. & Pompon. in l. ergo. de Liberat. leg. Sp.

NIHIL eſt, pro non prodeſt, non opus eſt, ſæpe occurrit. Sp.

NIHIL habet, qui libertũ habet. l. ſeruum. ff. Quib. ad libert. proclam. non licet. Vide quæ Gloſſa ſuper hac uoce diſſerit, in l. ſacrilegi. j. §. fin. ad fin. ff. ad Leg. Iul. peculat. Spieg.

NIHIL hoc ad ius, ad Ciceronem inquibat C. Aquilius Gallus: ſi quis ad eum quid tale attulerat, ut de facto quæreretur. Sẽſit Gallus, inquit Eraſmus noſter, aliud eſſe officiũ iuriſconſulti, aliud oratoris. Nec eſſe neceſſe, de his, quæ ad alienam profeſsionem pertinent, reſpondere. Recordor iam, hanc ſententiam longo antè tempore ſępenumero repetitam familiari colloquio, per uirum æui noſtri doctiſsimum Georgium Symlerũ: qui pòſt inſulis doctoralibus ornatus, ius ciuile cum ſumma auditorum ſuorum admiratione, multis annis interpretatus eſt. In eadem erat ſententia illius amicus, D. Nicolaus Gerbelius, antiqui iuris, literarumq; humanitatis et amator, et cultor ſingularis, mihi perueteri amicitia & familiaritate cõiunctiſsimus. Refert Aquilij dictum M. Tullius in Topicis ad Trebatium, & in uita eius Rutilius. Sp.

NIHIL poteſt nec addi, nec adimi. Hoc de re quæ bene habet, dicitur.

NIHIL quod eſt, nullũ operatur effectũ. arg. l. fin. §. fin. de Aur. & arg. leg. Hinc quod firmũ eſt, non poteſt per id quod eſt nullum, uel tolli, uel limitari. Vide Bart. ibidem. Item: Nihil quod eſt, dicitur eſſe minus etiam. l. illud. §. minus. de Tribut. l. minus. de Reg. iur. Sp.

NIHIL ualere, Iuriſconſultis eſt, quod interpretes dicunt, nullum operari effectum. Sic in fin. l. ad fin. de Manum. teſt.

apud

apud Pomp. tum alibi reperies. Sp.

NIHILI coactio eſt, ut citat è Plauto Alciat. lib. de Verb. ſig. iiij. uel potius, ut Eraſmus in Chiliad. ſcribit, nihili cocio eſt, ueteri prouerbio dictum uidetur in eos, qui pollicẽtur in futurum, nec exhibent rem præſentem. Sp.

NIHILO magis, quaſi in nihilo poſsit eſſe magis, aut minus. autor Donatus. Albericus ſequutus Accurſium in §. j. Inſtit. Quib. non eſt permiſ. fac. teſt. tum alibi, nihilomagis exponit, pro non ideo magis. Quod idem dicit, nihilomagis uim habere negantis, id ſciunt non eſſe perpetuum, qui latinos autores uiderunt. Spieg.

NIHILOMINVS, id ſignificat, quod uulgò dicitur, Hoc non obſtante. Interpretes tamen, ut & uocẽ Nihiloſecius, idem ſignificantem, haud probè alicubi pro nimio magis, alicubi pro ſine dubio, exponunt. Spieg.

NIMIA indulgentia, pro immodica. l. j. in princ. ff. de Colluſ. deteg. Nimietatẽ pro ſuperfluitate non tantùm iuriſperiti accipiunt, ſed etiam ab alijs idoneis autoribus ſic uſurpatur. Si tamen retrò ad ætatem Ciceronis reſpicias, in uſu non fuiſſe uidetur: quod & de uerbo Contrarietas, Inſulanus obſeruauit. Sp.

NIMIRVM, eleganter in l. iij. de Aur. & arg. leg. ad reſponſionem adhibitum uideri poteſt. Quanquã nihil moratur ſenſum, ſi ut alibi non rarò occurrit, pro, ſine dubio, uel pro certo acceperis. Sp.

NIMIS, hoc eſt, plus ſatis, aduerbium augeſcendi. Alberico aliquãdo nomen eſt indeclinabile, & ſubſtãtiuum. Nimium, nomen, pro aduerbio nonnunquã apud probatiſsimos autores ponitur. Sp.

NIMIS largè uidetur loqui Iuriſconſ. cum nullam exceptionẽ facit à ſigno uniuerſali. Vide Alberic.

NIMIS propè. l. j. C. de Execut. rei iud.

NIMIVM, & exceſſum & ſapientiam ſignificat, ab eo quod eſt nimis: quamuis nonnunquam amplitudinem rei quoq; ſignificet, & idem ſit quod ualde: ut, O nimium dilecte deo.

NISI, dictio exceptiua, regulariter cæteris paribus ponit contrarium ſui, per l. ij. ff. de Cuſtod. reor. §. fin. & ſimilibus. Alberic. exemplis demonſtrat, quibus refertur modò ad omnia præcedentia, modò ad eorum partem tantùm, item quibus in locis in ſi non reſoluatur. Quando autẽ adfirmet, uel neget, aut excipiat, not. in l. ſi eum. ff. Si quis caut. §. iniuriarum autem. Iaſon copioſius in l. actio. C. de Tranſaction. Sp.

NISI fallor. Vlp. in l. j. de Iuſtic. & iur. Veram (niſi fallor) philoſophiam, non ſimulatam affectantes. Vide, Ni fallor.

NISI contrariũ ſpecialiter ab hærede probetur. in fin. l. defuncta. ff. de Vſufruct. Spieg.

NISI ipſe ſubripuit, & poſtea ab eo ſubripiatur. Vide l. iiij. ff. Naut. caup. ſtab. Sp.

NIVARIVM colum, cuius meminit Pomponius, uas quo aqua ex niuibus colari ſolebat. Vtebantur Romani & ſacco niuario, quo liquidius merum potarent: & erat lineus. Lege Nebriſſ. poſt Accurſij ſomnium, item Bayſium: & uide ſuprà, Colum niuarium. Niuatũ autem, quod eſt niue refrigeratum, accipimus. Sp.

NIX quid, & cur hyeme ningat, pete ex naturalib. quæſt. Senecæ, lib. iiij. Quòd nix corrumpat ſegetes, nec Iuriſconſ. ignorat. l. fiſtulas. §. fin. de Contrah. empt. Galenus, teſte Eraſmo, refert, quoſdam Anaxagoram citaſſe, qui pronunciaſſet, niuem non eſſe albam. Nimirum ſimiles ijs hominibus, qui dicunt lucem tenebras, & tenebras lucem. Id quod in eos dicendum, qui non uerentur & confeſſa negare, & manifeſtò falſa pro certis affirmare. Spieg.

N O

NOBILEM fieri quemuis poſſe, docet Seneca epiſtol. xliiij. Nobilem autem ſe dicens & fingens, cum non ſit, crimen falſi ſubit. Fac. l. eos. §. ult. Ad leg. Corn. de Falſ. Vide Bald. in l. qui ſub pretextu. C. de Sacroſan. eccl. Sp.

NOBILE officium iudicis, quod Iuriſconſulti appellant perſecutionem, eſt extraordinarium remedium, quod aduerſus eos datur, quibus cum nobis de ſtricto iure nulla actio eſt, ſed qui interim ex ſola æquitate, & quod dicitur, de bono & æquo nobis obnoxij ſunt. Vide Alciat. enarrantem l. actionis. de Verb. ſig. Aliter: Nobile officium eſt, quod à ſolo iudicis executiuo officio pendet. l. iubere. ff. de Iuriſdic. Hoc iudex nunquam defungi poteſt. Nam quod dici ſolet, Iudex ſemel pronunciando, functus eſt officio

ſuo: ad mercenarium referendum eſt officium, quod actioni ſubſeruit. Sp.

NOBILITARE, nobilem facere, dignitatem augere, decorare. Apul. Quem non excellentia generis, ſed mores uirtutesq́ nobilitarunt. Quere, Natalibus reſtituere.

NOBILITAS non generis eſt tantùm, ſed etiam alterius rei excellentia, dignitas, itē fama, nominisq́ celebritas. Annotauimus obiter in Ligurinum, triplicem nobilitatem. Vnam generis eſſe, de qua dictum eſt. Qui genus iactat ſuum, aliena laudat. Virtutis alteram. Tertiam ex utraq; conſtantem. & quæ ſeq. Bart. in l. j. C. de Dign. lib. xij. plura congerit de nobilitate. Sp.

NOBIRIA à priſcis dicebant̄ ea loca, quæ in metādis caſtris omnino uitari debent: ſcilicet, ne mons caſtris immineat, per quem ſuperuenire hoſtes, aut perſpicere poſsint, quid in caſtris agitur: ne ſylua celatura hoſtes adiaceat: ne'ue foſſa, ſeu ualles, per quos obruti caſtris occumbere poſsint: ne uicini fluminis torrentis'ue ſubita tempeſtate caſtra inundatione intereant. autor Higinus in Grammat. Sp.

NOCENS, qui iniuriam aut maleficium commiſit, qui alteri nocuit, damnumq́ intulit. Nam nocere propriè dicitur, qui nocet perſonæ, non rebus. l. j. §. huius autem uerba. ff. de His qui deiecer. uel effud. Spieg.

NOCERE morbus intelligitur, qui perpetuus eſt, non qui tempore finitur. l. fin. §. j. ff. de Aedil. edict. Sp.

NOCVIT, nocebit. Adi Chiliad. Eraſ.

NOCTES & dies, id eſt, cōtinuò, ſemper.

NOCTV, pro nocte, uel pueris notum eſt: & nox, pro noctu, in xij. Tab. uſurpatur. Si nox furtum factum ſit, ſi im aliquis occiſit, iure cęſus eſto. Vbi im accuſatiuum dixerunt ab is, & occiſit pro occidit. Iuriſconſ. in l. hoc edictum. §. Labeo. eod. Et noctu, inquit, homines ire non debent. Spieg.

NODVM quærere in ſcirpo, hoc eſt, ex re facili reddere difficilem. quod Accurſio familiare eſt. Adi Chiliad. Eraſ.

NOLLE & uelle, duo illa uerba, ut Ferrar. admonuit, in Cōment. ad Reg. iur. quodammodo relatiuorum more ſe habent, quorum alterum ſine altero non ſtatim exiſtit. Ex eo ſiquidem non uerè aliquid exiſtimamur, quia hoc & uelle poteramus: & ſic ad arbitrium licet diuerſi effectus, liberum tamen ultrò citroq́ referuntur. Vnde fruſtra dicitur noluiſſe id, quod non potuit quis uelle: cum relatiuorum natura ſit, ut inuicem conſiſtant, pariaq́ habeantur. Verùm quòd interpretes nolle & uelle inter contraria referunt, intelligendum eſt, quòd actu ſint contraria, aut diuerſa. Quemadmodum & Boethius relatiua contraria appellat, in ij. Topic. Comment. Nam habitu magis relatiuorum naturam ſapiunt: quando nemo dicitur nolle, qui non poſsit & uelle. Siquidem uulgatum illud, Eius eſt nolle, qui poteſt & uelle, parum conſiſteret, quod utrumuis ſimul ponit. id quod contra naturam eſt contrariorum, quorum uno conſiſtente, reliquum ceſſet opus eſt. Spieg.

NOLENS uolens, locutio prouerbialis, ſi Donato credimus. Videtur autem id genus ſermonis, quia ex contrarijs conſtat, ænigmaticum quiddam habere, ut admonuit Eraſ. in Chiliad. Albericus annotat, nolens & uolens idem eſſe in iure noſtro, per Gloſſ. ſuper dict. uoluntati. in l. j. ff. Quod metus cauſ. Sp.

NOLO adire, & non uolo adire. Super his uerbis doctores plura effundunt in l. qui ſe patris. C. Vnde liber. Decius, ut teſtatur acuto & excellenti ingenio uir Nicolaus Bellonus, putat fiendam differentiam, an quis dicat, Nolo adire: & inducatur repudiatio. aut dicat, Nō uolo adire: & non inducatur. Ea ratione, quòd uerbum Nolo, indicat præciſam uoluntatem, ſecus uerbum Non uolo: cum ſit medium inter uelle & nolle. Hæc differentia doct. licet communis habeatur, non ſatisfacit Bellono. Pendet enim ex eo, ut idem refert libro iiij. Supput. cap. xiiij. quod crediderint DD. eſſe differentiam inter uelle & non uelle, & non uelle eſſe medium inter uelle & nolle. quo ſentit ipſe nihil à ueritate magis alienū. At in contrarium facit ſignificatio ipſorum uerborū: & Grammatici nullo modo admitterent hoc, qui dicunt, & uerum eſt, Nolo eſſe compoſitum ex non & uolo, & ſic idem eſſe. Quod probatur in §. filius. l. filij mater. ff. ad Tertull. Licet in contrarium adducatur. quod quàm doctè, tam uerè ipſe Bellonus loco modò ci-

dò citato refellit. Porrò Nolò adire, hæc uerba ſunt ſuſpenſiua, & inferunt tantum ad primum motum uoluntatis, ſecundum doctrinam Bart. in l. gerit. ff. de Acquir. hæred. & l. in l. ſerui electione. ff. de Leg. j.

NOLLE facere uidetur, qui poteſt facere, & non facit. §. ſi quis fugitiuus. §. idem ait. ff. de Aedil. edict. Sp.

Νομάρχαι, regionum præfecti. Bud. in priorib. Annot.

NOMEN quilibet ſortitur ab eo, quod principaliter agit: unde qui ampliorem ſubſtantiæ partem in mercimonijs non habet, non rectè mercator accipi poſſe uidetur. Quanquam ſi quis citra fraudem mercatorum fuerit aſſumptus, eiusq́ negociationis ſe profiteatur, mercator propriè exiſtimandus erit, tametſi non magnam fortunarũ ſuarum partem in quæſtum deduxerit. l. ſi quid. in fin. de Aedil. edict. Spieg. vid. Alc:

NOMEN propriè quid ſignificet, ab Alciato petendum eſt, qui cap. j. quarti Diſpunct. liberaliter communicauit diuitias doctrinæ ſuæ minimè uulgaris. Sp.

NOMEN ſimpliciter poſuit pro cauſa Arrianus in l. iiij. de Re milit. Exautoratus, inquit, eo nomine, non utique infamis erit. Spieg.

NOMEN, pro debitore, maximè in re fœneratoria, apud Iuriſconſ. ſæpiſsimè inuenitur. Hinc pecuniæ in nominib. dicuntur, quæ datæ ſunt fœnori. In hac quoq; ſignificatione accipitur nomen ab Vlp. l. ſi quis uxori. de Furt. Si quis, inquit, ſeruo meo perſuaſerit, ut nomen ſuum ex inſtrumento tolleret. Nebriſſ. Sed & Budæus: Nomina, inquit, pro debitoribus ponũtur, uel pro ſyngraphis creditarum pecuniarum. Sic accipitur nomen, teſte Alciato, in l. nominis. de Verb. ſig. Idem nomina intelligit cautiones fœneratorias, non admodum abſimiles his, quas hodie literas cœnobij dicimus. Porrò debitoris nomen an numeretur inter mobilia uel immobilia, Bartol. tractat in l. poteſt. ff. de Autor. tut. Quomodo uerò nomina diſtrahantur in cauſam iudicati, id eſt, tanquam pignora uendantur, explicant interpretes in §. fin. famoſę. l. à diuo. ff. de Rei iudic. Sp.

NOMEN accipere, pro eo quod eſt, recipere militem in cenſura publica, in der muſterung annemmen. ad nomen mittere, uel ire, zů der muſterung gehn.

NOMEN dare, eſt in militiam ſcribi facere, aut in communem ſocietatem conſpirationis coire. Vide, Dare nomen.

NOMEN deferre, eſt quodammodo accuſare. Lege, Deferre nomen.

NOMEN familiæ eſt, & omnia quæ ad unumquemq; noſtrum differendũ excogitata ſunt, à nomine differunt: quia eo gens cognoſcitur, ideoq́ gentilitium dicitur. Cætera ordine uariant. Nam quod præponitur, prænomen: quod poſtfertur, cognomen: quod ad ultimum additur, agnomen eſt. ut C. Iulius Cæſar: Iulius nomen eſt familiæ Iuliorum, C. prænomen, Cæſar cognomen. Vide Alciat. lib. Diſpunct. iiij. Camerarius noſter: Omnia quidem, inquit, quacunq; de cauſa homini impoſita nomina, cum certum quendam hominem deſignent, propria ſunt. Prima tamen Romanorum appellatio uerè propria in uiris quidem uidetur eſſe. Quippe qua inter ſe, qui non ſolùm diuerſarum familiarũ, ſed eiuſdem etiam eſſent, diſcerni poſſent. ut M. Tullius Cicero, & Q. Tullius Cicero. Sp.

NOMEN, pro obligatione debitoris accipitur. ſicut cum dicimus, uendo nomen. Sic & cauſam, ſic accepti expenſiq́ titulum, ſic ſingula in conficiendis rationib. negocia appellamus. l. pen. & fin. C. de Conuen. Fiſc. deb. Sic & in S.C. dicitur, incertis nominibus pecuniam à Macedone filijsfam. credi ſolitam. l. j. ad Macedon. Quandoq; & agnationem ſignificat. ut cum prohibemus fundum de nomine noſtro exire. l. is qui. de Leg. Alc. de Verb. ſig.

NOMINA, id eſt, cautiones fœneratoriæ. in l. ſolutum. §. j. ff. de Pig. action. Non admodũ adſimiles ijs, teſte Alciat. quos hodie literas cambij dicimus. Vnde & ſi de nominũ traijci, apud Ciceron. aduerſus Salluſtiũ, pro eo quod eſt, pecunias per literas cambii tranſmittere. Sp.

NOMINA bona. Quære, Bona nomina.

Νομικός, legiſperitus, qui in negocijs legalibus uerſatur. Sp.

NOMINA iuris, alia ſunt particularia: ut obligatio, ſeruitus, dominium. Alia uniuerſalia. Ea tripliciter aſſumuntur. Aut enim uniuerſitas ſolius facti, ſeu corporum eſt: ut grex, chorus, familia. Aut

iuris & facti mixtim: ut peculium, dos, matrimonium. Aut ſolius iuris, ut hæreditas: ea enim nomen ſeruat, etiamſi nulla corpora hæreditaria ſint. l. hæreditas. de Pet. hæred. Vide Alc. in Comment. de Verb. ſig. Sp.

NOMINA Vlpian. in l. j. ad Macedon. uſurpat pro cauſis ipſis, ſeu tit. particularibus cuiuslibet pecuniæ, quæ in rationibus accepta fertur. Nos eiuſmodi nomina, id eſt, titulos, cùm erogationum, tum acceptorum uocamus. Sp.

NOMINA quædam in Pand. legũtur non niſi in perſonis ſeruorum & libertorum, ut Statius, Erotes, Pamphilus, Stichus, & alia multa: et ex cõtrario Caius, Seius, Meuius, Sempronius, Titius, nomina ſunt libertorum: quamuis Statius Cæcilius comicus, & Statius Papinius heroicus, poetæ celebres fuerint, nihilominus alter ſeruilis, & alter libertinæ conditionis memoratur. Vide Alexand. lib. Gen. dier. iij. cap. xx. Crinitum de poetis latinis, & infrà, Seruorum nomina. Sp.

NOMINA facere, eſt pecuniam mutuam dare, aut aliàs debitorem ſibi aliquem facere. Petrus Marſus, & Fr. Maturantius, nomina facta ſunt, apud Ciceronem lib. Offic. iij. intelligũt pro eo quod eſt, ſufficientẽ cautionẽ datã, **Man hat die verſchreibung gegen einander gemacht.** Sic nomina ſimpliciter pro debitoribus ponuntur. Columel. Mala nomina ſæpe interpellanda ſunt. Vide, Bona nomina. Spieg.

NOMINA numeralia colligunt, non autem diſtribuunt, aut diuidunt: ut docet Bart. in l. ſi ex toto. §. fin. de Leg. j. Sp.

NOMINA pulchra multo precio eſſe comparanda. Ita Io. Andr. de Milentia uxore ſua recitat, in c. j. de Depoſ. ubi dicunt Card. & Imola: Si quis deponat rem ſuã apud hominem illoti, turpis nominis, & res perdatur, eſſe imputandum deponenti, qui nomen turpe non abhorruit.

NOMINA reſpectiua quæ ſint, uide C. de Seru. fugit. l. pen. & ibi. not. & l. unica. de Sẽt. quę pro eo quod intereſt profer. Sp.

NOMINA xxxv. Romanarum tribuum. Quære in uerbo, Tribus.

NOMINIS finitio precedit definitionem rei. Neq; enim probè definieris canem, niſi primùm conſtitueris, an de animali, ſiue terreſtri, ſiue marino, an uerò de cœleſti ſidere loquaris. Gloſſ. l. quoties. de Verb. oblig. Sp.

NOMINARE, eſt præſentem ſiſtere, & ut iuris Pontificij ſcriptores dicunt, ius patronatus habere, hoc eſt, nominare deſignandum, Budæo teſte. Cæterùm nominare, fideiubere, & in ſe periculum recipere, non diſtare indicat Albericus, per §. fin. in l. cum oſtendimus. ff. de Fideiuſſ. tut. Spieg.

NOMINATIM, hoc eſt, expreſſè exhæredatus quis ſit, uide in l. iij. §. nominatim. ff. de Iniuſt. teſt. item §. nominatim. Inſtitut. de Exhæred. liber. Nominatim etiam intelligitur expreſſus, qui non nomine proprio, ſed demonſtratione corporis, aut opificij, officij'ue, neceſsitudinis, atque affinitatis, aut alio modo deſignatur. l. ij. de Leg. ij. & ſimilib. quæ Albericus citat. Bart. in l. ſiue à certis. ff. de Duob. reis. nominatim quod dicitur, explicat. & in l. turpia. §. fin. de Leg. j. quid ſit nominatim fieri, docet. Sp.

NOMINATIM legatum accipiendum eſt, quod à quo legatum ſit, intelligitur, licet nomen pronunciatum non ſit. autor Paul. de Legat. iij.

NOMINATIVVS pro genitiuo, elegantiſsima eſt figura loquendi, qua frequentiſsimè utuntur Iuriſconſulti. in l. quæſitum. §. idem Celſus. ff. de Fide inſtr. ubi dicitur, Hoc genus ſeruos, id eſt, eius cõditionis ſeruos. ſic & in l. & ita. §. j. Naut. caup. ſtab. ubi dicit Iuriſconſ. Prætorem curam agere reprimendæ improbitatis hoc genus hominum, id eſt, eius generis, eius conditionis. Sp.

NOMINATVM delictum interpretes appellant, quod Iuriſconſulti generalis delicti nomine intelligunt: ut in dictione Delictum, indicaui. Speciale uerò delictum uidetur, quod innominatum dicunt: ut cum quis in ius uocatus non paret, cum temerè appellat, cum ius dicentem contemnit, cum in munere ſibi impoſito per deſidiam quis ceſſat: eiuſmodi enim facta pluribus uerbis ſpecialiter deſignantur, non uno generali. Ex Alciato. Spieg.

NOMISMA, idem quod nummus, græcè νόμισμα. Pomponius de Vſufructu: Nomiſmatum, inquit, aureorum, uel argenteorum ueterũ, quibus pro gemmis uti ſolent, uſusfructus legari poteſt. Sp.

Νομοφυλακία, legum morumq; regimen & tutela. Hinc nomophylaces, legum præſides & cuſtodes: & nō ſolùm de ijs dici tur, qui literas legis, ſed qui etiam hominum facta obſeruabant, & ad leges reuocabant. Budæus in l. ult. de Senator.

NOMOPHYLACES. Lege, Νομοφυλακία.

Νόμος, apud Græcos propriè legē ſcriptam magis ſignificat: ſed θεσμός, legem non ſcriptam, & quandam potius conſuetudinem refert. Alc. lib. ij. Diſpunct. cap. v.

NOMOTHETAE, non ſimpliciter autores legum ſunt, ſed & ipſi, qui principaliter leges promulgāt: quales apud Græcos Solon, Draco, Minos, Lycurgus: apud nos Pompeius, qui tulit legē Pomp. Iulius l. Iuliā. Corn. Sylla l. Corneliam, & ſimiles. Ipſi uerò Iuriſconſulti, Vlpianus, Paulus, Scæuola, non ſunt νομοθέται, ſed ll. interpretes. Alciat. lib. ij. Diſp. cap. viij. Hi νομοθέται ex iudicibus deligebantur: quorum munus erat, leges rogationes'ue tribus concionibus à populo probatas diligentius examinare: atque ut hi eas uel probarent, uel improbarent, ita proferebantur. Budæus in l. j. de Iuſt. & Iure. Spieg.

NON, particula regulariter negat, ſed quæ præpoſita, alium habet ſenſum ab eo, quam poſtpoſita notat. l. quædam. ff. de Rei uend. Cætera Alberic. Sp.

NON conſentire, non eſt diſſentire. l. alioquin. ff. de Contrah. empt. Eſt enim medium inter conſentire & diſſentire. l. in bello. de Capt. & poſtl. reu. Ex Alberic. Spieg.

NON differendarum litium cauſa, ſed tollendarū ad arbitros itur. Celſus l. quamuis. ff. de Recept. Sp.

NON dubitare ſe, quodcunq; uxor eius cepiſſet, liberis ſuis redditurā. Hæc uerba, teſte Papiniano, Marcus Imperator interpretatus eſt, pro fideicommiſſo accipienda. Vide l. ſi unum ex familia. in fin. ff. de Legat. ij. Sp.

NON eſſe, & non apparere, paria ſunt. l. in lege. ff. de Contrah. empt. Sp.

NON eſſe actorem uel ſyndicum tunc intelligimus, ait Caius, cum is abſit, aut ualetudine impediatur, aut inhabilis ſit ad agendum. l. j. ff. Quod cuiuſcun. uniuer. nom. Spieg.

NON eſſe ad fontem. Pomponius: Si is qui hauſtum habeat, quo ſeruitus amittitur, non erit ad fontē. l. Labeo ait. ff. Quem. ad. ſeruit. amit.

NON honeſtus queſtus. Hermogenianus: Ne honeſta, ait, interpretatio nō honeſti quæſtus lucrum poſſeſſori faciat. l. ſi poſſeſſor. ff. de Petit. hæredit. Sp.

NON ideo, pro non continuò. Iuriſconſ. Cum decem tu dari ſtipulatus ſis, non ideo poſſe te decem dari oportere intendere: quia, & cætera. Sp.

NON iuſtum & iniuſtum, qui negāt idem eſſe, falluntur. Qua de re Valla lib. Dialect. ij. cap. xxxij. rectè diſſerit, & uerè, teſte Alc. in fin. cap. xvij. lib. v. Parerg. Sp.

NON negligentia, ſed temporis anguſtia non potuiſſe litem conteſtari. Paulus in l. non enim. Ex quib. cauſ. maior. Sp.

NON nimis, pro non tam, apud Vlpianū, in l. iure gentium. §. utrum autem. ff. de Pact. more Græcorum, qui οὐ μαλακῶς dicunt, ut Haloander monuit, & obſeruauit Hegendorph. Sp.

NON nominatim, id eſt, in genere. l. hæres ſeruum. ff. de Euiction. Sp.

NON perinde, id eſt, nō æquè probè. Pomponius: Nam ſenatus, ait, non perindè omnes prouincias probè regere poterat. Adi Oldend. in Reſtaur. politiæ. Sp.

NON per omnia uerum eſt. l. ait Prætor. §. ſed quod Papinianus. ff. de Minorib. Sp.

NON pluris quàm res eſt, id eſt, quanti aduerſarij interfuit. Vide Vlp. l. qui reſtituere. ff. de Rei uind. Sp.

NON poſſe dimitti in ſolidum creditorem, eſt, non poſſe creditorem totam ſolutionem conſequi. Sp.

NON poſſe, præciſam neceſsitatem inducit, generaliterq; modum omnem remouet, unde effici diſpoſitio poſſet. Gloſſ. c. j. de Reg. iur. lib. vj. Sp.

NON pro modico beneficio datur, apud Vlpianū, in l. athletas. ff. de His qui not. infam. Sp.

NON reddita res propriè dicitur, quæ deterior facta redditur. l. iij. §. ſi reddita. ff. Commodat. Sp.

NON uerè dicitur reipub. cauſa abeſſe, qui ſui priuati negocij cauſa in cauſa eſt. autor Alphenus. Sp.

NON uelle. Hæc uerba falsò traditum eſt, iuxta ſententiam doctiſsimi Belloni, inter nolle & uelle medium eſſe, cum medium ſit, non nolle. l. j. §. ſcientiam. ubi

ubi caſus, & Gloſſ. in uerbo uelle. ff. de Tribut. act. Quin & ratio accedit. Nam inter affirmatiuam & negatiuā medium non ſumitur ex affirmatiuo, ſed ex negatiuo. Exemplum: Inter proprium & improprium datur medium, non improprium: non autem datur, non proprium, quoniam non proprium idem eſt quod improprium. l. j. in prin. ff. de Suis & legit. Sic inter doctum & indoctum, datur non indoctum. Idem in uerbo placere & diſplicere: quorū medium eſt, non diſplicere. l. j. §. is qui nauem. ff. de Exercit. Spieg.

NON utiliter negocia gerit, qui nō neceſſariam rem, uel quæ oneratura eſt patremfamilias, aggreditur, teſte Vlpiano, l. ſed an ultrò. §. fin. ff. Negoc. geſt. Sp.

NONAE dicuntur in Martio, Maio, Iunio, & Octobri ſex illi dies, qui primùm ſequuntur: in reliquis uerò menſibus, quatuor tantùm illi dies primùm ſequentes. Vide l. item ueniunt. §. pridie idus. ff. de Petit. hæred. Sp.

NONARIAE, meretrices, quòd hora nona cellas aperirent, & proſtare inciperent, dictæ ſunt. Bud. Perſium citat.

NORMA, pro formula præſcripta. ut in §. penul. Inſtit. de Atil. tut. Normalem tamen pro recto poſitum, qualem norma, hoc eſt, fabrorum regula efficit, alicubi Bud. obſeruauit. Sp.

Νοσοκωμεῖον, infirmorum, ſiue ægrotantium uilla. Noſocomos, qui præſidet noſocomio. νόσος, morbus. κώμη, uilla. Iuſtin. in C. de Sacroſanct. eccl. Noſocomia, inquit, uel brephotophia. Ant. Nebriſſen. Vide Rhodig. lib. xxix. cap. xj. Sp.

NOSTRVM propriè dici nō poteſt, quod ex caſu nobis auferri poteſt. Sp.

NOTA, pro infamia, ignominia, probro. l. j. & ij. §. j. ff. de His qui not. infam. Aliàs quodcunq; ſignum ſignificat. Ouid. ad laudem retulit. In Autent. ut Præpon. no. Imp. & de Tabellion. pro ſcriptura notarij uſurpauit. Sp.

NOTABILE, eſt concluſio, quę à deciſis, aut decidendi ratione ingenioſè colligitur. Salom. in l. Gallus.

NOTARE, legale uerbum, notæ ſignificationis, ex tit. apud Iuriſcoſs. de His qui not. infam. Sp.

NOTARIVS propriè is eſt, qui excipiens uerba dictantis, per notas & compendia ſcribit. Paulus de Milit. teſtam. l. Lucius Titius miles notario ſuo teſtamentum ſcribendum notis dictauit: & antequam literis perſcriberetur, uita defunctus eſt. Nebriſſ.

NOTARII, à notis literarijs: quòd notis quibuſdam uerbum ſemper ſignificantibus, Catonis luculentā in ſenatu orationem collegiſſent, originē traxiſſe dicuntur. Dicūtur autem plurifariam, ut refert Gloſ. in Rubr. C. de Tabular. lib. x. Notarium iura ſcire præſumi, magiſter Practicæ autor eſt, in titulo de Inſtrum. edit. §. octauo. in fin. in uerſ. ſed nunquid tabellio. Baldus, notariorū imperitia mundum deſtrui, autor eſt in Reſponſis. Porrò notarij, & librarij. Quibuſdam apparet, idem genus hominum fuiſſe olim notariorum, & librariorum. At Inſulano ſecus uidetur, cui apparet, notariorum genus maiore in precio fuiſſe, ob uelocitatem eorum in excipiendis tranſcribendiſq; dictatis: quod etiam artificioſis & breuibus quibuſdam notis quondam fieri ſolitū, autor eſt Plutarchus in uita Catonis iunioris. Librariorum autem illi quondam profeſsio uidetur fuiſſe, ut certi precij cauſa libros, ac quæcūq; ſcribenda ſcriberent: nec breuiuſculis ipſos notis, aut decurtatis uerbis uſos fuiſſe. Seneca & Tranquillus notarios appellant actuarios: quòd in acta referrent actiones, quæ dicebantur in ſenatu & ad populum. Longo tempore pòſt dicti ſunt notarij, quibus publica cura ſtipulandorum inſtrumentorū ab Imperatore commiſſa fuit. Dictos notarios à notis, Hammonius credidit. Et Paulus de Teſtam. milit. innuit. Lucius, inquit, Titius miles notario ſuo teſtamentum ſcribendum notis dictauit. Notarij autem propriè dicuntur, qui excipientes uerba dictantis per notas & compendia ſcribunt. Soli autem notarij principum, hoc eſt, Imperatorum & Cæſarum, dicuntur habere dignitatem. l. unica. C. de Mand. Princ. Cæteri enim publici ſerui, quòd populariter rogentur, nuncupantur. l. ij. Rem pupil. ſalu. for. At ubi doctores ritè appellati, decurionesue citati, aut ſacris initiati fuerint, rogati non coguntur ad præſtandum officium, ut Bartolo uiſum eſt in l. uniuerſitates. C. de Decurionibus. Sed & notarij dicti ſunt olim, qui

notarent

notarent in ſenatu. Tabelliones autē hodie latinè dixerimus id genus ſcribas à tabulis, hoc eſt, teſtamentis, et publicis ſcripturis, quas conficiunt. Vide infrà, Tabelliones. Spieg.

NOTAE literæ, dicūtur ſingulariæ, ex quibus uerba conficiuntur. Sed et literarum notæ intelliguntur, quibus ad occultanda conſilia, maximè in bello, propter hoſtium inſidias, milites utebātur. Vigl. in tit. Inſt. de Milit. teſt. uulgò nunc ziphræ uocantur. Eas primùm commentū fuiſſe Tironem M. Tullij Ciceronis libertum, autor eſt Euſebius. Sp.

NOTAE uerbo etiam cicatrices continentur. Vlpian. in fin. l. j. ff. de Fugitiuis.

NOTIS ſcribere. Lege, Hieroglyphicæ.

NOTIFICARE. Hoc uerbum à pleriſq; reprobatur: nec uerò facile admittatur, niſi fortè autore Ouidio ſe tueri quis uelit, qui ſic habet lib. j. de Ponto: Atq; modum pœnæ notificare uelis. Pro eo autem uerbo ſubijciunt alij, notum facere, quo nihil receptius in ſummorum aulis principum. ſeu euulgare, aut palàm facere, Verkünden menigklichem/oder kundt thůn allen menigklich. Sp.

NOTHIA, Græci appellant neutro genere, & numero plurali, eam partē, quæ ex bonis paternis, lege Athenienſiū, nothis dari poterat. Hinc factum, ut Græci nothum appellent, quicquid non legitimū eſſe uolunt, nec uerum. Ita nothus dicitur filius ante legitimum natus. Bud. in Annot. prior. ad l. uulgò cōcepti. de Statu hominum. Sp.

NOTHI, adde illis, quæ ſuprà dicta ſunt in dictione, Naturales filij, fuiſſe qui exiſtimarent, cum ijs dūtaxat filijs, qui ex concubina domi retenta nati ſunt, teſtamentifactionē patri hodie eſſe, non cum nothis. Quod falſum eſt, & aduerſus Iuſtiniani conſtitutionem, ſi quis eius uerba diligenter in græco autographo inſpexerit. In eo enim (teſte Alciat. cap. v. lib. iiij. Parerg.) expreſſè nothos & phyſicos filios commemorat, & agnoſcit. At qui in latinū eam cōſtitutionem tranſtulit, ambos uno nomine naturales uocat. Nam autore Quintiliano, nothi dictio latinè explicari non poteſt. Cæterùm quo diſtant à naturales, qualiter item olim & hodie ſuccedant naturales, & ſpurij, & nothi, exactiſsimè demonſtratur loco iam citato. Spieg.

NOTIO, aliàs cognitio prætoria à Iuriſcōſultis uocatur, cū ſine ſcripto libello, ſine ſolēnitate iudiciaria tantū ſimpliciter inuocat̃ officiū iudicis uel magiſtratus. Sp.

NOTIO diuiditur in cognitionem & iuriſdictionem. l. notionem. de Verb. ſig. Eſt autem notionis uerbum generale: & non ſolùm ad eos pertinet, qui iuriſdictionem habent, ſed & qui ſimplicē cognoſcendi facultatem. Quare aſſeſſores, ſiue amici, qui in cōſilium proconſulum adhibentur, cum etiam ipſi cognoſcant, dicūtur habere notionem. Arbitri quoque, quos ex compromiſſo adimus, habent notionem. Cum enim ex pacto priuatorum iuriſdictio conferri nequeat, conſequens eſt, ut ſaltem notionem habere dicantur. Ex Alciat. Comment. de Verb. ſig. Sp.

NOTORIA, teſtificationum genus eſt. Iuriſconſ. in l. ab accuſatione. ad S.C. Turpil. Nunciatores, qui per notoria iudicia produnt, notorijs ſuis aſsiſtere iubentur. Ibid. Verum falſis, nec ne notorijs inſimulatus ſit, perpenſo iudicio diſpici debet. Senſum horum uerborum pete ex Bud. Annot. poſter. nam & hoc loco Accurſius lapſus eſt. Sp.

NOTORIVM eſt, quod omnibus cōſtare poteſt, & colore nullo offuſcatur, nec probatione indiget: ut, palatium in urbe eſſe. Manifeſtum, quod allegari probariq; oportet: ut, Titium corā populo occiſum, Seium publicè fœnus reprobum exercere. Liquidū, quod iudici ex actis liquet. l. ciues. C. de Appell. et quod ſine moroſa difficultate iudici probatur. Clarum uerò generaliter accipi poteſt, ut ſupradicta comprehendat. l. poſtrema. de Tranſ. Alc. de Verb. ſig.

NOTVM, cenſet Gloſſa. l. quinquaginta. C. de Excuſ. tut. quod cuique uel coràm, uel ad domum nunciatur. Sp.

NOVALIS, græcè νέωμα, uel νέα γῆ, uno ſignificatu terra eſt, quæ anno ceſſat: alio, ager nunc primò coli cœptus, cum prius ſylua eſſet, uel alio modo incultus. Alc. de Verb. ſig. Vide, Veruactum.

NOVARE, & nouum, ſiue recens facere, et immutare ſignificat. l. cum Aquiliana. ff. de Trāſac. l. ex chirographis. ff. de Adminiſt. tut. Hinc dicitur, legum nouationem, hoc eſt, mutationem periculoſam eſſe:

eſſe, nec temerè quidem. Siquidem mutationẽ iuris ſequitur mutatio morum, mutationem morum comitatur nouitas quædam ſubita. Hæc autem ſolet mouere & conquaſſare rempub. Sp.

NOVARE agrum. Vide Bud. in l. ſylua. de Verb. ſig.

NOVATIO, eſt prioris debiti in aliã obligationem, aut naturalem, aut ciuilem transfuſio. l. j. de Nouat. Diuiditurq́ in delegationem & nouationem. Delegatio eſt, cum mutatur perſona. Nouatio, cum uel conditio, uel dies, uel fideiuſſor innouatur. Vide Bartol. in eandem l. & in l. fin. C. de Vſur. rei iud. ubi indicat, quot ea modis fiat. Sp.

NOVA res, nouum conſiliũ & remedium exigit. l. j. in prin. ff. de Ventr. inſpicien.

NOVELLARVM (ſubaudi, Conſtitutionum) nomen nouum non eſſe, nemo eſt qui neſciat, uel mediocriter in iure ciuili uerſatus: cum ipſe etiam Imp. in iij. Conſtit. Quæ præfationis loco, repetitæ codicis prælectioni præmittitur, hoc nomine in futurum id operis confirmet. Et Azo teſtetur, ex nouellis in collationes collectas conſtitutiones, quę hodie in ſcholis & iudicijs circumferũtur. Et ante trecentos adhuc annos nouellæ in uſu ſint habitę, ſi non omnes, attamen pleręq́, quę hodie non extant. Et ut de Accurſio taceã, qui ſæpe collationarias illas, in multis perobſcuras, ex nouellarum cõtextu illuſtrare ſolet, paſsim in doctoribus adducũtur in teſtimonium, de adiutoribus quæſtoris, de appellationibus ex Sicilia, de priuilegijs Archiepiſcoporum, & infinitis alijs. Ex quibus tametſi pleræque generales non ſunt, tamen eas propter cognitionem rerum, & exemplũ, omiſſas non oportuit. Sunt qui in l. non plures, et l. qui ſub prętextu. C. de Sacroſan. eccl. interpretantur, Decanos, pro clericis: quod neutiquam feciſſent, ſi copiam nouellarum habuiſſent conſtitutionum. Idem poſſumus dicere de ſexcentis alijs, teſte iuriſperitiſsimo Haloandro, cuius hactenus uerba adſcribere libuit. Sp.

NOVELLARE, propriè nouum agrum colere, ſeu nouas uites pangere.

NOVELLETVM, ſumitur pro uinea ex nouellis uitibus cõſita. ut apud Paulum, de Impẽſ. in reb. dot. fact. & Alphenum de Fund. dot. Sp.

NOVERCA, noua uxor, ſublatis filijs. quaſi νέα ἀρχὴ, noua princeps, accerſendæ familiæ gratia ducta.

NOVERCALIBVS delinimentis, inſtigationibusq́ corrũpi, apud Maximum in l. nõ eſt enim. ff. de Inoffic. teſtam. Sp.

NOVI homines qui dicantur, Budæus in priorib. Annot. indicat, & ego aliquanto copioſius in Comment. quæ ſcripſi iuuenis in Capnionis Scenica Progymnaſmata. Iuriſconſultus in l. ſi ſeruus. in fin. de Adim. leg. manumiſſum ſeruum in ſeruitutem reductum, ſignat noui hominis uocabulo. Sp.

NOVI operis nunciatio, eſt ædificanti in alterius præiudicium facta prohibitio. de qua fuſius Iuriſcoſs. tit. de Nou. oper. nunc. Sp.

NOVISSIMA, pro poſtrema, & in Pand. & Conſtit. Principum reperire eſt, ſicut & apud Ciceronem. Tametſi Gellius autor eſt, ipſum hac uoce uti noluiſſe. Exempla Syluius citat in enarrat. Orat. pro Q. Roſcio Comœdo.

NOVISSIMA ſententia, pro diffinitiua. in Autent. Vt defuncti ſeu fun. cor. §. ſancimus igitur. Alberic.

NOVISSIMÈ, aduerbium eſt, quod barbarè finaliter dicitur. Sp.

NOVISSIMVM ſupplicium, pro morte. in Aut. de Lenonibus. Sp.

NOVITAS (quæ nutrit diſcordiam. l. in rebus nouis. ff. de Cõſtit. Princip.) tunc fieri dicitur, quum quæ ſunt, ſtatu ſuo mouentur. l. peritiã. C. de In integ. reſtit. Sp.

NOVITII ſerui, opponuntur ueteratoribus. de quibus uide Alciatum lib. iiij. de Verb. ſignif. Tamen ſimpliciter ueterator accipitur, qui anno ſeruiuit: nouitius qui minus anno. l. fin. §. quoties. ff. de Public. Spieg.

NOVVM non eſt, quod eſt uſitatũ. l. non eſt nouum. ff. de Legib. Sp.

NOVVM non facit, qui detegit quod uetus eſt. l. adeò. §. cum quis. ff. de Acq. rer. dom. Spieg.

NOVVM interdum dicitur, tametſi quid de ueteri extet. arg. l. Prætor. §. fin. ff. de Damn. infec. Inſtit. Quib. mod. toll. oblig. §. ſed ſi eadem.

NOVVM æs alienũ contrahere, in l. ſi quis quempiam. ff. Si quis caut.

NOVVM feudum. Vide, Feudum antiquum.

NOVVM riuũ parietibus uſufructuarius non poteſt imponere, Neratio autore.l. uſufructuarius.ff.de Vſufruct.Sp.

NOVVM temporis eſt, inauditum & inuiſum, id eſt, non antè uiſum, ignorationis, & rei quæ non uenit in ſenſum. Ita quædam priſca poſſunt eſſe noua. Tamē aliquando confunduntur, ut in l. j. in princ. ff. de Vent.inſpic. nouũ pro audito. Sp.

NOX mori dicitur, ut uoluit Bart. in l. qui duos.§.j.de Manum. teſt. & per hoc aurora eſt noctis, quia eſt noctis morietis. Salomonius ſubtile hoc quidem, at non uerum ſibi perſuadet: quòd aurora ſit potius diei initium, ſic heſperus initium noctis, obſcurantibus tenebris: eiuſq; utiq; ſit, & non noctis, lucere & luceſcere, per caſum apertum, in §.Lucius. l.Titius.de Lib.& poſth.Sp.

NOXA in iure, Oldend.ait, pœnam ſignificat, ex facto frauduleto imponendam, utiq; non capitali. Vt cum noxam dicimus, uideamur ſimul & damnum fraudulentum, & pœnam pro eo, uindictæ nomine infligendam, innuere iuris intellectu. quemadmodum pœna quoq; non eſt ſine fraude. Vnde noxæ dedere, pro eo eſt, quaſi dicamus pœnæ tradere, propter uindictam admiſſi delicti. Et ſolutum eſſe noxa, cum quis ſatisfecerit, uel liberatus ſit à uindicta delicti. Item iudiciũ, in quo ſic dedere liceat, noxale nuncupatur. Vlpian.in l.quis ſit fugitiuus.§. quod aiunt.de Aedilit.edict. Quod aiũt, inquit, ædiles, noxa'ue ſolutus non ſit, ſic intelligendum eſt, ut non hoc debeat pronunciari, nullam eum noxam commiſiſſe: ſed illud, noxa ſolutum eſſe, hoc eſt, noxali iudicio ſubiectum non eſſe. Ergo ſi noxam commiſit, nec permanet, noxa ſolutus uidetur. Ego apud ueteres, Alciat.ait, noxam à nocendo dictam inuenio, unde præter pœnam etiam nocumentum ſignificat. Ouid. Sine noxa luce bibuntur. Meritò ergo ſeruus qui nocuit, noxa dici poteſt: ſicut & ἄτη illa Homerica noxa appellatur (hoc tamen, ceu erratum Triboniani, non recipit Oldendorpius.) At noxia ſolummodo de maleficio ipſo dicitur, nec tam generali ſignificatione accipitur, ſicut noxa. Idem enarrans l.plebs eſt. de Verb. ſig. exemplis docet, quàm iniquo iure Valla inſectetur Iuſtin. & Seruium Beroald. dum adiectiuè tantùm dici noxiam opinatur, contra ueterum autoritatē. Noxas accipere debemus priuatas, hoc eſt, ea quæcunq; committuntur ex delictis, non publicis criminibus, ex quibus agitur iudicijs noxalibus. autor Vlpian. in d.l.quis ſit fugitiuus. Caius ad fin.d.l. Plebs, ait, omne delictum noxæ appellatione contineri.Spieg.

NOXAM nocere, noxam cōmittere. Paul. in l. in delictis. Calliſtratus in l. is qui in aliena.ff.de Noxal.act.

NOXALIS actio ſemper caput ſequitur, hoc eſt, aduerſus eum exercetur, in cuius poteſtate eſt ſeruus qui noxam admiſit. l.ſed ſi unus.§.ſi iuſſu domini.ff.de Iniur. l.rem mihi.§.in exercitu.ff.Cōmod.Porrò Imperator Gordianus, teſte Alciato, Noxa caput ſequitur, prouerbialiter extulit, in l.licet. C. an ſerū. ex delic. Quoniam, ut M. Cato ait, Nequiter factum, ſemper durat, & reum comitatur. Sp.

NOXALES actiones appellantur, quæ non ex contractu, ſed ex noxia atq; maleficio, quod pœnā ultimi ſupplicij non habet, ſeruorum aduerſus dominos inſtituuntur. Harum uim atque poteſtatem Caius explicat in l.j.de Noxal.act.Sp.

NOXIAE eſſe, ut fraudi eſſe, pro uitio & culpæ dari, Bud. admonuit. Verùm pro noxa, id eſt, peccati pœna, aut damno, alibi rarò ſcriptum reperias. Sp.

NOXIA, ut paulo ſuprà dictũ, ipſum duntaxat delictum denotat, non etiam pœnam: perinde ſicut noxa utrunq; refert. Idem ius de fraude & pœna tradit Vlp. in l.aliud.de Verb.ſig.Sp.

NOXIAM ſarcire, aut noxā dedere oportere, apud Vlpian.l.j.§.cum arietes.ff.Si quadrup.paup.fec.dic.Sp.

NOXIOS ſeruos habere, apud Vlpian.in l.ſi ſeruus ſeruum. §.Proculus. ff.ad Leg. Aquil.

NOXIVS adiectiuè, pro nocente, & criminis comperto ſumitur.in l. j.ff.de Cuſtod.reor.Sp.

N V

NVBENDI uerbũ, quod nunc latini ſermonis uſus proprium fecit fœminis, unde & nuptiæ dicuntur, olim erat uiris fœminiſq; commune. Obnubere autem ueteres dicebant, obtegere, ſiue obuoluere: quòd olim nupturæ caput flammeo obtegeretur: ſiue, quemadmodũ Paulus apoſto

apoſtolus interpretatur, ut admoneretur, quòd iret in poteſtatem uiri: ſiue pudoris gratia, quemadmodū ſentit diuus Ambroſius, tractans de coniugio Abrahæ, lib. j. Quanquam operiendi ſignum propriè datū eſt fœmineo ſexui, tamen res ipſa competit in utrumq;, teſte Eraſ. in de Chriſtiano matrim. Sp.

NVBERE, uiro tradi: quòd ſponſæ apud ueteres, dum uiro tradebantur, nubere, hoc eſt, uelare capita ſolebant. Sunt qui dicant, uirū tum nubere, cum ſeruit uxori, uelut illa potius uir ſit, quàm ille. Sp.

NVBERE in familia, græca locutio.

NVCES, cęterosq; fructus non minus propriè pomi nomine comprehendi, quàm mala, indicat Alciat. interpretans l. qui fundum. de Verb. ſig. licet hodie in uulgari uſu loquentium aliud ſit. Sp.

NVCLEI, teſte Vlp. Ofilius ſcripſit: Cui ligna legata ſunt, ad eum omnia ligna pertinere, quæ alio nomine non appellātur: ueluti uirgæ, carbones, nuclei oliuarum, quibus ad nullam aliam rem, niſi ad comburendum poſsit uti: ſed & balani, uel ſi qui alij nuclei. l. nuclei appellatione. de Legat. iij.

NVDA à magiſtratibus reſpub. per tranſlationem, pro deſtituta.

NVDA pactio quę ſit, pulchrè tractāt Paulus in l. legitima conuentio. Vlp. in l. Iuriſgentium. §. ſed cum nulla. ff. de Pact. Iulianus in l. ſolent. de Præſcript. uerb. Sp.

NVDA uenditio, pro fictitia & ſimulata. l. nuda. ff. de Contrah. empt. Sp.

NVDA uoluntas tunc intelligitur, quum quid fit citra exteriorem interueniētem formulam, quæ interdū ſufficit. ut apud Iuſtinianū in §. interdum. Inſtit. de Rer. diuiſ. Vide Cantiunculam ibidem. Sp.

NVDATA, indicata, patefacta. Vlpianus de Recept. poſt nudata utriuſq; intima, atq; ſecreta aperta.

NVDVM, inquit Seruius, dicitur, quod nunquam tectum eſt, ut facies. Verùm nudum dicitur noſtris, quod neq; rei traditione, neq; pignore, neque fideiuſſore eſt ueſtitum. C. de Pact. l. traditionib. l. ſancimus. C. de Verb. ſig. Sp.

NVDVM ius Quiritium, Iuſtinianus ceu uerbum uacuum & ſuperfluum ſuſtulit, lib. vij. C. tit. xxv. quòd animi iuuenum, qui ad primā legū ueniūt audientiā, perterriti ex primis eorū cunabulis, inutiles legis antiquę diſpoſitiones accipiūt. Sp.

NVDVM miniſterium, apud Paulum in l. j. ad Velleian.

NVDVM pactum. Vide, Pactum conuentum.

NVDVM præceptum, quod ſine cauſa fit. Eius exemplum extat apud Scæuolam, in l. pater filium. §. Iulius Agrippa. de Legat. iij. Sp.

NVDVM teſtimonium, quod caret religione iuriſiurādi. Vide c. tua. ext. de Cohab. cleric. Sp.

NVDVS cōſenſus, hoc eſt, qui ſtipulatione deſtitutus eſt, ſufficit in conſtituendis ſponſalib. l. iiij. ff. de Sponſal. Sp.

NVGATORIVM, uel quod eſt nugarum plenum, uel quod eſt nugarum, hoc eſt, leuium rerum, ac nullius ponderis. ut apud Vlp. in §. erronem. l. ſi quis ſit fugitiuus. ff. de Aedil. edict. Sp.

NVDVS ſermo, apud Iuriſconſ. in l. ſciendum. §. j. de Aedil. edict.

NVDVS exulat. Vlpian. Nulla reſtitutionis ęquitas eſt aduerſus eum, qui amiſsis bonis, & ciuitate relicta, nudus exulat. in fin. l. tutelas. de Capit. minut. Sp.

NVDVS uſus, qui ſine fructu eſt. l. j. ff. de Vſu & habit. Iiſdem autē modis & conſtitui & finiri ſolet, quibus modis uſuſfructus cōſtituitur, teſte Caio, l. iij. in fin. ff. de Vſufruct. Sp.

NVLLAM dici ſententiam, decem ex cauſis tradit copioſè Speculator in ij. parte tit. de Senten. & quæ ipſam ſequunur. §. viij. Spieg.

NVLLI alij, quàm mihi. Hæc uerba non innuunt actum perfectū. l. ſterilis. §. ſed ſi. ff. de Act. empt.

NVLLIVS, pro non ullius. Iuriſconſ. l. j. ff. de Interd. Nullius ſunt liberę perſonę. Sic Imp. Inſtitut. de Rer. diuiſ. quod diuini iuris eſt, id nullius in bonis eſſe cenſuit. Spieg.

NVLLO modo prædium ſuburbanū, aut domū hæres alienet. Hæredis hæres alienauit, quid iuris, Scęuola reſpondet, in l. Lucius Titius. de Legat. iij. Sp.

NVLLO exēplo aliquid facere, id eſt, nouum aliquid facere, & inauditum.

NVLLO numero homo, pro nullius precij, eſt apud Ciceronem iij. Philip. Sp.

NVLLO pacto, pro, nullam in partem, keyns theyls. l. pupillus. ff. Quæ in frau. credit.

NVLLVM,

NVLLVM, pro nullius momenti & utilitatis, ſiue irrito, & inani. Vnde interpretibus Nullum & Inutile æquipollent. ff. Quod cuiuſ. uniuerſ. l. j. §. ei quidem, & Qui ſatiſd. cog. l. quoties. Sp.

NVLLVM item pro imperfecto dici, Alberic. admonuit ex uerbis Iuſtiniani, §. pen. Inſtitut. Quib. mod. teſt. infir. Num, inquit, imperfectum teſtamentum ſine dubio nullum eſt? Sp.

NVLLVS metus eſt, ſi dolus intercedit, ut dicit Vlp. l. v. ff. Ex quib. cauſ. maior.

NVM particulæ, ſubintelligitur negatio. ut apud Vlp. in l. in cauſæ cognitione. ij. in princ. de Minorib. Sp.

NVMERALIA ſimplicia Iuriſperiti nominãt, quę Latinis nomina cardinalia ſunt, ſcilicet unũ, duo, tria, &c. Nam non poſſet addi pœna, nec in factis, nec in ſpeciebus, per nomina numeralia multiplicatiua, ſcilicet duplum, triplũ, quadruplum, &c. Vide Zaſium enarrantem §. omnes. Inſtit. de Action. Sp.

NVMERANDI uerbũ ad rem ipſam pręſentẽ refertur. l. ſi ex cautione. C. de Non num. pec. Elegans eſt Alexãdri dictum, & à magni nominis interpretibus receptũ, Numerare eſſe naturę potius, quàm iuris uerbum. Conſil. clxxix. in ij. Vol. Quod & Alciatus probat, niſi cum conſtaret nullam numeratiõnẽ factam tunc fuiſſe, ſed delegationem.

NVMERARE pecuniam, pro pręſentem pecuniam dare. Plurifariam uerò numerata dici poteſt, ut oſtendit Azo, in Summa. Spieg.

NVMERATIONIS appellatione, ſpeciei datio cõtinetur. l. j. C. de Dote caut. non num. Sp.

NVMERATIO, precij declarat, cuius ſit dominium. l. ſed & ſi quis. §. j. ff. de Vſufruct. Sp.

NVMERI militares, inde, ut Egnat. opinatur, dicti, quòd ad numerũ omnia præſtarent, uel quòd eorum certus quidam numerus eſſet: quod hodie Turcæ, Gallicę, & Aegyptij reges, Burgundionũq; apud nos principes maximi potentiſſimiq; obſeruant, certũ quendam militum numerum alentes pacis etiam temporibus. Spieg.

NVMERO eximere, eſt eximium & egregium, ac ſingularẽ aliquem conſtituere.

NVMERO plurali, pro ſingulari, l. non eſt ſine liberis: & contrà ſingulari pro plurali. l. in uſu iuris. de Verb. ſig. figuratè Iuriſcoſſ. utuntur, quod & Apellus annotauit. Spieg.

NVMERVS etiam ordinem & turmam ſignificat. Vnde numeri militũ dicuntur. l. j. in fin. de Bon. poſſ. ex Teſtam. mil. Hinc & numerus familiæ. Vide Alc. in Comm. de Verb. ſig.

NVMMARIVM tribunal, Seneca j. de Beneficijs uocat, intelligi uolens, ut Beroaldus ait, iudices, iudiciumq; corruptum. Spieg.

NVMMATVM iudicium, quod fit acceptis nũmis. apud Cicer. in Verr. & nummarij iudices, præmio corrupti & ſordidi. Cic. pro A. Cluentio: Varia iudicum genera, nummarij pauci, ſed omnes irati. Spieg.

NVMMI appellatio ſtrictior eſt, quàm pecuniæ. l. ligatores. §. quod ait Prætor. de Arbitr. l. j. de Contrah. empt. ex Alc. Sp.

NVMMI ualorem Alciat. explicat in l. lecta eſt. ff. Si certum pet. Idem in d. Comment. ait, eos uulgarem doctrinam planè oſtendere, qui uulgaris ſermonis argumenta idem arbitrantur denarium & nummũ eſſe: quod pleriq; Doct. tradiderunt, in l. quæ extrinſecus. de Verb. obligat.

NVMMI adulterini bonis opponuntur.

NVMMI repoſiti. Lege, Mobilia.

NVMMI reprobi, apud Vlpianũ in l. eleganter. §. j. de Pign. act.

NVMMIS indiſtinctè legatis, hoc receptum eſt, ut exiguiores legati uideãtur. autor Vlpian. ead. l. de Legat. iij.

NVMISMA, idem quod nummus. Vide Bart. in Rubr. C. de Vet. nomiſ. poteſt. & per tot. tit. Sp.

NVMMOS aureos æs dici, Vlp. autor eſt, de Verb. ſig. d. dict. Aes, & ibid. Alc. in Comment. Nummus autem aureus, cuius hic eſt mentio, ſeſtertios æris centum ualebat, hoc eſt, denarios argẽteos xxv. quod idem in Diſpunctionibus annotauit. Spieg.

NVMMOS corraſos dare, apud Vlpian. in l. iij. §. planè. de Statulib.

NVMMVLARIVS, menſarius, menſularius q; aliàs dicit, **ein wechßler**, qui nummos ad menſam tenet, uel qui ex officio menſæ nummorum inſeruit. Sed potius eſt, quod tradit Iuriſcoſ. in §. nummula-

rios.l.quidam. ff.de Edend. Horum conditio fuit aliquanto inferior argentarijs, ſicut apparet ex l.quædam. ff.de Edend. quoniam ad inſtar argentariorum pecuniam tractabant permutando & fœnerando, ſed nō publica autoritate. Ideoq; rationes eorum minoris fidei & autoritatis erant: edendę tamen, cum poſtularentur ab ijs, quorū cauſa ſcriptæ eſſent. Vide Paul. in l. quædam ſunt. §.ult. ff. de Edend. Nec tamen argentariorum conditio olim fuit honoratiſsima. Legimus enim apud Suetonium, fuiſſe probri loco obiectum Octauio Auguſto, quòd progenitores habuiſſet argentariam facientes. Spieg.

NVMMVLOS inueterales (ſi modò dictio incorrupta non eſt) exponit Calliſtratus in l. diuus. de Bonis damn. quos uictus ſui cauſa in prōptu habuerit: ſubaudi, damnatus ad ſupplicium. Haloander noſter indicat ſcholio marginali, cur pro inueterales, legi poſsit, uētrali. Nempe quòd ſolent plerique à lateribus in ſemicinctio, quod idem & uentrale dicimus, ſubtus occultos habere loculos, quibus non ſolùm ſudoriola, ſed etiā leues nummulos in quotidianæ uitæ uſum geſtant. Ventralis etiam meminit Plinius lib. viij. ubi ait: Patris mei memoria, cœpere Amphimalla noſtra, ſicut uilloſa, et etiam uentralia. Sp.

NVNC, particula eſt dilationis excluſiua. l. ſcimus. §. cum autem. C. de Inoffic. teſt. Propriè namq; præſens reſpicit tempus. l. urbe. ff. de Statu hom. & ſimil. Eſt tamē reperire, ubi in futurum protenditur, ut in Decretis Pontif. exempla citat Albericus. Aliquando nullum tempus denotat, & pro ſed accipitur. Lege Vallam in Elegant. lib. ij. Sp.

NVNC prout, extunc. De hac clauſula uide Bartol. in prin. l. ſi ſtipulatus. de Verbor. oblig. Sp.

NVNCIVS, & res ipſa, & perſona dicitur. Vide Feſtum. Sp.

NVNCIVS communis, id eſt, uiator, ſeu pręco, ut uulgari ſermone accipitur, multa habet nomina, quæ not. Aut. de Iudic. §. de unoquoque. & C. de Sportul. l. ij. Spieg.

NVNCIATIO prohibitionem ſignificat in edicto prætorio, de Oper. nou. nunc. In lege Iulia, de annona, qua mulierum mutatio admittitur, accuſationē. Erant & nunciationes, quas publicè conſtituti Irenarchi Præſidibus faciebant, de delictis, quæ ubique fierent. Hæc & notoria latinè dicuntur. l. ab accuſatione. ad S.C. Turpil. ut ſuprà indicaui. Sp.

NVNCVPARE, eſt uoluntatem circa hæredis inſtitutionem, legatorū dationem, cæteraſq; teſtamenti partes, lingua & uoce exprimere nominareq;. Hinc teſtamentum nuncupatorium, quod fit ſine ſcriptis, coram ſeptem teſtibus, uiua uoce: & eſt iuris ciuilis, teſte Viglio. Iulian. in l. ſi ita. de Bon. poſſeſſ. ſec Tab. Quodam teſtamentum in tabulis ſibi fecit: filio autem impuberi per nūcupationem ſubſtituit. Nam quemadmodum ſcripto filio hæredi, ſeparatim ab hæredibus patris, ita nuncupato poteſt uideri ſeparatim à ſcriptis patris, hæredib. bonorum poſſeſsio dari. Nuncupatum hæredem à ſcripto diſtinguit: ut ſit is modus, cuius meminit Iuſtinianus Inſtitut. de Teſtam. §. fin. Budæus inquit: Nūcupare, eſt non ſcriptò, ſed uerbò cauere, uel dicere. Vnde teſtamentum nuncupare, apud Plin. lib. xiiij. de Ebrietate. Sp.

NVNCVPARE uota, eſt alicui diuorum uota polliceri & deſtinare. Caius de Verbor. ſignific. Poſt calendas Ianuarias die tertio pro ſalute principis uota ſuſcipiuntur. Spieg.

NVNCVPATA pecunia dicitur, quæ (ut Cincius ait lib. ij. de Offic. Iuriſconſulti) nominata & certa eſt, proprijsq; nominibus pronunciata. At Santra lib. ij. de Verborum antiquitate, ut refert Feſtus, ſatis multis colligit, nuncupata non de recto nominata ſignificare, ſed promiſſa, & quaſi teſtificata, circumſcripta, recepta, etiam in uotis nuncupandis eſſe conuenientius. Sp.

NVNCVPATA uoluntas, pro expreſſa. §. fin. Inſtit. de Teſtam. Sp.

NVNCVPATIVVM teſtamentum illud eſt, ad cuius firmitudinem & ſubſtantiam neceſſaria non ſit ſcriptura: tametſi nunc ad perpetuam rei memoriam, faciliorem q; probationem ſoleat in ſcriptis redigi. Item eſt teſtamenti genus, quod appellatur in Scriptis: quia ſine ſcriptura inualidum ſit. Eius forma traditur C. de Teſtam. Quære, Teſtamentum nuncupatiuum. Sp.

NVNDINAS à nono die dictas nemo ignorat. Vlp. in fin. l. iij. de Ferijs. Item in eum, ait, qui quid nundinarum nomine aduerſus communẽ utilitatem accepit, omni tempore ius datur. Porrò ſi quid ſuffragijs populi Rom. ferendũ erat, id per ternas nundinas recitabatur, ac promulgabatur. Id tempus Trinundinum, & duobus uocabulis Trinũ nundinum dicitur. Vnde etiam mos tractus, ut leges trinundino die promulgarentur.

NVNDINIS impetratis à principe, Modeſtin. ait, non utẽdo, qui meruit, decennij tẽpore uſum amittit. Legimus, Claudium quamuis Imperatorem, tamen ius nundinarũ in priuata ſua prædia à Coss. petijſſe. Sp.

NVNDINARI, uenditare, inquit Bud. precio addicere, inſtitorio more aliquid ad queſtum exercere: quod & nundino, nas, dicitur. Cicero tamen ſępius pro emptitare utitur, ut idem exemplis probat. Spieg.

NVNDINARIVM, quod ad nundinas pertinet, uel quod nundinis deputatum eſt.

NVNQVAM, non ullo, uel nullo tempore. l. prouidendum. ff. de Poſtul. l. locum. ff. de Vſufr. Alberic. Sp.

NVNQVID, num aliquid? per interrogationem. l. prima. ad fin. ff. de Pignor. act. Spieg.

NVPER, non longo tempore. Neq; uerò ad horas refertur, ſed uel ad paucos dies, uel ad paucos menſes. l. nuper conſtitutum. ff. de Leg. iij. Inſtit. de Vſucap. §. fin. Spieg.

NVPTA Labeoni nõ uidetur, quæ uirum pati non poteſt. l. pen. ff. Quan. dies leg. ced. Item nec ſponſa intelligitur. l. in eo iure. §. hoc caput. ff. de Ritu nupt. Sp.

NVPTIAE tantùm pluraliter, coniunctio maris & fœminæ. Iuriſconſ. l. j. de Ritu nupt. Nuptiæ, ſiue matrimoniũ, inquit, diuini & humani iuris communicatio. Communicat ſiquidem uxor cum marito, non ſolùm iure humano, ſed diuino pariter: hoc eſt, utitur ijſdem ſacris quibus maritus, atq; ipſius familia, non quibus pater & agnati. Obſeruandũ autem, loqui Iuriſconſultum ut ethnicum, apud quos quæuis familia habebat ſpecifica ſua ſacra. Qua de re latius Alciatus lib. j. Prætermiſſ. in dictione Sacra. Iuſtæ nuptiæ, hoc eſt, legitimę dicuntur, ſi Romanus Romanam, hoc eſt, liberæ conditionis maſculus liberam ducat uxorem. Pręterea ut conſentiant non ſolùm qui iunguntur, ſed etiam parentes, ſub quorum ſunt poteſtate. l. nuptiæ. ff. de Ritu nupt. l. nec filium. C. de Nupt. Cum autem nuptiæ celebritas ipſa coniugij ſit, cum mulier obnubitur, id eſt, uelata facie ad maritum deducitur, propriè nõ dicimus ſolui nuptias, ſed ipſum matrimonium. Rubric. ff. Solut. matr. Sp.

NVPTIAE per coemptionem quibus fiebant uerbis, Boethius docet lib. Comment. in Topica Ciceron. ij.

NVPTIAE nefarię propriè dicuntur, quę inter aſcendentis & deſcendentis lineæ homines committũtur. Eæ uerò nuptiæ inceſtæ habentur, quarum collaterales in uetitis gradibus autores ſunt, atq; itẽ affines. Reliquæ uerò modò illicitæ, modò inutiles uocantur. Quamuis promiſcuus huiuſmodi uſus eſt apud Iuriſcoſſ. Spieg.

NVPTIAE ſeruiles, iure ciuili conſtat matrimonium inter ciues Romanos & liberos dũtaxat eſſe. Inſtit. de Nupt. in princ. Seruos uerò haudquaquam poſſe in matrimonium conuenire. l. cum ancillis. C. de Inceſt. nup. Sanè iure Pontificum. c. j. de Coniug. ſeruor. approbatæ ſunt ſeruiles nuptiæ, citra tamen domini fraudem.

NVPTIARVM mẽtio ad primas nuptias referẽda eſt, quod & Albericus indicat. Pompon. in l. boues. de Verb. ſig. Hoc, inquit, ſermone, dum nupta erit, primæ nuptię ſignificantur. Cuius rei rationem pete ex Commentarijs Alciati in eand. Spieg.

NVPTIAE firmæ, pro ualidis, & quę iure conſiſtunt, ratæq; habentur. Namq; ueterum inſtituto illegitimæ nuptiæ quædam creditæ ſunt.

NVPTIARVM tempus, eſt ipſa nuptiarum feſtiuitas. l. ſancimus. C. de Nupt. Itaq; pro ſpe nuptiarum impropriè accipiuntur. l. ij. in fin. ff. de Priu. delic. Sp.

NVRVS uxor eſt filij. Atq; eius appellatione pronurus, & deinceps cæteræ continentur. ff. de Verb. ſig. l. nurus. l. ij. §. nurum. ff. Qui ſatiſd. cog.

NVSQVAM, nullo in loco, quod nuſquã relatum eſt, nec uſquam receptum. l. j. ff. de Senat. Ex Alberico. Sp.

NVTRIRE uerbum, eandem quæ à Caio in l. quod nos hoſtes. de Verb. ſig. uerbo uiuere tribuitur, interpretationẽ accipere, Cornęus reſpondit, teſte Alciato. Sp.

NVTRIRI infantium, ali adultorum eſſe, interpres monuit in l. pen. ff. de His qui ſunt ſui uel alien. iur. quod & in dictione Alimus indicatum. Lex ij. C. de Infant. expoſ. iubet nutrire ſobolẽ ſuam unumquemq́ꝫ. Sp.

NVTRIRI debitum dicitur, quum uſuræ non ſoluuntur. C. de Debit. ciuit. l. ij. lib. decimo. Sp.

NVTRITIA, græcè τροφεῖα, dicuntur nutricis merces. Bud. in Annot. prior. & Alciat. in l. inter donũ. de Verb. ſig. Eo uocabulo utitur Vlpian. ad fin. l. j. de Var. & extraor. cognit. Ad nutritia quoq́ꝫ, inquiens, officiũ Præſidis uel Prætoris deuenit. Namq́ꝫ nutrices ob alimoniam infantium, apud præſides, quod ſibi debetur, petunt. Sed nutritia eouſq́ꝫ producemus, quoad infantes uberib. aluntur. Sp.

NVTVS, uoluntas, quæ ſigno declaratur: quod fit uel oculis, uel capite, uel manibus. Nutu relinqui poteſt fideicommiſſum. l. nutu. ff. de Leg. iij. Verùm hæres nutu inſtitui nequit. l. iubemus. C. de Teſtam. Plin. docet lib. j. Epiſt. nutum dici, cum quis annuit: & renutum, cum recuſat. Namq́ꝫ ego, inquit, ſimili nutu ac renutu reſpondere uoto tuo poſſum. Porrò cui ſummam potentiam adſcribimus, eius nutu ac renutu cũcta geri dicimus. Multum eſt, uerbo efficere quod uelis: at plus eſt, idem efficere nutu ac renutu, inquit Eraſmus. Sp.

N Y

NYMPHA, latinè ſponſa dicitur.

NYMPHAEVM, locus, in quo mulieres lauabantur. Ioſephus lib. j. de Bello Iud. Apud Aſcalonem nymphæa cõdidit, & lacus ornatiſsimos. Iul. Capitol. Opera Gordiani Romæ nulla erãt, præter quędam nymphæa, & balneas. Alciat. in l. ſi quis diuinam. C. de Aquæduct. lib. xj.

O

O Vide Gloſſ. in c. ex parte chariſsimæ. ext. de Fid. inſtr.

O B

OB, propter ſignificat. Alber. ex Iuriſcoſſ. exempla ponit. Verùm ob abſoluendum, ob tacendum, & ſimilia, pro ad abſoluendum, & uel ut abſoluat: & pro ad tacendum, uel ut taceat, accipienda ſunt. An uerò conditionem faciat, cauſamq́ꝫ proximam denotet, Bart. docet in l. j. C. de Legation. lib. x. & in l. j. C. de Sentẽt. quę pro eo quod intereſt. Sp.

OB duo uerba olim totus orbis ſectus eſt. Vide annot. Eraſ. in cap. j. ad Hebr. Sp.

OB rem datur, ut aliquid in futurum ſequatur: quo non ſequẽte, repetitio dati competit. Ob cauſam uerò damus, quæ præterita eſt: ueluti cum ideo do, quòd aliquid à te cõſecutus ſum, uel quia aliquid à te factum eſt. l. j. ff. de Cõdict. ob turp. cauſ. l. damus. ff. de Condict. indeb. Sp.

OBAMBVLARE, eſt aduerſus alios ambulare, & quaſi ambulanti ſe opponere, ſiue circumire, aut obuiam ire. Feſtus.

OBCAECARE foſſas, hoc eſt, obtegere, & deſuper claudere, ne pateant. Bud.

OBAERATVS, qui ære alieno iam obligatus eſt, quaſi ære alieno obſtrictus, & debitor ad aliquid operandum. Sp.

OBDORMIRE, non uita defungi eſt, quod nullo idoneo autore Eccleſiaſtici recepere, ſed dormire ſignificat. Vlp. ad Leg. Aquil. l. ſi ſeruus ſeruum. Si fornacarius, inquit, ſeruus coloni ad fornacẽ obdormiuiſſet, & uilla fuiſſet exuſta. Neratius ſcribit, ex locato conuentum pręſtare debere, ſi negligens in eligendis miniſtris fuit. Spieg.

OBEDIRE malo principi, ferre eſt. Vide Eraſmum ſuper illud Apoſtoli ad Romanos: Ideoq́ꝫ neceſsitati ſubditi eſtote, cap. xiij. Sp.

OBEVNDA, ut Alber. citat, pro exequenda, ſiue peragenda, in l. eſt uerum. C. de Incol. lib. x. Haloander ſubeunda repoſuit, ſenſu eodem. Sp.

OBEX ſignificat cuiuſcunq́ꝫ rei obiectionem, ſiue obſtaculum. l. adulterij accuſatione. C. de Adult. Sp.

OBIRE diem deſtinatũ, id eſt, præſtò eſſe ad diem deſtinatum.

OBIRE munus conſulis, fungi officio conſulis. **ein regyerender burgermeyſter.**

OBIRE hæreditatem, pro acquirere poſſeſsionem hæreditatis, eſt apud Cic. pro Lege Agraria. & pro frequẽtare, pro M. Cælio. eadem figura qua dicimus, obire prouinciam. Sp.

OBIRE uadimonium, eſt ad diem ſe ſiſtere, Lege, Vadari, Sp,

OBIISSET diem, pro mortuus eſt. l. j. C. de Cond. inſer. Alberic. Sp.

OBITER, pro interim, incidēter. l. j. in fin. ff. de Reſcin. uend. Interpres pro ſtatim accipit.

OBIVRGATIO, poſt turpe factum caſtigatio. Feſtus.

OBLATIO, apud antiquos genus penſitationis fuit, autore Aſconio, quæ auxilia nunc dicimus, ut latius declarat Bud. in Annot. prior. Sp.

OBLATVM furtum. Lege, Furtum oblatum.

OBLIGARE ſe furti. Vide Gellium libro vij. cap. xv.

OBLIGATIO, proprio modo accepta, eſt iuris uinculū, quo neceſsitate adſtringimur alicuius ſoluendæ rei, ſecundum Romanæ ciuitatis iura. Inſtit. de Oblig. in prin. Eſt autem obligationis uerbum generale, diuiditurq́ in eam quæ eſt ex contractu, ex delicto, & quaſi: præterea in naturalem & ciuilem. Ciuilis obligatio eſt, quam ciuilis tantùm ratio introduxit, propter fidem, quam leges etiam ſcripturis adhiberi uolunt. Planè ſi quis ſcripſerit, debere etiam id quod ſibi numeratum non eſt, ex ea ſcriptura obligatur, niſi legitimis exceptionibus ſe defendant, ut patet Inſtit. tit. de Liter. oblig.

OBLIGATIO. Nulla actio eſt, quæ non aliquam originē trahat ex obligatione. Et rurſus: Obligatio ex aliquo negocio, imò reales actiones, ſi actorem reſpicias, habent perſonalē obligationem: ſin autem reum conuentum, aliter eſt. Nemo enim dominium rei, uel ius in re poteſt habere, niſi ex precedente conſecutus ſit geſto negocio. Ita rectè ſentit Roffredus: & qui eum reprobare tentant, hi nihil minus intelligunt, quàm actionis definitionem. autor Dn. Oldend. in Copia. Spieg.

OBLIGATIO, pro actione, apud Paulū, in l. naturali. §. & ſiquidem. de Præſcript. uerb. Spieg.

OBLIGATIONE dimitti, apud Papinianum in l. libertas qui operarum. ff. de Oper. libert.

OBLIGATIONEM ex facto & in factū colligit Vlp. in l. actionū genera. §. actionum autem. ff. de Act. & oblig. et clarius Modeſt. eod. in l. obligamur. Sp.

OBLIGATIO fideiuſſorum, acceſsio eſſe dicitur, & ſequela principalis obligationis. Igitur plus in acceſsione eſſe non poteſt, quàm eſt in principali re. Vide Theophil. Inſtit. de Fideiuſſor. Sp.

OBLIGATIO naturalis eſt, quæ ex iure gentium per conſenſum oritur, etiam nudo pacto, ut eſt pactum non petendi. l. ſi unius. §. pactus ne peteret. ff. de Pactis. Ex ijs utramque ſi coniunxeris, reſurget obligatio, quam ciuilem & naturalem dicunt, puta ex ſcriptura, & partium conſenſu genita. Sp.

OBLIGATIONIS naturalis officia ſunt, primùm parere exceptionē. l. iuris gentium. §. ſed cum nulla. de Pact. Quod intelligendum eſt, ut Apellus declarat, παρατατικῶς. cap. iiij. de Effectu. Deinde ut ſit ſatis ad nouandum. l. j. in fin. de Nouat. Tum ad conſtituendum. l. j. §. debitum. de Conſtit. pec. Preterea ut accedat fideiuſſor. l. ſtipulatus ſum. cum l. ſeq. de Fideiuſſ. l. naturaliter. de Condit. indeb. Rurſum ut accipiatur pignus. ead. l. naturaliter. Poſtremò ad compenſandum. l. etiam. de Compenſ. Sp.

OBLIGATIO obligatur, in l. creditor prædia. §. pignoris. ff. de Pignor. Obligatio ex materia pignoris dati, obligatur ad effectum actionis producendum. Sp.

OBLIGATVS dicitur, qui exceptione ſe tueri non poteſt. l. uel obligatus. §. j. ff. de Lib. cauſ. Aſconius: Obligatus in bonis dicitur, & in uinculis. Sp.

OBLIGATO durare. Vlpianus in l. item quæritur. ff. Locat. Qui impleto, inquit, tempore conductionis, remanſit in conductione, non ſolùm reconduxiſſe uidebitur, ſed etiam pignori uidentur durare obligatò. Sp.

OBLIQVA libertas, oppon. directę. Quęre, Libertas directa.

OBLIQVE aduerbium, cui contrarium eſt Rectè.

OBLITERABITVR, pro aboletur, & quaſi è literarum monumētis delebitur. l. hi qui ſanctam. C. de Apoſtat. Ex Alberic.

OBLIVIO, memoriæ defectus. Præſumitur autem ex lōga abſentia naſci. ut not. in l. furtum. §. fundi. ff. de Vſucap. Lege Bart. in l. ex cōſenſu. §. eum qui. ff. de Appellat. Spieg.

OBLOQVI, eſt contra me loqui, & quodammodo expoſtulare mecum. Sp.

OBNIXE, cum conatu, inſtanter, totis uiribus. Spieg.

OBNOXIE dicere ſententiam, apud Liuium Bud. interpretatur trepidè. Sp.

OBNOXIVS, qui pœnæ obligatus eſt, propter delictũ. autor Feſtus. Transfertur autem ad alia multa, ut ex Grammaticis patet. Sp.

OBNVBERE mulierem, eſt eam uelatam ad maritum deducere. Ex Alc. Sp.

OBNVNCIAT, qui malam rem nunciat: qui bonam, annunciat. Donatus autor. Hinc obnunciatio augurũ, cum aliquid fieri prohibebãt, quoniam auſpicia non addixiſſent. Alciatus in Comment. ſcribit, quòd denunciatio, quæ prohibitoria erat, obnunciatio propriè dicebatur. Sp.

OBOLVS. uide Rhodigin. c. ij. lib. Antiq. lect. x. Alex. cap. xx. lib. ij.

OBREPERE, fallere, hoc eſt, incautum aggredi. Vlpianus l. iij. §. puberi quamuis. de Carbon. edic. Sed ſi cum eſſet pubes, quaſi impubes obrepſerit, dicẽdum erit, nihil eum egiſſe. Accurſ. in l. ſi quis obrepſerit præſidi prouinciæ. ad Leg. Corn. de Falſis, uim ſignificationemq́ huius uerbi parum percepit, ut Budæus luculenter oſtẽdit in poſter. Annot. Sp.

OBREPERE ad magiſtratũ dicitur, qui falſa ſpecie uel probitatis, uel doctrinæ ad magiſtratus aſſumitur, & ut uulgò loquimur, per hypocriſin. Hinc obreptio, latens & fallax aditio. Vlpianus: Patronum autem appellamus, etiamſi capite minutus ſit, uel ſi capite libertus minutus, dum arrogetur per obreptionem. l. ſed ſi hac lege emi. §. patronum. ff. de In ius uoc. Ex hoc §. quod uulgatum eſt uerbum, Reſcriptum impetratum per obreptionem, non ualere, natum uideri poteſt. Id quod adeò uerum eſſe dicit Iaſon, teſte Hegẽdorphino in eod. ut etiam reſcriptum à uiro ſanctimonia ſpectabili, per obreptionem impetratum, nullius momenti ſit. Vide Bald. c. j. in fin. Vt lite pend. & l. præſcriptione. C. ſi cont. ius util. publ. Sp.

OBREPTIONIS autem pœnam Bart. excutit in d. l. ſi quis obrepſerit. Quod autem à principe obreptio non ſit inſolita, fac. l. prædia. C. de Loc. præd. lib. xj. l. fin. C. de Diuerſ. præd. l. fin. C. de Fund. & ſalt. rei dom. eod. libr. cum ſimil. Quin & Imp. ipſe queritur in l. j. C. de Petit. bon. ſubl. lib. x. ſeſe inuerecunda petentium inhiatione adeò cõſtringi, ut etiam non concedẽda tribuat. Et alibi, precationes huiuſmodi furtiuas nominat. l. j. C. de Fund. limitr. lib. xj. Sp.

OBRIZATI ſolidi, ſunt Impp. in l. uniuerſos. C. de Vet. nomiſ. pot. aurei ex puro auro formati. Plinius: Auriq́ experimento ignis eſt, ut ſimili colore rubeat quo ignis, atq́ ipſum obrizum uocant. Proditum item eſt, hoc in coctione non minui. Spieg.

OBRIZVM. Vide, Holobrizæ ueſtes.

OBROGARE, eſt legem legi contrariam rogare. Græcè ἀντεισφέρειν dicitur. Tuſan. Annot. lib. Bud. epiſt. iiij. Sp.

OBSCOENITATIS uocabulum, in l. j. de Off. præf. urbi, ſpecificè à Iuriſconſ. accipitur, non genericè, ut putauit interpres, nimirum pro non nominando ſcelere. Feſtus ab Oſcis deriuat, quorum frequentiſsimus fuit uſus libidinum ſpurcarum. Spieg.

OBSCVRE, contrarium eſt palàm. Vnde, necq́, uel non obſcurè, pro manifeſtò & apertè.

OBSCVRAE perſonæ, claris opponuntur. apud Cicer. & Iuſtinian. in Aut. de Teſtam. §. ſancimus. Coll. ſexta. Sp.

OBSCVRI uiri, hoc eſt, ignobiles, obſcuro loco & genere orti. in Aut. de Defenſ. ciuit. §. j. & Quib. mod. nat. effic. legit. §. quiſquis autem. Sp.

OBSCVRITAS, ambiguitas, uel generalitas in uerbis recipit interpretationem à quotidiano uſu. Nec mirum, quum & legiſlatores deciſiones eorũ ex quotidianis uſibus fundare ſoleant. Text. in l. certi conditio. §. ſi nummos. & in l. certè. in fin. de Precar. Et dicit Imp. in l. j. §. nulla. de Vet. iur. enuc. eas leges eſſe firmiſsimas, quæ quotidiano uſu roborẽtur. Sp.

OBSCVRO loco nata, pro humili magis, quàm pro ex uili genere, ut interpres accipit, intelligenda eſt, in l. in cõcubinam. ff. de Concubinis. Sp.

OBSCVRARE, præter notum ſignificatum, etiam pro non curare, ſupprimere, tegere, obumbrare, Bud. obſeruauit. Paulus, Obſcurare luminibus altius tollendo. Idẽ, Obſcuratis ædibus habitare poteſt etiã. l. ſi is qui binas. ff. de Vſufr. Sp.

OBSCVRVM, difficile, & quod ſtatim intelligi non poteſt. Vnde obſcuritas, hoc eſt,

eſt, cuius ſententia latet, iure noſtro improbatur. l. ſi legatario. §. fin. ff. de Fideicommiſſ. libert. Bald. cenſuit, omnem intellectum, qui non conſonat auribus uulgi, eſſe impertinentẽ. de Pace Conſtant. in uerſ. Promittendo. Contra, laude uehitur ſermonis claritas. in Aut. de Teſtament. imperfectis. Solemus autem in obſcuris, quod ueriſimilius eſt, aut quod plerunq; fit, inſpicere. l. in obſcuris. ff. de Reg. iur. Itaq; obſcurum, hoc eſt, quod uix, aut nullo modo intelligitur, aperto opponitur, id eſt, ei quod planum & liquidum eſt. Exemplum habes in π̃. Legato fundo Seiano, cum Seiani duo in hæreditate eſſent, hæres offert uiliorem, legatarius precioſiorem petit. Duo ſunt Titij, pater & filius. Teſtator Titium tutorẽ ſcripſit, nec apparet qui datus eſſet. Lego Sempronio amico meo: duo Sempronij ſunt æqua charitate cõiuncti. Huiuſmodi obſcurum prorſus dicitur à noſtris, uitiatq; omnino, teſte Salomonio in l. omnes populi. ff. de Iuſt. & iure. Obſcurum autem nõ prorſus, in quo parum lucis eſt, & ideo ambiguo ſimile à Fortunat. in Rhetoricis Scholaſticis nominatur. Et de hoc loquitur Regula: In obſcuris, quod ueriſimilius eſt, inſpicimus. & alia: Quod minimum ſequendum eſt, & ambiguum, in quo uoluntas loquentis ſpectãda eſt. Vide ſuprà, Ambiguũ. Sp.

OBSECRARE, non eſt abſolute rogare, ut Pontificij iuris interpretes exponunt, ſed per ſacra rogare, uel (ut ait Feſtus) opem à ſacris petere.

OBSEQVENTIA, pro obſeruantia, malè citatur, nimirum ex corruptis exemplaribus, in l. j. ff. de Milit. teſt. Haloander ſic habet: Quæ poſsint in controuerſiam deduci, ſi ad diligentiam legum, & obſeruantiam reuocentur. Sp.

OBSEQVIA non eſſe operas, & tituli diſtincti, & ſeparata ab operis obſequiorũ cõditio arguit. l. libertus qui operarum. ff. de Oper. lib. l. libertos. C. de Obſeq. Quapropter Accurſ. nulla ratione excuſari poteſt, qui §. libertus. in prin. l. ſi non ſortem. ff. de Cond. indeb. de obſequialibus operis intellexit. Sed & Bartol. cum obſequia ab operis rectè diſtinxiſſet, obſequiales tamen operas, Zaſ. teſte, non rectè nominauit: ut quib. utriſq; inter ſeſe nihil prorſus cõueniat. Nam obſequia in honoris exhibitione, in reuerenti uerecundia conſiſtunt. Operæ uerò, de quib. infrà latius, ipſum operarij laboris tractũ ſignificant. arg. l. operæ. in prin. ff. de Oper. libert. & l. j. in fin. eod. tit. Sp.

OBSEQVIORVM ſpecies tractantur in l. j. in princ. l. ij. l. parẽs. cum ll. ſeq. l. liberto. ff. de Obſeq. C. de In ius uoc. l. j. C. de Oper. libert. l. alimenta. §. j. ff. de Lib. ag. cum ſimil. Sp.

OBSEQVIVM, Iuriſconſ. in l. qui pro tribunali. utitˀ pulchra figura loquẽdi, Zaſ. annotante, cum dicit: Pro perſonarũ obſequio, id eſt, pacabilitate, modeſtia, comitate, obedientia: & eſt uerbũ elegans, quamuis Cic. dicat eſſe Terentianũ, Donatus tamen ibidem arguit Cic. erroris, cum & Plautus uſus ſit eo uerbo. Verbũ obſequij eleganter uſurpauit Sueton. in uita Galbę Imp. cum dicit, Germanos in primis obſequium rupiſſe, id eſt, ceſſaſſe ab obedientia Galbæ. Iureconſ. in l. cum hi. §. ſed & perſonarũ. ff. de Tranſact. utitur elegantiſsimè, uel abutitur comparatiuo, obſequior, cum dicit: Si fortè obſequiorem uitam habent, id eſt, indulgentiorem, delicatiorem, qui plus ex alimentis pẽdeant. nemo enim dicit obſequius, niſi fortaſſe à nomine Obſequioſus formetur, ut Zaſ. monuit. Duobus autẽ modis præſtari obſequiũ, traditur in d. l. qui pro tribunali. ff. de Re iud. Porrò nemo latinè loquẽtium, obſequium pro numinis cultu uſurpauit. Obſequiũ enim dicitur morẽ gerentis alienæ uolũtati, quod frequenter ſonat in malam partẽ. Vnde monente Eraſ. Pauli interpres cap. ix. ad Rom. uulgari ſermone locutus eſt. Sp.

OBSERVANTIA, pro ueneratione, & honoris exhibitione. Ab obſeruo, pro ueneror, & admiror. Obſeruatio uerò, quaſi adnotatio quædam, & animaduerſio. Idem aliquando tamen quod obſeruantia, hoc eſt, honor & reuerentia. Adi Elegant. Vallæ. Sp.

OBSERVARE, pro aduertere diligenter. vffſehen/ vffmercken. l. obſeruare. ff. de Off. Præſid. Vallæ eſt idem quod cuſtodire aliquid oculis animoq;, in modum ſpeculatoris, ne nos ſilẽtio tacitoq; prætereat. Sp.

OBSERVARE iudiciũ, eſt cauſæ adeſſe apud iuriſperitos, inquit Tuſan. Sp.

OBSES, qui traditˀ imperio alicuius, ea conditione,

ditione,ut ſi dator obſidis à fide recedat, recipienti ſit poteſtas in corpus & uitam eius ſęuiendi,qui datus eſt obſes.Bart.in l.diuus.ff.de Iur.fiſci. tractat, an à priuatis ciuitatibus obſides dari poſsint.Lud. Rom.improbat doctrinam,qua traditur Epiſcopo, & Abbati, de ſibi ſubiectis unum aliquem dari licere obſidem. Sp.

OBSIDIANVS lapis,ab obſidio inuętore.Pomp.de Aur.et arg.leg.etſi gemmę, inquit, ſunt perlucidæ materiæ, ueluti ſmaragdi:lapilli contrariæ ſuperiorib.naturæ,ut obſidiani.Nebriſſ.

OBSIGNARE,eſt ſigni impreſsione occludere,& ad literas,cæteraq; quæ ſigno quouis notantur,aut imprimuntur, pertinet.Martian.in l.diuus ij.ff. de Cuſt.& exhibit.reor.Et interrogationes, inquit, literas incluſas,atq; obſignatas,ad cognitionem magiſtratus mittant. Quandoq; tamen capitur pro ſigno notariorũ, ſeu ſubſcriptione eorũ,aut teſtiũ ſignare.Sp.

OBSIGNARE pecuniã in l. tutor pro pupillo. ff.de Adminiſtrat.tut. Notandum obſignatione totius aut partis ſecundũ conuentionem debitæ pecuniæ ſolenniter facta liberatio debitori contingit. C. de Solut.l.tutor.§.Lucius.ff.de Vſuf.Sp.

OBSIGNATORES,pro notarijs apud Ciceron.pro A.Cluentio,tum alijs locis accipitur.

OBSIGNATA epiſtola,pro occluſa & ſigillata,quod dicitur,in l.fin. de Leg.ij.

OBSOLERE,& obſoleſcere,ſignificat in deſuetudinem abire. Hinc obſoleta lex, quæ ab uſu receſsit.Propriè autem Obſoleſcere res dicimus, quæ propter antiquitatem malè oleant,uel ſordes cõtrahant, uel inquinentur.Sp.

OBSOLETA crimina, pro uetuſtis & antiquis,in Verrinis Cic.uſurpat.

OBSOLETA uox, pro minus tenera & exili.

OBSONATOR,qui obſonijs comparandis præerat,dicebatur.Martian.in l. legatis ſeruis.de Leg.iij.Cubicularios autem inquit,uel obſonatores,uel eos qui piſcatoribus præpoſiti eſſent, nõ uideri nego ciationis appellatione contineri. Græci illum Ago dicebãt,Athenæo teſte.Græcum uocabulum uideri poteſt,ut ait Bayfius, quaſi ὄψου ὀνητὸν,qui & ὀψώνης dicitur, Spieg.

OBSONIVM. Quere, Opſonium.

OBSTARE pro impedire.Vlpian.in l.iij. de Offic.Præt. Sed nihil ei ſeruitutẽ obſtitiſſe,ait Põponius.Nam propriè,contrà ſtare ſignificat.Sic obſtaculũ,pro impedimento, apud Canoniſtas frequẽter uſurpatur.

OBSTATVRVS.Vlpianus in prin.l. etſi fortè.ut iam ego,inquit,non uidear luminibus tuis obſtaturus,ſi ædificauero. Sp.

OBSTETRIX dicitur,quæ opem tulerit parienti:unde & parturientes,Fer opem clamant. autor Donatus. Obſtetrices Vlp.uult eſſe probatiſsimæ & artis & fidei.l.j.in princ.de Vent.inſpic.Sp.

OBSTINATE facere aliquid, eſt in alterius malum,cum conatu facere perſeueranter, & in alterius perniciem nimis niti .Donat.

OBSTINATIOR animus, pro pertinaciore,apud Impp.in l.ij.C.de Sum.Trin. ut apud Cic.obſtinatior uoluntas.

OBSTRVERE, propriè eſt, quaſi ſtrue quadam alicui loco impoſita obſiſtere, ne quid effluat. Indicauimus, Luminib. obſtruere,uerbo antiquo, Iuris Cic.quoque uſum pro Dom. ſua,& in Bruto per metaphoram.Accurſius in l.æquiſsimũ. §.ſi ædium.ff.de Vſufructu. Obſtruere, inquit, id eſt, claudere lumina,den tag oder das liecht verbawen. Proprietatis dominus, obſtruere luminibus Vſufructuarij non poteſt. Bud. in l. ſi is qui binas eod.tit.non obſcurare luminibus, ut ubiq; legitur,ſed obſtruere legendum contendit. Haloander à ueteri lectione non recedit.Sp.

OBSTRINGERE ſe amicitiæ,ſic dicitur ut Plautus in Pœnulo, Iuratus quidem homo furti ſe aſtringet.In hac enim,et ſimili locutione,quæ apud autores idoneos occurrit,ablatiuus, actione, uel iudicio,ſubauditur. ut damnatus, iudicatus, reus,poſtulatus, crimine ſcilicet. Neratius.Nam & ipſius rei quæ petebatur,ſi tutor iudicatus fuerit,& eorum quid acciderit, nõ eſſe dandam in eum actionẽ, monuit Tuſanus.

OBSTRINGERE ſe parricidio,periurio, ſcelere,& huiuſmodi,pro cõmittere parricidiũ,ſcelus peierare. Obſtringere iureiurãdo,apud Cæſarẽ lib. j. Belli Gal.Sp.

OBSTRINGERE res ſuas,eſt pro pignore obligare.l.ſi pater. C.de Crim.ſtel. Sic obſtrictus tutor,in l.C.de Tut.uel curat.

uectig. & obſtricta mater. in l. ſi mater. C. Si mat. indem. prom. pro obligatis intelliguntur. Sp.

OBTEMPERARE, eſt decretis parêre. Rubr. Si quis ius dicenti non obtemperauerit. Hinc obtemperatio. Cic. lib. j. de Legib. Quòd ſi iuſtitia eſt obtēperatio, ſcriptis legibus, inſtitutisq; populorum, &c. Porrò non obtemperare ius dicenti, eſt non facere, quod extremum in iuriſdictione eſt, hoc eſt, ſententiæ diffinitiuæ non parêre. Vide Zaſ. in l. j. ff. Si quis ius dicen. non obtemp. & lib. j. Singular. intellectuum. Sp.

OBTENDERE rationē turpitudini, hoc eſt, turpitudinem ratione operire & pretexere, **Verblümen/ Verglympffen/ Verſtreichen.**

OBTERERE ius, **das recht hynderſtellen/ vndertrucken.** Apud Liu. Iura populi obterere. **die ſchöffel abſchaffen/ nit meer berüffen.** Pro lædere uſurparunt genericè Impp. in l. nullus. C. de Iudic. & cœlic. Poteſt enim & non cæſus uerberibus Iudæus ſubuerti. Sp.

OBTESTATIO, pro precatione cum adiuratione legimus. non tantùm in iure Pontificio, ſed etiā apud latinitatis principem Cicer. occurrit. Donat. Obteſtari eſt, inquit, precari cum mentione earum rerū, per quas petimus: tametſi ſine adiuratione quandoq; orare ſignificat: ut apud Cæſarē, Salluſtiū, Ciceron. & xxiiij. q. j. c. j. Alberico citāte. Sext. Pompeius autem ait: Obteſtatio eſt, quum Deus teſtis in meliorem partem uocatur: deteſtatio, quum in deteriorem. Sp.

OBTINENDAE, pro retinēdæ. in l. clam poſsidere. ff. de Acquir. poſſ. Sic apud Cicer ad Trebatium: Tu ſi iſtic commendatione mea dignitatem tuam obtinebis, perferas noſtri deſiderium. Sp.

OBTINERE quis dicitur iuris Pontificij peritis, quum quod canonicè poſsidet, ius in re habet. Ex Alber. Sp.

OBTINERE & repelli, **Erlangen vnd abgeſchlagen**, cōtraria eſſe, patet ex Ciceron. j. epiſt. ad Lētul. Neq; ſi quid non obtinuerimus, repulſi eſſe uideamur. Sp.

OBTINERE cauſam, quod uincere uulgò dicimus.

OBTINERE ius ſuum, uel retinere non poſſe. Lege, Ius ſuum obtinere nō poſſe.

OBTINERE, aut emittere litem, Cic. pro Comœdo: Ad iudicem hoc modo uenimus, ut totam litem aut obtineamus, aut amittamus. Sp.

OBTINERE, pro occupare. ut apud Plin. Arbor agros longis obtinens umbris.

OBTINERE prouinciā, pro habere prouinciæ gubernationē, uel regimē, quod uocant ad tempus, ut Proconſ. aut Prætor, uel ut Quæſtor. Sp.

OBTINGERE mala tantùm dicimus, ſi Donatum ſequimur, enarrantē illud Terent. ex Phorm. Præter ſpem, atq; incredibile hoc mihi obtigit, ita ſum iratus, &c. Idem in Andriam, Contingere dicit id, quod uix euenit. Sp.

OBTRECTAT, Eraſ. inquit, qui obloquitur, qui malè prædicat de alio: detrahit, qui minuit laudem alicuius. Vnde obtrectator, laudis detractor. ut apud Iuſtiniā num in l. unica. C. Si quis Imp. maledix. Cicer. Tuſcul. iiij. obtrectare & æmulari diſtinguit: ut is dicatur æmulari, qui ſe non idem uideat conſequutum, quod alium: obtrectare, qui alium idem uideat conſequutum, quod ſe, aut alium. Sp.

OBTRVDERE uxorem, inuito & nolenti dare. Hęc uox non admodum prolixa eſt, uerùm ea multum ſecum trahit, ut alicubi indicat Eraſmus.

OBTVLISSE ſe liti uidetur, qui in rem ſuam procurator eſt factus. l. ſi ſe nō obtulit. ff. de Re iud. Dicitur autem is ſe liti offerre, qui ſine mandato pro reo comparet & litigat. Vlp. Obtuliſſe autem uidebitur ſe liti, qui iudicio pro domino ſe obtulit, id eſt, pro eo iudicium ſubibit, in ſeq; recipiet. Sp.

OBTVRARE, uel obthurare (nam qui per h ſcribi debere tradunt, Feſtum ſequūtur) occludere eſt, **verſtopffen.** Caius l. hæc autem iura. ſub fin. de Seru. urb. præd. Ita demum amitto ius meum, ſi tu foramen, unde exemptum eſt tignum, obturaueris. Spieg.

OBTVRBARE, ab omni parte turbare: quod & diſturbare dicitur. Sp.

OBTVTVS, pro aſpectu. l. j. in fin. C. de Off. mag. offic. Sp.

OBVENIT hæreditas, uel ex hæreditate, uel hæreditate, hoc eſt, quod uulgò dicimus, per ſucceſsionē. Vlpian. Excipiuntur autem arma, quæ quis cōmercij cauſa habuerit, hæreditate'ue ei obuenerint. Spieg.

OBVENTIO, ſpecies reditus eſt. Vlpian. An pecuniam pupillus habeat, uel in numerato, uel in nominibus, quæ conueniri poſsint, uel in fructibus conditis, uel etiam in redituum ſpe atq; obuentionum. Accurſ. in l. j. §. exercitorem. exponit obuentiones, id eſt, parui & magni reditus. in quo planè labitur. Siquidem ut reditus magis certorum, ita plerunq; contingentium ſunt obuentiones. Sp.

OBVERSARI dicitur id, quod ita animo apparet, ut adeſſe coràm uideat, et cerni.

OBVIARE, translatè pro reſiſtere. in l. j. C. Quan. lic. ſe uind. Eſt autem, Obuiam itum eſt auaritiæ, & non obuiamentum, legendum, apud Vlp. in l. annonam. de Extraord. crim. hoc eſt, ut uulgò dicitur, præuentum, Fürkummen. Sp.

O C

OCCASIO, tēpus actionis opportunum, quod in aggrediendo conficiendoq; negocio præcipuum habet momentum: ut non ſine cauſa ueteres uideantur Occaſionem diuinitate donaſſe, tametſi apud Græcos mas eſt hic deus, appellaturq; καιρός. Eius ſimulacrum, ut fingebat antiquitas, refertur in dict. Opportunitas. Porrò occaſionem damni præſtans, damnum feciſſe uidetur, ut hoc Pauli uerbum in l. qui occidit. §. in hac actione. ad Leg. Aquil. intelligendum ſit, explicat Speculator tit. de Iud. Quo uerò diſtet à cauſa occaſio, indicat Gloſſ. in l. riuis. ff. de Riuis. & in l. ſi debitor. de Leg. ij. Sp.

OCCASIONEM tenere, & remittere, contraria. Cicero de Legibus: Teneo, quam optabam occaſionem, neq; remittam.

OCCIDISSE incontinēti uidebitur, qui interpoſitis horis, apprehēſam filiā adulterij ream occidit pater. Hęc Vlpiani uerba ſub fin. l. quod ait lex. de Adult. Bart. magnifacit. Cæterùm occidiſſe uulgò dicitur, qui mortis cauſam quolibet modo præbuit: ſed lege Aquilia is demum teneri uiſus eſt, qui adhibita ui, & quaſi manu cauſam mortis præbuiſſet: tracta uidelicet interpretatione uocis à cædendo & cæde. Iulian. in l. ſi ita uulneratus ſeruus. ad Leg. Aquil. Vide hoc loco Bart.

OCCISIO, actus ipſe occidēdi. Occidio, cædes, ſiue mors. Verùm occaſus, ut magnæ rei, uel perſonæ ſuperioris (nam ſolem lunamq; occidere, & uiros præclaros occidiſſe dicimus) ita caſus paruæ rei eſt, uel perſonæ inferioris, ſi credimus Donato in Comment. in j. Aeneid. Sp.

OCCISORVM appellatione eos contineri Labeo ſcribit, qui per uim aut cædē ſunt interfecti, utputa iugulati, ſtrangulati, præcipitati, uel ſaxo, uel fuſte, uel lapide percuſsi, uel quo alio telo. autor Vlpian. in l. j. ad Syllan. Idē in l. iij. ad Leg. Aquil. Nō enim ſufficit, ait, occiſum, ſed oportet iniuria id eſſe factū. Idem ait hoc ipſo titulo: Occiſum autem accipere debemus ſuo gladio, ſiue etiā fuſte, uel alio telo, uel manibus (ſi fortè ſtrangulauit eum, uel calce petijt) uel capite, uel qualiter qualiter. Sp.

OCCIPVT, pars capitis fronti oppoſita. Priſcis agricolis celebratum adagium, atq; inſtar ænigmatis iactatum, Frons occipitio prior, hoc eſt, potior meliorq;. Nemo enim non ignorat, frontem priorem eſſe capitis partem, occipitium poſteriorem. Adi Chiliad. Eraſ. Sp.

OCCVLTARE (frequentatiuum ab occulo, hoc eſt, abſcondo) quis intelligatur, uide C. de His qui latron. uel alter. crimin. reos occultant. Occultare ſe ab aliquo, eſt ex alicuius cōſpectu ſe auferre. Occultare autem rem aliquam alicui, idem eſt quod celare. Hinc occultator (quem exutum patrimonio Imp. Conſtant. in inſulam deportat. l. unica. C. de His qui ſe deferunt. lib. x. occultator) ad hominem, receptator ad locum propriè refertur. quod & apud Cic. reperitur. Suſtinuiſſet hoc, inquit, crimē primū ipſe latronum occultator, & receptator locus. Quando uerò teſtamentū occultare falſi ſpeciem attingit, Bartol. tradit in l. j. §. & poſt. de Tab. exhib. & de Inſtrum. occultantem. l. iij. §. ſi quis. eo. tit. Sp.

OCCVLTARE circa columnas. Vlpian. de Priuil. credit. Eum, ait, qui circa columnas ſe occultat, ut creditorem euitet, latitare placet. Senſum horū uerborum aperit Alciat. cap. ult. lib. iiij. Parerg. Sp.

OCCVLTÈ, hoc eſt, clam aliquid fieri dicitur, quod ſine autoritate principis fit. C. de His qui ex publ. ration. public. pec. acceperunt. l. ult. Sp.

OCCVLTVM, quod haudquaquam probari poteſt, quod prorſus ignoratur, uindictæq; expers eſt in hoc ſeculo: de quo tractatur in c. Chriſtiana. xxxv. quæſt. ij. Spieg.

OCCVM-

OCCVMBIT, qui in faciem cadit. Hinc milites morientes, qui mordicus humũ captabant, occumbere dicebantur. Incubat uerò, qui fouet. Hinc Gallina incubatrix. Alc. de Verb. ſig.

OCCVPANTVR mobilia: Inuaduntur immobilia. §. pen. uerſ. quod non ſolum. Inſtit. Vi bon rapt. licet quandoque & rei immobilis dicatur occupatio. ut l. domum. C. de Rei uend. in Gloſſ. j. Sp.

OCCVPARE, ſignificat propriè, ut ait Valla, quod in cōmune, ſiue in medium poſitũ erat, ante alios capere. Eſt etiam locũ tenere, aut capere, & ui arripere. Nec non lege prǽuenire, Vormann ſein, ut qui prior litem conteſtat̃. l. plurib. ff. de Procur. l. ſi plurib. de Leg. j. l. ſi Titius. de Verb. oblig. & ſimil. ut Iulianus ibid. in. l. ſtipulationes commodiſſimum. Occupari eleganter pro prǽueniri uſurpauit: ita Interpres pro denominari, uel dici, nō ſatis ſcitè expoſuiſſe uidetur. Notius eſt quod occupaſſe dicitur, qui prior ad ſententiã uenit inter eiuſdē conditionis creditores, ut tradit̃ in l. inter eos. ff. de Re iud. & inibi, quod uulgò dici ſolet, Melior occupantis eſt cōditio, explicatur. Sic occupare locum, apud Cic. iij. de Finib. accipimus. & apud Cælium, Occupare primos menſes. Sp.

OCCVPATIO, eſt cum alicui neceſſariæ rei, & cui ante omnia operam dare debemus, cũ diligentia uacamus. Diuiditur autem in uenationem, aucupium, & piſcationem. Sp.

OCCVPATVS, & ocioſus, cōtraria. Cic. j. Tuſc. ut, ſi occupati profuimus aliquid ciuibus noſtris: proſimus etiam, ſi poſſumus, ocioſi. Vallæ eſt occupatus, qui antè aliquo negocio detentus, non poteſt negocio alterius operam dare. Sp.

OCCVRRERE, pro obſiſtere. ut occurratur fallacijs uēditorum. l. j. §. ij. de Aedil. edict. l. ſi patronus. in fi. ff. de Don. Propriè tamen eſt, aduerſum tendere, ut Alciatus monuit. Sp.

OCEANVM, pro occidua terrarum parte, in Aut. Vt eccl. Rom cent. ann. gaud. præſcr. Interpres accipit. D. Auguſtin. Mari magno, inquit, cingitur terra, qui uocatur Oceanus. Eius æſtus idem mirabiles uerè dixit: quòd eorum nemo adhuc ueram cauſam ad liquidum deprehēdit, ſiue gemini diurni incrementi, ſiue gemini menſtrui: quas nautæ aquas uiuas uocant plena luna & in coitu. Sunt Oceano per partes ſua indita nomina, quæ apud autores leguntur. Vide cap. xxxvj. apud Solin. & Vadiã. tit. Inſulæ Oceani præcipuæ. Sp.

ὀχλοκρατεῖσθαι dicuntur, qui impetu plebeio reguntur, non legitima Democratia. Ex Bud. Sp.

OCIOSVM, id ſignificat apud Vlpian. in l. quod ait lex. ff. de Adult. quod non ſatis eleganter uulgò dicitur, non ſine myſterio. Ex Alciato lib. quarto de Verb. ſig. Spieg.

OCIOSAM pecuniã, pro repoſita, ex qua quis lucrum non facit, Scæuola ſumit. l. qui ſemiſſes. de Vſur. Aliquando etiam uacua dicitur. l. quintus. ff. Depoſiti. Sp.

OCIOSAE ſententiæ, id eſt, uulgares, & nihil pulchri continentes, apud Quintilian. lib. j. Sp.

OCIVM, uacatio à labore. Sunt enim contraria, ocium, & labor: ſicut ocium, & negotium. Sp.

OCIOSITAS. Vide, Quoad uiuam.

OCIVM item, pro tranquillitate, pace, & quiete, inuenit̃ apud idoneos autores: & pro literario ſtatu etiã accipit̃, quòd qui ſtudijs literarũ operam dant, neceſſe ſit, ut cæteris negotijs uacui ſint. Sp.

OCREA, crurũ armatura. Gloſ. in l. A' caligato. C. de Nupt. uide, Caligatus miles.

OCTAVA quid ſit, uide l. ex præſtatione. C. de Vectigal.

OCTAVO menſe natus, nō habito reſpectu anni, quem Cǽſar ordinauit, ſed excurſu lunæ conſiderandus eſt. Is ſecundum naturã uiuere non poteſt, idq; medicinæ autoribus receptum eſt. Ex Alciato. Sp.

OCTAVARII, ut Haloander ueterem lectionem cum Zaſio ſecutus legit, exactores dicti ſub octaua parte, quǽ nomine uectigaliũ exigebatur tempore Gratiani, Valentin. & Theodoſij Impp. l. à legatis. C. de Vect. Sp.

OCTONI ſcrupuli, pro octo ſcrupuli, in l. j. C. de Metallar. & metall. lib. xj. ut octoni menſes, pro octo menſibus, apud Plinium de ceruis loquentem, Octonis menſibus ferunt partus. Sp.

OCVLIS & affectu, ut acquiratur poſſeſſio, Paulus docet in §. pen. l. j. de Acqu. poſſeſſ. Sp.

OCVLIS rem ſubijci, eſt, quod uulgò dicunt, vff den augenſcheyn weyſen/ de quo in l. ſi irruptione. ff. Finium regũd. Siquidẽ certior aure arbiter eſt oculus, & ut eleganter dicit Imp. de Grad. §. fin. magis ueritas oculata fide, quàm per aures, animis hominum infigitur. In ſumma, inquit Eraſmus, ad cognitionẽ magis faciunt aures, ad fidem faciendã certiores ſunt oculi. Vnde & uulgò, ſi quis fabulam narret parum ueriſimilem, rogare conſueuimus, num ea cõſpexerit? Quod ſi neget, uerùm audiſſe modò, ridetur. In oculis habere, pro ſemper ad aliquid intentũ eſſe, ut interpretatur Budæus. Oculorũ in actione conſideratio petenda eſt ex lib. xj. Quintiliani. Sp.

OCVLATVS teſtis, qui ſe uidiſſe dicit id, quod narrat. Plaut. Pluris eſt oculatus teſtis unus, quàm auriti decem.

O D

ODIOSA ſunt, quæ à iure communi, uel à iuſtitia exorbitant, ut dicit Philipp. Cornæus. Sp.

ODIOSAE actiones. Vide, Pœnales actiones.

ODIVM, à noſtris fauori opponitur: Receptumq́ eſt, ut quemadmodũ ea, quæ ſunt in fauorem conſtituta, non licet interpretari in incommodum: ita nec in conuerſo caſu, quæ in odium, dureq́ ſunt cõſtituta, ad fauorem applicentur. In ſacris uerò literis odium multifariam accipitur. Odit, qui auerſatur: ut, Deus odit omnes operantes iniquitatem. Et Dauid perfecto odio oderat impios, quum tamen illis optaret bene, nempe ut reſipiſcerent. Odit, qui affligit & punit, ut iudex, licet odio uacet. Odit patrem & matrẽ, qui illos amore pietatis deſerit. Odit animam ſuam, qui eam exponit periculo, ſtudio pietatis. Quod & Albericus admonuit, odio peccata habenda, non homines, citans lxxxv. diſt. c. odio, & xxiiij. q. iiij. c. Duo. Adſtipulatur prouerbialis uerſus, Mores amici noueris, non oderis. Porrò neminem alterius odio prægrauandũ, rectè pronunciauit Iuſtinian. in l. ſi quis in ſuo. C. de Inoffic. teſtam. §. Legis autẽ ueteris. Sed nec ignorandum, non pugnare ſibi legem, dicẽtem, Odio habebis inimicum tuum: &, ſi eſurierit inimicus tuus, cibum dato illi, Hoc enim præcipitur perfectis, illud conceditur imperfectis. Sp.

ODIVM teſtis, quomodo probãdum ſit, docet Specul. tit. de Teſt.

ODOACVS, cuius Gloſſa, in l. decernimus. C. de Sacroſ. eccl. meminit, idem eſt qui ab Italis Odoacer dicitur, à nobis Othacarus, ab Herulis uerò, quorũ princeps erat Gothicæ nationis populis, Oedacker uocabatur. Is Auguſtulũ expulit, malè ominati nominis principem, inter eos poſtremum, qui poſt Valentinianum tertium Romæ rerũ potiti ſunt. Aduerſus Othacarum miſſus eſt Diterichus de Berna in Italiã, Zenonis temporibus. At iam circiter Imp. Martiani annos Romani maieſtas Imperij cõuulſa erat per Othacarum, quæ ſerò admodum ad Francos noſtrę gẽtis principes, quum ſimul Galliæ imperitarent, tranſlata eſt. Quod Albericus, Antiquitatis non omnino indiligens indagator animaduertit. Sp.

ODOR, per translationem, indiciũ ſignificat. ut probat Budęus. Iuſtinian. uulgari modo in Aut. de Lenonibus. In odorem ſuauitatis oblata, dixit: quod Haloander ſignificantius, ut omnia, reddidit: quem uide ſub fin. Aut. Sp.

ODORES, id eſt, aromata, apud Vlp. in l. ideo. ff. de In rem uerſ. Si odores & unguenta ſeruus emerit, & ad funus erogauerit. Sp.

O E

OECONOMVS, qui Latinè dicitur administrator rei familiaris, quomodo mutuum det, uel accipiat, traditur à Doct. in l. ciuitas. ff. Si cert. pet. Sp.

οἰκόσιτος, qui domi alitur, nec lucratur expenſas, ſed ex ſuo uiuit. Eſt & qui citra ullam mercedem ciuitati operã præſtat.

OEDASTICVS, uir, ponderum & ſtaterarum rationem optimè callens. οἶδα enim idem eſt quod ſcio. στατική, ponderatio. Alc. C. de Ponderat in l. ij. lib. x.

OENOMELI Græcè, Mulſum eſt Latinè. οἶνος, uinum, μέλι, mel. Vlp. de Trit. & uin. leg. l. ſi quis uinum. Oenomeli planè, id eſt, uinum dulciſſimum continebitur. Nebriſſ. Vide, Mulſum.

OENOPHORVM, uas eſt uinarium. Iuuenal. Satyr. vj. utitur hoc uocabulo. Itidem Apuleius li. ij. & viij. Aſini. & Martialis. Obſeruauit Viues apud Pliniũ, inter opera Praxitelis recenſeri œnophoron,

ron, qui non tam uas, quàm puer eſſet uinum ferens. Sp.

OENOPOLIVM, caupona, locus ubi uinum uenale eſt.

οἰνόπται, Græcis inſpectores, qui in cõuiuijs modum imperabant, ne quis aut ſatis plus biberet, aut parum ab alijs. Sp.

OESTRVM. Vide Chiliad. Eraſmi.

O F

OFFENDERE, propriè eſt læſionem & offenſionem accipere ex aliqua re in aliquam corporis partem. Quamuis pro inuenire interdum ſumitur, ſed præter opinionem. Qui item committit, unde pœna irrogatur, offendere dicitur. l. teſtamento. ff. de Teſt. milit. Sp.

OFFENDERE apud iudices, Budæo eſt, condemnari, hoc eſt, contrariam auferre ſententiam, exemplo Cic. pro Cluentio. Sp.

OFFENDICVLVM, impedimentum, obſtaculum. Vſus eſt hoc uocabulo Plinius in epiſt. & Rom. Pont. in c. prudentiam. ext. de Offic. deleg. & c. accuſatus. de Hæred. lib. vj. Alberic.

OFFENDIMVS quandoq; uerbis. ut patet in l. nullum. C. de Teſtibus. Sed ut ſuccurratur ei, qui ueretur ne offendatur, Bart. diſſerit in l. ſanct. ff. de Rer. diuiſ. Idem ne cautione, tum quando petenda ſit, offendaris, latiſſimè demõſtrat in l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de Offic. Præſid. Sp.

OFFENSA, ferè actiuè ſumitur, eſtq; eius qui offendit, autore Valla. Quæ uerò uel dicenda, uel iure intelligenda ſit offenſa, Bart. tradit in l. quidam cum. ff. de Hæred. inſtit. Offenſio, ut plurimum paſſiuè accipitur: aliquando tamen actiuè, teſte Bud. Vt uerò & hæc accipienda ſit, idẽ docet in l. licitatio. §. de Publ. Præterea quo ſenſu in lege municipali, ſiue, ut uulgò loquũtur, ſtatuto, ueniat, Bartol. quoq; oſtendit, in l. cum te. C. de Inoff. Teſtam. Sp.

OFFENSATOR, qui in re quacunq; ſæpè excidit ab eo quod ſuſcepit, & quod efficere contendit. Quintiliano eſt, qui in legendo idẽtidem reſiſtit, aut potius qui perperam legit.

OFFENSVS, id eſt, læſus à iudice, ad offenſorem accuſandum cogi poteſt. Bartol. in l. in eum. ff. de Accuſ. Sp.

OFFERRE, exhibere ſignificat, quod barbari præſentare dicunt. Pro opponere etiam ſumitur. ut apud Ciceron. pro Seſtio, & Caium in l. pen. de Dolo. Sp.

OFFERRE & deferre iuſiurandum, legimus. Spieg.

OFFERRE crimen, pro criminari.

OFFERRE ſe liti, is dicitur, qui ſine mandato pro reo cõparet & litigat: id quod tunc dicitur fieri, quando procurator falſus aſſerit ſe habere mandatum quod non habet. Vide ſuprà, Falſus procurator. & Zaſ. in l. ſi ſe nõ obtulit. ff. de Re iud. Spieg.

OFFERRE pecuniam, quod barbaris eſt præſentare, apud Marcellum in l. tutor pro pupillo. ff. de Adminiſt. tutor. ubi Vlpian. notat, non ſufficit obtuliſſe, niſi & depoſuit obſignatam tuto in loco. Spieg.

OFFERRE ſtatim, hoc eſt, ſine aliquo interuallo, in caſu. l. cum quidam ita. ff. de Legat. ij. Sp.

OFFICERE luminibus, & altius tollere, quandoq; pro eodem ſumitur, Albericus ait, citans l. j. ff. de Seruit. urb. præd. Lege, Luminibus.

OFFICIALIS foraneus appellatur, qui in certa parte diœceſis gerit uices epiſcopi: qui & à pleriſq; Decanus ruralis uocatur, ſecundum Gloſſ. in uerbo Foraneo. c. & ſi principalis. de Reſcript. in Clement. Sp.

OFFICIALIS, ſubſtantiuè, miniſter magiſtratus dicitur. Adiectiuè, quod ad officium pertinet, uel quod de officio tractat. Officialis alius à Vicario eſt Pontificij iuris peritis. Apud Bart. de Officialibus haud ſcitu indigna legere licet, in l. de Pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de Oper. nou. nunc. Bartolo quoque rex, princeps, epiſcopus, uenit nomine officialis, ſed perpetui, cui interim quo ad principis, maioris'ue nutum, magiſtratus conſtitutus eſt, adæquatur per text. ut ait, notabilẽ, in l. iuriſperitos. in prin. de Excuſ. tut. Zaſius adnotat in l. principalibus. ff. Si cert. pet. uaria eſſe officialium genera. Sunt enim, ait, Rectores prouinciarum: ſunt præſides, gubernatores: Prodomini, ſiue, ut uulgò uocantur, Vicedomini: Adminiſtratores, ſine iuriſdictione, & cum iuriſdictione. Sũt & Aulici, quos Palatinos nominant. Sunt & multa alia genera: ſicut habe-

mus de Officijs in ff. & in C. Hi officiales ſunt aliquando perpetui, aliquando adminiſtrant ad tempus. De quibus loquitur l. periculum. ff. Si cert.pet.Sp.

OFFICIALES, uicariosq́ epiſcopi ex laicis deligi poſſe, negant: quòd lege diuina cautum ſit apud Moſen, Non arabis in boue ſimul & aſino. hoc eſt, homines diuerſæ profeſſionis ſimul nõ ſociabis. c. in noua xxvj. q. vij. Quod & Baro à Tautenberg, ut ſublectum, indicauit. Spieg.

OFFICINA, ab officio dicta eſt, in qua artifices operas exercent: iuxta Oldend. Per translationem tamẽ Cic. dixit, Officina nequitię, & Bud. Officina æquitatis. Vlp. in l. iiij. §. ait prætor. de his qui not. infam. Siue balneator, inquit, fuerit, & (ueluti in quibuſdam prouincijs fit) in balneis ad cuſtodienda ueſtimenta cõducta habeat mancipia, hoc genus obſeruantiæ in officina, lenocinij pœna tenebitur. Hic locus ex Haloandro omnino ſic legendus eſt, & minimè cum negatione, quæ hactenus obſcurauit ſenſum Iuriſcons. Taceo quòd torquet interpretem uocabulum Officina, alioqui clarum. Sp.

OFFICIOSE, pro diligenter, & ex animo. Paulus in l. portiones. ff. de his quibus ut indig. officioſè agere circa defuncti uindictam conuenit. Sp.

OFFICIOSVS. Vide paulo pòſt, Officio ſuo fungi.

OFFICIVM, ab efficiendo, ab eo quod quæritur quid efficere in eo unũquemque conueniat, pro cõditione perſonæ, quemadmodum tractat eleganter Cicero tribus libris Officiorũ, & prorſus cõſentit cum Græca uoce, καθῆκον: niſi q̃ Latina quàm Gręca plenior eſt. ſicut Cicero in epiſt. quadam ad Atticum, docet his uerbis: Quod de inſcriptione quæris, non dubito, quin τὸ καθῆκον officium ſit: niſi quid tu aliter. ſed inſcriptio plenior, de Officijs. Vtuntur præterea hoc nomine Latini pro beneficio, uel honeſto quodam obſequio, pro magiſtratu, aut pro eo, quod in publico fit. ut cum Vlp. dicit. Fœminę ab omnibus officijs ciuilibus, uel publicis remotæ ſunt. l. ij. de Reg. iur. Sunt tamen qui hæſitant, an ueteres & probati ſcriptores ſic uſurpauerint: aut ſaltem raro feciſſe hoc, ſi fecerunt. Noſtris ut genericũ nomen multa continet. ut not. Gloſ. in l. legatis. §. ſi ex officio. ff. de Leg. iij. Sic ſumptũ, & artificiales, & officiales ſimul operas complectitur. In ſpecie uerò, non alias q̃ ſui nominis, hoc eſt, officiales deſignat. quarũ eſt mentio in l. ſi non ſortẽ. ff. de Cond. ind. Quod admonuit Zaſ. in §. libertus, iam dictæ l. Iuriſcons. per tropum officium, pro officialibus uſurpauit, ſicut in l. ij. ff. Si cert. pet. Sp.

OFFICIVM, quo ab artificio diſtet, not. in l. nominatim. ff. de Manum. teſt. & l. ſi uenditor. in prin. ff. de Aedil. edict.

OFFICIVM iudicis, quod ſcilicet uulgò appellant, modò merũ, modò nobile, opponitur quidẽ mercenario, hoc eſt, deſeruienti actioni propoſitæ: cum actio in iudicio proponitur, & cœptũ eſt iudicium: quidquid iudex præcipit, prohibet, uetat, permittit, interloquitur, iſta omnia dicuntur expediri officio iudicis mercenario. iuxta uulgatũ text. in l. ædiles. §. item ſciendum. de Aedil. edict. Lege ſuprà, Nobile officium. & ſimul uide Gloſſ. ac Bart. in l. j. de Iuriſd. om. iud. Bald. itẽ in margarita, in hac dictiõe. Sp.

OFFICIVM iudicis legaliter diffiniẽdo, eſt, quod ad dirimẽdas lites, tollendaq́ grauamina, actu, uel habitu exercetur: ut per hoc reipubl. ciuium tranquillitati & quieti, publicè & priuatim conſulatur. Zaſ. in l. Ius dicentis. ff. de Iuriſdict. Præterea iudicis officium, remediũ eſſe extraordinarium, ex Pomponij quoq́ uerbis quæ ſuprà præterij, apertè colligitur, in l. pupillus. ff. de Verb. ſig. ut cõpelli municipes ad ſubeũda munera dicantur, non iure exactionis, ſed officio iudicis, hoc eſt, remedio extra ordinem. l. cum filius. ff. Si cert. pet. Sp.

OFFICIVM iudicis merum, ſiue nobile, Vlpiano eſt perſecutio, qua cauſæ omnes mixti imperij abſoluuntur. Sp.

OFFICIVM publicũ nõ id ſolum accipiendum eſt, q̃d in adminiſtratione reip. ſolũ cõſiſtit, & iuxta §. munus publ. l. honor municipalis. ff. de Munerib. & in priuatum uſum nõ cadit, uti eſt magiſtratus, & id genus aliæ functiones, uerũetiam q̃d propter publicã utilitatẽ eſt introductum. Vnde Põponius in l. pupillus. §. munus. de Ver. ſig. ſcribit, Munus publicum, eſſe officiũ priuati hominis, ex

quo

quo cõmodum ad ſingulos, uniuerſosq́ ciues pertineat. Itaq; qui officiũ publicum à ciuili diſtare putant, nõ meminiſſe uident uerborũ Aur. Arcadij, qui in l. fi. d. tit. de Mun. & honor. Hæc omnia, inqt, munera, quæ trifariã diuiſimus, una ſignificatione cõprehẽdunt. Nam & perſonalia, & patrimoniũ, & miſta munera, ciuilia, ſeu publica appellant. Vnde apparet Vlp. l. ij. de Reg. iur. nõ diſcriminis, ſed magis declarandi cauſa dixiſſe. Fœminæ ab omnib. officijs ciuilibus uel publicis, remotæ ſunt. Ex Ferr. Sp.

OFFICIO iudicis adſequi. l. ij. ff. de Diſtract. pig. Cicero Stoicos ſecutus, Officiorum duo facit genera. Alterum abſolutum: q̃d pertinet ad uirtutes illas abſolutas, id eſt, ad ſapientiam, & proinde ad finẽ bonorum: idq; Græci κατόρθωμα uocant: Latini, rectum, aut rectè factũ, omnes numeros uirtutis continẽs. Alterum officij genus poſitũ eſt in præceptis uitæ cõmunis: cuius conſideratio ad iuriſprudentiã propria eſt. Medium et cõmune hoc etiam nominant, quod in utranq; partẽ, & ſapientiæ, & ſtultitiæ natura ſua uerti poteſt ab utẽte. qualia ſunt quæ in rep. & uita priuata, circa opes, honores, gloriam, & ſimilia facimus. Sp.

OFFICIO ſuo fungi. l. j. C. Qui pet. tut. Terentius in ſe cruciante, officiũ fungi dixit. Itaq; qui ſe immiſcet officijs iuuandi gratia, Officioſus dicitur: & non officioſus, id eſt, quietus & domi reſidens. Interdum pro eo, Catanæo teſte, quod nocet, intelligimus officioſum, ab officiendo. Sp.

OFFICIVM procuratoris eſt uoluntariũ. l. ſi filiusfamilias. §. inuitus. ff. de Procur. Sed tutoris & curatoris officium eſt neceſſarium. l. j. & ibi Gloſſ. ff. de Tut. Sp.

OFFICIO iudicis cautione uel ſatiſdatio ne uicto mederi. Vide Neratium l. pen. de Petit. hæred. Sp.

OFFICIVM aduocationis. Vlpianus: Inter officium aduocationis, & rei ſuæ defenſionem, multum intereſt, inquit, nec propterea quis (ſi poſtea cognouerit rem ad ſe pertinere) quod alij eam uindicanti, tunc ignorans ſuam eſſe, dominium ſuum amiſit. l. inter. ff. de Rei uindic. Spieg.

OFFICIVM tuum, tuæ partes, tuum munus, idem ſignificant.

O L

OLEA, & arbor, & fructus dicitur. Oleárij, qui oleum faciunt, uel uendunt.

OLEVM, pro ſumptu. Vide Eraſ. explicantem parœmiã, Oleũ & operam perdidi.

OLEAGINVM, ſeu oleagineum poculum, non pro eo quod oleum continet, ſed quod ex olea arbore eſt, accipi debet, apud Iabolenum, in l. concubinam. de Leg. iij. Qui quatuor ait pocula oleaginea habebat, ita legauit, Pocula oleaginea duo paria. Quære, Pocula oleaginea.

OLEARIVM fundũ, hoc eſt, oleas arbores producentem Alber. citat. in l. ſi cuius. §. fructuarius. ff. de Vſufr. ſed perperam. Nuſquam enim olearij fundi, ſed horti ſolum olitorij meminit. ut & interpres legit. In eo tamen labitur, q uel de oliuis accipi poſſe indicauit. Siquidẽ olitorium ad olera tantum pertinet. Sp.

OLIVA, an ſit fructus naturalis, Bart. diſputat in l. ſi eius fundi. ff. de Rei uen. Porrò oliuã etiamſi immaturiore lecta ſit, conſtat in fructu eſſe, teſte Paulo. l. ſi abſente. ff. de Vſufruc. Sp.

OLIVETVM, notæ ſignificationis, apud Iuſtin. indicat Alber. Sed & apud Iurecoss. occurrit, ut apud Iulianum. §. ſequ. d. §. fructuarius. Oliuina, reditus olei, uel olei maxima copia. Sp.

OLITOR, ab oleribus, hortulanus eſt. Vlpian. de Verb. ſig. l. ſi urbana. Horti uinearij forte, uel olitorij. Nebr. Fit autem olitor, ab olere, non ab oliuis, ut Accurſius exiſtimauit, quod antè Alc. tantus uir monuit. Vnde mihi minus uitio dandum, ſi in hoc opere, ceu ſuo loco, eiuſmodi quædam perſtrinxerim. Sp.

OLITOR, qui olerum hortum exercet, quiq; olera uendit. Prouerbialis uerſiculus admonet, & pro infimæ ſortis & notæ uiro poni, Sæpè etiam eſt olitor ualde opportuna locutus. Sp.

OLITORII horti. Vide ſuprà, Olearius fundus.

OLFECIT equus mulam, quod honeſtè dixit Alph. pro coitũ appetiuit, in l. ult. Si quadrup. paup. feciſ. dic. interpres nimis inſulſe exponit. Alb. ſenſum uerecundius aliquanto reddidit.

OLIGARCHICI. Lege, Democratici.

OLIM, quæ tempora ſignat, Bart. attigit in l. j. ff. de Op. nou. nunc. Sp.

OLITVRGESIA, ὀλειτουργησία Suidę immunitas, ſeu excuſatio à publicis oneribus. Cui ſignificatui penè par eſt ἀτέλεια. Alc. in Annot. ad poſt. lib. C.

OLVS, dicitur omnis herba ſatiua, quę eſt in uſu cibario. Ab alendo: quòd olerib. alerentur homines, antequã fruges, uel carnes eſſent. Iuſtin. Inſt. in prin. de Vſu & habit. Nam is, inquit, qui fundi nudũ habet uſum, nihil ulterius habere intelligitur, quàm ut oleribus, pomis, floribus, fœno, ſtramentis, & lignis, ad uſum cotidianum utatur. Sp.

O M

OMEN prærogatiuum, appellari Fr. Syluius arbitratur propterea, quòd id dicatur antequam tribus prærogatiua ferat ſuffragium. Sunt enim tribus prærogatiuæ, quæ primæ ſuffragium ferunt. teſte Aſconio. Sp.

OMISSA actio, in l. ſi eum. ff. Si quis caut. non remiſſa, ut barbare Gloſ. indicauit, remiſſum enim Latinis languidũ ſignificat, ſed relicta ac præterita accipienda eſt. Eſt enim omittere, rem quampiã penitus dimittere. Vnde omiſſio eorum, quæ geri debent, latæ culpæ datur. l. ei qui. §. fin. ff. de Petit. hæred. c. ſæpè xij. q. ij. Sp.

OMISSIORES, qui lucrum negligũt, minimè ſolliciti de diuitijs acquirendis.

OMNE, nihil excipit. l. à procuratore. C. Mandati. Recipit tamen interpretationem l. ſed ſi compromiſſum. in fin. ff. de Arb. Dicitur de uniuerſis numero diſtinctis. ut, omnis grex. eandemq́ uim habet in ſingulari, quam in plurali. Aliquando tamen idem ſignificat quod totus. l. j. §. ſi pecuniã. ff. Depoſiti. l. ſi quid relictum. de Leg. j. & ſimil. Sp.

OMNE artificium incrementum recipit. l. legatis ſeruis. §. ornatricib. ff. de Leg. iij. Accedit quod uulgò dici ſolet, Es iſt noch nit alles erdacht.

OMNE genus pecudum. Rectè genus, quoniam in ſpecies diuiditur poſtea, ut in greges & armenta. Genus enim nunquam excluſit ſui ſpeciem. l. j. ff. de Adopt. Diomedes Guidalottus.

OMNE ius habet annexã gratiam. Quod Oldend. teſte, nemo unquã grauius tractauit, quàm Marcellus in l. reſpiciendum. ff. de Pœn. Sp.

OMNE ad tempus, id eſt, in perpetuum.

OMNEM uoluntatem meam fidei hæredum meorum committo. Vide Scæuolam in l. Codicillis. ff. de Vſu & uſufr.

OMNI cauſa. Quære, Cum omni cauſa.

OMNI quinquennio, pro toto quinquennio.

OMNIA, pro utriſq;, apud Papinianum, in l. in ratione. §. quid tamen dicemus. ad Leg. Falc. item apud Caium, exemplo Cic. dictum legimus de duobus, in l. liberum arb. ff. de Adopt. Coniunctim plerunq; apud idoneos autores occurrunt. ut omnes tres, omnes quatuor, omnes quinq;, & cætera. Sp.

OMNIA commoda, quæ intra annũ, quo interfectus eſt, precioſiorem ſeruum facerent, hæc accedere ad æſtimationem eius, dicendum eſt teſte Vlp. ad Legem Aquil. in l. unde Neratius. Sp.

OMNIA mecũ porto, celebre illud Biantis dictum, oſtẽdit bona animi propria, & noſtra eſſe, non corporis. de quo latius Alc. in Comment. ad l. meorum. de Verb. ſig. Sp.

OMNIBVS annis, id eſt, ſingulis.

OMNIBVS anteferri, frequens clauſula in curijs Rom. Principum, ſuum hodie robur obtinet. Nam olim uariabat. ut not. Comp. c. cauſam. extra de Reſcript.

OMNIBVS libertis meis cibaria præſtabitis pro arbitrio ueſtro: non ignorantes, quos ex his charos habuerim. Cætera quæ huc faciunt, explicat Modeſtin. l. uerba teſtamenti. ff. de Alim. leg. Sp.

OMNIBVS libertis libertabusq́ meis, cibaria & ueſtiaria, quæ uiua præſtabam, dari præſtariq; uolo. Adi Scæuolam in l. à filio. §. fin. de Alim. leg.

OMNIFARIAM, omnibus modis. C. de Arbit. l. ne in arbitris. §. j. C. de Contrah. & commit. ſtip. l. optimam. Alb.

OMNINO non edere, uel non in totũ & non legitimè edere paria ſunt, cum in utroquè eadem ſit anſa decipiendi, eademq́ damni ratio. l. ubi exigit. in prin. ff. de Eden. Sp.

OMNINO fieri, intelligitur eo modo, quo poteſt fieri: ne impoſſibile iuberi uideatur. fac. l. ſi iure militari. de Mil. teſt. cũ ſi mil. p Salom. citatis. Cæterũ, Omnino, nũc, ſemper, & ſimilia, uerba prægnãtia, uel ideo uulgò feruntur, q iuxta interpretũ traditiones nullã modificationẽ, aut limitationẽ recipiunt. ut ait Zaſ. Sp.

OMNIMODO teneri, Vlp. Atq; hoc, inquit, edicto omnimodo, qui recepit, tenetur. l. iij. Naut. caup. ſtab. Sp.

OMNINO non reſpondiſſe. Iuxta Vlpianum omnes poſteriores ſic acceperunt, ut omnino non reſpondiſſe uideatur, et qui ad interrogatum non reſpondit; id eſt, πρὸς ἔπος. Sp.

OMNIS, quando diſtribuat, quando colligat, Bartol. indicat in l. hoc articulo. de Hæred. inſtit. Quo uerò diſtet à Quilibet, not. in l. ſi pluribus. de Leg. j. etiam pro cũcto, & pro toto, Græcorum more ponit, ut Bud. multis exemplis oſtendit. Sp.

OMNIS debiti nomine, uſurę ueniunt accipiendę. ut patet ex reſponſo Scæuolę. in l. nomen. de Leg. iij. Item qui omnia ſua, uel omnes res ſuas donat, & nomina debitorũ donaſſe intelligetur. Idem enim eſt, ſiue omnia mea dixerim, ſiue addito uniuerſali ſubſtantiuo, omnes res meas, ſeu bona mea dicam. Sed ſi generale ſubſtantiuum adpoſitum proponatur: ut ſi quis dicat, Argentũ meum, ueſtes meas, hæc pronomina ad dominium, uel quaſi dominium referentur. l. ſeruos autem. eo. tit. ex Com. Alc. Spieg.

OMNIS homo, de duobus dictum, in l. j. C. de Liber. præter. Alberic. quoq; obſeruauit. Sp.

OMNIS obligatio pro contracta habenda, Paulo autore. l. omnem. ff. Vbi quis ager. Sp.

OMNIS periculi appellatione, nõ uidentur caſus fortuiti contineri. l. non ſimiliter. de Magiſtr. conuen. ubi dicitur, Magiſtratus ſuccedit in omne periculum, & tamen non tenetur de caſu. l. ij. §. eo tempore. ff. de Adminiſtrat. rer. ad ciuit. pert. Spieg.

ὀμνύω, iuro. κτ̃ παίδων ὀμνύναι, in capita liberorum iurare: id quod fiebat, tacto eius capite in quem iurabant, ita ſe ſacrare caput eius dijs inferis, deuouereq; ſignificãtes, ſi peieraret̃. Ex Comm. Bud. Sp.

OMPHACINVM, quod ex omphace factum eſt. Dicuntur autem omphaces, immaturi fructus.

O N

ONERA petitoris ſuſtinere, Vlp. in l. inter litigantes. ff. de Iudic. Sp.

ONERARE populum, prõ exigere à populo pecunias.

ONERARE rationes, id eſt, diſpendioſum eſſe. Bud.

ONERARIAE naues, à geſtandis oneribus dictæ ſunt: & ob id tardæ inter eas Corbita, & Cybea erant: quarum utrarumque mentio apud Tullium. Vide Bayf. in Annot. ad l. ij. de Capt. & poſtlim. reuerſ. Sp.

ONVS, pro munere, prouincia, & officio. ut, Non omne onus eſt odioſum. Vt enim à tutela, eſt infamia eijci: ita adminiſtrare, honorificum. Vide Bart. & Baldum in l. pen. C. de Verb. ſig. Sp.

ONVS exponere. Martianus: Si propter neceſſitatẽ aduerſæ tempeſtatis expoſitum onus fuerit, nõ debere hoc cõmiſſo uindicari, diui fratres reſcripſerunt. Sp.

ONVS ſuſcipere. Oppo. Onus recuſare Papinian. in l. procurator qui pro euictione. ff. de Procur.

ONYX Arabicus, in l. fin. ff. de Publ. Vnguis odoratus, à Græcis onyx nominatur. de quo Ruell. cap. vij. lib. ij. de Natura ſtirpium. Sp.

O P

OPACVM, umbroſum, non afferens umbrã, ſignificat. ut putat Accurſ. l. æquiſſimum. ff. de Vſufr. & l. ſi arborem. ff. de Seruit. urb. præd. Sp.

OPE, conſilio, quemadmodum accipienda ſint, an coniunctim, an ſeparatim, antiquorum uariauit ſententia. Paul. in l. ſæpe ita cõpertum. de Verb. ſig. Labeoni ſubſcribit, ſeparatim accipiẽti illa uerba, Eum cuius ope, conſilio, furtum factum ſit, furti teneri lex ait. Quãuis Alc. coniunctim quoq; accipi poſſe tradit: quoniam non ſat ſit opem præſtare, niſi eo cõſilio, id eſt, animo pręſtetur, ut furtum fiat. Si ergo conſilium pro ſuaſionẽ accipiamus, ſoluta illa oratio diſiunctiuẽ: ſi pro doloſa adiuuantis intentione, cõiunctim intelligetur: aitq;, & hic uerus eſt huius reſponſi ſenſus, quem nec Accurſius, nec cæteri ſatis percepere. Certè ex ſententia coniungentium potius, q̃ ſeparantiũ intelligenda ſunt. Sp.

OPERA, ræ, labor eſt diurnus, ſecundum Paul. & Vlp. tit. de Oper. libert. Differt autẽ ab opere: quoniam in uno opere plures operæ cõſumi poſſunt, & una opera, plura opa fieri poſsũt. Nebr. Porrò

operam, diurnum eſſe officium, Paulus docuit. l. j. de Oper. libert. uel quia per diem laborãdum eſt, ut in l. ij. ff. de An. leg. uel quia certo diei tempore abſoluatur. Tametſi etiam ſint officia nocturna. Sed iuriſconſ. ad frequentiam reſpexit. Spieg.

OPERAE piſtoriæ, uel hiſtrionicæ, apud Vlp. in l. ſuos autem. de Leg. iij.

OPERAM dare iudicem, pro, auditione accommodare, apud Cic. ad Attic. Venit ad me, dixitq; iudicem operam dare ſibi conſtituiſſe. Sp.

OPERAM dare funeri, eſt intereſſe pompis exequiarum. Idem ad eundem: Venerat enim in funus, cui funeri ego quoque operam dedi. Sp.

OPERAM dare iuris ciuilis ſtudio. Tullius de Clar. Orat. Ego autem iuris ciuilis ſtudio multum operæ dabam Q. Scæuolæ P.F. Sp.

OPERAM dare præceptori, id eſt, audire eum. Bud.

OPERAM ingerere inuito, ſuſpectum. l. quæ omnia. ff. de Procur. Sp.

OPERAM perdere, quod & operam ludere dicitur, hoc eſt, in uanum laborare. Tull. pro L. Murena: Quòd quidem ius ciuile didiciſti, non dicam operam perdidiſti.

OPERA eſt mihi, quod barbare dicitur, Habeo ad faciendum.

OPERARVM duplex eſt ſpecies, quę officiales dicunt, & quæ artificiales. l. & ſi nõ. §. libertus. de Cond. indeb. Illæ rem domini, eiusq; perſonam, uictum, curationem, ocium, quietem, uoluptatem directè reſpiciunt. Hæ uerò ad artificium pertinent: inde operæ pictoriæ, fabriles, & ſi quæ ſimiles. Zaſius, qui noua quædam prodidit de Oper. in Intellec. ſuis, dicit, nõ errare eum, qui & medias, ſeu communes operas conſtituat, utputa quæ & officium & artificium reſpiciant. Eſt & illi quarta ſpecies, Operæ ſeruiles. de quibus ipſe ut nouè, ita latè tractat. Spieg.

OPERAE fabriles, cæteræq; quæ quaſi in pecuniæ præſtatione conſiſtunt, ad hæredem extraneum tranſeunt, Officiales uerò non tranſeunt. Autor Vlp. de Op. libert. Sp.

OPERAE gratuitæ, quæ ex mera liberalitate exhibentur, id quod in noſtra Germania, propter arctiſſima amicitiæ uincula uſuuenit, opponuntur conductitijs, hoc eſt, quæ mercedibus uel locantur, uel cõducuntur: & ex ſola lege contractus conſiſtunt. Earum tractationem pulchrè diſtinguit Zaſ. in tria membra: quidquid ad operarum rationem pertinet, alter nõ eſt, qui eo uel copioſius, uel exactius hactenus ſit proſecutus. Sunt autem in gratuitarum numero operarũ, quæ præſtantur à clientib. alumnis, hoſpitibus amicis, item collactaneis educatoribus, & cæteris. fac. inſtit. Quibus ex cauſ. man. §. eadem lege. Porrò clientes libertis connumerari, uetuſti mores ex hiſtorijs docent, & eſt text. in l. ij. & iij. de his qui deiec. uel effud. l. ij. in fin. cum l. ſequ. ff. de Vſu & habit. Hoc item Syrus Terentianus Cteſiphonẽ docet, ut patri dicat, ſe clientibus, amicis, hoſpitibus operam præſtitiſſe. Sp.

OPERAS locare, is qui laborat, qui operatur: cui aũt præſtatur opera, is eam conduxiſſe dicitur. E regione quo ad opus quod parandũ eſt, figura loquendi conuertitur. Nam is qui operatur, dicitur conduxiſſe opus: at dñs cui opus pertinet, dicitur idipſum locaſſe. Bart. cũ eam loquendi figuram apud Latinos homines conſuetam & facilem, Zaſ. teſte, non intelligeret, Gloſſam rectè docentem improbauit, in l. ij. C. Locati. & textum ibidem corrupit. Quamuis eiuſmodi loquendi ductũ, Accurſ. obſcurè tamẽ aſſecutus uideatur. Quod idem admonet Zaſius diligenter, hæc operis, & operæ aduertenda eſt differentia: ꝙ eius ignorantia impoſuerit doctoribus: imò & Gloſſę, quamuis in d. l. ij. eam ſatis bene attigerit, tamẽ in l. ij. §. ſi conſeruatis. ad Leg. Rhod. de Iac. cecidiſſe uidetur, ubi locari opus corruptè intelligit, pro conductione operarum. Operas quoq; perſonas dicimus, quæ aliquid faciunt, ſiue etiam nebulones conductos ad malum inferendum. Operæ etiam publicanorum, quos factores uulgò uocant. Sp.

OPERAEPRECIVM, mercedem labore dignã ſignificat, quę ꝓpria eſt eius dictionis ſignificatio. Sumitur tamẽ quãdoq; pro eo, ꝗd memorabili & nõ ſpernẽdo, uel precio, uel præmio dignũ ſit. Vallæ ſignificat fructuoſum, & ad rẽ pertinẽs, uel quia decens, uel quia utile. uel quia glorio-

glorioſum, uel quia iucundũ. Liuius in præfatione operis, pro re in primis cenſenda & magnifaciẽda accepit, Bud. annotante. l. cũ duob. §. ſi in coeũda. ff. Pro ſocio. Senſum huius loci, ſi eum, ut Haloander habet, legerimus, quẽ Bud. deſiderat, ſatis congruũ eloquentiæ Vlp. aſſequemur. Preciũ operæ etiam dicitur, ut uериſimile, & ſimile ueri. Plinius: Id uerò audire, precium operæ ſit. Sp.

OPERIS nomine, quod ueri operis formam habet, intelligimus, quæ nõ niſi ex conſummatione contingit. Vide Alc. in §. operæ locato. l. rei appellatione. de Verb. ſig. Sp.

OPERIS faciundi uincere redempturam & conductionem is dicitur, infra quem nemo licetur: & uincit uectigalium redemptionem is, ſupra quem nullus licetur. Paulus: Licitatio ita demum admittenda eſt, ſi fideiuſſores idoneos, is qui licitationem uicerit, offerre paratus ſit.

OPERARI, ſimpliciter pro laborare, negant apud idoneos reperiri autores: ferè aũt refertur ad ſacra. Quamuis operarij propriè, qui nõ iudicium, ſed tantum operã adhibent ad architecti ex arte rationem operis præſcriptã. Vide Eraſ. in Chiliad. Operariorum ſeruorum meminit Alphenus in §. quid aũt eſſet. l. in lege Cẽſoria. de Verb. ſig. Alc. interpretatũ qui ruri operabantũ. Vnde et antiquis autorib. ſimpliciter operæ appellantur. Sp.

OPERARIVS uſus, qui ad aliquod opus faciendũ adhibetũ: uel qui alicui operę accõmodatur. Sic etiã operariũ pecus dicitur, cuius uſum ad operas noſtras faciendas cõuertimus. Subſtantiuè, qui alicui rei operã impẽdit, cui debetur ſumptus & uictus, nõ item inſtrumentorũ pro opere fractorum æſtimatio. per Gloſ. Baldo ſingularem, in l. quoniam liber. C. de Teſtib. Accedit quod not. in Gloſ. ſi nõ ſortem. §. libertus. de Cond. indeb. Sp.

OPES, Inſulanus inquit, ineruditũ uulgus, pro diuitijs duntaxat accipere, opulentum pro diuite rerum, ſolet. Cęterùm opes paulo quiddam amplius cõprehendere uidetur: omne nanq; illud, quod opem ferre homini queat. Itaq; earũ nomine, intelligimus quoq; propinquitates, affinitates, clientelas, ſeruitia, ſeu mancipia, ius uectigale, et ſi quid aliud eſt eius generis, quod opitulari nobis queat. Sp.

OPES abditę, pro reconditæ, apud Leon. Imp. l. unica. C. de Theſaur. lib. x. Porrò integræ opes, & acciſæ opes, ut contraria ponuntur. Sp.

OPHIR Imp. Conſtantin. l. j. C. de Obl. uoc. lib. xij. Quando uotis, inquit, communibus fœlix annus aperitur, in una libra auri & ſolidis obryzatis principib. offerendi deuotionẽ animo libenti ſuſcepimus: appellat ſolidos obryzatos ex auro puriſſimo, & q̃d multa excoctione ad ſummam puritatẽ peruenit. id enim ut Plin. lib. xxxiij. cap. iij. ait obryzum uocãt, nempe ut diuus Hieronymus tradidit, quaſi ophiriſium: ab Ophir inſula Aethiopiæ, unde puriſſimum aduehebatur, cuius regina Saba proditur in ſacris uoluminibus. Sp.

OPINIONEM comprehendere & remittere, contraria.

OPINIONISSIMVS homo dicitur, qui ſemper opinatũ, tanq; nihil cõprehẽdi poſſit.

ὀφλὼν δίκην. dicitur, qui rei iudicatæ debitor eſt.

OPHTHALMICVS, medicus oculorũ, inquit Bud.

OPICENSI. Lege, Cenſere.

OPIFICES omnes, teſte Cicerone, in turpi ſunt exercitio: nec olim habebantur pro ciuibus, nec ad reipub. adminiſtrationem admittebantur.

OPILIO, ouium cuſtos. Virgil. Venit & upilio. ſed metri neceſſitas compulit o, in u, conuertere. Africanus: Item opilionem, ſi eius generis oues curaret. in fin. l. cum quæreretur. de Leg. iij. Sp.

OPIMATORES. Vide paulo pòſt, Opinatores.

OPIMIORA, cõparatiuus Gellianus, in l. qui fundos. C. de Om. agro. deſert. Sp.

OPINIO eſt, quod incertum eſt. De eius natura lege Ariſtotelem circa finem primi Poſter. Item in primo Magnorum Moralium, dicit opinionem eſſe, qua ad utramque partem declinamus, puta ad hoc ita eſſe, & non eſſe. Sunt itaque quodammodo inter ſe oppoſita, ueritas, & opinio. Nam circa ea uerſatur opinio, ut docet Ariſt. ſexto Ethic. quæ aliter ſe poſſunt habere, & de quibus probabiliter dubitari cõtingit. Stulti enim eſſet, dubitare de his quæ lege, uel aperta ratione monſtrantur. Quapropter opinio quælibet contra legem

eſt uana, ut & contra ueram rationem. Qua de re latius ſcribit Salomonius ad finem Paradox. in §. reſponſa. Inſtit. de Iure. Nat. Gent. Obſeruandum, quòd uerbum Opinionis pro fama, accipitur in l. ff. de Off. Quæſt. & Opinari, pro fama receptum accipi, ut in l. athletas. de his qui not. infam. Cum autem de aliqua re dubia quæſtio eſt, non dicimus, Hæc eſt mea opinio, ſed mea ſententia. Vnde & ſæpè legimus, Mea quidem ſentẽtia, id eſt, meo iudicio. Sp.

OPINIO communis, Salomonio una opinio dicitur: quod & Zaſ. ſentire uidetur, dicens: Si textibus fulciuntur communes opiniones, iam non quia communes ſunt, ſed quia iuris ſunt, etiamſi ſolus quiſpiam docuerit, obtinebit: ſin textibus obuient, tanquam Syrtes ſint euitandæ. Igitur opinioni communi eatenus hærendum eſt, quatenus textibus iuris fulcitur, aut cui nulla ſit lex contraria, ut Zaſ. oſtẽdit aliquanto prolixius, ſed citra faſtidium, in elegantiſſimis ſuis in l. ij. de Orig. iur. Scholijs, à Salomonio commendatis. Solet tamen dici, ſancti alicuius ſcriptoris opinionem, quæ autoritate ueteris uel noui Teſtamẽti roborata ſit cuicũq; legi, etiam Pontificiæ præferendam. Gloſſ. C. de Libellis xij. diſtinct. quod rectè recentiores intelligunt, cum de materia peccati tractatur. aliàs enim leges ipſæ principum præualerent. Quapropter in caſibus quibus Pontifex de iure diuino aliquid limitare poteſt, eius lex eſſet præferenda: nec quicquam ſanctorum autoritas faceret, qui ea mente non ſcripſerunt, ut dictata ſua uim legis habere uellent. Qua ratione traditum eſt, Innocentij Papæ quarti commentarios pro lege habendos non eſſe: cum non eo animo ipſe ſcripſerit, ſed ut interpretis ſolum officio fungeretur. Cæterùm ex Zaſianis intellectibus deprehendes, non tantum quàm ancipiti periculo communes opiniones conſiſtant, ſed etiam intelligas, nihil eſſe poſſe falſius ea traditione ſimpliciter accepta, qua receptum eſt, iudicem, qui à cõmunib. opinionib. recedat, litem ſuam facere. Nam opinio noua unius doctoris in iudicando, teneri poteſt contra cõmunem opinionem, quando meliorib. & ualidioribus rationibus fundata eſt, ut rectè tradidit Ioann. Andr. in c. j. de Conſtit. & ſequitur Claud. in l. ut uim. in fin. Quamuis, uel ex Neuizano quidem conſtat, iam olim aſſertioni communi tantum tributum, quòd nec Alberici Roſati ſententia cõtraria, uel uerior quæuis alia reciperetur: tametſi Iaſonis teſtimonio, & antiquitatis ſtudioſior, & forenſium rerum peritiſſimus, quem uulgus magnum practicum uocat, Alber. ſit habitus, & ſimul iuris interpres eximius ſecundum Fulgoſium, & Caccialupum. Curtius autor eſt, primas illi ab aduocatis Mediolanenſibus partes eſſe conceſſas. Pyrrhus in l. non uult eſſe hæres. ff. de Reg. iur. ſcribit Alberic. quod ego maius eſſe multo arbitratus ſum, claro & ſolido ingenio fuiſſe, qui tum & rectè & ſanè leges intellexerit. Bartolum ætate aliquanto ſuperat. Sp.

OPINIONEM comprehendere et remittere, contraria. Sp.

OPINIOSISSIMVS homo dicitur, qui ſemper opinatur, tanquam nihil comprehendi poſſit. Sp.

OPINIO cõmunis, utrum circa eas quæſtiones uerſetur, quæ lege, uel ratione finiuntur, an quæ autoritate, an quæ ratione ſimul & autoritate: rurſus utrum ab numero autorũ, an ab dignitate penſanda, non ſatis liquet. Et magis eſt utiq; his, quæ autoritatis ſunt conſiſtere, Lex & ratio concludenter apud nos demonſtrant. Ratio enim & ueritas conuertuntur. c. fruſtra. viij. diſtinct. Bald. in l. non omnium. ff. de Legib. Sp.

OPINIONE omnium, ut omnes uel exiſtimant, uel iudicant. Fallit autem opinio dupliciter: quum aut res alius modi eſt ac putatur: aut non is euentus eſt, quem arbitramur. Sp.

OPINABILE, quod opinione concipi poteſt.

OPINABILE, antiquis, & qui Latinè locuti ſunt, quod nunc uulgò putatiuum dicitur. Ex Budæo. Sp.

OPINARI. Quæ opinamur, Donat. ait, putamus: quæ putamus, incerta ſunt. Vnde non ſatis eſt opinari. l. cum uerò. in princ. ff. de Dote. Sp.

OPINATI caſus. in Aut. de Conſang. & uter. fr. in prin.

OPINATORES ſunt, ut in l. miſſ. de Exac. tribut, libro x. C. deſcribuntur, ſi non

menda

menda caret textus, militaris annonæ exactores. ubi Pyrrhus non opinatores legendum credit, ſed opimatores, qui præſunt annonæ opimandæ, ne deſit aliquid exercitui. cuiuſmodi uiuendiarios (Profandtmeyſter) fortè appellamus. Haloandri lectionem, quæ optiones habet, magis probandã puto. Eſt autẽ optio, ut Feſtus dicit, optatio: ſed in re militari is appellatur, quẽ decurio, aut centurio optat ſibi rerum priuatarum miniſtrum, quo facilius obeat officia publica. Vide plura annotantem de Optionibus, Bud. in l. ult. ff. de Iur. immun. Sunt autem opinatores propriè, qui ſemper opinantur, nihil aſſerentes. De ſe Cicero: Ego uerò ipſe, inquit, & magnus quidem ſum opinator. Hoc nomine Cæſ. Maximilianus notauit eos, qui quam ſemel induxerant perſuaſionem, remittere non poterant. Sp.

OPISTHOTONICI, qui rigore ceruicis inflexibili laborant.

OPISTHOGRAPHVM, charta eſt utroque latere ſcripta, id eſt, intus & à tergo: quæ plerunq; nõ ſpecie libelli erat, ſed uoluminis inſtar torquebatur: quo more priſci ſcripta edidiſſe ferunt. ἀπὸ τοῦ ὄπισθεν, quod poſt, & retrò ſignificat, καὶ γραφή, ſcriptura. Vlpian. de Bon. poſſeſſ. cont. tab. Chartæ appellatio etiam ad nouam chartã refertur: & ad deleticiam: proinde ſi in opiſthographo quis teſtatus ſit, hinc peti poteſt bonorũ poſſeſſio. Vis ridere? Lege inibi gloſſemata interpretum. Catan. At Syngraphum, uno tantum latere edebatur ſcriptum. Quod uerò teſtatoris manu ſcriptum erat, holographum: quod priuatim, chirographum: quod autẽ quiſq; manu ſua ſcripſit, autographũ dicitur. Alex. Neapol. Genial. dier. lib. ij. cap. xxxj. Sp.

OPITVLATIO propriè in rebus dubijs & malis dicitur. Vnde prætor eam pollicetur minoribus annis xxv. aduerſus captiones, hoc eſt, dolum aduerſarij: auxilium uerò, ſi facilitate decepti ſunt. l. j. in prin. ff. de Minoribus. Ex Alberico. Spieg.

OPIVM, ab Alberico prauè citaẽ, ut multa alia, quæ ſciens prætereo.

OPOROTHECA, locus ubi autumnales fructus ſeruantur.

OPORTERE uerbum, Paul. ait in l. uerbum oportere. ff. de Verb. ſig. non ad facultatem iudicis pertinet, qui poteſt uel pluris, uel minoris condemnare, ſed ad ueritatem refertur, ut cum ſtipulamur, quicquid te dare facere oportet. & in l. cum ſtipulatur. ff. de Verb. obligat. Oportet igitur, hoc eſt, reuera debetur præſenti die, non in futurum, aut quod iudex deberi pronunciaturus ſit. Sic & inter hæc uerba, Quanti ea res erit: uel, Quanti eam rem eſſe apparet, nihil intereſt. Nam in utraque clauſula uera rei æſtimatio fit, non quod nos opinemur. Vlp. in l. inter hæc. ff. eod. tit. Vide Alciat. ſuper l. uerbum oportere. de Verb. ſig. Nec prætereundum, oportere, eſto conſentaneum officio, licere legibus, & iuri, decere temporibus & perſonis. Lege Cic. pro Cornel. Balb. Sylu. in eam adnotat orationẽ, Licet, & oportet, eſſe uelut genus & ſpecies: ut ſit Licet genus, & Oportet, ſpecies. Verba Cic. memorabilia ſic habẽt: Eſt enim aliquid quod non oporteat, etiamſi licet. quicquid uerò non licet, certè non oportet. Sp.

OPORTERE in priorem debitorem reſtitui. l. patri. §. ſi minor. ff. de Minor.

OPORTEBIT, tam pręſens tẽpus, quàm futurum ſignificat. l. uerbum oportebit. ff. de Verb. ſig. Exemplũ legis eſt, cum quis promittit quicquid dare facere oportebit. Nam etiam ex ui ſermonis pręſens comprehenditur: cum qui dare facere debet tempore contractus, etiam poſt contractũ dare facere teneatur: nec enim per eum contractum extinguitur præſens obligatio. Ex Alciato. Porrò huius uerbi modò honeſtatis, modò officij, modò neceſſitatis, exempla pete ex Alberico. Quãuis ex cap. j. lib. xj. Quintiliani ſatis apparet, Oportet, & neceſſe eſt, non idem eſſe. Significant tamẽ præſens tempus. l. ſi à colono. l. ſi ſtipulatus fuerim. ff. de Verb. obligat. Ceterùm de hoc uerbo, ſicut & de reliquis omnibus ſubiecta materia diligenter reſpicienda eſt, ut opportunè monuit Oldend. ne ex legũ præceptis fiant conſilia iuris. Quẽadmodum Accurſ. feciſſe conſtat. exponẽdo in l. j. de Iuſt. & iur. oportet, id eſt, decet. Certè ſi ullo in loco hoc uerbũ ſignificat neceſſitatẽ quandã, ibi maximè denotat. Nã ſicut (ut elegãter ratiocinaẽ Old.) impoſſibile eſt hominẽ ex manib. & pe-

& pedibus agnoſcere, niſi uideas caput & faciem: ita nemo poteſt Iuris Ciuilis cognitionem aſſequi, ſine principijs illis à natura petitis. Itaq; Accurſij cōmentum omnib. modis falſum reijciendum eſt. Spieg.

OPPIDVM propriè eſt omnis urbs, præter Romā, quæ peculiari nomine, Vrbs uocari cœpta eſt, ut cæteræ urbes uocarentur oppida: ut ait Valla. Seruius Sulpitius cum numeraſſet urbes multas, poſtea dixit: Quæ oppida quodam tempore florētiſſima fuere. Sed uidetur Alciato id eſſe, quod tanquam propugnaculum aduerſus hoſtes conſtructum eſt, & mœnibus uallatum. id enim etymologia arguit: cum dicatur ab ope, id eſt, auxilio, quod eius cauſa factum ſit. Vnde ut plurimum cōdebantur oppida, ut etiam natura loci tuta eſſent. Cuiuſmodi uidetur unde mihi origo eſt, ueteri nomine Selatum, uulgò Schletſtatt. Meminit eius lib. viij. Auſtriados, Richardus Bartolinus, qui, magnus ille poeta meus, à Cæſ. Maximiliano nominabatur, & uerè quidem. Ornatur patria multifariam per Rhenanum noſtrum, meruitq; Encomium à magno illi Eraſmo dictum, in quo cecinit: Vt ſileam reliquos, non te ſatis ille Beatus Rhenanus lingua doctus utraq; beat?

OPPIGNERARE, eſt pignus dare fœneratori: Repignerare, pignus recipere eſt, reſoluta cum fœnore pecunia. Hoc uerbo uti Iurecoſs. teſtatur Beroald. Comment. in Aſinum, tertio. Sp.

OPPONERE, pro eo, quod aliàs deponere dicitur, & contra alium pignus ponere.

OPPORTVNITAS, cōmoditas, pro ratione loci, temporis, & perſonarū. Hæc tantā uim habet, ut ex honeſto inhoneſtum, ex damno lucrū, ex uoluptate moleſtiam, ex beneficio maleficiū faciat, & contrà, breuiterq; rerū omnium naturā permutet. Hęc in aggrediundo, conficiendoq; negotio præcipuū habet momentum: ut rectiſſimè ueteres opportunitatis uelut imaginē multis in locis depictam habebant, quo magis admonerentur uel ipſo aſpectu. Pinnis enim inſiſtentem expreſſerunt: quòd ſemper uoluatur, & certo loco ſtare neſciat. Talaria pedibus geſtantē: quia uolucris ſit. Facie crinibus tecta: q; cognoſci nolit, niſi à diligentiſſimo obſeruatore. Occipiti caluo: ne teneaē fugiens. Nouaculam dextra tenentem: ut elapſa præſcindat omnē ſpem. Pediſſequā habentem pœnitentiā: ſcilicet quæ neglectæ occaſionis exigat pœnas. Vide Eraſ. explicantem parœmiā, Noſce tempus. & Oldend. in tit. de Temporibus uſucap. in princ. ex interpretib. iur. Pont. Io. And. ext. de Elect. cap. cum ex eo. & Archidiac. c. ſi quē. de Procur. lib. Sexto. Sp.

OPPOSITA ſunt, quæ repugnant unum uni, ſic, ut neq; alterū de altero, neq; ambo de tertio dici poſſint. Boethio, quæ in eodem, ſecundū idem, in eodem tempore, circa unam eandemq; rem, ſimul eſſe non poſſunt. arg. l. ancillā. uerſ. ſi uerò tonſores. ff. Pro ſocio. Quatuor Ariſtot. ponit genera oppoſitorū, relatiua, contraria, priuantia, contradicentia. Sp.

OPPOSITIO in adiecto, quum poſito ſuccedit mox oppoſitum. l. ſeruo manū. de Cond. indeb. l. ſi ſeruus. ad Syl. Sp.

OPPOSITVM in oppoſito, idem operatur, quod propoſitū in propoſito. l. qui filium. de Leg. iij. Sp.

OPPRESSIO mobiliū eſt, ut inuaſio immobilium. Albericus citat uerſ. homicidia. in §. deinde competens eſt. Aut. de Mand. princ. Sp.

OPPROBRIVM. Lege, Probrum.

OPPRESSVM ante ſententiam: Damnatum uerò poſt latā eam dici, quidam obſeruarunt.

OPPRIMERE, premendo grauare, & offendere, Vnbillich behafften. l. j. C. de Priuat. carc. Sp.

OPPRIMERE aliquem cōſilio, idem eſt quod, conſilijs eius anteuertere, Eins fürnemen fürkommen. Bud.

OPPRIMERE aliquem iudicio capitis, eſt iudicibus corruptis, uel conductis teſtibus facere, ut innocens cōdemnetur.

OPPVTARE, idem quod putare, aut circumputare. et de arboribus intelligitur.

OPPVGNARE, ſignificat cōtrà pugnare nocendi cauſa.

OPSONATOR, qui emit opſonia, & coquo ad coquendū tradit. Bayfio, q opſonijs cōparandis præerat, dicebaē: ut et apud Marcell. in l. legat. de Leg. iij. Græci eodē Bayfio teſte appellant omne q̄d igne paratur ad epulandum Opſon.

OPTARE,

OPTARE, eligere unum é duobus, ut ait Donatus. Sed & ſimpliciter eſt eligere. ſicut eſt illud: Optauitq́ue locum regno. id eſt, elegit. Iuriſcons. in l. iij. Ad exhibendum. Item ſi optare uelim ſeruũ, uel quam aliã rem, cuius optio mihi relicta eſt. Sic ſumitur per totũ tit. ff. de Optiõ. leg. id eſt, electione. Id Alberico quoq́ue indicante. Plaut. in Caſina: Optio hæc tua eſt, utram harum uis cõditionem accipe. Budæus annotauit optionẽ facere, ut poteſtatem facere. Optio maſculino genere, quis ſit. Vide infrà, Optiões Sp.

OPTIONATVS, optionis quæſtorij munus eſt: cuius meminit tit. de Iure fiſci. lib. x. C. Vide Pyrrhum ſub finẽ lib. primi Roman. Magiſtrat. Sp.

OPTICES, milites ab optãdo, id eſt, eligendo appellati: eo quod antecedẽtib. ægritudine præpeditis, tanquam adoptati eorum atq́ue uicarij, ſolent uniuerſa curare. Valtur.

OPTIMATES Alberico ſunt meliores, ut ipſe ait, de populo. Atqui Eraſmus noſter inquit, optimi uocabulum non refertur ad mores, ſed ad fortunã. Vnde & optimates dicuntur, non qui morib. ſunt laudatiſſimis, ſed qui nobilitate generis, opibus, ac dignitate pręeminent: quanquam nihil uetat, etiam inter illos eſſe bonos aliquot. Cic. pro Seſtio ſic dicit: Duo genera ſemper in hac ciuitate fuerunt eorũ, qui uerſari in repub. atq́ue in ea ſe excellentius gerere ſtuduerunt: quibus ex generib. alteri ſe populares, alteri optimates & haberi & eſſe uoluerunt. Qui ea quæ faciebant, quæq́ue dicebant, multitudini iucunda eſſe uolebãt, populares. Qui aũt ita ſe gerebãt, ut ſua conſilia optimo cuiq́ue probarẽtur, optimates habebantur. Viues quoque in Cõm. ad Ciuit. D. Auguſtini. Optimates, ait, nobiles appellãt: ſed reuera quicunq́ue dignitate & opibus plurimum in republ. poſſunt, ij ſunt optimates. Idcirco ὀλιγαρχία non multũ uidetur ab ἀριστοκρατίᾳ differre. Quod & Cic. ſignificat, quum ſecũdam partem dicit paucorum optimatum: Tametſi paulo diuerſius idem de optimatibus pro Seſtio, cauſæ uidelicet inſeruiens, ut ſolet. Sp.

OPTIMI loco ſumitur minimè malus. Seneca lib. j. de Tranqu. Pomp. de Orig. iur. Optimi cognomentum à Senatu Cn. Scipion. meruiſſe teſtatur. & Tranquill. Caium appellationem optimi & maximi ſumpſiſſe. Traianum Imp. nihil magis quàm optimi cognomẽ oblectauit: huius tantum memoriæ delatũ eſt, ut per multa ſecula in Senatu principibus acclamaretur: Ne ſis fœlicior Auguſto, melior Traiano: adeò in eo gloria bonitatis obtinuit.

OPTIMO iure debentur uſuræ. l. j. C. de Vſur. Hodie tamen prohibitæ ſunt, ut not. eod. tit. Aut. ad hæc. Alberic. Sp.

OPTIMO iure prædia antiquis dicebantur, quæ immunia prorſus erant, id eſt, ut nunc loquimur, Alaudialia. Sic malim cum Budæo poſtremum hoc uocabulum ſcribi. Sp.

OPTIMVM, ut Vlp. ait, in l. ubi autẽ. de Verb. oblig. intelligitur, cuius bonitas principalem gradum bonitatis habet, quæ res efficit, ut ea appellatio certæ rei ſignificatiua ſit. Eodem ibidem docente, boni appellatio non eſt certa rei ſignificatiua: cum id quod bono melius ſit, ipſum quoq́ue bonum ſit. Sp.

OPTIMVM, principalem bonitatis gradum reſpicit. l. ubi autem. uerſ. At cum optimum. de Verb. obligat. Sp.

OPTIMVM, melius, bonum, ius dicitur in comparatione. Gloſſ. in l. ſi mulier ff. de Minor. ſuper uerbo, Optimo. attigit item Gloſſ. in l. exigendi. C. de Procur. ſuper uerb. non iniuſtè.

OPTIMVM, maximumq́ue tradere, Vlpiano ſignificat, liberum eſſe, hoc eſt, nulli ſeruire. Frey eigen vnd ledig zů ſtellen. Spieg.

OPTIMVS maximusq́ue, uel in eum cadere poſſunt qui ſolus eſt, Paul. docet, l. illa uerba. de Verb. ſignif. Vnde ſi quem unum habet, legauit teſtator fundũ, uerba hæc locum ſibi uendicarent in eo, quemadmodũ ſupremæ tabulæ habentur etiam ſolæ. Sp.

OPTIMVS maximus, nõ ſolum de Deo dicitur, ſed & de fundo, agro, domo & alijs. Celſus de Contrah. emp. Cum uenderes fundum, non dixiſti, ut optimus maximusq́ue eſt. Paulus de Leg. l. ſi mihi. Vti optimi maximi'que ſunt. Idem de Fund. inſtr. l. fundo legato. Vt optimus maximusq́ue eſt. Sp.

OPTIONES appellãtur hi milites, quos decurio, aut centurio optat ſibi rerum priua-

priuatarũ miniſtros, quo facilius obeat publica officia. Optiones autem dicti, quòd ſint electi. Nam Optare, eſt eligere: ſicut & illud, Optauitq́ locũ regno: id eſt, elegit. Bud. in l. fin. de Iur. immun. Optionem accipit pro eo, qui adiutor eſt centurionis, aut decurionis: ut Plautus uſus eſt, licet metaphoricè, in Aſinaria. Spieg.

OPVLENTA hæreditas, ait Gloſſ. in l. ſi quis mihi. ff. de Acq. hęred. dicitur, quę affert opes ſine uexatione. Locuples uerò eſt, quę etiam uexationē habet. Bald. quod hæc uerba non alibi reperiantur, memoria digna cenſuit. Sp.

OPVLENTI. Autore Sexto Pompeio, Opis fuit Saturni coniunx, per quã uoluerant terram ſignificare, quia omnes opes humano generi terra tribuit. Vnde opulenti, terreſtribus rebus copioſi.

OPVS factum reſtitui, quo ſenſu accipiendum, Alc. explicat, enarrans l. impenſæ. de Verb. ſig. Spieg.

OPVS idem et perfectum, & imperfectum dici, colligitur ff. Locat. l. qui inſulam. §. qui ædem. Alberic.

OPVS probari uel approbari tum dicitur, cum magiſtri artificiorũ euocati, inſpectum opus referunt eſſe idoneũ & rectè factum, uel etiam (ſi hoc conuenerit) ab ipſo locatore. l. Opus quod cum. l. ſeq. & l. Si in l. in prin. ff. Locati. Sp.

OPVS reſtitui, pro deſtrui, auferriq́ in interdictis intelligitur. l. cũ prætor. eod. & ſimil. quæ Alber. indicat. Sp.

OPVS ruſtre. Paulus, de Legat. iij. Mulioes, inquit, de urbano miniſterio ſunt: niſi propter opus rureſtre teſtator eos deſtinatos habebat. Sp.

OPVS ſtructile dicitur quod ex lapide quadrato, aut laterculis, calceq́ conſtructũ eſt. eaq́ propriè pars ædificij eſt, unde & auferri non poteſt. Tectorium uerò, incruſtatio eſt, ſiue expolitio parietum: qua de re Vitru. legendus eſt lib. vij. ut ab Alc. citatur, & ipſe in Comm. ad l. in rutis & cæſ. de Verb. ſig. Sp.

O R

ORACVLVM, indulgentia eſt, quæ uiua Principis uoce conceditur. Annotatio, quæ ſcriptis tantũ. Pragmatica, quæ adhibita cauſæ cognitione in modum ſententiæ, uel ad alicuius uniuerſitatis preces. l. j. de Vet. lib. xij. l. fin. de Diuor. reſc. Alciat. in l. iubemus. C. de Sacroſanct. Eccleſ.

ORARE, cum ſolo accuſatiuo, ſignificat agere & dicere: ut apud Terent. Seruũ hominē cauſam orare, Leges nõ ſinunt.

ORATIO, eſt omnis locutio, autore Cicerone in Bruto. Noſtris triplex eſt, Copulatiua, diſiunctiua, & ſoluta. l. ſæpè. & l. triplici. de Verb. ſig. In ſoluta, punctus inſtar copulæ eſt, iuxta Alex. in l. precia. ff. ad Leg. Falc. Sp.

ORATIO, & intentio differunt. l. ſi quis intentione. ff. de Iudic.

ORATIONES dicuntur in iure noſtro, quæ ab ipſis principibus in ſenatu habentur, cum ipſi ſcilicet explicatis rei totius circumſtantijs, quod iuſtum, utile ac honeſtum reipub. ſit, oſtendunt, ſenatumq́ rogãt, an ſic conſtituere placeat. Talis extat oratio, uel pars potius orationis Imp. Seueri. l. j. ff. de Rebus eor. qui ſub tutel. ſunt non alienan. Citantur item D. Marci orationes de Alimentis. l. cum hi. ff. de Tranſact. de Fugitiuor. requiſit. l. diuus. ff. de Ser. fugit. de Bonis matern. l. pen. ff. ad Tertull. Item Antonini de Don. int. uir. & ux. l. cum hic ſtatus. Item Hadriani de Petit. hæred. l. ſi & rem. §. illud. Ac quoniam conſulitur à principe Senatus, ipſæ etiam orationes Senatuſcõſulta interdum uocantur. Nam orationem de Petit. hæred. Senatuſconſultum etiam uocat Iureconſ. l. item ueniunt. §. pridie. eod. Sp.

ORATORES, pro legatis uſurpat Iuriſconſ. in l. Lege Iulia. ff. de Vi public. Accurſius doctores artium intelligit: qui à Græcis rhetorici uocantur. Hanc Accurſianam ignorantiã, iure cenſet Bud. animaduerſione ſeria potius atq́ adnotatione, quàm riſu dignam eſſe. Sp.

ORBITAS, illa patrum qualitas poſt amiſſos liberos: & uxoris uiduitas, poſt amiſſum maritum. l. ult. C. de Plag. Sp.

ORBVS, per translationē dicitur, quicunque aliqua re chara priuatus eſt. per tit. C. de Infirm. pœn. cœlib.

ORCHESTRA, ſpectandi locus primus in theatro. Zaſ. in l. ij. ff. de Orig. iur.

ORCINVS, ab Orco, inferorum & mortis Deo. Et orcinus libertus dicitur, qui ſit ipſius teſtatoris defuncti, & in orci familiam adſcripti. Vlpian. de Fideicom. lib. l. ergo. Qui directam, inquit, libertatem

tem acceperunt, orcini erunt liberti. Eorum item meminit Iuſtinian. lib. ij. Inſt. Lege apud Alex. cap. xxv. lib. iij. Orcinos dici ſeruos, iuxta quorundã ſententiam, quos teſtator poſt obitum liberos iuſſit: ita ut hæres patronatus ius haberet, nõ dominus. Vlp. ff. de Fideicom. libert. l. iiij. §. de Solido. Hi inquit, qui ad libertatẽ peruenerũt, quorũ liberti fiãt, Conſtitutio oſtendit. ut qui directam libertatem acceperunt, orcini ſint liberti. Theophilus enarrãs §. qui autẽ. Inſtit. de Sing. reb. per fideicom. Vocatur autem is, ait, apud Iuriſcoſſ. Orcinus libertus, id eſt, χαρωνιανός, à Charonte. Vide Beroaldum explanantem apud Apuleium lib. iij. hæc uerba: Quanq̃ enim iam in peculio Proſerpina & Orci familia numeratus. Item Rhodigin. cap. xviij. li. x.

ORDINARE, Bud. in Annot. ad l. honores. ff. de Decurion. eſt, inquit, aliquem ad honorem & magiſtratũ promouere: hoc eſt (ut Cicero loquitur) ornare, honoribusq́ augere. cenſetq́ pro ordinationibus, ut in uetuſtis legitur codicib. uel ordinatioribus, uel ordinatis omnibus legendum eſſe. In Norico textu eſt, ordinatione. Senſus Iuriſcons. ſatis apparet. Nempe cõferendos nec honores, nec munera eſſe priori in ordinem allecto, ſed optimo cuiq́. Laurentius Vuolphius uir doctus atq́ integer, municeps noſter, ſecundũ hanc Iuriſcõſulti ſententiam ab octumuiris Senatus Selatiſtenſis, Tribunus primarij collegij creatus eſt, exemplo maximẽ probando. Sp.

ORDINARIA dicuntur, quæ lege, plebiſcito, ſenatuſconſultis, prætorũ edictis, principum generalibus conſtitutionib. & omnino quicquid iure ſcripto eatenus iuſſum eſt, ut ſit certa, generalis, uniformis lex, actus humanos generaliter, ſine ſpeciali perſonarum reſpectu ordinans, & quodam ordinato procurſu dirigens. fac. l. nullo modo. ff. ad Leg. Cornel. de Falſ. Horum numero ſunt, contractus, obligationes, actiones ordinariæ, appellationes, ſucceſſiones, teſtamẽta, ſeruitutes ordinariæ. Interdum (quæ etiam Zaſius noſter, contra Bart. Ordinarijs cõnumerat, text. apertum allegãs in l. j. §. neceſſariò. ff. Si mul. uent. nom. in poſſ.) Vſucapiones, præſcriptiones, pignora, & ſi qua ſunt ſimilia, quæ non ineleganter per Cicer. in lib. j. de Oratore deducuntur. Extraordinaria, ad certã perſonarum, rerum, negotiorum'ue genera, extra ordinem reſpiciunt: quibus pro cõditione, euentu, neceſſitate, commoditate'ue aliqua, præſenti aliquo remedio ſubuenitur. Quorum tria genera facit Zaſius. Quædam enim ſunt facti. ut cum proprio ſeſe facto, ab iniuria lex adſerere permitteret. l. quemadmodũ. ff. ad leg. Aquil. cum uulg. in quo genere non parum multa docuit in §. nunciatio. l. j. de Op. nou. nunc. Quædam ex priuilegio principis naſcuntur: quę plerunq́ ſunt contra ius cõmune. de quibus Inſtit. de Iure nat. gent. & Ciu. §. planẽ ex his. l. j. §. fin. ff. de Conſtit. princ. cum ſimil. Tertium genus eorum eſt, quę licet extra ordinem, tamen iure recepta ſunt, ut non ſine ratione iuris cõmunis nominari poſſint, licet nõ ſint iuris ordinarij. ueluti cum remedio aliquo his ſubuenitur, quib. iure ordinario, uel non eſt conſultum, uel non ita facile, ita commodẽ conſultum. Et iſthæc extraordinaria tertij generis, quadruplicem habent effectum, quos idem Zaſ. diſtinctius explicauit ſingulari tractatiuncula, inſerta Intellect. ſuis ſingularibus. Sp.

ORDINARIVM admittere, elegãter dixit Vlp. in l. Seruum quoq́ de Procur. pro eo q̃d eſt locum dare in iudicio. Sp.

ORDINARII iudices uel à cauſis, uel ab officijs definiri poſſunt, his ſcilicet modis, ordinarius eſt, qui iuriſdictionẽ iure ſuo non alieno beneficio habet: ita enim ferẽ (teſte Cãtiuncula) Iulianus Iuriſconſultus ait, uel aliter, is eſt ordinarius, qui naturam, nõ datiuam modò iuriſdictionem habet: hoc eſt, qui eam iure magiſtratus, nõ mandato ſpeciali obtinet. uel breuius, qui iuriſdictionem ordinariam habet. Vel aliter: Ordinarius dicitur, apud quem legis actio eſt. quæ poſterior definitio ex Modeſtini & Vlpiani uerbis colligitur. Sp.

ORDINARIA iudicia. Vide, Iudicia ordinaria.

ORDINARIVS eſt, qui ſuo iure, uel principis beneficio uniuerſaliter iuriſdictionem exercere poteſt: cui ſcilicet uniuerſitas cauſarum commiſſa eſt. Sp.

ORDINARIVS homo, Feſto eſt litigioſus, ſtans in ordine aſſiduẽ prætorem ad

euntiū. Vide Rhodigin.c.xxxiȷ.lib.vj.

ORDINARIVS iudex. Lege, Iudex.

ORDINARIVS ſeruus. Vlp.in l. apud Labeonem.de Iniur. Etenim multū intereſt, qualis ſeruus ſit, boni frugi, ordinarius, diſpēſator, an uerò uulgaris, mediaſtinus, an qualis qualis. Lege, Serui ordinariȷ.Sp.

ORDINATVM dicimus, inquit Bud. recté, atq; ordine conſtitutum.

ORDINARIOS gladiatores apud Senecam accipit Rhodiginus, gladiaturæ inprimis peritos, ſuoq; apparatu & ritu inſtructos, qui digladiaturi producerentur ſpectatorū uoluptati: quiq; ex conſtitutione, uel conſuetudine, exhiberi ſoliti erāt. Sicuti ordinaria onera ſunt iure conſultis, cum fundus quotannis tantū præſtare domino, uel principi debet. Extraordinaria uerò, quæ præter morem ex inopinato inducuntur. Sp.

ORDINES Roman. tres. Senatorius primus: hi Patriciȷ erant, & qui in Senatum legebantur. Secundus equeſter: hi medius erat equitum, qui equis publicis mererent: quorū inſigne erant annuli aurei, quib. à plebe diſtinguebantur. Tertius plebis erat, in quorum numero Quirites, & qui ex aliqua tribu eſſent, atq; ciues Rom. dicebantur. Zaſ. in l. iȷ. ff. de Orig. iur.

ORDINES ampliſſimi, erant ſenatorius, & equeſter: ex quibus apud Romanos ſortito fiebant iudices. Ad fortunas quoque & uitæ genus quandoque refertur. Vide Donat. exponentem illud Terentiȷ in Eunucho: Cōueni hodie aduenieṡ quendā mei loci hinc, atq; ordinis. Sp.

ORDO eſt, non ſeruare ordinem, in manifeſtis & notoriȷs. c. ad noſtram. iȷ. extr. de Iureiur.

ORDO à ſerie differt, quia ille digeſtio eſt, qua ſuo loco quidq; collocatur: hæc uerò continua quædam progreſſio, atque contextus continuus. Aliquando ponitur ordo pro eo quod uulgus ſtatum uocat. ut ordo ſenatorius, ordo equeſtris. Sic apud Macrum in l. diuus. §. cum autem. ff. de Off. præſid. Item, pro eo quod uulgus ſtatū uocat. ut ordo ſenatorius, ordo equeſtris. Item pro ipſis hominib. interdum ponitur, hoc eſt, ȷs qui ſunt eiuſdem dignitatis. Apud Iureconſ. Extra ordinem, ſignificat, ſine uerbis et formulis ſolennibus. Inſtit. de Interdictis. in fin. Nam quoties, ait, extra ordinem ius dicitur. Item Paulus: Ordo exercendorum publ. iudiciorum in uſu eſſe deſiȷt: durante tamen pœna legum, cum extra ordinem crimina probantur. Inter annos eſt uerius ſeries, quàm ordo. Spieg.

ORDO ſcripturæ non impedit cauſam iuris ac uoluntatis, autor Papinian. l. cum pater filios. §. fidei tuæ committo uxor. de Leg. iȷ. Sp.

ORICHALCVM, æs montanum interpretatur. nam ὄρος mons, χαλκός, æs eſt, Perperam ergo Aurichalcum legitur. Vlp. de Act. empt. & uend. Quēadmodum, inquit, ſi quis uas orichalcum. Nebriſſ.

ORIENS, occidens, ſeptentrio, & meridies, in Autentic. ut Omn. obediant iud. prouinc. §. conſiderantes. De his uide quæ doctiſſimus Vadianus adnotauit ad principium Pomponiȷ Melæ. Obſeruandum uerò quod hactenus ſingulariter docuit, ut pleraque alia Guil. Poſtellus uir ad miraculum uſque doctus, nempe in uocabulo Orientis hallucinatos pręcipue Theologos, qui triū Magorum uiam, xiiȷ. diebus dum ab Oriente in Iudæam uenirent, fuiſſe miraculoſam, putantes unam ſimplicem eius uocabuli ſignificationē, quæ multiplex eſt. Oriens enim, inquit, dicitur ad aliquid. nec eſt illa orientis poſitio, quin eadem diuerſis comparationibus ſit & meridies, & occidens. Sp.

ORIGINALE, quod ex origine contrahitur. ut, originalis decor, originalis macula, originale delictum, originale inſtrumentum, uel exemplum, ubi cauſa talis eſt, quòd ipſum exhiberi oportet, ſi id ſine incommodo fieri poſſit. Alioquin exemplū ſolenniter autoritate magiſtratus deſcriptum et ſigillatum, quod appellatur hodie, Vidimus. de Originali uide in l. procur. C. de Eden. Nouell. ut ſponſalit. largit. §. & hoc indiget. De exemplis authenticis tractat Bart. poſt Gloſſ. in l. eos. §. ſuper his. C. de App. c. cum perſonę. de Priuileg. lib. vj. Obiter item dicendum, decretis patrum ſancitum conſtare, in dubiȷs originalia Hebræorum conſulenda, quo ueritas ſcientiæ é fonte magis, quàm de riuulis hauriatur.

riatur.lxxvj.Diſt.can.ieiunium.Sp.

ORIGINALES. Lege, Coloni originarij.

ORIGO,principiũ,initiũ,cauſam,ortum, ſtirpẽ,ſemẽ,fontemq́ ſignificat. Pro ortu,hoc eſt,natiuitate,origo, mutari non poteſt.l.fin.§.pen. ad Municipal.ſequimurq́ patris,non matris originem. De quo Bart. latius in l. aſſumptio. § filius. ff. ad Municip.& in l. ij.C. de Municip. et orig.li.x. Vide,Coloni originarij.Sp.

ORIGO & progreſſus iuris ſcripti ſic habet. I. Lex xij.Tab. II. Diſputationes decemuirorum & prudentium forẽſes. III. Legis actiones, quæ omnia cõmuni appellatione ius ciuile dicũtur. IIII. Plebiſcita. V.Senatuſconſulta.Ex Reſtaur. Polit. Oldend.Sp.

ORIGINARII ſerui, qui ex aſſcriptitijs nati ſunt in ipſo ſolo, ſiue fũdo.ut C.de Agric.& cenſit.l.colonos.lib.xj.& eiuſmodi ſine gleba, quam coluerunt, uẽdi nequeunt. Aſſcriptitij uerò ſunt,qui per xxx.annos fuerunt in ſolo.Qui duobus modis fiunt. Aut præſcriptione: aut duplici confeſſione,per ſcripturã bis factã, in qua dño fundi promiſerint, ſe nunq̃ inde diſceſſuros. Hos etiam partiarios quidam uocant. Adnotauit & Rhodigin.cap.ult.lib.iiij.Obſeruãdum etiam, cum liberti deputarentur agris: aut etiã cum liberi homines ſeſe addici paterentur:hi deinde procreabant originarios, præſertim quo tempore Iuſtinianus rerum potiebatur.Tales hodie ſunt ruſtici noſtri, Oldend. inquit,quos uulgò appellant proprios, de quib. latius ille Action.ix.Claſſ.iij.Sp.

ORIRI ex bona fide. l.ij. ff. de Petit.hær.

ORIRI ex delicto, ſub fin.l.j.ff.de Priuat.delic.

ORITVR actio, pro naſcitur. l.j.§.ult.ff. de Iniur.

ORIVNDVS uulgò eſt, qui ipſe natus eſt, uel qui inde originem duxit: puta quia pater, uel eius maiores ex eo loco antiquitus prognati ſunt.c.j.de Vſur.in ſexto.Sed peritiores, Alc.inquit, oriundum non eſſe, qui ipſe natus ſit, exiſtimãt,ſed qui genus duxit. Sic T.Liuius, Nati, inquit, Carthagine, ſed oriundi à Syracuſis.Sp.

ORNAMENTORVM appellatiõe, nec ueſtis,nec annulus ſignatorius continetur,l.ornamentorum. ff. de Aur.& arg. leg.& de Verb.ſignif.l.ſignatorius. Sp.

ORNATISSIMVS uiris dici ſolet, qui optimis artibus inſtructus, & honores aſſecutus à populo, & maximè aptus eſt.Spieg.

ORNATVS ciuitatis in quo conſiſtat, à riſconſ.Paulo in l.ciuitatibus.de Legat. primo.traditum eſt: & ſimul quæ ad honorem ciuitatis pertineant, ibidem indicat.Spieg.

ORPHANOTROPHIVM, domus eſt in qua nutriuntur orphani, liberi patre priuati, ἀπὸ τοῦ τρέφω, καὶ ὀρφανὸς, id eſt, à nutrio,& pupillo.Xenodochium uerò, domus eſt in qua peregrini, & hoſpites accipiuntur. Hoſpitale hodie dictum, ἀπὸ τοῦ δέχω, ſuſcipio, καὶ ξένος, hoſpes.

ORPHANOTROPHVS,qui orphanotrophij curam gerit. De Orphanotrophijs tit.eſt in C.Iuſtin.Nebriſſ.

ORPHANVS, qui caret patre,pręſidioq́ paterno, & qui ſummopere deſiderat illius opem, quum ſine eo malè habeat. Græca dictio eſt Vallæ.l.omnia priuilegia.C.de Epiſc.& cler.Sp.

ORTHODOXVS,rectę opinionis,ſiuè ſententiæ,aut fidei.l.ij.ſub fi.C.de Sum. trinit.Sp.

O S

OS,de auibus. Paul.in l. qui fundũ.§. fundi. de Contrah. empt. Non magis, ait, quàm ſi quid ex eo, quod ex ſacco ſaccarij cecidiſſet, aut auib. ex ore cecidiſſet, natum eſſet. Sic de brutis Virgil. Ora citatorum dextra detorſit equorum.

OSSA non ueniunt cadaueris appellatione.l.locũ.§.prætor.ff.de Relig.& ſump. fun. Vide Bart.ibid.Sp.

OSSARIA,locus in quo reponuntur oſſa defunctorum. Vlpianus & in l.ij.de Sepulch. uiolat. Celſus ſcribit ſtatuam ſic eſſe monumenti, ut oſſariam. Legunt quidam oſſuaria: ſed malim cum Haloandro oſſaria. Alber. Oſſiliana, inquit, capſa,in qua reponuntur oſſa.nimirum librarij culpa, uiciatum probum uocabulum.Sp.

OSCEDO, uitiũ quo quis tenetur, ut ſæpius oſcitet.

OSCVLO,hoc eſt,baſio,affinitas nõ contrahitur.xxvij.q.ij.Lex diuina.nec eſt ſignum matrimonij contracti. ut eſt text. in l.ſi à ſponſo.& ibi Bald.C.de Donat. ante nupt. Olim oſculo ſalutabãt, Con-

ſul Imperatorem, diſcipulus præceptorem. Sp.

OSROHENIAM, ſeu mauis, Oſrohenã, quæ prouincia eſt Parthis contermina, pro Oſdrochenam in l. omnes fundi. C. de Fund. patrim. lib. xj. reponendũ puto ex Vadiano: quamuis Oſdroenã Alciat. ſuſpicatur legendum. Apud Alberic. extat Offrotona nihili uocabulum. Oſrohenorum magnum numerũ Imp. Alexãder poſt deuictos in Aſſyria Parthos, Romæ militiæ adſcripſit: & poſt eum Galerius Maximinus contra Germanos eduxit. Bellicoſi homines, & ſagittandi peritiſſimi fuere. Sp.

OSTENDERE, id eſt, demonſtrare, uel probare. l. ſi ſeruus. de Tribut. l. fi. de Accuſat. Alberic.

OSTENSIONALES milites apud Lãprid. uidentur dici, qui oſtentui modò habentur in urbibus, nõ bellicæ rei cauſa. Ex Rhodig. Sp.

OSTENTARE, eſt affingere ſibi maiora, quàm quæ reipſa ſint, & quàm ingeniũ ferat, aut facultates, aut falſa omnino de ſe prædicare, aliaq́ quàm ſint, eaq́ præclara admodum, magiſq́ ac magis narratu, atq́ honoratu digna. Rh. Agricola, Iactare, ait, magis uerbis eſt: Oſtentare rebus. Hinc oſtentatio. Vnde hac uoce propriè uſus eſt Vlp. in l. iij. §. fi. Commodati. Non poteſt, inquit, commodari id, quod uſu conſumitur, niſi fortè ad pompam, uel oſtentationem quis accipiat. Sp.

OSTENDITIAE, uel, ut alij, Hoſtenditiæ, uocabulo, quod ueterum barbaries ab hoſte, & datione confinxit, ut ait Baro Tautenbergius, comprehenduntur ea impendia, quæ Vaſalli obeunt comitantes Rom. principem in expeditionẽ aduerſus hoſtes pergentem. Extat uox in §. ſimiliter. tit. de Capit. Conrad. in Placit. Feud. Sp.

OSTENTVM dicitur, quod contra naturam cuiuſq́ rei gentiũ, factumq́, & præter conſuetudinem offertur. ut ſi uideatur terra ardere, homo tribus pedib. aut manibus. Portentum, quod porrò, & diutius tendit, futurumq́ poſtmodum aliquid ſignificat. Monſtrum, quod contra naturam eſt. ut Minotaurus. Prodigium, quod mores faciũt, per quod detrimentum expectatur, id enim eſt prodigere. Græcè φάσμα dictum. Confunduntur tamen hæc apud ueteres. Alciatus de Verbor. ſignif.

OSTRACISMVS, exilium ab Athenienſibus excogitatũ: quòd olim calculis & fabis ſuffragia ferre mos eſſet, quibus ciues in exilium mittebantur. Vide Ariſt. lib. iij. Polit. & Bud. in Pand. l. priorem. de Orig. Iur.

O V

OVA hodie præſtant, quos lux det craſtina, pullis. Hunc ideo adſcripſi ex Alciato prouerbialem uerſiculum; quòd ab Alberico citatur eodem ſenſu alius, ſed corruptus, è Gloſſa. l. cum hi quibus. ff. de Tranſact. ſuper uerb. Contenti modico præſente. Sp.

OVATIO & paruum triumphum ſignificat, quem faciebant ouantes, qui non in curru, ſed pedites ouali corona redeuntes ex pugna, cum bellum non erat indictum, uel ſine ſanguine cõfectum: & tempus, quo gallinæ oua faciunt. Quibus autem ex cauſis ouare licebat, & in quibus ouatio differt à triumpho, docet Alexander capite xvij. lib. Genial. dier. Sexto.

OVATVM aurum, quod ouatione, uictoriaq́ quæſitum eſt. Participium poeticum ab ouo: ſicut à triumpho, triumphatus. Spieg.

OVES dicuntur animalia minuta. Bartol. in l. oues. ff. de Abig. Ouib. autem legatis, nec agni, nec arietes debentur. §. fin. l. legatis ſeruis. de Leg. iij. Vide Bart. in l. fin. ff. de Abigeis. In ea, Calliſtratus inquit, quidam decem oues gregem eſſe putarunt. Sp.

OVES reiiculæ, quæ ætate, uel morbo graues reijciuntur.

OVILIONES, ijdem qui opiliones, uel ut quidam ſcribunt, Vpiliones. Iabolenus: Cum inſtrumẽtum omne legatum eſſet excepto pecore, paſtores, ouiliones, ouilia quoq́ legato contineri, Ofilius non rectè putat. l. fundi. de Fund. inſtr. Spieg.

OVIARIA, ouium multitudo.

O X

ὀξύμωρον, ut docet Budeus ex Quintiliano, eſt ſententia ex periculo petita: hoc eſt, ita acutè & affectatè enunciata, ut fatua uideatur. ut apud Virgil. Num capti potuere capi? Cicero: Si tacent, ſatis dicũt.

Videtur

Videtur & quãdoq; iuriſconſ. per Oxymorum, ſiue Gryphum, qui ænigmatis eſt ſpecies, uoluiſſe Lectorem moneri: ut cũ dixit in l. anniculus. de Verb. ſig. Ante diem x. Calendarũ, & poſt diem x. Calendarum, utroq; ſermone xj. dies ſignificari. Quod Alc. latius explicat ead. l. Vide infrà, Si cœlum digito non tetigeris. Sp.

OXOBAPTA. Lege, Baphia.

OXVS. Lege item, Baphia.

P A

PABVLARE, à pabulum, ex agris capere in paſtionem iumentorum, & paſcere ſignificat. §. ultim. in Vſibus Feud. de Pace tenen. Sp.

PACISCI, pactum facere eſt, & conuenire. l. paciſci. ff. de Pact. Paciſcimur autẽ de eo, quod certum & indubitatum habemus. l. j. ff. de Tranſact. Sp.

PACISCI uitam ab hoſte, id eſt, pactum facere de uita ſalua.

PACTICIVM, uulgò Conuentionale dicitur. Gellius: Ceſſatio pugnæ pacticia, induciæ dicitur. Sp.

PACTI appellatio in dubio, ut de nudo potius intelligatur, receptius eſt: quòd in dubio ſpecialior ſignificatio ſemper recipienda eſt, ut Baldus docuit, itemq; alij. Alciatus tamen in Rubr. de Pactis, ad rationem legis aduertendum arbitratur, nec tantum perpendi quo nomine contractum ſuum partes appellauerint, quantum quid uel ab eis actum ſit, uel à legislatore ueriſimili mente conſtitutum. l. inſulam. ff. de Præſcrip. uerb. Sp.

PACTA cõuenta ineſſe bonæfidei iudicijs, ut hoc ſit accipiendum, Vlp. declarat in l. Iuriſgentiũ. §. Quinimo. ff. de Pact. Sp.

PACTIO obſcura uel ambigua nocet. l. ueteribus. ff. de Pact.

PACTA turpia, hoc eſt, quæ turpem cauſam continent, non ſunt obſeruanda, ſed poſt admiſſa hæc paciſci poſſumus, autore Paulo in l. Si unus ex argẽtarijs. §. pacta. ff. de Pact. Sp.

PACTIO nuda. Vide, Nuda pactio.

PACTIS legibus dare, ſpondere, promittere, facere, &c. barbare ſub conditione dicitur.

PACTO, ablatiuus, pro modo, non rarò ponitur, ſed & pactũ ſic accipi, ac pro ſtipulatione etiam, Albericus indicat. Sp.

PACTO ſtipulatio ſubdita. Vide Africanũ in l. cum eſſent. ff. de Seruit. præd. ruſt.

PACTORVM uariæ ſpecies, quæ iure reprobantur, ab Alciato in l. pacto. C. de Pactis. copioſe explicantur. Sp.

PACTORVM aliud quod in continenti ad contractum, aliud quod ex interuallo appoſitum, dicitur. Nec rectè nudũ uocatur: paritq; exceptionem. ut ſi dicam, Non petam à te iſta decem. Illud operatur ipſo iure, adeò etiam ſi ignorans iudex contrà pronunciaret, ipſo iure ſentẽtiam eiuſmodi pactum, ſiue alligetur, ſiue omittatur, inficeret, enecaret, & funditus euerteret. Qui eſt magnus effectus, & multum refert, An pactum operetur ipſo iure, uel tantummodo proſit ad exceptionem. de quo latius diſſerit Zaſ. in l. lecta eſt. ff. Si cert. pet. Sp.

PACTORES ſocietatis, apud Ciceronẽ in Verrinis.

PACTVM, conſenſus eſt duorum, uel plurium in re quæ utriq; parti placet: Pollicitatio uerò, cum conſenſus amborum non iungitur: ut ſit polliceri, quaſi poſſe liceri. Alciat. in Procœmio. C. de Pact. Vnde pactum, cõuentionem ſignificat. Cicero de Inuent. Pactum eſt, quod inter aliquos conuenit, quod iam ita iuſtũ putatur, ut iure præſtari dicatur. Vlp. de Pollicitat. l. pactum. Pactum eſt duorum conſenſus atq; conuentio: Pollicitatio uerò offerentis ſolius promiſſum. Idem de Pact. l. j. Pactum autẽ à pactione dicitur, unde etiam pacis nomen appellatũ eſt. Pactio uerò, ut ipſe Vlpian. ead. l. in princip. docet, eſt duorum, pluriumue in idem, placitum & cõſenſus. Pactionem nuptialem facere, apud Liuium. Spieg.

PACTVM, diuiditur in tranſactionem, & pactum. Rurſum in reale, & perſonale. l. Iuriſgentium. §. pactorum. de Pact. Ibidem Paul. in §. pactus. l. ſi unus ex argentarijs. prius pactum ait, per poſterius elidetur. Spieg.

PACTVM conuentũ, quod & uulgò ueſtitum uocãt, opponitũ pacto nudo, uelut ab omni iuris ſolennitate deſtituto. Huius exempla ponere difficile eſſe Iaſ. exiſtimauit. Conuentum, aiunt, quod ueſtitur, aut re, aut uerbis, aut literis, aut contractus cohærẽtia, aut rei interuẽtu. Sp.

PACTA curialia, uulgò Dinckrottel. Zaſius in Intellect. iur. ſing. in l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de Condit. indeb.

PACTVM immiſſionis. Lege, Pudor.

PACTVM nudum præcipuè Pontificio iure, hoc à ciuili diſtat: quòd actionem producit, cõtra l. iuris gentium. §. igitur. ff. de Pact. Sed quibus caſibus id non procedat, docet Alc. Sp.

PACTVM retrouendendi, quod uocant, & inter cætera pacta uulgatiſſimum eſt, dicitur, cum uenditor ex conuentione cõceditur ab emptore: quod ſi ipſe uel hæredes eius uoluerint quandocunque aut intra certum tempus reſtituere precium: ut tum rem ſuam, quam uendidit, quaſi redemptam accipiat. Quo pacto in emptione & uenditione reddituum quotidie utimur. l. ij. C. de Pact. inter emptor. & uenditor. Sp.

PAEDAGIVM, locus in domicilio, in quo pueri, ſeruiq́ꝫ commorantur, qui παῖδες uocantur.

PAEDAGOGIVM, apud Iuriſcoſs. ſeruitium, atq́ꝫ mancipiũ dicit̃. Vlp. de Fund. inſtr. l. quæſitum eſt. §. Si inſtructum, ait, fundo legaſſet: ea pædagogia quæ ibi habebat, ut cum ibi ueniſſet, præſtò eſſent in triclinio, legato cõtinentur. Sp.

PAEGMA, ludus interpretatur. à παίζω, ludo. Erat autem machina in ſublime tendens, in qua puerorũ cantantiũ erant nidi. Vlp. tit. de Fund. inſtr. l. quæſitum. In emptionem, inquit, domus, ſpecularia, & pægmata cedere. Nebriſſ.

PAGANVS, à pago dicitur, qui nõ eſt militiæ ſacramento addictus. Modeſtin. tit. Locat. l. ſi ignorãs, inquit, militi quaſi pagano locauerit. Nebr. Verius tamẽ eſſe puto, quòd priſcis Romanis paganus ille erat, qui militiæ cupiens erat, & illi cingi ſeu aſſcribi uolebat. Eo enim interuallo, quo id quærebat, & ad militiam adſpirare tentabat, paganus: mox militiam adeptus, miles dicebatur. Vnde Scæuola ad Legem Falcid. l. ſi dum paganus erat, fecerit teſtamentum, militiæ tempore codicillos, Lex Falcidia in Codicillis locum non habet, in teſtamento locum habebit. Nec ignoro, receptius eſſe, paganum dici omnem, qui non eſt miles, & qui eſt priuatus. A pago, uel uilla uocatus, quaſi homo ruſticus, uillaticus. Zaſ. in Tract. Subſtit. capite v. Itaque pagani propriè militibus opponuntur, ut togati ſagatis, cinctisq́ꝫ. Sunt autem proprie ruſtici à pagis appellati: quòd domi relinquebantur, ad ruris culturam. Vigl. in tit. Inſtit. de Milit. teſt. Pagani item eccleſiaſticis ſcriptoribus ſunt, qui Chriſti pietatem non colunt. Ea nempe ratione, teſte Alciat. quia Chriſti non ſint milites. Siquidem in iure hi ſunt pagani, qui non militãt, ſed in pagis & uicis ſuis munera ſubeunt. ut iam dictum eſt. Extat in C. tit. de Paganis. Sp.

PAGANICVM, Caſtrenſi opponitur. in l. j. C. de Teſtam. milit. uſurpat Imp. Antoninus: Frater tuus miles, ſi te ſpecialiter de bonis, quæ in paganico habebat, hæredem fecit, bona quæ in caſtris reliquit, petere non poteſt.

PAGERE, pro paciſci. Nam, teſte Quintiliano, pepigi, nõ à pango, ſed antiquo uerbo pago, pagis, ſine n, dicitur. ut in l. xij. Tab. Ni ita pagunt.

PALAM factum dicitur, quod coram pluribus, puta duobus fit. At publicè factũ, quod coràm populo agitur, aut fit. Alc. de Verb. ſig. Vide Bart. in l. non intelligitur. §. j. ff. de Iure Fiſci. Sp.

PALAM nuncupatus hæres dicitur, ſi teſtes exaudiuerint. Sp.

PALAM quæſtum facit mulier, quæ paſſim, & ſine delectu ſtuprari ſe ſinit. l. palàm. ff. de Ritu nupt. Sp.

PALAM rem eſſe dicimus, de qua cõſtat, aut euidentia, quod uulgò notorium dicimus: aut quæ ſimpliciter manifeſta, aut liquida, aut tantummodo clara. Vide Alc. in l. palàm. de Verb. ſignif. Sp.

PALATINI, cõmuni nomine dicuntur omnes habitantes in palatio: alij quidẽ ſemper in domo Auguſti perſeuerãtes, qui Comitatẽſes dicuntur. Comitatum autem locum appellant, in quo uitã ducebat Imperator. Qui uerò in prouincias mittebantur, dicuntur mittendarij, à mittendo nuncio. Alc. in l. ſcrinijs. C. de Palat. ſacr. larg. lib. xij.

PALATIO, id fundamẽti genus eſt, quod in aquis, aut in uliginoſis, aut congeſtitijs locis fieri uidemus: à palis qui in terram depanguntur, dictum uocabulum. Fiſtulatio etiã appellatur, à fiſtuca machina, quã etiã pauitores utũtur, utrinq́ꝫ anſata. Hac enim pali magna ui in terrã adigun-

adiguntur. Bud.in l.ſi fratres. §. item ſi communem.ff. Pro ſocio. Sp.

PALATIVM, Cyrillus autor Græcus, à Palatino monte deriuat: Sacrum, ceu haud uiolandum, ob Imperatoris uenerationem, cuius eſt ſedes, uocatur. C. de Comit. & Archiat. Sac. Palat. Item de Priuil. eor. qui in ſacro Palatio militant. lib. xij. Primã indifferentem habet. Ouidius de Arte: Illic quas tulerant nemo roſa palatia frondes. Martialis, Inde ſacro ueneranda petes palatia cliuo. Huius exemplo & ipſe alicubi primam extendi. Cæterùm, unde clariſſima familia apud nos Palatij comitũ nomẽ traxerit, indicauimus in ſcholijs, quæ in Auſtria dẽ Bartolini Peruſini ſcripſimus. Sed iã magis puto accedendum ijs, quæ Rhenanus noſter ea de re nuper tradidit lib. German. rerũ tertio. Cui ob hoc ſcripti genus intentatũ hactenus, palmã ferendã eſſe exiſtimo. Idẽ rectè monuit, eã regionem, quæ nobis nunc, die Pfaltz appellat̃, indoctè Palatinatum uocari. Sp.

PALEA, ſine diphthõgo in penultima, ceu titulus in decretis Pontificijs haud rarò adſcriptus legitur quibuſdã capitibus. Hæc inde uelut paleas inanes, & irritas interpretantur. Cum potius, Volzio ad notante, ſcribendum ſit Palæa per diphthongon. Nã παλαιός, Græcis eſt, quod Latinis uetus. Itaq; ſciendũ, ubi Palææ uocabulũ, uel titulũ offenderis, ibidemueterẽ eſſe Canonem. Sanè Paleæ uocabulo, non propriè culmi, ſed follicula ipſa granorum comprehenduntur. l. ult. §. fin. C. de Seruit. & de Aqua. Sp.

PALESTAEI. Lege, Athletarum nomine.

PALESTRA dictione utimur non tantũ pro ludo ipſo, ſed etiã pro loco ubi exercetur. Vlp. in l. ſed & ſi quid. ff. de Vſufruct. eleganter mancipium de paleſtra, ſeruũ accipit, qui paleſtræ dat operã. Sp.

PALI, lignorum appellatione non continentur. l. pali. de Verb. ſig. l. pali. de Legat. iij. & de Fund. inſtruct. l. inſtrumenta. Idem de Pertica. ut ibid. dicitur. Alber. Vide, Pedamentorum. Sp.

PALLA, ueſtimentũ honeſtæ mulieris eſt Marcello. Alij perhibent, ut adnotauit Rhenanus in Tertullianum, ad ueſtigia uſq; demiſſam fuiſſe. Dicta Palla, quòd palàm & foris eſſet, ſicut & palliũ. Hæc olim erat ueſtis Chriſtianorũ ſimplex et facilis. Itaq; cum Tertullianus reiecta toga pallio ueſtiretur, ut ſimplicitati religionis reſponderet ſimplicitas cultus, à quodam inconſtantiæ notaretur, librũ ſcripſit de pallio, quo eius uetuſtatẽ & commodum uſum edocet. Sp.

PALLIA inter cõmunia ueſtimenta annumerantur Vlp. in l. ueſtis. de Aur. & arg. leg. quæ promiſcua appellat Tacitus in tertio. Hæc tunicæ imponebantur. ex Prouerbio, Tunica pallio proximior. Propriè aũt Græcus habitus. A' Pallio, fit Palliolum, quod idem adnumerat ueſtimentis uirilibus. Vide Bayſium cap. xiij. de Re ueſt. Sp.

PALMA, non finis eſt laboris, ſed uictoriæ ſignum, & uictoria ipſa. ut in l. j. C. de Princ. agent. in reb. lib. xij. Vnde Palmata toga, à palma in ea intexta, inquit Budæus, propriè triumphãtium fuit: quam merebantur hi, qui de hoſtib. palmã reportaſſent. Pro dactylo, inter dulcia numeratur à Iurecoss. cum ait: Item uuas, ficus, palmas, caricas. l. ult. de Tritic. & uino legat. De carica fici ſpecie uide Pallad. lib. iiij. Sp.

PALMARIVM, prẽmiũ q̃d uictoriẽ ergo debet̃. Extat uox in l. j. ff. de Extraord. cog.

PALMATAE tunicæ, ſeu ueſtes ſunt, quibus conſules, aut alicuius magiſtratus uiri utebantur. Vopiſc. in Aurel. Cape pro rebus geſtis tunicã palmatã, ſellam eburneam: nam te conſulem hodie deſigno. Meminit & Trebel. in Galieno, Apul. in Apolog. & Seruius: qui triumphalib. uiris dari ſolitam ſcribit. Cuius rei etiam Liuius eſt autor. Auſon. in Panegyr. Palmatã, inquit, tibi miſi, in qua diuus Conſtantinus parens noſter intextus eſt. Hæc planè, hæc eſt picta nõ magis auro, quàm tuis uerbis. Alc. in l. propoſitis. C. de Grege dominico. li. xj. Palmati equi, ijdem ferè ſunt, quos uulgò Baios uocamus. quoniam ſpadices, hoc eſt, cum fructu ſuo ramuſculos, Græci βαΐα uocant. Sic igitur dicti ſunt à colore. Poſſumus etiã intelligere equos palmatos, quib. utebantur aurigæ in circo, à palma. Alc. in dicta l. propoſitis. Sp.

PALMIPEDALE, menſura unius pedis & palmi

PALMVS, menſuræ genus. Eſt autem duplex, inquit Budæus. Maior xij. digitorum, Græcè Spithame uocat̃, & Latinis etiam

etiam Dodrans: Minor, digitorum quatuor, Paleſtes Græcè dicitur.

PALPATVS eſt. Vlp. At ſi cum equum permulſit quis, uel palpatus eſt, calce eũ percuſſerit, erit actioni locus. l. j. ff. Si quadr. paup. fec. dic. Solent autem equiſones plauſu manus blandiri equis. Sp.

PAMPHYLIAE apud Iurecoſs. ut et aliarum regionum, præcipuè in exemplis fit mentio. Eam Mopſopiam aliquando dictam conſtat, quoniam Mopſi uetus regnum fuiſſet. Sp.

PANARIVM, panis receptaculum: ſicut Granarium grani. Catan.

PANCARPVM, ſpectaculi genus, quaſi omnium arborum fructibus concinnata ſylua, apud Imp. in Nouell. de Conſulibus. §. Ac primus quidem, interprete Haloand. Sp.

PANCRATIASTEN eum dici uolunt, qui luctator ſimul, & pugil foret. quippe cum alij pugiles, alij luctatores forēt, is qui utroq; teneretur ſtudio, pugna ſcilicet, & lucta, Pancratiaſticus nuncupatur: & ubi exercentur, Pancratium. παν κράτης Grecis, omnia uincēs dicitur. Alexand. Neapol. Genial. dier. lib. iij. cap. ix. Eſt autē Pancration, certaminis genus: ex eo dictum (ut uidetur) quòd aduocatis omnib. corporis uiribus, omniũq; neruorum contentione tranſigitur. Budæus in l. qua actione. ad Leg. Aquil. Spieg.

PANCHRESTVM, medicamentum nobile, quod Latinè dici poteſt, omnibus cōducibile, uel omnib. affectibus utile.

PANDECTA, comprehenſorium interpretatur, quaſi omnia continens. à πᾶν, omne, & δέχομαι, comprehendo. Hinc Iuſtinian. Quinquaginta libros Digeſtorum, Pandectas Græco tit. inſigniuit, quòd omnes ferè leges capiant. Ideo quando à priſcis Pandectarum leges libriq; ſignificabantur, primam eius dictionis literam, cum ſigno accentus, Græcè ita ſcribebant. π´. id quod poſteriores per ignorantiam Græcarum literarum, putantes duplex digamma, hoc modo ſignificarunt ff. ita ſigno, ut nomine abuſi. ut ſuprà quoq; in dictione Digeſtorum relatum eſt. Pandectarum inſcriptionē Plinius inter illecebroſas, & magna promittentes numerauit, propter quas, ut ipſe inquit, uadimonium deſeri poſſit. Spieg.

PANDOCHIVM, Latinè ſtabulum, ſiue diuerſorium, & hoſpitium dicitur.

PANGERE inducias, idem quod facere.

PANIS nomine, frumentum uenit. l. j. & ibidem Bart. C. de Frum. urb. Conſtant. lib. xj. In Dominica oratione, panis nomine id declaratur, ut Viues atteſtatur, quo neceſſitates uitę huius ineuitabiles tolerantur, ſiue in ijs quæ edimus, ſiue quibus tegimur, quibus fouentur membra noſtra, & ab iniuria, uel rigoris cœli defenduntur, uel ardentis: quibus à morbo conualeſcimus, aut certè ad morbum ferendum ſuppetunt uires. Reliqua ſuperuacanea ſunt, quæ inuexit partim ſuperbia, partim uoluptas, & ex ea ortæ deliciæ. Lege, Cibarius panis. Sp.

PANNARIOS dicunt Iureconſulti pannorum uenditores. Vide Rhodig. capite xij. lib. vj.

PANNEAE ueſtes dicuntur, ſicut laneæ, & bombycinæ.

PANICVM. Lege, Miliarium.

PANNICVLARIA bona, Vlp. in l. diuus. de Bon. damn. dicit ea eſſe, quæ in cuſtodiā receptus ſecum attulit: nō omnia quidem, ſed ueſtē qua is fuerat indutus, & nummos inueterales, & annulos parui precij. Vide Bart. in hanc l. Sp.

PANTHERA, animal prorſus ferũ & maculoſum, cuius mas pardus dicit̃, pecudũ appellatione nō continet̃, ſed beſtiæ. l. ij. in fi. ff. Ad Leg. Aquil. Panthera uoce Græca, pro uniuerſa uenatione, Vlp. in l. emptorē. de Act. emp. utit̃, dum ait: Veluti cum futurũ iactũ retis à piſcatore re emimus, aut indaginē plagis poſitis à uenatore, uel pantherã ab aucupe. Alc. non probat: qui rete ea uoce intelligũt, ſed neutro genere, quo uniuerſæ auiculæ capi poſſint. Vide eũ in Parerg. Bud. quoq; Panthera hic pluraliter intelligit, per metonymian, pro captura, eo modo quo indago. Haloander fœminino genere, ſingulariterq; legit. Sp.

PANTOMIMI, dicebantur omniũ imitatores, effictoreſq;. Græca dictio, πᾶν, omne, μιμοῦμαι, imitor: cuius meminit Plinius in Panegyr. Tranquil. in Calig. Iulian. in l. ſi libertus artē. de Oper. libert. Alc. in l. quiſquis equos. C. de Spectaculis. lib. xj. Lege, Archimimi.

PAPINIANISTAE, iuris auditores quandoq;

doc̨ dicti, à Serbidij Scęuolæ diſcipulo Papiniano, inter Iurecoſſ. longè celeberrimo, qui Imp. Seuero non propter affinitatem tantum, ſed ob uirtutem inprimis charus, cui etiam filios uni cōmendauit moriēs. Huius urna argentea Romæ cum hac inſcriptione inuenta eſt:

AEMILIO PAVLO PAPINIANO, PRAEFECTO PRAETORIO. IVRISCONSVLTO. Q. VI VIXIT ANNOS XXXVI. DIES X. MENSES III. PAPINIANVS HOSTILIVS, EVGENIA GRACILII, TVRBATO ORDINE, IN SENIO HEV PARENTES FECERVNT FILIO OPTIMO. Vide cap. II. & III. noſt. Epit. Sp.

πάππας, pater Græcis eſt, quod nos Latinis literis deſcribentes, uno P. Papa dicimus Latinè, Germanicè uerò Bapſt, uel Pfaff. Nam ut Volzius annotauit, Germani ſæpè in uocabulis à p, incipientibus adijciunt f, aut omnino in f, mutant p. ut palus, udis, ein Pfül: Palus, li, ein Pfol. Pater, frater, piſcis, viſch, & ſimilia. Porrò Papæ uocabulum non nuper, ſed iam olim, & dudum ab omnibus orthodoxis appellari cœptū. Nam Liſtrio teſte, olim omnes epiſcopi Papę uocabantur, hoc eſt, patres. Vnde diuus Hieronymus dixit, epiſcopos patres eſſe, nō dominos. Quidam duabus è ſyllabis corruptis, pa, pa, conflatum eſſe tradunt: quarum prior eſt pater, poſterior uerò patrum, quaſi pater patrū. Cuiuſmodi ſolus ſit Petri ſucceſſor: ceu totius eccleſię ſub Chriſto caput. Albericus in hac dictione adnotauit, Papam Ioannē, eius nominis xxij. Imperij iura oppreſſiſſe, edita conſtitutione, qua regnum Germaniæ, ſiue (ut ipſe dicit) Alamanniæ, à regno Franciæ diuiſit, & Italiā ab Imperio ſubtraxit. Quod an facere potuerit, idem ipſe Albericus, Deus, inquit, nouit.

PAPYRVS, frutex eſt in paluſtribus Aegypti locis, brachiali craſſitudine, decē cubitorum altitudine. Vlp. de Leg. iij. l. ligni appellatione. Harundines, inquit, & papyros comburunt. Nebr.

PAR eſt, quod inter aliquos commune & æquale eſt. Eraſ.

PAR, pro æquo. l. ſeruo. C. de Rei uend. pro ſimili & æquali, in l. ſi ſtipulatus, de Verb. oblig. Et quomodo accipiendum ſit, latius declarat Bart. in l. qui concubinam. §. qui quatuor. ff. de Leg. iij. Quid uerò iunctum genitiuo ſignet, Bald. explicat ibid. Quamuis par, & ſimilis differre uidentur. Quint. cap. x. lib. j. Mihi, inquit, egregiè dixiſſe uidetur Seruius Nouianus, pares eis magis, quàm ſimiles. de Saluſtio & Liuio. Sp.

PAR, pro ſimili & æquali. l. ſi ſtipulatus. ff. de Verb. oblig. l. cum par. & l. parem. ff. de Reg. iur. Alberic.

PAR imperiū non habet collega cum collega, ſed idem. not. ff. de Manum. l. apud eum. Nec par in parē habet imperium. l. ille à quo. §. tempeſtiuum. ff. ad Trebat. l. nam magiſtratus. de Arbitr. Sp.

PARABOLA eſt ſimilitudo ſumpta ex ueritate. Sic cum dicitur hominē quendam habuiſſe duos filios quibus diuiſit ſuas portiones, oportet eſſe in rerum natura, & hominem & filios & hęreditatē, & diuiſionem portionum. Denic̨ hæc eſt perpetua lex parabolę, ut primū concipiamus rem nudam, ut proponit̄. Deinde ex ea conceptione deducamur ad finem parabolæ, hoc eſt, ad rem ipſam, cui accommodatur ſimilitudo.

PARABOLANI, plebeij quidam erant, qui famulitio uel eccleſiarum, uel hoſpitalium, xenonum'ue deputati erant, & quaſi adſcriptitij glebę. Dicti à Græca præpoſitione, παρά, & βῶλος, gleba, quaſi glebę adſcriptitij. Alciatus lib. iiij. Diſpunct. cap. ix. Audiamus & Rhodogin. Is cap. xj. lib. xxix. Noſconios dici putant, qui Noſocomij præfecturam gerunt. Nam parabolanos intelligūt mendicabula ægrotis aſſidentia ſeruitij cauſa. cum ſint propriæ aſcriptitij glebæ. mentio fit horum C. de Epiſ. & cler. l. parabolani. Interpres tamen xxvij. ff. Parabolanos intelligi medicos ait, qui à Modeſtino circuitores uocentur: quoniam ciuitatem obeant, ęgris opem laturi. Sp.

PAR numerus, in l. ult. ff. Qui bon. ced. poſſ. Spieg.

παρακαταβολή, depoſitū, fideiuſſio, actionis genus, qua qui experiri uolebāt, pecuniam deponebant, decimam partem æſtimationis litis apud acta, tam actor, quàm reus: mulctam ſcilicet futuram temerè litigantis: Latinè ſponſio dicitur. Budæus in Comment.

PARACHLAMYS, ueſtimẽti genus, nõ modò militare, ut apud Plaut. in Perſa, ſed etiã puerile. Vlp. in l. ueſtis. de Aur. & arg. leg. Alc. de Veſt. holob. in l. j. lib. xj.

PARADIGMA, eſt exempli hortãtis, uel deterrentis enarratio. Donat.

PARADOGVM, barbarũ, et Longobarticũ uocabulũ, feudi nobilitatẽ ſignificat: quemadmodũ ignobile feudũ pędagogũ uocitabat̃, iuxta Bald. & Aluar. teſte Barone Tautẽbergio li. ij. Feud. Sp.

PARADOXA, dicuntur ea, quę ſunt præter opinionem, & inaudita.

PARAFERNA, quære ſuprà Antiferna, & mox Parapherna.

PARAGOGIA, ipſarum aquarum pori, & meatus. dicta ἀπὸ τοῦ παράγειν, quod deducere eſt. Hinc παραγωγὴ dicta Aelio Donato, & cæteris. Nã & ἀγωγὸς, aquæductus eſt. Alc. in l. decernimus. C. de Aquæduct. lib. xj.

παραγραφικὸς ἀγὼν, litis eſt conteſtatio ſuper translatione, & ſuper exceptione: quam Cic. translatiuam cauſæ conſtitutionem uocat.

PARAGRAPHE, Latinè exceptio dicitur, præſcriptio, effugiũ litis, compoſitio, illecebra, ratio alliciendi, πρόσιμον, & tropus apud Poetas, cũ præcedenti cõpleto, ad alia fit tranſitus. Bud. Eſt etiam annotatio in margine, & ſcholium. Paragraphus iuris, παραγραφὼν Græcè, id paragraphon, fit, cum præcedentia complectentes, ad alia tranſitum facimus. Inoleuit autẽ uſus, ut breuiori nota iſta ſ, in iure autem præcipuè hac §. ſignetur. Alc. lib. iij. Diſpunct. cap. xvj. Sp.

PARAGAVDES, genus ueſtimenti uirilis, ut plurimum linei, quod ſub alia ueſte gerebatur, uinctum nunc unico nexu, nunc pluribus loris, auratis fortaſſe. Pollio in Claud. Albam ſubſericam paragaudem triuncẽ unam. Fl. Vopiſcus in Aurel. Cum darentur tunicæ ſubſericæ lineæ paragaudæ. Item in eodem: Paragaudas ueſtes ipſe primus militib. dedit: cum antea non niſi rectas purpureas accepiſſent, &c. Idẽ in Probo: Huic dari iubebis interulas paragaudes duas. Alc. in l. j. de Veſt. holob. lib. xj. C.

PARANYMPHVS, pronubus dicit̃, ab antiquis auſpex. Antiqui enim ꝑ nuptijs celebrandis auſpiciũ capere ſolebãt: qui præerat huic rei pro parte uiri, à Græcis paranymphus, à noſtris auſpex dicebatur. Et ut hic pro parte uiri, ſic & pronuba, pro parte mulieris adhibebatur. Sp.

PARAPHERNA, apud Vlp. in §. dotis aũt cauſa. l. ſi ego Seiæ. de Iure dotiũ. dicunt̃ quæcũq; pręter dotẽ fœminis ſpõſis dant̃. à παρὰ, præter, & φερνὴ, dos. Sp.

PARARIVS, proxeneta aliàs dicitur, qui nominibus faciendis interuenit. Senec. lib. iij. de Benef. Quidam uolunt nomina ſecum fieri, nec interponi pararios. Vide Rhodig. lib. vj. cap. xxxij. Sp.

PARASANGAM, triginta ſtadia continere dicit Budæus. Sp.

παραστατικὴ δίκη, actio ad exhibẽdum, quam intendit is, qui rem præſentem uendicaturus eſt. Sp.

PARATA pecunia ſolutioni, quomodo accipiatur, declarat Bart. in l. ſingularia. ff. Si cert. pet. Sp.

PARATA uxoris cauſa. Quere, Vxoris cauſa.

PARATVS ſoluere dicitur, qui numeratam fert pecuniã. arg. §. ſi quis paratus. l. prætor. ff. de Oper. nou. nunc. Sp.

PARATITLA quorum fit mentio in l. ij. §. hoc autẽ. C. de Vet. iur. enucl. ut teſtator Haloand. nihil aliud, inquiens, complectuntur, quàm breues quaſdã notas eorum locorum, quæ uel ſimilitudinem aliquam, uel pugnantiam præſeferre uidentur: dicta quaſi tituli cum titulo collatio, id quod ueteres ante Bartoli ætatem ſecundum Iuſtiniani præceptũ ſemper & ſolum feciſſe teſtãtur adhuc uetuſti Codices ſolis eiuſmodi paratitlis inſigniti. Sp.

PARECTATI, qui de pueritia ueniũt ad pubertatem. Vide Nonium.

PARENS, uulgò pater & mater ſignificatur: ſed iuriſprudentes auos et proauos, auias & proauias parentum nomine appellari dicunt. Paul. de Grad. affin. l. Iuriſcoſs. & Caius. l. parẽtis appellatione. de Verb. ſig. Igitur & in pœnalibus parentis appellatio matrem complectitur, ſecundum Gloſſ. in uerbo. minus auſuras. & ibi Bald. notat in l. quiſquis. C. ad Leg. Iuliam Maieſt. At latius hodie quoque uulgò parentes intelliguntur eiuſdem gentis, eins geſchlechts, & inuicẽ quoquo modo coniuncti. Hinc & parentela: quæ dictio apud Capitolinum in Gordiano legitur. Sp.

PAREPHIPPIVS is eſt, qui præter ratio nẽ equeſtris diſciplinæ equos alit. παρὰ præter, ἐφίππιος equeſtris. Hinc Ephip pia, ornamenta ſunt equorum. Alciatus in l. parephippium. C. de Curſu public. libro xij.

PARERGA, ſunt quaſi corollaria operis locati, quæ fiunt ultra id quod in ſtipula tione comprehenſum eſt. Ergon, eſt o- pus ipſum, de quo actum eſt. Parergon, operis appendix, de quo nihil actum e- rat. Propriè dicĩt Parergon, quod à pro- poſito eſt paulo alienius. Sp.

παρεγγύα. Vide, Quoad uiuam.

PARERE, enitentis mulieris actum ſigni- ficat: quapropter ſi execto utero infans ei detrahatũ, peperiſſe non uidetur, ut nec ſi mortuos pepererit. l. anniculus. in fin. & l. qui mortui. de Verb. ſignif. Sp.

PARES, interdum pro duob. accipiuntur.

PARES curię cenſentur teſte Oldend. qui feudum habent in eodem territorio: in quo beneficium cõtrouerſum eſt. & ſub dit: Territoriũ craſſe appello uniuerſita tem ditionis, quæ ſpecialem habet titu- lum, & ad unius iuſtam adminiſtratio- nem reſpicit. Itaq; cum princeps multa habet territoria (quod uidemus quoti- die ex diuerſis ditionum titulis) ſuntq; in unaquaque ditione beneficiarij, rectè quidem illi dicuntur omnes Principis eiuſdem Vaſalli: uerùm non omnes ſunt pares curiæ, præſertim hi, qui in terri- torio litigioſi feudi beneficium habent. Sic accipe c. j. in prin. ſi de inueſt. inter dom. & uaſal. lis oriatur. Sp.

PARES tempore, ſunt & iure pares, l. alie- na. §. j. & ibi Bart. ff. de Pig. act. Sp.

PARET, pro agnoſcitur apud Vlpianum quum in l. v. ff. de Rei uind. ait, compe- tit ſingulis in rem actio in id, quantum paret in illo aceruo ſuum cuiuſque eſſe. Vide Seruium ſuper illud poetę x. Aen. Cui pecudum fibræ, cœli cui ſidera pa- rent. Spieg.

PARIA facere quid ſit, quærit Scæuola, l. Sticho. §. argentarius. de Statuliber. & poſt multa, Paria facere interpretatur, reddere iuſtas rationes, & totum debi- tum ſoluere. ut latius ſuprà indicaui, in uerbo, Facere paria. Sp.

PARIATIONEM, pro ſolutione acci- piunt, qui pro pactionibus, pariationi- bus legunt in. §. Item quæſitum. in l. fin. ff. de Conditionib. indeb. Spieg.

PARIBVS animis, Eynhelligklich. Sp.

PARIES. Aelius Gallus oſtendit parie- tem etiam appellari ſine calce, alia'ue compactione formatum, l. quantum. de Verb. ſig. Sp.

PARIES dealbatus. Quemadmodum Chriſtus in Euangelicis literis, ſanctimo niæ ſimulatores ſepulchra dealbata uo- cat, quæ cum foris niteant, intus ſunt ca- dauerum oſsibus referta: ſic Paulus Apo ſtolus in Act. Apoſt. Ananiam ſacerdo- tem fictum & fucatũ, parietem dealbatũ appellat, quòd lõgius eſſet intus, quàm cultu habitu'que externo præ ſe ferret. Ex Eraſmi Chiliad. Refertur xxiij. q. j. c. paratus. Spieg.

PARIES, diuiditur in murum, & mace- riam. l. paries. de Verb. ſig. Sp.

PARIETVM uaria ſunt genera. Lateritij ex lateribus duriſsimæ ſoliditatis fuerãt: utpote qui crudi ſub ſole diutius permã- ſerãt, ut exſiccarenĩ. Teſtacei, ex latere co cto, qui etiã nunc ſunt in uſu. Cemẽtarij fiunt ex temerè cõiectis lapidib. calceq; cõmixtis, & imbricũ modo hærentibus. Craticij, qui & Concraticij à Papiniano appellantur, ut ſuprà dictum eſt, fiebant ligneis cratibus inſertis, ſeu aſſeribus ar- rectis, tranſuerſisq; in modum cratis.

PARIES communis eſt, quem communi- ter ædificant uicini. ad eum enim ius ha- bet uicinus adiungere ædificium. Vide l. fluminum. & l. inter quos. ff. de Damn. infec.. Spieg.

PARIES directus, eſt contiguus paries, qui iuxta alterũ attollitur, & ei coagmẽ- tatur. Vide Vitruuium libr. vij.

PARIES ſolidus eſt, in quo nullus arcus eſt: Fornicatus, qui arcum habet.

PARITER, pro ſimul, frequens eſt. Vide Albericũ. Itẽ ponitur pro, ex æquo, ſiue æqualiter, ut pariter diſpertiantur bona patris. hoc eſt, ut tantum habeat unus, quantum alter. Adde quæ Bart. refert de hac dictione, in l. ſi fundus. §. ſi duo. ff. de Pig. Spieg.

PAROCHVS, qui peregrinis ſalẽ & ligna prebebat, hoc eſt, omnia neceſſaria, teſte Acrone. Parochius inde quidam deriua rũt, quib. ſingulis ſacerdotes ſui deſtina- ti ſunt, ab exhibitione ſcilicet Euchari- ſtię. Sed Bud. nõ parochias primùm, ſed Parœcias appellatas eſſe cenſet. Porrò

decẽ homines cõſtituere Parochiã, ſententia eſt Pontificij iuris profeſſorum. Sp.

PAROECOS, incola eſt, habitator in loco. Põp. de Verb.ſig.l. pupillus. Incola, ait, eſt, qui in aliquam regionem domicilium ſuum contulit, quam Græci Parœcon uocant. Vide Bud. in poſt. Annot. ad l. ult. de Mun. Sp.

PAROPSIS, genus lancis grandioris, catinum. Pompon. de Aur. & arg. leg. l. etſi. Veluti paropſidas, tabulas, trullas. Nebriſsen.

PARRICIDA, non utiq; is qui parentem occidiſſet, dicebatur, ſed & qui qualemcunq; hominẽ. Vnde extat Lex Numæ Pompilij, ſi quis liberũ hominem morti ſciens duit, parricida eſto. Hinc & parricidij queſtores appellabantur, qui ſolebant creari, cauſa rerũ capitalium quærendarum. Bud. in l. poſter. de Orig. Iur.

PARRICIDIVM apud priſcos diceba-tur, quoties homo hominem occidiſſet, hoc eſt, par parẽ: uidelicet eo ſeculo, quo crudelitas erat, occidiſſe bouẽ, auem, aut gallum gallinaceum. Deinde quum cœpiſſet eſſe uulgare, ut homo occideret hominem, parricidij uox, ad ſummæ impietatis ſignificationem deflexa eſt, id eſt, ad eos qui parentes occidiſſent. Quorũ pœnam uide apud Iuſtin. Inſtit. de Pub. iudic. & ſuprà, Culleus erat. Sp.

PARS tripliciter accipitur, quædam numeralis, alia integralis, alia quota. ut tres, arithmetica pars eſt nouem. Bart. l. ſi mater. §. ſi inter. de Exec. rei iud. Vſusfructus pars integralis dominij eſt, ſicut paries domus. At triens, quadrans, ſemis, quota pars eſt aſsis. Spieg.

PARS, pro factione uſurpatur eleganter. Non autem partialis pro factioſo: tamen uox familiaris eſt interpretib. Sp.

PARS potior eſt illa, quæ maior & ſanior eſt. c. j. de His quæ fiunt à maiorib. part. capit. Aſtipulatur diuus Auguſtin. libr. ij. de Doctr. Chriſtiana. Sp.

PARTEM Iuriſcons. in l. rectè de Verborum ſignificat. appellat ſpeciem. negat enim uſumfructum dominij partem eſſe, cum tamẽ ſit ipſiſsima eius pars. l. iiij. de Vſufr. l. qui uſumfructum. de Verb. oblig. Voluit autem dicere, non eſſe dominij ſpeciem: quæ eſt interpretatio Placentini, in l. rectè de Verb. ſig. cui nemo, Apellus ait, non ſubſcribit. Sp.

PARTEM, quoties non conſtat de minore minimáue actum eſſe, de dimidia accipimus, per §. portionis. in l. nomen filiarum. de Verb. ſig. Veluti in eo qui partem fundi promittit, uel alio ſimili, dubióq; caſu. Vnde cum quis ab altera ſe parte electum ait, non minus quàm dimidia ſit intelligemus. Gloſs. c. ſi priuſquam. xxviij. Diſt.

PARTES dicũtur, in quas diuiditur totũ. Quidam partem à pari dictã exiſtimant: quòd partes ſimul iuncte, pares, hoc eſt, ęquales ſint parti. Alij à pario, ſiue partu, quòd pars à toto deducta, quaſi parta ſit. Alij à parum: quòd pars, parum quiddam ſit reſpectu totius. Quid autem ueniat partis appellatione, Bart. explicat, in l. ſi plures. de Damn. infec. & l. j. C. Quan. & quib. quart. pars deb. lib. x.

PARTES quantitatiuæ, ut uocant, quales ſunt, dimidia, quarta, tertia, & id genus. Spieg.

PARTIBVS ſuis fungi, hoc eſt, fungi ſuo munere, & officio. l. tutor qui repertorium. ff. de Adminiſtr. tut. Sic partes iudicis accipimus, in l. ij. ff. de His qui ſunt ſui uel alien. iuris. & illud, Partes ſuas interponere debet Prætor. Inſt. ſub fin. tit. de Suſpec. tut. Sp.

PARTIS uocabulo, quomodo utamur cum numerali nomine, uide ſuprà, Aſſem. Spieg.

PARTIVM natura eſt, ut conſtituant totum. ut ſatiſdatio, tuitio, adminiſtratio, & rationis redditio, tutelam: radix, truncus & rami, arborem: interrogatio, & promiſsio, ſtipulationem. Sp.

PARTIVM ſuarum exiſtimabit, quid ſit, Calliſtrat. exponit in l. generaliter. ff. de Offic. Præſid. & Iul. in præcedenti. Sp.

PARSIMONIA optimum uectigal eſt, tum parans, tum cõſeruans diuitias. Nouell. Vt determ. ſit num. c. eric. §. cum uero Deo. Præterea (inquit Iuſtin.) ſi non oportet undiq; ad ſumptum poſſeſsiones cõquirere (nam id inſatibili cuidam auariciæ, ſimul & impietati proximum eſt) ſed ex moderatis facultatibus ſumptum temperare. Sp.

PARTHIARII, Parthicarum pellium negociatores. Alioqui & hoc nomine dici poſſunt, qui ex celeberrimo Carrarum emporio (is in Parthis uicus eſt) negociabantur. Alciatus in l. negociantes Parthiarij.

Parthiarij. C. de Excuſ. mun. libr. x.

PARTIARIVS, ſiue colonus, uel alius quis, cum quo aliquid commune habemus, & partimur. Sp.

PARTIARIVS colonus, quaſi dominus eſt. l. ſi merces. §. uis maior. ff. Locati. l. ſi apes. §. fin. de Furt.

PARTIM, ex parte, uel pro parte, & ferre ſemper geminatũ in oratione. Caius de Iuſt. & Iur. Omnes, inquit, populi, qui legib. aut morib. regũtur, partim ſuo proprio partim cõmunium hominum iure utuntur. Spieg.

PARTITIO. Cic. uocat partitionẽ aliud quiddam, quàm diuiſionem. Diuiſio eſt ſpecierũ unius generis enumeratio. ut, animaliũ aliud bos, aliud aſinus. &c. Partitio eſt, quando aliqua res in mẽbra diſcerpitur. ut, corporis partes aliæ caput, pedes, manus. &c. Quære, Diuiſio.

PARTVS ſequitur uentrem. l. partum. C. de Rei uend. l. placuit. C. de Liber. cauſ. l. idem Pompon. §. ſi equã. ff. de Rei uen. & in c. dilectus. extra de ſeruis nõ ordin. cũ Gloſ. Quod uerò ad honores et dignitates attinet, patrem liberi ſequuntur. l. filiam. & l. liberos. ff. de Senat. l. exemplo. & l. eos. C. de Decurion. lib. x.

PARTVS, & ipſe actus pariẽdi eſt, & ipſa proles. ut, partus dotaliũ ancillarum, eſt portio dotis. l. ſi poſt diuortium. §. fin. ff. de Iur. dot. Itaq; partus continetur reditus appellatione, non autem fructus. l. de ducta. §. hæreditatem. ff. ad Trebell. l. Paul. ad Leg. Falcid. Sp.

PARTVS ſexto menſe natus, uulgò quæſitus creditur, & non legitimus: ſecus in ſeptimo menſe. Quo & mihi primogenito naſci contingit. ut Iac. Vuimphelingius auunculus meus, præſens & obſeruauit, & annotauit. Extat apud Plinium cap. de Pariendi tempore lib. vij. de quo & Iuriſconſult. meminit. l. ſeptimo. ff. de Statu homin. Labitur Accurſius, dicens iuſtum partũ, à ſeptimo uſq; ad decimũ menſem finitum, & non ultrà naſci. In quem errorem lapſi omnes uidentur, teſte Salomon. non animaduertentes, in l. Gallus. eſſe textum apertum: Iuſtum partum etiam xj. menſe naſci. Fugit eos differentia, inter x. menſes mortis, & x. mẽſes conceptus. De quo idem latius in dict. l. Gallus. Spieg.

PARTVVM partus. Vlp. de Petit. hæredit. Ancillarũ etiam partus & partuum partus quanquam fructus eſſe non exiſtimãtur, augent tamen hæreditatem. Sp.

PARVI refert, ut apud Cicer. & alios idoneos autores, ſic apud ueteres Iuriſcoſs. qui teſte Lud. Viue, undecunq; doctiſs. Latiniſsimè ſcripſerũt. Vlpianus: Parui etenim, ait, refert ab initio quis doloſe in hæreditate ſit uerſatus, an poſtea hoc facere cœperit. Spieg.

PARVM exaudire. l. item quæritur. §. ſi tutor. ff. Locati. & alibi.

PASCVA ſylua, in quam ius eſt paſcendi cauſa pecora mittere. Sic paſcua loca l. diuortio. ff. Sol. matr. l. ſylua. de Verb. ſig. Spieg.

PASCVARII, qui uectigal dant ex pratorum publicorum locatione. Dicti, quòd ea conducebantur cauſa paſcendi pecoris. Spieg.

PASCVVM, paſcui: pluraliter, paſcua paſcuorum: in quibus pecudes paſcuntur, ſiue ager, ſiue pratum, ſiue mons aut collis fuerit. Paul. in fin. l. ueluti de Seruit. præd. ruſtic. ſcilicet, ait, ſi habeam paſcui ſeruitutem, &c. Sp.

PASSIM admittere. Oppon. Diſtrictè denegare. Medium à Prætore cauſſa cognita temperari Vlpian. in l. ſed hæc. ff. de Procuratorib. Sp.

PASSIM fieri intelligimus, quod ubiq;, quod undiq;, quod ſine ullo conditionis diſcrimine fit. l. palàm. ff. de Rit. nupt. l. ſolent. §. fin. de Off. Procons. l. ſi ea. C. de Adult. cum ſimil. Sp.

PASSVM, uinum illud eſt, quod ex uuis paſsis conficitur. Nam ab igne decoquẽdo patitur. Vlpian. de Trit. et uin. leg. l. ſi quis. Paſſum, inquit, niſi contraria mens ſit intelligitur. Proculus eod. tit. l. qui uinũ. Cui dulcia legata eſſent, omnia hæc eſſent legata, mulſum, paſſum, defrutũ, & ſimiles potiones. Nebriſs.

PASSVS, ſunt quinq; pedes, quantum ſcilicet paſsis, id eſt, apertis brachijs efficere quis poteſt: unde & paſſus dictus. ut teſtatur Alciatus, interpretans l. quinq; pedum. C. Fin. regund. & cap. xviij. lib. j. Parer. Iſidorus autor Etymologici, prebuit anſam Azoni, Accurſioq;, haud recte intelligendi iam d. l. quinq; pedum. Nec etiã uerbis legis, Criniti expoſitio conuenit. Spieg.

PASTINARE, eſt agrũ fodere, à paſtino,

ferramenti biſurcati genere, quo plantæ pangũtur. Vlp. Quod ui aut clam. l. ſemper. Is cui fundum paſtinandum locaueras. Paulus, de Verb. ſig. l. impenſe. Sicut arbuſti paſtinatione ultra quàm neceſſe fuerat. Nebr.

PASTINATIO, eſt paſtinandi actus, quẽ eleganter indicat Collumella c. xviij. libri tertij. Paſtinationis uocabulum Iuriſconſultis frequens. Vide Albericum in eadem dictione. Sp.

PATER, eſt iuxta Iuriſcoss. quem nuptiæ deſignãt. l. quia certa. ff. de in ius uocan. ſed proles non ſemper facie maritum parientis exprimit, ſed interdum auum paternum, aut maternũ, interdum auiã, interdum patruum, aut propatruum. Sp.

PATRIS appellatione, adoptiuum non contineri, docuit Bald. in l. ſi non ſpeciali. C. de Teſtament. Cui ſententiæ Alex. Imolenſis in odioſis ſubſcribit. Lexicon Alberici, quòd ut nobis protruſum eſt, nothũ eſſe conijcio, ſic habet: Pater Græcè, id eſt, genitor. Et dicitur pater, quia patratione rei Venereæ, filium generat. Vel quod melius eſt, à pentater Græcè, id eſt, omnia conſeruans. Eiuſmodi floſculis abundat. Interpretum ætatis illius monumenta: nimirum, quòd eam expoſitionem uocabulorũ reddere cogebantur, quam à maioribus ſuis acceperunt: apud quos Donato, Seruio, Acroni, Porphyrioni, Feſto, Varroni, Marcello, & huius notæ, ſucceſſerunt Huguitio, Papias, Catholicon, Brachylogus, Græciſmus. Porrò quod ad naturam pertinet, ſemper incertus eſt pater. ut Odyſs. lib. j. Homerus tradit: Illo me genitũ dixit pia mater, at ipſe Neſcio. nam proprium certus ſcit nemo parentẽ. Manet etiã hodie uulgi iocus, quo dicitur, ſapientem eſſe filium qui patrem ſuum norit, ut Eraſ. noſter refert in explicatione Adagij, Matris ut capra dicitur. Sp.

PATRIS nomine, auus continetᷣ, teſte Iuliano in fi. l. iuſta interpretatione. de Verbor. ſig. quod generaliter uerum eſt, niſi cum materia odioſa eſt, & non omnino tantum rationis eſt in auo, quantum in patre. Spieg.

PATRES conſcripti. Quære, Senatores.

PATRES patrati, id eſt, perfecti.

PATRES patriæ ideò dicti, quod eam quam patres in filios poteſtatem, ipſi in ciues haberent. An potius hoc inſtitutũ honoris, quàm Imperij cauſa, ut ipſi tanquam patres ſubiectos admonerent, ac amarent ut filios: & ciues, Principes tanquam parẽtes obſeruarent. Seneca lib. j. de Clementia, latius explicat, cur Principem Patrem Patriæ appellamus. Sp.

PATERFAMILIAS, hæc uox non ſolũ in eis locum habet, qui uerè patres ſunt, filiosq́ habent: ſed etiam in eis, qui ſine prole ſunt, dũ iura in domo ſua habeant, quæ cæteri patresfamilias. Vlt. l. diuin. Tab. Old. teſte, probat, ſecundum naturam eſſe, quòd paterfamilias habeat domum ex omnibus partibus inſtructam, qui que in ea ſit ceu paruus rex. Sp.

PATI actionem, hoc eſt, conueniri in iudicio, apud Paul. in l. litis conteſtatæ. ff. de Negoc. geſt. Sp.

PATIBILE, quod perferri poteſt.

PATIENTIA, eſt honeſtatis, aut utilitatis cauſa, rerum arduarum ac difficilium uoluntaria ac diuturna perpeſsio. Cicer. de Inuent.

PATIENTIAM præſtare iudicẽ, pro patientiſsimum eſſe ad audiendũ, elegãter Plin. ſecũdus uſurpauit: cenſetq́ id partẽ magnã iuſticię eſſe. Hęc locutio apud Iuriſcoss. quoq; frequẽs eſt. Marcell. de Oper. nou. nun. Vlp. Quod ui aut clam: de Solut. Item & Paul. de Oper. nou. nunc.

PATRIAE lata ſignificatio eſt. l. nõ quod. in fin. de Pœn. leg. nec ſolis mœnib. terminatur: quin & quandoq; patriam de prouincia dicimus. l. uxorem. §. legauerat. de Leg. iij. Complectitur autem in ſe patria, quicquid ad eam gubernandam eſt neceſſarium, id eſt, totam Politiæ ordinationem, ſcilicet magiſtratus, poteſtates, dominia, & cætera huiuſmodi. Quod notandum eſt, Pompon. l. ij. de Iuſtic. & iur. addens exempla iuris Gentiũ naturali ratione conſtituti, hoc eſt, iuris uerè naturalis & diuini: ut Parentibus, inquit, & patriæ pareamus. Vide Old. in Diuin. tab. præcept. iiij. Sp.

PATRIA poteſtas, & Sui iuris eſſe, ſunt contraria immediata. l. fin. C. de Sentẽt. paſs. Eſt autem patria poteſtas, ius illud quod pater, uel auus in perſonas liberorum, qui ex iuſtis nuptijs procreati ſunt, habet. l. poteſtatis. ff. de Verbor. ſig. Hoc autem ius, proprium ciuium Romanorum eſt: quoniam à Lege xij. Tab. introductum

ductum. Sed cum conſtitutione Antonini, in l. qui in orbe. de Statu hom. qui in orbe Romano ſunt, ciues Romani effecti ſint, ſequit̃, ad omnes Chriſtianos hodie illud pertinere. Rom. ueteres, adeò ſemper magni in liberos paternum ius fecere, ut Regum temporibus, patri filios bis uendere permiſſum ſit: niſi pater ei uxorem dediſſet, aut ultrò ducere uolenti, aſſenſum præſtitiſſet. Ex Alciato, & Bapt. Fulgoſo. Sp.

PATRIA ſua cuiq; iucundiſsima. Extat apud Scæuolam de Legat. iij. in l. qui habebat, elegans thema Græcè ſcriptum, à noſtro Haloandro eleganter quoq; uerſum his uerbis: Quo magis dulciſsima patria mea fines ac territoria ſua tueatur, decerno adſignoq; illi uniuerſa prædia, quæ in Syria poſsideo, cum omnibus, quæ illic ſunt, pecoribus, ſeruis, fructibus reconditis, omni apparatu. Quæſitum eſt, an & prædia, quæ pignori habuit teſtator, patriæ ſuæ reliquiſſe uideatur: reſpondit Sceuola, nõ uideri relicta, ſi modò in proprium patrimoniũ, quod ferè ceſſante debitore fit, non ſint redacta. Spieg.

PATRIMONIVM, bona paterna, hoc eſt, hæreditatẽ à patre relictã ſignat. Nõ tamen continẽtur patrimonij appellatione, ea quæ in nominibus ſunt. l. cum pupillus. ff. Rem. pup. ſal. fore. quod tamen Baldus exiſtimauit, ſed falſo, minimè huius l. ſenſum aſſecutus. Sp.

PATRIMONIVM, id eſt, facultates proprias Princeps habet. l. apud Iulianum, in fin. de Leg. j. Habet & Fiſcũ, hoc eſt, pecuniam publicam, à S.P.Q.R. illi decretam. à Fiſcis, id eſt, ſportulis dictam, quib. ea pecunia recondebatur. Aerariũ uerò, Populi pecunia erat, hoc eſt, Reipubl. cui præerant Quæſtores.

PATRIMONIVM ſacrum quid ſit, refert Gloſs. in l. j. C. de Interdic. lib. x. Sp.

PATRIMONIALE munus, eſt, hoſpitẽ recipere, equos Curiales alere. l. non uidetur. C. de Muner. patrim. l. munerum. ff. de Vacat. mun. Aut. Vt omn. obed. Iud. Alberic.

PATRIMI, & Matrimi, dicuntur pueri, quorum pater & mater adhuc ſunt in uita. More ueterũ Romanorum eiuſmodi pueri tres, nouam nuptam deducebant: uno facem ex ſpina alba præferẽte, duobus reliquis nubentem tenentibus. Annotauit Rhenanus apud Tertullian. aduerſus Valentinianos. Sp.

PATRINVM, quod eſt patris: ut matrinum, quod eſt matris.

PATRITII, apud Romanos Senatorij ordinis uiri: quiq; ab his progeniti erant, Patritij item uocabantur, ut ſcribit T. Liuius lib. j. ab Vrb. cõdit. & ſentit Tranq. in Auguſto. Apud Græcos autem omnino maior erat dignitas, non ex ſucceſsione debita, ſed quæ ſolebat à Principe cõcedi. Sidon. Apoll. Egdicio honor Patritiatus accedit celerrimè, ſi cogites eius ętatẽ: ſi merita, tardiſsimè. Caſsiod. Epiſt. lib. vj. Noſtro munere ſubleuatus, Patritiatus culmen aſcende. Suidas Patritios eſſe tradit communis reipub. patres, qui in ſuprema dignitate Senatorij Conſilij eſſe cẽſentur. Alciat. in Rubr. C. de Conſulib. & non ſparg. pec. lib. xij.

PATROCINIA appellari cœpta ſunt, cũ plebs diſtributa eſt inter Patres, ut eorũ opibus tuta eſſet. Inde factum eſt, ut Patrocinium pro tutela & defenſione dici cœperit. Feſtus.

PATRONA, propriè non eſt uxor patroni, licet bonis morib. conueniat: huic etiam reuerentiam à liberto exhiberi, & ideò ſine uenia in ius uocari non debeat. l. j. C. de In ius uoc. Sp.

PATRONVM deeſſe tum intelligimus, quum benè, ingenioſeq; non defendit. Nec eſt ſimpliciter, patronum reperiſſe nullũ. Quòd uerò ante quinquenniũ nemini prorſus liceat patronum cauſarũ in iudicijs agere, ſtatutum eſt. l. petitiones. C. de Aduocat. diuerſ. iudic. Sp.

PATRONI accipiendi ſunt, qui ex ſeruitute manumiſerunt, uel qui colluſiones detexerunt, uel ſi præiudicio pronuncietur eſſe libertus, cum alioqui non fuerit: aut ſi iuraui eum libertum meum eſſe, autor Vlpian. in l. adoptiuum. de In ius uocand. Spieg.

PATRONVS non tantum dicitur, cui libertus ſubijcitur, ſed etiam defenſor eorum quos in clientela habet, primumq; locum poſt patrem in officio apud clientem obtinere patronus debet. Hinc et iura patronatus, quæ uel in libertos habemus, uel in cliẽtes: quorum hodie inſtar obtinent, quos barbara uoce Vaſallos uocamus, teſte Alciato. Patronus itẽ di-

citur, qui defendit alterum in iudicio. Is & Orator eſt. Aduocatus uocatur, ſi aut ius ſuggerit, aut præſentiam ſuam commodat amico. Procurator, ſi negocium ſuſcipit. Cognitor, ſi præſentis cauſam nouit, & ſic tuetur ut ſuam. Bud. in poſt. Annot.

PATRONI nauium. Lege, Nauicularij.

PATRVELES, à patruo dicti: quòd duorum patruorũ filij ſint. Quoniam qui pater alteri eſt, alteri eſt patruus. Sicut ſorores patrueles nũcupant̃, ex duob. & ipſe fratrib. genitæ. Atq; duarũ ſororum, aut plurium filij, inter ſe Sobrini dicunt̃, tanquam Sororini. Lege, Conſobrini.

PATRVVS, frater patris: quaſi pater alius.

PATRVVS magnus, frater eſt aui.

PAVCA, dicuntur duo l. j. ff. de Præſcript. uerb. At tria ueniunt multorum nomine. l. licet. Imperator de Legat. j. cum ſimil. Spieg.

PAVCA uerba, ex facti qualitate cognoſcuntur. Vide Bart. in d. l. ſcire oportet. in prin. ff. de Excuſ. tut. Sp.

PAVCORVM ſignificatio uariat in iure. nam pendet ex perſonarum, cauſarum, rerumq; qualitate, tum tẽporis ratione. Vide Bart. in l. ſcire oportet. ff. de Excuſat. tut. Apud ueteres Pauci pro bonis ponebantur: ut Multi pro malis. autore Nonio. Sp.

PAVLATIM, ſenſim. Inſtit. de Rer. diuiſ. §. præterea. in prin.

PAVLO, idem ſignificat quod parum, uel paulum. l. tutor. §. cum hæres. Ad Velleian.

PAVLO mox, ſtatim, cũ paruo interuallo.

PAVLO ante, pro nuperrimè. Autẽt. Quibus mod. nat. in prin.

PAVLISPER, pro paulum admodum. l. ij. C. de His qui ſpont. mun. publ. ſub. libro decimo.

PAVLVS, à parum, adiectiuum, quo rariſsimè uſi ſunt autores, præter quàm in ablatiuo.

PAVPER eſt Bartolo, qui in bonis nõ habet quinquaginta aureos. l. qui accuſare. ff. de Accuſat. Eſt tamẽ Pauper accipiendus, qui pro qualitate rei de qua agitur, ſatis non habet. in arbitrio itaq; ius dicẽtis erit, ut ex perſonarũ & rerũ qualitate, dijudicet, quẽ locupletẽ, quemq; pauperem ducat. per ipſum Bart. in l. qui accuſare. ff. de Accuſat. Sp.

PAVPERIES, damnum eſt ſine iniuria facientis datum. ut cum animal quod ſenſu & ratione caret, damnum intulerit. l. j. Si quadrup. pauper. feciſs. dicat. Sp.

PAVPERIOR non eſt, qui non acquirit, ſed qui patrimonium dilapidat. l. ſi ſponſus. §. ſi maritus. ff. de Don. int. uir. & ux. Vide item l. ſi uir uxori. ff. pro Donato. Spieg.

PAVPERRIMVS, ad opinionem refertur. l. hæreditatem. §. filius. ff. de Caſtr. pecul. Spieg.

PAVPERTAS, eſt ipſa pauperis conditio. Quotuplex illa ſit, Bart. explicat in Minoricis, lib. j. An uerò, & quibus caſibus proſit, tractat in l. illicitas. §. fin. de Offic. Præſid. Sp.

PAVPERVM appellatione, etiam continentur qui in reatu ſunt, uulgò carcerati pro maleficio uocantur. l. Iulius. C. de Epiſc. aud. Sp.

PAVIMENTVM, ipſum domus ſolidamentũ: dictũ à pauiẽdo, id eſt, tundẽdo, ſiue feriendo: quòd dum fiunt pauimenta, pluribus ſimul diebus feriũtur, & tunduntur, ut ſolidiora ſint, & ne rimas faciant. Vide l. foramen. ff. de Seruit. urb. pręd. Plinius indicat, apud antiquos pauimentorum genera multa fuiſſe, cap. xxv. lib. trigeſimo ſexto. Spieg.

PAVO, qui & Pauus, auis uulgo nota. §. Pauonũ. Inſtit. de Rer. diuiſion. Alberic.

PAVSA, quies, ceſſàtio, Lucretio, Apuleio. Vnde Pauſarius Senecæ, qui pauſam facit: uel potius, ut ipſe interpretatur, qui uoce temperat impetum remigantium. Epiſt. pen. lib. vij. Sp.

P E

PECCARE, dictum quaſi pellicare, id eſt, cũ pellicę coire. Vnde propriè eſt, adulterium cõmittere. Sed uſus effecit, ut pro quomodocunq; labi & offendere, & delinquere ſumat̃. Hoc omnium eſſe, Deo excepto, refertur in Canonicis Decretis de Pœnit. diſt. ij. cui ſine. in fin. Vide Bartol. ſub fin. l. j. ff. de Iuſt. & iur. Sp.

PECCATORES, pro adulteris Iuſtinian. uſurpaſſe, in Inſtit. tit. fin. eruditiores quidam cõtendunt: indicantes, Baptiſt. Piũ parũ rectè, pro Peccatorib. pedicatorib. legendũ cenſere. Vt certè ibidem nõ cõuenit hæc uox. Attamẽ mihi magis probatur hoc loco uocabulum, ſtupratoribus, ut habet editio Norinbergen. Sp.

PECCA-

PECCATVM, quidquid fit cõtra officiũ: quæ etiam culpa appellatur.

PECTAE, à πήγνυμι, quod eſt, figo: uel quod magis eſt, ἀπὸ τοῦ πεκτεῖν, quod ornare ſignificat Suidæ, & ſi tondere quoque pecora Ariſtophani. Alciat. C. de Excuſat. artif. lib. x.

PECVA, ut ait Cicero in Pompeiana, ab eo q̃d eſt pecu, uenit: ut à genu, genua: et ſignificat pecorum multitudinem. Sp.

PECVARIA, numero multitudinis dicebantur omnia, ex quibus Pop. Rom. haberet reditus: quia diu hoc ſolum uectigal Romanis fuit. Nunc ea dictione fœminine, & locum in quo pecorum greges conſiſtunt, & ſcientiam parandi, ac paſcendi pecoris, accipimus.

PECVARIVS, ſubſtantiue, qui pecorum curam habet: ut canis, qui pecora cuſtodit à luporum iniuria.

PECORARIVS, ſi modò ſcribendũ non eſt, Pecuarius, qui pecua, ſiue pecora publica redimit, ut ait Aſconius. Romani enim uetuſtiores, nihil in bonis aliquid præter pecudes habebant. Pecudis nomine omne animal eſt, quod ratione atque effigie humana caret. Caius tamen ad Leg. Aquil. l. Lege Aquilia. Seruis, inquit, noſtris exæquãtur quadrupedes, quæ pecudũ numero ſunt, & gregatim habentur, &c. At Canis inter pecudes non eſt. Nebriſ. Vallę Pecus eſt omne animal quod ſub imperio pabulo terrę paſcitur. ut ſunt boues, aſini, equi, cameli, oues, capræ. Plinius elephãtes uocat pecudes, cum ait: Qui cum elephanto congreſſus, gemino ictu pecudem exanimauit. Modeſtinus de Legat. iij. Pecudibus legatis, ait, & boues, & cætera iumenta continentur. Sp.

PECVS operariũ. Vide, Operarius uſus.

PECORIS appellatione ueniunt iumenta. l. ij. ff. ad Leg. Aquil. item & armenta, ut ſentit Bar. in l. fin. C. de Milit. ueſt. lib. x. Differit idem in l. ſequitur. §. lana. ff. de Vſucap. An lana pecoris pars cenſenda ſit. Spieg.

PECVLATOR eſt, qui furtum facit pecuniæ publicæ, hoc eſt, qui de Principis aut populi ærario ſuffuratur. Crimen peculatus, quod etiam admittitur, cum intercipit pecunia deſtinata uel religioni, uel uſui publico. Pœna eius, eſt deportatio. l. j. et duab. ſeq. ff. ad Leg. Iul. Pec. Sp.

PECVLARE crimen, commiſſum dicitur, quod ſanguine, hoc eſt, uita, & ultimo ſupplicio expiat. l. ij. C. Ne ſanc. bap. l. ſi quenquam. de Epiſc. & cler. Sp.

PECVLIARE uinum, pro ſeruili, apud Vlp. Si peculiare uinum legatum ſit, id contineri, quod ſerui habuerunt. Spieg.

PECVLIARITER, pro ſpecialiter. C. de Comit. rei militar. l. ij. lib. x. l. ij. ff. de Tribut. act. Spieg.

PECVLIVM, dicitur quaſi puſilla pecunia: ſiue patrimonium puſillum. nempe à pecore. quod dominus olim permittere ſolebat ſeruo, uel parens filio. l. depoſiti. §. ult. ff. de Pecul. Itaq; totũ ex uoluntate domini, uel patris pendebat peculium: qui potuit pro arbitrio ſuo augere, minuere, aut prorſus adimere: modò tamen id non fieret in fraudem alicuius. l. non ſtatim. & l. peculium naſcitur. cum l. ſeq. & l. ſumma cum ratione. ff. eod. tit. Verùm lata ſignificatione pro patrimonio omni accipitur. Vlpian. l. cogi. ad Trebell. quia plerique ὑποκοριστικῶς, id eſt, diminutiua forma, patrimonium ſuum, peculium dicunt. Ea quoq; pecunia quam quis repoſitam in ſubditos caſus habet, Peculium dicitur. l. cogi. Eſt & peculium, quod niſi his, qui in aliena poteſtate ſunt, quæritur: & cum extra poteſtatem mittuntur, amplius peculium nõ eſt. Sunt tamen quib. Peculium propriè ſignificat rem quæ non in numerata pecunia conſiſtit, ſed uel in ſolo, uel pecoribus, uel in ſupellectili, noſtro labore & induſtria parta, & à nobis lucrifacta. Vide Pyladem in Aſinariã Plauti. Sp.

PECVLIVM quadruplex reperitur. Profectitium, quod proficiſcitur à patre, uel domino: quod conceditur filio, uel ſeruo. Paganicum aliàs cognominatur. Aduẽtitium, quod filio aliunde acquiritur: ut forte ex hæreditate materna, fratris, amici, uel uicini: quod & ſeruo contingere poteſt. Peculium caſtrenſe eſt, quod à parentibus, uel cognatis, in militia degenti datum eſt, uel quod ipſe filiusfamilias etiam aliunde acquiſiuit: quod, niſi militaret, acquiſiturus non fuiſſet. l. caſtrenſe. ff. de Caſtren. pecul. Quaſi uerò Caſtrenſe dicimus, quod ex publico munere, aut functione aliqua, opera ue, etiam ex priuatis perſonis, filiusfamilias aſſequitur. In his bonis parentes nullum

ss 4 ius ha-

ius habent: & ne quidem collatio cum fratribus locũ habet.l.iiij.ff.de Caſtrenſ. pecul.l. ult. C. de Collat.bon.l.certũ.C. Famil.erciſ.Sp.

PECVLIVM intricare, apud Vlp. in l. j. de Ser.corrup.& in l.ſuam.ff.de Pecul.

PECVNIAM antiqui à pecore deduxerunt: quòd uniuerſa eorũ facultas in pecorum fructu eſſet. Pecunia enim, & ſignatum ęs, ad uſum comparanda neceſſaria, quæ moneta & nomiſma, non reperitur introducta ab Homero: qui ne minimarum quidem rerum exquiſitas mentiones, Camerario teſte, omiſit, & permutationem rerum diligenter perſcripſit. Qua ratione & Peculium dictũ, quod quis ſua induſtria acquirit. Alc.de Verb.ſig.

PECVNIA, pro Sacramento. Vide, Impetrare actionem. Sp.

PECVNIAE appellatione, inquit Paulus, eo.tit.l.pecuniæ.rem ſignificari, Proculus ait, hoc eſt, patrimonium. & Vlpian. Pecuniæ uerbum, non ſolum numeratam pecuniam complectitur, uerumetiã omnem omnino pecuniam, hoc eſt, omnia corpora. Nebr.

PECVNIAM accepiſſe dicemus, etiamſi aliquid pro pecunia accepit. Vlpian. ait, in fin.l. j.de Calumniat.Sp.

PECVARIAM facere, eſt exercere ſe in alendis pecudib. Ea de re ſic Varro meminit. de Re ruſtica libr.ij. Eſt ſcientia pecoris parandi ac paſcendi, ut fructus quàm maximi poſsint, capiantur ex ea, à quibus ipſa pecuaria nominata eſt.nam omnis pecuariæ pecus eſt fundamentũ. Ea partes habet diſcretas nouem, ter ternas, ut ſit una de minoribus pecudibus, cuius genera tria, ouis, capra, ſus. Altera de maiori pecore, in quo ſunt itidem ad tres ſpecies natura diſcretæ, boues, aſini, equi. Tertia pars eſt in pecuaria, quæ nõ paratur, ut ex his capiatur fructus, ſed propter eam, aut ex ea ſint, ſicut muli, canes, paſtores. Sp.

PECVNIA mutua, quandoq; per prolepſim dicit̃, quæ adhuc mutuo data non eſt, ſed ea deſtinatione habet̃, ut mutuet̃. l.malum.§.ij.de Verb.ſig.Sp.

PECVNIA nautica eſt, quę periculo creditoris in nauem recepta, traijcienda cõmittitur. Spieg.

PECVNIAE numeratæ nomine, non alia uenit intelligenda, etiamſi latiſsimè pateat eius appellatio, ut Alciatus in Comment.demonſtrat.

PEDAGIVM, & Guidagium, barbara uocabula, exponũtur in c. ſuper quibuſdã. ext.de Verb.ſig.& ibid. Abbas. & in c. innouamus.de Cenſib.

PEDAM, ueſtigium humani præcipuè pedis appellaſſe antiquos, in Commentarijs quibuſdam inueniri ſolet.

PEDAMENTORVM, quę uitium adminicula ſunt, tria ſunt genera. Ridica unum, robuſtum, ſeu fiſsile, ex quercu, uel iunipero. Alterum è pertica, & eſt Palus dictus: atq; hic teres eſt. Tertium ob inopiam ex harundineto ſumitur. Tria hæc Pedamenta, & Statumina appellantur. Alciat. de Verb. ſig. Idem in Parergis admonet pro radices, radicas legendum, in l.is qui in puteũ.§.ſi quis. Quod ui aut clam. Sp.

PEDAMENTVM, fultæ uites dicuntur, Græcè χαρακᾶται. Et Pedamen, quodlibet fulcimẽ cui uitis inhæret. Ridica, ex querna arbore, aut ex iunipero, olea, uel cupreſſo. Statumen, è palis & pertica. Quod uerò ex arũdinib. Pedamentũ fit, Arundinetũ uocant. Traduces autẽ, rũphi, ſeu arbuſta, natiuũ quoddam eſt ex arborib. in arbores traductis uitibus. Alex.de Alex. Gen. dier.lib.ij.c.x.

PEDANEI iudices, qui Prætori in cõſilio erant, & ad pedes tribunalis aſsidebant: ſi ex eius delegatione leuiores cauſas cognoſcere iuberentur. Quandoq; Conſiliarij appellati. Alc.in l.ſi quis.§.omnes. C.de Pact. Hi non uehebantur curru, ſed pedibus ibant.

PEDANEI iudices (quam uocẽ barbarã putat Gell.) ſunt antiquo interpreti, ut Alciat. eum allegat, qui ex delegatione cauſas audiũt. Paulus, iudices, inquit, Pedanei, ſi pecunia corrupti arguunt̃, à Præſide Curię ſubmouent̃. Vlp. quoq; Pedanei meminit.l.iij.Ne quis eum qui in ius uoc.eſt.& nõ teneri ex edicto eũ, ait, qui ad pedaneũ iudicẽ uocatũ exemerit. Vnde arbitrat̃ Alc.ex Curia, ſeu Decurionũ ordine fuiſſe aliquos magiſtratus, qui cũ Præſes pro tribunali cognoſceret, ipſi ad pedes adſtarent, & ex Præſidis delegatione deinde cognoſcerent: unde & Iuſtiniano χαμαὶ δικασταὶ appellati ſunt. §. illud. in Aut. Vt defunct. ſeu fun. eor.

Vide

Vide tit. C. de Pedan. iudicib. l. ſi quis. §. omnes. C. de Pact. & Alciat. in Parerg. Spieg.

PEDARII ſenatores dicuntur, qui in ſenatu ſententiam non dicunt, ſed ab alio dictam comprobant: mouentes ſe loco, & in partem eius qui dixit ambulantes. Atq; ij, ire in ſententiam pedibus dicuntur. Bud. in l. ult. de Senat.

PEDE amputato debilitari. l. iij. C. de Seru. fugit.

PEDEM in fouea habere, id eſt, in periculo mortis eſſe, in l. apud Iulianũ. de Fidei com. libert. Pomp. Grecè refert ſententiam, ſic redditã Latinè: Ego diſcendi cupiditate, quam ſolã uiuendi rationẽ optimam, in octauum & ſeptuageſimũ annũ ætatis duxi, memor ſum eius ſententiæ, quam dixiſſe fertur Iulian. Et ſi alterum pedem in ſepulchro haberem, adhuc addiſcere quædam uellem. Sp.

PEDES ſunt ſymbolũ & indiciũ quoddã poſſeſsionis rerũ immobilium, ſicut manus rerũ mouentium, ut ſingulariter colligit Alciat. cap. vj. lib. v. Parerg. Sp.

PEDES, miles qui pedibus militiam exercet. l. j. & ij. C. de Appar. mag. milit. C. lib. xij. Pedeſter, qui pedib. iter facit. l. j. §. ſtationem. ff. de Flum. Albericus.

PEDISSEQVA, ancillula, quæ dominã ſequitur. Vide l. Titia ſeruis. ff. de Manum. teſtam. Papinianus in l. peculium. de Legat. ij. Eadẽ ſunt, ait, in lecticarijs, aut pediſſequis legatis. Sp.

PEDVLES. Vlpian. in tit. de Aur. & arg. leg. l. argumento. faſcias curules appellat. Nebriſs.

PEGMATA. nam, inquit Iuriſconſ. in emptionẽ domus & ſpecularia & pegmata cedere ſolent. l. quæſitũ. §. ſpecularia. ff. de Fund. inſtr. Pegmata uerò accipe compactum machinam ære, marmore, uel ligno, tum ornatus, tum cõmodi cauſa, inſtar illorum, qui in pompæ apparatu producũtur, quibus etiam intra ædes uti aſſuerant, teſte Alexand. Neapol. lib. v. cap. xxiiij. cui Feſtus autor Seneca Pegmatis formam deſcribit ad Lucilium.

PEIERARE, non eſt falſum iurare, ſed quod ex animi tui ſententia iuraueris, ſicut uerbis concipitur, id non facere. Cicero lib. Offic. ij. Iurare autẽ oportet inquit Vlp. ut delatum eſt iuſiurandum, l. iij. §. ult. de Iureiur. Sp.

PELARGICI nomi dicti, quaſi Ciconiarię Leges, quib. liberi parẽtes alere iubẽtur. Id q̃d in iure quoq; cautum eſt. Vide Bud. in Annot. & ſuprà, Antipelargia.

PELECINVM, herba in ſegetib. creſcẽs, de qua Plin. lib. xxvij. cap. xij. & xv.

PELLERE, pro inducere, perſuadere, illicere, apud Iuriſconſ. Sed utrum ita demũ inquientẽ, ſi bonæ frugi ſeruũ pepulit ad delinquẽdum. l. j. §. ſed utrum. ff. de Ser. corr. Spieg.

PELLES, pro mantica, ſeu pera uiatoria, Italis uulgò Valliſia dicitur: quòd è pellib. conficiebatur: nec ignotũ Curijs noſtris uocabulum eſt. Paul. in l. de Tapetis. Sicut pelles, quibus inuoluuntur ueſtimenta. Sp.

PELLEX propriè, quæ cum eo conſueta eſt, qui uxorẽ habet. Quę cum cœlibe cõſueſcunt, nõ pellices, ſed pellacæ dicunt̃ uerbo Græco. Bud. in Annot. ad l. ij. ff. de Orig. iur. Gręci παλλακὴν uocant. Ad de Alciat. enarrantem pulchrè l. Maſurius. de Verb. ſig. Sp.

PELLICATOR, qui ad fraudẽ pellicit. Sp.

PELLICATVS uoce, in lib. de Officijs ij. uſus eſt Cicero.

PELLIONES. l. j. C. de Excuſat artif. lib. x.

PELOPONESIAM quinquies quaternos enixam, & multas Aegypti uno utero ſeptenos, item traditum eſſe quatuor pariter puellas à matrefamilias natas eſſe, Paulus refert. l. iij. ff. Si pars hæredit. pet. Spieg.

PENARIVS, Feſto: Penaria, Varroni: ut uerò alijs, Penariũ: locus ubi neceſſaria ad uictum quotidianum pertinentia, reponũtur. Penus uerò quid ſit, Vlp. exponit in ff. de Penu leg. frequẽs fœminino genere apud Iurecoss. tametſi & maſculino & neutro profertur. Penum uenire legato domus, Bar. docet in l. uxori. de Legat. iij. Penuriam rerum omnium inopię tribuimus: ſpecialiter tamen earum eſt, quæ in penu recondi ſolent. Sp.

PENDENTES fructus, nondum eſſe dicuntur: quoniam pars fundi exiſtunt. l. & quæ nondum ſunt. ff. de Pig. l. fructus pendentes. de Rei uend.

PENDERE, pro ſoluere. l. j. ff. Si ager uec. Et pendere pœnas propriè dicitur, qui ob delictum pœnas ſoluit. Sed per trãslationem pro æſtimare accipitur. Vnde Magnipendo, Floccipendo, Paruipẽdo,

Multi-

Multipendo, Nihilipendo, id eſt, magna, parua, nulla æſtimatione habeo. Loca in ſuis claſsibus apud Alberic. requiſito. Spieg.

PENDERE actus, pro prorogare, & differre, not. in l. fin. ff. Com. Præd. Sp.

PENDERE uectigal, pendere uſuram.

PENES, & Apud, in hoc differunt: quoniam Apud perſonam tantum cum loco ſignificat: Penes uerò non tantum locũ & perſonam deſignat, ſed etiam dominiũ. Vlp. de Verb. ſig. l. penes te. Penes te, inquit, amplius eſt, quàm apud te eſt. Prius etenim ſignificat poſſeſsionem, poſterius ſolam detentionem. Nebriſs. ait, Apud te eſt, quod qualitercunq; à te tenetur: Penes te eſt, quod quodammodò à te poſsidetur. Sp.

PENICVLVS, & Penicillus, pictoris inſtrumentum quo pingit: ab eo quod eſt penis, id eſt, cauda. Martianus de Fund. inſtr. l. item pictoris. Peniculi, inquit, & cauteria, & conchæ. Nebr.

PENITVS, pro prorſus. Nam propriè intrinſecus ſignificat, ipſo iure accipiendũ eſt, per Gloſ. ſingularem, in l. ſi qui aduocatorum. C. de Poſtul. Sp.

PENSATIO, pro cõpenſatione apud idoneos autores, nedũ apud Iurecõſ. reperire eſt. In l. Mæuius. §. arbiter. Quęſitũ eſt, ait Iulianus, an poſsit penſatione ultro citroq; facta, condẽnatione eũ ſolũ, cuius ſumma excederet, &c. damnare? Sp.

PENSIO, id quod pro alicuius rei uſu datur, ut agri, ut domus. Vnde Legitima penſio noſtris dicitur, quæ fructibus reſpondet. Et pro ſolutione facienda uſurpatur Penſio à Paulo, in l. lecta eſt. §. igitur. Si cert. pet. Item in penſionem reputare, apud Haloandrũ in l. pen. ff. de Na. publ. quam ipſe ex Grȩco tranſtulit. Sp.

PENSITATIO. Vide Rubr. C. de Cenſ. & Cenſit. lib. xj.

PENSVM, id eſt, modus operis præſcriptus. Sumptum à penſo lanarum, quod certi ponderis ſingulis puellis dabatur. Eraſm.

PENTAPROTIAS, Græca uox eſt, & ſignificat quinq; primorum munus: quos alibi ſacræ conſtitutiones, quinq; Summates uocant. Ipſe Quintumuiros appellari puto in l. de cubiculis noſtris. C. de Priuil. cor. qui in Sac. palat. milit. lib. xij. Spieg.

PENVLAM conſtat ueſtem eſſe ad arcendam pluuiam, qua nonnunquam Imperatores uterẽtur. Vide Egnat. in Annot. ad Spartian. & in uita Alex. Sp.

PENVM, neutro genere protulit Pomponius. l. ij. de Trit. uin. Cum alij penum, inquit, alij uinum legatum eſt: excepto uino, omne penum ad legatarium pertinebit. Spieg.

PENVS quotidianum. Paul. l. iiij. ff. Naut. caup. ſtab. Etſi, ait, earum uectura non debetur, ut ueſtimentorũ, penoris quotidiani.

PENVRIA, omnis inopia rerũ, & præſertim earum quæ in penu recondi ſolent.

PENVS, oris: ſiue Penus, us, omne id eſt, quo ueſcuntur homines, & quod intus reconditur. Vorrhat an korn/wein. &c. Hinc tit. Iuris, de Penu legata, hoc eſt, de ijs reb. quæ adſeruantur in penario ad longum tempus. Penarium enim locus eſt ubi penus reconditur. Vlp. de Penu leg. l. qui penum. Quæ horrei penarij, uel cellæ penariæ inſtruendæ gratia habentur. Nebr.

PEPLVM, eximij candoris ueſtem ſine manicis, aureis diſtinctam clauis fuiſſe autumant: quam quinto quoq; anno apud Hylen mulieres ſex & decem Iunoni cõtexebant. Alex. de Alex. Gen. dier. lib. j. cap. xxij.

PER, in cõpoſitione uariè accipi, Alc. oſtẽdit, in §. pernoctare. l. urbana familia. de Verb. ſig. Quãdoq; autẽ quandam integritatem & perfectionem ſignat. Sp.

PER adoptionẽ pater, qui me adoptauit.

PER ætatem, id eſt, dum ætas adeſt.

PER alluuionem, ut ait Iuſtinian. in §. præterea. Inſtit. de Rer. diuiſ. id uidetur adijci, quod ita paulatim adijcitur, ut intelligi non poſsit, quantum quoquo temporis momento adijciatur. Ab alijs Alluuio, pro immoderata aquarum uiolẽtia, uel fluuialium, uel pluuialium, ſimiliũq; ponitur: quæ non tantum agros confundit, ſed quandoq; eripit, & nonnunquã funditus deſtruit. Sp.

PER annos certos, quomodo intelligendũ ſit, uide C. de Vſucap. l. aduerſus. & de Pœnis. l. ſi certis annis. Sp.

PER calumniã in poſſeſsionẽ mitti. Vide Vlp. in l. unica. Si mul. uent. nom. Spieg.

PER contrariũ, pro, ex aduerſo. apud Vlp. in l. Iulian. §. ſi uẽditor. de Action. empt.

PER conſequētias. Non eſt abſurdum, inquit Paul. per conſequentias, & in ſpeciali in rem actione dolum præteritum deduci.l. ſin autem. §. ſed & is. ff. de Rei uind. Spieg.

PER Deum iurare. Vlpian. in fin. l. iij. de Iureiur. Iurari, inquit, oportet, ut delatum eſt iuſiurandum: cæterùm ſi ego detuli, ut per Deum iurares, tu per caput tuum iuraſti. Spieg.

PER dilationem bellum gerere, apud Liuium.

PER fas, nefas, ſignificat factum aliquid fuiſſe licitè, aut illicitè: quod uulgus Barbaricum dicit: hoc eſt, factum taliter qualiter. Spieg.

PER iudicem aliquid fieri, hoc eſt, officio iudicis. l. ult. ff. de Rei uendic.

PER laſciuiam. Lege, Laſciuia.

PER Legem. Cic. ad Salluſt. Sed id mihi uix uideris per legem Iul. facere poſſe.

PER magiſtratus factum, ut accipiendum, declarat Vlpian. in l. ſed etſi. §. ait. ff. Ex quib. cauſ. maior. Sp.

PER manus tradi dicitˀ, quod ſucceſsione quadam ab alijs ad alios deuenit. Vſum parœmiæ Eraſm. indicat. Extat & apud Papinianum, de Iure codicill. Quod per manus traditum eſt, codicillis hæreditatem dari non poſſe. per manus, id eſt, uulgò, Interpres exponit. Sp.

PER multos ambulare poſſeſsionē, apud Vlpian. l. ſed etſi. §. deinde. ff. de Petit. hæredit. Sp.

PER obreptionem petere. l. ſi autem is. §. j. ff. Negoc. geſt.

PER partes reficere. Vlpian. de demolitis ædibus uerba faciens. l. Quid tamen. ff. Quib. mod. uſusfruct. omittatur. Planè ſi per partes, ait, reficiat, licet omnis noua facta ſit, aliud erit nobis dicendum. Sp.

PER Satyrā, apud Iuſtin. in præfat. π˜. quid ſit. Vide infrà, Satyra Lex.

PER ſe, pro, ex ſeſe, ſua natura, & quod dicitur, naturaliter.

PERSOLVTIONEM, quàm ſpecie. Hanc phraſim ceu elegantem apud Paul. in l. ij. §. ij. ff. Si cert. pet. indicauit Dn. Haloāder, & noſter quoq; Oldend. ut negationem potius, quàm collationem inſinuet, ſicut & in l. ſi hominem. ff. Depoſiti. & in l. ij. in fin. ff. de Iudic. Sp.

PER te ſtetit, barbari dicunt, tenuit per te.

PER tempus, in tempore, ſiue tempeſtiuè, inquit Donatus, aut opportunè.

PERAGERE litem. Vlpian. Qui procuratorem dat, inquit, ut confeſtim agat: is intelligendus eſt permittere procuratori et poſtea litem peragere. Sp.

PERAGIT, qui obtinet: unde peregiſſe reū dicitur, qui dānauit. l. ij. ff. de Adult. Agit, qui in iudicio proſequitur id quod ſibi debetˀ. Exigit, qui quod iudicio proſecutus eſt, recipit. Tranſigit, qui actionem ſibi competentē, ſiue inſtituta, ſiue inſtituenda ſit, aliquo recepto, cauſa concordiæ omittit. l. j. ff. de Tranſact. Sp.

PERAGI reus in criminibus, non res peragi dicitur, inquit Bud.

PERANGARIAE. Lege, Angariæ.

PERAEDIFICARE, ædificationem abſoluere.

PERAEQVATORES, dicūtur exactores cenſuum capitationis: quòd æqualiter ab omnibus exigāt. Alc. in l. cum antea. C. de Agric. & cenſ. lib. xj.

PERCIPERE, pro ualde capere, in l. ſi plagis. §. fin. Cū pila, inquit Alfenus, plures luderēt, quidā ex his ſeruulū, cum pilam percipere conaretur, &c.

PERCIPERE debitū deſtinatione. l. Herennius. ij. ff. de Vſur. Sp.

PERCEPTI fructus, ut à ſolo ſeparati, & horreo repoſiti intelligātur, Azo demōſtrat in Sum. de Rei uend. Sp.

PERCEPTIONEM fructus, ut Labeo tradit, accipere debemus nō tantū ſi perfectè ſint collecti, ſed etiā cœpti ita, ut terra continere ſe fructus deſierint: ueluti ſi oliuę, uel uuę collectę ſunt, nondū aūt uinū uel oleū ab aliquo factū eſt, ſtatim enī ipſe accepiſſe fructū exiſtimādus eſt. l. ſi eius fundi. ff. de Rei uind. Sp.

PERCVNCTARI, diligenter inquirere. Vide Aut. de Teſtib. §. qa uerò. in fi. Sp.

PERCVSSOR, qui percutit & occidit, & ad id faciendum conducitur. C. de Sicar. l. ſi quis percuſſor. & ff. de Sil. l. & ſi percuſſor. Spieg.

PERDERE Feudū, pro amittere. §. item qui. tit. Quę fuit prim. cauſ. Itē pro exceptione repelli. l. ſi filius, in prin. ff. ad Maced. Cęterū haud perdidiſſe rē cēſetˀ, qui eius reſtitutionē petere poteſt. l. nemo. & ibidem Bart. ff. de In integ. reſtit. Sp.

PERDIDISSE creditor uidetur, qui exceptione repelli poteſt. l. ſi filius. in prin. ad Macedon. Alberic.

PERDITVM, à diminuto diſtat.l.perditum. ff. de Petit. hæred. & à derelicto.l. interdum.§.ex naufragio.ff. de Acquir. poſſeſs.Spieg.

PERDVCTORES, ut Aſconius ait, in hoc differunt à lenonibus, quòd lenones ſunt ſcortorum perductores, etiam inuitarum perſonarum.Sp.

PERDVELLES.Caius de Verbor.ſig.l. Quos nos, inquit, hoſtes appellamus, ueteres perduelles appellabant. Perduellio, patriæ hoſtis, qui in Rempubl. aut Principem reus eſt. Vlp. pro ipſo crimine accipit in l.ult.ad Leg.Iuliam Maieſt. Spieg.

PEREGRINI Romanis erāt, omnes qui ius ciuitatis non habebāt: ut quia Latinę eſſent conditionis, uel penitus alienigenæ. Cur autem interdicti, uel deportati, peregrini dicerentur, Alciatus oſtendit cap.xv.lib.j.Parerg. Sunt autem exemplo peregrinorum pœnæ in iure Ciuili conſtitutæ. Vnde aliqui ſunt ſerui pœnæ, ut qui ciuitatem, libertatemq; atrocitate ſententiæ amittunt. quales ſunt damnati in metallum, & qui beſtijs ſubijciuntur.§. pœnæ. Inſtit. Quib.mod.ius patr. pot. ſol. Ea autem eſt maxima, capitis diminutio. Alij ſunt dedititij. quales hi, quibus aqua & igni eſt interdictum. Et ſicut deditiorum conditio de Republ. exoleuit, Latinaq; conditio diutius fuit ſuperſtes, l.j.C. de Lat.lib.toll.ita & interdictio aquæ & igni in uſu eſſe deſijt.l. iij.ff. ad Leg. Iuliam Pecul. ſolumq; deportatio in inſulam remanſit. Exiſtimantur autem hi Latinæ cōditionis, quia ius ciuitatis amittant, inſulam illam pro patria habere. Quod Cic. in Orat.pro Domo ſua ad Pontif. oſtendit: hinc hoſce Lex quandoq; appellat peregrinos.l. j. l.nec apud.C.de Hæred.inſt.uetatq; eos ex teſtamento ciuis Romani quidquam capere: quādoq; Græco uocabulo Apolides, quaſi ſine ciuitate dicas.l. j.de Leg. Alibi iura Gentium eos nō amittere tradit.l. ſi mandauero.§. is cuius. Mandati. Licet iure Ciuili deficiantur. Dicuntur & quandoq; Relegati. l. ij. de Pub.Iud. ſed lata ſignificatione. Propriè enim relegati ſunt, qui nec libertatem, nec ciuitatem amittunt.l. iij. de Interdict. & relegat.Spieg.

PEREGRINITAS, alieni ſoli habitatio, in l.ſed ſi.ff.de In ius uoc. Si per pœnam deportationis ad peregrinitatem redactus ſit patronus. hoc eſt, ſit relegatus in aliud ſolum.Sp.

PEREGRINVS uocatur, qui in ſua ciuitate non eſt: uel qui ex noſtra ciuitate nō eſt: unde pro Extraneo ſumitur. ut Alberic.indicat in Aut.de Non elig. ſec.nub. ux.Spieg.

PEREGRINVS Prætor. Lege, Prætor peregrinus.

PEREGRINATIO longa. l. aut longa. ff.de Procurat. Vnde priuatus inimicus, uel latro, perduellio non eſt. Alc. de Verbor.ſig. Eſt & Perduellio, coniurator. Et Perduellionis iudicium uocatur, quo in perduellios, tanquam crimine lęſæ maieſtatis, animaduertebatur.

PEREGRINITATIS reus dicebatur, ſi falſo quis pro ciue Romano ſe geſsiſſet. Spieg.

PEREMPTIO.l.qui hominem.ff.de Adimend.leg.

PERENNE flumen deſcribit Iuriſcons.in l.j.§.ij.de Fluminib.ut in flum.publ.

PERENNIS ERVVS, qui perpetuò ſeruit uni domino.Sp.

PERENDINVS dies hodie dici poteſt, cum iudex ſtatuit, aut inter partes conuenit, ut omne inſtrumentum litis apud acta utrinq; proferatur intra triduū. Atq; tunc lis & res comperendinata dicitur. Bud.in l.ij.de Orig.iur.Sp.

PERFECTA ætas tametſi multiplicē habet intellectum, ut colligitur in l.fin.C. de His qui uen.ætat.impetr. propriè tamen accipienda eſt, quæ xxv. annorum curriculis completur. l. ad Rempub. ff. de Honor.& mun.Sp.

PERFECTVM, quod omnibus ſuis partib.conſtat.l. j.ff.de Orig.iur. Et propriè cui nihil addi, uel minui ſalua integritate poteſt. l. Iuriſperitos. ff. de Excuſ.tutor. Quamuis Vlp. Perfectum ædificium interpretatur, quod tali uſu eſſe poteſt, qualem paterfamilias deſtinauit. In pactis, conuentionibusq; perfectum intelligemus, cum factum eſt illud, quod fieri inter partes conuenit. antè enim quàm res conſummationem acceperit, factum nō dicitur: quæ ſi acceſſerit, non ſolum factum, ſed etiam perfectum dicetur. Ex Alc.Spieg.

PERFECTVM, et completum, idem.l.ij. §.omnes

§.omnes autem iſti.ff.de Iud.Perficere tamen differt ab Implere.ut Alberic.in dictione Implere indicat.Sp.

PERFECTVS annus, qui eſt dierum ccclxv. Nec ideò minus perfectus eſt, quòd ultimus nondum ſit exactus, cum ſatis ſit eſſe cœptum, idq; in his,quæ fauorem reſpiciunt, ut in uſucapionib. in teſtament. in libertatib. Quod ſi de re odioſa agatur, de momento ad momentum fit computatio.Sp.

PERFECTISSIMATVS, erat dignitas quædam non mediocris. quia non omnes Præſides, ut Alciat.docet,clariſsimi fuere, ſed & perfectiſsimi quidam, prout prouinciæ dignitas exigebat. Addit ex uetuſtiſsimis monumentis, Tarraconenſis Hiſpaniæ, ac Norici fuiſſe perfectiſsimos tantum, quod duabus literis deſignabant, V.P. ſicut clariſsimos uiros V.C.Spieg.

PERFECTISSIMI dicebantur, qui iudicio principis, uel ad præſidatum prouinciæ, uel ad aliam adminiſtrationem promoti fuiſſent.l.j. de Perfectiſsimatus dignit. libr. xij. Qua de re Alciat.diffuſe tractat in c.iiij.lib.Diſp.iij.Sp.

PERFECTOR, qui quod uolebat, diligentia ſua perfecit.Sp.

PERFICERE donationem. Vide §.perficiuntur.Inſtit.de Donat.

PERFIDIA, pro defectione à religione, in l.nemo.C.de Sum.trinit.Sp.

PERFIDVS,qui fidem uiolauit, & à fide uenit: Infidus uerò, cui nõ eſt fidendum dicitur. & à uerbo Fido deſcendit, quod primam habet longam.Sp.

PERFIDE agere circa rem pupilli tutor dicitur potius, quàm contrectare.l.tres tutores.ff.de Adminiſtr.tut.

PERFRVI,in totum frui,ſeu omnem fructum percipere.l. cum quis. C. de Nat. lib.l.j.C.de Seru.corrup.manum.Sp.

PERFVGA,Gallo Aelio eſt,qui liber,aut ſeruus, aut hoſtis, ſui uolũtate ad hoſtes trãſierit: qui idẽ dicitur transfuga.Quãquam ſint qui credant, perfugã eſſe,non tam qui alios fugiat, quàm qui ob ſpem cõmodorum ad quempiã perfugiat.Sp.

PERFVGIVM.Hoc uocabulũ tuta quædam loca fugę ſignificat.Profugium,magis fugæ ſpacium notat, & profugi (de quo infrà latius) qui in fuga eſſent.ut,Italiã fato ꝓfugus, Latinaq; uenit Littora. l.eum qui.ff. de Priuil. cred.l.metum autem præſentem.ff.Quod met.cauſ.Sp.

PERFVGIVM, non ut uulgo dicunt,refugium dicitur: quamuis confugere, nõ perfugere dicamus,pro eo quod eſt, per fugium quærere.Sp.

PERFVNCTORIE.Vlp.in l. aut qui aliter. Quod ui aut clam.Neq; quidem per functorie, aut obſcurè dicere,aut denunciare,id eſt,ut Bud.interpretatur,nõ bona fide,nec ex animo,nec iuſta denunciatione.Papinianus: Qui non perfunctoriè debitum officium impleuerant. Alciatus hanc in claſſe earum ponit dictionum,quæ alijs in autoribus nuſquam eo ſenſu reperiuntur:aitq;,Perfunctorie,eſt leui cura, & aliud agendo:unde perfungi,& defungi,quod eſt,utcunque explicare. At Budæo perfungi, eſt ad extremum obire munus, & ſtrenuè operam nauare.Spieg.

PERFVNDERE aliquem iudicio, pro cogere iudicium ſubire, & cauſam dicere,apud Cicer.pro Roſc.Amer.

PERFVSORIE dicere,apud Scæuolam in l. qui libertatis. §. ſed & ſi quis. de Euict. pro non deſertè, non expreſſe, **Nit eygentlich vſſtrucken/ anzöigen**. Nã Ambiguè dicere,aliud ſonat.Sp.

PERGVLA, menſa eſt,in qua opifices opera ſua uendenda exponunt. Vlpian. de His qui deiecer.l.ſi uerò. Cùm pictor inquit, in pergula clypeũ, uel tabulã expoſitam habuiſſet,eaq; excidiſſet.Nebr.

PERGVLA, apud Vlpianum in l. hæres. §.j.de Iudic.omnino accipienda eſt, pro loco accõmodato exponendis uenalib. rebus, & nõ pro tentorio, quod nuſquã lectum eſt,ut Accurſius ibidem interpretatur. Budæus,Pergula,inquit,pars eſt, domus exporrecta,& propendens, eius generis quas Salientes artifices noſtri appellant.Spieg.

PERHIBERE teſtimoniũ.Quod & Ferre dicitur. Perhibere autẽ uerba,eſt,ut te audio loqui,ſiue quantum ex te audio.

PERICVLVM, interdum experimentũ ſignificat: quòd raró aliquid ſine periculo tentetur.Hinc facere periculũ,pro experiri. Propriè autem ſalutis diſcrimẽ denotat.An periculi appellatione ueniat fortuitus caſus, Bartol. explicat in l. qui mercedẽ.ff.Locati.Dicitur autẽ periculo alicuius eſſe res plurifariam.l. dãni

infecti ſtipulatio. in prin. ff. de Damn. in
fec. Sed periculum propriè de homine
accipitur. l. interpoſitas. C. de Tranſa-
ction. Vnde ſe periculo ſubijciens, renū-
ciare uitę exiſtimatˀ per text. iunct. Gloſ.
l. princeps. C. de Princ. agent. in reb. lib.
xij. Notum, & rerum eſſe periculum, per
tot. tit. ff. de Peric. & com. rei uend. Cæte
rùm, periculum mortis quomodo intelli
gēdum ſit, eleganter exponūt Iuriſcoſs.
per aliquot ll. de Mort. cauſ. donat. Vi-
de, Damnum. Spieg.

PERICLITARI fama, hoc eſt, periculū
eſſe ne perdatur fama

PERIMERE diſceptationem, hoc eſt, in-
terpretante Vlpiano, ultra non pati ad-
uerſarium tergiuerſari. l. & tertium. ff. de
Iudic. Spieg.

PERIMERE legatum, non eſt prorſus tol
lere, ſed extenuare. l. qui hominem. ff. de
Adimend. leg. Propriè tamen perimere
eſt tollere, & interficere. Hinc apud Vl-
pian. l. & tertium. de Iudic. Peremepto-
rium edictum dicitur, eò quòd perimat
diſceptationē inter litigatores, hoc eſt, ul
trà non patiatur aduerſarium tergiuerſa
ſari. Idem in fin. l. cum hi. ff. de Tranſac.
iniquum eſt enim ait, perimi pacto id de
quo cogitatum non docetur. Sp.

PERINDE, pro ita. l. ſi deferente. ff. Quib.
mod. pign. ſolu. & ſimil. Pro æquè autē
accipitur, ubi non ſequitur, ac ſi, uel atq;
ſi, uel negatio. ut Valla demonſtrat. Cu-
iuſmodi autem ſimliludinem inducat,
Bart. oſtendit in l. j. ff. de Recept. & in l.
ſacrilegij. ff. ad Leg. Iul. pec. Sp.

PERINIQVVM. l. fin. C. de Iuriſd. omn.
iud. ut apud Ciceron. pro Lege Manil.
Quare uideant, ne ſit periniquum, & nō
ferendum. Spieg.

PERIODICAE febres, ſunt tertianæ &
quartanæ: quod certis temporibus ab-
eunt, & rurſus redeunt.

PERIRE etiam dicitˀ id, quod non eſt. l. id
quod conditione. ff. de Conſtit. pecunia.

PERISSOCHOREGIA, magiſtratus
nomen, curator fortaſſe annonæ. ἀπὸ τῆς
περισσείας, καὶ χορηγέω, quod eſt, abundan
tiam, fertilitatemq; ſuppeditare. Alc. in l.
periſſochoregiæ. C. de Frumēt. Alexan.
lib. xj. Bud. periſſochoregia, quaſi redun
dantem frumenti delargitionem, in An-
not. prior. interpretatur. Eſt in poſterior.
l. de Frument. Alexand. lib. xj. C. periſſo
choregiæ nomen, penitus amputetur, &
teſſeræ deſignentur. Pyrrhus ait, periſſo-
choregia eſt magiſtratus annonę auctæ,
ſeu augmenti diſtributor.

PERISSEVMA, dici poteſt, quod abun-
dantiam rerum ſuppetit. Hinc περισσεύω,
copia rerum ſuperare ſignificat. Et eſt cō
giarium propriè, quod plebi datur: ſi-
cut quod militib. donatiuū. Ael. Spart.
in Aelio Vero, & Iul. Capitol. in Pio. So
lebat autē ultra ſtipendium dari liberali-
tatis cauſa, ut milites magis addicti Im-
peratoribus eſſent. Alc. C. de Annon. ci-
uilib. l. centum periſſeumatis. lib. xj. Sp.

PERISSOLOGIA, id eſt, uerborum ad-
iectio ſuperflua: quam & conculcationē
noſtrates uocant. Gloſs. l. lecta. ff. Si cert.
pet. cuius quoque exempla plurima in
Iuſtiniani Autent. habemus. Vlpian. l.
j. de Aedilit. edict. Vitium, morbumq;
Aediles dixerunt, tollendę dubitationis
gratia. ἐκ παραλλήλου, id etiam à Gramma
ticis τὸ αὐτὸ dicitur. Alciatus de Verb. ſig.
lib. iiij. Spieg.

PERISTEROTROPHIVM, quod &
periſtereon dicitur, locus in quo colūbæ
habitant, Latinè columbarium: quam-
uis columbarium propriè ſit loculamen
tum ſingulis columbarum paribus præ-
paratum.

PERITIA propriè iuris eſt, Inſtit. de Iur.
Nat. in prin. Huius autem mater Expe-
perientia eſt. Nec Philoſophus præcipit
ocioſe, ut fides ei maxima adhibeatur in
ea arte, in qua diutiſsimè ac diligentiſsi-
mè uerſatus fuerit, plurimaq; expertus.
Sed & apud noſtros regulare eſt, ut peri
tis credatur de qualibet re. l. j. in prin. ff.
de Inſpicien. uent. l. ſeptimo menſe. ff.
de Statu hom. Sp.

PERITIA, epitheton docentis eſt, facun
dia dicentis, differentis copia, interpre-
tantis ſubtilitas. l. j. C. de Profeſs. qui in
urbe Conſtantinop. lib. xij.

PERITI habentur, qui multa experti
ſunt, uocati ab antiquis Iuriſprudentes,
quibus ſcilicet ab experto noti eſſent, at-
que ab obſeruatione ritus patrij, leges,
mores, conſuetudines: quiq; memoria te
nerent, qua in cauſa, quoq; in negocio,
uel ancipiti, ac maximè dubio, uel oppi-
do quàm difficili, quid à maiorib. uel iu-
dicatū eſſet, uel conſtitutum, uel publicè
etiam ſancitum: unde qui huiuſmodi fa-
cultati

cultati dant operam, Legum periti, ac iuris dicuntur: cacꝫ cognitio appellatur à doctis pariter, atcꝫ indoctis Peritia, teſte Pontano, de Prudentia, lib. iiij. Ad eiuſmodi peritos Legum, & minimè ad leguleios, aut rabulas forenſes arbitror pertinere l. Iuriſperitos. ff. de Excuſat. Doctũ, & Peritum, cum ſimile uideant, à Ciceron. diſcretum eſt, ut ſit Peritum plus quàm quod Doctum. Sp.

PERIVRARE, quoties in libris Digeſtorum legit eſt uitiũ ſcriptoris, quoniã teſte Nebriſſ. in Pandectis Florẽtinis ſemper pro eo legitur peierare. Huc accedit emendatior Haloandri editio.

PERIVRII, hoc eſt, falſi iuramenti pœna extra ordinem eſt. l. fin. iunct. Gloſſ. ff. de Crim. ſtellion. Sp.

PERIVRVS, qui iuſiurandum uiolat: uel qui iurãdo ius peruertit. Porrò ſemel periurus, ad præſtandum iuramentum admittendus non eſt. Vide Bart. in l. ſi quis maior. C. de Tranſaction.

PERMITTO. Cum Imp. uel Lex hoc uerbo, ſimili' ue utitur, quia præſentis eſt tẽporis, ipſam Legum indulgentiam ſignificat: quæ perpetua eſt: non item iudicis opem plerunꝙ temporariam. ut docet Bart. in l. iubemus. ij. §. ſanè ſi hęc noſtrę. C. de Sacroſanc. Eccl. Sp.

PERMISSV meo, pro permiſſione, exemplo Cic. in l. j. ff. Ne uis fiat ei. Sp.

PERMISSVM ad certum tempus, cenſetur exacto illo prohibitum. l. Imperatores. ff. de Poſtul. ex Alberic. Sp.

PERMVTARE pecuniã, eſt, inquit Bud. per menſam mittendã curare. Permutare uerò ęre alieno, ſignificat cõmutare in alienum debitũ, & alieni debiti uice accipere. Idem obſeruauit, permutare, pro emere poſitum apud Plinium.

PERMVTATIO nihil aliud eſt, quàm cõtractus, do ut des. l. naturalis. §. j. de Præſcript. uerb. Diuiditur in Do ut des, Do ut facias, Facio ut des, Facio ut facias: & in Permutationem, iuxta Paulum Caſtrenſem, in l. ij. de Iureiurand. Obtinet autem Permutatio inſtar emptionis. l. ſciendum. §. emptores. ff. de Aedil. edict. Spieg.

PERNICIES, nõ deſtructionẽ, ſed propriè exitium. **Entlich verderbung**, uel **gäntzlichen abbrüch** ſignat, apud Iuſtinianũ, Inſtit. Quib. alien. licet. §. j. in fin. Expone ibidem, ſubſtantię earum. **Jre leibs narung**. Sp.

PERNICIOSVM urbibus mercimoniũ hoc eſt, damnum afferens. **das gemeyner Burgerſchafft zů ſchadẽ reychet.** Nobiliores natalibus, & honorum luce conſpicuos, & patrimonio ditiores exercere prohibet Imp. l. iij. C. de Commerc. & mercat. Spieg.

PERNOCTARE. Pomponius, Pernoctare extra urbem intelligendus eſt, qui nulla parte noctis in urbe eſt. per enim totam noctem ſignificat, in fin. l. urbana familia. de Verb. ſig. Lege, Abnoctare. Spieg.

PERORARE cauſſam, idem quod noſtris cõcludere. Pedianus in Verrinis autor eſt, quod Prætor accerſitis omnibus eiuſdem cauſæ iudicibus, ad ſuum tribunal conſidentibus perorari cauſſam iubebat, & ubi ab utraꝙ parte ſatis dictũ fuerat, impoſita cuicꝫ, qui finierant, neceſſitas dicendi, DIXI: tum Pętor pronunciabat DIXERVNT, & in conſiliũ iudices mittebat. De perorata cauſſa eſt Tex. in l. patre. ff. de Quæſt. Quod teſte Salomonio Accurſ. non intellexit. Sp.

PERPETVA locatio. Tametſi olim Iuriſcoſs. ueteres tractarint de ea, alij tamen ad uenditionem, alij ad locationẽ referendã exiſtimarunt. Quare primus Zeno Imperator conſtituit propriũ cenſeri contractũ, qui Emphyteuticus dicatur, habeatcꝫ ſuas pactiones cõtrahentium, uel (ijs deficientibus) interpretationes à iure, ſicut alij cõtractus teſte Iuſtiniano. Inſtit. de Locat. l. j. C. de Iur. Emphyteu. Veteribus tamen ſimplici forma cognitus fuit ex Oldend. Spieg.

PERPERAM. Scæuola l. iij. §. ſi quis ita. de eo quod cert. loc. Si quis, inquit, ſtipuletur Epheſi x. dari, ſi deueniri Epheſum poſſit, agat: perperã ante diem agit. Dubitatũ fuit, an perperam, id eſt, nihil agat? quia nec actio, nec obligatio orta ſit, ut quidam exiſtimauere: an perperã, id eſt, malè. quia licet orta ſit obligatio, in l. ita ſtipulatus. de Verb. oblig. actio tamen impediatur. Quæ eſt, ut Alciatus teſtatur, crebrior ſententia, in quam & ipſe docendo ſolitus ſit tranſire. Quoniã uox Perperam, uidetur à Græcis accepta, conformatacꝫ ex duabus dictionibus, περì, id eſt, ultrà, exceſſiuè, & πέραν,

eiuſdem ſignificationis: ut perperam fieri dicatur, in quo modus tantum exceditur. Vide cap. pen. lib. j. Parerg. Cæterũ, perperam factum, quandoq; accipitur, quod dolo factũ eſt, à Perperis fratrib. qui & Cercopes dicti ſunt, & impoſtores erant: unde Græcis περπερένομαι uerbum, petulãter, aut doloſe agere. Ex Alciato ibid. Sp.

PERPETRARE, perfectionem actus, & plerũq; in mala re denotat l. fin. §. ſi quis autẽ. ff. de Bon. eor. qui mort. ſibi conſciuerũt. Iuſtinian. Inſtit. de Publ. iud. Sin autẽ per uim raptus uirginis fuerit perpetratus. Vide Alciat. in Comment. Sp.

PERPETVALE. Quintil. lib. ij. cap. xiiij. καθολικὰ, id eſt (ut dicamus quo modo poſſumus) uniuerſalia, uel perpetualia. Spieg.

PERPETVARE, ſine intermiſsione continuare: quod fit per ſucceſsionẽ, & ſurrogationem. Vide Bart. in l. eum qui debere. ff. de Seruitut. urban. prædior. Sp.

PERPETVARII dicuntur, qui fundum à principe, uel à Republ. cõductum, certo canone in uitam ſuam habent: uel etiã hac lege, ut ad alios trãsferre poſsint. l. fin. C. de Locat. præd. ciuil. lib. xj. Sp.

PERPETVARII fundi, ad diſtinctionem, ut uidetur, Emphyteuticorum, dicti ſunt.

PERPETVAE trabes, id eſt, ſolidæ, & nõ coagmentatæ, inquit Budæus.

PERPETVO, pro generaliter, in l. Neſennius. §. tractatum. ff. de Negoc. geſt. Aliquando pro incommutabiliter. in Aut. hoc ius porrectum. C. de Sacroſ. eccl. Spieg.

PERPETVO inductæ res in prælium dicuntur, quamdiu inibi ſunt neceſſariæ. l. debitor. ff. de Pignor.

PERPETVO, & certo tempore opponũtur. l. falſo. C. de Diuerſ. reſcript. §. fin. l. purè. ff. de Doli excep. Sp.

PERPETVO durare, id eſt xxx. annis. ut de actione ciuili dicitur. Inſtit. de Perpet. & temp. act. Sp.

PERPETVO morbo aliquo negocijs ſuis ſupereſſe non poſſe. apud Vlpian. in l. Et qui. ff. de Poſtuland. Sp.

PERPETVVM, pro centum annis. teſte Bart. in l. ſi uſusfructus. ff. de Vſufr. leg. Spieg.

PERPETVVVM, teſte Budæo, pro generali accipitur, & quod ſemper obtinet. Paulus: Cum hæreditas ex fideicom. cauſa reſtituta eſt, ſi ante cõpromiſſum eſt, puto fideicommiſſarium cauere debere hæredi. Nam quod dicitur, retinere eum oportere, non eſt perpetuum, id eſt, non ſemper accidit. Vide ſuprà, Aeternus paries. Spieg.

PERPETVVM, pro continuato, non interrupto, aut tẽporis ſpacio intermiſſo. l. ſeruitutes, primo reſponſo. ff. de Seru. l. purè. §. fin. ff. de Doli except.

PERPETVVM eſſe nõ poteſt, quod perſonis, non rebus conceditur. l. ſordidorum. C. de Excuſat. mun. lib. x. Sp.

PERPETVVM ueſtimentum, quatenus durat, accipitur l. id ueſtimentum. ff. de Pecul. Quandoq; pro decẽnio ſumit̃, ut in l. nã Imperator. ff. de Legat. In ſumma, multiplicẽ hæc dictio habet intellectũ, unde ad materiæ qualitatem reſpiciendum eſt, arg. l. ſi uno. ff. Locati. quod & Albericus admonuit. Sp.

PERPLEXVM caſum, pro maximè dubio Commentatores accipiunt. Habent autem Perplexa in iure noſtro, inſtar Ceratinorum, Crocodolinarumq; queſtionum apud Sophiſtas. Accurſius uocat Circulare dubium, in l. Claudius. Qui pot. in pig. hab. Sp.

PERQVAM, pro nimis. Vlpian. in l. proſpexit. §. j. in fin. ff. Qui & à quib. manũ. Quod quidem per quàm durum eſt, ſed ita Lex ſcripta eſt. Spieg.

PERRARO l. fin. de Senator. l. ij. de Iudic. Albericus.

PERSCRIBERE, eſt etiã in tabulas publicas, in actaq; referre, In der Statt oder Gerichtſbůch anzeychen. quod in Regiſtro ſcribere, uulgò dicunt, uocabulo à Regeſtis corrupto. Modeſtinus in Tract. de Decurion. Sola, inquit, albi perſcriptione minimè Decurionẽ factum, qui ſecundum Legem Decurio creatus non ſit. Cicero Perſcriptiones, pro contractib. & inſtrumentis pactorum. Item Perſcriptorem, pro tabellione, ſiue cautore, qui formulas concipit, Budæo in Annot. poſter. indicante, poſuit. Spieg.

PERSCRIPTVM dicit̃, quod literis conſignatum eſt, & monumentis antiquis continetur, apud Cicer. teſte Budæo, iuxta D. Olden. Hodie perſcribi rectè dicimus

mus id, quod ad publicum ſcribitur monumentum, **in das Statbüch ſchriben**. Aliàs perſcribere, eſt totum ſcribere, **gar auß ſchreiben**. Sp.

PERSCRVTARI, hoc eſt, diligenter inquirere, alieni regni arcana non ſunt. l. mercatores. C. de Commerc. & mercat.

PERSCRVTARI naturam criminis, hoc eſt, rationē, non autē ſpeciem oportet.

PERSECVTIONIS uerbo, inquit Vlp. extraordinarias perſecutiones puto contineri. Eſt autem Perſequutio propriè, officij iudicis imploratio, pertinetq; ad mixti Imperij cauſas, ſicut Accuſatio ad meri, & Actio ſimpliciter ad nudam iuriſdictionem, teſte Alciato. Vide l. actio in perſonā. ff. de Action. & obligat. Sp.

PERSECVTIO parit actionem, hoc eſt, perſecutio obligatæ rei aduerſus poſſeſſorem eius, facit actionem hypothecariam cenſeri in rem: accipitur enim, parit, ſcilicet, quantum ad cauſam formalem pertinet. nam materia, eſt poſſeſsio obligati pignoris, ut docuit in Copia D. Oldend. Pignoris perſecutio in rem parit actionem creditori Vlpian. ait. ff. de Pignor. & hypoth. Sp.

PERSECVTORES ſunt, qui Gręcè ἐκδικίται dicuntur: quorum munus eſt, iudicio experiri contra eos, qui aurum, uel pecuniam, uel argentum reipublicæ debent.

PERSEQVENDI uerbum, in definitione actionis, omnes in uniuerſum apud iudicem poſtulationes cōplectitur, tam ordinarias, quàm extraordinarias: etiam eas, quæ inſtar Actionum obtinent. Veluti Cautiones, Dāni infecti, Legatorū, Euictionis, &c. Item Interdicta, & uniuerſæ officij iudicialis expeditiones, cōtinentur ſub appellatione perſequendi. Id enim quod petimus, uel poſtulamus, uel imploramus, noſtro, aut alieno nomine, rectè dicimur perſequi. Vlp. in l. pecunia. §. perſecutionis. Paul. in l. quib. §. ult. de Verb. ſig. Oldendorpius. Accurſius in fin. l. cui præcipua. de Verbor. ſig. perſequi pro cōſequi exponit. quod Alc. nō probat. quia proprie illud perſequimur, quod nōdum ſumus cōſequuti. Sp.

PERSEQVI iniurias & pœnas, pro ulciſci, apud probatos autores.

PERSEQVI rem, pro petere. Inſtit. de Action. in prin.

PERSEVERANTIA, diuortium oſtendit. l. diuortium. ij. ff. de Diuor. & repud.

PERSEVERARE in obſtinatione. l. diffamari. C. de Ingen. & manum.

PERSISTERE in actione, pro continuare actionem propoſitam. C. Quom. & quand. iud. Aut. qui ſemel.

PERSOLVERE in totum, & perfectè ſoluere. l. amnem. C. ad Trebell.

PERSONA tam hominem, quàm qualitem hominis & conditionem ſignificat. Hinc Perſonalis actio, quæ in perſonam fit. Vlpian. haud ineleganter accipit Perſonas in l. fundi. de Act. empt. pro figuris eminentibus in ædificijs, è quarū roſtris aquæ ſalire ſolent. Extat epiſtola Ant. Codri Vrcei ad Ioan. Garronē Iuriſcos. celebrem, qua ſuper huius uocabuli propria ſignificatione, quàm eleganter diſſerit, lectu profectò digna. Seneca Perſonam uocat, cum præ ſe fert aliquis, quod non eſt. ut ſuprà in dictione Fucum facere, latius indicauimus. Cæterùm Perſona in criminibus dupliciter cōſideratur: & eius qui fecit, & eius qui paſſus eſt: ut ex Iurecoſs. Placentinus, ut omnia, exactè declarat lib. vj. Huius Epitomen in Codicem abs apprimè docto uiro Rhodio Chambergo promiſſam auidè expectamus: cui interim haud uulgariter abs quouis optimo gratiæ agendæ, de ijs quæ Placentini nomine tanto à ſe perpolita labore, nobis cōmunicauit. Profectò Placentinus ille, cunctis legum tyrunculis præ cæteris omnino placere debet. Multa enim complectitur breuitate, ſed perſpicua, eademq; concinnè atq; floridè. Nihil hic languet, nihil hic iacet, ut in plæriſq; uerboſis Cōmentarijs, non multo pòſt Bart. uſq; ad noſtrā memoriā imperitè, obſcurè, confuſeq; perſcriptis. Perſonæ item appellatione, teſte Alberico, ciuitas, municipiū, caſtrum, collegium, uniuerſitas, & quodlibet corpus continetur. Sp.

PERSONA publica, id eſt, tabellio. §. cum autem impubes. Inſtit. de Adopt.

PERSONA eadem, cenſentur pater & filius. C. de Impub. & alijs ſubſtit. l. fin. Sicut perſona teſtatoris & hæredis. Aut. de iureiur. quod mor. de modo ſui patrim. præſtit.

PERSONAE uicem ſuſtinet hæreditas. l. hæreditas. ff. de Acquir. rer. dom.

PERSONALE munus. Lege infrà, Vigilantia. & §. æquè perſonale munus. l. j. ff. de Mun. & honor.

PERSONALIA, quæ perſonam nō egrediuntur. l. j. de Conſtit. Princ.

PERSONALE pactum. Vide l. Iuriſgentium. §. pactorum. ff. de Pact.

PERSONALIS fideiuſsio quæ ſit, notat. in Aut. de Exhibend. reis. §. ſancimus.

PERSONALIS actio, quæ in perſonam fit.

PERSONAM uiri, Ciceronē pro A. Cluentio dixiſſe contra aliquorum opinionem, obſeruatum eſt.

PERSONAE coniunctæ, quotum pertingant gradum, Bart. docet in l. ſed & hęc. in prin. ff. de Procur. Et ibid. tractat, An nothi, ſpurijꝗ; nomine ueniant coniunctæ perſonæ. Sp.

PERSONAE egregię quę ſint, uide Gloſ. in l. ad perſonas egregias. ff. de Iureiur.

PERSONAE ſpeciali lege exceptæ. l. patri. in fin. ff. de Minorib.

PERSONAE miſerabiles. Lege, Miſerabilium perſonarum.

PERSONAE neceſſariæ quæ ſint. Gloſs. in l. Imperator Antoninus. ff. de Pact. indicat. Vide ſuprà, Neceſſariæ perſonæ. Spieg.

PERSONAE ſpecioſæ. Vide, Spectabiles.

PERSONAE ſpectabiles. Lege, Spectabiles.

PERSONAE turpitudine notabiles, apud Iuriſconſ. in l. j. de Poſtul. Sp.

PERSVADERE, τῶν μέσων ἐστι. Nam & bonum conſilium quis dando poteſt perſuadere, & malum. l. j. ff. de Seru. corr. & ibidem. Perſuadere plus eſt, quàm compelli atꝗ; cogi parēre. Vtrum quis perſuaſor delicti habendus ſit, de eiuſꝗ; pœna, Bart. diſſerit in l. non ſolum. §. mandato. ff. de Iureiur. Sp.

PERTICA, eſt linea qua diuiduntur agri, autore Seruio Sulpit. ut indicat Feſt.

PERTICAE uerò, quibus amneæ deteguntur inſtrumenti ſunt domus. l. quæſitum. §. canales. ff. de Inſtruct. & inſtrum. legat. Spieg.

PERTINAX cōtentio dicit̄, cum neuter ęqualium, altero uult inferior uideri. Sp.

PERTINERE uerbum, latiſsimā habet ſignificationem. ſiue enim res aliqua ad me iure dominij, ſiue etiam iure poſſeſſionis tantum ſpectet, pertinere dicitur: idem ſi iure pignoris: ſed & ſi nullo iure pertineat, ſed pertinere poſsit, idem dicendum eſt. Ex Alc. Spieg.

PERTINET. Vlp. de Cloac. l. Prætor ait, Quo minus illi cloacam, quæ ex ædibus eius in tuas pertinet ædes, qua de re agitur, purgare, reficere liceat, uim fieri ueto. Quod ait Prætor, Pertinet: hoc ſignificat, quod ex ædibus eius in tuas ædes pertinet, hoc eſt, dirigitur, extenditur, peruenit. Sp.

PERTINENTIA, acceſsiones, uel acceſſoria, eandem habent teſte Old. ſignificationem. complectuntur autē omnia illa, quæ uel ſcripta lege, uel cōſuetudine, uel ſpeciali ſtatuto deſignata recepta'ue in hoc ſunt, ut alicui rei extrinſecus accedāt. c. j. de Cenſib. c. cū cōtingat. de Decim. ſicut enim fructus ex re ipſa proueniunt, ſic pertinentia adijciuntur rei. Sp.

PERTINENTIA in materia teſtium, dicuntur, ſiue declarationem reſpiciant, ſiue connexa articulis ſint. Arg. l. ij. ff. de Iuriſd. om. iud. Idem, ſi eorum appendices ſint. l. ſi quis hæres. de Act. hæred. & qualitercunꝗ; pertineāt, etiamſi leuiter, ſatis eſt. c. quoniā. ubi Bald. de Teſt. Vt quia modicè adminiculentur. l. ad probationem. ubi Bal. C. de Probat. Sp.

PERTINACIA perſeuerantiæ finitima eſt, inquit Cicer. & in bonum & malum accipitur. Hinc Pertinacia, hoc eſt, obſtinatio, hæreticum hominem facit. l. nullus. C. de Sum. trin. Quapropter omniū conſenſu, ſi quiſpiam in Trinitate nō rectè ſentit, niſi admonitus perſiſtat, hæreticus dicitur. Vide Alciat. in Rubr. iam alleg. Spieg.

PERVELLERE ius, pro de iure noſtro obtrectare, ut inquit Bud. citans Tullij locum è primo lib. de Orat. Sp.

PERVENISSE, Vlpian. ait, propriè illud dicitur, quod eſt remanſurum, deductis omnibus expenſis. Aliquando tamen etiā dicitur, quod remanſurū nō eſt. l. uideamus. §. j. ff. Quod met. cauſ. Perueniſſe uerò ad hæredem, ut accipiendū ſit, declaratur in l. hæredem. ff. de Dolo. & ſeq. adde l. utrum autem. ff. de Petit. heredit. Ad me autem perueniſſe quid dicatur, Alciat. in Comment. de Verb. ſig. explicat. Spieg.

PERVERSVS, ait Valla, dicitur, qui uerſatur in malo, & à bono uerſus eſt. Sp.

PERVERSI

PERVERSI iudices, qui uel corruptela, uel ira, uel alio affectu ab officio deflectunt, apud Imp. Conſtantinum. C. de Exact.tribut.l.ij. Vel à peruerſis,uel inuitis iudicibus.

PERVERTERIT,pro ſubuerterit. Martian.in l.j. de Falſ.Is qui peruerterit uiui teſtamentum,Legis Corneliæ pœna tenetur.Sic in Verr.Cicero, Peruertere uectigalia dixit.Sp.

PERVICACIA,eſt interdum bonarũ rerum.Pertinax quis dicatur,tradit Bar. in l.iij.§.tutores qui repertorium.ff. de Suſpect.tut.Spieg.

PES,non eſt ultima tantum pars corporis, ut dicit Gloſs. in Rub.de Pedan.iud.C. lib.iij ſed dicitur id totum,quod eſt à femore ad calcem.Sp.

PESTIBILIS fundus,apud Impp.Diocl.& Maxim.id eſt,ut ipſi exponunt, peſtibiles herbas, uel lethiferas habẽs.l. pen.C. de Aedil.action.Sanè uocabulum inſolens. Certè deſideramus in Principum Conſtitutionib.eam Romani ſermonis puritatem, quam ueteres Iuriſcoss.feliciter conſeruarunt.

PESTILENS cœlum,ſalubri opponitur. l.j.§.j.ff.de Cloac.Spieg.

PESSVM dat,pedibus percutit, noue dixit Paulus,cum in edicto Aedilitio, Bouem,inquit,qui corruperit uitioſum, itẽ mulas quæ peſſum dant.autor Alc. Ceſſim eunt,habet text.Noric.Alij,Peſſundant.Sp.

PETO, pro repeto. Gloſs. & Bart.in Rubric.Solut.matr.l.petenti. ff. de Pig.act. Alioqui uerbum eſt latiſsimum.l. actio in perſonam.ff.de Act.& obl. Reſtringitur tamen per ſequentia. l. amplius. de Petit.hæred.cum ſimil.Sp.

PETERE uerbum, quoties agitur de obligatione inducẽda,pro ſimplici interpellatione accipitur.l.ſi decem. de Verbor. oblig.l. item.§. petitam. de Petit.hæred. ita quum ad iudicium particulare refertur,poſt litem conteſtatam intelligitur.l. amplius.ff.Rem rat.hab.Sp.

Non petere,aliqua uidetur differentia. An quis promittit non petere, an deſiſtere à lite, & ex parte ſua adimplere.l.deſtitiſſe.ff.de Iudic.Sp.

PETERE,pro nãciſci honorem,uel ſacerdotium, nunquam lege Rom. prohibitum fuit,ſed contra Leges de Ambitu latas petere,id demum erat uetitum. Vide Modeſtin.eod.tit.Sp.

PETERE pœnas ab aliquo, quod & exigere dicitur.

PETERE ſecretum, id eſt, ſecedere in aliquem locum ſecretum.

PETI dicuntur,quibus oculi leniter declinantur, & cum uenuſtate. Vnde etiam Veneri petos attribuunt oculos: quod uitium quidem ſit, ſed non aſpernabile, non inamabile.Rhodig.

PETI,agi,uendicari,ad officium iudicis referuntur: qua de re diffuſius diſputat Alciat.Parad.lib.ij.cap.x.

PETITIO, pro actione priuata, apud Quintil.lib.iiij.cap.iiij. Et pro impetitione,& aggreſſu gladiatorum, à Cic.uſurpatur in Oratore perfecto. teſte Budæo. Spieg.

PETITIO,intentio actoris, in rem tantũ actionem continens.l. pecuniæ.§.j.ff.de Verb.ſig.l.actio.de Act.& obl.

PETITIO hæreditatis quo iure, quibus'ue competat, declarant Iurecoss.tit. de Petit. hæredit. Compendioſe, ſed exactè, quæ huc ſpectant, Placentinus pertractat tit.iij.lib.de Rei uend. Obſeruandũ autem, quòd petitio hæreditatis tam in actione, de Petitione hæredit.quàm de Bonor.poſſeſſoria hæredit.petit.aliquãto laxius, non propriè pro hæreditate, ſed pro declaratione hæreditarij iuris, quo actor intendit ſuas eſſe res à teſtatore relictas.l.licet minimam.ff.de Petit. hæred. Quod & Bart.animaduertiſſe in l.iij.de Bonor.poſſeſ. Old. refert claſs.v. Action.vj.Spieg.

PETITOR, qui petit,& litẽ intendit. Cicer.pro Cecin. Etenim ſi Prętor is qui iudicia dat,nunquã petitori prę ſtituit,quã actione illũ uti uelit.Sed eſt reperire, ubi pro poſtulatore tantũ accipitur.ut in l. ſi autẽ.§.ſi homo.ff.de Rei uend. Propriè uerò intelligitur à lite conteſtata. l. amplius.ff.Rem rat.hab.l.ſi bonæ fidei poſſeſſor.ff.de Petit.hæred.Sp.

PETITORIO iudicio dominiũ rei perpetuũ perſequimur:Poſſeſſorio intẽdimus de poſſeſsione uel adipiſcẽda,uel retinẽda,uel recuperãda.Gloſs.in l.fin.C. Qui legit.perſon.Satius tamẽ eſt poſſeſſorio, quàm petitorio agere.l.is qui deſtinauit. & ibi.Bart.ff.de Rei uend. De petitorio & poſſeſſorio,plenè tractat Specul.Sp.

PETVLANTIAM, pro improbiore facto, ein mütwillige that, Claudian. uiolentiæ opponere uidetur. in l. aut facta. §. qualitate. ff. de Furt. Accurſius pro contumacia exponit, ſed perperam. Sp.

PEXAE ueſtes, quæ in ſuperficie quaſdã ueluti lanoſas extuberantias præ ſe ferunt. Proinde Pexa ueſtis, ſiue noua ſit, ſiue uetus, ſiue uilis, ſiue precioſa, certè lanea eſt. Vide Eraſm. in Vita diui Hieronymi paulo antè finem. Sp.

P H

PHALARICA, genus eſt machinæ bellicæ, nempè uelut ingens haſta ferro præmunita, quæ neruis tortilibus magno impetu mittebatur. Eraſ.

PHANATICVS. Lege, Fanaticus.

PHANTASIA, eſt imaginatio eius, quod eſt: Phantaſma uerò, eius quod non eſt. Autor Suidas.

PHARMACVM, medium uerbum, quod pro ueneno, & pro medicamento accipi poteſt. Vnde Caius Iuriſcõſul. Qui Pharmacum dicit, debet addere, bonum, uel malum. Spieg.

PHASIANARIVS, qui phaſianos paſcit. Paul. Iuriſcons. Phaſianarij autem, & paſtores anſerum, non continentur. Spieg.

PHILODICI dicuntur, Iuris ſtrepitu gaudentes. Bud. in. l. j. de Iuſt. & iur.

PHILOSOPHARI, pro temperare affectibus, & aduerſas res acerbas, infracto eſſe animo, non noſtris tantum ueneran dis columnis Eccleſię, Chryſoſtomo, Baſilio, & Gregorio Nazianzeno, ſed & Ciceroni eſt. Locum citat Eraſ. in Chiliad. Sp.

PHILOSOPHIA Moralis, eſt noticia Legis naturæ, & concluſionum, quæ ex illa in demonſtrationibus ſequuntur, de moribus, & omnibus honeſtis actionibus. At teſte Philippo, eruditiſsima diffinitio eſt hæc: Philoſophia moralis, eſt pars illa legis diuinæ, quæ de externis actionib. præcipit. Eam diuus Paulus uenuſtè ius Dei uocat Rom. j. Porrò nos cum Inſulano ad moralem Philoſophiam referimus quoq; ius Ciuile, hiſtoriam, pręſertim ueterum temporum, apophthegmata ſapientum, & fabulas eruditas.

φιλία σοφίας, amor ſapientię: & φίλος σοφίας, amicus ſapientiæ. cuius contrarium eſt ἀφιλοσοφία, qua ſapientiam quis, & rationes auerſatur. Viues Speuſippum citat. Spieg.

PHILYRA, ſeu Philura, arbor tilia eſt. Et Philuræ, librariorum chartæ dicuntur ad ſcribendum aptæ, ſiue illæ ſint ex tiliæ tuniculis interioris corticis, ſiue quacunque alia materia. Vlpian. de Legat. iij. l. librorum appellatione. Siue in philyra, inquit, aut in corio aliquo, ut nonnulli conficiunt. Nebriſs. Philyram, corticem eſſe tiliæ, Græci adſeuerant, in quas notas uerborum & ſenſa mandari literis ſæpè proditum eſt. autor Alexan. de Alex. Genial. dier. libro ſecundo cap. xxx. Sp.

PHOLIS, ſub Theodoſio Iuniore tributum mulorum ab eo conſtitutum Conſtantinopoli: quòd his ſibi in bello opus eſſe diceret. Phollis autem aliud tributi genus eſt, quod nobiliores quiq; ciuitatis pendebant, prout ſecundum habitationes fuerant comprehenſi: ut nobilitas quæ ad bonam fortunam illos perducere debuerat, hoc incommodi ſecum afferret: primo quidem tributo auri libræ octo, ſecundo quatuor, tertio duæ pendebantur. Et ut ait Eſychous illuſtris philoſophus in vj. Hiſtoriæ de Tempor. diuiſ. Phollis pondus eſt, alio nomine dicta Balantium. trahit autem Donos ccl. hoc eſt, libras cccxij. & uncias vj. Singuli uerò Doni libram j. & uncias xij. comprehendebant. Eſt & alius Phollis coactus ex argenteis leptis, qui militibus quos Miliarios uocabãt, dabatur. Lepti autem Ceration unũ cum dimidio continent. Ita Phollis iſte argenti, ceracia ccviij. habet, & nummos ix. quæ ſumma nunc ualet millia cix. Eſt & Phollis alius, à duabus auri libris incipiens, & uſque ad octo procedens, prout ſoluentium tributa ſubſtantiæ patiebantur. Verùm Suidæ Phollis maſculini generis, eſt obolus. Idem in dictione, κέρματα, ducẽti & x. oboli, quos Pholeis uocant. Et hoc ſenſu ab Auguſt. de Ciuit. Dei. ult. lib. capit. tametſi Beroald. in Apuleio Pholles legerit: cũ ea uox nunquam pro pecunia accipiatur. teſte Alc. in Rubr. C. de Prætor. & hon. Pręt. lib. xij. Sp.

PHONASCI, erant formandæ uocis magiſtri: quorũ ars dicebatũ φωνασκία. utiles ijs qui cauſas in foro agunt, aut quib. in magna hominũ celebritate aliquãdo dicendum

cendum eſt. Bud. in l. athletas. de his qui not. infam.

PHRENESIS, proprie cerebri paſsio eſt, principales actiones eius lædens, mentemq́ commouens, & inſanire faciens: à pallida, ſeu flaua bile proficiſcens. Latinè inſaniam dixeris. Hinc Phrenetici dicuntur, qui phreneſi laborant. Vlp. l. j. §. apud Viuianum quæritur. uerſ. interdũ tamen. Veluti, inquit, cõtingeret φρενιτικῷ. Producenda eſt autem, contra uſum, pen. ſyll. uocabuli, Phreneſis. Sp.

PHYLACA. Lege, Hydrophylacæ.

PHYTONISSA, uox in Canonicis Decretis barbarè ſcripta. Scribendum autẽ Pythoiſſa: qua uoce diuus Auguſtin. uſus in Ciuit. Dei eſt, pro uaticinatrice muliere, quam Græci Pytho uocant. Annotat Alc. in Parerg. Sp.

P I

PIA cauſa eſt, dum xenotrophio, uel miſerabilibus perſonis, puta uiduis, puſillis, & id ſimilib. quid relinquitur: alioqui ſi alicui diuiti quiſquam ob Dei amorem ſe legare dixerit, pia cauſa non eſt. Sicut cum quiſquam male ablatum, certæ perſonæ reſtituit. Vide Bart. in l. j. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Sp.

PIAE cauſæ quàm indulgeatur, indicat Alciatus in Comment. ad l. j. C. de Sacroſanct. Eccleſ.

PICENVM, cuius meminit Scæuola de Legat. iij. regio Italiæ eſt quondam uberrimæ multitudinis. Namque trecenta & ſexaginta millia Picentium in fidem Romani populi uenere. Ea nunc Marchia Anconitana dicitur. Sp.

PICTOR precioſus. Vlpian. Et ideo, ait, ſi precioſo pictori pollex fuerit præciſus, & intra annum, quo præcideretur, fuerit occiſus, poſſe Aquilia agi, eoq́ precio æſtimãdum, quanti fuit prius, quàm artem cum pollice amiſiſſet. Sp.

PIETAS eſt, ut inquit Cicero, primo de Natura Deorũ, iuſticia aduerſus Deos. Eſt & pietas cultus erga maiores, aut ſanguine coniunctos. l. in teſtamento. ff. de Fideicom. libert. qui quum eſt erga Deos, Religio nominatur. Auguſtinus: Pietas uera, eſt uerax Dei cultus, non cultus falſorum tot Deorum, quot dæmoniorum. Iure noſtro improbatur, quod pietatis prætextu fit cũ alterius iactura. l. eleganter. §. ſi compeditum. ff. de Dolo, et in l. ſi hominem. in prin. ff. Depoſiti. Pietas item accipit̃ pro miſericordia, quam alter exercet erga alterum, qui ſe iuuare non poteſt. Spieg.

PIETAS patris, extra reprehẽſionem eſt. l. j. §. utrum. ff. Quę in fraud. creditor. Sp.

PIETATE Deo pares ſumus. l. ſi imperialis. C. de Nupt. Sp.

PIETATI ratio habetur. l. j. ff. de Obſeq. patron. præſt.

PIETATIS reſpectus, in §. fin. l. ex duobus. & pietatis fiducia, in §. quanquam. l. liberto. ff. de Negoc. geſt. Sp.

PIGMENTVM, unguentũ quo utuntur puellæ ad uenuſtandam faciem. Vnde per translationem mendacium, atque fraudem ſignificat. quia is qui pingitur, non eſt naturalis color, ſed artificialis.

PIGMENTARIVS, qui pigmenta uendit, dicitur.

PIGNVS à pugno dicitur, quia res quæ pignori dantur, manu traduntur. autor Caius de Verb. ſig. Valla, Pignus, ait, ſignificat aliquid quod datur gratia certitudinis. ut creditori datur pignus: & qui decertant, deponunt pignora. Nec impropriè eſt id, cuius poſſeſsio traditur creditori, & præſertim rei mobilis. In hoc differens ab hypotheca, quæ rerum eſt immobilium. Alciatus de Verbor. ſignificationib. Quamuis Vlpian. utitur uerbo pignoris impropriè. l. j. de Pign. act. pro hypotheca. Siquidem pignus eſt propriè rei mobilis. l. plebs. de Verborum ſignificat. Sed Iuriſcos. non uult dicere propriè, ſed potius propriiſſimè, ac nimis anxiè. ut Apellus declarat. Budæus in l. pen. de Pignor. Pignus inquit eſt, quod Græcè ὑποθήκη, quaſi obligationi oppoſitum dicitur: uel quaſi ob fidem debiti ſuppoſitum: quod latinè, pignori opponere dicunt. Pignus enim tam de mobili, quàm immobili dicitur. Diuiditur autem pignus in hypothecam, & pignus. §. Item Seruiana. Inſtit. de Action. quod parum conſideraſſe iuris Ciuilis Interpretes, in l. j. de Pignor. action. monuit idem Apellus. Præterea, in ἀντιχρήσει, & pignus. Antichreſi utitur creditor, pignore non utitur. l. ſi pecuniam. eodem. l. ſi is qui bona. de Pignor. & hypot. Zaſio Pignus eſt triplex. Vnum Prætoriũ, quod datur à Prætore, à iudice uiuo, ꝓpter contumaciã, uel ut

ſeruentur legata. Aliud iudiciale, quod datur pro executione ſententiarum. Tertium conuentionale, quod inter creditorem & debitorem ſtatuitur. Vide eum Inſtit. de Action. §. item Seruiana. Sed & obſerua, quòd id quod pignori accedit, pignus eſt. De quo uide l. ſi conuenerit. §. ſi mala. ff. de Pignorat. act. Sp.

PIGNORI ponere prædia. Apud Scæuolam in prin. l. pater filium. ff. de Legatis tertio.

PIGNERO, uel pignoro, aut pigneror: quod uulgò dicimus, per executionem capere, hoc eſt, pignora capere, inquit Budæus. Pfänden. Sp.

PIGNERATICIA, quo diſtet ab hypothecaria, docet Bartol. poſt Gloſs. in §. & tertij. in prima Cõſtit. π. Item Speculat. tit. de Pig. & hyp. §. j. Quib. uerò modis oriatur, directa, uel contraria, idem tradit in l. ſi tibi. §. de Pignore. ff. de Pact.

PIGNERATICIVM, quod pignori datum eſt, ut res pigneraticia. Vir pigneraticius, cui pignus capere licet. Vlpianus: Quæritur in pigneraticio creditore, an pignoris perſecutio denegetur. Sp.

PIGNERATOR, qui pignus accipit.

PIGNORA iniuriæ, uitam & fortunas Cicero in Philipp. uocat, obnoxias iniurię. Valla cum filios ſignificat, non pignera, ſeu pignora dici uult: eo quòd ſint pignora coniugij, aut charitatis inter maritum & uxorem: tametſi Pontanus libr. j. de Aſpirat. indicat teſtimonio antiquiſsimi epigrammatis, apud uetuſtiſsimos latinos Pignus, emiſiſſe genitiuum pigneris, per e, non pignoris per o. Et hoc uerbum Supleo, unde dicta eſt, ſupellex, habere unum p.

PIGRVM ſeruum, ad incipiendum, Tardum ad perficiendum, Accurſ. annotauit in l. ſi quid uenditor. ff. de Aedilit. edict. Spieg.

PIISSIMVS, cũ hoc Ciceroni diſplicuerit, bonum, probumq; uocabulum eſſe non poſſe, Ciceronianis uidetur.

PILA ludere, apud Vlpianum l. item Mela. in princip. & Alfenum. l. ſi ex plagis. §. cum pila complures luderent. ad leg. Aquil. Pilæ uocabuli, adductis parum probatis uerſiculis, ſignificationes refert interpres. Vide Sipontinum. Sp.

PILEATI ſerui. Quære infrà, Seruorum ſpecies.

PILVS, nomẽ generale eſt, in animaliũq; fructu exiſtit. §. in pecorũ. Inſtit. de Rer. diuiſ. Pili non facio. Eſt latinis familiaris hæc hyperbole. Non facio pili. Ne pilo quidem melior. cum minimum quiddã momenti ſignificant.

PINACOTHECA, tablinum. In pinacothecis autem tabulæ pictæ, cælatum argentum, ſtragula ueſtis, ſigna, & ornamenta reponebantur.

PIRATA Græcè, latinè prædo dicitur. Piratica, ars ipſa. Hinc Piraticam facere dicuntur prædones. Piratarum meminit Iuriſcons. in l. in rebus. ff. Commod. Sp.

PIRATERIVM, habitaculum piratarum.

PISCARIA, locus in quo piſces uenduntur. Vlpianus teſte Budæo, pro uulgari ſignificatione uſus eſt in l. inter publica. de Verb. ſignific. nempe pro uectigali piſcium. Spieg.

PISCATIONIBVS prępoſiti, teſte Martiano in l. legatis ſeruis. de Legat. iij. non cõtinentur negociationis appellatione.

PISCINA. Vide, Tabulæ item. uerſ. præterea.

PISTORES qui ſint, uide C. de Piſtoribus libr. xj. & de Fund. inſtruct. l. ſi ita ſcriptum. & l. j. ff. Quod cuiuſq; uniuerſ. Spieg.

PISTRINVM, locus fatigationis erat plenus, & negocij operoſi, ac moleſti, uiresq; conficientis. Bud. in Pand. l. ſi fornicarius. ad Leg. Aquil.

PISTVRA, pinſendi artificium & ratio.

PITTACIVM, pro modico panno accipi ſolet, qui aliquo medicamento illitus, modò præcordijs, modò capiti dolenti imponi ſolet, ad mitigãdum cruciatum. Spieg.

PITYOCAMPAE, id eſt, erucæ in pinu naſcentes, inter uenenata numerantur à Martiano, ad Leg. Cornel. de Sic. Vide ſupra, Aconitum. Sp.

P L

PLACERE poſſe intelligitur, quod uiro bono placere debet. l. Thais. §. ſorore. ff. de Fideicõ. libert. Hoc uerbo pro decernere & ſtatuere Senatuſcõſulto antiqui utebanť. ut apud Cic. legimus in Philip. Iacobus Lerſenerus iur. Ciuilis deſignatus doctor, in eoq; longè omnium, quantum ad Textũ attinet, exercitatiſsimus, atque recti iudicij uir, obſeruauit uerbum

bum placet, ſeu placere, in iure non eſſe libiti, ſeu arbitrij, ut intelligat̃ iuxta uerſum, Sic uolo, ſic iubeo, ſit pro ratione uoluntas: ſed ſignificat, ex diuerſis nationibus & ſententijs elicere, quæ honeſtati, utilitati publicæ, iuri & æquitati magis erunt conſentanea. Sic accipitur in l. ij. ff. de Orig. iur. item in §. ſed & quod. in princ. Inſtit. de Iur. nat. gen. & ciuil. Eadẽ ſignificatione utimur in uernaculo, **Wir laſſens vns gefallen**. Sp.

PLACITVM, Latinè Decretum dicitur, Græcè δόγμα, καὶ ψήφισμα καὶ ἄρεστον. Budæus in l. ult. de Senator.

PLAGA, priore producta, percuſsio. Plagarum aliæ ſunt apertæ, ut uulnera recentia. Quædam ueteres, ut ulcera putrida, ſanieq́ purulenta fluentia. Aliæ uerò ſunt clauſæ, quæ & cæcæ dicuntur. Quarum etiam quædam ſunt notæ tantum, collectæ ex uerbere ſanguinis, & citra tumorem etiam: quæ Liuores dicuntur. Quædam uerò cum tumore. ut tumẽtia ulcera, & tumores, qui ex uerbere collecto in unum ſanguine fiunt: quamuis & citra uerbera in corpore tumores naſcantur. Ex Humelberg. Sp.

PLAGAE, priore correpta, ſunt retia rariores maculas habẽtia. Vlpianus de Fund. inſtr. l. quæſitũ. Aucupes, inquit, & plagæ huiuſmodi inſtrumento continebuntur. Nebr.

PLAGIARII, Roterod. ait, qui aliena mãcipia, ſeu liberos abducunt. Crimen plagium dicitur. Vulgò credunt dictos à plaga, id eſt, dolore, quo ille afficitur qui ſurreptus eſt. Sed huic ſententię plurima aduerſantur, Alciatus inquit, & in primis ratio ſyllabæ, quæ in Plaga producitur, in Plagio, uel Plagiario corripitur. Philelphus, quod uerius eſt, ſcripſit, ἀπὸ τοῦ πλαγίου id eſt, ab obliquo dici: quia obliquis quibuſdam artibus & dolis in ſeruitutem trahebant. Vnde & Græci πλαγιῶς, quandoq́ ſimpliciter pro doloſe, accipiũt. Quod Nebriſs. refert. ac propius ad Iuriſcoss. ſententiam accedit: Plagiarius inquit, propriè eſt, qui liberum hominem in ſeruitutem trahit, quiq́ hominẽ emit quem ſcit eſſe liberum: & qui liberum eſſe ſciens uendit, aut eo utitur quaſi ſeruo: nõ tantũ qui ſurripit ſeruos alienos. De quo tit. eſt apud Iuriſcoss. ad Leg. Fau. de Plagiarijs. Plagium uerò ipſa pœna quæ eiuſmodi plagiario infligitur. Spieg.

PLAGOSVS, qui ſæpè plagas infert, non qui plagis abundat.

PLANTA de arboribus dicitur ea, quæ transferendi gratia, uel de arboribus rapta, ut ait Seruius; uel ex ſeminibus eſt orta: & de herbis quoq́ dicitur. Inſtit. de Rer. diuiſ. §. ſi Titius. Sp.

PLANTARIVM, eſt & plantarum locus, & ipſa planta, ut ait Seruius, in terra nata; quæ cum radicibus transfertur de uno loco ad alium.

PLANVS locus, opponitur edito. Vnde apud Iurecoss. de, uel è plano, pro eo quod eſt, non in tribunali (quod editioris eſſe loci ſolet) aliquid ſtatuere, ſed planicie pauimenti ius dicere. Vlpian. l. j. de Conſtit. Princip. Vel cognoſcens decreuit, uel de plano interlocutus eſt. Paulus de Quæſt. in l. unius. in fin. Cuſtodiæ nõ ſolum pro tribunali, ſed & de plano audiri poſſunt atq́ damnari. Sic apud Martianum & Papinianum. De plano igitur peti, opponitur, cauſæ cognitionem pro tribunali deſiderare, uel decretum expoſcere. Vlpian. in l. ij. §. in bonorum poſſeſsione. ff. Quis ord. in bonor. poſſeſs. ſeruet. Spieg.

PLATEA, uia latior, fereq́ militaris, pretoria, conſularisq́ dicit̃. Vide Bart. in l. qui ſellam. ff. de Seruit. ruſt. præd. Sp.

PLATO ſummæ prudentiæ & autoritatis apud Græcos, in l. poſter. ff. de Nund. Georg. Trapezuntius Platonis uitia expendit plura, cõditis uoluminibus, à Beſſarione tamen inſigniter eſt proſciſſus. Io. Lodouicus Viues tit. iij. lib. iiij. Rectè inquit, qui dixit, Ariſtotelis doctrinam facere impios, Platonis uerò ſuperſtitioſos & dæmoniacos.

PLAVSTRA, Valerius Probus ſic ait, ab imperitis dici, Ploſtra eſſe dicendum, tametſi uſus Plauſtra obtinuit. Suetonius narrat, admonitum Veſpaſianum à Floro, ut diceret Plauſtra, non Ploſtra: Imperatoremq́ poſtridiè Flaurum illum ſalutaſſe, nõ Florũ. Vlpian. Si ex ploſtro lapis ceciderit, et quid ruperit, uel fregerit, Aquilia ploſtrarium teneri placet. l. ſi ſeruus ſeruũ. §. ſi ex ploſtro. ff. ad leg. Aquil. Cuiuſmodi autẽ munera plauſtrorũ nomine ueniãt, not. in l. neminem. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Traditũ item eſt, licere

magi-

magiſtratui retinere plauſtra, & equos priuatorum, pro deuehendo commeatu ad exercitum: itemq́ licere iudici, capere à uiatore aſinũ, ſuper quem deridẽdum aliquem reum traducat. Sp.

PLEBEII magiſtratus, dicti Tribuni ſecundum Pomponiũ in l. poſter. de Orig. iur. Plebeij quidem, quòd plebem in libertate ſua defenderent aduerſus potentiorum iniuriam: quorum ædes die noctuq́ patebãt, dicti Tribuni. Non eſt enim nouum, ut Oldend. ait, quod unius uocabuli multæ ſint nationes, à diuerſis cauſis ductæ. Sp.

PLEBS, & Populus, idẽ alicui uideri poſſunt. Plebs tamẽ à Populo differt, quod ſpecies à genere, quòd uidelicet latius Populi nomen pertineat. Plebs enim nõ complectitur niſi cerdones, & reliquam ciuitatis fæcem: Populus etiã patritios. §. plebs. Inſtit. de Iur. Nat. Sp.

PLEBISCITVM, generale iuſſum plebis, rogante magiſtratu. Nam niſi plebs rogetur, nullum plebis iuſſum fieri poteſt. Aymar. lib. ij. Hiſt. Iur. Ciuil. In hoc differens à Lege, quæ ſine rogatione populi ſtatuebatur: eiuſdem tamen poteſtatis, Grecè ψήφισμα, Lex, quam plebs, nõ populus accipit. Scita plebis autem appellantur ea, quæ plebs ſuo ſuffragio, ſine populo iuſsit, plebeio magiſtratu rogante.

PLENA legis actio quid ſignet, uide l. j. C. de Adopt. & l. magiſtratum. ff. eod.

PLENA pubertas. Lege, Pubertas plena.

PLENA proprietas, hoc eſt, qua uſusfructus continetur, in l. ſi ita ſtipulatus. ff. de Verb. oblig. & ibidem, fundum pleno iure promittere, hoc eſt, non detracto uſufructu, & pleno iure ſtipulatoris fundum efficere. Budæus. Sic plena poſſeſſio, ab uſufructu finito accipitur. §. fin. Inſtitut. de Vſufruct. Sp.

PLENVM, pro eo cui nihil deeſt, hoc eſt, integro & iuſto. l. fideicommiſſa. §. quanquam. de Leg. iij. Sp.

PLENVM cõpromiſſum appellatᷓ, quod de rebus controuerſijs'ue omnibus compoſitum eſt, autor Vlpian. l. quid tamen. de Recept. Idem in fin. l. ita demum. eod. tit. Hoc autem, inquit, compromiſſum plenum eſt, quod etiam doli habet mentionem. Spieg.

PLENVM compromiſſum fit, lege litigatores. ff. de Receptis.

PLERIQVE, id eſt, plures, & maxima ex parte: interdum, id eſt, nonnulli. Pleriq́ omnes, idem ſignificat quod, plerique, ſiue pleraque. Vide Donat. in Terent. Spieg.

PLERVNQVE, quod ferè ſemper fit. Vide Bart. in l. j. ff. de Tut. & rat. diſtr. Aliquando ſignificat nonnunquam: ſed rariſsimè.

PLOTINAE Auguſtæ meminit Iuriſcõs. in l. quod Principi relictum eſt. de Leg. ij. Spieg.

PLOSTRVM, idem quod plauſtrũ, hoc eſt, currus. Paul. in l. qui ſella. ff. de Seruit. præd. ruſt. Qui actum habet, ait, & ploſtrum ducere, & iumenta agere poteſt. Porrò percellere plauſtrum, ruſticorum prouerbium eſſe, monuit Eraſ. Sp.

PLVMBARII, hoc eſt, qui opera faciunt ex plumbo, annumerantur inter artifices. l. j. de Excuſ. artif. C. lib. x. Sp.

PLVMBATA, pila plumbea, quam ueteres, teſte Sipontino, uocabant Manobarbalum, peregrino uocabulo: à quo & milites qui plumbatis utebãtur, Manobarbali appellati ſunt. Imper. Conſtantin. l. ij. C. de Exact. tribut. libr. x. Nemo, inquit, carcerem, plumbatorumq́ uerbera, aut pondera, aliaq́ ab inſolentia iudicum reperta ſupplicia, expaueſcat. Sp.

PLVMBVM, quod pro tegulis poneretur, ædificij eſſe Labeo cenſuit. Vnde domo uendita, & ipſum uenditori accedebat. Spieg.

PLVMBVM cum argento miſtum, deduci poteſt, abſcheyden. Vide l. Idem Pomponius. ff. de Rei uindic. Sp.

PLVMBVM in ripa poſitum, id eſt, quod regẽdi cauſa tecto deſtinatum, necdum appoſitum, aliquo in loco relictum, donec tecto apponeretur, cõmendatum'ue fuiſſet. In ripa autem commodè dicitur, quòd parieti inhærens erectum ita ſubſidet, ne humi iaceat penitus. Vnde uulgò Arripare dicunt. Alex. de Alexand. Genial. dier. libr. j. cap. xxv.

PLVRA legata ſunt, quoties nominatim plures in legato exprimũtur, autor Paul. l. ij. de Legat. ij. Sp.

PLVRALIS locutio, duorũ numero contẽta eſt. Vlpian. de Teſt. l. ubi numerus. Spieg.

PLVRES, inſtar unius, quibus una competit

petit actio.l ſi plures.ff.de Pact. Interdũ pro multi, ut & paſsim apud alios autores.Spieg.

PLVRES,de trib.dici poſſe, Gloſs.docet, ut aiunt,ſingularis,in §.& quod ſæpè. in Aut.de Trient.& ſem. de qua Bart. in l. ſeruo.ff.de Opt.leg.Sp.

PLVRIBVS creditorib. teneri uidetur, ſi uni aliorum nomine caueatur.l.ergò. §.creditoribus.ff.de Fideicom.libert.Sp.

PLVRIOR,ut Alber.indicat,comparatiuus,minimè uſu tamen probatus,in Decretis legitur.c.nõ debet.lxxv.Diſt. Sp.

PLVRIS emiſſe. Lege, Quanto minoris.

PLVRIS eſſe.l. pen.ff. de In lit.iur. Quod pluris eſt, utiq; tanti eſt. Frequenter autem iungitur uerbis ęſtimandi, & precij. Spieg.

PLVRIS'VE,hæc adiectio,quæ ſolet numero certo adijci,ad modicam ſummam refert. autor Paulus de Verb.ſig. Quod & dicẽdum eſt,cum quis plus minus dicit.l. Publia.in fin. Depoſiti. Clauſulam eam duabus notis, P.M. antiqui ſcribere ſolebant, ut admonuit Alciat. Caius ait: Hæc enunciatio, quæ fuit pluris triginta aureorum, ſimul & quantitatis, & æſtimationis eſt ſignificatiua. Quoties ita loquimur, Quod in cẽſum detulit Titius,pluris eſt aureorum triginta:id ſignificare poteſt, non ſolum quantitatem triginta aureorum in cenſum relatam, ſed etiam tantum rerum,ſeu corporum detuliſſe,quantum æſtimatio triginta aureorum efficere poteſt. Alç.ibidem.

PLVS,multifariã intelligi,Bartol.demonſtrat,in l.ſi creditori.ff.de Leg.ij.

PLVS æquo luminis facere. Vide l. ſi arborem.ff.de Seruit.urb.præd.

PLVS,aut minus, non ſolum in quantitate, ſed etiam in tempore intelligendum eſt. Plus enim eſt, ſtatim aliquid dare: Minus uerò,poſt tẽpus dare.teſte Theophilo.Spieg.

PLVS minus,ſine coniunctione frequentius legitur, pro plus minus'ue, hoc eſt, circiter.d.l.Publia.§.fin. Titius Sempronio Salutem. Habere me à uobis auri põdo plus minus decem. Sequitur mox in uulgatis Codicibus uocabulum, Trophimati: quum hic legendum ſit,reponente Haloandro, κιροτςφέων, hoc eſt, de Alimentis puero (uel pueris) præſtitis.

PLVS,& minus,non mutãt ſpeciem.l.fin. de Fund. inſtr. leg. Neque enim minus eſt ſcapha nauis,quàm oneraria, tametſi minor: neq; oneraria magis, tametſi maior. Sic locuples non eſt magis ingenuus, quàm pauper.l.humilẽ.C.de Inceſt. & inutil.nupt.Sp.

PLVS facere. Qui plus facit,is utiq; tantundem quantum debet facere cenſetur. l. cum furti.in fin.ff.de in litem iuran.Sp.

PLVS precij conſequi propter artificium. Pomponius l.niſi ſi.ff.de Rei uind.Sp.

PLVS re petere dicĩ, qui plus petit quàm debitum ſuum ſit. Tempore autem plus petit,quando quis præmaturè,id eſt,ante diem & conditionem petit. Plus cauſa petere dicitur, qui alteram ex alternatiua partem tantummodò petit.cum electio ſit debitoris,hoc eſt,electionem aduerſario tollere. Vide Zaſ.Inſtit.de Actionib.§.ſi quis agens. & §.huic. Plus autẽ petẽtium pœnam declarat in §.ſed hæc. Spieg.

PLVS CVLVM,in l.nam ſatis.§.j.Quem. ſeruit.amit.Spieg.

PLVVIA aqua, & Pluuialis aqua, idem, hoc eſt,quæ pluta eſt.

P O

POCVLENTVM, quidquid potari poteſt.Quidam exiſtimant potulentũ ſcribi debere. Hoc iudicibus licet recipere, ut & eſculẽtum.l. plebiſcito.ff. de Offic. Præſid.Sp.

POCVLVM, & pro uaſe in quo bibitur, ut in l. Seiæ. ff. de Aur. & arg.leg.& id quod potatur accipitur.ut in l.ſi quis aliquid.§.qui abortionis.ff.de Pœnis. quẽadmodũ amatorium poculum dicimus, quod ad amoris inſaniam impellit.Sp.

POCVLA oleaginea. Legimus apud Iabolenum,de Legat.iij.l.qui concubinam.§. qui quatuor pocula oleaginea habebat, ita legauit. Pocula oleaginea duo paria,reſpondi,ait Iabolen.unum par legatum eſſe: quia non ita eſſet, bina paria: neque ita, Poculorum paria duo. idem & Trebatius.Sp.

PODAGRA,id eſt,pedum morbus & dolor,qui ex influente ad pedes humore ſuperfluo, & eorundem imbecillitate accidit: nunc quidem cum inflammatione, nunc uerò cum refrigeratione: nuncq; cum tumore, nunc ſine eo: à Iurecons. quoque in morbis numeratur.ff.de Aedil.edict.l.qui Tertiana.Sp.

PODIA, apud Iuriſconſ. in l. quæſitum. §. canales. ff. de Fund. inſtr. Podium autem locus extra ædificiũ porrectus, unde ſpectamus ſi quid foris fiat: ſed præcipuus locus erat in theatro cui inhærebat Imperator, uel Senatores ludos ſpectãtes. Lege Vitruuium in v. cap. vij. Cataneum in v. Comment. in Plinian. epiſt. At Podia fœminini generis funis eſt quo tenditur uelum: niſi Seruius fallitur Cõment. v. paulo ante finem. Sp.

POENA, ſuppliciũ: à pendendo, quo quis ob delictũ afficitur. Vlpianus l. ſi quis. de Pœn. Pœnæ ſunt, quæ uitam adimãt, aut ſeruitutem adiungant, aut ciuitatem auferant, aut exilium, aut carcerem corporis contineant.

POENAM diuidit Iuriſcons. in mulctam, & pœnam. l. aliud. §. j. de Verb. ſig. Sp.

POENA capitalis diuiditur in ſummum ſupplicium, pœnæ metalli coercionem, & in inſulam deportationẽ. l. capitaliũ. de Pœnis. Cæterùm inter uarias pœnarum ſpecies, nulla ad naturam propius accedit pœna talionis, ut Ariſtoteles quoq; probat. Extat ualde elegãs locus ff. Quod quiſq; iur. in al. ſtat. Sp.

POENARVM conuentionalium duplex genus. Vnum, quod damni, uel lucri ceſſantis æſtimationẽ præſtat. Aliud, quod pro contemptu, contumacia'ue infligitur: atq; hæ propriè pœnæ uocantur, illæ non æquè. Alciat. in Paradox. cap. ij. libro primo.

POENA exacta. Ein yngebracht/oder entpfangẽ Straffgelt/oder büß, inter fructus numeratur: quod de futuris pœnis nuſquam relatum eſt. fac. l. conuenire. de Pact. dot. & l. ſi unus. §. illud. de Pact. cum ſimil. Proinde rectè improbatur, quòd quidã pœnas futuras in uenditionib. tanquam fructus uendunt. Sp.

POENA item, pro uſura, in l. lecta eſt. ff. Si cert. pet. Lata enim ſignificatione pœna uſuram comprehẽdit. l. qui ſine. ff. Neg. geſt. Propriè autem uſura quantitatibus accedit: pœna uerò factis adijcitur. Sp.

POENALES actiones ſunt, quibus duntaxat exigitur, ut aduerſarius puniatur: quæ & Odioſæ, quia reo conuento damnum adferunt, dicuntur: unde & per interpretationem molliendæ ſunt potius, quàm exaſperandæ. l. interpretatione. ff. de Pœnis. Spieg.

POENAE militares quondam erant, decimatio, fuſtigatio, exautoratio, uel ut milites ſtantes cibum caperent, uel ut fuſtẽ circumferrent, uel ut militarent deteriore cõditione quàm cæteri. Vide Valtur. cap. xvj. lib. xj. de Re milit. Sp.

POENITERE dicimur, cum quæ ipſi fecimus, ea nobis pòſt diſplicere incipiũt, & moleſta eſſe.

POENITENTIA ſuprema quæ ſit, uide ff. de Donat. inter uir. & ux. l. cum hic ſtatus. §. pœnitentiam.

POETAE nulla immunitatis prærogatiua iuuantur. l. poetæ. C. de Profeſs. lib. x.

POLIA, pro grege equorum. Vlpian. in fin. l. ædiles aiunt. de Aedil. edic. Nam & ſi polia uenierit, dicemus unum equum qui uitioſus eſt, non omnẽ poliam redhiberi oportere. Sp.

POLINTOR, curator piſtrini, qui farinã facit, & pollinem, quiq; pollinario cribro pollinem excutit.

POLITIA, eſt legitima ordinatio reipub. ſecũdum quam alij præſunt, alij parent. Cuius tres ſunt ſpecies, Regnum, Ariſtocratia, Populare imperium.

POLITIA ab Ariſtotele definitur, principatus, & rerum conſuetudo, ſecundum quam uiuere unumquenq; & conuerſari decet. Vide, Democratici. Sp.

POLIO dicitur, qui arma polit. Calliſtr. de Iure immun. l. quibuſdam. Nebr.

POLLERE quæſtu dicitur, quod eſt precioſum.

POLLICERI. Vide, Pollicitatio.

POLLICITATIO, eſt ſolius offerentis promiſſio. l. pactum. ff. de Publ. & l. ſciẽdum. §. j. ff. de Aedil. edic. Aliquando eſt nuda ſponſio. l. pollicitatione. C. de Donat. ante nupt. Videtur autem ab haſta & auctione id uerbi acceptũ fuiſſe. priuſquam enim ad licitationem ueniamus, accipitur alicuius dignum precium offerentis taxatio: qui idcirco polliceri dicitur, quia liceri poteſt: ſicut & poſſidere dicimus, qui poteſt ſedes ponere. Poſtquam autem quis pollicitus fuerit, id eſt, precium aliquod obtulerit, tunc fit auctio: & qui pluris licitatus fuerit, rem obtinet. Hinc metaphoricôs nomen ſumpſit pollicitatio, quæ reipubl. fit. Ex Parerg. Alciat. Vlp. in l. cum duobus. §. ſi iri coeunda. ff. Pro ſocio. pollicitatorem, priuatum licitatorem intelligi uult, hoc

eſt,

eſt,eum qui offert ſe ad colendũ iure ſocietatis agrum. Spieg.

POLLIS, linis: uel Pollen, linis, flos eſt farinæ. Et propriè in tritico appellant pollinem, quod florem in ſiligine, autore Plinio. À Polline deducũtur Pollinctores: quoniam in funeribus cœnas opiparas, panesq́; ex polline compararent, precio non parcentes. Inde à Græcis τιμιοπῶλαι dicti. Nonius à pollicendo, hoc eſt, mortuos curando, deduci uult. At uerior ſignificatio, quòd pollinẽ faciat, teſte Alciat. in l. maximarum conficiendi pollinis. C. de Excuſ. mun. lib. x. Vlp. de Inſt. act. l. quicunq;. Si libitinarius, inquit, ſeruum pollinctorem habuerit. Sp.

Πολυώνυμοι, quib. plura nomina ſunt, ut Romani. Non tamen ut, teſte Ioachimo Camerario, quidam Græcorum putarunt, ſi paucißima eſſent nomina, tria omnino habuere. Nã neq; C. Marij, neq; Q. Sertorij, neque L. Mumij, qui Achaicus, de gente uicta cognominatus fuit, tertiũ nomen memoratur. Vide, Nomina propria. Spieg.

POLYPOSVS is dicitᷣ, qui polypo morbo laborat. Eſt autẽ polypus tumor, præter naturã in narib. conſiſtens, à ſimilitudine marini polypi nominatus: quòd eius carni ſimilis ſit. Vlp. de Aedil. edic. l. qui clauũ habet, morboſus eſt, uti polypoſus. Nebr. Vide Celſum li. vj. cap. viij.

POMERIVM, tam intra, quàm extra murum eſt: dictum quaſi poſt mœniũ, hoc eſt, poſt murũ. autor Varro: poſt quẽ uide Liuium Dec. j. lib. j. Gell. lib. xiij. Bar. Marlian. c. vj. lib. j. Topograph. Antiq. Romæ. Papinianus de Seru. expor. l. v. Cui, inquit, pacto uenditionis pomerio cuiuslibet ciuitatis interdictum eſt, urbe etiam interdictum eſſe uidetur. Sp.

POMI appellatione, omnis fructus edendi cauſa paratus, continetur: nõ ita ſi ad potum pertineat. Alc. in l. qui fundum. de Verb. ſig. Quidam pomi uocabulo, pro malo utuntur. Malum & Pyrum differunt ſpecie, ſed utrunq; complectitur pomi uocabulum. Sp.

POMPA, pro apparatu ſolenni: cuiuſmodi eſt, nuptiarum, ſacrorum, funerum. Vlpian. in fin. l. iij. Commodati. Nõ poteſt commodari, id quod cõſumitur: niſi fortè ad pompam, uel oſtentationem quis accipiat. Spieg.

PONDO, propriè ſignificat pondus xij. librarum. Reperitur tamen pondus, ſiue pondo, pro libra. Phocas inquit, Pondo & octo monoptota ſunt, & tantum pluraliter efferuntur. ut hæc pondo. nam unum pondo non dicimus, ſed in libram efferri poteſt. Dicimus, duo millia pondo: ibi eſt genitiuus. Mille pondo, nominatiuus eſt. Bis mille pondo, nominatiuus non eſt. quia mille, adiectiuũ eſt. Tamen non dicimus bina, trina pondo, ſed duo, tria. Cæterum iuxta Alc. ſic habet ponderum ratio. Scrupuli octoni, ſunt duæ ſextulæ: quæ etiam Duella dicuntur. Lentis enim duo ſemina, granum frumenti faciunt: grana iiij. ſiliquã: ſiliquæ (hoc eſt, ceratia) ſex, ſcrupulũ: trib. ſcrupulis conſtat drachma, quod eſt argenti põdus: duplex drachma ſicilicum creat. cuius mentio apud Scæuol. in l. liberto. §. filium. de Annon. leg. Drachmæ additus ſcrupulus, ſextulam facit: ſextula uncias ſex habet: drachmæ autem octo unciam faciunt. At uncijs xij. conſtat Romana libra, hoc eſt, drachmis lxxxxvj. Attica uerò libra lxxvij. drachmas habet, ſicuti Mina, ſeu Mna 100. Nam Romana libra maior eſt hac quatuor drachmis. Talentũ minus Atticum, minas lx. hoc eſt, drachmas DC. continet: talentũ maius lxxxiij. habet minas, & uncias inſuper iiij. Hæc ponderum ratio ad multarum ll. cognitionem ſpectat. ut in l. j. C. de Ratioc. oper. & in Aut. ad hæc. C. de Vſur. in Aut. ſed hodiè. C. de Epiſ. & cler. Spieg.

PONERE in legib. pro ſtatuere. Cato: Et ita in legibus poſuere: furem dupli condemnati, fœneratorem quadrupli. Poſitum ſit, pro eſſe ſtatutum. Bud.

PONERE in lucro. Modus loquẽdi, cum aliquid boni præter ſpem euenit.

PONERE os in cœlum, eſt noſtri iuris cõmentatoribus, ſentire contra cõmuniter receptas opiniones. Quære ſuprà, Opinio communis. Sp.

PONTIFEX, à poſſe, & facere dictũ uolunt: quòd ſacrorum circa illum ſumma eſſet poteſtas: quem tamen peractis ſacris, in ius uocare licebat. teſte Vlp. in l. ij. ff. de in ius uocand. Pontificium apud ueteres pro iure & poteſtate faciendi dictum, colligit Alc. ex Conſtãtini ſanctione, quæ extat in Theodoſiano Codice: ubi de

ubi de maternis bonis loquens: Sint, inquit, in parentum poteſtate, atq; dominio, ut fruendi Pontificium habeant: alienandi eis licentia denegetur. Sp.

PONTIFEX priuatus, cuius meminit Pōpon. in l. ij. §. omnium tamen harum. ff. de Orig. iur. ideò dictus eſt, quòd nō poterant toties conuenire omnes Pontifices ſacris addicti, quoties impetranda erat actio, ſingulis haud dubiè mometis. Itaq; uni delegabant priuatum hoc negocium, dandæ aut denegādæ actionis. Et is quia magiſtratum nullum gerebat, ideò ne quis falleretur in hoc, adiecit, Priuatus: teſte Dn. Oldend. in Reſtaur. Sp.

PONTIFEX Sacer. Magiſtratus, ut ait Scæuola, à poſſe, & facere dictus: quia, ut Alciat. arbitratur, ius illi erat ſacrificandi. Facere enim, apud ueteres ſacrificare eſt. Ex Pomponio liquet quoq;, gentilitatem cum dubitationis aliquid in iure eueniret, nullis rectius, quàm ſacerdotibus humanarum rerum interpretationē credendam exiſtimauit: utpote quibus diuina committerentur. Lege Ciceron. in Oratione ad Pōtifices pro domo ſua. Pontificem Romanum, principatū Eccleſiarum, de Iure Diuino habere, affirmat, in l. iiij. C. de Sum. trin. Porrò obſeruandum, quod cum paulatim Pontifices functione ſua ad auaritiam & ambitionem abuterentur, tandem ab illis translata fuit dandæ actionis autoritas ad Prætores. ſicut conſtat ex l. ij. C. de Iuris formul. & impetr. Quia non loquuntur ibi Theodoſius & Valentinianus de impetratione apud Pontifices, quæ dudum abierat, ſed de more, qui tum ex Prætoris datione adhuc obſeruabatur. l. ſi finita. §. eleganter. ff. de Damn. infect. Sp.

PONTIFICEM, & Auguſtum appellandos cenſet Alciatus, etiam ſi ad uitam æternam pontem nō faciat, & imperij corpus non augeat: quoniam nomen ab eo dicitur quod fieri deberet, licet non fiat. Tametſi Auguſtus, nō ab augendo, ſed ab augurio, ut ſuprà dictum eſt, receperit appellationem. Sp.

PONTIFICATVS Codicillares Lāpridius uſurpat, Egnatio indicante, pro aſſcriptitijs, & extraordinarijs: quaſi dignitatis umbra gauderēt collegijs aſſcripti, atque in codicillos relati. Sic & Secretarios, & Conſiliarios, haud ineptè appellaueris Codicillares, qui extra ordinem ſunt, nomenq; tantum retinent, adminiſtratione officij exortes.

PONTONES, naues quibus in traijciendis amnibus, loco pontium utimur. Paulus in l. fin. de Seruit. ruſt. præd. Diuerſum, ſi pontonib. traijciat. & infrà: Quia uia cōſummari ſolet, uel uſq; ad ciuitatē, uel uſq; ad uiam publicā, uel uſq; ad flumē, in quo pontonibus traijciatur. Sp.

POPVLARE imperium eſt, cum ſumma poteſtas penes populum, ſeu plebē cenſetur, nihilq; niſi eorum ſcitu & nomine fieri poteſt. Qualis ſæpè fuit Romæ, abdicata prorſus omni Patrum autoritate. Et eo tempore facta fuerunt Plebiſcita. Hæc Politiæ ſpecies deterior, Democratia uocatur ab Ariſtotelē. Sp.

POPVLARES, pro ciuibus & ſubditis, apud Vlpian. in l. j. §. quies quoq;. ff. de Præfec. urb. Spieg.

POPVLARES actiones (eædem publicæ dicuntur) referuntur in Rubric. ff. de Popular. action. & in l. eum qui. §. in popularib. ff. de Iureiur. & non niſi integris perſonis permittuntur, hoc eſt, quibus poſtulare licet ex edicto prætorio: quod diſcernit ætatem, ſexum, caſum: puta ſurdidatis, uel cæcitatis, & famam poſtulantium. Dicitur autē actio popularis, quæ cuilibet de populo competit, quam poteſt mouere quilibet de populo. Ea nāq; principaliter iniuriam publicam, uel ius populi perſequimur. Spieg.

POPVLARIA ſacra, ut Labeo ait, ſunt, quæ omnes ciues faciunt, nec certis familijs atributa ſunt: ut Fornicalia, Palilia. autor Feſtus.

POPVLVS, multitudo hominum, iuris conſenſu, & concordi communione ſociata. Pleriq; populum, plebem'ue decē uiris confici, exiſtimauerunt: quod nuſquam probatur, & ratione caret. cum maiorem numerum populi appellatio requirat, ut ait Alciatus. Vide Bartol. in l. Prętor. ff. Vi bon. rapt. & in l. pen. Quod cuiuſque uniuerſ. Comprehendit autem populus, Nobilitatem, & omnes plebeios, cum patritijs. Plebs, cerdones, & reliquam, ut diximus, ciuitatis fæcem tantummodò complectitur. Propterea populus facit Legem, & non plebs. Facit tamen Plebiſcita, ut quoque dictum eſt: & habetur Inſtitut. de Iure Naturæ

gent.

gent. & ciuil.§. Lex.Spieg.

POPVLVS incenſus, qui ſine ulla deſcriptione ciuium liber eſt à contributione extraordinaria.

POPVLVS princeps terrarum, Romani dicebantur.

PORNAE à Iuſtiniano. tit. de Conſulibus in Nouell. §. Ac primus quidem, iuxta interpretationem Haloandri cõmemorantur inter Spectacula, quaſi Floralia. Quæ per meretrices & perditiſsimorum hominum genera celebrabantur. Certè uel hic locus indicat turpiſsima illa ſpectaculi tardè ſublata.Sp.

PORRECTVM, extenſum. Caius, de Ser uit.ruſt.præd. Viæ latitudo ex Lege xij. Tab. in porrectum octo pedes habeat: in amfractum, id eſt, ubi flexum eſt, ſedecim.C.de Sacroſ.Eccl. Aut. hoc ius porrectum.Spieg.

PORRIGERE manus, pro auxilio eſſe, uulgatiſsimum eſt, ſed elegans, ut ait Eraſm. citans locũ Vlpiani è l. à diuo Pio. §.ſed ſi emptor.ff.de Re iud.Sp.

PORRINA, genus oleris porracei, extat uox apud Scæuolã in l. defuncta.§.Sempronio.ff.de Vſufruct.Sp.

PORTARI ea dici cẽſuit Caius, quæ quis iumento ſecum ducit. Valla ait, id etiam ſignificare, quod quis corpore ſuo baiulat. Alc. Iuriſconſultum arbitratur origine uerbi adiuuari, ſiquidẽ πορθμεύειν Græcè traijcere eſt: unde Portus, in quem naui res deportantur: ſic & exercitum naui bus deportari, Liuius plerũq; dixit. Quapropter etiam ſi quis iumento ducat, hac ſimilitudine portare dicitur: quòd ſi ipſe ferat, non propriè, ſed μεταφορικῶς putauerit portare dici.Sp.

PORTENTVM. Lege, Oſtentum.

PORTICVS non uenit ędium nomine.l. cætera.§. hoc Senatus.ij. de Leg.j. An porticus ſit, ut domus, tutum refugium, diſſerit Bart. in l.meminiſſe. ff. de Offic. Proconſ.Spieg.

PORTIO, cuiuslibet rei pars eſt. Alciat.in Comment.ad tit.de Verb. ſig.Sp.

PORTICATIO, apud Macrum in l. funeris ſumptus.ff. de Sumptib.fun.in fin. Itaq;, inquit, ſi amplum quid ædificari teſtator iuſſerit (ueluti in circuitu porticationes) eos ſumptus funeris cauſa non eſſe.Spieg.

PORTICVS ambulatoria, apud Vlp.in l. ſicuti.§.j.ff.Si ſeruit.uindicet.Spieg.

PORTIVNCVLA, Vlpian. Quid enim, ait, ſi tã ſpacioſę domus uſus ſit relictus homini mediocri, ut portiuncula contentus ſit.l. cæterum.§.j. ff. de Vſu & habitat.Spieg.

PORTORIVM, uectigal quod de rebus in uectis ſoluitur. Et Portorium, quod pro his mercibus quæ in portu ſunt, datur. Cuius exactor Portitor appellatur. Alc. ibid.Spieg.

PORTVS, à portando dicitur: quòd ſcilicet merces in eam portarent. Hinc à ſimilitudine Portus appellari cœpit, nauium ſtatio, qua incluſæ naues à uento tutę eſſent.Spieg.

POSITIO, à ponendo, quæ græcis dicitur Theſis, eſt alicuius particularis rei ad cauſam pertinentis aſſertio. Bartol.autore. Poſitiones autem (uulgus poſitionales articulos uocat) cõſuetudine magis, quàm iure inductæ ſunt. eodem rectè dicente in l. ij. C. de Iureiur. propt. calum. dan. Quũ alioqui iure noſtro interrogationes ſolũ admittant inſtruendi iudicij, non litis decidẽdæ cauſa. Porrò cum hoc tempore actores non ponant certas & breues ſententias ad cauſam pertinẽtes, tũ uiciſsim rei cõuenti multa congerunt, & nihil ad actionem reſpondent, agũntque uiciſsim fabulam in infinitum: ut rectè nunc teſte Oldend. appellemus, acta actitata, hoc eſt, in quibus inutiliter agũtur ea, quæ ſint acta. Sicut uulgo dicimus, Actum agis.Sp.

POSITIO patrimonij. Vlpian. de Ann.legat.l.iij. ubi de penſionib. loquitur, quas uir bonus, ait, fuerit arbitratus, ut pro facultatibus defuncti & poſitione patrimonij debeantur.Sp.

POSITIONES impertinentes. Lege, Impertinentes poſitiones.

POSITIONALIS libellus. Quære ſuprà, Libellus poſitionalis.

POSITVM habeat, exponit Vlpian. dicẽs, accipere debemus poſitum habeat: ſiue in habitationibus, uel cœnaculis, ſiue etiam in horreis, uel cuius alterius ædificij. Poſitum habere etiam is rectè uidetur, qui ipſe quidem nõ poſuit, uerum ab alio poſitum patitur.l. ſi uerò plures. §.Prætor ait.ff.de His qui deiecer.Sp.

POSSE uerbum, ſignificat ſimplicem potentiam, nulli neceſsitati ſubiectam, idq;

ex ſermonis proprietate, à qua tamen ex coniectura mentis quandoq; receditur. exempla ponit Alc. in l. nepos Proculo ſuo. de Verb. ſig. Sp.

POSSESSIO, non à pedibus, ut uulgò legitur. l. j. de Acquir. poſſeſs. ſed à dictione Pos: unde fit impos, & compos, & potis, itemq; à ſedibus dicta eſt. Hinc capere ſedes, mutare ſedes, occupare ſedes, & ſimilia apud ueteres exempla. Ille ergò poſsidet, qui ſedere, id eſt, ſedem ponere potis eſt: à ſeſsitando. Galli etiamnũ uulgò continuare poſſeſsionem, ſeſsire uocant. annotauit Alciat. ad l. cui caput, in lege Cenſoria. de Verb. ſig. Paulus in l. j. princ. de Acquiren. poſſeſ. Poſſeſsio, inquit, appellata eſt à ſedibus: & ut Labeo ait, quaſi pedum poſitio: quia naturaliter tenet̃ ab eo qui ei inſiſtit. quam Græci κατοχὴν dicunt, hoc eſt, detentionem. Et huc reſpexit idem Paul. in l. poſsideri autem. §. genera poſſeſsionum. eod. tit. cum ait: Et in ſumma, magis unũ genus eſt poſsidẽdi, ſpecies autẽ infinitæ ſunt, puta inſiſtere rei, ſicut pedibus ad hoc utimur: ut nos in aliquo loco ponamus. Quare & noſtrate lingua, teſte D. Old. rectè dicimus poſſeſsionem, **ein Beſitzung**, à ſedendo. Et cum ſignificamus aliquẽ ſufficientia rerũ dominia habere, **Er iſt genúgſam geſeſſen**. Alciat. Diſpunc. li. j. cap. j. Poſſeſsio, inquit Bart. eſt ius inſiſtendi rei non prohibitæ poſsideri. Putat tamen idem in l. j. de Appell. ab effectu nõ probè definiri: dum Placentini definitionẽ inibi improbat. Id quàm conſideratè fiat, Apellus aliorum relinquit iudicio. Alijs eſt Poſſeſsio uſus rei à proprietate uel iure ſeparatus. Hinc uſucapio, id eſt, acquiſitio, quæ per uſum, hoc eſt, poſſeſsionem fit. Ciuilis poſſeſsio ſemper iuſta eſt: Naturalis quandoq; iuſta eſt. Vide Alciat. interpretantem d. l. quæſtio. & Oldend. cui non eſt, in dilucidius quæq; inuoluta tradendo, ſecundus, in prin. Claſs. Action. ij. Sp.

POSSESSIO interdum non ſolum apud Iuriſcoss. & in Cõſtitutionibus, pro proprietate ipſa, ſeu prædio capitur, ſed etiam apud alios autores. Vnde poſſeſsiones urbanæ & ruſticæ Ciceroni in Philippicis. Spieg.

POSSESSIO ſimpliciter prolata, de naturali intelligitur. l. ſtipulatio iſta. §. hi qui ſunt. & §. hæc quoq;. ff. de Verb. obligat. Spieg.

POSSESSIO, in ſolo & nudo intellectu non conſiſtit: cum poſſeſsio ſiue ſit ciuilis, ſiue naturalis, ſine facto nõ conſiſtat. Ciuilis enim animo conſtat, qui facti eſt. Naturalis uerò corpore. Porrò ciuilem & naturalem poſſeſsionem, non differre ſpecie, ſed unam duntaxat eſſe poſſeſsionem, licet ſub uaria qualitate, aſſeuerat Zaſ. in l. j. ff. de Acquir. poſſeſs. et in ſcholijs ad d. l. ij. de Origin. iur. Hoc ipſum aſſeuerat Alc. in l. quæſtio. ad fin. de Verb. ſig. Accedit Old. quem uide loco paulo antè citato. Sp.

POSSESSIONEM adipiſci is nõ uidet̃, qui ita natus eſt, ut eam retinere nõ poſſit. l. non uidetur. ff. de Acquir. poſſeſs. l. ſequitur. §. tunc in poteſtatem. & §. ſi dominus. ff. Vſucapion. Sp.

POSSESSORIAE actiones. Lege, Actiones poſſeſſoriæ.

POSSESSIO agri, uſus eius eſt: Ager autem proprietas.

POSSESSIO ciuilis. Lege, Ciuilis poſſeſsio.

POSSESSIO defuncti quaſi iniũcta deſcendit ad hæredem, & plerunq; nondũ hæreditate adita completur. Paul. l. cum miles. Ex quib. cauſ. maior. Sp.

POSSESSIO fiduciaria dicitur, quæ ſub manu regia poſsidetur: quaſi fide data accepta ſit. à fiducia dicta. Bud. in l. poſter. de Orig. iur.

POSSESSIO iuſta illa cenſet̃, quæ ſuam uim ac poteſtatẽ habet, poſsitq; ſuppeditare conditionẽ uſucapiendi, ſcilicet per legitimũ titulũ, bonamq; fidem: deniq; & rem quę uſucapionem admittat. Sp.

POSSESSIO momentanea. Lege, Momentaria.

POSSESSIO uera & propria dicitur, etiam quæ Legis commento transfertur. l. quod meo. ubi Alex. de Acquir. poſſeſ. l. ſi is cui. §. Flauius. de Solution. Quemadmodum ut creditor quis dicatur, ſatis eſt, quòd fidem alterius ſecutus ſit, uel uerè, uel Legis interpretatione. l. j. C. Qui manum. non poſs. l. qui in fraud. §. ex omni. ff. Qui & à quib. manum. Sp.

POSSESSOR accipiendus eſt, qui in agro, uel ciuitate rem poſsidet, aut ex aſſe, aut pro parte. Sed & qui uectigalem, uel emphyteuticum agrum poſsidet, poſſeſ-

ſor intelligitur. Item qui ſolùm proprietatem habet, poſſeſſor intelligendus eſt. Eum uerò, qui tantum uſumfructum habet, poſſeſſorem nõ eſſe, Vlpian. ſcripſit. ut ait Macer in l. ſciendum. ff. Qui ſatiſd. cogan.

POSSESSOR bonorum, quo à Bonorũ poſſeſſore diſtet (nam uerborum ordo alicubi obſeruandus eſt) uide ſuprà, Bonorum poſſeſſor. Sp.

POSSIDERE, eſt longè aliud quàm in poſſeſsione eſſe. l. ſi quis autem. §. j. ff. de Acquir. poſſeſs. cum ſimilibus per Alberic. indicatis.

POSSIDERE, pro detinere. l. ij. §. j. ff. Pro hærede. ubi colonus dicitur habere naturalem poſſeſsionem, id eſt, detentionem. Sic & Gloſs. in l. ſtipulatio iſta. §. hi qui poſſeſsionem. de Verb. oblig. pro detentione exponit. Pro quo eſt tex. not. in l. ſtipulatio. §. hæc quoq;. eod. Sp.

POSSIDERE non dicuntur municipes forum, baſilicas, & ſimilia, ſed eis uti. l. j. §. fin. de Acq. poſſeſs. Sp.

POSSIDERE. Lege, Pollicitatio.

POSSIDERE in creditũ. Vide, In creditu.

POSSIDERE deſinimus, quum id quod poſsidemus ita perdiderimus, ut ignoremus ubi ſit. l. ſi id quod. ff. de Acquir. poſſeſs. Spieg.

POSSIBILE dicitur id quod commodè fieri poteſt. l. nepos Proculo ſuo. de Verbor. ſig. Vide apud Bart. Sp.

POSSIT & debeat. Item, poſsim, & debeam, in l. in perſona. §. qui pecuniam. & §. ſi ſub conditione. ff. de Pact.

POST, particulam eſſe ambiguam, utrum ad longum interuallũ, uel ad breue tempus reſpiciat, Bartol. autoritate receptũ eſt. Vide ipſum in l. fructus. ff. Sol. matr. Spieg.

POST, ad finem refertur ex proprietate ſermonis: ut Ante, ad initium. Poſt diem decimum Calendarum, & ante diem decimam Calendarum, quomodo intelligendum ſit, pulchrè declarat Alc. in l. anniculus. de Verb. ſig. De Poſt, uide quæ Bart. annotat eleganter in l. ij. in fin. ff. Si cert. pet. Spieg.

POST annum, aut poſt biennium, quàm ego deceſſero, hæres dato: poſtq; biennium uidetur legatum, quia, ut Pomponius ait, hæredis eſt poteſtas in eligẽdo. l. ſi ita relictum. de Legat. ij. Sp.

POST deinde, ſæpe utimur huiuſmodi duplicatis uocibus, iam inde, iam nunc. Põponius: Pòſt deinde cum cenſus iam maiore tempore agendus eſſet. Sp.

POST hominum memoriam, & poſt homines natos, quod idem eſt, pro, Ab hominum recordatione.

POST horam tertiam uſq; in horam decimam eo iure uti. Caius in l. v. ff. de Seruitutibus. Spieg.

POSTEA, interuallũ ſignificat. per Gloſs. in l. pacta. ff. de Contrah. empt. in uerbo, Poſtea. Et hoc eſſe pro regulari doctrina ſeruandum, Zaſ. monuit: quia per hoc, ut ipſe dicit, aperiuntur multæ ll. quæ lumẽ accipiunt. Spieg.

POSTERI ſunt, quicũq; ex nobis, & poſt nos nati ſunt. ut filius, nepos, pronepos, atnepos, trinepos, & cæteri qui nomine carent, Poſteriores, ſeu minores uocantur. de quibus latius differit Bart. in l. his uerbis. de Leg. iij. & l. Titius. ff. de Lib. et poſth. Spieg.

POSTERORVM appellatione liberos tantum, non etiam libertos eorũ, quibus fideicommiſſum relictum eſt, fideicõmiſſo contineri, nequaquam incertum eſt, ait Modeſtinus in fine l. quod his uerbis. ff. de Legat. iij. Sp.

POSTERITAS, poſterũ ſeculũ, ſiue homines qui poſt nos naſcunt. ut apud Iuriſc. in l. j. Com. de Leg. Refert item ad filios, ſicut Antiquitas ad parẽtes. l. cũ ſcimus. C. de Agric. & cenſit. lib. xj. Sp.

POSTHABITA, id eſt, poſtpoſita. l. j. C. de Sponſal. Alberic.

POSTHAC, futurũ reſpicit, ceu poſt hoc tempus. Vt ait Valla l. ſi quis poſthac. de Aedif. priuat. l. nemini. de Aduocat. diuerſ. iud. l. ſi quis poſthac, de Pœnis proſcript. Spieg.

POSTHVMI xij. Tab. Lege propriè dicũtur, qui poſt humatum teſtatorem naſcuntur. l. iij. §. poſthumos. de Iniuſt. teſt. Salom. in l. Gallus. Verùm propriè dicitur, qui patre humato natus eſt. Sed & qui poſt teſtamentũ natus eſt, largo modo poſthumus uocari poteſt. Alciat. de Verb. ſig. Sine h, apud Haloandri editionem ubiq; legitur. Alienus Poſthumus eſt ille, qui natus, ſuus heres nõ fit. Ideoq; ex emancipato filio conceptus & natus nepos, extraneus eſt mihi poſthumus. §. poſthumo. Inſtit. de Legat. Sp.

POSTICO recedit, qui furtim, nobisq́; inſcijs recedit.

POSTICVM, Varroni Poſtica, oſtium in poſteriori parte ædium. l. ſi cui. §. cum ædium. ff. de Vſufruct. leg. Spieg.

POSTLIMINIVM, eſt ius amiſſæ rei recuperandæ ab extraneo, & in ſtatum priſtinum reducendæ: quam quis per captiuitatem, uel per ſeruitutem amiſit, moribus, & legibus inſtitutum. ff. de Captiu. & poſtlim. reu. l. poſtliminiũ. j. Reſponſ. Vide, Liminium. Sp.

POSTMODVM, quaſi poſt modum datum. Idem poſtmodò. l. ſi alicui. ff. de Negoc. geſt. Spieg.

POSTQVAM fari cœperit, quomodo intelligendum apud Iuriſcons. Alc. interpretatur, in l. inter illam conditionem. de Verb. ſig. Spieg.

POSTREMVS eſt, quem nemo ſequitur, uel qui ſolus eſt. l. ij. C. de Suis & legit. Spieg.

POSTVLARE, eſt deſiderium, uel ſuum ipſius, uel amici ſui, in iure apud eũ qui iuriſdictioni pręeſt, exponere, uel alicuius deſiderio cõtradicere. l. j. de Poſtul. Sp.

POSTVLARE expilatæ hæreditatis. l. hęres iuri. ff. Negoc. geſt.

POSTVLARE iudicium, vmb recht anſůchen. Poſtulare reũ, einen anklagen/ mit recht fürnemen. Sp.

POSTVLARE quæſtionem, eius eſt, inquit Bud. qui iniuriam ſibi factam queritur, aut alteri, quam uindicare ad eum pertineat. Sp.

POSTVLATIONIBVS uacare, pro expedire ſupplicantium deſideria. Supplication erledigen.

POSTVLARI, paſsiuum. Vlpianus: Primum igitur tractemus, unde deſcendat ſuſpecti crimen, & apud quos poſtulari quis poſsit ſuſpectus tutor. Vacare poſtulationibus, pro eo quod noſtri Aulici dicũt, Supplicatzen erledigen, & Galli, Requeſtas expedire. Sp.

POTENS regni, id eſt regno maturus. Budæus.

POTENTIA, eſt ad ſua cõſeruanda, & alterius obtinenda, idonearum rerum facultas. autor Cicero de Inuent.

POTENTIORES uiros, id eſt, nobiles, poteſtate, opibus'ue præditos: humilioribus, id eſt, plebeis, ignobilibus, inopibusq́; ſcitè Iuriſcos. oppoſuit, cum ait: Ne potentiores uiri, humiliores iniurijs afficiant, ad religionem Præſidis prouinciæ pertinet. l. illicitas. de Offic. præſid. Nec minus pulchrè dixit Caius: Potentioribus pares eſſe non poſſumus. in l. iij. in prin. de Alien. iudic. mut. cauſ. facta. Vide tit. C. Ne liceat potent. patroc. litig. præſtare. & Azon. in Summa. Sp.

POTEST enim fieri, ut apud alium ſit proprietas, apud alium fructus, apud alium deniq́; uſus eiuſdem rei. l. ſi autem uſus. ff. de Vſufruct. l. ſed ſi de fructu. §. Idem ait. ff. de Vſu & habit. Spieg.

POTESTATIS uerbo plura ſignificantur: ex quibus quinq́; connumerat Paulus de Verbor. ſig. Quamuis ſunt & alię. Veluti cum magiſtratus ſimpliciter Poteſtates appellamus: quod tamen antiquiores de maiorib. magiſtratibus, hoc eſt, merum imperium habentibus intelligebant. Hos Græci Dynaſtas uocant. Nos Principes potentes. Dicitur etiam Epiſcopus Eccleſiæ fundos in poteſtate habere, id eſt, in cura & adminiſtratione. Tutor quoque in pupilli caput poteſtatem habet, id eſt, autoritatem. Inſtit. de Tut. in prin. Vnde & alibi ſua poteſtate quis feciſſe dicitur, quod propria autoritate fecit. Aut. ut defuncti, ſeu funera eorum paulo pòſt prin. ſed & in edicto prętoris poteſtatem ſui facere non intelligitur, qui ſui copiam, ut conueniatur, non facit. quales ſunt abſentes, qui latitant. Illud quoq́; in poteſtate conſiſtere exiſtimatur, quod in actu non eſt, ſed eſſe poteſt. Ex Alciato. Sp.

POTESTATEM nonnulli uocant à Iuriſcoss. Prætorem dictum: non tantum, ut recenſet Inſulanus, excuſabiles, quia uulgati idiomatis Italorũ ſequantur morem, ſed uel autore Suetonio, defendendi. Sic enim ille in Claudio. Iuriſdictionem, & fideicommiſsis quotãnis, & tantum in urbe delegari magiſtratus ſolitam, in perpetuum, atque etiam per prouincias poteſtatibus demandauit. Lege, Magiſtratum eſſe. & obſerua, quòd iuxta Apellum, poteſtas diuiditur in Imperium, patriam poteſtatem, & dominium. Vide & Alc. in l. poteſtatis. de Verbor. ſig. Spieg.

POTESTAS ambulatoria. Lege, Ambulatoria uoluntas.

POTORIO argento quid contineatur, Pompo-

Pomponius indicat. de Aur. & arg. leg. l. in argēto potorio. Poteriū dicitur à Græcis, quod nos poculum dicimus. Sp.

POTVIT, pro poſsibile fuit. l. ij. ff. de Iniuſt. teſt. ut, non poteſt, pro non eſt poſsibile, apud Terent. in Phorm. Non ſic futurum eſt, non poteſt. Ex Bud.

POTITVS hoſtium, pro eo, qui factus eſt hoſtium præda, & peruenit in hoſtiū manus, reperire eſt apud Papin. in l. quòd ſi filius. & apud Triphon. l. ſeq. §. codicilli. in fin. de Capt. & poſtlim. reu. Ante nouato à Plauto (quod Pylades interpres annotauit) loquendi modo in paſsiua ſignificatione, in Captiuis, & Epidico. Alciat. in Parerg. indicat Accurſium dubitaſſe, quid ſignificet apud Iurecoss. Hoſtium potiri. Ac magni etiam nominis uiros corruptum codicem arbitrantes, non hoſtium potitus, ſed hoſtium poteſtati ſubditus, legiſſe: quemadmodū habet poſterior in Gallia editio, reclamante Norinbergen. quam Alciatus probat, uel elegantem, & loquendi modum Iurecoss. familiarem. Sp.

P R

PRAGMATICA ſanctio eſt, quæ à principe conceditur, adhibita cauſæ cognitione, in modum ſententiæ: uel ad alicuius Vniuerſitatis preces. l. fin. C. de Diuerſ. reſc. Vide, Deciſio. Item, Oraculū. Spieg.

PRAGMATICI, erant homines quidam forenſis profeſsionis, qui cauſarum actores interdum iuris ignaros monebāt, iuris reſponſa, formulasq; actionum ſubminiſtrantes: quaſi Admonitores poſtici, dicendorumq; ſuggeſtores, cum ad iuris diſceptationē uentum erat. Olim autem Pragmaticis forū Romanū non utebatur. Itaq; Pragmatici non ſunt, qui pragmaticas ſanctiones ſcribunt, ut Accurſius ſentit. Vide Bud. in poſter. Annot. ad l. moris. ff. de Pœnis. Sp.

PRATVM dicitur, quaſi paratum ad fructuum perceptionem: modico enim opere pratum fit, ut quod nec aratro, nec annua ſemente indigeat. Et hinc probatur, legatis pratis, etiam inculta contineri. Alciat. de Verb. ſig.

PRAVITATIS gratia dimitti. in l. ij. ff. Qui pet. tut.

PRAVVM, &, Rectum, contraria ſunt.

PRAE, pro ante, in l. ſi fideiuſſor. ff. Qui ſatiſd. cog. l. quicunq;. & l. mancipia. C. de Seru. fugit. Aliquando comparationem inducit. Vide l. ſi quis libertatem. in fin. ff. de Petit. hæred. & l. ij. C. de Compenſat. Spieg.

PRAE ſe ferre, eſt dicto, facto'ue, & ipſa ſtatim frōte, qualem opinionem de aliqua re, aut homine habeas, confiteri. Vide Vallam lib. v.

PRAEBENDA, ueteri loquendi modo, in l. inuiti. ij. Vlp. protulit neutro genere: ubi Accurſius Præbendam legit, & ſubaudit, annonam. Exempla ueteris lectionis adducit Alciat. cap. xliij. ſecundi Parerg. qui obiter admonet, quas Sacerdotum præbendas uulgò uocamus, μεταφορικῶς poſſe nos Latinius in neutro genere præbenda dicere. Sp.

PRAEBITIO, exhibitio. Vlpian. Sed & cæterorum (inquit) ſiue pecorū, ſiue armentorum, quod ad huiuſmodi præbitionem ſpectat, ad ipſius curā pertinent. l. j. §. cura carnis. de Offic. præf. urb. Sp.

PRAECEDENS fundi dominus, apud Paul. in l. ſi quis alia. ff. Quemad. ſeruit. amitt.

PRAECEPS feſtinatio, nimis feſtina, & quaſi rem & tempus præoccupans. l. tutor qui repertorium. §. j. de Adminiſtrat. tut. Spieg.

PRAECEPTIO, pro præſumptione, uel potius, ut ſic dicam, antecaptione, apud Papinian. in l. ij. de Fund. inſtr. Cum pater, inquit, duobus pręceptioenm bonorū auiæ dediſſet. Rhenan. noſter in Theſauro Locution. Tacito ſolennium, oſtēdit, præcipere ueteribus quoq; autorib. interdum eſſe, præſumere, ſiue antecapere. Sic Vlp. in l. ſi filia. ff. Famil. erciſc. Si filiusfamilias ait, iuſſu patris obligatus ſit, debebit hoc debitū pręcipere. & paulo infrà, Præcipiet, & pręcipit. Item hoc tit. l. item Labeo. Legimus, aut ſi plurib. fuerit unius rei præceptio relicta. Sp.

PRAECEPTIONEM dare. Scæuola de Legat. tertio. l. nomen. §. j. filio ex parte, ait, hærede ſcripto præceptionem dedit. Spieg.

PRECIVM inflictum, apud Iulianum in l. ex facto. ff. Negoc. geſt. Spieg.

PRAECEPTIONES relinquere, itē præceptionum portiones trāſmitti, apud Papinianum in fin. l. miles ſororem. de Legat. ij. Spieg.

PRAECIPERE. Vide Præceptio. Item præceptioni locum eſſe apud Paul. in l. ſi maritus. ff. Famil. erciſc. Sp.

PRAECIPVVM, pro non communi cum alijs ſubinde legitur apud Iureconſ. ut apud Scæuolam in prin. l. ult. de Legat. ij. Et adiecit, inquit, ſe præcipua hæc eum ſuiq; iuris & poſt mortem ſuam habere uelle. Sp.

PRAECIDERE, uulgus, quotare appellat, id eſt, deſignare quotumquemq; articulum, quotumquodque caput oppugnare uelit litigator: ne in uniuerſum admiſſus, licenter tergiuerſari, & identidẽ euariare poſsit. Græci ἀφορίζειν dicunt. Vide Bud. in Annot. ad l. poſter. de Orig. iur. Spieg.

PRAECINGIMVS ueſtimẽta: Accingimus arma. alioqui ueſtimentorũ appellatione, gladius comprehenderetur: quod Bayfio Iuriſcons. eloquentiſs. nequaquã uidetur rationi cõſentaneum. Veſtimenta enim inuenta ſunt, ut nos à frigoribus, calore, & imbre tutarentur: arma uerò, ut à telorum impetu. Sp.

PRAECISE, non eſt quod uulgò putant, diſertè, **Mit vß getruckte / vnd klaren worten**, ſed abruptè, & abſciſſe, **verdunckelich / vnd vnuerſtendtlich**. Sic enim Bud. inquit. Præciſe dicere, id eſt, compendio ſermonis, & per defectum, & aliquid ſubintelligendum. Sp.

PRAECONIS horrida uox ſileſcat, apud Impp. in l. ult. C. de Ferijs.

PRAECONES (uocis etymũ in Reuchlinianis Progymnaſmatis indicauimus) Senatuſcoss. poſtquam decreta erant recenſebãt: iudices, & candidatos ſuis nominibus appellabant: Literas in Senatu publicè legebant: Bona, quæ proſcribebantur, publicæ auctioni proponebant, ac proclamabãt, & precia, ut inquit Cic. conficiebant. Sp.

PRAECORDIA, inquit Plinius, uocamus uno nomine exta in homine. Præcordiorum nomina plura Rhodigin. indicat lib. ij. cap. lj. Sp.

PRAEDA. ſi quid bello captũ in prӕda eſt, ait Labeo. l. antepen. de Capt. & poſtl. Gell. autẽ, Præda, inquit, propriè dicĩt, corpora ipſa rerum, quæ capta ſunt. Bar. pulchrè tractat de præda in l. hoſtes. & in l. ſi quid in bello. eod. tit. Sp.

PRAEDAE occaſionem præbere, hoc eſt, inuaſionis, occupationis iniquæ. Vlp. in l. j. in prin. Si uentr. nom. in poſs.

PRAEDES dicuntur ſatiſdatores locupletes pro re de qua apud iudicem lis eſt, ne interea qui tenet, diffidens cauſæ, poſſeſſionem deteriorem faciat, tecta diſsipet excidat arbores, & culta deſerat. Pedian. Idem ait: Prædia ſunt res ipſæ: prædes homines, id eſt, fideiuſſores, quorum res Bonaprædia nunc uno nomine dicũtur: quod & ſuprà indicauimus. Sp.

PRAEDESTINARE, præordinare, uerbum eſt, quo ſolo Eccleſiaſtici Doct. utuntur. Prædeſtinatio, autore diuo Auguſt. à præmittendo, & præueniendo, & præordinando futurum, dicitur. Sp.

PRAEDIATORES uocabantur, qui rerum prædialium periti erant, hoc eſt, qui iuris prӕdiarij peritiam habebant. Bud. in d. l. Herennius. Vide & Zaſ. in Scholijs, ad l. ij. de Orig. iur.

PRAEDIVM, eſt ruſtica & urbana poſſeſſio.

PRAEDII appellatione etiam pars continetur. l. dotale. §. prædij. illo tit. Spieg.

PRAEDIVM, tam urbanum, quàm ruſticum, eſt quaſi hæredium: quòd in ſucceſſorem ius eius transmiſſum eſt. Alc. in de Quinq; ped. præſcript. Sp.

PRAEDIVM dotale, Vlp. accipiendum eſſe ait, tam urbanum, quàm ruſticum. l. dotale. de Fund. dot. Sp.

PRAEDIA Agonothetica. Lege, Agonothetæ dicebantur.

PRAEDIVM pignori nexum apud Vlp. in l. epiſtola. ff. de Pact.

PRAEDIVM ſeruiens, ſeu fundus ſeruiẽs dicitur, quod, uel qui debet ſeruitutem. At fundus cui debetur ſeruitus, prӕdium dicitur dominãs. Vide Zaſium §. æquè. Inſtit. de Action.

PRAEDIA urbana, ſunt omnia ӕdificia habitandi cauſa facta, ubicunq; ſint, ſiue in urbe, ſiue extra urbẽ, in uicis, uillis'ue, & cõciliabulis. Vrbanũ enim prӕdiũ merita, non locus facit. Alc. de Verb. ſig. Sp.

PRAEDIA urbana ruinoſa. l. uerum. §. ſi locupleti uerſ. Sed hæc res. ff. de Minoribus. Spieg.

PRAEDICAMENTVM, & Circũſtantia, iudicio Apelli, in hoc diſtant. Prædicamentum eſt accidens, in abſtracto à ſubſtãtia ſeparatũ. Id tum fit, cum naturam & eſſentiam ipſius, uel definiendo, uel diuidendo

dendo quærimus. ut tria, quadrans, hemina, &c. prudentia, metus, albedo, &c. mancipatio, libertas, & cætera. Atq; hęc eſt Idea illa Platonica, de qua tam uaria à maiorib. ſcripta ſunt: quam Plato dixit eſſe perpetuam. Circumſtantia uerò, eſt accidens in concreto, atq; adeò ſubſtantiæ inhærens. ut tres tutelæ, quadrantalis hæreditas, heminalis cantharus, & cætera: prudens Brutus, meticuloſus Paris, albus paries, mancipium Stichus, pubes Sempronius. & cætera. Sp.

PRAEDICARE, pro apertè dicere, apud Vlpian. in fin. l. ſi quis. ff. de Petit. hæredit. Prædicare item præco dicitur, dum aliquid palàm promulgat & pronunciat ex Senatuſconſulto. Sp.

PRAEBITIO, exhibitio. Vlpian. Sed & cæterorum inquit, ſiue pecorum, ſiue armentorũ, quod ad huiuſmodi præbitionem ſpectat, ad ipſius curã pertinent. l. j. §. cura carnis. de Off. præfect. urb. Sp.

PRAEDITVS, à Latinis accipitur pro affecto, ornato, decorato, inſtructo, aucto, amplificato, cumulato. In malam uerò partem cum ſumitur, poni ſolet pro perdito, uel contaminato. In bonam, ut pręditus dignitate, apud Iuriſcons. l. ſed qui magna. ad Trebel. et in Conſtit. Princip. tit. Si quamcunq; præd. pot. l. mancipia. de Seru. fug. Spieg.

PRAEDONES. Vlp. in. l. ſed & ſi. de Petit. hæred. Quod autem ait Senatus, ad eos qui bona inuaſiſſent, loquitˀ de prædonibus, id eſt, de his, qui cum ſcirent ad ſe non pertinere hæreditatem, inuaſerũt bona. ſcilicet cum nullam cauſam haberent poſsidendi. Idem: Loquitur autem Senatus de his, qui ab initio morte prædonis res hęreditarias apprehẽdunt. Sp.

PRAEFATIO, id quod proloquimur antequam ad rem ueniamus. Eius utilitatẽ Caius in l. j. de Orig. iur. bellè demõſtrat, dum ait ad fin. Namque (niſi fallor) iſtæ præfationes & libentius nos ad lectionem propoſitæ materiæ perducunt: & cum eò uenerimus, eius euidentorẽ pręſtant intellectum. Quintilianus autor eſt li. iiij. ſi muliplex cauſſa eſt, ſua quibuſq; partibus danda præfatio eſt.

PRAEFECTVRA, generica uox eſt. urbica, militaris, caſtrorum, operũ, fabrorum, laborum, atq; id genus aliæ. Vlp. Viribus inquit, præfecturæ compulſus eſt. l. ij. ubi quis agere. Spieg.

PRAEFECTVS annonæ. Vide, Annonæ Præfectus.

PRAEFECTVS Auguſtalis. Lege, Auguſtales.

PRAEFECTOS fabrorum ita Pomp. Letus deſcribit, ut ſint artifices, qui caſtra ſequebantur, ut fabris lignarijs, ferrarijſq; præſint. Vide Pyrrh. & Veget. qui explicat munus Præfecti caſtrorũ. Sp.

PRAEFECTI fiſci. In Pãdectis Fiſcus & Aerariũ, quod antè monuit Pyrrhus, crebro cõuertuntur. At uetuſtiores ita Aerarium à Fiſco diſtinguebant, ut reipubl. ab Imperatoris pecunia diſtincta erat. Sic & Aerarij Quæſtores tribuniq;, à Fiſci præfectis diſtabant.

PRAEFECTVM prætorio, tempore Romuli eum dicebãt, qui pretorio præerat, id eſt, militibus, cohortibuſq; prætorianis circa palatium principis: ſolitũ fuiſſe etiam in bella prodire: & dictum magiſtrum equitũ. Sed ubi Romanorũ opes creuerunt, diſtincta fuere officia: ut Pręf. uigil. excubias ageret ad tuendã principis ſalutẽ: ille uerò contra hoſtes Imperium tueretur. Præfecti prætorio quandoq; etiã mittebanˀ ad regendas prouincias. l. penul. & ult. C. de Offic. Præfect. præt. ubi legitˀ, Præfectus prætorio Aphricę, & Pręfectus prætorio Orientis. Alc. in l. j. C. de Pręfecto pręt. lib. xij. Itaque Præfecti uigilũ, nocturnę cuſtodię Vrbis præerãt: apud quos cognitio erat omniũ ſcelerum quæ noctu fieri ſolent, præſertim de incendio, & latrocinio.

PRAEFECTVS prætorio, Alc. autore, ex uetuſtis annalib. à magiſtro militũ diſcrepabat: quòd hic contra hoſtes imperium tueretur, ille ad tuendam ſalutem principis, excubias ageret. Veterib. regibus Francis Germanici ſanguinis in Gallia olim fuiſſe Præfectos præt. qui & palatij præfecti dicebantur, uulgo item magiſtri domus, Pyrrhus admonuit. Lege, Cohors prætoria. Sp.

PRAEFECTORIVS uir. Vlp. l. j. de Sẽ. Sed uir, ait, Pręfectorius, an fœminæ Cõſulari præferatur, uidendum eſt. Sp.

PRAEFECTVS urbis. Eraſ. in de Cõſcribend. epiſt. monuit, quẽ olim urbis pręfectum uocabant, nunc alicubi uocant Marchionem, alicubi locum tenentem: quem Tribunum plebis, nunc ciuium magi-

magiſtrum uocari credunt. Quem olim Quæſtorem ærarium, nunc redituarium uocant, ſiue receptorem: quos olim rationales, nunc opinor, inquit, Phinantiarios dici. Quos olim Quæſtores parricidij, nunc ſcultetos. Quos olim caduciatores, nunc Hiraldos. Quos olim ſenatores, ſeu electos iudices, hodie uocant dominos Parlamentares. Sp.

PRAEFOCARE, ſpiritum faucibus claudere. l. notare. ff. de Liber. agnoſc.

PRAEFVRNIVM, os patens fornacis, quo ligna in fornacem induntur, & deinde obſtruitur. ut ait Bud.

PRAEGNANS, quæ & iam occupata eſt in generando quod conceperat. l. j. §. j. de Vent. in poſs. mit. l. pregnantis. de Pœnis. Spieg.

PRAEGNANTES clauſulæ ſunt Iuriſperitis, ut nunc cenſent, Plenitudo poteſtatis, Motus proprius, Certa ſcientia. Eáq; illis uirtutē eſſe adſerunt, ut in contrariū nemo audiatur. quòd ſemper præſumatur iuſticia, excludatur omnis ignorātia & error, & item defectus ſolennitatū in Reſpōſis, Reſcriptis, Diplomatiſq; eorum. Obſeruandum tamen, iam dictas clauſulas ſententijs Principum non eſſe inſerendas: quòd hic iuſticia nulli cedat, quæ in Principum ſententijs prælucere debet. l. fin. C. de Leg. l. omniū. de Teſt. cum ſimil. Sp.

PRAEGNATIO, eſt tempus quo fœmina prægnans eſt. Sp.

PRAEGRAVARI uerbo Iuſtinian. eleganter uſus eſt in §. quædam actiones. Inſtit. de Action. ſumpta ſcilicet à libra metaphora, quæ ad æqualitatem reſpondere debet. Sp.

PRAEGVSTATOR. Quære, Credentiarium.

PRAEIVDICARE, pro obſtare, uiā precludere, ſed per metaphorā. Marcellus ff. de Re iudicata: Sæpe, inquit, conſtitutum eſt, res inter alios iudicatas, alijs nō præiudicare. Impp. l. j. C. res inter alios acta: ſentiunt, idem dici oportere in geſtis extra iudicium. Sp.

PRAEIVDICIO pronūciare. Vlpian. in l. adoptiuum. In de ius uocan.

PRAEIVDICIVM, à præ, & iudicio, dicitur res quæ cum ſtatuta fuerit, affert iudicaturis exemplū quod ſequantur. autor Pedian. Vnde Leges Romanas, ut dicit Old. uelut exēpla, ſecundū quæ nunc quoq; oportet omnes factorum ſpecies diffiniri, rectiſsimè dixerimus Præiudicia. In iure autem Ciuili, quod nō uerborum duntaxat, uerumetiam rerum ſignificationem, ac illam quidem cum primis expendit, aliquanto craſsius accipimus Præiudicia uidelicet pro cognitionibus cauſarū, quas ob legitimas rationes præcedere oporteat, ſi fortè cum alijs cōcurrant: ut nō admodum referat, ob quam cauſam præcedant, modò ſic exigat iuris autoritas, propter iudiciorum ordinem. Hinc Actiones Præiudiciales appellantur, quarū diffinitio aliàs ſit allatura prorſus finem, aliàs certam datura formā ſequentibus cōtrouerſijs: aut ſi qua alia ſit legitima ratio: quare præ cæteris perſecutionibus, etiam diuerſis à propoſito facto, expediri debeant. Nam & tunc Præiudiales uocantur: uidelicet, quia antea de eis iudicandū ſit, quàm ullæ aliæ actiones ab eodem aduerſus eundē intendantur apud Iudicē. Sed & Rhetoribus Præiudiciū dicitur, quod ante iudicatum, ſequentibus ſententijs, uel negocijs dijudicandis uiam ſternit, præbet limites. ut clarè in Orat. Cicer. pro Cluentio colligitur: in duobus præiudicijs, uno in Sicamandrū, altero in Fabricium, eadem beneficij cauſa factis. Cæterùm ubi fit mentio in Iure præiudiciorum abſolutè, tunc Oldend. teſte, regulariter proter eminentiam, ſunt intelligendæ tres illæ actiones de ſtatu perſonarum. ut in §. Præiudiciales. Inſtit. de Action. l. ſed & hę. §. non ſolum. ff. de Procur. & l. j. §. j. ff. de Rei uēd. Nec ignorandū, idem monuit, Præiudicij ſignificationem latius porrigi ſimilitudine quadā. ut Præiudiciū dicatur pro omni grauamine, quod afferre poſſit præcedens iudicium. ut in l. ſæpè. ff. de Re iud. l. j. C. Res inter alios act. tum alibi. Inde dicimus, Præiudicari, pro damno adfici. Sp.

PRAELEGARE. Caius ff. de Dot. releg. in l. licet. Tametſi is, ait, qui tales res in dotē accepit, dotē prælegauerit, &c.

PRAELIVM. Vide, Bellum.

PRAEMATVRVM, quod necdum maturum eſt. Papin. de Verb. oblig. l. liber homo. Nec uideri præmaturius agi, non finito ſtipulationis die. Præmaturius, id eſt, feſtinantius. Nebr.

PRAE-

PRAEPARASSE litem quis uideatur, adi Paul. in l. quemadmodum. ff. de Inoffic. teſtam. Spieg.

PRAEPOSITIO diei & conſulis communis omnis rationis eſt, ait Vlpian. in §. in Si initiũ tabularum. l. ſi quis ex argentarijs. §. de Eden. Rationes enim, ut idem ſcribit. l. j. eod. tit. cum die & Conſule edi debent: quoniam accepta & data non aliàs poſſunt apparere, niſi dies & cõſul fuerit editus. Sp.

PRAEPOSITVS, militaris officij uocabulũ fuiſſe ſub poſterioribus Impp. Rhenan. apud Tertull. indicauit. Extant Tituli quinque de Præpoſitis in lib. xij. C. Hoc nomen, ut & multa alia, in re præſertim militari uſitata, priſci Chriſtiani libenter uſurparunt. Poſterius, ut mutatis moribus, præpoſiti nomen dignitatis eſſe cœpit uox, ita etiam latius patuit: quẽadmodum Panormit. oſtendit in c. quãuis. de Verb. ſig. Ornat. Argẽtorati hoc nomine ædem diui Petri iunioris, Dn. Iac. Smidhuſerus, uetus noſter amicus, ibidem non obſcuris parentibus prognatus, qui eorum cura prima rudimenta doctrinæ percepit, ſub Ioan. Buſero Mogũtino, pedagogo filiorum illuſtr. Chriſtophori Badenſium Marchionis, adeoq; de ſe, atq; ingenio ſuo exhibuit expectationem, ut ad Erfordienſem Academiã mitteretur, ubi honeſtis ſtudijs ita profecit, ut poſtea per gradus eccleſiaſticarũ, quæ tunc uigebant, functionũ, in patria & familiæ nomen clarius efficeret, atque multis procerib. & principib. uiris charus redderetur, quod in primis celebre eſt, iuxta illud: Principibus placuiſſe uiris, non ultima laus eſt. Sp.

PRAEROGARE, ſicut & Erogare, id ſignificare, propriè loquẽdo, uidet̃, quod gratis, & quaſi roganti, nõ autem ex debito diſtribuere. iuxta Alciati declarationem, in l. ſi tibi. C. de Locat. quæ extat in Parerg. licet ibidem uulgò, Prorogaſti, legatur. Idem eod. loco ait: Fit igitur Prærogare, ante tempus ſoluere: & idcircò quod ad ſolutionis diem attinet, donare. §. plus autem. Inſtit. de Act. Sp.

PRAES eſt, qui à magiſtratu interrogatur in publicum ut præſtet: à quo, cum reſpõderit, dicitur Præs. Vas uerò, qui pro altero uadimonium promittebat. Prædes ergò hodie ſunt, qui ſponſores reipub. uel Principi facti ſunt, pro ijs qui pecuniam publicã diſpẽſant: quos Receptores uocant. Eorũq; res Bonaprædia, uno nomine uocantur. Prædes propterea dicti, quòd locupletes ſint, & præſtare poſſint. Supprædes autem dici debẽt, quos Contraplegios uocant. Bud.

PRAESCRIBERE olim nihil aliud erat quàm excipere. l. qui agnitis. de Except. & præſcript. Hodie ferè idem eſt quod uſucapere. Spieg.

PRAESCRIPTIO, exceptio eſt qua quis aduerſarij intentionem generaliter, alioqui uerã, eo in caſu non ꝓcedere, quo de agit̃, allegat. Alc. in l. ſi quis. C. de Pact.

PRAESCRIPTIONIS uocabulũ, quo Iuriſcoss. in π^{-}. promiſcuè uſi ſunt, apud recentiores Ll. Interpretes, & apud iuris Põtificij cõditores, ad præſcriptionis, exceptioniſq; temporis ſignificationẽ coarctatum eſt, & præfinitum. Sp.

PRAESCRIPTIONES, qui diſtinxere in fauorabiles, odioſas, rigoroſas, & mixtas, ex quorũ numero Gratianus quoq; eſt xvj. q. iij. §. Preſcriptionũ, tota errarũt uia. Reſpexerũt enim duntaxat ad priuatorũ utilitatẽ: cum omnes uſucapiones & preſcriptiones, à breuiſsima uſque ad longiſsimã, ex eadẽ cauſa ſint, uidelicet publicæ ſalutis & tranquillitatis. ut Old. manifeſtè demonſtrat. Sp.

PRAESENS multifariam accipitur. l. præſens. ff. de Procur. Aut. de Fideiuſs. §. j. Item dicitur qui audire poteſt id de quo agitur. l. j. §. eodem tecto. ff. ad S. C. Sill. Vide Bart. in l. diem. §. coram. ff. de Arbitr. Spieg.

PRAESENTEM ac momentariam curã iniungere, oppo. neceſsitati onerum præbendorum iuxta Iuriſconſ.

PRAESENTIA, propriè ad corpus refertur. Vnde non ſimpliciter uerum eſt, Furioſi, infantis, muti præſentiam nullam eſſe, ſed pro abſentib. haberi. Lex enim plerunque propter ſenſus imbecillitatẽ, abeſſe eos interpretatur. Ex Alciat. Old. eſt legitima diffinitio temporis, ideo cõſtituta, ut in omnibus negocijs opportunitas cum tranquillitate retineatur. Recte igitur cenſuit Pompeius: Si inter plures familiæ erciſcundæ agatur, & inter eoſdem communi diuidundo, aut finium regundorum: eundem iudicẽ ſuum: quo facilius coire cohæredes, uel ſocij

 poſsint;

poſsint, in eundem locum omnium præſentiam fieri oportet. l. j. ff. de Quib. reb. adeund. iudic. eat. Sp.

PRAESES is apud Vlp. eſt tit. de Off. Pręſidis. ad quem potiſsimum pertinet curare, ut pacata & quieta ſit prouincia cui præeſt, & quam gerit. Nebriſ. Nomen præſidis non ſolum prouincias regẽtes, à quib. prouocatio eſt, ſed & qui cuilibet rei ac ordini pręſunt, complectitur. Satis conſtat, à Iurecons. Præſidem diuidi in Proconſulem, legatum Cæſaris, & præſidem, ſubaudi, prouinciæ. l. j. de Off. Præſid.

PRAESES prouinciæ, nunc non inelegan ter à nonnullis, Ordinarius magiſtratus intelligitur. Sp.

PRAESTARE, eſt prohibere, ne alicui fiat aliquid incommodi, & ſi non prohibuerit, ſatisfacere. ut uenditor debet præſtare uitium rei quam uendit, id eſt, prohibere, atq; efficere, ne emptor damni aliquid faciat: alioqui ſatisfacere. Sp.

PRAESTARE culpam, hoc eſt, alienam culpam in ſe recipere, & rei euentum ſuo periculo eſſe uelle, & fide ſua eſſe iubere, rei futuræ euentum. Budæus.

PRAESTARE nihil debeo, pro eo quod, Culpa non eſt mea.

PRAESTARI oportere. Cic. lib. Offic. iij. A' Iuriſcoss. etiam reticentiæ pœna eſt conſtituta. Quicquid enim eſt in prædio uitij, id ſtatuerunt, ſi uenditor ſciret, niſi nominatim dictum eſſet, præſtari oportere, id eſt, compenſari damnum, Abtragen/oder Schadloß halten. Sp.

PRAESTAT, pro melius eſt.

PRAESTO, id eſt, præſentes, indeclinabile eſt, ad omneq; genus refertur. Caius, de Liber. cauſ. Idem dicemus, & ſi duo pluresʹue domini eſſe dicantur, & quidã præſto ſint, quidã aberint. cum ſimilib.

PRAESTATIO. Paul. de Leg. iij. l. ſi plures gradus ſint hæredum, & ſcriptum ſit, Hæres meus dato: ad omnes gradus hic ſermo pertinet. ſicuti hæc uerba, Quiſquis mihi hæres erit. Itaq; ſi quis uelit, nõ omnes hæredes onerare legatorum præſtatione, ſed aliquod ex his, nominatim damnare debet. Sp.

PRAESTITVERE, id eſt, præſcribere, Anſetzen. l. j. ff. de Iur. delib.

PRAESVMERE, pro prius ſumere, & antecapere. l. j. C. de Secund. nup. Aliàs uſurpatur pro audere, uel tentare aliquid contra ius: ut ferè Pont. Rom. utuntur. Old. teſte. Aliàs pro putar. ut apud Vlp. in l. uulgò. ff. de in lit. iur. Aliàs denique præſumere, accipitur pro præſagire, conijcere, cogitare, ſeu diuinare aliquid in dubio. Hoc modo accepta præſumptio, ſic deſcribitur ab Old. Præſumptio eſt coniectura, ſeu diuinatio in rebus dubijs per rerum circumſtantias frequenter euenientibus. Huius diffinitionis inſigne exemplum extat in c. ij. de Præſumpt. quod mox referam. Cæterum præſumptio noſtris pro ſpecie plenæ probationis, rectius Coniectura appellatur. Nam cum ex apertis rerum indicijs, poteſt cõijci aliquid eſſe factum, uel non factum, accedente neceſſaria iuris ratione, tunc cenſetur ſatis probari. Eſt autem indiciũ apertum, tale ſignum facti, quod urgeat animum boni uiri & conſtantis, ad rem credendum planè. Vide ad hoc elegantem tex. in l. ult. C. de Probat. Itaq; præſumptio, uel potius coniectura iuris, & de iure, Doctoribus eſt, quæ ab apertis indicijs proficiſcitur: diuiditurq; ab eis, ſed parum utiliter, Oldend. teſte, in temerariam, probabilem, uiolentam, & neceſſariam. Rectius Bart. in l. non eſt uerisimile. ff. Quod met. cauſ. dicit, Doctores iuris nihil boni adferre de præſumptionib. nec eſſe materiam, quæ ex præſcripto certarum regularum tractari poſsit. Iuſtæ præſumptionis exemplum longè clariſsimũ edidit Solomon Rex, inter duas mulieres, de infante contendentes, utrius filius eſſet. Reg. iij. cap. iij. Sicut autem clauus clauum trudit, ſicuna præſumptio per aliã eliditur. l. diuus. ff. de In integ. reſtit. ut litus arare uideantur illi, qui præſumptionum materiam, in perpetuas regulas illigare fruſtra tentarunt: quòd, ut rectè dicit Old. cenſura magis, quàm curioſis præceptionib. intelligantur. Vide eum in de Probat. dict. & fact. lib. longè utiliſsimo. Sp.

PRAESVMPTIO nonnunquam habet pro certa probatione: ſcilicet cum lege id nominatim declaratur. l. quicunque. C. de Apoch. publ. Rectè tamen opponitur præſumptioni probatio ueritatis, modò tamen id in eodem genere fiat. Spieg.

PRAESVMPTA opinio, eſt, quæ uulgò dicitur

dicitur præſumptio: & apud Tacitum, Præſumpta ſuſpicio, pro eodem dicitur. teſte Bud. Spieg.

PRAESVMPTA uolūtas domini, hoc eſt, ſi ex uериſimilibus indicijs appareat dominū uelle, aut nolle, ut ſuo nomine quicquam fiat. l. ſed & hæ. & l. Pomponius. §. ult. ff. de Procurat. Sp.

PRAESVMPTVOSVS, Barbararū eſt.

PRAESVMIMVS ſuper incerto: Fingimus ſuper certo, Gloſs. in uerbo, Præſumatur. §. accedit. C. de Rei ux. act. Sp.

PRAETEREA, pręter hęc quę dicta ſunt.

PRAETERITI, qui in petitione magiſtratuū repulſam habuerunt. ex Cicer.

PRAETEXTVS quartę inflexionis, & prætextum neutro genere eſt quod uulgo dicitur Color quęſitus. Trāslatè enim poſitum prætexere accipitur pro obtendere, & quod uulgus itidem dicit, colorem quęrere, teſte Budęo, Vlpian. in l. illicitas. de Offic. præſid. ſub prætextu, ait, adiuuantiū militares uiros. & infrà, prętextu enim humanæ fragilitatis, &c. **vnder eynem ſchein.** Spieg.

PRAETEXTATI pueri dicebantur, qui prætexta adhuc & bulla utebātur: quod fiebat uſq; ad annum xxvij. quo tempore togā uirilē ſumebant, depoſita prætexta puerili. Bud. in l. ult. de Senat. Hinc anni prætextati, pueriles. Et prætextata ætas, prætextati item mores.

PRAETEXTATVM aſſectari, aut prætextatam. Lege, Aſſectari.

PRAETERITIO. Lege, Exhæredatio.

PRAETOR, à præeſſendo, uel à præeundo dictus eſt. Hic à Patribus creabatur. eius tanta fuit poteſtas, ut iura condere, abrogare ſtatuta, ſolus poſſet. Conſularibus tamen comitijs habendis, autor eſſe non potuit. Vide Zaſ. in l. ij. ff. de Orig. iur. Item Alciat. in Rubr. de Prætor. & honor. pręturæ. lib. xij. Prætorem ueteres omnē magiſtratū appellabant, cui pareret exercitus. P. Aelius Pertinax, Rhetias & Noricū prætor ſub Marco principe uindicauit. Vnde & prætorium tabernaculum eius dicebatur: & in caſtris, porta prætoria. Lege Riuall. lib. Hiſtor. iur. ciuilis ij. Et hodie quoq; præfectus prætorio: qua de re latius Budęus in Annot. prior. Prætores autem à principio Romæ ius reddiderunt. Demum ui bellica partis à Popul. Rom. prouincijs, in eas quoq; mitti cœpere: qui à populo mittebantur, pretores ſunt dicti: qui à ſenatu, Conſules: qui demum à Cæſaribus, præſides, uel Legati Cæſaris. Prætoribus Iuriſdictio (quod ſcitu non indignum annotatum eſt ab Alciat.) hac uerborum formula, ex Lege xij. Tab. competebat. Iuris diſceptator, qui priuata iudicet, iudicari'ue iubeat, prætor eſto. Is iuris Ciuilis cuſtos eſto, huic poteſtati parento. Quotcūq; Senatus creuerit, Populus'ue iuſſerit, tot ſunto. Magiſtratus annui ſunto. Auſpicium, iudiciumq; habento: id eſt, appellationem ad populum, uel Senatum, ut Cic. libro de Leg. iij. interpretatur. Sed & Pretorem appellari Proconſulem, nō eſſe nouum, Oldend. monuit. Nam & in l. patri pro filio. §. j. ff. de Minorib. & in l. in hæredem. ff. de Dol. mal. Proconſul uocatur. Reſpexerunt enim Iuriſcoſs. ad uerba quæ Pompon. refert in l. ij. §. deinde cum placuiſſet. uerſ. cūq; Conſules auocarentur. &c. ff. de Orig. iur. Spieg.

PRAETOR maior. Accuratus lector inueniet prætorem maiorem in Romana hiſtoria ſolitum dici. Is uerò (Rhodigino teſte) urbanus intelligi debet. nam cæteri minores erant. Vide poſt Pomponium de Orig. iur. Claudium Cantiunculam, apud quem lib. j. de Officio iudic. extat elaboratum caput, de Prætoribus. Spieg.

PRAETOR fideicommiſſarius. Huius erat deficientium uoluntates tueri, et fidei cōmiſsis ius dicere, à diuo Claudio conſtitutus. Vide perquàm elegans cap. xv. lib. Gen. dier. ij. de Prætorum creatione, iure, poteſtate & numero, apud Alexan. caput item iij. lib. ij. Parerg. apud Alciat. & Old. in Reſtaur. Polit.

PRAETOR urbanus, qui ius inter urbanos dicebat. Quāuis ex uerbis Leg. xij. Tab. colligitur, eum potius iuſsiſſe iudicare. Præerat enim ſortitioni iudicum, & ſubſortioni, hoc eſt, per ſortem, & fortuitum euentum, deſignabat ex decurijs & ordinib. eos, qui quoquo tempore iudicarent, illorumq; nomina in albo ſuo deſcribebat. Vnde ſortiri forum, ſortiri iuriſdictionem, ſortiri effectum dicimus. Planè ſi reijciebantur iudices, ſeu, ut nunc loquimur, recuſabantur, ſubſortionem in locum reiectorū faciebat. Sic

peregrinus prætor, inter peregrinos, & de rebus peregrè geſtis cognoſcebat. Horum in Vrbe xviij. erant. Sp.

PRAETORES, Coſs. auocatis, belli neceſsitate creati ſunt, qui in urbe ius dicerent: quorum ius, quia ipſi ſummam autoritatem obtinebant, Edictũ, & ex honore magiſtratus, Honorarium appellabatur. Edicta uerò illa, ut omnes ſcirent, de qua re quiſq; prætorum ius eſſet dicturus, in tabulis dealbatis proponebãt, quod Album uocabant. Aut. de Litig. §. iubemus. col. viij. Ferrar. in Pręfat. Inſtit.

PRAETORES iuriſdictionem quàm latam habuerint, indicat Alex. lib. ij. c. xv.

PRAETORIS cognitio, ſępiſsimè dicitur pro cognitione cuiuslibet iudicis, & prætorium pignus appellatur, tametſi ab alijs iudicibus decretum ſit. l. j. & l. ij. C. Prætor. pig. Erat enim olim apud prætorem ſumma iudiciorum iudicumq; conſtituendorum poteſtas. Sic intelligẽdus Tit. inſtit. de Diuiſ. ſtipul. Sp.

PRAETOR non eſt contemnendus, de quo Vlpian. in l. de ætate. §. j. ff. de Interrog. act.

PRAETORIVS is dicebatur, qui prætura functus eſt: prætorium, quod ad prætorem ſpectat, ceu prætoria cohors. Erant & prætores militares, quibus non ſecus quàm urbanis Pop. Rom. initio magiſtratus munera quædam dabat, follem, glebam, clauim, quæ poteſtatis erant ſigna. Vide Valturium in dictione, Prætores. lib. viij. Spieg.

PRAETORIAE actiones ſunt, quæ ab honore, & magiſtratu prætoris Honorariæ quoq; dicuntur: quòd ab ipſo prætore ex iuriſdictione, uel adiuuãdi, uel ſupplendi, uel corrigendi iuris Ciuilis gratia fuerint introductę, propter publicam utilitatem, quam uſus rerũ, & experientia quotidie docuit. Prætores, æquitatis ſemper ſtudioſos. l. ius autem ciuile. §. ius prætorium. ff. de Iuſt. & iure. Sp.

PRAETORIVM, non ſolum eſt domus ubi pretor habitat, uel ubi ius reddit, ſed etiam Regum, Principum, & ſummorũ magiſtratuum, etiam in uillis, aut agro extructa ædificia. Et generaliter quicquid in iudicijs tractabatur, pretoriũ dictum eſt: ut ſuprà in Cautiones prætoriæ indicauimus. Neratius de Seruitut. ruſtican. pręd. l. ruſtico. Prædium, uel cloacam, inquit, habere, licere per uicini domum, uel pretorium, uel protectum habere licere. Vlpian. de Verb. ſig. l. urbana. Sed etſi forte ſtabula ſunt, uel alia meritoria in uillis & in uicis: uel ſi pretoria uoluptati tantum deſeruientia. quia urbanum predium non locus facit, ſed materia. Proinde Alciat. in Comment. de Verb. ſig. monuit, pretorium dici imperatoriam domum: quòd quencunq; militum imperatorem, antiqui prætorem dicebant. Sicut & principium, pro principis tabernaculo accipitur. l. offic. in fin. de Re milit. Cœpit tamen prætorij appellatio pro ornatiore domo accipi, in qua paterfamilias ruri habitat. Et D. Hieronymus, teſte Rhenano noſtro libr. ij. aduerſus Iouinianum, dolium illud uerſatile Diogenis eleganter Prætorium uocat. Spieg.

PRAETORIVM uxoris, apud Modeſtinum. de Legat. ij. Caius Seius cum domum haberet, & in prætoriũ uxoris ſuæ ſe contuliſſet, &c.

PRAEVALENTIAM, Paul. l. in rẽ actio. §. j. ex quibus mea res, ait, per præualentiam alienam rem trahit. Sp.

PRAEVARICATOR, in l. athletas. de his qui not. infam.

PRAEVARICATIO eſt ab officij ſui pręſcriptione deflexio atque aberratio, ſiue malicia, ſiue imprudentia. Vide Catanæum Comment. j. Spieg.

PRAEVARICATORES dicuntur, qui cum aduerſa parte colludunt. quaſi uarientur, id eſt, in aduerſam partem eant. Varicari enim uerbum, à uaricibus deriuatur: quod in tranſuerſum ire ſignificat. Qui enim uaricibus laborat, recta ire nequit: quòd crura illi turgeſcunt in uenulis noxijs. Labeo à uaria concertatione, id nomen tractum aiebat. §. præuaricator. in l. athletas. de His qui not. infam. Vide Alc. in l. præuaricatores. de Verb. ſig. & lege, temeritas accuſatorum. Sp.

PRECARIA, uel ad precarium conceſsio, utrunq; enim dicitur. & cuius fit mentio xij. q. ij. c. precariæ. & in tit. extr. de precar. longè differt à precario, quod tractatur ff. de Precario. Eſt autem ſpecies Colonarij contractus, ueluti cum fundus datur in aliquot annos, quibus elapſis, ad precariã poſtulationẽ coloni, dominus uel heres teneatur talem contractũ ſemper

per deinceps in totidem annos renouare. Budæus annotauit in l. Herennius.ff. de Euiction. quòd Galli uulgo tolerantiam appellant, Precarium clientelare dici poſſe: ut cum dicimus, patronum clienti indulſiſſe, ut precario poſſideret: uel clientem precariũ obtinuiſſe, uel annũ, uel quinquennale, uel aliud quantulum cunq;. Iuriſcoſs. Precarij uerbo utentes, precario rogare, & precario concedere dicunt. Vide ſuprà, Commodatum. & l. pratum. de Verb. ſig. Sp.

PRECARIO nomen, ipſa terminatione ablatiui pro aduerbio accipit̃. Paulus ait: Precario habere uidet̃, qui poſſeſsionem corporis uel iuris adeptus, ex hac ſolummodo cauſſa quod adhibuit preces et impetrauit, quòd ſibi poſsidere, aut uti liceat. Spieg.

PRECARIVM eſt, quod precib. petenti utendũ cõceditur tam diu, quamdiu is qui cõceſsit patitur. Quod genus liberalitatis ex iure gentium deſcendit, proximus gradus & poſtremus cõmunicandi uſus rei ſine proprietate poſt cõmodatũ, cui eſt ſimile. Nam & qui cõmodat rem, ſic commodat, ut nõ faciat rem accipientis. l. j. ff. de Precar. Sp.

PRECATOR, qui pro altero intercedit, uel poſtulat. Itaq; impropriè, ut pleraq; alia in Conſtit. Princip. occurrunt. Ab Impp. pro ſe ipſo petente ponitur. l. & ſi Legib. C. Si cont. ius uel util. public. ubi dicunt, Mendax precator careat impetratis. Spieg.

PRECES armatæ, quales ſunt Principũ, iuxta Mimum celebrem: Cogit rogando, qui rogat potentior.

PRECIVM, eſt ualor rei à uenditore, in eius cõpenſationem petitus, cõuentusq;: uideturq; ab antiquo uerbo Procire dictum, quod petere ſignificat: licet recentiores Grammatici, quaſi præitium dici ſentiant: quib. ratio ſyllabæ, itemq; ſcripturæ aduerſatur: per c, enim ſcribendũ uidetur Alciato. Eſt autem ad translationem dominij neceſſarium, ut precium uel ſit ſolutum, uel emptori creditum ad tempus: aut quòd alio modo ſatisfactũ fuerit uenditori. §. uendite. Inſtit. de Rer. diuiſ. l. quotiens. C. d[illegible] uend. Obſeruandum, quòd [illegible] precio fruitur, nõ minus habere inte[illegible]git, q; qui principali re fruit̃, teſte Ca[illegible] qa qui, ff. de Vſufr. Sp.

PRECIVM inflictum, apud Iulianum in l. ex facto. ff. Negoc. geſt. Sp.

PRECIA refundenda. l. in integrum. ff. de Minor. Spieg.

PRECIO deprauatus. l. ult. C. de Pœnis iudic. qui mal. iudicar. De eo inquit, qui precio deprauatus, aut gratia, aut perperam iudicauerit. Sp.

PRECIOSISSIMAS picturas licet habere in pariete cõmuni. Vide l. quidam Iberius. ff. de Seruit. urb. præd. Sp.

PRIDEM, de longiori tempore dicitur. Vnde pro materiæ conditione accipiendum. Aliquot indicat loca Alber.

PRIDIE, id eſt, priori, ſiue præcedẽti die, l. j. §. priorem. de Aqu. quot. l. pridie. de Ferijs. Alberic.

PRIMA fronte, prima facie, primo aditu, pro primo. l. j. C. de Poſtul. l. quinquaginta. ff. de Probat. l. unica. C. de Cad. toll. l. aliena. §. fin. ff. de Fideicõm. libert.

PRIMATES, dicti ſunt, qui & Summates, ſiue Optimates, id eſt, primi in ciuitate. Vide Bart. in l. j. de Alexan. Primat. libro undecimo.

PRIMATVS, ipſa autoritas primatum.

PRIMICERIVS, notarius principis dicitur, & honore inter notarios primus: ſicut ſequens, dicitur Secundarius. κηρός enim, ceram ſignificat: κήρωμα, tabulam ceratam, in qua antiqui ſcribebant: unde dicti Primicerij. Dicitur autem Primicerius non ſolum notariorum, ſed etiam primus aliarum dignitatum. Hieron. in Chron. Euſeb. Iouinianus ex Primicerio domeſticorum, Imp. eſt factus. Primochirium hũc, Scotus ad Theodoſ. appellat: quaſi primum à manibus dicas. Alc. in Rubr. C. de Primicerio. lib. xij. Lege, Scribarum ordinem.

PRIMIPILARIS, uocatur & Primipilus. ut de Leg. iij. l. pater filium. Iulius inquit, Agrippa primipilaris. Nebriſs.

PRIMIPILVS, eſt centurio decimæ legionis. Nam decumana legio nobilior erat cæteris, cuius Centurio dicebatur Primipilus: ut tradit Tit. Liuius libr. vij. ab Vrb. cond. item Veget. lib. ij. Vetus, inquit, conſuetudo tenuit, ut ex primo principe legionis promoueretur centurio primi pili: qui non ſolum Aquilæ prę erat, uerumetiã quatuor Centurias, hoc eſt cccc. milites gubernabat in prima acie: hic tanquam caput totius legionis,

merita conſequebatur, & præmia. Suidas, Primipilarius, inquit, maiorē dignitatem inter milites habens, à Romanis appellatur. Innominatus Græcè Legum Interpres, Primipilum, ait, militarem eſſe annonam. cui opinioni accedit l. iij. de Primip. & l. ſpeciebus. de Cohortal. C. lib. xij. teſte Alc. in rubr. C. de Primipilo. lib. xij. Spieg.

PRIMOCHIRIVS. Lege, Primicerius.

PRIMOGENITVRA, ius, qualitas, ſeu prærogatiua primogeniti. de qua Alberic. ſingulariter tractat in l. pen. C. de Donat. inter uir. & uxor. & in §. diſcipuli. in Proœm. Pand. Sp.

PRIMOGENITVS regis, poſt regnum ſuſceptum natus, ſuccedet patri in regno, non primogenitus ante illud: ut Baro à Tautēberg uenuſtè declarat tit. xiiij. circa finem lib. j. Feud. Sp.

PRIMORES, pro optimatibus, Modeſtinus, Igitur, ait, adhibitus hæredibus & primoribus ciuitatis diſpiciendum eſſe, &c. ad fin. l. legatum. ff. de Vſu & uſufructu. Spieg.

PRINCEPS, eſt Lex animata in terris. Aut. de Conſul. ſub fin. & Aut. Quib. mod. nat. effic. legit. ſolutusq; Legib. traditur, hoc eſt, nulla iuris poſitiui ſolennitate arctatur. Verùm illis quæ ex iure Diuino & Naturali placuerunt, ligat̃. Bald. l. fin. C. de Leg. magiſtratus uerò municipales, ſuis legib. quæ uulgò Statuta uocantur, ligari, rectè cenſuit Bart. quòd & ipſi de populo ſint, & tantum electione tēporaria eligunt̃ Decuriones. Salomonius pulchrè tractat Principis cùm prærogatiuam, tum poteſtatem, in Cōment. quos ſcripſi in Tract. de Leg.

PRINCEPS, id eſt, Imperator. ff. de Conſtit. Princip. per tot.

PRINCEPS delicti, apud Paul. in l. in hoc iudicium. ff. de Seruo corrup.

PRINCEPS iuſtus, ex diuina etiam Lege qui ex populi conſenſu regnat: qui illis inuitis dominatur, Tyrannus. autor Alc. de Verb. ſig. Sp.

PRINCIPEM ciuitatis, interpretat̃ Modeſt. Magiſtratum, in l. ſpadonem. §. ſi ciuitatis Princeps. de Excuſ. tut. Sp.

PRINCIPES, præcipuè apud Hiſpanos, appellantur Regū primogeniti, regnū mortuo patre adepturi. Conſtat & noſtrates Philippum Cæſaris Maximil. Filiū uocaſſe Prinʒen. Spieg.

PRINCIPALES uiri, pro primis & præcipuis apud Pomponiū. l. ij. de Orig. iur. Dicitur et principale, quod principis eſt, ut eodem teſte ibidem. §. nouiſsime, principalis cōſtitutio, id eſt, ut quod ipſe princeps conſtituit, pro lege ſeruetur. Item principalis prouidentia. l. ſi adrogator. ff. de Adopt. & ſubſtantiuè principales, de quibus fit mentio in poſter. libr. Codic. Spieg.

PRINCIPALI uel pontificali autoritate compelli, apud Papinian. in fin. l. hæreditas. de Petit. hæredit. Sp.

PRINCIPALITER, modò pro eo ut principem decet, modò præcipuè ſignificat, de quo Bart. in l. ambitioſę. ff. de Decret. ab ord. fac. Sp.

PRINCIPIVM initiū alicuius rei. Caius: Et certè, inquit, cuiuſque rei potiſsima pars principium eſt. l. j. de Orig. iur. Refert̃ ad numerū, tempus, & fundamentū. Vide Bart. in l. ij. ff. de Furt. Sp.

PRINCIPIA in caſtris dicebantur, quib. Principes caſtra metabantur, hoc eſt, ubi in acie milites principes ſtabāt. Martian. de Re milit. l. officium. Officium, inquit, tribunorum eſt, principijs frequenter intereſſe Nebr.

PRIOR ſentētia, pro potiore. l. Claudius. ff. Qui pot. in pig. hab. cum ſimil.

PRIORES creditores. Vide C. de His qui in prior. cred. loc. ſuc. per tot. & l. ſi prior. ff. illo tit. cum ſimil.

PRIVATA crimina quæ ſint, uide ff. de Priuat. delict. per tot.

PRIVATVS eſt, hoc eſt, iuriſdictione caret. l. iij. ff. de Offic. præſid. cū ſimil. apud Albericum.

PRIVATVS contractus, qui non reſpicit utilitatem publicam. l. omnes profugi. C. de Agricol. & cenſit. lib. xj.

PRIVATA iudicia, modò ciuilia, modò pecuniaria accipimus. C. de Iudic. l. et in priuatis. & l. de Fide. C. de Falſis.

PRIVATVS locus quis ſit, exponit Iuriſcons. in l. ij. §. Prætor ait. ff. de Relig.

PRIVATIM, interdum pro eo quod uulgò dicitur, particulariter, uel in particulari, uel ſpecialiter.

PRIVATVM ius. Vide, Ius priuatum.

PRIVIGNVS, ex marito uxoris natus filius, antequam cum illa contraxit. Sic Priuigna, uxoris filia ante cōtractum

cum marito matrimonium.

PRIVILEGIVM funerarium apud Scæuolam in l.fin.ff.de Sumptib.fun.

PRIVILEGIVM, eſt ius ſingulare. Quia ueteres priua dixerunt, quæ nos ſingula dicimus. Sicut & Vlp. Si cert.pet. Singularia, inquit, quædam præcepta ſunt, circa pecuniam creditam. quaſi dicat, extra communes iuris regulas, quædam peculiariter obtinent in contractu mutui. Verbum tamen Priuilegiũ, quod & antiquius eſt, dicit̃ quaſi priuata Lex: quæ cum diuerſos habeat effectus, diuerſis etiam appellationibus nuncupari poteſt, re interim eadem manente. Nec enim aliter, ut facũdus Iuriſperitus Oldendorp. ait, differt priuilegiũ à priuilegio, quàm Lex generaliter à Lege ſpecialiter. ut ipſe latius proſequitur lib. ea de re ſingulariter ſcripto: quo unus omnium priuilegiariam rem eruditè expedit. Nam Doctores noſtri, hanc optimam Legum partem obiter attingunt. Diſtinguunt enim inter Priuilegia, Reſcripta, Indulta, Diſpenſationes, Beneficia, & alia id genus, deſcribuntq; frigidiſsimè. Sed unde ſint iſta, & quorſum pertineant, non expediunt, ut idem ait. Spieg.

PRIVILEGIARIVS is appellatur, cui priuilegium aliquod eſt conceſſum. Malè, Priuilegiatus. Sicut Beneficiarius, nõ Beneficiatus. Vñde milites Beneficiarij, qui uacabant officio. Vlpianus de Priuil.credit.l. ſi uentri. Quorum pecunia, ait, ad creditores priuilegiarios peruenit. Idem de Pact.l.reſcriptum. An priuilegiarijs, inquit, abſentibus hæc pactio noceat. Item tit. Quod cũ eo qui in alien. pot.l.ſed an hic. rectè dicetur, occupãtis meliorem eſſe conditionem, niſi quis priuilegiarius ueniat. Nebriſs.

PRIVATI futuri ſunt, pro eo quod eſt, imperium, adminiſtrationem, officium deponent. in l.eum qui.ff.de Iuriſdict.om. iud. Hinc & priuati dicti, qui nõ fungũtur aliquo publico munere, cui dignitas adſit. Spieg.

PRIVS, quot modis ſumat̃, Bart. docet in prima Conſtit.C. paulo pòſt à principio.

PROASTIA. ſic enim ſcribendum, & non Proauſtia, apud Iuſtin. in Aut. de Alienat. & emphyt.§.j. & de Reſtit.fideicõ. Coll.ix. Græcis dicũtur ſuburbana, quæ pulcherrimè cõſita à domino, non tam utilitatis, quàm uoluptatis cauſa habent. Lege Alciat.cap.iiij.lib.ij.Parerg.Sp.

PRO, præpoſitio Vlpian. in l.iij. de Poſtul. Item Põponius, ait, appellatione nurus & generi, ſoceri & ſocrus, & ulteriores, quibus Pro præpoſitio ſolet accedere, contineri ait. Spieg.

PRO aliquo ſtare, defendere aliquem, & partes alicuius tueri.

PRO debitoribus, & Propter debitores ſoluere, differunt. Pro, namq; ad finalem, Propter uerò, ad impulſiuam cauſam refertur. l.dominus Sticho.ff.de Pecul.leg. tametſi pro re nata, quandoq; proximã, uel remotam cauſam denotent.

PRO eo ac, uel pro eo atq; legitur, pro ita, uel perinde ut. Vlpian. Si quis ex teſtibus nomen ſuum non adſcripſerit, pro eo eſt, ac ſi adhibitus non eſſet. Idem, pro eo habendum, atq; ſi nullo iure factum eſſet. Spieg.

PRO hærede poſsidere, uno modo ſignificat Titulum. quales ſunt, Pro emptore, pro Legato, pro derelicto, ſubaudi, poſsidere, & ſimiles. Alio uerò modo non etiam, ſed prætextum tituli tantum, atque adeò titulum ementitum: qualem habet prædo, raptor, & is qui poſsidet pro poſſeſſore, hoc eſt, qui iuſtam poſſeſſionis ſuæ cauſam nõ habet. iuxta diſtinctionẽ Gloſs.Rubr. de Vſucap.pro hæred. Item pro hærede poſsidere uidetur, qui putat ſe hæredem eſſe. Inſtit. de Interdic.§.Quorũ bon. Quemadmodum & is pro poſſeſſore poſsidet, qui nullo iure rem hæreditariam, uel etiam totam hereditatem ſciens ad ſe non pertinere, poſsidet, Inſtit. de Interdict. Vide Oldend. in eleganti introductorio claſſ.iij. ut cognoſcas omnes ferè Doctores lapſos eſſe circa titulum, Pro herede. Sp.

PRO parte uirili, in l.ſi ſocer.ſub fin. & ibi Gloſ.ff. Solut.matr. Item pro uirili portione, familiare Iurecos. Sp.

PRO ſocio actio. Vide, Actio pro ſocio.

PRO ſuo, eſt generalis Titulus, cum dominium nobis acquiri putamus, & ex ea cauſa poſsidemus, ex qua acquiri ſolet, ſiue iure Gentium, ſiue iure Ciuili. Qua ratione & ante uſucapionẽ cẽſetur quis pro ſuo poſsidere. Comprehendit enim hic titulus generaliter omnes dominij acquirendi cauſas: ut quoties dico rem meam eſſe, nec addo cauſam ſpecialem,

lem, uideor omnes cauſas dicere. Cōcurrit etiam cum titulo ſpeciali. Nam ex cauſa emptionis, & pro emptore, & pro ſuo poſsideo. Idem in re legata, uel donata, uel alijs quibuſcunq; modis legitimè tradita. l. j. ff. Pro ſuo. l. poſsideri autem. §. genera poſſeſsionum. ff. de Acquir. poſſeſs. Spieg.

PRO tribunali, hoc eſt, iudice ſedente cognoſcit ordinarius, non autem delegatus iudex. not. in l. qui tribunali. ff. de Re iud. Item pro tribunali cognoſcere, eſt ſeruato iuris ordine, & non de plano ius reddere. ut ſatis Marcelli uerba innuunt in l. j. §. abolitio. ad S. C. Turpill. Sp.

PROBABILE eſt, quemadmodum Ariſtot. docet, quod uel omnibus uidetur, uel plurimis, uel ſapientibus, hiſq; uel omnib. uel plurimis, uel ſpectatis probatiſq;. Sic à Rhodolpho citatur libr. ij. de Inuen. Veruntamen non prius ad probabile confugiendum eſt, quàm ubi neceſſarium, id eſt, ratio & Lex defecerit. Vide Salomoniū in §. Reſponſa. Inſtit. de Iuſt. & iur.

PROBARE, pro laudare, in l. j. ff. Qui pot. in pign. hab.

PROBARE, efficere, ut probum, rectūq; iudicetur id quod quis facit, uel dicit. Budæus.

PROBARE item pro, rem experiri & tentare. ut, Amicos probato. Sp.

PROBATIO, eſt demonſtratio quædam factorum, dictorumq; in cauſis apud iudicem controuerſis. Nam cum aduerſario aſſertionibus actoris contradicente, res fiat dubia, opus eſt externis rerū adminiculis, per quæ ueritas apprehendatur: unde Probationem facti uocamus.

PROBATIO manifeſta, eſt confeſsio. l. non intelligitur. §. tacita. ff. de Iur. Fiſci. Spieg.

PROBATIONIS autem, iuxta uſum in forum nunc receptum, duo ſunt capita: alterum plenæ ac iuſtæ, alterum ſemiplenæ.

PROBATIO plena eſt, quæ tātam fidem facit, quanta ad diffiniendam controuerſiam ſufficit. De huius ſpeciebus non ſatis conuenit inter Doctores iuris. Tu uide Oldendorp.

PROBATIO ſemiplena dicit̄, per quam rerum geſtarum fides aliqua fit bono uiro, hoc eſt, iudici: non tamen tanta, ut iure poſsit mouere eum, ad ferendum in hanc partem ſententiam. Huius ſpecies quatuor, ut prioris ſex, Oldendorp. refert. Spieg.

PROBATIO probata, Baldo in l. j. poſt prin. C. Quan. Fiſc. uel priuat. dicitur ea, quæ ſcriptis probatur. Sp.

PROBATIONES de domo. l. pen. de Teſtibus, uocantur nō tam ſuſpectæ, quòd domeſtici teſtes non recipiantur, quàm confeſsiones, & ipſius accuſati rationes: cum quis proprio ore conuincitur, ac à ſuo, quod dicitur, gladio iugulatur. Ex Alciato. Spieg.

PROBATIONES luce clariores requiri. l. fin. C. de Probat. hyperbolicè dictum, indicaui in dictione, Hyperbole. Sp.

PROBI, uelut prohibi, qui ſe à delinquendo prohibent. Improbi, qui ſe non prohibent. Feſtus eſt autor. Sp.

PROBRVM, pro crimine ipſo quandoq; ſumitur. Sed quia ex huiuſmodi delictis ignominia oritur, ſolentq; ea à cōuiciantibus obijci, frequentior uſus obtinuit, ut pro ignominia, cōuicijſq; accipiatur: ſicut & Opprobrium, quod nil aliud eſt, quàm obiectum probrum. Alc. de Verborum ſignific.

PROCEDERE in cauſa, de plano, ſummariè, ſine ſtrepitu & figura iudicij: quid hæc ſibi uerba uelint, declarat. Spec. tit. de Inquiſit. §. iij. uerſ. qui ergò. Sp.

PROCEDERE ſtipēdia militibus, quod uulgò dicitur, currere.

PROCEDENTE tempore, pro eo quod dicimus, ſucceſſu temporis.

PROCESSVM pro auctibus Pōponius uſurpaſſe uidet̄ in prin. l. ij. de Orig. iur. ſic numero plurali apud Ciceronem in Bruto legi obſeruatum eſt.

PROCESSVS iudiciarius, complectitur omnia quæ acta ſunt ad tribunal. Qua de re latius Bart. & Doctores in Rubric. C. de In ius uoc. Sp.

PROCESSVS uiri, pro progreſſu, quem facit in honoribus adipiſcendis, apud apud Iuriſcons. in l. nam & Imperator. ff. de Donat. int. uir. & ux. Quemadmodū Sueton. dixit, Proceſſum habere in literis, pro facere progreſſum. Sp.

PROCESSVS. Lege, Donare ad ꝓceſſus.

PROCHIROS uocāt eos ſcribas, qui manu expediti ſunt. Et Meloprochiri, exercitio et cura prōpti. Annotat Alc. ad l. peculiari.

culiari. C. de Prox. ſacr. ſcrin. lib. xij. Sp.

PROCINCTVM teſtamentum, dictum eſt, quod fiebat in ipſa militum expeditione, dum præcincti iam erant, & expediti ad bellum, cuius dubiam ſciebant aleam. Vigl. Inſtit. de Teſt. ord.

PROCLAMARE in libertatem. Sicut domini & alij quempiam petunt in ſeruitutem, ſic contrà cęteriq́ petunt ſe ipſos, aut petuntur ab alijs in libertatem. Vlp. in l. j. & iij. Paul. in l. ij. ff. de Liberal. cauſ. Inde proclamare in libertatem eleganter dicitur in l. igitur ſciendum. in fin. ff. Ibidem, & in Tit. ff. Quib. ad libertat. proclam. non licet.

PROCONSVLATVS, Proconſulis dignitas, quæ fuit apud Rom. in uſu frequens, maximiq́ ſplendoris: donec temporis interuallo poſt Adrianum Imp. & ordo & honor Proconſulares deſiere. Siquidem M. Antoninus Imp. prouincias pro belli neceſsitate mutauit. Sp.

PROCONSVL. Alex. Neapolit. libr. ij. cap. xvij. latè explicat, quæ ſit poteſtas Proconſulis, qui'ue erant Proconſules: & an idem iuris quod Conſules haberēt, obſeruauit: quòd ubi finito magiſtratu annuo, quum non expediret, Conſulem prouincia decedere: illi, ne ſine honore eſſet, imperiū ſæpè prorogabatur, ut eam prouinciam proconſul, non ut Conſul adminiſtraret. Quantum autem ex Cicerone & Liuio colligimus, conſtitutū erat: ut qui priore anno Conſul fuiſſet, in ſequenti proconſul eſſet, qui prouinciam ſortitus, pari Conſulibus imperio in eam mittebatur. Vide Vlp. & Martian. de Offic. procons. Nec ignorandū, quod Baptiſta Egnatius monuit, non paruū eſſe eorum lapſum, qui rectū huiuſce nominis caſum, & huic ſimilium uitiant. Siquidem hæc omnia, proconſule, proprætore, proquęſtore, recto caſu dicenda ſunt: quod ex Salluſtij lectione, & diui Auguſtini autoritate probat. Sp.

PROCREARE, liberis operam dare. l. j. ff. Solut. matr. Procreatio liberorum. l. j. §. ius naturale. ff. de Iuſtic. & iur.

PROCVBITORES, qui noctu cuſtodię cauſa, ante caſtra excubabant, cum caſtra hoſtium in propinquo eſſent. ex Feſto Valtur.

PROCVRATOR, Vlp. autore, eſt, qui aliena negocia, mandato domini adminiſtrat. Procurator itaque Cæſaris, qui res imperatorias procurabat: de quo eſt tit. libr. j. ff. ubi. Vlpi. ait, Quæ acta & geſta ſunt à procuratore Cæſaris, ſic ab eo cōprobari, ac ſi à Cæſare geſta eſſent. Nebriſs. Diuidit autē procurator, in defenſorē & procuratorē. Defenſor eſt rei cōuēti, procurator actoris. Tametſi Defenſor etiā appelletur ipſius Actoris ꝓcurator, qui ſpecificū mandatum nō habet. l. ſeruū quoq́. §. ait prætor. de Procur. Sp.

PROCVRATOR eſt, cui per mandatum cauſa permittit. Cognitor eſt, cui ſine mādato cauſam ſuā agendam, præſens, pręſente iudice, litigator iniungit. Sp.

PROCVRATOR Cæſaris dictus, quòd ab eo acta, geſtaq́ ſic comprobantur, ac ſi à Cæſare geſta eſſent. Nam Claudius à Senatu impetrauit, ut quæ ſui procuratores ſtatuiſſent, eandem uim haberēt, acſi ipſe ſtatuiſſet: ſi tamen uenditionis, uel tranſactionis, uel donationis cauſa, quaſi rem propriam tradant, nihil agant. Nō enim alienare rem Cæſaris, inuito Principe licet, ſed diligenter gerere cōmiſſum. Eſt autem procuratoris officium, rationes omnium redituum, qui ad Cæſarem ſpectarent, procurare diligenter, cum facultate definiendi, & acquirendi, non alienandi, & diſtrahendi. Aſtipulatur Alciatus l. j. de Offic. procurat. Cęſ. Io. Pyrrhus Anglobermæus (de quo extat elogium percelebrè Alciaticū) monuit, procuratorem Cæſaris, pro Fiſci procuratore, & hunc pro illo, frequenter uſurpari. Spieg.

PROCVRATOR inuitus non ſolet dari, inuitum accipere debemus, Vlpian. ait, non eum tantum qui contradicit, uerùm eum quoq́ qui conſenſiſſe nō probatur. Spieg.

PROCVRATOR tutorum bonorū, quæ alienare poteſt, Modeſtinus docet, in l. procurator. ff. de Procur.

PRODERE fidem, iureiurando non ſtare. Budæus.

PRODERE Legem, deſtituere. Vlpian. ad Leg. Iul. de Adult. Legem prodidiſſe dicitur ob hoc, quòd adulterij accuſationem aggreſſus, accuſare deſtitit. Sp.

PRODIGERE pro conſumere. Modeſtinus, Quod, inquit, intra dies proximos prodigatur. de Offic. Pręſid. l. plebiſcito. Spieg.

PRODIGI à furioſis hoc diſtant: quòd furioſis ſimul atque incœperint furere, mox ipſo iure agnati ſint curatores: Prodigis autẽ nõ ſint prius curatores, quàm ipſis à iudice bonis ſit interdictum. Vide Baronem à Tautẽberg. tit. viij. Progymnaſ. For. Spieg.

PRODIGIVM appellatum eſt, quaſi porrodicium: quòd porrò dicat, porrò ſignificet, & aliquid futurum eſſe portendat. Autor diuus Auguſt. Tract. xvj. in Ioan. Aliter tamẽ Alciat. ut ſuprà in dictione, Oſtentum. Sp.

PRODVCERE in iudicium, uocare, uel cogere.

PRODVCTIO. Lege, Inſtrumentũ litis.

PROFECTA res à me ad te etiam tunc uidetur, ſi uel à debitore meo acceperis, uel pecuniam meam apud te habeas, & cõuenerit ueroq; caſu ut mutuum eſſet. l. ſingularia. ff. Si cert. pet. Sp.

PROFERRE, Iuriſconſultis eſt, quod uulgò producere dicitur, id eſt, apud acta deponere. Producere autem de teſtibus, non de litis inſtrumentis dici debet. autor Budęus in Annotat. priorib. Sp.

PROFESSORES iuris, communis interpretatio recipit, eos dici Doctores, qui publicè legũt, & quibus auditores dant operam. Alciato uidetur etiam hoc nomine poſſe intelligi Iurecoss. qui à principio adibantur, ut conſilij ſui oratorib. & aduocatis copiam facerent: & quid iuris eſſet in toto negocio, diſſereretur. l. ij. §. Seruius. ff. de Orig. iur. Sp.

PROFESTI dies. Hi quintuplices erant. Alij faſti dicebantur, in quibus prætori licebat ſolennia hæc uerba fari, Do, Dico, Addico. Alij comitiales, quib. cum populo rectè agebatur. Alij comperendini, quibus uadimonium dicere permittebatur, hoc eſt, ſponſionem decernere iudicio ſiſti. Alij ſtati, quos iudicij cauſa cum hoſte inſtituebant. Alij præliares, quibus repetere res, uel laceſſere hoſtem licebat. Spieg.

PROFICERE, prodeſſe. Vlpian. l. iij. de Iureiur. Matris igitur iuſiurandum partui non proficiet, nec nocebit, & ſi mater detulerit. Spieg.

PROFICISCITVR pecunia. Paul. in l. ij. de Reb. credit. Item mutuũ, ait, nõ poteſt eſſe, niſi proficiſcat̃ pecunia, hoc eſt, transferatur ad accipiendum. Sp.

PROFITEOR te non teneri, tale pactum non in perſonam dirigitur: ſed cum generale ſit, locum inter hæredes quoq; litigantes habebit, ut ait Papinianus in l. tale pactum. ff. de Pact. Sp.

PROFITERI, cum agitur in re militari, uocatur dare nomen, cum in ęſtimandis facultatibus & expendendo numero capitum, appellatur cenſus. Sic enim Vlp. uitia priorũ cenſuum editis nouis profeſſionibus euaneſcunt. l. ij. de Cenſib. Proinde magiſtratus cenſet, populus profitetur, ut ait Eraſ. Eſt item profiteri publicè, & apud acta aliquid ultrò denunciare. ueluti cum profitetur quis merces, ne in uectigali, ut Rhenan. annotat in Tertullian. pendundo reipub. fraus fiat. Vnde merces improfeſſas, quarum nomine nullum uectigal ſolutum eſt, accipimus, & à Martiano. l. ult. de Public. improfeſſus ſeruus dicitur. Item profitebantur filios natos ſibi apud acta ueteres, quæ res tum facilem ætatis faciebat probationem. In hunc ſenſum eleganter dixit Seneca, Profiteri æs alienum. Id quod candidati facere cogebantur & rei. de Beneficijs lib. vj. Sp.

PROFVGIVM. Vide, Perfugium.

PROFVGVS, inquit Seruius, propriè dicitur qui procul à ſuis ſedibus uagatur, quaſi porrò fugatus. Multi tamen Zaroto exquiſitè docto uiro teſte, ita definiunt, ut profugos eſſe dicant eos, qui excluſi neceſsitate, de ſuis ſedibus adhuc uagantur: & ſimulac inuenerint ſedes, non dicantur profugi, ſed exules. Sed utrunque falſum eſt. Nam & profugus lectus eſt, qui iam ſedes locauit, ut in Lucano, Profugi'que à gente uetuſta Gallorum Celtæ miſcentes nomen Hiberis: & Exules, qui adhuc uagantur. ut in Saluſtio: Qui nullo certo exilio uagabantur: adeò exilium eſt ipſa uagatio. Sp.

PROGNATVS, pro natus, apud Iuſtinianum. §. ij. Inſtit. de Hæred. ab inteſt. Vnde ridiculum eſt ijs, qui latinè ſciunt, Prognatus, & Abnepos ſunt idem. Sunt itaque prognati, liberi. Spieg.

PROGONI. Lege, Epigoni.

PROHEDRI, dicebantur quaſi Præſides, magiſtratus quidam primi ſubſellij, quibus cæteri omnes ſedendi loco cedebant. Bud. in Annot. ad tit. de Offic. Præfect. Præt.

PRO hæredе poſsidet, qui putat ſe hæredem eſſe, ut ait Vlp.ff. de Petit.hæredit.

PROHIBERE iniuria tenuiores, dixit Cicero lib.ij.Offic.cōſtruens uerbum prohibere,cum ablatiuo ſignificante paſsionem,contra quàm ſolet plerunque fieri: cum dicimus,Prohibitus acceſſu, colloquio,amore:id eſt,ne accederem,ne colloquerer, ne amarē. Hic uerò iniuria ſignificat eam,quæ accipitur,non quæ infertur:& eſt ſenſus, ut caueret, ne afficerentur iniuria tenuiores. quod & noſtræ Leges ſubinde præcipiunt. Vide §.fin.l. nec quicquam eſt.ff. de Offic.Procons. cum ſimilib.Spieg.

PROIECTVM, Iabolenus ædium eam partem uocat, quæ ita prouehitur, ut & nuſquam requieſcat.ut ſunt meniana,et ſuggrundia. Vide,Immiſſum.

PROLETARII, in plebe Romana pauperrimi erant, qui neq; amplius quàm mille & quingentū æris in cenſum deferebant. Qui uerò nullo,aut perquam paruo ære cenſebantur, Capitecenſi uocabantur. Bud.in l.ult.de Pignor.action.

PROLIXVM diploma, Lege, Verboſum.

PROLYTAE,autore Iuſtin.in Procem.ff. dicebantur ſcholares, qui in quintū iam annum iuri Ciuili operam dederunt: ſicut Lytæ,qui quatuor.Nebr.

PROMERCALES ueſtes, peculiariter illæ ſunt, quæ in uſu fuerunt: ueneuntq; poſt primam gratiam coloris attritu deperditam.Spieg.

PROMERCALIA dicuntur, quæ ut diuendantur pluris, fuerunt empta. Paul. Quòd ſi res,ait,in quibus impenſæ factę ſunt,fuerint promercales: tales impenſæ nō uoluptariæ, ſed utiles ſunt.l.quòd ſi. ff.de Impenſ.in rebus dot.Nebriſs. Sanè hoc uocabulum dictio uniuerſalis non eſt:ſed illa tantum,Baptiſt.Pio teſte,Promercalia nuncupantur, quæ reſeruatis his quæ ad uſum annuū & propriū pertinent, tanquam ſuperantia, ex mobilibus paterfamilias uendit. Lege c.xciiij. Annot. poſter. Aſtipulatur Rhodigin. in fin.cap.x.lib.xxviiij.ubi ait,Promercale in uenalium ratione dici, quod extra domeſticum uſum redūdans,uenui proponitur.Spieg.

PROMERCIVM,apud Paul.in l.cætera. §.ſed etſi quis.de Legat.j.quia,inquit,hi quoq; nō ꝓmercij cauſſa id haberēt. Sp.

PROMISSIO deſerta,apud Vlp.in l.ſed & ſi quis.§.quęſitum.Si quis caut. Videtur, ait Alc.nouus loquendi modus, ut deſerta promiſsio dicatur: quia nō obſeruatur.cū l.ſeq.Contēpta rectius appelletur: quare fortè legendū, diſerta, & pro expreſſa & ſpeciali intelligendum.Sp.

PROMISSIO,ſtipulatio etiā eſt.l.j.C.de Vſur.annotat.Alc.de Verb.ſig.Sp.

PROMITTERE rem habere licere, & Promittere non mouere, uel facere controuerſiā,paria ſunt. per l.ſtipulatio iſta. in prin.& §.ſi quis forte.ff.de Verb.oblig. Obſeruandum, quòd uerbum promiſsi redactum in inſtrumentū, intelligitur per ſtipulationem, & nō per nudam conuentionem. l. ſciendum. ff. de Verb. oblig.Spieg.

PROMNESTRIA. Vide infrà, Proxenetria.

PROMPTVARIVM, cella eſt in quam reponuntur edulia quæ ad uſus cotidianos comparata ſunt.In hoc à Penario diſtans, in quod quæ longioris uſus ſunt condunt.Paul.de Penu leg.l.nam quod. Si cui quæ in promptuario ſunt, legata ſunt. Hinc Promus,diſpenſator.Omnia à promendo dicta.Nebriſs.

PROMVLSIDARIVM,poculū eſt mulſo bibendo aptum.Pompon. de Aur. & arg.leg. l. Etſi ſcutellas, inquit, & promulſidaria contineri, repoſitoria quoq; continebuntur.Sp.

PRONEPOS, eſt filius nepotis. Proneptis,filia neptis.

PRONVBA,quæ nuptijs celebrandis prę eſt ex parte uxoris: ſicut Auſpex,ex parte uiri.

PRONVBVS annulus dicitur,quo ſponſę digitū uir oppignorare cōſueuit.Sp.

PRONVRVS,nepotis uxor.l.non facilè. §.nomina uerò.ff.de Gradib.Sp.

PRONVNCIARE ꝓpriè dicimur,quod uiua uoce, & memoriter proferimus: ſicut Recitare, quod ex ſcripto. Statuere uerò dicitur etiā, qui generaliter aliquid conſtituit.ut cum Lex in uniuerſum ſancitur.Hincq; eſt,quòd Leges municipales uulgò Statuta appellent. Vide Alc. in Commentar.de Verb. ſig.Pronunciare etiam in alio ſignificatu, eſt uerbum iuris,pro eo quod eſt,expreſſe, & nominatim prædicere, præfariq; ex bona fide,in rebus contrahendis. Vlpian.in l. j.

de Aedi-

de Aedilit.edict. ſæpe in ea ſignificatione uſus eſt. & in l. quòd ſi nolit. Qui mancipia uendunt, nationem cuiuſq; in uenditione pronunciare debent. Vſus eſt & Scæuola in tit. de Euiction. Hoc etiam nuncupare dicitur. Vide Budæũ in Annot.prior.Sp.

PROPAGARI arbitria, hoc eſt, in alios transferri, prohibetur rectiſsimè l. nõ diſtinguemus. ff. de Recep.arbitr. Adi Oldend.in Copia.Sp.

PROPATRVVS, frater eſt proaui: ſicut Abpatruus, frater abaui.

PROPE, pro quaſi ferè, in ll. per Albericũ indicatis.

PROPE furtum, eſt inficiatio.l.inficiando. ff. de Furt.

PROPINQVI, id eſt, affinis nomine, qui ueniant, docet Bartol. in l.fin. C. de Verb.ſig.Spieg.

PROPINQVI fines, & antiqui. C. Fin. regund.l.j.Alberic.

PROPOLA, negociator, qui merces minoris præemit, ut poſtea pluris uendat. Budæus. Propolas ſcite circumforaneos appellauit in Cõmodo Antonino Lampridius.Spieg.

PROPONERE actoris eſt, Opponere rei.text. ſing.in l. j. C.de Iuriſdict.omn. iudic.Sp.

PROPONERE edicto fraudem, id eſt, aperire, & manifeſtum facere.

PROPORTIO. Paul.ad Leg.Aquil. Dãda eſt mihi, ait, ad exemplum Legis Aquiliæ actio in eũ pro proportione uſusfructus. Eſt autẽ proportio, duarum rerũ quatenus ad quantitatem pertinet inuicem facta comparatio.Sp.

PROPOSITVM, quod mente ſtatutum eſt, & quę intentio hominis dicitur. Vide Gloſs.in l.reſpiciendum.§. pen. ff. de Pig. Vocabulum eſt minibarbarum: ut multis minus doctis, aut ineptè & ridicule in loquendo ſuperſtitioſis penè uidetur.Spieg.

PROPRIA cauſa dicitur, ut docet Vlp.in l.j.§.in propria.ff. Quando appell.ſit. cuius commodum, uel incommodũ ad aliquẽ priuatim ſpectat. Quæ uerò res propria ſit, Gloſs.exponit in l.fœnerator.ff. de Naut.fœn.Sp.

PROPRAETOR, qui cum autoritate prętoria aliquò mittitur: non autem qui pro Prætore prouinciam tenet.Sp.

PROPRIETATEM quidã putant idem eſſe quod dominium: quum in apicib. magna inter ea ſit differentia. ut Doctores tradunt, in l.ſi quis.§. differentia.ff.de Acquir.poſſeſs.Sp.

PROPRIETATEM Caius appellat id, quod eſt dominium directũ.in l.final.de Superfic. Habet nanq; Superficiarius & uſumfructum, & proprietatem, ſubaudi, ipſius dominij utilis: Directum uerò dominium non habet.Sp.

PROPRIETATIS nudæ nomine, nullus fructus continetur.l. uideamus. ff.de Vſuris.Spieg.

PPOPRIETARIVS. Vlp. de Dolo in l. Et eleganter.§.ſi ſeruum. Si ſeruum uſuarium, ait, proprietarius occiderit. Legis Aquiliæ actioni, & ad exhibendum id accedit, ſi poſsidens proprietarius occidit.Spieg.

PROPRIVM id cuiuſq; dicitur, quod nõ eſt cum alijs cõmune: & quamuis quod commune eſt, noſtrũ dicere uſurpemus, non tamen quod cõmune eſt, dicere ualemus proprium. Plus quidem eſt proprium, quàm meũ, uel noſtrũ. Illud excludit cõmunionem, hoc admittit. Proprium, & ſuum æquipollere, Alberic.refert in dictione, Suum.Sp.

PROPRIO iure plus ſibi datum iri debere, uide Papyriũm in l.imperatores. ff. de Ser.præd.ruſt.Sp.

PROPRIVS homo. Neq; uerò miraberis, inquit Old.ſummo prędítus iudicio uir, quomodo liber homo poſsit grauare perſonæ ſuæ libertatẽ, ut faciat ſe hominem alicuius quodammodo proprium. Nam quare id nõ liceat? cum olim poſſent liberi homines pati ut uenderẽtur in præduram & intolerabilem ſeruitutem ad participandum precium.§.ult.Inſt.de Iur.perſ.Spieg.

PROPRIVS, comparatiuè, in l.qui ſcit.§. in alieno.ff.de Vſur.Sp.

PROPTER res uniuerſas, quę mihi cũ fratre meo patruo ueſtro communes ſunt, quas ęſtimationis cõſtiterit eſſe uniuerſas duo miliũ aureorũ fidei ueſtræ cõmitto, uti pro portione ueſtra mille aureos à Lucretio Pacato patruo ueſtro accipiatis. Scæuola ſenſum indicat l. fin.§.j. de Legat.ij.Spieg.

PROPVDIVM, rem pudendã ſignificat.

PROQVAESTOR, qui Quæſtoria autoritate

toritate accepta, mittitũ in aliquã regionẽ.

PRO roſtris, Schema eſt, Old. teſte, ſeu figura loquendi, à protrito ſermone, ornatus gratia nõnihil mutata: ſicut dicimus pro curia proſceniũ. Nam pro ſignificat ante uel in. ut pro roſtris, hoc eſt, ante roſtra, uel in roſtris: ſcilicet appellatione dicta ab eo, quod eſt in loco, ad ipſum locum. l. pen. de Iuſtic. & iur. Quære & Roſtra. Spieg.

PRORA, ea pars nauis eſt, quæ in appellendo percutit littus. Puppis honeſtior nauis pars eſt, in qua ſedet qui clauum regit. Habent nautę ſingulis diſtributa munia: quorum præcipua ſunt, Proretæ, & Gubernatores. Vlp. in l. j. Nautæ, caup. ſtab. nauis magiſtros uocat. Prora Græca uox eſt, cui parti qui præſidet, πρωρεὺς, & πρωράτης illis appellatur. Vide Annot. Bud. ad l. j. de Arbitr. Sp.

PRORETA eſt, qui proræ nauis præfectus eſt: quemadmodũ Gubernator, qui puppi. annotauit Bud. in l. j. de Arbitr. Græcè πρωρεὺς, & πρωράτης. Sp.

PROROGARE in edicto prætoris, modò eſt ad libramentũ propriũ redigere. l. j. ff. de Via public. Modò immundum tollere (**Raumen**) ſignificat. l. j. ff. de Riuis. In iudicijs, pro diluere crimen, & ſe excuſare uſurpatur. l. is qui reus. ff. de Publ. iudic. cum ſimilib. Sp.

PROROGATIO ſententiæ, dilatio promulgandæ ſententiæ. Vide Bart. in l. ij. §. fin. ff. de Iudic. & in l. in rebus. §. j. ff. de Precario. Sp.

PROSAPIA, eſt generis longitudo, ſiue progenies antiqua. Dictio autem priſca, parum apud Ciceronem crebra. Sp.

Πρὸς ἔπος, id eſt, ſecundum propoſitũ. Vlp. in l. de ętate. ff. de Interrogat. action. ſublat. Quod autem ait Prætor, Omnino nõ reſpondiſſe: poſteriores omnes ſic acceperunt, ut omnino non reſpondiſſe uideatur: & qui ad interrogatũ nõ reſpondit, id eſt, πρὸς ἔπος. Vide Alciatum lib. Diſpunct. ij. & Eraſ. explicantem parœmiam, Nihil ad uerſum. Sp.

PROSCENIVM, locus ante ſcenam porrectus, in quo pulpitũ erat, ludicris exercẽdis accommodatum. Virgil. Veteres ineunt proſcenia ludi. Tranquil. in Ner. Hos ludos ſpectauit ex proſcenij faſtigio. Meminit & Vitruuius libro quinto. & Vlp. in l. de Pollicitationib. ff. de Pollicitation. Probè faciet Statius Rufinus, ſi opus proſcenijs. Scena aũt ipſa dicta eſt, ἀπὸ τῆς σκιᾶς, ab umbra. Alc. in l. quiſquis equos. C. de Spectaculis. lib. xj.

PROSCINDERE terram, eſt illam uertere, cum primùm aratur. Paul. de Verb. ſig. l. ſylua. Noualis, inquit, eſt terra proſciſſa. Nebriſ.

PROSCRIBERE, aliquid per ſcripturã uenale proponere, & publicare. ut C. de Fide inſtrum. & de Iur. haſt. Fiſc. lib. x. l. ult. Item damnare & relegare, **Verbannen**, ſignificat: tractum ab eo, quòd hi propriè proſcribi dicunt, ut Vlp. teſtatur in l. ſed & ſi pupillus. §. proſcribere. de Inſtit. action. quorũ nomina claris literis, ut de plano rectè legi poſsint, ante tabernam, uel ante eum locum in quo negociatio exercetur, non in loco remoto, ſed euidenti ſcribuntur. Spieg.

PROSCRIPTIONES incurrere. l. ult. C. Quæ res uend. non poſs. Sunt autem proſcriptiones, uenditiones bonorum, quas inuiti faciunt, à creditoribus in iudicio uicti. Spieg

PROSELYTVM quum audis in ſacra pagina, intellige à gẽtilitijs ritibus ad diuinam legem tralatũ tranſcriptumq́ꝫ. Meminit in Euangelio Matthæus quoq́ꝫ.

PROSOCER, pater ſoceri. Vide Iuriſcõs. de Gradib.

PROSPECTVS, & Lumen quo diſtent, uide l. ædificia. & l. lumen. ff. de Seru. urban. præd. Spieg.

PROSTASIA, præfecturæ cuiuſdam genus. Auxiliarẽ quoq́ꝫ turmam ſignificat, & alia. Vide Annot. Alc. in l. nec proſtaſiæ. C. de Muner. patrim. lib. x.

PROSTATES, modò pręſidem, adiutorem'ue in bello, aut uicarium, aut defenſorem ſignificat. in lib. poſter. C. Modò ex Suida, ſacrificulum altarib. præſidentem. Nam & Proſtaſia, non ut uulgò legitur, proteſia, & ſacerdotia, in eadem l. de Muner. patrim. à Conſtantino. Haloander ueterem lectionem non commutat, ſed emendatius ſic legit, Nec protoſtaſiæ, uel ſacerdotiæ, &c. Sp.

PROSTITVTAE uicem ſuſtinere, Vlpianus elegãter dixit, pro ea quæ palàm ſui corporis poteſtatem facit. in l. palàm. de Ritu nupt. Spieg.

PROTEGENDI ius eſt, quando deducto tecto, tigna tua, & id genus, aliã materiam,

 teriam,

teriam, etiã ſupra uicini aream, fundũ'ue ſuppoſitis fulcris, protegere licet.

PROTECTVM. Iurecos. ad Leg. Aquil. ſi protectum meum, inquit, quod ſupra domum tuam & nullo iure habebam, recidiſſes: poſſe me tecũ damni iniuria agere, Proculus ſcribit. Eſt autem protectũ, locus in domibus ſurrectus, unde ſpectare licet. ab protegẽdo, id eſt, porro tegendo, ſiue tectum proijciendo: id enim Ciceroni in Topicis protegere eſt. Sp.

PROTELARE litem, pro protrahere. l. properandum. C. de Iudic. Iuriſperitos, & Fulgentium uſurpare hanc dictionẽ, annotauit Bapt. Pius. Sp.

PROTERVI, qui petulanter agunt, Frevenlich. l. iij. de Aedil. edict. Sp.

PROTERVITAS, inquit Calphurnius, Terentij interpres in Heautont. leuior eſt quædam contumelia. Procacitas maior, Petulantia maxima. Sp.

PROTESTATIO, eſt animi noſtri declaratio, iuris acquirendi, uel conſeruandi, uel damnum depellendi cauſa facta. Teſtatio nomen generale eſt, quoquo modo animi ſui ſententiã quis declaret. Specialiter uerò eo nomine dicitur, quæ coram teſtibus facta eſt. Deteſtatio eſt, quę ad abſentem mittitur: id quod præpoſitio De, oſtendit, cuius natura eſt augere, efficacioremq́ actum demõſtrare. Conteſtatio uerò, propriè plurium eſt. ut in iudicijs, cum actor quid mentis ſuæ ſit, petendo explicat: contrà reus diffitetur. Vnde & Litis cõteſtatio dicit̃. Denunciatio eſt, quæ ad alium mittitur. Renunciatio, cum quis ius ſuum repudiat. Alc. in l. deteſtatio. de Verb. ſig. Sp.

Προπετῶς μὴ ὄμνυε, id eſt, ne fueris ad iurãdum præceps, apud Vlp. §. fin. ad fin. l. ſi duo patroni. de Iureiur. habere prouerbij ſpeciem Eraſmus indicat, ſi quis hominem poſt acceptum malum admoneat. Veriſimile etiam eſſe uulgò iactatum huiuſmodi dictum, Alciat. ut ſcribit cap. ij. lib. iiij. Diſpunct. Sp.

PROTHYRON. Pomp. in l. pen. de Verbor. ſig. Idẽ Labeo ait, Prothyron, quod in ædibus interdũ fieri ſolet, ædium eſt. Alc. ait, Explicare quid ſibi Prothyron uelit, non modica eſt difficultas. Et Gręcus ſermo indicat, aliquid ſignificare, quod ante ianuã, uel oſtium ſit. à Græca prępoſitione, πρὸ, & dictione θύρα, Igitur Græci Prothyrõ uocãt, quod Latini Veſtibulum dicunt. Id antè Nebriſſ. quoq; indicauit. Porrò ſi Vitruuio adſtipulamur, Prothyron ueſtibulũ domus, ita de priuatis ędibus dictũ, ut Propylęum de ueſtibulo urbis, uel tẽpli, uel regiæ. Sp.

PROTINVS, id ſignificat, quod uulgò directè, ſtracks, & immediatè, dicunt. Vlpian. Etenim parui refert, protinus libertus patrono cogatur dare, an per interpoſitam fideiuſſoris, uel rei perſonã. Apud eundem, pro ſtatim à principio, in l. ſed & ſi. ad S. C. Macedon. §. j. Item in l. in illa ſtipulatione. de Verb. oblig. Sp.

PROTOCOLVM, quod breuiter & ſuccinctè notat̃ à tabellione, ut extendi deinde atq; abſolui poſsit. Vide Barbar. in in Annotat. ad Plinium, & poſt Gloſſ. in §. ult. Aut. de Tabel. Bart. in l. Gallus. §. idem credendũ. ff. de Liber. & poſthum. Significabat etiã Protocolum olim quãdam in chartæ capite notam, ſignumq́, quo uidelicet artificio, quo'ue tempore ea confecta fuerit, cum Comitis ſacrarũ largitionum nomine. Nunc uerò, ut iam dictũ eſt, uſurpatur pro indice, memoria liq; tabellionis ſcriptura, qua in codice aliquo, geſti actus ſubſtãtia breuiter adnotari conſueuit. Lege Vigl. Inſtit. de Teſtam. ordin. Aliàs Macrocolla. Sp.

PROTONOTARIVS, uocabulum uulgatum magis, quàm probum eſſe uidetur. de quo uide Bart. in l. eos. C. de Excuſat. muner. libr. x. Vſurpauit tamen illud Micaelus Toxites, laurea nuper corona donatus (cuius uerſus quouis genere conſtat, Romani ſermonis puritatem coniunctam perſpicuitati, retinet) in eleganti Epithalamio ſcripto de nuptijs clariſſ. Iuriſcos. Ludouici Grempij, uirginis Barbaræ Monachæ, omnium uirtutum genere perornatæ. Et hoc quidem non abſq; exemplo doctiſsimorum uirorum.

PROTOPRAXIA, id eſt, prima actio, hoc eſt, ante alios ius habere exigẽdi pecunias à debitorib. Nam Paulus de Priuileg. creditorum. Reſpubl. inquit, creditrix, omnibus chirographarijs creditoribus præfertur. Quamuis Martianus ad Municipal. ſcribat, ſimile priuilegium Fiſco, nulla ciuitas habet in bonis debitoris, niſi nominatim id à Principe datũ ſit. Suidas, teſte Catanęo, protopraxiam interpretatur primam repetitionem, primam

mam exactionem. Adi & Alciatum lib. j. Diſpunct. cap. xj. Sp.

PROTVTELAE materialiter accipiẽdo, eſt dictio compoſita. Vide ſuprà, Actio pro tutela. Spieg.

PROVECTAE ætatis l. ij. C. de His qui non impleu. ſtipul. lib. x.

PROVENTVS, id eſt, reditus. Vide l. uſufruct. legato. §. j. ff. de Vſufr. Apud alios autores non tantum bonarum, ſed etiam malarum rerum eſt. Sp.

PROVERBIVM, uulgò interpretantur probatum uerbum: quum dicatur quaſi commune omnium uerbum. Prouerbia uerò citata, inſtar iurium habere traditũ eſt in l. ſolẽt. ff. de Offic. Proconſ. l. ſi chorus. de Leg. iij. Nam ut teſtatur Eraſ. Romani principes non exiſtimauerunt inferius eſſe maieſtate imperiali, ut magnis de rebus conſulti, prouerbio reſponderent: quod etiã nunc extat in Digeſtis, οὔτε πάντα, οὔτε πάντη, οὔτε παρὰ πάντων, id eſt nec omnia, nec paſsim, nec ab omnibus. Spieg.

PROVIDENTIA, id eſt, prudentia futura prouidendi, propriè ad iudicem pertinet, ut not. in l. cum ſatis. §. caueat. C. de Agric. & cenſ. lib. xj. Sed & ad Legislatorẽ. arg. l. j. in prin. ff. de Legit. tut. Quęre, Summa prouidentia.

PROVIDERE Legibus, id eſt, cauere.

PROVINCIAE dictæ ſunt, quòd procul ab Italia armis uictæ fuerunt: in has Proconſules & legati mittebantur, qui ius redderent, & tributa exigerent. Aliæ autem erant Continentes. ut Gallia, Illyricum, Rhetia, Vindelicia, Pannonia, Germania. Aliæ Tranſmarinæ, Aſia, Aphrica, Syria, Cyprus, Achaia. De Sicilia cur dubitatum ſit, indicat Alciat. in Comment. ad l. notionem. de Verb. ſig. Sp.

PROVINCIAE Proconſulares, Conſulares, Præſidiales & Prætoriæ, dictæ, quibus Proconſules, Cõſules, Pręſides, Prætoresq́ præfecti erant. Germania primò ſub uno, deinde diuiſa ſub duobus Præſidibus cõſtituta eſt, autore Macro, l. iij. de Offic. Adſeſſor. Spieg.

PROVINCIALES eos accipere debemus, Vlp. inquit, qui in prouincia domicilium habent: non eos duntaxat, qui ex prouincia oriundi ſunt. Similiter Italicos, qui in Italia domicilium habent, nõ ſolum inde trahentes originem. l. prouinciales. ff. de Verb. ſig. Hodie prouinciæ æquiparatur quælibet ciuitas quæ merum imperium habet, ſuosq́ ſibi magiſtratus conſtituit. Adi Bartol. in l. cum in longi. C. de Long. temp. præſcript. Verùm in iure Põtificio Prouincia pro dioeceſi accipitur. j. q. ij. c. ſcitote. in qua x. uel xj. ſint ciuitates, quibus is qui dominatur, rex dici poteſt. Sp.

PROVINCIALES res quæ ſint, uide l. ex facto. ff. de Hæred. inſtit.

PROVOCARE magis eſt quàm appellare, & propriè ad maiores, potentioresq́, quorum ope atq́ gratia indigemus pertinet prouocatio. Vide Bart. in l. minores. ff. de Adminiſt. tut. Sp.

PROVOCATIO, appellatio. Cicer. de Legib. Ad quos prouocatio eſto.

PROVT, pro ſicut, uel ut, apud Iuriſconſultos ſumitur. Albericus exempla ponit. Spieg.

PROVT iuris eſt, Prout Leges præcipiũt, & ſimiles clauſulæ quid ſibi uelint, indicant Interpretes. Præcipuè Bart. in Comment. ad Conſtit. Henrici vij. & in l. edita. C. de Edendo. Sp.

PROVT religio ſuggeſſerit, ſententiam proferre. Vide Vlpianũ in l. eum quem. ff. de Iudic. Sp.

PROXENETA, propriè ſignificat eum, qui inter ementes & uendentes eſt conciliator, & medius. Verùm arræ proxeneticæ, pro donis, quæ ſponſam & ſponſum inter ſe conciliant, & iungunt, accipiuntur. Sp.

PROXENETICVM ſubſtãtiuè, pro ſalario, quod datur proxenetis, hoc eſt, contractuum mediatoribus: quorũ mentio eſt, in l. j. & ij. ff. de Proxen. Indicauit Baro à Tautenberg. Sp.

PROXENETRIA, dicĩ cõciliatrix nuptiarũ, quæ & Prõneſtria: quoniã id munus ſoleret per fœminas fieri, quando ſcilicet arrę ſpõſalitię deponunĩ apud proxenetrias. Vide Alc. lib. j. Diſpunct. cap. xxij.

PROXIMA eſt emptioni locatio. l. ij. ff. Locati.

PROXIMA cauſa quæ dicatur, uide l. penult. ff. de Condit. ob turp. cauſ. & l. ij. C. Quod metus cauſa. Sp.

PROXIMITAS. Vide Inſtit. de Succeſs. cog. §. ij. & fin.

PROXIMIOR gradu. Inſtit. de Capit. dimin. §. penult.

PROXIMI menſes mortis, & qui præcedunt, & qui ſequuntur, accipiendi ſunt, per Gloſs. in l. ult. C. de Poſth. hæredib. inſtit. Spieg.

PROXIMI Sacrorum ſcriniorum ſunt, qui ſeruãt libellos Principis. Vide Bud. qui de ſcrinijs & libellis ita doctè ſcribit & copioſe, ut Pyrrhus nihil addendum putet. Spieg.

PROXIMO anno dare ſpondes, exponitur in l. tali facta ſtipulatione. ff. de Iure dot. Spieg.

PROXIMVS eſt, quem nemo antecedit: Supremus, quem nemo ſequitur. autore Paulo de Verb. ſig. quod & de dictione Primus obſeruandum eſt. Proinde Primogenitus dicetur, quem nemo ſequitur, dum ante ſe neminem habeat. c. Ioſeph. Extr. de Verb. ſig. Lex tamen Primogenito Regnum deferens, in eo locum ſibi uendicabit, cuius fratres maiores natu, ante delatam hæreditatem deceſſere. Vide Bald. in l. ſi quis. §. talem. C. de Secund. nupt. & Baronem à Tautenberg, lib. j. Feud. Spieg.

PROXIMVS, ſuperlatiuum nomen eſt, et ideo ex natura ſua poſitiuum præſupponere deberet. l. ubi. ff. de Verb. oblig. ſicut Optimus, præſupponit cæterorum meliorem. l. illa uerba. ff. de Verbor. ſig. Sed tamen in iure hoc non ſeruamus, ut atteſtatur Alciat. enarrans l. proximus. eod. tit. Spieg.

PRVDENS, interdum ſapiens, interdum ſciens dicitur. Vnde Iuriſprudentes uocantur, qui ius ſciunt. Prudentiam in delectu bonorum & malorum cerni, Cicero autor eſt in Finibus. Vide Pontanum lib. de Prudentia iij. Sp.

PRVDENS & ſciens. Donat. in Eunuchum Terent. Prudens eſt, qui intelligentia ſua aliquid ſentit: Sciens, qui alicuius indicio rem cognoſcit. Ergò Prudens per ſeſe: Sciens per alios. Cæterùm prudentem Decreta Patrum non tantũ qui literarum noticia cæteris præſtat, ſed & eum qui negociorum forenſium tractationem obit, appellant. c. non debet. xxxvj. Diſtinct. quod & Alberic. indicat. Spieg.

PRVDENTIA communis eſt, quam Cicero lib. iiij. de Finib. his uerbis ſignificat: Omnibus autem artibus uolumus attributam eſſe eam, quæ communis appellať prudentia, quam omnes qui cuiq; artificio præſunt, debent habere. Eidem alibi eſt prudentia, multarum rerum memoria, & uſus plurium negociorum. Sp.

PRVDENTIVM autoritas. Pomponius, His legibus latis, cœpit (ut naturaliter euenire ſolet) ut interpretatio deſideraret prudentium autoritatẽ, neceſſariáq; diſputationem fori. Sp.

PRVDENTVM reſponſa, ſunt Iuriſconſultorum placita. Vide §. Reſpõſa. Inſtit. de Iur. Nat. & quæ in eum Salomonius doctè ſcripſit, à paucisq; hactenus animaduerſa. Sp.

PRVNA, quamdiu ardet: Carbo, cum extincta fuerit, dicitur. Horum appellatione materia non uenit. l. carbonũ. de Verbor. ſignifi. Spieg.

ψῆφος, ſuffragium ſignificat iudicum, quo lapillum atrum, uel candidum, uel chartam cui nigrum θ, uel τ, uel λ, inſcriptum erat, iudices in urnam conijciebant, et ita ſententiam de reo colligebãt. Vide Chiliad. Eraſ. Sp.

PSEVDOTHYRVM, falſum oſtiũ. Vnde pro poſtico ſumitur. teſte Alciat. in l. pen. de Verb. ſig.

PSEVDOVRBANA ædificia, Vitruuio ædificia ſunt ruſtica, urbana elegantia extructa.

P T

PTERNA, inferior pars mali. uide Bapt. Pium vj. Comment. in Lucretium, & Bayfium de Re nauali. Sp.

PTEROPHORI, curſores tabellarij: quòd peregrè proficiſcẽtes, ſurrectas in capite pennas geſtare conſueſſent. Vide Rhodig. cap. xxij. lib. xj. Sp.

PTOCHODOCHIVM, locus ubi recipiuntur mendici & inopes. πτωχὸς enim mendicus et inops dicitur. Vide Exegeſ. Hegendorf. in Rub. C. de Cler. & Epiſc. Spieg.

PTYSIS, ſputum latinè dicitur.

P V

PVBERTAS, eſt emiſsio ipſa pubis. À qua anni pubertatis dicti ſunt: cui proximum eſſe uolunt, qui natus eſt annos x. ac menſes ſex. Vide Bartol. in l. deinde. §. fin. ff. de Lib. exhibend. in l. j. de Nouat. & l. properandum. C. de Iud. Quanquam hæc non ſemper ab annis, ſed ex qualitate etiam corporis æſtimata fuit. §. j. Inſtit. Quib. modis tut. fin. ſed eam indaga-

dagationē Imp. ſuſtulit. In iure pubertas nuncupatur ætas quindecim annorum. Interim enim ab incunabulis pueri uocantur Impuberes, retinendi ſub diſciplina parentum, aut tutorum. Recte ergo obſeruatum eſt olim, ne contrahere nuptias ante annū ætatis decimum & quintū. §. generaliter igitur. in Aut. de Temp. non ſolut. pecun. ſuper dot. Sed nūc deterior uſus obtinuit, ut pubertas in maribus ſit annus xiiij. in fœminis xij. Pubertas plena xviij. annis concluditur. autore Modeſt. in l. arrogato. §. non tantum. de Adopt. Adi Bart. in l. ſi arrogator. eod. Spieg.

PVBES, alio nomine Pecten appellata, propriè inguinum, hoc eſt, pudēdorum partem denotat. Quamuis etiam ſumitur pro eo, qui pubem degenerare, id eſt, lanuginem emittere pōteſt. genitiuum habet Puberis. Triphoninus in l. pen. de Cur. fur. pro adulto uſurpauit. Si furioſo, inquit, puberi, quanquam maiori xxv. annis, curatorem pater teſtamento dederit. Spieg.

PVBLICA appellantur, nimirum latiſsima ſignificatione, quæ in publico uſu nō ſunt. l. in tantum. §. uniuerſitatis. ff. de Rer. diuiſ. Sp.

PVBLICA accuſatio, quę omnibus patet. §. conſequens. Inſtit. de Suſpect. tut. Sic Publicæ turbæ, quæ omnibus patēt, non quòd publica auctoritate fiant. in Aut. §. fugiunt. Vt iudic. ſine quoq. ſuffrag. Spieg.

PVBLICA bona, quaſi populica dicta eſſe docet Alc. in l. bona ciuitatis. de Verbor. ſig. Spieg.

PVBLICA cuſtodia coerceri, uide l. ſuccurritur. ff. Ex quib. cauſ. maior. in integ. reſtit.

PVBLICA fide uenire, id eſt, ſaluo conductu, ut uulgaris habet locutio. Violare fidem publicā, eſt contra illam aliquid cōmittere, **das Geleydt nit halten**. Sp.

PVBLICA iudicia, non omnia ſunt in quibus crimen uertitur, ſed ea tantum, quæ ex legibus iudiciorum publicorum uertuntur. ut Iulia Maieſtatis, Iulia de Adulterijs, Cornelia de Sicarijs & Veneficijs, Pompeia de Parricidijs. Cornelia de Teſtamentis. Publicorum autem iudiciorum, alia capitalia ſunt, quædam non capitalia. Capitalia uocamus, quæ ultimo ſupplicio reos afficiunt, id eſt, animæ amiſsione, uel aquæ & ignis interdictione, uel deportatione, uel metallo. Cætera uerò quæ publica ſunt iudicia, & infamiam cum damno pecuniario irrogant, hæc publica quidem putantur, non tamen capitalia. Sp.

PVBLICA monumenta interpretantur Doctores, quòd manu publica, hoc eſt, tabellionis ſint deſcripta. l. geſta. ff. de Re iud. Spieg.

PVBLICA perſona, pro tabellario. l. orphanotrophos. C. de Epiſc. & cler. l. tutor. ff. de Adminiſt. tut. §. cum autem. Inſtit. de Adopt. Item magiſtratus. Inſtit. de Attil. tut. §. pen. Sp.

PVBLICA turba, pro rixis & contentionibus: dictæ, nō quòd publica fiant autoritate, ſed quòd publicè pateāt. Aut. Vt iud. ſine quoq. ſuffrag. §. fugiunt. Sp.

PVBLICA uectigalia intelligere debemus, in l. inter publica. de Verb. ſig. Vlp. ait, ex quib. uectigal Fiſcus capit. quale eſt uectigal portus, uel uenalium rerum, item ſalinarum, & metallorum, & piſcariarum. Obſeruandum, uenalium eſſe octauam partem, ſicut metallorum decimam. l. cuncti. C. de Metall. In ſalinis uerò ea eſt uectigalis natura, ut ſoli mancipes, hoc eſt, qui à Fiſco hoc ius emerunt, ſal uendant. l. ſi quis. C. de Vectigalibus. Spieg.

PVBLICA uia, quæ in ſolo populi eſt, cuius ſolum publicum eſt, ſiue qua iter populo eſt. Eraſm. noſter in Chiliad. indicat, Prouerbij ſpeciem habere illud Plautinū, Nemo ire quenquam prohibet publica uia. Vide tit. de Via public. & ſi quid in ea fact. eſſe dicat. & l. ij. §. ait Prætor. §. uiarum. Ne quid in loc. publ.

PVBLICA utilitas quatuor modis conſideratur. Prima, cum in uniuerſum & particulariter commodum affertur. quod in ſacerdotibus, magiſtratibusq́ conſiſtit. l. j. §. huius. ff. de Iuſt. & iur. Secunda, quę in uniuerſum conducit, non autem ſingulis. ut quoties de locupletando Fiſco agitur. l. pen. C. de Primipil. lib. xij. Tertia eſt utilitas, quæ priuata propriè eſt, licet ex ea conſequatur etiam publica. ut cū dicimus, publicè intereſſe dotes mulieribus conſeruari, liberisq́ hominibus ciuitatem repleri: id enim quod conſequit̃, in uniuerſum prodeſt. Quarta eſt, quoties

quoties id quod cõſequitur, ſingulis pro deſt, nec in uniuerſum quemlibet particulariter iuuat. ut cum generaliter dicimus, Reipublicæ intereſſe, ne quis re ſua abutatur. §. pen. Inſtit. de His qui ſunt ſui iur. Ex Comment. Alciati ad l. pupillus eſt. de Verb. ſig. Sp.

PVBLICAE mulieres, hoc eſt, omnibus communes. c. inter opera charitatis. ext. de Sponſal. Sp.

PVBLICAE res, proprio ſermone ſunt, quæ populi Romani ſunt: ſed & quæ ciuitatum in uſu publico ſunt, per ſimilitudinem publicæ dicuntur. l. ſed Celſus. de Contrah. empt.

PVBLICANI uocantur, qui publico fruuntur. Nam inde nomen habent: ſiue fiſco uectigal pendant, ſiue à fiſco tributũ conſequantur, & omnes qui quid à fiſco conducunt, rectè appellantur publicani, autore Vlpiano in l. j. §. j. ff. de Publican. & uectig. Spieg.

PVBLICIANA actio ad inſtar proprietatis, non ad inſtar poſſeſsionis reſpicit, teſte Vlpiano. l. ſed & ſi. ff. de Publiciana. Spieg.

PVBLICARE uerbum, ad plura uſurpari, demõſtrant. l. ſi fundus quem. ff. Loc. l. nulli. C. de Epiſc. & cler. l. publicani. l. omnium. ff. de Teſt. Sp.

PVBLICE fieri dicitur, quod coram populo fit: Palàm uerò, quod coram pluribus. Id Alciat. ceu non prætereundum, admonuit. Item, & quod autoritate iudicis fit, publicè fieri accipitur. l. j. Vt in poſſeſs. leg. & quod memoriæ publice commendatur, Menigklichen verkündet zůwiſſen. l. j. §. ſed ſcimus. C. de Latin. libert. toll.

PVBLICE intereſſe. l. j. C. de Malefic. & Mathem.

PVBLICIVS Prætor Romanus introduxit actionem Publicianam primus. Ergo ex priſco more, teſte Old. ut alij quoque ad inueniendas res præclaras inuitarentur, ei nuncupata eſt. §. ſed iſtæ quidẽ. Inſt. de Action. Sp.

PVBLICVM, quod non eſt priuatum alicuius, ſed populo cõmune. Hoc autem plurifariam dici, Bar. indicat in l. j. ff. de Publ. iudic. Quo uerò à communi diſtet, Ferrar. docet. §. j. Inſtit. de Rer. diuiſ. Publicum. abſolutè, aliquando ſignificat uectigal. Vnde & Publicani dicti ſunt. Sic nõ tantum alicubi Vlpian. uſurpauit, teſte Budæo, ſed & Cicero uſus eſt. Alciat. tradit, Publicum, propriè in iure noſtro accipi, quod ad populum Romanum pertinet. l. bona ciuitatis. de Verbor. ſig. quæ enim alijs gẽtibus publica ſunt, pro priuatis habentur. Sp.

PVBLICVM certamen, Vlpian. in l. qua actione. §. ſi in colluctatione. ad Leg. Aquil. interpretatur, quod fit gloriæ cauſa & uirtutis. Sp.

PVBLICVM cõſilium, pro Senatu apud Cicer. ponitur.

PVBLICVM inſtrumentũ, uariè dici conſtat ex Specul. tit. de inſtrum. edit. §. vij. per tot. Spieg.

PVBLICVM ius, inquit Vlpian. in l. j. de Iuſt. & iur. eſt, quod in ſacris ſacerdotibus, & magiſtratibus cõſiſtit. Sed in hac parte ſolum Verbum Dei ſpectare oportet, non autem præcepta, uel autoritates gentium, aut populi. Proinde Dn. Old. rectè perſtringit Vlpiani reprehenſiores: quòd is non etiam iuris publici precepta trifariam diſtinxerit. De quo ille latius aliquãto diſſerit in Diuin. Tab. precepto iij. Spieg.

PVBLICI loci appellatio, quemadmodum accipiatur, Labeo definit: ut & ad areas, & ad inſulas, & ad agros, et ad uias publicas, itineraq́ꝫ publica pertineat. autor Vlp. in l. Prætor ait. de Tab. exhib. Spieg.

PVBLICVM munus, nec ad magiſtratũ (quia ille honor eſt. l. cum muneris. ff. de Mun. & hon.) nec ad onera refertur, quę poſſeſsionib. aut patrimonio indicũtur. l. his omnibus. in prin. ff. de Vacat. mun. Ergo ea tantummodo, quæ extra ordinẽ ſunt, reſpicit. l. hi qui. eod. tit. Vide item Inſtit. de Excuſ. tut. in prin. Sp.

PVBLICVM teſtimonium, quod coram multis fit. C. de Cuſtod. reor. l. ſi quis.

PVBLICVS lacus. Vide, Lacus.

PVDOR, ab Ariſtotele definitur, dolor, ſeu perturbatio animi, de ijs quæ dedecus uidenť inferre. Et omnia reſpicit tempora, præſens, præteritum, futurũ poſsibile. Nec ſolum pudor eſt de ipſo dedecore, ſed de periculo etiam, ne admittas tale quid, unde adijſſe turpitudinis periculum uideare. Sanè mos uetuſtatis antiquæ, longè pulcherrimus, ex l. ſed ſi hac. ff. de In ius uoc. colligitur: quo magna anti-

antqiuorum integritas relucet: qui cum uenderent ancillas uirgines, cauere ſolebant, ut ſaluus ſit eis pudor, ne proſtituantur. Et hinc emerſit pactum Immiſsionis manus, quòd poteſt uenditor manus inijcere, & libertam proſtitutam abducere. l. penult. C. Si mancip. ita. uen. ne proſtit. Porrò, Donatus ait, Pudorem eſſe mali facti: uerecundiam, recti & honeſti. Vlp. in l. quæ omnia. ff. de Procur. eleganter reſpõdit: Ferendus eſt, pudorem ſuum purgans. Homerus Iliados. o. pudorem ingens addere calcar ad fortiter agendum indicat. Adi Chiliad. Eraſm. Spieg.

PVDICITIA, à pudore dicta uidetur: ut pudica non ſit, quam non pudet. Hęc uelut regina in uirtutibus fœminæ eſt, quin & inſtar eſt omnium. Vlp. de Iniur. l. ſed eſt quæſtionis. ad fin. Si quis, inquit, tam fœminã, quàm maſculũ, ſiue ingenuos, ſiue libertinos impudicos facere attentauerit, iniuriarum tenebitur: ſed & ſi ſerui pudicitia attentata fuerit, iniuriarũ actio locum habet. Sp.

PVERI regij apud Macedonas uocabantur Principum liberi, ad miniſterium electi Regis. Liuius.

PVERI appellatio tres ſignificationes habet. Vnam, cum omnes ſeruos pueros appellamus. Alteram, cum puerum contrario nomine puellæ diceremus. Tertiam, cum ætatem puerilem demonſtraremus. Autor Paulus in l. pueri. de Verb. ſig. Attamen propria ſignificatione cum puerum dicimus, impuberem intelligemus, id eſt, qui quatuordecim annos nõ expleuerit. Vide Alciatum in eandem. Porrò Prætoris edicto prohibentur poſtulare, id eſt, accuſare, aut defendere. l. j. §. puericiam. de Poſtul. ubi puer ex materia ſubiecta, cenſebitur, qui decem & ſeptem annos nondum compleuit. Cæterùm puer à puritate dicitur. Puerpera à puera, unde diminutiuum puella dicitur. Veteres enim puerus dixiſſe, ut in Caligula Tranquillus autor eſt, & M. Varro, Noniusq; Marcellus indicant. Id Alc. monuit in l. illa uerba, Opt. maximusq;. de Verb. ſig. Vide & Iuriſcos. in l. quęrit. §. puerpera. de Aedil. edict.

PVERVM caſtrare. Vlp. Et ſi puerum, ait, quis caſtrauerit, & precioſiorem fecerit: Viuianus ſcribit, ceſſare Aquiliam.

PVERIS legatis, puellæ etiam debentur. Id non æquè in puellis dicendum eſt, autor Modeſtin. de Legat. iij. Sp.

PVERITIAM autem uſq; ad xvij. ætatis annum completum durare, Vlp. ſcribit, in præallegata. l. j. ff. de Poſtul. Sp.

PVGIL latinè, Athleta Gręcè, qui artem pugnãdi nouit. l. qua actione. §. ſi quis in colluctatione. ff. ad Leg. Aquil. Sp.

PVGILLARES, & Pugillaria, numero plurium, dicuntur tabulæ de ligno, ſiue alia materia ceratę. Dicti à pugno uidentur, quòd eo cõtineri poſſent. Plinius ex autoritate Homeri aſſerit, pugillarium uſum fuiſſe ante tempora Troiana. Paulus l. in cõmodato. ff. Commod. Igitur, inquit, ſi pugillares mihi commodaſti, ut debitor mihi caueret: nõ rectè facies, importunè repetendo. Sp.

PVGNANS cum beſtijs, ceu notatus infamia, poſtulare non poteſt. l. j. §. beſtias. ff. de Poſtul. Sp.

PVGNIS ac calcibus, pro omni contumeliæ genere. Vide Eraſmum in Chiliadibus.

PVLLVS, quorumcunq; animalium fœtus. Quinetiam arborum atque plantarum pullos dicimus. Gloſs. in l. obligationũ ferè. §. placet. ff. de Actionibus & oblig. Spieg.

PVLMENTARIVM, à pulmento dicitur. Eſt autem cibus ſolidior, utcunq;, ſiue ex aquatilibus, ſiue terreſtribus fiat. Paul. de Fund. inſtr. l. cum de lanionis. Sine his, ſcilicet patinis & cacabis, pulmentarium coqui non poteſt. Apud Vlpianum in l. quæſitum. §. Trebatius. de Fundo inſtruct. Accurſius pulmentaria, farina ordei interpretatur, quum cibaria intelligat Vlpian. ad modum pultis facta. Pulte autem, non pane, longo tempore uixiſſe Romanos, manifeſtũ: quoniam inde & Pulmẽtaria hodieq; dicuntur. autor Plinius capite viij. libro decimooctauo. Spieg.

PVLSARE, eſt cedere ſine dolore: Verberare, cũ dolore, ut Offilius tradidit, Vlp. referente. in l. Lex Cornelia. §. j. de Iniur. Valla ſentit, uerberare potius eſſe, cum uerbere, ſeu flagello cædere: Pulſare, cũ graui & uehementi ictu. Sed Alciatus pulchrè defendit Iuriſconſulti ſententiam, qui maluerit uerberare, cũ dolore in ea lege accipere, uerbo illo lata ſignifi-

catione accepto: & Pulſare,ſine dolore. cum frequentatiuũ ſit à uerbo pello, unde fit pulto,pulſo. Impellitur autem quis etiam ſine dolore. Pulſare item pro lædere,uiolare,contumelijs & damnis adficere,apud eundem l.ij.§.planè.ff. Vbi quis ager. Spieg.

PVLVERATIO eſt,quam ruſtici occationem uocant,ubi refringitur in uineis gleba omnis, & in puluerem reſoluitur.

PVNCTORVM in diſtinguendis ſenſibus utilitas & neceſsitas,quid'ue erroris ob malè punctatam ſcientiam,in l.ob ęs. C.de Præd.min.euenerat,ab Alc.lib. Diſpunct.iiij.c.v.indicatur.

PVNCTVM temporis,id eſt,ſpacium breuiſsimum. Cicero Philippica ſecunda: Attende pauliſper, cogitationemq; ſobrij hominis ad temporis punctum ſuſcipe. Apud Mathematicos enim Punctũ indiuiſibilis quædam pars eſt lineæ: cuius, ut inquit Euclides, pars nulla eſt. Grammaticum Punctum, quãdoq; eſſe loco copulæ,oſtendit Bart.in l.cum duobus.§.ſi in coeunda.ff. Pro ſocio. Alciat. lib.iiij. de Verbor. ſig. indicat prouerbialem apud Iurecoss.uerſum, Ob ſolũ punctum caruit Robertus aſello. Ortum ex hiſtoria,quam,ut idem refert, Albericus in hac dictione recenſet. Quamuis illa deſideratur in editione Papiẽſi,quæ fœdè ſcatet mendis: & interim etiam ſi illis careret, adulterina uideri poteſt. Alciatus autẽ refert his uerbis: Robertus, inquit,opulenti ſacerdotij, cui Aſinus nomen,ut uocant, Abbas erat, cæterum auarus & inhoſpitalis: quapropter carmen,quod pro foribus Monaſterij præſcriptum erat,commutato puncto inuertit. Porta patẽs eſto Nulli, Claudaris honeſto. Id cum Pont. Roman. reſciuiſſet, ſacerdotio hominem priuauit: unde in fabulam uulgi tranſijt, prouerbialeq; carmen natum, de modico momento rem magnam amittentibus. Punctus autem, ſuffragium,ſiue fauor, quoniam ueteres ſuffragia non ferebant,ſed puncto notabant. Vnde Expuncti dicebantur uiles, eiecti,ſiue fauore priuati. Sp.

PVPILLVS,diminutiuum eſt à pupo, quæ dictio puerum ſignificat. Vnde ex nominis etymo, qui in patris poteſtate eſt,pupillus dici poterit. Alc. de Verbor. ſig. Dicitur autem propriè is,qui cum impubes eſt, deſijt in patris poteſtate eſſe, uel morte,uel emãcipatione. Vide Ant. Fumæum in Trac. de Subſt. Maſculus à ſeptimo anno,uſque in xiiij. Puella uerò uſq; in xij. ſic uocatur. Sp.

PVRGARE,eſt & ſe excuſare,& innocentiam ſuam oſtendere.l. is qui reus.ff.de Public.iud.l.ult.de Acquir. rer. dom. cũ ſimil. Purgare officium ſeruorum ſuorũ, apud Calliſtratum ij.ad Silan. Item Purgare prouinciã malis hominibus.l.præſes.ff. de Offic.præſ.

PVRGARE pudorem ſuũ. Vide,Pudor.

PVRGATIONIS iuriſdictio,eſt imperij meri. de quo latius Specul.tit. de Iuriſdiction.om.iud.

PVRA à nuptijs,per ironiã dicitur impudica: quòd citra nuptias copiã ſui faceret.

PVRA ſtipulatio,quæ nec in diem,nec ſub conditione concepta eſt.Sp.

PVRAM chartã accipit Vlpianus, in qua nihil ſcriptum eſt.Bud.

PVRA ſubſtantia dicitur,deducto ære alieno.l.iubemus. C.de Repud.Sp.

PVRA toga,quæ à Cicerone dicitur, ἀπόρφυρος,id eſt,ſine purpura,et τέλειον,id eſt, iuſtam dici à Plutarcho, Bayſius annotauit.Spieg.

PVRA uaſa, ſine emblemate, cælatura, aut incruſtatione. Paul.in l.ſi rem.de Rei uend. Quamuis & in uaſis occurrat difficultas,utrum pura,aut cælata ſint, dici oporteat. Spieg.

PVRE,pro ſimpliciter & abſolutè. Paulus in l.v.de Doli mali excep.in princip. Purè mihi decem debes, ea tibi ſub conditione legaui. Sic apud Ciceron. de Inuentione,Purum iudicium, pro ſimplici, & abſoluto omni exceptione.Sp.

PVRVM, cui nihil eſt admixtum.l.in his. ff. de Solut.l.librorum.§.chartis. de Leg. iij. Spieg.

PVRVM putum, pro prorſus, ac uerè,quaſi dicas,ipſiſsimum eſt: ea dictum forma, qua Iureconſulti dicunt,Sarta tecta. Vide Eraſm.in Chiliad.Sp.

PVRVS honor,qui extra adminiſtrationẽ eſt. Aut. Vt ordin. præfecturæ. in prin. Collat.v.Spieg.

PVRVS locus Vlpiano eſt, qui nec ſanctus, nec ſacer, nec religioſus eſt.l.locũ. de Sumpt.fun.Sp.

PVRVS putus ſycophanta, hoc eſt, merus, in quo nihil probitatis eſt, ex omni

uitio

uicio concretus: qualis delator & calumniator eſſe debet.

PVRPVRAE appellatione, omnis generis purpuram contineri puto, inquit Vlpian. de Leg. iij. Idem ait, Purpuræ appellatione cæcum non continebitur. Quod ſi uerum eſt, non prorſus eadem ſentire uidebitur Matthęus, de ueſte qua induerunt perfidi Iudæi Seruatorem noſtrum, cum Marco & Ioanne. de quo latius diſſerit Bayfius cap. iij. in de re Veſtiar. Quęre, Coccina ueſtimenta. Item Purpura, pro magiſtratib. interdum ponitur: quorum olim inſigne erat apud Romanos, ut & poſt amiſſam libertatem, cùm Imperatorum, tum Regum permanſit. l. j. C. Null. lic. in fren. lib. xj. in uerbo, Chlamydib. & l. j. C. Quæ res uendi non poſs. l. pen. C. de Conſ. lib. xij. Purpurati autem hi, qui apud Principes dignitate antecellebant, dicebantur. Nam illis Purpuræ uſus cōcedebatur. Vide Bart. in l. ſi quis nauiculam. C. de Murileg. libr. xij. Bayfius plura de purpuræ precio & uſu congerit. Spieg.

PVRPVRARII, genus negociatorū eſt. l. negociantes. C. de Excuſ. mun. lib. x.

PVSILLA pecunia. Vlpian. de Pecul. l. Depoſiti. Peculium, ait, dictum eſt, quaſi puſilla pecunia, ſiue puſillum patrimonium. Spieg.

PVSTVLATVM argentum, Alphenus in l. in naue Saupheij. ff. Locati. Veluti cum argentum puſtulatum fabro daretur. Pro purgatiſsimo & excoctiſsimo poſuit Tranquillus: cuiuſmodi aurum obrizum à Græcis appellatur τὸ πολλάκις ἑψηθὲν, hoc eſt, multipliciter excoctum. Budæus putat, hic & paſtillatū legi poſſe, ut informe argentum, infectumq́ aurifici eſſe datum intelligamus. At nihilo ſecius tamen puſtulatum legendum probat. Dici autem uolunt puſtulatū argentum, à puſtulis, quæ in argento cælato in aſpredinem quandam exciſæ uiſuntur, ſimiles illis puſtulis, quæ ex uerruca, uel ſudore naſcuntur. Puſtula uerò, ipſa argenti puri maſſa uocatur, ut in hac dictione teſtatur Nebr.

PVTAMEN, dicitur rei alicuius purgamentū. Nam quidquid ex aliqua re proijcitur, id putamen appellatur.

PVTARE alium eſſe prætorem præ alio. Vide l. ij. ff. Vbi quis ager. Spieg.

PVTARE pro nihilo, Nihil æſtimare, aut facere apud Ciceronē haud infrequens.

PVTARE quod factum eſt, non eſſe, & ignorare, æquipollent. l. qui fundum. §. ſeruus. ff. Pro empt. Alber.

PVTATI ratio an debeat, apud Scæuolā in l. Thais. §. Titius. ff. de Fideicō. libert. ut apud Plaut. in Aulul. Putatr̄ ratio cum argentario. Spieg.

PVTATI ſumptus, pro deductis apud Papinianum, de Negoc. geſt. cum ait, Qui aliena negocia gerit, uſuras præſtare cogitur, eius ſcilicet pecuniæ, quæ putatis neceſſarijs ſumptibus ſupereſt. Sp.

PVTEAL, ut Acron ſcribit, erat locus Romæ ad quem conueniebant fœneratores. Porphyrio uerò dicit, ſedem fuiſſe Prætoris propè circum Fabianum, ad quem Scribonius Libo ſedem & Prætoris tribunal collocauit: cuius Ouid. Orat. cæteri meminerunt. Vide B. Plaut. in iiij. Satyr. Perſianam. Marlianus qui nuper edidit elegantem de Antiq. Romæ librum, refert ſe conſpexiſſe numiſma argenteum eius precij, quo denarius, in altera parte cuius uiſitur caput Libonis cū hac inſcriptione,

LIBO BONE VENI.

In altera uerò, tribunal cum indice,

PVTEAL SCRIBONI. Sp.

PVTEOLANOS, Puteolana matre, in l. j. Ad municip. Item fundum Puteolanū, in l. Aemilius. de Minoribus Albericus indicat tantum. A' Puteolis fit poſſeſsiuum Puteolanus. Puteoli autem urbs Campaniæ Italicæ, prius Dicęarchia dicta: ob iuſtum imperium, ut cap. xiiij. Scholiorum meorū in primum lib. dict. & fact. Alphonſi Regis annotaui: quib. addi poſſunt ea, quorum à Volaterrano fit mentio, in deſcriptione Campaniæ, libro Geograph. ſexto. Sp.

PVTEAL, id eſt, quo puteus operitur, ait Pomponius. l. id eſt. de Act. empt. Vide Rhodigin. cap. xvij. lib. vj. Sp.

PVTEANVM, quod ex puteo eſt. ut aqua puteana. Putearius uerò, qui puteos fodit. Spieg.

PVTEOS aperire, teſte Rhodigino, poſitum eleganter apud Iuriſconſul. pro excauare, in §. final. l. fluminum. & inibi, Puteus apertus. ff. de Damn. infecto. Spieg.

PVTEVS. Omnis puteus fons, nō omnis

ſons puteus. Vbi enim aqua de terra manat, & uſui præbetur haurientibus, fons dicitur: ſed ſi in promptu et ſuperficie ſit, fons tantum dicitur: ſi autem in alto & & profundo ſit, ita puteus uocat, ut fontis nomen nõ amittat. autor D. Auguſt. Tract. xv. in Euang. Ioann. Vide Vlp. cuius eſt Lex unica de Fonte. Sp.

PVTATI ſumptus, pro deductis apud Papinianum de Negoc. geſt. cum ait: Qui aliena negotia gerit, uſuras præſtare cogitur, eius ſcilicet pecuniæ, quæ putatis neceſſarijs ſumptibus ſupereſt. Sp.

PVTATOR, arborum purgator, qui Plinio eſt Arborator, nullo tamen, ut putant, exẽplo. Putatio, quę uulgò in arboribus emũdatio, in uitibus reſectio dicit. Paulus ad Leg. Aquil. Si putator cũ ex arbore ramum deijceret, & cætera. Sp.

PVTVM, teſte Feſto, antiqui pro puro dicebant. Vnde putum aurum, putatũ dici ſolet, id eſt, expurgatum. Meminit & Nonius. Annotauit & Budæus.

P Y

PYCTACIA, in l. actuarij. C. de Erog. mil. ann. lib. xij. pro breuibus commentariolis accipiuntur, quæ eodem tit. in l. excellentia. Breues uocãtur. teſte Bud. in Annot. prior. Apud Lampridiũ in Alexandri uita, Pyctaciũ dicitur album, id eſt, tabella dealbata, in qua nomina iudicũ ſelectorum deſcribebantur. Sp.

PYCTAE, ſunt pugiles. Quod nomen & ad gallinaceos pugnaces translatum eſt. Idem in l. ij. de His qui not. infam. Vide, Athletarum nomine.

PYRRHICHA, quæ & Euoplia, id eſt, armata ſaltatio. A' quo Pyrrhicharij, uel Purrhicharij dicti in l. aut damnum. ff. de Pœnis. Sunt autem qui à Græcis πυῤῥιχισαὶ dicũtur, hoc eſt, ſaltatores armati. κόρδαξ, ſaltatio eſt obſcœna & comica. Bud. in d. l. ij. & l. athletas. de His qui not. infam. Vide & Rhodig. cap. iiij. lib. v. Sp.

PYTHONES qui ſint in Canonicis decretis, Rhodigin. indicat cap. decimo, libro quinto. Spieg.

Q V A

QVA, nominandi caſu non utimur, niſi in compoſitione. ut aliqua, ſiqua. Quapiam, auferendi caſus eſt. Martianus in l. diui. ff. de Adimen. leg. Cum teſtator poſtrema ſcriptura, quapiam ratione motus, peſsimum libertum eſſe adieciſſet. Spieg.

QVA, pro quatenus. Paul. Sed nec ille qui filium alienum poſsidet, tantum habet, quanti eum patri uendere poteſt. Sed in præſentia nõ qua filius alicuius, ſed qua homo æſtimatur. Sp.

QVA, aliquando ſignificat tum, ſiue partim. Bud. ex epiſtolis Cicer. ad Atticum exemplis demonſtrat. Sp.

QVA de re, modò propter quam rẽ. ut in l. ij. ff. de Migrãdo. Modò pro, de qua agitur. Vide Bud. in Annot. priorib. Sp.

QVA die, quomodo accipiendum ſit, interpretes tradunt, in l. ſi decem cum petiero. ff. de Verb. oblig. Spieg.

QVA fronte poterit hoc deſiderari, id eſt, qua ratione, quo pacto? **Mit was ſigen/oder glympff**, ac ſic dicat, id quidẽ impudentius poſtulabitur. Verba ſunt Papiniani in fin. l. ſi plures. ij. de Adminiſt. tut. Notum quid uelit ſibi illud, Et qua fronte audebis hæc facere? Sic ext. de Appell. c. qua fronte. Vide Eraſm. in Chiliad. explicantem quid ſit, Frontem perfricare. Spieg.

QVADANTENVS, uſque ad quandam partem, aliquantulum.

QVADRANGVLVS homo pro perfecto, qualẽ Plato inquit eſſe difficile reperire. Vide Bapt. Pium in iiij. Lucretij & Eraſ. in parœmia, Quadratus homo.

QVADRANS erat, autore Plinio, nummulus, qui & Triuncis, uel Triunx uocatus eſt, à tribus uncijs. Sic etiã Sextãs, nummus erat, cum Pop. Rom. in funere Menenij Sextantes contulerit, apud Valer. & Plinium. Nec mirum eſt, inquit Bud. tam latè uerborum iſtorum ſignificationem patêre: cum cognata ſit, & connexa ponderum ratio, cum menſurarum ac numerorum rationibus. lib. j. de Aſſe. Quadrans ſumma etiam rationum dicitur, in qua nihil excurrit, & in qua nulla ſunt reliqua: id eſt, cũ æqualis eſt ſumma accepti, & expenſi. Vide eundem in Annot. prior. Spieg.

QVADRANTAL. Lege, Amphora. & Alc. in l. uinaria uaſa. ff. de Verb. ſig.

QVADRATARII, dicunt marmorarij, qui ea adamuſsim quadrãt. Hinc ars quadrataria. Alc. C. de Excuſ. artif. lib. x.

QVADRIGAE legatũ, de quo Papinianus in l. peculium. de Legat. ij.

QVA-

QVADRIGARVM nomine, intelliguntur etiã equi, qui quadrigas agũt. l. peculiũ. §. quadrigæ. de Leg. ij. Eſt Synecdoche locutionis. Vide Zaſ. in l. ſcire debemus. ff. de Verb. oblig. Sp.

QVADRVPEDI ſeruus equiparatur in prin. l. ij. ff. Ad Leg. Aquil. Sunt paſsim multa in libris Pandectarum, de inhumanißima ſeruitutis forma. Cauſam in Iſagogico, tit. iij. Oldẽd. indicat. Certè ratio naturalis, & ius diuinum præcipiunt, relinqui ſeruis uictum. ſicut ait Eccleſiaſticus capit. xxxij. Aſino onus, pabulum, et uirgam: ita ſeruo laborem, uictum, & diſciplinam. Cæterùm Quadrupedem pro pecude accipi, annotauit in Comment. Alciat. Hic ego quadrupedis uoce maiora, pecudis minora quadrupedia puto intelligenda, proprieq; diſiunctiuã particulam à Caio poſitam. Sp.

QVADRVPLATORES, dicti ſunt criminum publicorum delatores, qui pro delationis præmio, quartã partem in bonis delatorum conſequebantur. Delatores uerò, ſycophantæ, hoc eſt, criminatores ſunt. Budæus in l. plurimum. de Iur. & fac. ignor. Lege item, Simplariæ uenditiones. Zaſius Quadruplatores alicubi nominat Scholdrer, qui lucra ex ludis ſumunt. Lege, Redemptor. Sp.

QVATERNIONES à quatuor militũ quibus præerant, numero, dicti. Act. Apoſt. xij. tradens eum quatuor quaternionibus militum cuſtodiendum.

QVAE fructus quærendi, cogendi, cõſeruandi gratia parata ſunt, explicantur in l. inſtrumento. ff. de Inſtr. & inſtrum. leg. Spieg.

QVAE, particula ſubſtantiæ eſt ſignificatiua, non quantitatis, aut qualitatis. Gloſs. in l. j. C. de Sent. quæ pro eo quod inter. profer. Spieg.

QVAE non poſuiſti, ne ſuſtollas. Refertur inter Solonis Leges, à Platoneq; citatur de Legib. xj. Nimirũ in eos dictum, qui repetunt quod non crediderũt: item qui ſibi poſtulant acceptum ferri, quod non preſtiterunt. Adi Chiliades Eraſmi. Spieg.

QVAE te dare ſpondere oportet. Vide l. quod te. ff. Si cert. pet. Sp.

QVAE tabernarum exercendarum, inſtruendarum piſtrini, cauponiæ cauſa facta parataq; ſunt, do lego. Vide Pomponiũ l. ſi ita. ff. de Fund. inſtrum.

QVAE uiuus præſtabam, dari uolo. Quid hæc uerba ſibi uelint, Papinianus exponit in l. Seio. §. medico Sempronio. de Ann. leg. Modeſtinus in l. Mela ait. de Alim. & cibar. leg. Sp.

QVAECVNQVE dictio, propter generalitatem, ad improprios caſus trahitur. Vnde quicunq; hæres, etiam impropriè hæredẽ comprehẽdit: & cum de quibuſcunq; contractibus loquimur, etiam de abuſiuis dicimus. ut tradunt Doctores in l. unius. §. cogniturum. ff. de Quæſt. quod tamẽ procedit, cum nulla differentiæ ratio aſsignari poteſt.

QVAECVNQVE ſunt in fundo, pro eo, quæ eſſe ſolebant. l. quæſitum. §. final. de Leg. iij. Quæcunq;, & Quantacunq;, maioris ſunt ſignificantiæ quo ad uniuerſalia, quàm uerbum Omnis. quia iſta propoſitio uniuerſalis, Omnes ſciunt, patitur exceptionem ſecundum materiã ſubiectam. l. omnes, iuncta Gloſs. C. Sine cenſ. uel reliq. Sed Quiſcunq;, Quantuſcunq;, ſine delectu ſingularia cõplectuntur. l. baliſta. ff. ad Trebell. ubi ſub uerbo Quantacunq; pecunia, fructus fundorũ intelliguntur. Poſſunt tamen exceptionem quãdoq; pati, ſed raro. Quia ut Zaſius ait, nihil in iure noſtro ad punctum redigitur. Spieg.

QVAEDAM dictio, non inducit regulã, ſed exceptionem. ut docet Dynus in l. quidam. ff. de Iur. codicill. Sp.

QVAEDAM habere poſſumus, quamuis ea nobis utilia non ſunt, ut ait Labeo. l. ei fundo. ff. de Seruit. Spieg.

QVAEREMVS, in §. fi. l. et hec diſtinctio. ff. Locati. Accurſius, id eſt, inueniemus, exponit. Senſum ſatis indicat Donatus. Non reperietur, niſi quod quæritur: non quæritur, niſi quod preſto non ſit. Sp.

QVAERERE, eſt informationem facere, & legibus uindicare. Bud. in l. poſteriore. de Orig. iur. Hinc Quæſtio, pro iudicio publico accipit. Vnde & iudex quæſtionis, Prætor dicebatur. Et Quæſtor, qui iudicijs publicis preerat. Atqui Querere, iudicum & magiſtratuum eſt: inquirere, aliorum.

QVAESITOR is eſt, qui præeſt quæſtioni.

QVAESITOR is dicit, qui quæſtionem habet: hoc eſt, qui inquirendum curat de cri-

de crimine, de eoq́ iudiciũ exercendũ. Hic Quæſitor ſedebat pro tribunali, iudices autem in ſubſellijs, omniaq́ fermè in poteſtate habebat. Vide Bud. in l. j. Ad Leg. Corn. de Sicar.

QVAESTIO, eſt appetitio cognitionis, queſtionisq́ finis, inuẽtio. Eſt aliquãdo dubitatio & diſceptatio. Sunt aũt Quæſtiones iuris multæ, quæ non regulis & diffinitionibus, ſed factorum circũſtantijs offendi poſſunt: in quib. Doctores fruſtra deſudant, Old. teſte. Sp.

QVAESTIONEM conſtituere, eſt decernere ut ſcelus uindicetur. Budæus in l. j. Ad Leg. Corn. de Sicar.

QVAESTIONEM ferre, eſt uindicandũ facinus iudicib. præbere, & mandare, uel potius ad Senatũ referre, ut de uindicando ſcelere extra ordinẽ Senatuſcons. & in iudicium res deducatur. Budæus in l. j. ad Leg. Corn. de Sicar. Sp.

QVAESTIONEM intelligere debemus & tormenta, & corporis dolorẽ, ad eruendam ueritatem, inquit Vlpianus, de Iniur. l. iniuriarum. & l. j. de S. C. Syllan. Quæſtionem, inquit, ſic accipimus, non tormenta tantum, ſed omnẽ inquiſitionem & defenſionem mortis. Queſtio etiam dicitur, quam uulgò informationem dicunt, Erkundigung.

QVAESTIONIS uerbo etiã, quã malã manſionem Greci dicunt, continebitur, ait Vlp. in l. Item apud Labeonẽ. §. Queſtionem. uinculi genus, uel tormenti ſignificatur, ut apud eundem Vlpianum, in l. ſi hominem, ſub tit. Depoſiti. Hominem uinctum, ut de eo quæſtio habeatur, uel ad malam manſionem extẽſum. Quo in loco, teſte Budæo, Accurſius male interpretatus eſt carcerem: ut etiã hoc in loco. Spieg.

QVAESTORVM antiquiſsimam fuiſſe originem, extra dubitationem eſt, Old. ait: quia nihil prius apud homines cœpit, quàm cura inquirendæ ac conſeruandæ pecuniæ propter inherentem auariciam. l. j. in prin. ff. de Offic. quæſtor. iuxta eundem Old. nos hodie rectè appellauerimus præfectos ærarios, qui uulgò theſaurarij, aut alio nomine uocantur. Olim item ærarij ſine adiuncto, dicebantur qui propter delictũ à Cenſorib. ea cõtumelia afficiebant̃, ut ciuium numero exempti, pro capite tantum ſuo æris aliquid penderent, autore Aſconio. Sp.

QVAESTIONEM poſtulare, eius eſt, qui iniuriã ſibi factã quærit̃, aut alteri, quam uindicare ad eum non pertineat. Bud.

QVAESTOR, qui comitandæ rei militari primum creatus fuit: eum nunc Theſaurarium bellicũ uocamus. Hinc Quæſtorium, in caſtris Quæſtoris tabernaculum dictum: & Quæſtorius, qui Quæſtor fuit.

QVAESTORES candidati, libros imperatorios ac literas legebant, ſummoq́ in honore erant candida ueſte integritatis inſigni, conſpicui: de quibus Suetonius in Auguſto ſcribit. Cui magiſtratui Cancellarium ſimilem penè eſſe Pyrrhus cõtendit: quo functus eſt apud Iuſtinianũ Tribunianus inter togatos primus, ut eſt apud Suidam. Sp.

QVAESTORES ærarij, hodiè ſunt mulctarum, id eſt, emendarum receptores. Budæus ait, in Annotat. prior. ad tit. de Offic. Quæſt. Olim horum munus erat, uectigalia Pop. Rom. in prouincia exigere, ſtipẽdia præbere militib. ſingulaq́ accepta, expenſaq́ rationibus inſerere, multas quoque pecunias tam Romæ, quàm in prouincijs exigere, & in publicas tabulas notare, omniumq́ pecuniarum, rerumq́ notas, & illuſtres rationes dare: illasq́ confectas & conſolidatas, abſolutasq́, per ſcribas ſuos in ærarium deponere. Alexan. de Alexand. Genial. dier. libro ſecũdo cap. ij. Sũt & alia Queſtorum munera, quorum idem eodem loco meminit.

QVAESTORES parricidij, quorũ meminit Lex xij. Tabul. cauſis capitalibus præponebantur, quaſi earundem quæſitores. Hodiè maleficiorum iudices ſunt Italis, qui uocantur Pontificio iure Inquiſitores. Spieg.

QVAESTORES pecuniæ, tum alij magiſtratus Quæſtorij, qui in poſteriorib. C. libris uaria nomina ſortiunt̃, ordine referuntur à Pyrrho libr. ij. ubi inter cætera admonet, quòd docti uiri, inter quos & Budæus, ut paulo antè indicatũ eſt, Queſtores ærarios ſimiles eſſe his dicunt, quod mulctarum, quas emẽdas noſtrate lingua, Freuel/Vnzůcht büſſen, uocamus, Receptores appellant. Et referre ad ærarium rationes, eſt computum reddere apud eos, qui ratiocinijs ſunt præfecti:

præfecti: cuiuſmodi apud Auſtr. Principes habentur, qui Kammerrhäte uocantur. Inter quos nunc in Aula Cæſaris Ferdinandi regis, noſtro æuo laudatiſſimi, Primarius agit, ueteri amicitia mihi coniunctiſſimus D. Ioan. Zottus à Pernegko: qui adhuc adoleſcens, à diuo Maximiliano, ad rei pecuniariæ adminiſtrationẽ receptus, per diuerſa munera in eadem functione obita, tam publicè quàm priuatim, ſumma integritatis cùm laude tum fide perpetuò ſeruata, ad tam ſplendidum ordinem uocatus eſt à principe: quum iam ocium longẽ honeſtiſſimum meditaretur. Sp.

QVAESTORES urbani erãt, qui ærariũ curabant, eiusq́ pecunias, expenſas & accepta, referre in tabulas public. cõſueuerant. Budæus in tit. de Off. quæſt.

QVAESTORES unde ab initio dicti ſint. Vide, Tulli Hoſtilij.

QVAESTORIA decreta, ut Tuſanus annotauit lib. iiij. epiſtol. Budaicar. ſunt à quærenda pecunia dicta: id eſt, à quæſtu & capturis, hoc eſt, lucris faciendis. Idem ait, Niſi liber Sextus Decretalium, & Clementinæ eſſent conditæ, & regu. Cancellariæ, anguſtus eſſet locus relictus, impetrandis priuilegijs, & uacationibus munerũ obeundorum, & ſolutionibus legum Canonicarũ, quas diſpenſationes uocant, quæ magno quotidie emuntur Romæ. Quæſtura, Quæſtoris dignitas: ſicut à prætore, prætura. Sp.

QVAESTVOSVS homo, qui quæſtus & lucri auidior, undiq́ lucella quæritat. autor Valla.

QVAESTVARIVS, qui quæſtus gratia lucrã artem exercet. l. athletas. §. j. & l. ij. in fi. ff. de his qui not. infam. Vallæ Quęſtus eſt actio ipſa atq́ artificium lucrandæ pecuniæ. Verùm, Quæſtus nomine nec hæreditas, nec legatũ, nec donatio continetur: q̃d & Alber. monuit. Sp.

QVAESTVS illicitus comprehenditur nomine lucri. Vnde luſor etiamſi multa perdiderit, non poterit prætendere titulum oneroſum. Baldi celebratur uerbũ illud: Quidquid ex maleficio quæritur, dicitur eſſe lucrũ, ſed illicitũ. l. ſi poſſeſſor. ff. de Petit. hered. iubet reſtituendos quæſtus inhoneſtos: ne uel colore aliquo poſſeſſor lucrum faciat. Sp.

QVAESTVS, pecuniæ, fructus agrorũ, QVAESTVM ſcribarum lex Clodia coercuit. Lege Plutarch. in Catone. Sp.

QVALI, ſunt caniſtrę uindemiæ aptæ, ſiue ad comportandas uuas, ſiue ad colandum muſtũ. Vlp. de Fun. Inſtr. l. inſtrumenta. Quali, inquit, uindemiatorij, exceptorijq́, in quibus uuæ cõportantur. Nebr. At uerò, Qualus apud Vlp. in l. ſed & ſi quid. de Vſufr. non cophinum ſignat, ut Accurſius exiſtimauit, ſed uas uimineum, per quod uinũ guttatim defluit, cum calcatur uua, reliqua uerò materia exire prohibet. De Quaſillo nonnihil ex idoneis autoribus collegimus interregni tempore, Prudentianũ hymnum, cui initium eſt, Da puer plectrum choreis, interpretantes in fratris Maij, tum adoleſcentis gratiam, ac ad leniendum, quem acerbiſſimum ex principis opt. max. deceſſu (cui Deo ſpiritũ commẽdanti præſtò eram) accepi dolorem.

QVALIS, infinitè ſumitur, quantum ad quantitatem tantum refertur. l. certum. ff. Si cert. pet. Sp.

QVALIS QVALIS, idem quod qualiſcunq́, Iuriſconſ. in leg. reſcriptum. de diſtract. pig. quia ex contractu qualiquali obligatione à debitore interpoſita. Vlpian. in l. ij. ff. de Bonor. poſſeſſ. ſecun. tabul. Sic qualiter qualiter, pro qualitercunq́, apud Celſum, in l. qui fundũ. ff. Quemad. ſeru. amit.

QVALISCVNQVE, cuiuſcũq́ cõditionis, Vlp. in l. ij. §. ait præt. ff. Qui ſatiſdare cogũt. Qualiſcunq́ fideiuſſor accipiat̃, hoc quantũ ad facultates, id eſt, etiam nõ locuples. Interdũ pro malo ponit̃, interdũ pro minimo. Obſeruandũ autem, ꝙ hæc uerba, Qualiſcunq́, quantuſcunq́, quantumcunq́, licet ſint uerba maximẽ effuſa, uniuerſalia, tamẽ adſtringunt̃ ad habilitatem meri & nudi facti. Vnde ſi dixero, Qualeſcunq́ nummos mihi dabis recipiam: ſi dares mihi cupreos, uel ferreos, non cogerer. debent enim aliquo modo eſſe utiles. Vide doct. in l. ij. §. quod ait. ij. ff. de Verb. oblig. Gloſſ. in l. j. C. de Fide inſtr. Sp.

QVALISCVNQVE fideiuſſor interdũ accipitur, quantum ad facultates, id eſt, etiam locuples, teſte Vlp. in l. ij. ff. Qui ſatiſdar. cog. Sp.

QVALEM ſententiam dicat arbiter, non refert, dummodo dicat, quod ipſi uidetur,

tur. Certiſſima enim ductrix conſcientia eſt. Paulus in l. qualem. ff. de Recept. Spieg.

QVALIS ueruex, talis offa. Refertur à Gloſ. in l. j. quod iuſſu. Videtur non abſimilis ſignificationis eſſe illi, Similes habent labra lactucas: cum par pari refertur. Ex Alc. Sp.

QVALITAS eſt, ſecundum quam quales dicimur. Vt aduocatio, procuratio, legatio, paternitas, filiatio, qualitates ſunt: quòd ſecundum eas aduocati, procuratores, legati, patres, filij eſſe dicimur. Diuiditur autē qualitas trifariam. In ἦθος, hoc eſt, habitum, affectum, & qualitatem, quæ ſenſum mouet. Habitus, eſt qualitas uel animi, uel corporis, quæ agendi conſuetudine paratur, quo facilius & certius aliquid agamus, arg. l. legatis ſeruis. §. ornatricib. de Leg. iij. Animi, ut grammatica, dialectica, rhetorica, medicina, iuriſprudentia. Corporis, ut palæſtrica, hiſtrionica, ars pingēdi, ars ſagittandi. Rurſus animi habitus, alius eſt ipſius intellectus, alius uoluntatis. Intellectus, ut artes. Voluntatis, ut uirtutes & uitia. Affectuum ſunt quatuor, lætitia, dolor, ſpes, metus. Qualitates quæ ſenſum mouent, ſunt, color, ſonus, odor, ſapor: & quæ ad tactū pertinent, duricies, mollicies, caliditas, frigiditas, humiditas, ſiccitas. His de rebus ſcripſi iuuenis, & in Scenica Capnionis progymnaſmata, & in perquàm elegās Pici carmen Stauroſtichon, diuo Maximiliano dicatum. Sp.

QVALITAS non poteſt eſſe ſine ſubiecto. l. ij. de Vſufr. Salomonius tamē obſeruatu dignum cenſuit, per qualitatem fieri indubitabilem demonſtrationē, & induci certam cognitionem de eo quod præſens non eſt: & eſt demonſtratio intellectualis, quæ ſufficit, ut l. j. de Cond. & demonſt. Hinc Bald. arguit, & quidem, ut idem Salomon. ait, belliſſimē, ſpurium poſſe inſtitui, ſi legitimabitur. Spieg.

QVALITAS in iure noſtro accipitur etiam, pro differentijs facientib. rem certam ac determinatam, & contrahentib. rem ad indiuiduum. text. eſt ſecundum Zaſ. in l. ſtipulationum quædam. ff. de Verb. oblig. Sp.

QVALITAS, adiecta uerbo, ſecundum tempus uerbi intelligenda eſt. l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de Noxal. Sp.

QVALITAS argumenti, uel negotij, q̄d uulgus dialecticorum uocat, ſecundum materiam ſubiectam. l. ob carmen. ff. de Teſtib. Qualitas, pro cōditione, in l. ob carmen. tit. illo. Sp.

QVALITAS poteſt abeſſe, integra ſubſtantia remanente. d. l. in delictis. Sp.

QVALITAS falſa uitiare nō ſolet. l. pen. ff. de Reb. dub. Sp.

QVALITAS prædij, bonitas, ſalubritas, amplitudo. l. ſi quid alius. de Verb. ſig. Vide infrà, Seruitus. Sp.

QVALITATIS nomine Tullium lib. j. Acad. Quæſt. cunctanter & cum excuſatione uſum eſſe, Inſulanus obſeruauit. Spieg.

QVALITERCVNQVE, pro utcunq;, hoc eſt, ſiue bene, ſiue malè. Alberic.

QVALITATVM aliæ neceſſariæ, aliæ non neceſſariæ. Priores in actione omnino exprimendæ ſunt. ut, Peto decem à pupillo: quia ei mutuaui, interceden te tutoris autoritate. Hęc qualitas eſt neceſſaria, ad uictoriāq; cauſæ facit. Et hæc interdum à iure præſumitur. l. non putauit. §. non quæris. ff. de Cont. Tabulas. l. ſi poſt diuiſionem. ſub finem. C. de Iuris & facti ignor. De qualitatibus autem nō neceſſarijs, perpetuum eſt, ut eas exprimi nihil neceſſe ſit. Si tamen exprimantur, ne uitietur petitio, probandæ ueniunt. l. habebat. ff. de Inſtit. Sp.

QVALVS. Vlp. in princ. l. ſed & ſi quid. ff. de Vſufr. Nam ſi librarium, ait, rus mittit, & qualum & calcem portare cogat. Apud Vergil. Georg. II. qualus pro uimineo uaſculo, per quod uinum guttatim defluit, cum calcatur uua. Apud Apuleiū accipitur pro caniſtro, in quo panis ſeruat̃. Prudentius noſter in hymno à nobis enarrato pro ſponda accipit. Spieg.

QVAM, pro quantum, quibuſdam interpoſitis uerbis, cuiuſmodi ſunt, poſſum, ualeo, & ſynonymis. obuia paſſim ſunt exempla. Pro ualde ponitur in l. ij. C. de his qui uen. ętat. impet. Sic apud Cicer. & nullos non idoneos Latinitatis autores reperitur.

QVAMCITO, cum aliquo temporis ſpacio, accipiendū eſt. l. quo enim. ff. Rem. rat. hab. Vnde & quamcito commodē

fieri

fieri poteſt, arbitrio iudicantis relinquitur. l. j. ff. de Iur. delib.

QVAMDIV, pro quoad. Paulus in l. illis libertis. de Cond. & demon. Quamdiu adoleſcens ad militiam promoueretur. An hæc dictio faciat conditionem, Bartol. differit, in l. j. C. de Leg. & in l. j. ff. de Cond. & demonſt. Sp.

QVAMLIBET, haud ſcio an rectè, ut Alber. indicat, pro aliquam, accipiatur, in l. iij. in prin. ff. de Acqu. poſſ. Senſus concinnior uidetur, ſi pro quantumlibet ſumatur. Sp.

QVAMPLVRIMO uendere, apud Ciceronem.

QVAM maximam partem. l. ſi ita quis. ff. de Leg. ij.

QVAMOBREM, in Autent. de Reſtitut. fideicom. §. quamobrem. Vnica dictio, quibuſdam etiã tres, quam ob rem, modò interrogat, modò idem ſignificat quod, Quapropter. Sp.

QVAMPRIDEM, pro, quanto tempore ante.

QVAMPRIMVM, una dictio, ualde citò. Vide Specul. tit. de Diſput. & alleg.

QVANQVAM, cõiunctio cauſalis, idem ſignificans quod tametſi. Hanc particulam aliquando ſubſequitur alia particula, tamen, & eleganter. ut apud Vlp. in l. quanquam. ff. de Aqu. pluu. Sp.

QVAMVIS, interdum cauſalis eſt. Albericus exemplis demonſtrat, & ſimul ubi aduerſetur indicat. ut in l. qui iuraſſe. in fin. ubi Gloſſ. ff. de Iureiuran. Interdum corrigit, ut in l. ubi autem non apparet. §. illud. uerſ. quod uerò. ubi Gloſ. & doctor. ff. de Verb. obligat. Bart. in l. iij. §. in hac. ff. de Commod.

QVANDO, id eſt, quo tempore, quãdocunq;, quocunq; tempore, quandoque, aliquo tempore, Albericus rectè monet in dict. Quando, & Quandocunq;, de his dictionib. certam regulam tradi nõ poſſe, ſed eas uel ad modum, uel ad conditionem, uel ad tempus, pro materia, ut aiunt, ſubiecta, tum pro proferentis ſententia referendas eſſe.

QVANDO etiam, pro ſiquidem. quoniam ſæpè occurrit apud Iuriſcoss.

QVANDOQVE, pro quandocunq;, & ſtrictius interdum quàm ſonet, accipi, indicauit Alber. De quandocũq;, uide Bart. in l. j. ff. Quib. mod. uſusfr. amit. Sp.

QVANDO, uel cum morietur, ut intelligendum ſit, explicat Azo in Rubr. de Collat. §. porrò. lib. C. ſexto. Sp.

QVANDOQVE, interpretant̃ quidam pro aliqua uice: ſed quàm rectè, ipſi uiderint. Inſtit. Quibus mod. re contrah. oblig. in princ. Quamuis malim, quod Alciat. alicubi monuit, Noric. text. ſuffragante, eo in loco, Quoniã, pro quandoq; legamus. Idem antiquis in codicibus ſcriptũ teſtatur hoc modo: Et quoniam nobis non eædẽ res, ſed aliæ eiuſdem naturæ, & qualitatis reddantur, inde etiam mutuum appellatum eſt, &c. Quamquam indicat aliquos, qui pro aliquo tempore interpretantur. l. res in dotem. ff. de Iur. dot. Sp.

QVANTA pecunia ex hæreditate Titij ad me peruenit, tãtam hæres meus Seio dato: hæc uerba interpretatur Iabolen. in l. qui concubinam. §. cum ita. de Leg. iij. Spieg.

QVANTA pecunia ad te peruenit, exponitur in l. cum ſtipulamur. ff. de Verbor. ſignific.

QVANTAE ſummæ, in l. quiſquis. ff. de Leg. iij. teſtator dixit: Quiſquis mihi hæres erit, damnas eſto dare quantas ſummas legauero. Ibi, teſte præceptore meo Zaſio, intelliguntur ſub nomine ſummarum corpora: & licet uerbum Quanti, referatur ad pecuniam propriè, tamẽ ibi refertur ad corpora. Sp.

QVANTI conductum erit, aut locatum. apud Caton. cap. cxliiij. lib. ij.

QVANTI ea res eſt, ad ueram rei, de qua agitur, æſtimationem refertur, non etiã quod intereſt: illud enim plerunq; rei precium excedit. Non differt, quãti eſt, uel quanti eſſe apparet: id enim eſſe dicimus, quod probatum eſt, Alc. ait. Atqui quanti ea res eſt, in edicto, Si quis iur. dic. non obtemp. pro eo, Quanti eſt offenſio & contemptus iuriſdictionis, accipi oportet. Sic in l. j. §. hæc actio. ff. Ne uis fiat ei. Quanti ea res eſt, id eſt, quãti expulſio. Et in l. ſi procuratori falſò. ff. de Cõdict. cauſ. dat. Cõmuniter interpretantur doctores, ob rem, id eſt, ob liberationẽ, teſte Oldend. Item in l. iiij. §. in eum. ff. de Damn. infect. Quanti ea res eſt, id eſt, quanti damnum eſt negatæ cautionis. Sp.

QVANTI ea res erit. Hæc uerba edicti,

de Seruo corrupto, omne detrimentum recipiunt: ut declarat Iuriſconſ. eod. tit. in prin. l. Neratius. Sp.

QVANTVM ei debes, redde. Sententia incerta eſt. l. quid tamen. §. ſolutioni. ff. de Recept. Sp.

QVANTI id opus erit. Hæc uerba apud Iureconſ. l. j. §. fin. Si quis ius dic. nō obt. ad id quod intereſt referēda ſunt, ſed ad ueram rei æſtimationem. ut ſingulariter docet Alciat. lib. iij. Parerg.

QVANTI ille æſtimauerit, quid hæc ſibi uelit cōditio, Iuſtinian exponit in l. ult. C. de Contrah. empt. Sp.

QVANTI in litem actor iurauerit. l. eius rei. ff. de Rei uind. Sp.

QVANTI maximi, quāti plurimi. Sic Plinius in epiſt. fin. lib. iij. Sic Columella lib. xij. cap. xxj. Sic Alciatus: Sed propter moram, ait, debitoris, quanti plurimi res ualuit, condemnatur, in l. ij. ff. Si cert. pet. Sp.

QVANTI in triginta diebus proximis fuit. Hæc uerba Vlp. ad Leg. Aquil. l. quemadmodū, in fine, & ſi non habent uerbū plurimi, ſic tamē accipiēda cōſtat.

QVANTI quanti bene emitur, quod neceſſe eſt, dixit Cicero in epiſto. ad Atticum lib. xij. Sp.

QVANTIVIS precij. Ad magnitudinē referendum, non ad paruitatem precij. Donat. autor. als hoch du wilt. Sp.

QVANTITAS, id quo quantū quid eſſe dicitur, aut iudicatur. Apellus legibus inſeruiens, diuidit quantitatē in numerum, pondus, & menſuram. Numerus, ut duo, tria, quinqꝫ, decem, centum, mille. Pōdus, ut ſextans, quadrās, dodrans, pondius, ſiue as, dupōdius, tripondius. Menſura, ut digitus, palma, pes, paſſus, ſtadium, miliare, ulna, hemina, ſeſtarius, congius, modius, urna, amphora. Quanquam pleræqꝫ res eiuſmodi ſunt, ut & numerari, & ponderari, & menſurari queant: ut piper, & ſimiles. Pleræque ut ponderari & menſurari: ut butyrū, oleū. Pleræqꝫ ut numerari & ponderari, ut pecunia: hæc etenim olim fuit appenſa. unde penſio. Sententiæ iudicum, ait Plin. lib. vij. Epiſt. numerantur, non ponderantur, id quod uidetur ei perquàm abſurdum. Simili ratione motus Iuriſconſ. in l. ij. de Verb. ſig. horas diei ponderat, non numerat: atqꝫ uult priores quinque poſterioribus ſeptem præualere, propterea quod ad quoduis negocium conficiendum, à prandio ſimus ineptiores. Spieg.

QVANTVM, ad numerum, & pondus, & menſuram refertur, hoc eſt, ad pecuniam, ſpecies, & corpora. l. cum ſtipulamur. de Verb. ſig. An autē ſic uox Qualitas, quod quidam tradiderunt, Alciatus dubitat. Sp.

QVANTVM ad ſe ſoluere legē dicitur, qui contra legem facit. Aut. Vt iud. ſine quoq. ſuffr. §. illud uidelicet. uer. Oportet enim. Alberic.

QVANTVM in ſe eſt, & Quantum ad ſe pertinet: quid hæc uerba denotēt, Gloſ. exponit. xlix. diſtin. c. fin. & Archidiac. Spieg.

QVANTVM queo, pro eo quod uulgus dicit, tantum quantū. Porrò de dictione Quantum & Quanti, uide Bart. in l. j. ſi ſic legatū. in prin. de Leg. j. & in l. j. de Condit. & demonſt. Sp.

QVANTO minoris, & Quanto pluris. Iſtæ appellationes, ut ſingulariter monuit Oldend. deſignant differentiam caſuū inter res uitioſas, quò pertinet quāto minoris: & res non uitioſas, pluris tamen emptas quàm ualeant, quò referendum eſt Quanto pluris. Alioquin reipſa idem eſt, minoris empturum me fuiſſe, & pluris emiſſe, ſi precium reſpicias, non rem emptā, zū thür kauffen. Quanto minoris autem appellationem (non ut Accurſiani putant, quanti minoris) ſic accipe, eodem tradente Oldend. Verba tam emēdi, quàm uendendi, ut emo, liceor, coēmo, redimo, mercor, commercor, conſtat, ualet, ſtat, in poſitiuo exigunt genitiuos tanti, quanti, tantidem, quantiuis, quantilibet, quanticunqꝫ, pluris, minoris. Item uendo, reuendo, diſtraho, diuendo, uenundo, ueneo, proſto, æſtimo, indico, inſcribo. Quāti rem emi, tanti uendam. Non emo tanti pœnitere, dixit ille. Quanti precij in arca habeo. l. hæc uenditio. §. huiuſmodi. ff. de Contrah. emp. Cum cōparatiuis autem in ablatiuo ponuntur: ut quanto pluris, tanto minoris. Ita & ædiles, Quanto minoris agere permiſerunt, non quanti minoris, ſicut uulgatus error habet. Superlatiuis uerbis in genitiuo accommodantur, ad inſtar poſitiuorum; ut, non tanti

teneatur, quanti hodie erit: ſed quanti in eo anno plurimi fuerit. §. his autē uerbis. Inſtit. de Leg. Aquil. Precia deniq; ſi adiecta fuerint, Ablatiuis ſolent efferri: ut aſſe emi, duplo reuendam. Plus duplo emens, cenſetur deceptus. Aduerbijs quoq; iuncta generaliter ſignificāt precia rerū: ut, Cariſſimè ſtetit, quod ſanguine emptum eſt. Viliſſimè uenditur iuſtitia. Sp.

QVANTVM intereſt. l. ſi quis ſeruum. ff. ad Leg. Aquil.

QVANTVM infinitū iurare. Vide Vlpianū l. qui reſtituere. §. j. ff. de Rei uindic. Spieg.

QVANTVM mea interfuit. Paul. in l. ij. ff. Rem rat. haber. hæc uerba declarans ſic dicit: Quantum mea interfuit, id eſt, quantum mihi abeſt, quantumq; lucrari potui. Pomponius in l. Si procurator, idem probat. d. tit. Sp.

QVANTVMCVNQVE, aduerbium, tantum quantum. de quo Bart. in l. baliſta. ff. ad Trebell.

QVANTVS maximus. Plinius epiſt. ult. libro iij. ad finem: Dedit enim mihi, ait, quantum maximum potuit: daturus amplius, ſi potuiſſet.

QVANTVS QVANTVS, pro quantuſcunq;.

QVARE, modò interrogat, modò ponitur infinitè. l. non omnium. C. de Tut. qui non ſatiſ. l. j. in princ. de Lat. libert. toll. Spieg.

QVARTA, deducto ære alieno accipienda eſt. Papin. §. audita auem. ff. de Inoff. teſt. l. in quarta. ad Leg. Falc.

QVARTA quartæ. l. unica. C. de Latin. libert. toll.

QVARTAS, ſiue Falcidias (ſic enim, ceu defalcationes quædam, quæ fiunt ex alicuius ſubſtantia legis uigore, interdum à doctorib. appellantur) plures enumerat Gloſſ. in l. filium quem habentem. C. Fam. erciſc. Prima, quæ iure inſtitutionis debetur: & quia inducta eſt autoritate leg. Falcidiæ, propriè Falcidia nominatur. Vide ſuprà, Lex Falcidia. Lancilot. Politus exiſtimat, Falcidij nomen Romanis hiſtorijs ignotum, atq; id nominis potius ab effectu deriuatū, quaſi à falce, & reſecatione quadam. ut etiam not. Gl. in l. j. ad Leg. Falcid. Sed Ferr. noſter autoritate Euſebij Cæſarienſis, docet latam à C. Falcidio TR. PL. diui Auguſti temporib. Sed hoc magis obſeruandum. Hæres ſi ex liberis eſt, primò legitimæ rationem habet, quam ex tota hæreditate deducit: deinde ex ijs bonis, quæ ſuperſunt, quartam Falcidię partem iure inſtitutionis legatis detrahit, ita quòd ſingulis legatorum aliquid auferatur: idq; pro rata portione, hoc eſt, ſecundum quantitatem legatorum, donec quadrantem ſuum ſit habiturus. Quamuis teſtator conſcius uirium patrimonij ſui, hæredem Falcidia uti prohibere poteſt. Secunda, nomen Trebellianæ obtinuit à S. C. Trebelliano: tametſi ex S. C. Pegaſiano primum fuerit inducta. Hanc hæres fideicommiſſarius ſibi retinet. ut pulchrè declarat Iuſtin. Inſtit. de Fideicomm. hæred. & à teſtatore non poteſt caueri quo minus recipiat. Tertia, Legitima appellatur. Hæc iure naturæ nobis obuenit. Politus tamen dubitat, an hodie Quarta dici debeat. Vide eum in d. l. filium. Inducta autem eſt, ne filij penitus defraudētur ſubſtātia debita ſibi & naturaliter, & ex uoto parentum, & cuius in uita penè domini dicuntur: & ideo, ne plerunq; cogantur mendicare & perire fame, propter inofficioſam parentum uoluntatē, ut in Aut. de Trien. & ſemiſ. per tot. & in l. j. §. largius. de Suc. edic. & l. nam & ſi. ff. de Inoff. teſt. & l. fin. de Bon. dam. & l. in ſuis. de Lib. & poſthum. cum ſimil. Quarta, quæ arrogato ex cōſtit. diui Pij debetur. Quinta, quæ patrono de bonis libertorum. Sexta, de qua in Aut. præterea. C. Vnde uir. & ux. Septima, de qua dicitur in l. fin. de Diuort. & repud. Octaua, quæ de bonis Curial. iuxta terminos. Aut. ſed neq; C. de Epiſc. & cler. & l. ij. C. Quando & quibus quarta pars deb. ex bonis Decur. lib. x. De quib. omnibus Politus copioſe ſcribit in ſuprà citata l. filium. Sp.

QVARTANA febris, quæ ex atra bili, ſeu tumore melācholico putri efficitur. Sic dicta, quòd quarto die reuertatur, & exacerbet, infeſtetq;. Nam integro biduo intermittit, & tardè admodum finitur, neminemq; (ut Celſus teſtatur) iugulat. Sed ſi ex ea facta quotidiana eſt, in malis æger eſt: quod tamen, niſi culpa uel ægri, uel curantis, nunquam fit.

Iabolen. de Aedil. edic. Qui tertiana, ait, febre, aut quartana, aut podagra uexantur, qui'ue comitialem morbum habent, ne ijs quidem diebus, quibus morbis uacant, rectè ſani dicentur. Vide, Febris tertiana. Sp.

QVARTA pars, ſeu triens, quę uocatur legitima, debita iure naturali, non poteſt eripi liberis: niſi propter certa ſcelera. Quarta autem debitæ portionis ſufficit ad excludendā querelam inofficioſi teſtamenti. l. Papin. §. quoniam autem. ff. de Inoffic. teſt. Sp.

QVARTARII, ſunt Feſto muliones mercenarij, qui quartam partem quæſtus aſſequebantur.

QVARTO nonas Martij. l. item ueniūt. §. pridiè. ff. de Petit. hæred.

QVARTVMVIRI creati erant, quibus deducendarum coloniarum, aut ſi quid nouum nunciatum foret, ut curarent, ne damno reſpub. afficeretur, ob'q; uaria negotia munus mandatū erat. Pręter quos fuere quinqueuiri, agris diuidūdis, muris, turribusq; reficiundis, ſæpius ut plebem funebri pecunia eleuarent: utq; æs alienū pro his qui ſoluendo non eſſent, de publico ſoluerent: qui Menſarij nūcupati. Alex. de Alex. Genial. dier. li. iij. cap. xvj.

QVARTVS pater, pro abauo. ut & apud Maron. x. Aenei. Magnus apud Germanos nobilitatis gradus. Maximus, ad octauum uſq; pertingit. Sp.

QVASI, propriè ſignificat improprietatem. Gloſſ. l. ſi cum dotem. §. fin. Solut. matr. & quaſi tale, non eſt tale. l. mercis. ij. de Verb. ſig. l. ſi maritus. §. Legis Iuliæ. de Adult. Interdum tamen & ſimilitudinem notat, ac etiam interdum ueritatem & proprietatem. Vide Gloſſ. in l. ſi quis cum à fideicōmiſſario. ff. de Condit. indeb. Sp.

QVASI alea emi, dicitur, cum captus piſcium, uel auium, uel miſſilium emitur. Emptio enim contrahitur, etiam ſi nihil inciderit: quia ſpei emptio eſt. autor Pōpon. in l. nec emptio. de Contrah. empt. Perpendendum autem diligēter, quod cum emo iacturam piſcium, ſpes ipſa eſt loco rei. Id pulchrè declarat Bart. in l. ſi iactum retis. ff. de Action. empt. l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de Public. & uectig. Sp.

QVASI augmentum. Paul. de Petit. hæredit. Quod ſi oues, ait, natæ ſunt, deinde ex his aliæ, eæ quoq; quaſi augmentum reſtitui debent. Sp.

QVASI bonus paterfamilias. l. ſi fundi. ff. de Vſufr.

QVASI caſtrenſe peculium eorum dicitur, qui priuilegia militum habent: quales ſunt ſacerdotes & aduocati. Sp.

QVASI contractus, ubi nihil uerè cōtractum eſt, ſed iuris poteſtate habetur pro contracto. Vide Inſtit. de Oblig. quę ex quaſi cōtractu naſc. ubi recenſentur ſpecies. Spieg.

QVASI decurio hoc dedit, non quaſi domeſtica perſona. Paul. in l. item eorum. Quod cuiuſq. uniuerſ. nom. Sp.

QVASI delictum dicimus, quando nō ex dolo malo, ſed magis imperitia quadam & minus prouidè peccatur. Vide tit. Inſtit. de Obligat. quæ ex quaſi del. naſc. Spieg.

QVASI dominium propriè appellatur, cum res alicui tradita eſt à non domino, iuſto tamen mediante titulo. Impropriè Quaſi dominium, appellatur utile. Sp.

QVASI dominium duplex. Verum, & putatiuum. Verum, cum eſt uerè ſolutum, tranſactum, &c. Putatiuum, cum non uerè, accedente tamen iuſta erroris cauſa. ut ſi erraui in facto proprio, putās me ſoluiſſe, uel tranſegiſſe, perſuaſus fortaſſe perſuaſionib. uериſimilibus. ut ait Apellus. Sp.

QVASI dominium non eſſe tertiam ſpeciem dominij, à directo, & utili diſtinctam, non una tantū ratione probat Apellus cap. v. de Adfin. Sp.

QVASI dominus dicitur, qui diu poſſidendo dominus effici poteſt. Zaſius in l. ſtipulatio. §. hęc quoq;. ff. de Verb. oblig. Spieg.

QVASI dotalis, qui dotali ſeruo legatus eſt, ut ait Paulus in l. fundus. de Fundo dot. Spieg.

QVASI hæres, iuriſconſultis eſt, qui uulgò tanquā hæres uocatur. Paul. Si quaſi hæres uendideris. de Hær. uel act. uend. cum ſimil. Sp.

QVASI ſub impoſſibili conditione legatum debeatur, de quo uide Scæuolæ reſponſum in l. qui dotem. ff. de Dot. releg. Spieg.

QVASI inſtitor, & quaſi inſtitoria actio in l.

in l. quicunq;. §. ſed & cum fullo. & l. j. C. quod cum eo qui in alien. pot. eſt. Sp.

QVASI maritus. Vlp. in l. cum hic ſtatus eſſet. §. ſi quis ſponſam habuit. Et Iulianus inquit, tractat hanc quæſtionem in minore duodecim annis, ſi in domũ quaſi mariti immatura ſit deducta. Sp.

QVASI miniſterio uacuo ſerui uti. l. ſi pendentes. §. ſi ſerui. ff. de Vſufr. Sp.

QVASI nulla actio eſt, quę exceptione repellitur. §. Pomp. ſcribit. l. & eleganter. ff. Quod met. cauſ. Sp.

QVASI poſſeſſio, propriè eſt rei incorporalis. l. iiij. §. ſi uiam. de Vſucap. Impropriè etiam rei corporalis: quã ſolum detinemus, ſecundum Paulum de Caſtro, in l. j. C. de Alien. iudic. mut. cauſ. fac. ut ab Apello citatur. Sp.

QVASI poſſidens, hoc eſt, qui dolo malo, uel lata culpa deſijt poſſidere, aduerſus quem perinde agitur, ac ſi adhuc poſſideret. l. qui dolo. & l. parem. ff. de Regul. iur. l. ſin autem. §. ſed & is qui. ff. de Rei uendicat. Sp.

QVASI prædo habendus eſt, qui per litis conteſtationem uel denunciationẽ aduerſarij cœperit intelligere hęreditatem occupatam ad ſe non pertinere: quia fit malæ fidei poſſeſſor. l. ſed & ſi lege. §. de eo autem. & §. etiam ſi ante litem. de Petit. hæredit. Sp.

QVASI præuentus in l. ſi quis poſtea. ff. Vbi quis ager. Sp.

QVASI ſententię inſtar eſt, iudicialis confeſſio. Sp.

QVASI Seruiana. Lege, Actio Seruiana.

QVASI ſui hæredes dici uidentur aſcendentes, patrui, & fratres. not. in Autent. de Hered. & Falcid. §. ſi uerò expreſſim. Spieg.

QVASI uſucapere accipitur is, qui dicit ſe in ſtatu uſucapiendi fuiſſe, & quaſi habitu, id eſt, aptitudine rem uſucæpiſſe, ſi à poſſeſſione non cecidiſſet, petens reduci ſe, & reponi ad rei poſſeſſionem: ut uſucapio perficiatur re ad uſucapionis cõmodum reſtituta. Ex Enarrat. Zaſianis in §. ſed iſtæ. Inſtit. de Action. Sp.

QVASI uſusfructus. Vide, Vſusfructus quoq; nomine.

QVATENVS ad eum peruenit, id eſt, quatenus ex ea re locupletior ad eum hæreditas peruenit. exponente Caio in l. in hæredem. ff. de Dolo. Adde & Gl. in Autent. de Hæred. & Falcid. ad princip. indicat, hanc particulam denotare cauſam præſentem, præteritam, & futuram. Vide Bartol. in l. j. ff. de Cond. & demon. Sp.

QVATENVS facere poſſit, hæc uerba innuunt, debere ita fieri deductionẽ, ne quis egeat: relinquendumq; ei eſſe, unde ſecundum dignitatem ſuam honeſtè cum familia ſua uiuere poſſit. Sp.

QVATERNIONES à quatuor militum, quibus præerant, numero dicti. Act. Apoſt. xij. tradens eum quatuor quaternionibus militum cuſtodiendum.

QVATVOR Euangelia. Quum unum duntaxat ſit Euangelium, quod propriè definiunt eſſe publicam, pridem adeò ac multoties promiſſæ, electis'que diu ac multum expectatæ, demum uerò per Chriſtum Ieſum, partæ & exhibitæ ſalutis renunciationem atq; prædicationem: quatuor tamen uulgò dici cœptũ eſt, nimirum à noſtris illis quatuor ſacris hiſtoricis Matthæo, Marco, Luca & Ioanne, qui dicta & facta Seruatoris, nõ omnia quidem, ſed quantum ſatis eſt ad cognoſcendum ipſum Chriſtum & redemptorem noſtrum eſſe, in diuerſis & multum à ſe diſſitis regionibus conſcripſere. Per quatuor hæc autem Euangelia, Deum teſtem uocabant, qui adminiſtrandis officijs ab Impp. præficiebantur, ut clarè patet ex Conſtit. ix. in Nouell. cuius partem ab initio ſuprà recitauimus in dictione Chriſti nomen. Ex præfatione D. Lucæ ſatis colligimus, quod id temporis neque Matthæi tantum extabat Euãgelium, aut Marci, ſed multa ferebantur Euangelia, Nazareorum, Thomæ Mathiæ, ſecundum Aegyptios, ſecundum duodecim, Nicodemi, atq; item aliorũ, quæ deinde uelut apocrypha reiecit eccleſia. Vide Gelaſium in c. Sancta Romana. diſt. xv.

QVATVORVIRI, ut triumuiri: Quatuoruiratus, ipſa quatuoruirorum dignitas.

Q V E

QVEM, & quod, adiectum corpori, conditionem facit. l. quintus. ff. de Aur. & arg. leg. & l. ſi ſic. §. j. de Leg. j. Spieg.

QVEMADMODVM, uariè accipi in iure

iure Bartol. indicat in Rubr. ff. Solut. matr.

QVENQVAM ueſtrum, in l. ſi creditores. C. de Pact. Hæc locutio duorum numero contenta eſt. l. ubi. de Teſtib. Sp.

QVERELA inofficioſi ſcilicet teſtamenti, ius quoddã eſt reſcindendi teſtamentum, uel donationem, uel dotem in totum captam. Nec eſt actio (ut quidã tradidere) quoniam non agit, ut quid detur. Neq; accuſatio: quoniam neminem ſuper punitione accuſat. Mediam itaq; uiam obtinet, & aperit uiam ſuccedenti. An uerò querelæ nomine ueniat actio, an accuſatio, & eadem'ne ſit quę petitio hæreditatis, uel officium iudicis dici debeat, differunt doctores in l. j. C. Cont. Tab. in l. poſthumus. §. pen. & l. qui de Inofficioſo. ff. eod. Sed uanè, & teſte D. Oldend. pueriliter. Nam iuriſconſ. promiſcuè appellant aliàs actionẽ. ut in l. ij. & l. quemadmodum. ff. de Inoff. Aliàs accuſationem. ut in l. ſi inſtituta. & in l. ſi ſuſpecta. ff. eod. tit. Aliàs ut communiter, querelam. quam uocem modeſtię cauſa uſurparunt, ad denotandam hanc actionem: quæ locum quando habeat, ſuprà in ſuo ordine indicauimus. Viglius admonuit γρ̀ τῷ βασιλικῶ, Græcos probare conari, Querelam eſſe cauſam ipſius actionis, uocareq; petitionem hæreditatis de Inofficioſo. quemadmodũ enim, quòd quis in teſtamento ſcriptus eſt hæres, cauſam illi petundæ hereditatis præbet. l. j. ij. iij. ff. de Petit. hæred. ita & ꝙ inofficioſe exhæredatus, uel præteritus eſt: & quemadmodũ non ipſa hæredis ſcriptio, uel inſtitutio, ſic nec inofficioſi querela actio eſt, ſed actionis cauſa. Sic Orphitianum, Tertyllianumq; S.C. cauſam actioni præbent, actiones dici nequeunt: idq; & Scæuolæ autoritate probant d. l. qui de Inofficioſo. fac. l. ſi quis filium. C. eod. & Vlp. qui plura eſſe iudicia petitionis hæreditatis ſignificat. l. diuus. §. fin. d. tit. de Petit. hæred. Plura autem ſunt ex cauſarum diuerſitate. Legitur tamẽ interdum & inofficioſi teſtamenti actio dicta. l. quemadmodũ. ſed & creditæ pecuniæ actio inuenitur: quum tamẽ nulla ſit propriè creditæ pecuniæ actio, ſed condictio ſignificatur, quæ ex creditæ pecuniæ, id eſt, mutuò numereatæ cauſa procedit. Item actio ex ſtipulatu, ubi incertum eſt, propriè datur. Inſtit. de Verbor. oblig. in prin. Nonnunquam tamẽ ex ſtipulatu actio in re certa dicitur, ut ex ſtipulationis ſcilicet et interrogationis cauſa procedere condictio ſignificetur: atque hoc modo & ipſa querela actio appellatur, pro petitione hæreditatis, quę ex cauſa oritur. Spieg.

QVERELAM habere res dicitur, & perſona. Res, cũ ex ea querela naſci poteſt: Perſona, cum quæritur de iniuria, uel moleſtia aliqua.

QVERELA præparata (quæ non niſi extraneis datur. l. ſi quis filium. l. ſcimus. in fin. C. de Inoffic. teſtam.) dicitur, quę in controuerſiam aliquo modo perducta eſt. Præparaſſe autem querelam uidetur is, qui ad denunciationem, uel actionis editionem proceſſit: multo magis qui litem conteſtatus eſt. l. quemadmodum. ff. de Inoffic. teſtam. Sp.

QVERIMONIA, ſubaudi, Iudicialis, per libelli oblationem intelligitur. C. de Annot. except. l. ut perfectus. Fin. regund. l. Si quis ſuper ſui iuris locis, prior de finibus detulerit querimoniam. Bart. in l. amplius. Rem rat. hab. Sp.

Q V I

QVI de domo ſunt, Dd. tradunt in prin. l. lecta. Si cert. petat. inter eos & inſtitores ſecundum Caſtrenſem & Romanũ continentur.

QVI, quæ, quod. Vide, quæ de his dictionibus notantur in l. nuper. §. fin. de Leg. iij. l. quintus. de Aur. & arg. leg. l. Stichum. de Leg. j. Item in l. j. in princ. C. de Sum. trin. in l. omnes populi. ff. de Iuſt. & iur. Cæterùm quamuis uulgaris uidetur doctrina interpretum, haud tamen contemnenda eſt. Tradunt autem, Relatiuas illas particulas, adiectas qualitati genericæ, eſſe declaratiuas. Si uerò adijciantur qualitati, quæ non complectitur ſub genere ſuo cõtenta, modò augere, nempe accedente copula: modò reſtringere, ſi illa deſit. l. ea tamen adiectio. ubi Bart. de Leg. iij. Iaſon in §. omnium. Inſtit. de Action. Traditum item eſt, eiuſmodi relatiua ſolere relationem ſpeciei, non autem generis facere, l. ſiue. C. de Neg. geſt. l. eam quam. C. de Fidei com. ubi Gloſſ. Sp.

QVI, pro qualis. Cic. in Antonium: Qui uir, & quatenus fuiſſe? Bud.

QVI, aduerbium, pro quemadmodũ, uel quomodo, uenuſtè ponitur.

QVI, relatiuum, ſi qualitas relatoria omnibus competat, ut in l. omnes populi. ff. de Iuſtit. & iur. non reſtringit, ſed declarat. Sic in l. j. C. de Sum. trin. cum. Imper. dicit, Cunctos populos, quos uera fides, &c. Si uerò nõ omnes, tunc reſtringit. ut, Omnes, qui arma portarint, puniant. Et hæc uera ſunt, niſi copula præcedat relatiuum. quia tunc augetur diſpoſitio. ut cum dicimus: Dabitur præſentibus, & etiam eis, qui aduenerint. Gloſſ. in l. ea tamen adiectio. de Leg. iij. Zaſ. Hæc particula adiecta uerbo futuri temporis, quando facit conditionem, Bartol. docet in l. decem cum petiero. & l. ſi ita quis promiſerit. in prin. ff. de Verbor. oblig. Sp.

QVI amplius oneris, quàm licuit, uexerit. Vide Marcell. in l. ſi cui uia. ff. Quemad. ſer. amit. Sp.

QVI meus erit, an ita quis loquatur, Si meus erit, non intereſt, utrobique enim conditionem ineſſe Pomponius tradit in l. nuper de Leg. iij. Sp.

QVI naſci ſperatur, pro ſuperſtite habetur ſed tantum, ut Paulus explicat, cum de ipſius iure quæritur. l. quod dicimus. de Verb. ſig. Quapropter in illa conditione fideicommiſſi, Si rex Parthorum ſine liberis ex ſe legitimè natis diſceſſerit, talis reſpub. ſit hæres. Reſpondit Baldus per l. qui in utero. ff. de Statu hom. Qui in utero tempore mortis fuerit, non eſſe impedimento, quo minus eueniſſe conditio uideatur: hic enim non de uẽtris, ſed de hæredis commodo agitur.

QVI neſcit, is uidetur experiundi poteſtatem non habere, ut ait Caius in l. annus. ff. de Calum. Sp.

QVI omnino non reſpondet, contumax eſt. Contumacię autem pœnam hãc ferre debet, ut in ſolidum conueniatur. Vlpianus ait, in l. de ætate. §. j. ff. de Interr. act. Spieg.

QVIA, regulariter eſt cauſalis. indicat & Bart. in l. demonſtratio. §. quod autem. ff. de Cond. & demonſt. Sp.

QVIBVS ipſis. Pomponius: Regula iuris ciuilis eſt, ait, quæ efficit ut quibus ipſis legare poſſumus, eorum quoque ſeruis legare poſſimus. Spieg.

QVICVNQVE, dictio diſtributiua, idẽ ſignificat q̃d, Quiſquis. quia uox hæc, Cunq;, naturã geminationis habet: unde & qualiſqualis, à iuriſconſ. ſcribitur, cum alij, qualiſcunq;, dicant: ſic & taliſcunq;, & utercunque, pro uteruter, & ſi qua ſimilia. Huius aũt diſtributiui duplicis, natura eſt, ut rem in ſolidum cuilibet attribuat, & uel in uno poſſit effectum conſequi, nedum in omnib. Quod rectè Bart. declarat, ut Alc. atteſtatur cap. xj. lib. Parerg. iij. Continet aũt tam maſculos, q̃ fœminas. l. ait diuus. ff. de Iur. Fiſci. cum ſimil. Item complectitur ciuitatem, municipiũ, corpus, collegiũ, & uniuerſitatem. l. metũ. §. animaduertendũ. & ſeq. ff. Quod met. cauſ. Vide Bart. in d. l. ait diuus. & in l. neceſſarias. §. ſi annua. ff. de Pig. act. ubi excutit, idẽ ne ſit, quod, omnis. Et quamuis Quicũq;, Cuiuſcunq; maximè extendant in iure noſtro, tamẽ nihilominus intelligit̃, cuiuſcunq; ſexus, de perſonis aptis. per not. Gl. in l. promittendo, in princ. ff. de Iur. dot. Adſtipulat̃ Gloſſ. in l. ut gradatim. §. j. ff. de Mun. & hon. Vbi etiã uniuerſalitas ad aptas perſonas reſtringitur. Præceptoris mei eſt Zaſij memorabilis illa doctrina, quã tradit, enarrans §. De conſtituta. Inſtit. de Act. Quòd quamuis ius ciuile loquatur & decidat ſub uniuerſali, tamen iſta effuſa uniuerſalitas reſtringitur ad aptas perſonas: & nunquam in iure noſtro tanta uniuerſalis eſt propoſitio, quę uniuerſaliter omnino intelligatur, quin accipiat reſtrictionẽ ad homines aptos. per Gl. in iam dicto. §. in uerbo, cum omnibus. Sp.

QVID, infinitè captum, ut Bart. docet. in l. ſi ſeruum. ff. de Acqu. hæred. uerificatur in Qualibet particula. Interdum pro aliquid ponitur. Vlp. in l. j. §. hic titul. ff. de Publican. Et omnes, inquit, qui quid à fiſco conducunt, rectè appellantur publicani. Spieg.

QVID interſit actoris, duplex eſt conſideratio. Altera de damnis & diſpendijs rerũ, quas amiſit. Altera de lucris & utilitatibus non acquiſitis. Qua ratione interdum utilitas amiſſa, maioris erit, quã res ipſa. Quam differentiam Vlp. eleganter explicat in l. Iulianus ſcribit. §. ult. ff. ad Exhiben. Sp.

QVID ad Rhombum? Huius prouerbij meminit Gloſſ. in Aut. licet. C. de Nat. liber. quod Alc. teſte, de his dicitur, quæ ad collationem admitti non debent, uel nihil ad rem propoſitam faciunt. Videtur à piſce rhombo optimi ſaporis deductum. Sp.

QVID ita, una pars orationis, inquit Donatus, pro Quamobrem.

QVID ni? cur non? l. j. §. ſi quis ita. l. ita ſtipulatus. ff. de Verb. obligat. annotauit & Alberic. Sp.

QVID, quale, quantumq́ ſit, ſi ui nominis, uel aliqua demonſtratione, aut relatione apparet, certum dicitur. autor Iuriſconſ. in l. certum eſt. ff. Si cert. pet. Sp.

QVIDAM, perſonam certam dicit, & ſingulare potius ſignum eſt, quàm particulare. Nec ſubſiſtit, quod aliqui uolunt Quidam, pro quis, eſſe dictionem uniuerſalem. Indiuiduum nanq; ubiq; ſed non demonſtratum indicat, ſi rectè textus excuſſeris. Sp.

QVIDAM filij, duos tantum etiam complectitur: quod ceu obſeruatu dignum traditum eſt in Gloſſ. l. j. C. de Inoff. donat. Pontificij iuris interpretes uerb. quidam alij, ad tres, uel quatuor referunt. capite j. ext. de Reſcript. & eod. tit. c. ij. lib. ſexto. Sp.

QVID QVID, infinitè capitur, nunquã refert. l. quod ſi ſic. ff. de Hæred. uel act. uend. cum ſimil. de hac uoce lege Bart. in l. baliſta. ff. ad S.C. Trebell. Sp.

QVID QVID dare facere oportet, & oportebit. l. ſi ſtipulatus. §. j. l. cum ſtipulamur. ff. de Verb. oblig. Spieg.

QVIDEM, ponitur pro uidelicet, uel uerò. Quam particulam uolunt grammatici duobus modis in oratione accipi. Vno, ad diſtinguẽdas res. Altero, quaſi per exceptionem eius quod affirmes. Exempla habes apud Laur. in Pogiũ Antid. lib. j. Sp.

QVIES, pro laxamento & ocio, Vlp. in l. j. §. cura carnis. de Off. præf. ur. Quies quoq; popularium, & diſciplina ſpectaculorum, ad præfecti urbi curam pertinere uidetur. Siquidem indubitatũ eſt, uel inprimis ad præfecti urbi officiũ ſpectare, ut curet perpetuam populi tranquillitatem, hoc eſt, ut quietè & ſecurè uiuat. Seneca autor eſt, Legum conditores feſtos inſtituiſſe dies, ut ad hilaritatẽ homines publicè cogerentur: tanquam neceſſarium laboribus interponentes temperamentum. Sp.

QVIES, & Vigilia opponuntur.

QVIESCERE, pro abſtinere & ſuperſedere.

QVIETE, aduerbium. Cic. in de Senect. Quietè & eleganter acta dies.

QVIETE obtinere, hoc eſt, ſecurè. in Placitis Feud. de Pace tenend. §. ſi tres uel plures. Sp.

QVIETVM aliquem reddere, efficere ut quietè & ſecurè uiuat.

QVIETVS & ſecurus. l. quiſquis. C. de Epiſc. & cler.

QVILIBET, uerbum, rem de qua agitur, cuilibet in ſolidum appropriare ſolet. ut dicit iuxta Zaſ. noſtrum elegans Gloſſ. in l. ſi pluribus. de Leg. ij. & ibid. Bart.

QVIMATVS, hoc eſt, ſpacium quinque dierum. Sp.

QVIN, pro quod, in l. quiſquis. de Ver. ſig. in l. nauta. in fi. ff. Naut. caup. ſtabul. & multis alijs locis. Sic Terent. in And. Non dubium eſt, quin uxorem nolit filius. Cæterùm annotant doctores, in l. non dubium. in princ. de Leg. iij. & in l. ubi. §. fin. ff. de Tutor. & curator. dat. ab his. hanc particulã poni negatiuè & affirmatiuè. Sp.

QVINA dena, uulgò quindena. ff. ad Leg. Falcid. l. qui quadringenta. §. qui ducenta. Spieg.

QVINCVNX, dicitur ſpacium quinq; unciarum, ſiue pedum, quod inter arbores, ſiue uites ſerendas relinquitur. Vide, Sextans.

QVINDECIM uiri. Lege, Duumuiri.

QVINQVENNIVM, dicitur multum temporis, in l. j. §. quod dictum eſt. ff. de Separat. Sp.

QVINQVENNIVM continuum, quomodo intelligatur in colluſione detegẽda, declarat Vlp. in l. ij. eod. tit. Sp.

QVINQVEVIRI. Lege, Quartumuiri.

QVINQVIES quaterni, in l. antiqui. ff. Si pars hæred. pet.

QVINTAE Calendæ. Lege, Calendæ quintæ.

QVINCVNCES uſuræ, Scæuola, ut cum fuerit Baſilica annorum uigintiquinq; cum uſuris quincuncibus reſtituerẽtur.

QVINTIENS. Vide Centiens.

QVINTO nonis Martijs, quæ proximè fuerunt,

fuerunt,apud Vlp.l.item ueniũt.§.præter hæc. de Petit.hæredit. Sp.

QVINTVM,aduerbium,ut, Quintũ conſul, tempus deſignat, & quater ante factum.

QVIPPE,interdũ eſt rationalis, hoc eſt, eius quod præceſſit rationem reddit: interdum pro certè, & pro omnino ponitur. Alberic.

QVIPPE cum. Vlp. Quippe cum initiolis in eum conteſtata non ſit. l.ſeruus.ff. de his qui not.infam. Sicut Cic.II. Off. Harum igitur duarum ad fidem faciendam iuſtitia plus pollet, quippe cum ea ſine prudentia ſatis habeat autoritatis. Spieg.

QVIRINVS,Oldendorp.ait,uelut conditor urbis Romæ cõſecratus: cùm antea Romulus diceretur: deſeruit nobis ad intelligendum id, quod Iuſtinianus dicit, Inſt.de Iur.nat. gent. & ciu. §.ſed ius quidem. Sic enim,inquiens,& ius quo Rom.pop.utitur,ius ciuile Romanorum appellamus, uel ius Quiritum, quo Quirites utuntur. Romani enim,à Romulo Quirites appellantur.Sunt autem multis mutata nomina poſt dedicationem: ut auguſtiores uideantur, relicto humano nomine. Sic quæ mulier Leda,Nemeſis dicta eſt Dea: quæ Circe,Marica: quæ prius Ino, poſt factam deam,Matuta: qui Aeneas,poſtea Iupiter indiges: Romulus, Quirinus nominatus eſt, in gratiam Sabinorum: propter quos Rom. homines, Quirites appellati, à Curibus Sabinis, ſiue ut Ouidius inquit, Quòd haſta quiris priſcis eſt dicta Sabinis,Bellicus à telo uenit in aſtra Deus.Siue ſuo regi nomen poſuere Quirites: Seu quia Romanis iunxerat ille Cures.Sp.

QVIRITES,Romani,à Quirino,id eſt, à Romulo primo urbis conditore. §.ius ciuile. uerſ.Romani enim.Inſt. de Iur. nat.Sp.

QVIS,aut interrogatiuè, aut infinitè ponitur,nunquam relatiuè. Verùm uniuerſalis'ne an particularis uox ſit, Bartolus oſtendit in l.ſi ita.ff.de Leg.ij.Aliquando ponitur pro aliquis: ita & quocunq; die,pro aliquocunq;. Vnde qui promittit ſiſtere quocunq; die, perinde eſt ac ſi aliquo die ſiſtere promiſiſſet, eritq; in arbitrio promiſſoris, quo die uelit: poteritq; uel uſq; ad mortem differre. Diei enim electio ad eum ex regula pertinet. l. qui ex plurib.de Verb.obligat.Quòd ſi antequam ſiſtat moriatur,uerum erit, aliqua cum die non ſtetiſſe: commiſſaq; ſtipulatione pœnali aduerſus hæredem agetur: quo fit,ut ſubauditione Accurſiana, aliorumq; tricis, ut ait Alciatus, nihil ſit opus.Sp.

QVISQVIS,quicunq; ſignificat. Vide de hac dictione Bart. in l. hoc articulo. ff.de Hær.inſtit. Nor.text.habet,Quiſque. Sic enim Pomponius ait,Hoc articulo Quiſquis,omnes ſignificãtur. Notum,quòd Quiſq; unico uerbo contentum eſt: Quiſquis uerò duo petit.

QVISQVILIAE, purgamenta terrarum, & quidquid ex arboribus minutis ſurculorum,foliorumq; et florum cadit: uelut quidquid cadiæ.autor Feſtus.

QVIVIS,unus è multis eſt,ſed indifferenter hic uel ille.Sp.

Q V O

QVO,abſolutè,pro per quod,uel pro,quæ res, Celſus uſurpare uidetur haud ineleganter in fin.§.fin.l.ult.Si cert.pet.dum dicit,Quo ſcilicet ſignificat non eſſe cogẽdum eum accipere iudicium, ſi reum locupletem offerat. Adducit exempla Albericus,quibus particulam quo, uariè in iure noſtro accipi monſtrat.Sp.

QVO,quá'ue,pro quemcunq; in locum,& quamcunq; in partem. Vlp.l.j.de Mortuo infer. Prætor ait: Quo, quá'ue illi mortuũ inferre,inuito te,ei ius eſt: quo minus illi eo,ea'ue mortuum inferre, & ſibi ſepelire liceat,uim fieri ueto.Sp.

QVO caſu, pro qua facti ſpecie,Inſtit.de Rer.diuiſ.§.at ſi is.Sp.

QVO deſtinauerit quis auferre, ſic accipiendũ eſt, quo deſtinauerit eo die manere cum eo furto.Paulus l.iiij. de Furt. Spieg.

QVO iure, quaq; iniuria,prouerbiale eſſe uolunt,quaſi per fas nefas,uelis nolis. Vſus eſt eo Terẽt.in Andr.ſanè eleganter,teſte Inſulano.Interpres iudicat,huiuſmodi fermè figuras omnes,quæ conſtant ex contrarijs, eſſe prouerbiales. quod genus ſanè ſunt, Fanda,infanda: loca,feriaq;: Facta,atq; infecta:Digna, atq; indigna: Fasq;, nefasq;: Clãq;,palãq;: Terraq;,mariq;: Noctesq;,diesq;: Iuuenesq;, ſenesq;: Neque in minimo, neq;

neq; in maximo: Neq; deos, neq; homines ueretur: Vocatus, atq; inuocatus: Re ſalua, & perdita: atq; alia huius generis innumerabilia. de quibus uide Eraſ. in initio Operis Chil. Sp.

QVOMINVS, ut & paulominus penult. cor. proferendum, ut non, ſignificat. l. ſi ego. ff. Si cert. pet. l. cum ipſe. de Excuſ. tut. cum ſimil. Accurſ. in l. liber homo, in princip. de Verb. obligat. quominus, pro, quàm ut, exponit. Sed Papinianus interrogando affirmat. Sp.

QVO nomine, pro propter eam cauſam, elegāter dixit Pomp. in §. Poſt hos quoque Tubero. l. poſter. de Orig. iuris. Sp.

QVO tenus, relatiuum diuiſiuum, ſignificat, uſq; ad quem numerum: referturq; ad bini, terni, quaterni.

QVOAD, id eſt, quamdiu, ut ait Donat. l. hæc autem. §. non delendi. in fin. ff. Ex quibus cauſis in poſſ. eat. Item pro quouſq;. l. j. ff. de Peric. & com. rei uend. l. eū qui ita. de Verb. obligat. Sp.

QVOAD uiuam, & quoad moriar, idem ſignificant: tametſi cōtraria eſſe uideantur. Rationem habes apud Sipōtinum. Vlp. in l. epiſt. §. fi. de Pact. docet his uerbis: Vt ei certa quantitas, quoad uiueret hæres, præſtaretur, non produci perpetuam præſtationem. Eſt tamē, ubi aliquando rerum quantitatem denotat, & pro quantum, ferè cum uerbo Poſſum, accipitur. Cicero de Senect. Quoad potuit, reſtitit. Quoad eius fieri poteſt, hic (eius) parelcon eſt, hoc eſt, ſuperflua uocis additio. Sed apud Iuriſconſultos frequentior eſt, quæ περιεργία dici poteſt, id eſt, ut Alc. interpretatur, otioſitas: cum aliqua dictio, uel etiam clauſula additur quæ minimè ad rem, de qua agitur, neceſſaria ſit, ita ut etiamſi ea deſit, nihilominus idem iuris fuerit cōſtituendum. l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de Verbor. oblig. Sp.

QVOCVNQVE die. Vide, Quis.

QVOCVNQVE tempore, uerbum uniuerſale eſt, et omne tempus ſine reſtrictione complectitur. Vide Gloſſ. in l. cum pœnam. ff. de Arbitr. Bart. in l. baliſta. ff. ad Trebell. cum ſimil. Sp.

QVOD, cōiunctio, quia ſignificat. Quòd quia, pro, Sed quia: ut Quòd cum, pro, Sed cum. Bud.

QVOD, interrogatiuum & relatiuū eſt, obtinetq; interdum uicem appellatiui, id eſt, rem multis communē ſignificans. Vide Bart. in l. ſi à certis. ff. de Duobus reis. & in l. ſi pater filio. Vbi alij doctores de Vulg. & pupil. ſubſt. Sp.

QVOD, relatiuum, iunctum uerbo futuri temporis, conditionem importare, docuit Bart. in l. inter ſtipulantem. §. ſacrament. uerſ. ſi ſtipulatus fuero. ff. de Verbor. oblig. Quæ certè doctrina omnino tuta non eſt. ut Zaſ. oſtendit in ſingul. ſuor. lib. j. Sp.

QVOD abſq; moleſtia fiat, Quod cōmodè facere poſſis, Pace quod fiat tua, & ſimiles modi loquendi, honoris præfatiunculam quandam & humanitatis ſignum denotant.

QVOD non eſt arbitro in compromiſſo permiſſum, id iubere nō poteſt, teſte Alfeno. l. arbiter ex. ff. de Recept. Sp.

QVOD alium facientē prohibere ex officio neceſſe habuit, id ipſe committere non debuit. Vlp. ait, in l. altius. ff. Si ſeruit. uend. Sp.

QVOD in alea luſum eſt, repetitio eius fit. autor Paul. l. fin. ff. de Aleat.

QVOD ſtatuerit, cum effectu accipimus, non uerbotenus. inquit Vlpian. in l. j. Quod quiſq. iur. Sp.

QVOD ademptum eſt, nec datum uidetur, ſecundum Celſi & Marcelli ſententiam, quæ uera eſt, ut ait Vlp. in l. ſi ita adſcriptum. de Legat. j. Sp.

QVOD commodo reipubl. facere poſſis. Paul. Manut. probat ueteres his uerbis uſos: ut id quod faciendum decernerēt, ita demum fieri uelle oſtenderent, ſi modò reipub. commodo fieri poſſit. Lege, Commodatum dicitur. Sp.

QVOD fato contigit, cuiuis patrifamilias, quamuis diligentiſſimo, poſſe contingere. l. uerum. §. ſi locupleti. ff. de Minoribus. Sp.

QVOD iuſſu, perinde atq; mandatū multis modis ſuſcipi poteſt, quod Vlpian. in prin. l. j. Quod iuſſu. indicat. Sp.

QVOD mei cauſa paratum eſt, interpretatur iuriſconſ. in l. cum teſtamento. de Aur. & arg. leg. Sp.

QVOD putauerit, præſtet: ut hæc uerba accipi debeant, explicat. l. iij. ff. de Ann. leg. Spieg.

QVOD quis ſciat, uel quod ſcire debeat, paria cenſentur. Baldus in Aut. ad hæc. C. de

C.de Vſur. Sicut & idem iudicatur, quod quis rem aliquam habeat, uel habere debeat. l. pen. §. cum ita. ubi Bart. de Aur. & arg. leg. Sp.

QVOD ſi, denotat & iuris & facti diuerſitatem. l. j. C. Comm. diuid. & continuat aliquando præcedentem ſenſum: aliquando uerò aduerſatur. l. ij. ff. de Conſtit. pec. l. pręcipimus. uerſ. quòd ſi. C. de Appell. Sp.

QVOD ſine fraude ſua aliorumque fiat, Budæus intelligit, ſaluo ſuo, alienoque iure. Huius perquàm elegantis clauſulæ ſenſum Cęſares noſtri in Diplomatibus, & quidem ut omnia, craſſiore ſtilo, ſic exprimere ſolent. Noſtris tamen, ſacrique imperij, ac alterius cuiuſcunque iurib. ſemper ſaluis. Sp.

QVOD ſuum eſt, item quod meum, exponitur in l. quintus. ff. de Aur. & argent. leg. Spieg.

QVOD te mihi dare illis Calendis oportet, ſpondes, quomodo ſit intelligendū, habes in l. qui ſic ſtipulatur. ff. de Verb. ſig. Spieg.

QVOD Titius uoluerit. Iſta, Caius inquit, inſtitutio uitioſa eſt, quòd teſtamentorum iura, non ex alieno arbitrio pendeant. l. illa inſtitutio. de Hæred. inſtit. Spieg.

QVOD turpiter, uel ſcelere quæſitum eſt, ad compendium hæredis nō debet pertinere. in fin. l. quod diximus. ff. Quod met. cauſ. Sp.

QVODAMMODO, id ſignificat quod barbare dicit̃, aliqualiter, Latinè aliquo pacto. Notam autē eſſe impropríetatis qui uolunt, adducūt text. in §. Cato. l. iiij. ff. de Verb. oblig. Vide Bart. in l. quod ſine. ff. Solut. matrim. l. j. ff. Rer. amot. l. ſi ut certo. §. fin. ff. Commod. Zaſ. in Paratitlis ad tit. de Rer. diuiſ. in πͬ. Sp.

QVODCVNQVE, nihil excipit. Cicero de Leg. Quodcunque Senatus decreuerit, agunto. Sp.

QVOMODO intelligendum uulgare illud, Quanto iuniores, tāto perſpicaciores, eruditè ut omnia ſolet, declarat Alc. cap. xxj. lib. x. Parerg. Sp.

QVOMODO? interrogatiuè, in §. inueniemus enim. in Aut. Vt iud. ſine quoquo ſuffrag. Aliquando pro quacunque ratione. l. fi. ff. de Milit. teſtam. Aliquando pro ut. ut in §. liberto. l. ſi adulterium. Ad leg. Iuliam. de Adult. Spieg.

QVONDAM, particula, ut præſens tempus notat, in noſtra lingua, weyland, aliquando ſubauditur, ne diſpoſitio uitietur. per text. in l. inſula. de Acquir. rer. dom. ubi inſula nominat̃ quæ iam exiccauerat. & Gloſſ. à doct. teſte Zaſio, mirificè & commendatam, & dilatatam, in uerbo, Defuncti. l. eius qui. ff. Si cert. pet. Spieg.

QVONIAM, cauſalis eſt. ut in l. ſi ita. de Condit. & demonſtrat. l. non dubium. de Legat. tertio. l. ſi quis. de Verbor. ſignif. Spieg.

QVOQVE, dictio, an ponatur pro etiam, Bart. diſſerit in l. fin. ff. de Eo quod certo loco. Quādo uerò implicet, idem tradit in l. Labeo. in princ. ff. de Pact. Quibus locis notet ſimilitudinem, Albericus indicat. Sp.

QVOQVO, caſu auferēdi, id eſt, quocunque. Scæuola in l. Thais. §. Sichus & Dama. ff. de Fideicom. libert. Reſpondeo, inquit, rationum reddendarum conditione cōtineri omne, quod quoquo genere ſerui actum, fidemque reſpiceret. Sp.

QVOQVE, ablatiuus priore longa. Vlp. l. j. de Aqu. cotid. Item ſi quis, ait, dum putat tertio quoque die habere ſe ius aquę ducendę. Idem de Gland. leg. Quo minus illi tertio quoque die legere. Sic Cicero in Verrem: Quinto quoque anno Sicilia tota cenſetur.

QVORVM bonorum interdicti, quęuis & poteſtas ſit, Iuſtin. pulchrè docet Inſtit. de Interd. de eo etiam ſatis abundè tractat Bart. & in Rubr. et in l. j. ff. Quorum bonorum. Sp.

QVORSVM, id eſt, ad quam rem, uel ad quid. ut in l. Labeo ait. de Supell. leg. §. id Tubero. ibi. Nam quorſum ſunt nomina, inquit, niſi ut demonſtrent uoluntatem dicentis? Sp.

QVOTA pars, pro minima parte apud idoneos autores, in iure noſtro modò dimidiam, modò tertiam, modò quartā, uel ſimilem denotat. Qua de re in Progymnaſmata ſcenica Reuchliniana copioſius ſcripſi. Sp.

QVOS libertos meos, ubi corpus meum poſitū fuerit, ibi eos morari iubeo: ut per abſentiā filiarū mearū, ad ſarcophagum meum, memoriā meam quotannis celebrēt. l. libertis. §. pen. ff. de Alim. leg. Sp.

QVOTANNIS, ſingulis annis. l. cũ quidam. ff. de Vſur. ac ſimil. locis. Sunt tamẽ qui inter quotannis, & ſingulos annos differentiã conſtituunt: quòd quotannis tempus et ſpacium continuatum ſignificat: in ſingulos uerò annos, non continuatum ſpacium, aut perpetuum, ſed per interualla annorũ ſecretum eſt. Cæterùm Alc. obſeruauit, quòd Valla alicubi notauerit, Pompon. atq; Vlpianũ ceu corruptores linguæ Latinæ: ꝙ illi, quot menſibus, uel quot diebus ſcripſerint, pro ſingulis menſibus, ſingulis diebus. Sed Valla indicat tale conuicium, Plauto quoq;, M. Catoni, & denique doctiſſimo omnium Varroni, commune eſſe, de Verbor. ſignificat. Sp.

QVOTIDIE. Doctiſſimi autores Orthographiæ tradunt, Oldendorp. teſte, Cotidiè, non quotidie ſcribendum eſſe. Quamuis enim à quoto, & die componatur, uult tamen q, in c, uerti. Sic & ſecutus, dicitur à ſequor, non ſequutus: item locutus, à loquor, non loquutus. Idq; Quintiliano placet: & Haloander noſter ſequitur: quorum ſententiam idem Oldendorp. amplectitur, rectè exiſtimans, aut ſtulti, aut perditi hominis eſſe, nolle ueritati cedere. Sp.

QVOTIDIANVM, id eſt, quod ſingulis diebus accidit grauamen, quotidie quoque appellatione remoueri poteſt. Qua de re pulchrè Felinus in c. accedẽs ij. Vt lite non conteſt. differit. Idem exactè atq; copioſe in Procœmio Decretalium explicat, quomodo intelligendæ ſint dictiones, quotidie, continuè, ſemper, ſine intermiſſione. Haloandri editio cotidie, & cotidianum, ubique profert. Sic & in antiquis Codicis exemplaribus haberi, teſtatur Alberic. Sp.

QVOTIES, quot uices requirat (uices enim hæc uox ſignat) Bartol. tradit in l. eum qui certarum. §. fin. ff. de Verb. oblig. Apud ueteres quotiens, per n, ſcriptum fuiſſe, teſtantur antiqui codices. Caper item dicit, ſine n, ſcribenda ſunt, millies, centies, decies: totiens & quotiens, quum ſcribuntur, per n ſcribenda ſunt. Capro aſtipulatur Victorinus. Sp.

QVOTVPLVM, & ad menſuram, & ad pondus refertur.

QVOTVS, quo numero, quo ordine ſit, interrogat. ut, Quoto gradu es? Vide c. ult. ext. de Conſang. & affin.

QVOTVS autem quiſq;, cuiuſcunque ſit conditionis & ordinis. Quotus enim non tantum ordinem dignitatis, ſed & minimum ſignificat. Sic Catanæus teſtatur, inueniri apud Plinios utroſq;, Tacitum, Senecam, Martialem, in fœminino genere, huc uſq; tantum, pro re minima annotauit: pręter apud Oratiũ in Serm. ubi hora quota, ſignificat ordinem: & Cic. in Rhetor. Quarta noctis hora. Sp.

QVOVSQVE, dictio, quæ alicubi in Cõſtitut. impropriè ponitur. An quandoq; conditionem faciat, Bart. differit in l. centeſimis. §. fin. ff. de Verb. oblig. & in l. fin. ad Tert. Sp.

R A

R Literam, poſterior Appius, non ille cæcus, pro S, introduxit: cuius rei fit mẽtio à Pomponio in l. poſter. §. fuit autem inprimis. ff. de Orig. Iuris. ubi dicit: Idem Appius Claudius, uſu, qui uidetur ad hoc proceſſiſſe, R. literam inuenit: ut pro Valeſijs Valerijs eſſet, & pro Fuſijs Furijs. Sp.

RABIES, notus canum morbus, transfertur & ad homines, pro impotenti furore. Impp. in eleganti l. ij. C. Qui teſtam. fac. poſſ. pro impotẽti impetu uſurpant, dum dicunt: Sed aut impatiens doloris, aut aliqua furoris rabie conſtrictus, ſe præcipitem dedit.

RABVLA, & pro aduocato, & pro cauſarum patrono in foro accipi ſolet: quod ex Feſto conſtat. Cic. in Orat. Nõ enim declamatorem aliquem de ludo, aut rabulam de foro, ſed doctiſſimum & perfectiſſimum quærimus. Idem j. de Orat. Non enim cauſidicũ neſcio quem, neq; proclamatorẽ, aut rabulam hoc ſermone noſtro conquirimus. Nec alia ratione putandum, quàm quòd radãt, id eſt, offendant aures, &, ut ait Quintilian. nimia uerboſitate feriant. Vnde & Cicero ibid. Quaſi rabulæ, inquit, qui ſibi diſerti non uidentur, niſi omnia tumultu, & uociferatione cõcuſſerint. Vide Barbar. caſtigat. in Plin. cap. xviij. lib. xiij. Ferrar. Montanus deſiderat quempiam Herculem, qui magnam orbis partẽ rabulis hominum eruſcatoribus, atq; harpyijs eripiat. Inſtit. de Iniurijs. Sp.

RACEMVS, non ſolum de uite, ſed etiam de alijs plantis dicitur.

RADERE, pro tōdere barbam, apud Vlpian. ad leg. Aquil. Item Mela ſcribit, ait, Si cum pila quidam luderent, uehementius quis pila percuſſa, in tōſoris manus eandem deiecerit, & ſic ſerui, quem tonſor radebat, gula ſit præciſa. Sp.

RADICITVS, à radice, uel uſq; ad radicem. Translatè pro omnino ponitur. l. furti. §. j. ff. Arbor. furt. cæſar.

RADIIS maritorum, uxores coruſcant, hoc eſt, fulgent & conſpicuæ ſunt. Aut. de Conſul.

RACHA, ijs qui Hebraicè callent, interiectio intelligitur fuiſſe, animi indignantis. Quaſi dicatur, malū tibi ſcilicet eueniat, diſtortus, uel iniquus es. Vide Auguſt. Tractat. lj. in Ioannem. Quod Albericus ex Hug. indicat, planè uanum eſt. Spieg.

RAMENTVM, tenuis cuiuſq; rei particula. Sed & ramenta fluminum, dicuntur minutulæ arenæ partes.

RANCOR, qua à Sorbonicis Canoniſtis, & uulgò ſignificatione ponitur, non eſt Latinum, neq; Græcum, neq; Hebræū, ſed Raudenſe, ut feſtiuè dixit Eraſmus. Latinis putor eſt ex uetuſtate, putredine, corruptione'ue natus. Sp.

RAPERE, in peiorem partem Donatus apud Terent. interpretatur, pro uitio dare, & uituperare. Zum übelſtē/ergſtē/ oder böſzlichſten vſzlegen. Sp.

RAPERE in ius, idem quod, in ius uocare uel trahere. Vnde apud Plautum legimus, Rapere ad prætorem. & apud Cic. Rapere ad pœnam, pro punire, in Oratione pro Flacco.

RAPERE uirginem, eſt ei uim inferre & uiolare: cui Pontificio iure licet ſuo raptori nubere. cap. final. ext. de Iuramēt. calum.

RAPI propriè dicuntur iuuenes, quorum funera ſunt immatura. Admonet me nunc, ſic rapti fratris, quem unicum unicè diligebam, huius dictionis occaſio: tum etiam me cogit affectus, ut huc adſcribam, quæ cùm memoriæ eius, tum ad poſterorum exemplum ponenda curaui Epitaphia. Quorum alterum ſepulchrali marmori, apud clariſſimam Oenanorum urbe Halam, inciſum eſt, ſic legitur.

D. O. M.

IOANNI MAIO Seletſtadien. Præpoſito Clareuallenſi, qui decennalem Secretarij operam inclyto Rom. Hung. ac Bohemiæ regi Ferdinando ſedulò nauans, laboribus officij ſui immortuus eſt, poſtridiè Idus Iulias, Anno M.D.XXXVI. ob fidem atq; diligentiā, ac raras animi dotes, Principi chariſſimus, Iac. Spiegel Iureconſult. & Regius Cæſareusq; ab Epiſtolis, Fr. B. M. ponendum curauit.

Vixit Ann. XXXIIII. Menſ. III. Dies XVII.

Alterum, quod in Aede Seleſtadien. poſitum eſt, ad hunc modum habet.

D. O. M.

O fluxam humanarum rerum fidem. Ioan. Maius, Ioan. ac Magdalenæ Vuimphelingiæ. F. Seletſtadij, quod priſcis Selatum fuit, ortus, & in aula D. Maximiliani Cæſ. à Iac. Spiegel, Fr. in Sacri Scrinij magiſterio, ad unguem formatus, quum is rudem accipere meruiſſet, impetrata uacatione, apud Ferdinand. in eiuſdem locum ſucceſſit. In quo officio dum dextrè uerſatur, ab opt. Principe cum præpoſitura Clareuallen. quod phanum ad Bohemiæ ſaltus uergens, è regione Norici, uulgus Zuettel appellat, perquàm liberaliter ornatus eſt, tum ſtipēdijs, ſacerdotijsq; haud cōtemnendis, auctus. Sed ut nihil in humanis ſtabile, dum ob fidem & integritatem decennio cognitam, regi gratus eſt, dum arridet Fortuna, morbo immedicabili correptus, uitam finiuit ætatis ſuæ. An. XXXV. Salutis. M. D. XXXVI.

RAPI oculis in fraudem, hoc eſt, ſtatim rè aliqua uiſa, fraudem aliquam cogitare. Cic. de Aruſp. reſpon.

RAPINA, ad rem: Raptio, ad perſonā refertur Bartol. in l. ſi quis ex domo. ff. de Furt. diſputat non inutiliter, an rapina ſit priuatum delictū. Item ne ſit ſpecies furti, inueſtigat in l. duob. §. ſi quis iurauerit. ff. de Iureiur. Receptum eſt, Rapinam maius furto eſſe delictum. l. ſi cum exceptione. §. qui uim. ff. Quod met. cauſ. Spieg.

RAPIT, qui ſcindit, frangit'ue ui adhibita: uel eo animo, ut ſi prohibeatur, uim adhibeat. l. iiij. §. ſolū. ff. de Incend. Alioquin rapere, eſt etiam de manibus auferre. l. iiij. Ne quis eum, qui in ius uoc. Et

qui uerbis puellam ſeducit, eam rapuiſſe dicitur. c. fin. xxxvj. q. j. per tot. Sed & furari, Rapere eſt. l. ſi quis ex dono. de Furt. ex Comm. Alc. in l. Marcellus. de Verb. ſig. Sp.

RAPSERE, antiquum uerbum, pro rapere. Cic. de Legib. Sacrum, ſacro'ue commendatum qui clepſerit, rapſerit'ue, parricida eſto. Sp.

RAPTOR propriè, qui uires alienas rapit, aufert. Alc. Eſtq; improbior fure quamuis manifeſto, licet leuius puniatur. Oldend. Raptor ait, omnimodo furtum facit: ideo manifeſtus fur exiſtimãdus eſt: & furti actione tenebitur. l. ſi uendidero. §. cum raptor. ff. de Furt. Sp.

RAPTVM, ſubſtantiuum, res rapta.

RAPTVS, id eſt, uiolentum ſtuprum, non in uirginem tantum, ſed & uiduam, & ſanctimonialem. Iouinian. Imp. C. de Epiſc. & cler. Si quis, inquit, non dicam rapere, ſed attentare tantum iungendi cauſa matrimonij, ſacratiſſimas uirgines auſus fuerit, capitali pœna feriatur. An autem ſuper raptu eiuſmodi tranſigere liceat, à Bart. & cæteris petendum.

RARO, aduerbium, pro non ſæpè, inſolenter. Iuriſcons. in tit. de Leg. Perrarò eleganter oppoſuit frequẽter. Nam ad ea, inquit, potius debet aptari ius, quæ & frequẽter & facile, quàm ad ea quæ perrarò eueniunt. Quorum quidem uerborum ſenſum, quem recentiores iuriſconſulti induxerunt, non ſatis probat Alc. cap. viij. lib. Diſpunct. ſecundo, euidenter demonſtrans, ad quos caſus pertineant. Sp.

RARVM, pro præclaro & præſtanti, quòd non ubique reperiatur. Itaq; rarum, eſt uulgari contrarium, teſte Cicerone in Topic. Sp.

RASTA. Germanica uox indicãte D. Hieronymo. Sic enim in Comment. in Ioel. Nec mirum, ait, ſi unaquæq; gens certa uiarum ſpacia ſuis appellet nominibus, cum & Latini mille paſſus uocent, & Galli Leucas, et Perſę Paraſangas, et Raſtas uniuerſa Germania, atq; in ſingulis nominibus diuerſa menſura ſit. Sp.

RASTRI, Alfenus, Cornelium (inquit) reſpondiſſe aiebat: palos, perticas, raſtros, ligones, inſtrumẽti uineæ eſſe. Vide Seruium ſuper illud, Multum adeò raſtris glebas qui frangit inertes. Sp.

RASVRA quando uitietur inſtrumentũ, docet Bart. in l. fin. §. ſin autem. C. de Edict. diui Adriani toll. Quãdo uerò propter teſtamentum ſuſpectum reddatur, tradit in l. ſi unus. C. de Teſtam. Sp.

RASTRVM. Lege, Bidens.

RATA parte, quod uulgus ad æquipollentiam, & etiam pro rata dicit, Latinã uocem uſurpans Vlp. in l. ſi ſeruus. in fi. ff. Si quis caut. Verùm ſi pro rata, inquit, unius offeratur pœna. Sic idem in l. in his uerò. de Solut. & ſimil. locis. Interpretantur autẽ pro portione, quæ quandoq; eſt uirilis, quandoq; hæreditaria. de quo Baldus in l. final. C. de Impub. & alijs ſubſtit. Sp.

RATAE preces, id eſt, exauditæ. Bud.

RATEM, quam Græco uocabulo Schediam uocant, ponit Vlp. inter naues. l. j. §. magiſtrũ. ij. in fi. de Exercit. act. dum inquit: Nauem accipere debemus, ſiue marinã, ſiue in aliquo ſtagno nauiget, ſiue ſchedia ſit. Et uериſimile eſt, id genus nauium primum fuiſſe. Qua de re uide Bayfium in de Re nauali. Sp.

RATIARIVS, à rate dicitur, ut nauicularius, non opifex, ſed negotiator. Vide Paul. in l. qui ratiario. de Pignor. act. & Bud. in l. j. §. nauem. de Exercit. act. Sp.

RATIFICARE, quod actum eſt confirmare, Beſtätigen/ Beueſten. Veteres ratare dicebant: unde eſt irritare, contrarium. Sp.

RATIHABITIO, ſeu ut uulgò dicitur, Ratificatio, inſtar mãdati eſt. l. fin. C. Ad Maced. Bart. in l. Pompon. ff. Neg. geſt. & Landfr. Balb. deciſ. cxxvj. Cent. ij. Eius autem natura eſt, ut retrò trahatur. l. iiij. & v. C. de Pig. act. Hæc quæ operetur ſub pœna promiſſa, pulchrè declarat Zaſ. in §. Cato. de Verb. obligat. Generaliter effectus ratihabitionis eſt, ut uoluntatem noſtram declaremus, & negotiũ, quod alioqui ad nos nihil pertineret, noſtrum faciamus, nõ autem, ut approbare uideamur qualitatem geſtus. Quòd qui ratum habet geſtum, is non ſtatim probet id, q̃d dolo malo, uel lata culpa geſtum eſt. l. Pomponius. ff. Negoc. geſt. Spieg.

RATIO accepti atq; expenſi computata in fure. l. emptor. ff. de Pact. Sp.

RATIO, eſt certa ueritatis demonſtratio. Vnde rationem quærere in his,

quæ ad ſenſum probantur, infirmitas rationis eſt. ut pulchrè dixit Bald. in l. j. C. de Seru. fugit. Lex uerò, omne quod ratione conſiſtit. Salom. in §. Reſponſa. Inſtit. de Iur. nat. gent. & ciuil. Vide, Cauſa dicitur. Sp.

RATIO, alia eſt neceſſaria, alia probabilis. Neceſſaria, quæ uera, uel efficax eſt: uera, naturalis: efficax, legibus uel moribus probata. Probabilis autem, quę uerіſimilitudinem ducem habet, ſecūdum Boethium, & diuum Auguſt. ut à Salomon. citantur. Sp.

RATIO non minus mouere debet iudicem, quàm lex. Siquidem ubi lex nō eſt, ratio naturalis tacita quædam lex eſt, inquit Paulus in l. cum ratio. ff. de Bon. damnat. Sp.

RATIO, pro cautione, in Autent. Nupt. §. ſic itaq; ad fin. accipiturq; etiam de datis, acceptis, hoc eſt, Rationario, quod uulgò regiſtrum uocamus. ut in l. ſi quis ex argentarijs. §. rationem. ff. de Edēdo. l. emptor. §. Titius. de Pactis. Vide ſuprà, Liber rationū. Ratio item pro cauſa. l. eas obligationes. ff. de Capit. dim. Item pro reſpectus propoſito, ſeu conſilio, ut apud Vlp. in l. clàm poſſidere. de Acq. poſſeſſ. Breuiter, Rationis uocabulum multiplicem habet intellectum. Reſpicit enim modum, uiam, formam, morem, conſuetudinem, ius, iudicium, geſta, & non geſta, tempus, comparationem, & ſimilia. Interdum conſilium & propoſitum ſignificat. Ratio autē & ueritas conuertuntur. c. fruſtra viij. Diſt. & Bald. in l. non omnium. ff. de Legib. Sp.

RATIO, pro reſpectu. ut, Habita eſt ratio doctrinæ. Habenda eſt ratio rei familiaris, quam quidem delabi ſinere, flagitioſum eſt, ait Cic. in ij. Offic.

RATIO conſtare dicitur, quando ęqua & legitima cauſa reddi poteſt. Ex Catanæo. Spieg.

RATIO diſputandi in iure, & rigor iuris, idem ſignificare uidetur. Vide Iul. in memorabili l. ſi ita uulneratus. ad Leg. Aquil. in ea enim diſertè ponit, Multa iure ciuili contra ſtrictam rationem diſputandi, pro utilitate communi recepta eſſe. Spieg.

RATIO legis, eſt idem quod mens legis. l. cum mulier. et ibi Bartol. ff. Solut. matrim. Quanquam Alc. indicat, differentiam in commentarijs ad l. nominis & rei. de Verb. ſig. Non eſt autem ratio legis inueſtiganda, ubi certa liquet legis diſpoſitio: niſi agatur de proferenda lege ad caſus non expreſſos, tollendaq; legum contrarietate, per optimū teſte Salomonio text. in c. ij. C. de Vet. iur. enucl. tum & abſurdi, aut iniquitatis uitandę cauſa. l. ſcire oportet. §. aliud. ff. de Excuſat. tut. Sp.

RATIO, ſupputatio aliquādo dicitur, uel calculus, ſeu expenſa.

RATIONARIVS codex, in quo rationes rerum geſtarum continentur, quod uulgus Regiſtrum uocat. Subſtantiuè, qui rationarium conficit, uel qui rationibus præeſt. Vide Steph. Rob. Sp.

RATIONE bona dicere, idem eſt quod bona fide.

RATIONES calendatim recognoſcere, eſt per ſingulos menſes perſcripta nomina recenſere, ut ſciatur quid nominum quoquo menſe factum ſit. Tuſan.

RATIO naturalis ex Adę lapſu adeò corrupta eſt, ut cum dominari debuiſſet, ac ſecundum formā honeſtatis uolūtatem manuducere, contrarium euenerit, uiceritq; ſemper carnalis uoluntas prona ad malum. Vnde fit, quòd Iuriſconſulti, Oldend. teſte, ſæpe naturā hominum pro corruptela tali accipiunt. Vlp. in l. item ſi unus. §. principaliter. ff. de Recept. arbit. Iuſtin. in l. ij. in princ. C. Quand. & quib. quar. pars. deb. lib. x. Sp.

RATIONIS habēdæ cauſa, hoc eſt, ut curam haberet, propoſuit Prætor in l. j. ff. de Poſtulan. in prin. Sp.

RATIONIS eſt. Quære, Eſt rationis.

RATIONES reddere, plus eſt quàm edere. Tutor reddit, argentarius plerunque tantū edit. l. boues. §. fin. de Verb. ſig. Sp.

RATIONEM argenti reddere iuſſus, explicatur in l. qui filium, ad finem. ff. de Manum. teſtam.

RATIONES cum reddiderit cum contubernali ſua, liber eſto: quid hæc uerba indicent, Paul. explicat in l. ſi ſeruo. de Statulib. Sp.

RATIONEM implicitam habere, apud Scæuolam in l. emptor. §. de Pact. Sp.

RATIONIBVS inferre, eſt eam ſummā, quæ impenditur, in rationarium perſcribere, teſte Budæo. Sp.

RATIONES referre, eſt computum reddere.

dere: Diſpungere rationes, computum examinare. Bud. in l. ſi prior. de Pignor. Item,

RATIONIBVS referre, eſt inter recepta cõputare. Jn den Entpfang / oder Jnnom ſtellen. Vlp. in l. ij. de Adminiſtrat. rer. ad ciuit. pertin. §. grani æſtimationem. Spieg.

RATIONVM reddendarũ conditio quid contineat, not. in. §. Stichus & Dama. l. Thais. de Fideicom. libert. Vide & Vlpianũ in l. ſi ſtatulibera. de Sratuliber. Spieg.

RATIONVM appellatione non inſtrumenta tantum, aut codices rationarij. l. cum ſeruus. de Cond. & demon. l. Prætor. §. j. ff. de Edend. ſed & calendaria, et diaria, ſeu ephemerides & aduerſaria continentur: itemq; ſi qua in palimpſeſto, ſeu deleticia charta, aut opiſthographo ſcripta ſunt. l. chartæ. de Bon. poſs. cont. tab. indicat Alciat in l. j. C. de Edend. Spieg.

RATIOCINATIO, dicitur ea princeps animi uis, quam λογιστικὸν Græci nominant.

RATIOCINIVM, in tit. de Ratiocin. oper. pub. ipſum ratiocinandi, hoc eſt, cõputandi, quod dicitur, actum ſignificat. Spieg.

RATIOCINATOR, idem qui calculator. Sunt tamen, ut Inſulanus obſeruauit, qui calculatoris nomen faſtidiunt, etiamſi illo uſus ſit lib. x. Martialis: Nec calculator, nec notarius uelox, Maiore quiſquam circulo coronetur. Negant tamen, calculare uerbum in uſu eſſe: cuius loco meliora ſunt hæc, ducere ad calculum, uocare ad calculum, expendere ad calculum, ſupputare. Spieg.

RATIONALE, quod ratione utitur, uel uti poteſt: Rationabile, quod cum ratione factum, dictum'ue eſt. Proindè rationabili dicto ita iudex permoueri debet, ſicut lege ſcripta. ut dicit Andreas Eſernitanus in Procem. Feud. Cũ naturalis ratio uim legis habeat. l. ſcire §. ſufficit. de Excuſat. tut. cum uulg. Spieg.

RATIONALIA ſubſtantiuè, apud Vlpian. ſi modò ſyncera manet lectio, in l. j. §. de ſeruis quoq;. de Tut. & rat. diſtrah. interpretatur Alber. rationũ inſtrumenta. Nor. tex. indicat, & aliàs legi poſſe, Auctionalia, nimirũ pro tabulis auctionarijs, in quibus annotabatur precium rerum publicè diſtractarum: quod ſub haſta ferè ſolebat fieri, ut indicaui in dictione, Auctionem facere. Auctionariarum tabularum mentionem facit Cicero in Catilin. Spieg.

RATIONALIS, procurator fiſci eſt. Capitol. ut ſuprà: Erat fiſci procurator in Libya, qui omnes Maximini ſtudio ſpoliauerat: hic per ruſticanam plebem interemptus eſt. Sed cùm per eos qui rationalem in honorem Maximini defendebant, uiderent autores cædis, & cætera. Atq; alius eſt à procuratore Cæſaris. l. j. de Offic. Procur Cæſ. Alciat. in l. uniuerſi. C. de Fundis rei priuatæ lib. xj. Adde quæ pulchrè ſcripſit Pyrrhus, de Quæſtorijs magiſtratibus. Accurſius rationales interpretatur Cæſaris procuratores. Interpretes in l. procurator. C. de Edendo. inter Fiſci ac Cæſaris procuratorem faciunt diſcrimen. & Pyrrhus exactè demonſtrat, procuratorem Fiſci à Cæſaris procuratore longo diſtare interuallo. Eidem non abſurdum uidetur, ſi rationalis uocabulum à rationibus dictum, genericè tam huic, quàm illi conuenire dixerimus. Vnde rationales & procuratores Cæſaris, eoſdem fuiſſe legimus apud Lamprid. in Alexand. teſte Bud. Spieg.

RATO tempore, id eſt, deſtinato. ut & apud Ciceronem de Diuinat. lib. ſecundo. Spieg.

RATVM & irritum contraria. Ratum id ſignificat, quod præcedenti meditatione firmatum eſt, & ideò ad effectum ipſum referri: Irritum autẽ rectè dici, quod effectu firmum non eſt. xj. q. iij. c. irritum. Alc. in l. quum poſteaquàm. C. de Pactis. Lege, Firmum. Spieg.

RATVM, & ruptum contraria. Cicero de Oratore: Teſtamentum ruptum, aut ratum.

RATVM habere, pro approbare, confirmare. Iuxta illud: Ratum habemus fruſtra, quod noſtro nomine geſtum non eſt. Bart. l. j. §. ſed & ſi quis. ff. de Vi & ui arm. Spieg.

RATVS eſt, imperitè pro cogitauit, Interpres accipit apud Vlpian. in l. j. de Poſtul. qui appoſitè, ꝓprieq; eius uerbi ſignificatione uſus eſt, ſcilicet, pro exiſtimauit, hoc eſt, quaſi ab eſtimatione ſtatuit,

atq; decreuit. Eſt autem æſtimatio iudicij atq; rationis, nec uſquã pro nuda tantum uoluntate uſurpatur, quæ non ſtatim, quia minimè apparet, in uoluntatē rapienda eſt. In iure noſtro, non tutum eſt ſemper, quod uulgò dicunt, Sufficit pro ratione uoluntas. Sp.

RAVCARVM Vlpian. in l. ex conducto.§.j.ff. Locati, ſic meminit: Si raucis, aut herbis ſegetes corruptæ ſint. Vermes ſunt, quarum à Plinio, ut annotauit Budæus, nulla facta eſt mentio, in uitijs ſegetum : ſed in xvij. de cultura talearum loquens: Olea, inquit, ubi quercus effoſſa ſit, malè ponitur: quoniã uermes qui Raucæ uocantur, naſcuntur, & tranſeunt. De herbis autem noxijs idem ita inquit: Nam lolium & tribulum & carduum, lappamq;, non minus quàm rubum, inter frugũ morbos, potius quàm inter ipſius terræ peſtem numerauerim. Spieg.

RAVDVM æs, imperfectũ ueteribus, & rude. Vnde in uenditionibus mancupi, ſcriptum erat, Rauduſculo libram ferito. Vide Feſtum. Sp.

R E

RE, præpoſitio non niſi compoſita reperitur, denotatq; reſolutionem actus interuenientis rei cui adijcitur. l. j. §. elegãter. ff. Depoſ. cum ſimil. quę Alber. adducit. Lege, Reddere. Sp.

RE, auferendi caſu. ut, Re, non uerbis augetur peculium. l. peculium. ff. de Pecul. Item re contrahitur obligatio. Inſt. Quibus mod. Re contrahitur obligatio. & illic, Re nondum ſecuta. tit. Quib. mod. toll. oblig. Sp.

RE ipſa, & facto ipſo, eius'ue exitu pręſtare aliquid. l. ij. C. de Rer. permut. & l. in minorum. C. In quib. cauſ. reſt. in integ. non eſt nec.

RE nondum ſecuta. Inſtit. quib. mod. toll. oblig.

RE ſua ſe abuti putare, apud Vlp. l. ſed & ſi. §. hæc uerba. ff. de Petit. hæred. Sp.

RE, & uerbo fieri poſſe citationem, tradit Gloſſa præconio Baldi inſignis, in l. ſed etſi is. ff. de In ius uoc. Sp.

READOPTARE, uel potius, ut in Haloandri editione eſt, redoptare, apud Modeſt. in l. ſi pater filium. de Adopt. Sp.

REAEDIFICARE, pro reſarcire etiam uſurpatur.

REALE uitium obijcere, hoc eſt, rem eſſe talem quæ alienari, aut tradi non potuerit. Vide Oldend. Claſſ. iij. Action. iij. Spieg.

REALIA, ea quæ ob rem conceduntur, & non perſonam reſpiciunt, dicuntur. ut colligitur ex l. cum unus. ff. de Bon. aut. iud. poſſid. Sp.

REATVS, ſtatus & conditio reorum, hoc eſt, ut Budæus ait, habitus demiſſus, pannoſus, ſquallidus, & miſericordiæ aucupator. Vnde legimus ſub titulo, de Iniurijs, Veſtem ſordidam rei nomine in publico habere, capillum'ue ſubmittere, nulli licet. Modeſtin. de Pœnis: Si diutino, inquit, tempore aliquis in reatu fuerit, aliquatenus eius pœna ſubleuanda erit. Pars enim pœnę eſſe uiſa eſt, longa tēporis intercapedo in conſpicua calamitate & miſeranda. Errore autem miro hæc opinio inter iuriſperitos, aliosq; inualuit, ut reatus, pro crimine exaudiatur: cum clara ſit huius uocabuli ſignificatio. l. ult. in fi. de Bon. damnat. ubi Paul. Fraudis autem cauſa, ait, adoptio facta uidetur, etiamſi nō in reatu, ſed in deſperatione rerum, per conſcientiam, metu imminentis accuſatoris quis adoptet. Et itidem in tit. de Bon. eorũ qui ante ſen. mort. ſibi conſc. l. ult. Ita demum bona eius, qui in reatu mortem ſibi conſciuerit, Fiſco uendicanda ſunt, ſi eius criminis reus fuerit: ut ſi dãnaret̃, morte, aut deportatione afficiendus eſſet. Hodie in reatu ſunt Budæo, qui uel carcere detenti, ſquallore, & illuuie conficiuntur: aut qui honoris cauſa, cuſtodię ſuæ, aut apparitorum commiſſi: aut uadimonio, aut uadibus obſtricti ſunt, aut expromiſſoribus. Reatus, pro pœna, in Autēt. de Inceſt. nupt. in prin. ac etiam adnotante Alciato, pro facto ipſo rei dicitur. Vnde Lex ait, omnem honorem reatus excludit: eo ſcilicet exemplo, quo & abigeatus, factum ipſum abigei, Marcello, Calliſtratoq;. Quod aduerſum uidetur Budaicę ſentētię. Sp.

REBELLIS, quam tamen uocem eruditiores, pro eo, qui ex contemptu ſit inobediens, peruerſe poni, monent: quòd idem uocandus ſit contumax. Exemplum ex quarto Rhetoric. ad Herennium, producunt. Porrò noſtris Rebellis, & Fidelis, ſunt contraria.

Qua de re uide Bart. in Conſtit. Imper. Henrici vij, Qui ſint rebelles. Sp.

REBELLIO, ipſe actus rebellãdi eſt: qui non ſolum facto, ſed & machinatione cõmittitur. ut ibidem pulchrè declarat Bart. Breuiter, qui arripiũt arma in eum, cuius iuriſdictioni ſubditi ſunt, uel qui fidem illi datam nõ ſeruant, Eyds vnd Lehens pflicht, & iuſſis magiſtratuũ, in ijs quæ ad commiſſum eius officium pertinent, repugnant, propriè rebelles appellantur. Vnde non niſi iniuria hoc nomine cẽſeri poſſunt, qui profanis magiſtratibus non reſpondent ex æquo in in his, quæ ſtatuunt in rebus, ut nũc uulgò uocant, religionis. Sp.

REBVS nouis, noua ponenda nomina. Cic. de Nat. Deor. lib. j.

REBVS legatis quæ in fundo ſunt. Paul. ait accedunt etiam ea, quæ tunc nõ ſunt, ſi eſſe ſolebant: nec quæ caſu ibi fuerũt. legata exiſtimantur, in fi. l. quæſitum. de Legat. iij. Sp.

REBVS humanis eximi. l. ſiquidem. C. de Act. & oblig. Rebus ſupereſſe. Vlp. l. j. de Procur. Vſus autem, ait, procuratoris perquàm neceſſarius eſt: ut qui reb. ſuis ipſi ſupereſſe uel nolũt, uel nõ poſſunt, ſaltem per alios poſſint, uel agere, uel conueniri.

RECEDERE à conditione, à perſona, à ſtatu, eſt quod immutare conditionẽ, perſonam, ſtatum dicimus.

RECENSITIO, pro recognitione. Vlp. in l. iij. §. ſi quis noxali. Ad exhibend. Non'ne æquum eſt ei familiam exhiberi, ut noxiũ ſeruum agnoſcat? quod ex cauſa debet fieri, ad deſignandum eum, cuius nomine noxali quis agit, recenſitione ſeruorum facta. Accurſ. id eſt, nominatione interpretatur. Sp.

RECENS, inueterato contrarium.

RECENTI re, id eſt, eo tempore quo res contigit: quod etiam è re nata dicitur.

RECESSISSE non uidetur, qui extemplo redijt. Vide Magiſtrum Practicæ. §. j. uerſ. j. de Salarijs. Sed & animo reuertendi abiens, recedere non uidetur. per text. not. in l. nihil. ff. de Capt. Sp.

RECEPISSE arbitrium uidetur, qui iudicis partes ſuſcepit, finemq́ ſe ſua ſententia controuerſijs impoſiturũ pollicetur. autor Vlp. in l. idem Pomp. de Arb. Vide §. recepiſſe. l. ſi de meis. eo. tit. Sp.

RECEPTI generaliter dicuntur, qui conſenſu aliquo admiſſi ſũt uel electi. Hinc in Pand. Tit. de Receptis, hoc eſt, admiſſis ſeu electis illis, qui arbitrium receperunt, ut ſententiam dicant inter controuertentes.

RECEPTA, reddenda, facta, præſtanda, extat apud Paulum exẽplum, in l. in iudicio. ff. Famil. erciſc. Sp.

RECEPTATOR, qui latrones, eorumq́ ſurrepta recipit, occultatq́. Metius de Receptat. Peſſimum, inquit, genus eſt receptatorum, ſine quibus latere nemo diu poteſt. Quamuis receptator, qui cognatum, uel affinem conſeruauerit, non eſt ſeuerè puniendus. l. ij. eod. tit. Hinc receptaculum, dicitur locus in quem ſe improbi homines recipiunt. Sp.

RECEPTITIAE dotes quæ dicantur, uide in l. mortis cauſa capitur. §. ſine donatione. ff. de Don. cauſ. mort. Sp.

RECEPTITIVS ſeruus. Lege, Recipere, antiquum.

RECEPTORES. Lege, Præs eſt.

RECEPTVM eſt, imperſonale, quicquid à pleriſq́ prudentium approbatum eſt. Bud. in l. non debet. de Dol. mal.

RECEPTVM nõ uidetur, quod receptũ non durat. Gloſ. cap. nam & ext. de Verbor. ſig. quod utiq́ uerum eſt, cum recipientis ius extinctum eſt: alioquin ſi nõ extinctum, ſed translatum proponatur, receptũ uidetur. ex reſponſo Pauli, qui ait, ſub tit. de Verbor. ſig. Cœpiſſe quis intelligitur, quamuis alijs acquiſiuit. Spieg.

RECEPTVM ius, pro approbato. l. in minorum. C. In quib. cauſ. in integ. reſt. nõ eſt neceſſ. Sic approbare apud Quintil. ut à Budæo citatur. Sp.

RECEPTVM moribus, ut noſtri: uel in mores, ut apud alios legitur quod obſeruatione quadam, non legibus confirmatum eſt. Sp.

RECEPTVRVS, ad animi uoluntatem referendum. ut Valla de futuri, temporiſq́ participijs tradidit: & Alc. ſequitur, in l. j. ff. Si cert. pet. per Gloſſ. in l. ij. eod. Spieg.

RECEPTVS in ciuitatẽ quis dicitur, qui cum ſuffragio ciuis efficitur. Sp.

RECEPTVS inter reos qui dicitur, quando reiectis exceptionib. dilatorijs, declinatorijſq́, pronũciat iudex ad ulteriora proce-

procedendum. Quod, ut atteſtatur Alc. rectè Bart. docuit, in l. is qui. de Publ. iudic. Igitur poſt huiuſmodi interlocutionem, quæ uim cuiuſdam litis conteſtationis habet, qui accuſatus eſt, incipit in reatu eſſe: quæ uox Cic. & alijs antiquis inuſitata, primumq́ à M. Meſſala conficta. ut Quintil. autor eſt. Ex Alciat. Parerg. Sp.

RECEPTVS mos eſt, quem ſponte alienum aſciuimus.

RECIDERE, eſt ſui iuris fieri non poſſe, hoc eſt, de poteſtate in poteſtatẽ deſcendere. ut eleganter ſenſum reddens Cantiuncula, dixit. Inſtit. Quibus mod. ius patr. poteſt. ſolu. in princ. Vlp. in l. ſiue cont. de Lib. agnoſ. In cuius poteſtatẽ recaſurus eſt. & inferius, In cuius poteſtatem recaſuri nõ ſunt. & rurſum ſub fine eiuſdem. l. idem. de his qui ſui uel alien. iur. Nepotes, inquit, ex filio, mortuo auo, recidere ſolent in filij poteſtatẽ. Sp.

RECIPERE, antiquũ uerbũ iuris eſt, quaſi exceptũ facere, & retinere ſibi aliquid ex his, quę ſibi tradimus. Sic ſeruus receptitius dicebatũ, quem mulier allata dote propriũ ſibi retinebat: & receptitia ſeruitus, quã de ædibus, aut fundo retinere uelit uẽditor. annotatore Camerario in prior. lib. Rhetoric. Cic. porrò recipere ſeruũ, eſt etiam quod nos dicimus, verhaltẽ / enthalten, iuxta mentẽ iuriſconſul. in l. j. §. j. & l. doli. ff. de Seru. corrupt. Id ſcire, ut Alberic. monet, non alienum eſt à proſcriptorũ, ſeu ut uulgò loquuntur, bannitorum receptatione. Aliàs autem recipere, ſignificat promittere aliquid facturum ſe, aut daturum. Sic uicinus recipit, ſe non altius ædificaturum. Bud. exponit pro nominatim cauere. in l. emptorem. ff. de Act. empt. Quemadmodum, inquit, recipitur, ut nummos uenditor accipiat: quamuis mox ad emptorem non perueniat. Apud Cic. reperitur recipere poſitum pro, facienda ſuſcipere, & cum obligatione promittere. Spieg.

RECIPERE ſaluum fore. exponit Iuriſcõſult. §. fin. l. j. ff. Naut. caup. ſtab. Sp.

RECIPERE arbitrũ, eligere arbitrũ: pro ad arbitrũ: cõpromittere ad partes referuntur. l. ij. §. j. l. litigatores in prin. l. Nõ diſtinguemus. §. de Offic. ff. de Recept. Recipere autem arbitriũ, ſuſcipere officium arbitrandi: recipere auditorium, ad arbitrum pertinent. Sp.

RECIPROCVM dicitur, quod eò redit unde prodijt. Sic horæ reciprocantur, quum expleto legitimo curſu, rurſus ad priſtinum ſtatum redeunt: & unda à litore excuſſa, rurſus litus alluens, reciprocari dicitur. Ex Eraſ. Sp.

RECISIVS, pro contractius, breuius, elegans aduerbium apud Calliſtratum, in l. ij. de Term. mot. Sp.

RECITARE hæredẽ, & pro facere, & pro pronunciare, & pro ſcribere uſurpatur. Iulian. in l. j. ſub fin. de his quæ pro non ſcript. hab. Qua, ait, ex parte me Titius hæredem ſcriptum in tabulis ſuis recitauerit. Vide in, Pronunciare.

RECOGNOSCERE, pro approbare, agnoſcere, reuidere, apud Martian. in l. j. §. inter filium. de Falſ. Si ſpecialiter, ait, ſubſcriptio facta eſt: quod illi dictaui, & recognoui, pœna ceſſat. Sp.

RECOGNITIO, pro cautione, barbarorum eſt.

RECOMMENDARI, eſt Bartoliſticis, detineri & carcerari ad implorationem aliorum. de quo uide Bart. in l. ij. ad fin. ff. de Cuſtod. reor. ubi docet: Si carceratio nulla eſſet, nec recommendationem ualere. Notum eſt Latinis, uerbum recõmendo, non eſſe in uſu. Sp.

RECOMMENDARI reus, eſt interpretibus quando aliquis eſt in carcerib. propter unum crimen, & duo actores ueniunt implorantes officiũ iudicis, quòd iſte incarceratus detineatur etiam propter eorum intereſſe. Sp.

RECOMPENSARE uerbũ, tametſi ægrè à Latinis admiſſum, in maximorum tamẽ principũ Cancellariã receptũ eſt.

RECONVENTIO, quæ rei: & conuentio, quæ actoris eſt, dicitũ mutua petitio. Sũt enim quaſi connexa. l. pen. C. de Iudęis. Vide Abbat. in Rubr. de Mut. pec. Negant reconuentionẽ (quę nihil aliud eſt in effectu, q́ retorſio. l. cũ Papin. cũ Aut. ſeq. C. de Sent. & inter loc. omn. iudic.) habere locũ in appellationis cauſa: tum coràm arbitro. Vide Lanfr. Balb. Deciſ. lxv. Cent. j. Poteſt aũt conuentio & reconuentio fieri uel coràm iudice ordinario, uel delegato. in Nouell. de Executorib. §. illud. & in Aut. & cõſequenter. C. de Sentent. ubi Gloſſa pulchra. Sp.

RE-

RECTA cœna, Sportulæ oppoſita erat. Vide Steph. Robert.

RECTA tunica. Vide Feſtum.

RECTA uia narrare, narrare rem ut eſt, nihil mentiri.

RECTA uia tranſit dominium rei legatæ, in legatarium. l. à Titio. ff. de Furt.

RECTE uerbum, pro uiri boni arbitrio eſt, inquit Vlp. in l. hæc uerba. de Verb. ſig. Vbi Alc. indicat, hinc probari dictionem hanc Rectè, ad iuſticiam cauſæ referri, ſicut ritè ad ritum, id eſt, ſolennitatem. Sed tamen uidetur Rectè generalius accipi. Quod enim ſecundum ritus fit, hoc & rectè fieri dicitur. Quamuis eodem admonente, Iuriſconſulti differentia hac nimis ſubtili abutãtur, & doctiſſimi Grammaticorum aliter tradiderũt. Varro: Ritè à ritu. nam quod ſecundum ritus fit, id ratum & rectum eſt. Priſcian. Ritè pro rectè: quia nihil traditur ritibus, niſi quod rectũ eſſe credatur. Donatus: Rectè dicitur, quod nullo uitio uerborum dicitur. Verè, ad rei ſeu ſententiæ ueritatem refertur. Hinc Terent. in Adelph. Rectè & uerè dicis. Sp.

RECTE defendi quid ſit, not. ff. de Iudic. l. rectè defendi. cum concord. Alber.

RECTE pecunia data intelligitur, quando loco & tempore congruo datur. l. lecta. ff. Si cert. pet. Sp.

RECTOR propriè dicitur, qui prouinciã, ſiue Præfecti Præt. titulo, ſiue Comitis, ſiue Proconſulis, ſiue Legati, ſiue Cęſaris, ſiue Correctoris nomine regit. Vide Bart. in l. j. C. de Excuſ. mun. lib. xj. & Alc. in l. principalibus. ff. Si cert. pet. Cęterùm Rectorem ſcholaſticorum nomine contineri, ut & Epiſcopũ, qui ſtudiorum cauſa in Academia ſit, Bald. docuit in procem. Decretal. Sic appellatione militũ, Imperator, Der obreſt feldts haubtmañ. l. j. ff. de Milit. teſt. appellatione populi, ſenatus cõtinebit̃. §. plebs. Inſtit. de Iur. nat. Qua ratione cum curiã dicimus, etiã de Cardinalibus: cum monachos, de Abbate: cum Capitulum, de Decano quoq; intelligemus. c. quia. §. j. de Conceſſ. præb. in Sexto. Sp.

RECTORES ciuitatũ & municipiorum, cur hodie exerceant, quæ ſint meri mixtiq; imperij, Bartolus docet in l. j. ff. de Damn. infec. Sp.

RECTVM, honeſti ſpecies, diuiditur in iuſtitiam, fortitudinem, prudentiam, & temperantiam.

RECVPERATIO eſt, ut ait Gallus Aelius, cum inter populum & regem, nationesq; & ciuitates peregrinas lex conuenit, quo modo per recuperationẽ reddantur res, recuperenturq;, res priuatas inter ſe perſequantur. Sp.

RECVPERATOR dicebat̃ ille, cui Prętor iuriſdictionẽ mandabat priuatarum cauſarũ: qui delegati iudices poſtea appellari cœpti ſunt à recentioribus, ut ait Bud. Spieg.

RECVSARE, pro accuſationem depellere, apud Cicer. Bud. obſeruauit. Recuſamus re ipſa, & tacitè. l. recuſare. ff. de Acquir. hæred. l. recuſare. Ad Trebell. Item recuſat, hoc eſt, refutat, reijcit impropriè, quod ſibi delatũ nõ eſt. l. filia. ff. de Aur. & arg. leg. Præterea recuſat, qui debitè requiſitus, abſq; cauſa protendit executionem, ut not. in Aut. de Exact. inſtr. dot. §. illud. Aſtipulat̃ l. tutor qui repertoriũ. §. ſi deponi. ff. de Admin. tut. Obſeruandum, executorẽ recuſari nõ poſſe ſuſpecti nomine, nec ab eo appellari, niſi in exequẽdo modũ excedat, ſecundũ Gloſſ. in l. apertiſsimi. C. de Iud. Sp.

REDACTVS, pro perductus. Vlpian. de In ius uoc. Sed ſi per pœnã deportationis ad peregrinitatẽ redactus ſit patronus, putat Pomponius eum amiſiſſe honorem. Eſt autem redigere propriè, ui quadã, uel induſtria ducere ad aliquid. Sic redigit Pretor per interdictũ. Quod Legat. l. j. Serui in dominium noſtrum redigũt̃. l. & ſeruorũ. ff. de Stat. hom. Sp.

REDDERE, latè patet, ut not. in l. iij. §. j. ff. Commod. Id autem diſtare à de ſuo dare, Vlp. docet in l. j. §. eleganter. ff. De poſ. Accipitur quãdoq; ſimpliciter pro dare, teſte Celſo, qui in l. cum quidã, de Legat. ij. Etenim, inquit, uerbũ reddendi, quanquam ſignificationem habeat retrò dandi, recipit tamen & per ſe dandi ſignificationẽ. Itaq; reddere propriè eſt retrò dare. Sp.

REDACTA pecunia, Vlpian. interpretans uerba S.C. quod relatũ eſt in l. item ueniunt. ff. de Petit. hæred. Redactã, inquit, ſic accipiemus, nõ ſolũ iam exactã, uerũ etſi exigi potuit, nec exacta eſt. Sp.

REDDERE æquè bonum, pro eo quod æquè acceptum eſt, l. cum quid. in fin. ff. Si

ff. Si cert. pet. quemadmodum in mutuo res æque bona reddenda eſt, ſicuti fuit mutuo accepta. Sp.

REDDITA res non intelligur, quæ deterior redditur. l. iij. §. j. ff. Commod.

REDADOPTARE, iterum denuò optare, apud Modeſtin. in l. Si pater filium. ff. de Adopt.

REDEMPTOR cauſarum is dicitur, qui lites quotidianas pecunia mercatur, illasq́ pactionibus, muneribusq́ pellicere conatur. Vlp. in l. nec quicquam eſt. §. j. de Offic. Proconſ. Nec ideo diſſimulare, inquit, ſi quis cauſarum concinnatores, uel redemptores deprehēdat. Aliàs quadruplator, & interceptor alienę litis dictus. Alex. de Alex. Gen. dier. libro iiij. c. xv.

REDEMPTOR, uectigalium emptor. in l. Cæſar. in princ. ff. de Publ. & alibi. Dicitur & is, qui certo precio conducit uniuerſum aliquod opus faciendum. à redimendo. Sed quare? Quid enim redimit operarius? Huc, Oldend. reſpondente, deſeruit, nēpe quòd ueteres promiſcuè omnem contractum appellarint emptionem. Qua priſca ſimilitudine fit, ut redimere pro conducere dicamus in parandis operibus. Emit quippe ſibi, & totum in ſe ſuſcipit operarius id, quod parare, ſeu facere debet. l. item ſi precio. §. ij. ff. Locat. l. ea lege. §. j. eod. tit. l. in lege locationis. ibid. Sp.

REDHIBERE, Vlpian. in l. redhibere. in prin. ff. de Aedil. edic. eſt, inquit, facere ut rurſus habeat uenditor quod habuerat: quia id reddēdo fiebat: idcirco redhibitio eſt appellata, quaſi redditio. Paulus ff. de Alienat. iudic. mut. cauſ. fact. Quia redhibito, ait, homine, omnia retrò aguntur. Inde redhibitoria actio dicitur. Sp.

REDHIBITIO eſt actionis nomen, quæ & redhibitoria actio uocatur, qua experimur contra uenditorem, ut cogatur reſtituere precium, & retrò quod tradiderat accipere. ut cōſtat per tot. tit. de Aedil. edict. Pomp. ait, Redhibitio, eſt emptionis reſolutio. ff. de Acquir. poſſ. l. Pompon. §. præterea. ſub fin. Item redhibitio eſt quædam in integrū reſtitutio. l. cum autem redhibitio. §. iubēt. ff. de Aedilit. edict. Sp.

REDIGERE in ordinem, id eſt, ut uulgò loquimur, ſuo ſtatu contentū eſſe, cogendum. Extra ordinē, iuriſconſultis idē eſt, q̄d ſine uerbis & formulis ſolennib. ut ſuperius dictū eſt in dictiōe, Ordo. Sp.

REDIGERE in pōteſtatem, uel in ſeruitium, eſt ſibi ſubditum et ſeruum facere.

REDIMERE dicitur, qui precio accepto aliquid faciendū ſuſcipit. Quod & conducere dicimus. Vlp. Quare & ſi lanam conduxerit uſuarius expediendā, poterit etiam per uſuarias ancillas, opus perficere. Itidemq́ ſi ueſtimēta texenda redemerit, uel inſulā, uel nauē fabricandā, poterit ad hoc operis uti uſuarius. Sp.

REDIMERE hęreditatem, eſt uenditam hæreditatem iterum recipere. Sp.

REDIMERE maieſtatem, uel ius ſuum, pro conſeruare accipimus. Sp.

REDINTEGRATVM matrimonium, hoc eſt, renouatum, Canoniſtæ reconciliatum uocant, apud Aphricanum. l. redintegrato. Rer. amot. Sp.

REDIRE & reuerti, ad proprietatem referuntur. l. fin ff. de Vſufr. ear. rer. quæ uſu conſum. Alberic.

REDITVS nomen generale eſt, ſicuti prouentus, ſeu obuentiones. Comprehendit autem omnia iura, ſeu utilitates quæ percipi poſſunt. Ex Alc. qui citat Card. Clem. j. de Exceſ. præl. Sp.

REDITVS annui, ſi perpetuò debeantur, immobilib. æquiparant̄: ſi uerò breui tēpore ſint duraturi, mobilib. c. querelā. de Elect. Sed hāc diſtinctionē Alc. intelligit, ut ſuprà relatū eſt, in dictione, Mobiliū. Sed ea de re fuſius, ſi fortè requiris, Bart. in l. iubemus. §. j. C. de Sacroſanct. eccleſ. l. uſufructu legato. ff. de Vſufruc. Eſt item, ubi reditus denotat fundos unde inferuntur. Porrò, Reditus pro prouentu: eo q̄ ſingulis annis redeat, ſimplici d, ſcribendum, Inſulano atteſtante. à redeundo enim, nō à reddendo dicti reditus, contra uulgarem morem. Ouidius de Pōto, lib. ij. At reditus iam quiſque ſuos amat, & ſibi quid ſit Vtile, ſollicitis ſupputat articulis. Card. in Clem. unica. de Exceſ. præl. Reditus appellatione contineri omnes prouentus exiſtimauit. Eſt tamen differentia quædā D. Old. indicante, inter reditus & fructus, ſeu uſufructus, quā eleganter tractāt iuriſcoſs. in l. patrimonij. et in l. fūdi Trebatiani. ff. de Vſu & uſufr. leg. In uulgata ſigni-

ſignificatione pro reuerſione, extat in l. final. C. de Sent. paſſ. ubi Imp. Conſtantinus de patria poteſtate ſentiens, Quæ niſi, ait, patribus bonis detur, luctuoſus erit filijs reditus, quàm diſceſſus. Sp.

REDITVS fructuum, & uſusfructus, diſtant. l. defuncta. §. Sempronio. ff. de Vſufruct. Alberic.

REDVCERE, in formam priſtinam inſtaurare. Vlp. in l. iij. de Itin. actuq; priu. §. fin. Interdum eſt referre ad arbitriū alicuius. Vnde apud iuriſperitos nō infrefrequens diſputatio: An qui petit reductionem, ad arbitrium boni uiri probare debeat iniquitatem.

REDVCES dicūtur à periculo imminenti ſeruati.

REDVNDARE, propriè uſus eſt Vlp. in l. j. §. j. de Aqua pluu. arc. Interdum relatiuè, pro refundere uſurpatur. ut, Hoc facinus in tuum redundabit caput. Sp.

REFECTIO dicitur etiam ciborum. Celſus: Si in refectione quoq; manſerit tuſſis, intermittere oportebit. Sic apud Imper. Barbaroſſam. §. fin. de Pac. tenen. in Vſib. Feud. Sp.

REFERRE in commentarium, id quod uulgò dicunt, Regiſtrare. Monuit Bud. in Annot. prior. ut Alciat. in x. Parerg. Dicimus autem, ait, Referre ad Senatū, Ferre ad populum. cuius locutionis plena ſunt, eodem teſte, Saluſtij, Liuij, cæterorumq; antiquorum uolumina. Sp.

REFELLERE teſtes, teſtimonia, & tabulas, dicebant ueteres, quod contradicere & reprobare nos dicimus. Eleuare uerò teſtimōia, eſt ipſa aſpernari. Quod & refutare eſt, & reprehendere. Subleuare autem teſtimonio dici debet, quod deonerare uulgò appellamus. Cui contrarium eſt, premere teſtimonio. Bud. in l. poſteriore. de Orig. iur. Sp.

REFERENDARII apud ueteres Impp. dicebantur, per quos ipſi facilius ſingulorum deſideria perdiſcebant. teſte Caſſiodoro, qui lib. vj. Epiſt. indicat, quib. uerbis hæc dignitas ſolebat cōcedi. Horum funguntur miniſterio, qui hodie in aulis Principum fratrum, hoc eſt, Caroli Imp. & Cæſ. Ferd. plerunq; Cancellarij appellantur. Nominat autem eos ipſe Iuſtinianus Spectabiles, qui mox ſuū, poſt illuſtres obtinebant locum. Vide Aut. de Referen. ſacri Palat. Alciat. lib. Diſpunct. iij. & Bart. in l. eos. C. de Excuſ. mun. lib. x. Coclæus hanc uocem in barbararū dictionū claſſem reiecit. Sp.

REFERRE ad Senatum, eſt rogare Senatorum ſentētias ſuper rebus propoſitis. Vide Bud. in Annot. prior. Sp.

REFERRE cauſam, inuenire rationem quapropter aliquid fieri, aut minus fieri debeat. Sp.

REFERRE iuſiurandum poteſt is, cui defertur: quod niſi fecerit, aut iurare cogitur. l. iuſiurandum & ad pecunias. §. Prætor ait. ff. de Iureiur. l. manifeſtę turpitudinis. eod. tit.

REFERRE & proferre diem, apud Papinianum. l. arbiter ita. ff. de Arbitr. Sp.

REFICERE tribunos, & alios magiſtratus, pro recreare, & iterum creare. Vide Steph. Robert.

REFICIENDI uerbo, tegere, ſubſtruere, ſarcire, ædificare, & aduehere, apportareq; ea, quæ ad eandem rem opus ſunt, continentur, ut ait Vlp. l. j. de Riuis. Sp.

REFIGERE, quod fixum eſt labefactare, atq; conuellere. Venuleius. ff. Quod ui aut clam. l. ſi. uitem. Si fixeris, inquit, & ego refixero. Paul. tit. de Verb. oblig. l. inter. Tabulæ, inquit, refixæ ſunt. Venul. tit. ad Leg. Iul. Pecul. l. qui tabulam. Qui tabulam, ait, enim refixerit. Nebr. Vlp. de Vſufruct. Sed & ſi quid, ait, inędificauerit: poſtea eum neq; tollere hoc, neq; refigere poſſe: planè refixa poſſe eum uindicare. Sp.

REFORMARE, pro denuò conſtituere, teſte Budæo apud Hermogenē, in l. uectigalia. de Public. Sic etiam reformari, pro denuò conſtitui, ſeu reuocari, apud Vlp. legimus, in l. Iuriſgentium. §. adeò autem. de Pactis. Sp.

REFORMARE cōtractum. Vide ſuprà, Informare contractum.

REFORMIDARE, Scheühen. Alfenus: Sed ſi quia mulæ aliquid reformidaſſent, muliones timore permoti, &c. l. ſi plagis ſeruus. ff. ad Leg. Aquil. Sp.

REFRACTARIVS, Senecæ ſignificat contumacem, & nimis in ſua ſententia tenacem. Sp.

REFRAGARI obſequijs, eſt ea præſtare non uelle, apud Impp. in l. fin. C. de Obſeq. pat. præſt. & apud eoſdem repugnare. in l. ſi compenſandi. C. de Hered. inſtit. Spieg.

REFRAENARE, hoc eſt, cohibere, multitudinē teſtium, in l. j. ff. de Teſtib. Sp.

REFRENARI iuſiurandum taxatione, apud Paul. l. arbitrio. ff. de Dolo.

REFRIGERATA res, cauſa, accuſatio, quæ integra non eſt: hoc eſt, qua aliquid tacitum eſt, quod alioqui exprimendū erat. Bud. citat Quintil. lib. v. c. de Teſt. Sp.

REFVGA, qui aliorum dominium fugit. Vlp. in l. aut damnum. de Pœnis. Quippe refugę ex opere metalli, in metallum damnantur. Marcellus de Re milit. in l. milites agrum. quia cuſtodiæ refuga, nō deſertor militiæ eſt.

REFVGIVM atque receptaculum. Vide Domus.

REFVTARE Feudum, Lehen vffſagen, frequens uerbum in Placidis feudalib. l. unica. de Vaſ. qui cont. conſtit. Lotharij. Feud. alien. Apud idoneos autores non ſic reperies, ſed pro non ita eſſe, oſtendere, & reprehendere. Eruditi quidam admonent: refutare, & refutationem, quàm confutare, & confutationē, Quint. & Cic. dicere multo ſæpius. Sp.

REFVTATORII apoſtoli. Vide, Apoſtoli.

REFVTATVM feudum à patre & filio, retinet appellationē feudi paterni. l. unica. in fin. de Vaſ. decrep. ætat. Sp.

REGALIA, numero multitudinis abſolutè iura imperij dicuntur, hoc eſt, quę omnia ſunt principi reſeruata. Bald. c. iij. de Offic. Legati. licet autem uno nomine generali appellentur, habet tamen unūquodque regale diuerſam originem, & cauſam ab uno. Quod ex actib. Regalibus clarè perſpicitur: qui non omnes ad unam cauſam, ſeu ſpeciem reſpiciunt, ſed origine, cauſa, & ſpecie ſeparantur: imò & regalia in ipſo genere, à diuerſo fonte procedunt. quia aliqua à ſuprema principis poteſtate procedunt. ut Creare tabelliones, & legitimare ſpurios, Mineræ, &c. quæ Paris à Puteo merè regalia nominat. Alia procedunt ab uniuerſali dominio Imperatoris. ut flumina, uiæ publicæ, uectigalia, &c. Pro quo Andr. Eſernitan. ponderat. §. ſed quod principi. Inſtit. de Iur. nat. gent. Spieg.

REGENTES, id eſt, gubernantes, adminiſtrantes. Vlp. in fin. l. illicitus. de Off. præſid. Remiſſa, inquit, propter inopiā multa à prouincias regētibus exigi non debet. Spieg.

REGESTVM, Latinè dici poteſt, quod uulgò regiſtrum uocamus, teſte Bud.

REGES principio quomodo aſſumpti ſint, poſt Alc. in Comment. ad l. bona ciuitatis. de Verb. ſig. uide Iuſtinum lib. j. Cæterùm, Regis filium, tametſi regnum nō habeat, regem uocari poſſe, cenſuit Scholiaſtes in cap. ult. xxiiij. q. j. An uerò appellandus rex ſit, natus patre nondum rege ſalutato, doct. tractant. Mirū eſt, in dubium reuocari, quod à iurecōſ. apertiſſimè deciſum eſt. l. Senatoris. j. de Senat. Sp.

REGINA, regis uxor. An uerò id nominis retineat uiro defuncto, uide c. ex parte. ext. de Foro cōpet. & xxiiij. q. j. eos.

REGIS filius, dicitur etiam natus poſt mortem regis. arg. l. emancipatum. ff. de Senator.

REGVM nomen, alibi quoq; quàm Romæ ſanctum fuiſſe, eorumq; afflictæ fortunæ ab alijs ſuccurri ſolitum, Cicer. ſcribit in ſuaſione legis Maniliæ. Hoc tamē poſt eiectos Tarquinios Romæ odioſum fuit: cum ſcilicet ciuium aliquis rex fieri Romæ affectabat. Aliorum uerò regum, qui pop. Rom. nec ſocij, nec amici erant, nomē Romæ ſanctum fuit: ſociorum uerò & amicorum, ſanctiſſimum. Vide Zaſ. in l. ij. §. exactis deinde regib. ff. de Orig. iur. Sp.

REGIMENTVM apud Aur. Arcadium. de Offic. præf. præt. Regimentis, ait, reipublicę ad Imperatores perpetuo tranſlatis. Sp.

REGNVM, eſt monarchia, ſeu unius principatus adminiſtrantis rempub. ad utilitatem communem. Inde factæ ſunt conſtitutiones, decreta, ſeu placita principum, quæ ſunt in Codice, & in lib. Nouell. Hæc politia cū degenerat, hoc eſt, cum ad propriam utilitatem tendit, tunc conuertitur in tyrannidē. Tales aliquando Deus orbi dedit, ut interim reipſa agnoſcerentur boni principes. Quid enim animaduertiſſent Romani, & quid poſteritas recordaretur, Octauium Auguſtū fuiſſe optimum moderatorē, niſi Neronem quoq; peſſimum experti fuiſſent? Igitur regnum eſt ius quoddam cōſiſtens in dignitate & honore, præeminentia, poteſtate, cōſilio, adminiſtratione

tione reipub. ut hi qui de regno & principatu ſcribũt Latinè, expoſuere: A' quibus longè arcentur fœminæ, de iure cõmuni. Cum plerunque etiam aduerſus commoda propria, earum conſilium laboret. ut l. iiij. C. de Sponſal. Extat cap. Leg. Salicæ, quo fœminis regno interdicitur. Argumenta contra hanc legem adducta, ſcitè diluit Pyrrhus ſingulari tractatu, quem de Lege Salica, & regni ſucceſſione inſcripſit. Regnum etiam dicitur, quicquid à quoquam poſſidetur. Quinetiam uulgò iactatur adagiũ, Suæ quemq; domi regem eſſe: quod tamen ab ipſa uſq; antiquitate manaſſe, Roterod. ex Homero comprobat. Sp.

REGIONES, à ſimilitudine earum regionum, in quas orbis diuiditur. Romani urbem ſuam in quatuor regiones diſtinguebant: uidelicet Suburbanam, Exquilinam, Collinam, Palatinam. Inde poſtea regiones plurali numero cœperunt dici fines, ſeu termini. Et regionibus agros diuidere, hoc eſt, certis finibus & limitibus perpetuis diſtinguere, ut quiſque ſuam partem ſemper habeat. Vlp. l. j. §. quies. de Offic. præf. urbi. Et urbe interdicere, inquit, Præfectus urbi, & qualibet alia ſolitarũ regionum poteſt. Sic apud Paulum, in l. iij. de Offic. præf. uigil. Spieg.

REGIONE, utimur hac uoce loco aduerbij, ut è regione, quaſi ex aduerſo rectis lineis.

REGRESSVM habere. Vlpian. niſi emptores regreſſum ad bonæ fidei poſſeſſorem habent. l. ſed & etſi. §. Item ſi res. ff. de Petit. hæredit. Sp.

REGVLA, inſtrumentum apparet quo in olei factura utebantur, ut ex Columella colligitur. Vlpian. in l. ſed addes. §. illud nobis. Quòd ſi regulis olea prematur, & prelum, & ſucculam, & regulas, tympanum, & trochelas, quibus releuatur prelum, dominum præſtare oportere. Vbi interpres, regulas pro tabulis, & ſucculam pro torculari accipit: utrumq;, ut rectè ait Ferrarius, inſulſiſſimè. Vide Budæũ in hunc locum. Vtuntur etiamnum Elſatij noſtri lignis inſtar regularum, quibus botri ſtringũtur, ut uinum defluat. Haud ſcio, an pro quallo uſurpetur à iuriſconſulto: hic enim expreſſum iam excipit liquorem ui, ut appa-ret, regularum. Spieg.

REGVLA in iure noſtro intelligit, quod compẽdio refertur, Ius antea ſpeciatim & fuſius expoſitum. Vnde non ſecus ex regula, atq; è tripode reſpõdemus. Nam iam ex iure conſtituto mutuata eſt, nec ipſa iuri initium facit. ut pulchrè explicat idem Ferrarius, interpretans Pauli uerba. l. j. de Regul. iur. Quamuis regula quæuis, pro uarietate circumſtantiarum in aliquo uitiatur, atque perdit officium ſuum. Sp.

REGVLA Catoniana, cuius in Pandectis mentio, impropriè, uel ex alio caſu regula dici uidetur: ut quæ ipſa ius cõſtituit, quod antea non fuit. contra regulæ naturam, quæ prioris iuris breuis & generalis narratio dicitur: quemadmodum & ius Pontificium, & uniuerſum ius ciuile regula uocari ſolet. Sp.

REGVLARE, ſed ut putant, non ſic à Latinis uſurpata eſt interpretibus, ampliare, & reſtringere legis dictum ſecũdum rationem. l. qui quadringenta. Ad S.C. Trebell.

REGVLARITER, & quod pro regula, & quod ſecundum regulam eſt. Vlpianus de Petit. hæred. Regulariter, ait, definiendum eſt, eum demum teneri. Sp.

REGVLVS, quaſi paruus rex: non quòd paruæ ſtaturæ ſit rex, ſed quòd alicuius urbis, aut oppidi dominus ſit. Cuiuſmodi apud nos ſunt, quos uocamus Herren / item Frey / oder Bannherren. à Banno, uocabulo patrio, & non à uexillo. Quamuis propriè reguli, ſint filij, aut nepotes regum. Sp.

REIECTANEVM, quod ab omnibus reijcitur.

REIICERE cauſam ad regem, pro referre ad regem: quod uulgus dicit, Remittere. Spieg.

REIICERE calcem, id eſt, retrò iacere. l. fin. ff. Si quadr. pauper. feciſſ. dicat. Vt ſi cum equus mulam olfeciſſet, & mula calcem reijciens, agaſonem læſiſſet. Sic Plinius, ubi de ſtatuarijs loquitur. Sp.

REI appellatio non genus, ſed ſpeciem ſignificat. Octauenus ita definit: quod infectæ quidem materiæ pondus, ſignatæ uerò numerum, factæ autem ſpeciem dici oportet. Vide l. ſi in rem. ff. de Rei uindic. Eſt autem rei appellatio latiſſima, & corporalia & incorporalia cõplectitur,

&

& ad omnẽ obligationem, contractũq; pertinet. Hinc æquitatem, neceſſitatem ue aliquando ſignificat: quandoq; & ueritatem: plerunq; & adminiſtrationẽ: ſed & pro iudicio, controuerſia, ſententia accipitur: habet etiam negotij ſignificatum: pro rei quoq; ipſius æſtimatione nunc accipitur, nunc pro eo quod intereſt: homines quoq; rerum appellatione contineri, dubium non eſt. l. omnia. in fin. de Leg. ij. ſicut & delicti, cæteraq; quę in facto conſiſtunt. Sed & officia, Res appellantur. Reſtringitur autẽ ex ſubiecta materia. Hęc Alc. in com. ad tit. de Verb. ſig. Idem in Parerg. indicat, & rem pro atrocitate facti dici. Vnde reus, qui capitali crimine delatus, receptus eſt. Vide ſuprà, Receptus inter eos. Spieg.

REI capitalis damnatus quis dicatur, uide ff. Si quis caut. l. ſed & ſiquis. §. j. l. edicto. §. j. de Præſcript. uerb. l. rei capitalis. de Pœnis. Sp.

REIPVBLICAE Grauiſcanorum lego in tutelam uiæ, quæ eſt in colonia eorũ, uſq; ad uiam Aureliam. Celſus excutit eleganter in l. quædam in teſtamẽto. de Leg. ij. Quære, Grauiſcanorum. Sp.

REI uendicatio, eſt actio, quę congruit alicui uel ratione dominij, uel quaſi: uel ratione poſſeſſionis, uel quaſi. Item, Rei uendicatio, eſt impetitio ad rem quam noſtram eſſe, uel iure gentium, uel ciuili aſſerimus. nam is dicitur uendicare, qui ſuum eſſe putat. Sp.

RELATIO criminis eſt, cum ideo iure factum dicitur: quod alius antè iniuria laceſſierit. Cicero de Inuent. Aliter in tit. C. de Relationib. Quando ſuper cauſa ſuperior conſulitur, dicitur. Significat et apud idoneos autores propoſitionẽ criminis & rei. Aliter uſurpauit, et quidẽ eleganter, Paul. in fi. l. pen. de Iuſtic. et iur. quum ait, relatione ſcilicet facta, non ad id quod prætor ita fecit, ſed ad illud ꝗd prætorem facere conuenit. Verior tamẽ eſt ratio, ut quoties iudex principi uel maiori magiſtratui cauſam aliquam refert, ut inſtruatur, quemadmodum ius dicere debeat. l. eum quem. §. iudicibus. ff. de Iudic. in Auth. de Iudicibus. §. ultimo. uel rem ipſi maiori iudici finiendam relinquat, ꝗd quibuſdã caſib. permittit̃, in Aut. ut iudices nõ expec. ubi. not. Sp.

RELATIVA, uel potius relata dicuntur, quæ ſecundum hoc ipſum quod ſunt, aliorum dicuntur. Vt ſeruus, domini dicit̃ ſeruus: & dominus, ſerui dominus: ſic pater, filij pater dicitur: & filius, patris filius. Scotus, ut refert Agricola lib. primo de Inuentione, exiſtimauit, in patre qui multos haberet filios, multa proinde nomina, reſpectus'que eſſe patris: quemadmodum & iuriſperiti, patri ſuã in quemq; filium deſcriberent patriam poteſtatem, & domino in quemque ſeruum proprium diſcretumq; ius mancipij. Spieg.

RELATIVA redditiua, ut ei, eorum, referri debet ad omnia ſuperiora: niſi ſententiæ contrariæ præceſſiſſent. tũc enim ad proxima referrentur. Gloſſ. docet. & ibidem doct. in fin. l. ſi idem. ff. de Iuriſdic. iud. Sp.

RELATIVVM eſt, quod ad aliud refertur: qua ratione à Græcis πρός τι, hoc eſt, ad aliquid appellatur. ut libertas. refertur enim ad ſeruitutem: ingenuitas ad libertinitatem. Et in ſumma, quidquid in uniuerſa rerum natura nõ eſt uel ſubſtantia, uel qualitas, in hunc ordinẽ cogitur. Imò quantitates pariter, & qualitates, ſiquando conferantur inuicẽ. Diuiduntur autem relatiua iuxta numerũ priorum trium prædicamentorum, ſubſtantiæ, quantitatis, qualitatis. Vide Apellum c. j. de Definit. Sp.

RELEGATIO dicitur, cum quis exire fines patriæ iubetur: Deportatio uerò, cum ei qui dãnatus eſt, certo ſpacio circumſcribitur pœnæ pendendæ locus. Bud. in l. capitalium. §. in exulib. de Pœnis. Lege & Deportatio.

RELEGATOS, & deportatos iuriſconſulti eleganter diſcernunt. Nam relegatos ferè illos uocandos cenſuere, qui cum in exilium mittãtur, bonis tamen proprijs utuntur. Nam relegare, non remittere tantum eſt, ſed etiam in exiliũ mittere ſignificat. Hinc Relegatio, exterminatio, cum quis exire fines patriæ iubet̃: quod Cicero ſedibus expellere interpretatur. Vide dictionem, Peregrini. ſub fin. Deportari uerò ea lege atq; conditione uocantur, ut nihil è ſuis bonis poſſideant: etiamſi à grãmaticis minus uidetur obſeruatum. Sp.

RELEVATA iugera dicuntur, quæ cum

eſſent paluſtria, facta ſunt terrena. l. j. de Fund. patrim. lib. xj. Alberic.

RELICTI nomine, mortis cauſa donatio cõtinetur. l. ſed & ſi quid donetur. ff. de Vſufr. leg. Marcellus de Leg. j. Si quid relictum ſit ciuitatibus, omne ualet: ſiue in diſtributionẽ relinquatur, ſiue in alimenta, ſiue in eruditionem puerorum, ſiue quid aliud. Sp.

RELICTVM cuilibet ex familia, de his accipiendum, qui intra decimũ gradum ſunt. Alc. refert Paulum Caſtrenſem ſic reſpondiſſe. Sp.

RELIGIO, ueneratio, fides, recta cõſcientia, metus. Iuriſconſult. Maximum remedium, inquit, expediendarum litium in uſum uenit iuriſiurandi religio. l. j. ff. de Iureiur. Credendum autem eſt, homines qui aliquid frontis habent, diuini numinis teſtimonium non falſò inuocaturos. Quanquam hoc ſeculo, ut omnia corrupta, luxataꝗ uidemus, ſicut iuramenta temerè deferuntur in cauſis, ut Oldend. eleganter ait, obularibus, ac nullius momenti: ita penè non habetur ulla ſolennitatis ratio: quæ utiꝗ malorum hominum læſam conſcientiam terrere poſſet à periurijs ſubeũdis. Cæterùm Religionis uerbo ſignificãtiſſimè antiquitatem uſam eſſe, Bud. indicat: & etiam obſtringere religione, & obligare dixiſſe, pro eo quod dicimus, Conſcientiæ metũ incutere: Exoluere autem religione, eſſe huiuſmodi ſcrupulum eximere. His adde quæ Viues ſcripſit in cap. iiij. libro x. Auguſtini de Ciuit. Dei. Sp.

RELIGIOSA cenſentur, quæ religioſis adhærẽt. l. quæ religioſis. ff. de Rei uẽd. Religioſum teſtẽ, & religioſè, pro fideliter teſtimonium dicere, ut & pro fideli, religionem, pro Fide, Bud. apud Cic. obſeruauit. Sp.

RELIGIOSI, noſtris propriè dicuntur, qui paupertatem, obedientiam, caſtitatem perpetuam Deo uouerunt. Sed & ampliore ſignificatu hi accipiuntur, qui aliquid ex illis uotis obſeruant. ut hoſpitalarij & templarij: per ſummum uerò abuſum, quilibet Chriſtianus dicitur religioſus: & ita ſentiũt Canoniſtæ in Rubr. de Regul. Vide Alc. in l. inter claras. C. de Sum. trin. Bart. indicat religionis uocabulum uariè accipi, in l. j. eod. tit.

RELIGIOSVM eſt id facere, pro eo, ut uulgus dicit, Facienda eſt conſcientia.

RELIGIOSVS locus, opponitur puro. Inſtit. de Rer. diuiſ. §. religioſum. & l. ij. §. Prætor ait. ff. de Religioſ. Facit autem religioſum locum illatum defuncti cadauer, præſertim ut Vlp. tradit in l. iiij. eod. tit. Si in eum locum inferatur, quem ipſe ſibi deſtinauit. Adde quæ referuntur in dictione, Sanctum eſt item. Sp.

RELINQVO, uerbum adiectum uniuerſitati bonorum, denotat inſtitutionem. l. diuus Traian. ff. de Milit. teſtam. cum dicit: Ego te hæredem facio, aut tibi bona mea relinquo. Si uerò certæ rei uel quantitati adijciatur iſtud uerbum, Legatum ſignificat. Nouell. ut cum de Appellat. cognoſ. §. aliud quoꝗ. De huius uocabuli effectu, uide latius Bartol. in l. illa inſtitut. ff. de Hæred. inſtit. Sp.

RELINQVERE per præceptionem, id eſt, antecaptionem apud Paulum ad fin. l. hæredes & Caium in l. rem pignori. ff. Famil. erciſc. tum alios. Sp.

RELINQVATVM, iuxta Noric. text. pro reliquatũ apud Paul. quum ait, Legatarius proferebat, manu patrisfamilias relinquatũ, tam ſuo, quàm colonorum nomine. Hæc eſt germana lectio expediti ſenſus, quem obſcurauit uulgata hactenus, hoc eſt, ante Haloandrum prodita editio. Accurſianum item ſcholium indicat fuiſſe uariam in l. Oſidius. in prin. de Leg. iij. Sp.

RELIQVA, pro debitis. Vnde apud Paulum, de Admin. tut. in l. Lucius Titius curator, C. Seij tempore, curæ fundum Cornelianum locauit Sempronio: qui Sempronius reliqua cõtraxit: uel ut Haloander, traxit reliqua: quod & ſimpliciter reliquari dicitur. ut ibidem. l. debitum. Quod ex conductione reliquatus eſt. & apud Vlp. l. reſcripto. de Mun. & honor. Eos demum debitores reipubl. accipere debemus, qui ex adminiſtratione reipubl. reliquantur. Die noch ein Reſt ſchuldig blybẽ. Hinc Reliquator apud Scæuolam in l. creditor. de Solut. & liberat. qui ex parte ſe à creditore eximit, & ex parte debitor manet. Reliquorum tamen appellatio, propriè ad partẽ reſtantem refertur, à qua ſermonis proprietate in dubio nunquã recedimus, ut ait Alc. Reliqua etiam intelligi poſſunt, quæ ipſi debemus, & quæ nobis debentur.

tur. Quamuis exemplum quod è Plauto profert St.Rob.non probat.Et apparet eum in codicem malæ fidei incidiſſe. Spieg.

RELIQVA actorum & colonorum pro debitis contractis ab actoribus & colonis. Vide Paulum in l.prædijs.de Leg. iij.explicantem hæc uerba: Prædijs per præceptionem filiæ datis, cum reliquis actorum et colonorum.Sic autem iuriſconſulti uſurpare ſolent,ut Pompon.de Statuliber.Rationem reddere iuſſus,rereliquum quod apparet, ſoluit: de eo quod obſcurius eſt,ſatiſdare paratus eſt. Iulianus: Si quis teſtamento libertatem accepit ſub conditione, ſi rationem red diderit: debet pro hæreditaria parte hæredibus reliqua ſoluere. Sp.

RELIQVI, de tribus etiam dici, colligitur in Authent.Vt determ.ſit num.cler. in princ. Sed & de duobus accipi traditum eſt.c.fi.§.j.ext.de Off.deleg.Quamuis reliquorum appellatione, etiam omnes interdum accipi, Vlp.docet,de Verbor.ſig.Vide l.cum optio.ff.de Opt.legat.Spieg.

RELIQVIAE,pro cineribus.Modeſt.in l.quidam.de Cond.inſtit.Quidam teſtamento ſuo hæredem ſcripſerat tali conditione, ſi reliquias eius in mare proijciat.Nec enim ignorandum,Funus propriè dici cadauer iam ardens, uel incenſum: Exequiæ, dum portat̃: Reliquiæ, iam crematum, & buſtum: Conditum uerò,iam ſepultum. Vide,Funus ducere.Spieg.

RELIQVVM dicitur,quod ſupereſt maiori ſumma detracta. l.reſcriptum. ff.de his quib.ut indig.Sp.

RELOCARE, eſt opus ad diem conſtitutum non perfectum, alij artifici denuò idem opus faciendũ locare. l.item quæritur.§.ſi in l.ff.Locati.Sp.

REMANCIPARE,pro mancipatam rem reddere, & iterum mancipare, hoc eſt, eſt,redhibere. Lege Boeth.in lib.Comment.in Topic.Cic.iiij.Sp.

REMANERE, uerbi efficaciam indicat Bart.in l.tale pactum.§.fi.de Pact. & in l.prætor.ff.de Collat.bon.Sp.

REMANERE uenditionem, pro non facta interpretantur,in l.cum autem.§.fin. ff.de Aedilit.edict.

REMEDIVM,dicitur non ſolum de morbis, ſed de reb. etiam omnib. quas cum cura, operaq; noſtra explicamus. Caius l.j.de Iureiur.Maximum,ait,remedium expediendarum litium in uſum uenit iuriſiurandi religio.Sp.

REMEDII loco monſtrari,in l.ij.§.idem Seruius probat.ff.de Statulib.

REMEDIVM imponere,pro adhibere apud Iuſtinian.Inſtit. Quib. alien.licet, uel non.paulo pòſt prin.

REMIGES ſunt,qui ſcalmis hærẽt,id eſt, ipſi labro nauis,ubi remi adnexi ſunt: à quo interſcalmia,ſpacia inter remiges dicta ſunt. Accurſ.in l.j.§.ij.ff.Naut.caupon.ſtabul. ridiculè interpretatur remigem,id eſt,qui ſcit melius nauigare. Sic & meſonautam accipit, pro mediocri: à μέσον,quod eſt,ait,medium.Sed ex Bud. & Alc.ſuprà indicatum eſt, quid meſonauta ſignificet. Hoc tamen uerbum alibi nuſquam,ne apud Græcos quidem ſe legiſſe fatetur Bud.κελεύστης uerò,qui remiges hortatur: quaſi nauigantium moderator. Vide Annot.prior.Bud.in l.j. de Recept.arbitr.Sp.

REM,dictionem,& uerbum dialectici, ut Fortunatianus tradit,ſic diſtinguunt:ut uerbum ſit, quod ex ſe, & materialiter, ut uulgò loquimur, prolatũ eſt. Dictio uerbi ipſius ſenſum habet, qui in proferentis animo cum latuiſſet,per uerbi expreſſionem exijt: ſic uerbum cum ſenſu dictio eſt.Res eſt quæ exprimitur,& ex uerbo dictioneq; declaratur. Vt ſi interrogem: uerbum,ſi quis,quid cõprehendit? Si quis, quatenus nudam pronunciationem propter ſe reſpicit, uerbũ eſt: quatenus ſenſum habet,quem ego antè animo concepi, dictio eſt: maſculi uerò & fœminæ ex eo uerbo ſignificatæ, res ſunt.Spieg.

REM in bonis eſſe, ut diſtet ab, ex bonis, uel de bonis, colligi poteſt, in l.rẽ in bonis.ff.de Acquir.rer.dom.Alberic.

REM iudicatam,nunc uulgò dicimus Sententiam definitiuam.

REM,uel cauſam ad exemplum pertinentem dicebant,quam nunc materiam cõſequentiæ, importantiæq; dicunt.Bud. in l.poſter.de Orig.Iur.

REM non nouam aggredi, initium. l. ſub tit. de Iudic. in Cod. Cur id ſit uerſum in prouerbialem locum, de his qui uxores uetulas ducunt, Gloſſ. indicat,

& Alciatus lib.iiij. de Verb. ſig. Spieg.

REM integram uarijs dici modis, Azo in ſumma oſtendit. C. Quand. lic. ab empt. reced. Propriè tamen intelligimus, donec quid geri cœptum eſt. l. j. §. cœpiſſe. ff. de Pollicit. Sp.

REM gerere, pro pugnare, & apud iuriſcoſſ. & alios obuium eſt.

REM non eſſe, & nõ apparere, paria ſunt. l. in lege. l. Rutilia Polla. ff. de Contrah. empt. l. quoties. Qui ſatiſd. cog. cũ uulg. Spieg.

REM tanti ualere, quanti uendi poteſt, intelligendum eſt de communi & publica æſtimatione, non de cuiuſq; propria & priuata: quia precia rerum ex communi æſtimatione fingũtur. l. ſi ſeruũ meum. ff. ad Legem. Aqu. ibi Bald. l. precia. ad Leg. Falcid. Sp.

REMISSE, contrarium, Vehementer.

REMISSI homines dicuntur, qui triſtes, & ſeueri nõ ſunt: qui aliorum facta, aut dicta, ſine ulla offenſione tolerant.

REMISSIO, refutatio, & renũciatio quo diſtent, Spec. tradit in tit. de Pact. & trãſact. Quibus uerò modis in contractib. fiat, Bart. docet in l. hæres abſens. ff. de Iudic. Idem tractat in l. j. de Oper. nou. nun. De remiſſione, quæ uerſatur circa eiuſmodi nunciationem, idem Spec. in tit. de Remiſſionibus tam iudicialibus, quàm alijs, abundè diſſerit. Sp.

REMITTERE dicitur creditor, non qui antipocha teſtatur, ſibi numeratam pecuniam, ſed qui nulla ſolutione, ultrò ſua beneficentia nomen expungit. Cuiuſmodi ſit cõtractus, ſi quis quid remittit, declarat Bart. in l. ſi quis delegauerit. ff. de Donat. Sp.

REMITTERE, interdum dare dicitur. l. ſi mulier. ff. de Condict. ob turp. cauſ. cum ſimil. Interdum donare. l. j. Quibus modis pign. ſoluitur. & alijs locis, quæ indicat Albericus. Vlp. in l. iij. in fin. de de Crim. ſtellion. remittenda, pro minuenda uſurpare uidetur, ubi dicit: In ijs autem, qui ſunt in aliquo honore poſiti, ad tempus relegatio, aut ab ordine motio remittenda eſt. Sic apud Ciceronem, Remittere de ſupplicio, id eſt, minuere ſupplicium. Sp.

REMITTERE actionem. Lege, Actionem remittere.

REMITTERE annum, prorogare, concedere ut annus prorogetur.

REMITTERE iuſiurandum cenſetur, qui deferente ſe cum paratus eſſet iurare, aduerſarius gratiam ei fecit, ſiue præſenti, ſiue abſenti & ignoranti, adeoq; per epiſtolam: ut ſit ampliſſima occaſio remittẽdi iuramẽti. l. remittit. l. Labeo. ff. de Iureiur. Sp.

REMITTERE nunciationem, eſt ſoluere operis noui nunciationẽ, hoc eſt, prohibitionem, & cedere, ut quid noui fiat operis. Quibus autem modis id fiat, Iuriſcoſs. luculenter oſtendunt. Tit. ff. de Remiſſion. Sp.

REMITTERE nuncium, id eſt, diſcedere à marito, facere diuortium cum uiro.

REMITTERE opinionem, pro diſcedere ab ea.

REMITTO tibi quicquid geſſiſti, uel gerere debuiſti: per hæc uerba, quæ poni ſolent in tutorum liberationibus, dolus, culpa'ue minimè remiſſus, intelligẽdus eſt. Secus ſi dictũ ſit, Remitto quicquid poſſum per actionem tutelæ. Qua de re uide Iuriſconſ. in Tract. de Remiſſ. per tot. Spieg.

REMORARI actiuã habet ſignificationem: unde Remora piſcis, quòd naues remoretur.

REMOTVM à iure, magis accipiendum ab eo alienum, quàm quod illi contrarium ſonat. Remotus, ac motus Senatu, eleganter iuriſcoſs. pro dimiſſo à Senatu, Marcell. & Modeſt. de Senatoribus uſurpant. Obſeruandum autem, quod ibidem dicitur, ob turpitudinem motũ, ceu infamem, Der eeren entſetzt: nec iudicare, nec teſtimonium dicere poſſe, niſi per principem ſit reſtitutus. l. j. C. de Sent. paſſ. & l. j. §. de qua. ff. de Poſtulat. Spieg.

REMVNERARE, mutuam gratiam referre, hoc eſt, munere aliquo munus aliud compenſare, beneficioq; beneficiũ reddere, & quod uulgò eſt, ad antidora obligari. Bart. in l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de Petit. hæred. & in l. hoc iure. de Iuſt. & iur. pulchrè diſſerit, an naturæ lege ad remunerandum aſtringamur. Vlpian. in l. j. Si menſor falſum modum dixerit. Ideo autem, inquit, hanc actionem (prætor) propoſuit, quia non crediderunt ueteres, inter tales perſonas locationem eſſe, ſed magis operam benefi-

rij loco preberi: & id quod datur, ei ad remunerandum dari, & inde honorariū appellari. Ergezung/verehrung. Sp.

REMVNERATIO, propriè muneris alicuius, munere alio compenſatio. l. j. §. j. tit. iam citato. Vide Bart. & in d. l. ſed ſi lege. §. cōſuluit. & Specul. in tit. Depoſ. Spieg.

RENOVARE, notæ ſignificationis. Scatent huius uerbi, cū apud iuriſcoss. tum apud alios autores, innumera exempla. l. iiij. in prin. de Damn. inf. l. ſi unus. §. pactus. de Pact. ibid. renouatur cōtractus. l. Iuriſgētium. §. adeò. Renouatur totus grex. l. grege. de Pig. Alberic. Renouatur autem, quod finitum eſt: Protelatur, quod adhuc durat. l. dies. de Dam. inf. & l. ſed & ſi manente. de Precar. l. ſi cum dies. de Arbitr. Spieg.

RENOVATA dos, inſtrumentis non reuocatis interpretanda eſt, ut Vlp. cenſuit in l. diuus Seuerus. de Iure dot.

RENVMERARE propriè eſt, reddere quod ante nobis numeratum fuerat. ut aurum, dotem, & cætera.

RENVNCIARE, hoc eſt, cedere, licere omnib. his, quæ pro ſe introducta ſunt. Hęc regula, ut Iuſtinian. ait, antiqui iuris perpetua non eſt, de qua fuſius Alc. in Comment. ad l. ſi quis in conſcribendo. C. de Pactis. Nos uocamus, Verzug thůn. Verùm renūciari poſſe omne ius, id ſeu ſola ſpe, ſeu re competat, accipiendum eſt. Hinc renunciatio etiam dicitur id quod ceſſionem uocamus. Sp.

RENVNCIARE, & arcanum deferre ſignificat, teſte Budæo. Vnde apud Paulum in l. ſi quis aliquid. de Pœnis, Renūciatores cōſiliorum, quos lex aut uiuos exurit, aut furca ſuſpendit. Sp.

RENVNCIARE hoſpitium dicitur is, quem contracti hoſpitij pœnitet, ne hoſpitij ius uiolaret.

RENVNCIARE legationem, pro referre uel nunciare quid ſit in legatione effectum, uulgò Relation thůn. Sp.

RENVNCIARE redemptionem, pro teſtari ſe non eſſe redemptorem.

RENVNCIATIO, ut admonuit Bud. teſtimonij genus, quod edere ſolent architecti, & magiſtri uniuſcuiuſq; officij, cū opus eſt: qui propterea publico ſacramento adiguntur. Nobis eſt, Ein weyſung thůn. Item dicitur renunciatio, quod nunc proceſſum uerbalem dicūt: qualis eſt uiatorum, & eorum qui edicta, aut ſententias exequuntur. Sp.

RENVNCIATVR conſul, Tribunus, alius'ue magiſtratus, id eſt, declaratus.

REPARARE quod amiſeris, pro recuperare, grauius eſt, quàm in ſtatum priſtinum redigere: quaſi rurſus pacare. ut in Aut. ut iud. ſine quoq. ſuffrag. §. oportet. l. fin. C. de Pact. pig. Sp.

REPARIASSARE, de ijs dicebat̃, quos pœniteret inſtituti, quiq; à conuentis diſcederent. Vide Chiliad. Eraſ.

REPEDARE, pro reuerti. Cic. de Legib. iij. Domum cum laude repedandū. Leo Imp. l. ſi quis ex grege. C. de Cohort. libro xij. Aut ſi, inquit, ad priſtina ſacramenta maluerit repedare. Sp.

REPELLERE, pro propulſare. Vt cōuicium cōuicio repellitur. iuxta. l. quæ omnia. de Procur. Hoc uerbum nō eſt ubique accipiēdum, de ui ſemper perniciosa publicæ tranquillitati (quoniam non additur ſubinde, Vim ui repellere licet) ſed magis ad iuris intellectū referri ſuadet ęquitas: ut ſit repellere, uidelicet per legitimum remedium. Vide Oldend. Action. ij. Claſſ. iij. Sp.

REPENTINVM, & mediatum, contraria: pro ſubito, & feſtino ponitur, teſte Alberico, in l. j. C. de Paſc. public. Repentina mors, hoc eſt, à nemine prouiſa, apud Ciceron. de Diuinat. libro ij. & in Authent. de Conſang. & uter. frat. §. ſi igitur. Repentino, ſiue repentè fieri etiā dici, quod altera die fiat, Compoſtell. exiſtimauit. Sp.

REPETENTES morbi, pro poſt curam renouati.

REPERIRE cauſam, inuenire rationem quapropter aliquid fieri, aut minus fieri debeat.

REPERTVM crimen, adulterinum, falſum, pro eo quod palàm, & compertum eſt.

REPETERE, propriè reſtituendum petere. Interdū iterare. Modeſt. de Quæſt. Repeti quæſtionem poſſe, diui Fratres reſcripſerunt. Interdum recordari. l. quidam. ff. de Iur. Codicill.

REPETERE, pro recordari. Quod & Alberic. indicat, in l. quidā. ff. de Iur. Codicill. & l. reſcriptum. de Pœnis. Sic Suet. Plinius Iunior, tum alij utuntur. Sp.

REPETERE reum. Paul. Quòd ſi libelli inſcriptione legitimè ordinati non fuerint, rei nomen aboletur, & ex integro repetendi reum poteſtas fiet. Hinc repetitus reus dicitur, qui ſæpius eodem crimine delatus eſt.

REPETI, pro iterari. Modeſt. de Quæſt. Repeti poſſe quæſtionem, diui Fratres reſcripſerunt. Sp.

REPETITA conſuetudo, & inſtitutum dicit̃, hoc eſt, longo interuallo relata, ac, ut Bud. ait, à longiſſimis retrorſum temporibus petita: Aſtipulatur l. j. C. de Erogat. annon. milit. lib. duodecimo. Spieg.

REPETITA die, opponit̃, Prolata die. Paul. l. iij. de Fid. inſtr. Repetita quidē die, cautionem interponi non debuiſſe: id eſt, die retrorſum ementita. Vulgus antedatam appellat. Vbi dies pro tempore intelligi debet, cum fœminino genere ſit poſitum. ut in illa locutione, annua, bima, trima die. Idem ad Exhibēd. l. Iulian. §. quãtum. Proinde ſi poſt litem conteſtatam uſucaptum exhibeat, non uidetur exhibuiſſe: cum petitor intentionem ſuam perdiderit. Et ideo abſolui eum non oportet, niſi paratus ſit, repetita die intentionem ſuſcipere, ita, ut fructus ſecundum legem æſtimentur. Idem de Dam. infec. l. ſi finita ſit dies. §. Item uideamus, ſi cautio ei offeratur, poſteaquã miſſus eſt in poſſeſſionem: an non prius decedere debeat, quàm ſi ei caueatur etiam de eo damno, quod contigerit poſteaquam miſſus eſt in poſſeſſionem: quod quidem magis probatur. Repetita igitur die repromittendum erit, id eſt, referenda retrorſus cautio, & in præteritum. Vide Bud. in Annot. prior. ad d. l. Iulianus. Sp.

REPERTORIVM quid ſit, declarat Vlpian. in l. tutor. de Adminiſt. tut. Tutor, inquiens, qui repertorium non fecit, q̃d uulgò inuentarium appellatur, dolo feciſſe uidetur: niſi forte aliqua neceſſaria & iuſtiſſima cauſa allata ſit. Sp.

REPETVNDARVM, uel de repetũdis accuſatur quis, uel damnatur, qui in adminiſtratione magiſtratus, pecunias accepit, unde accipere non debuit. Tit. eſt ad Leg. Iul. Repetund. de qua Martian. ſic ſcribit: Lex Iulia repetũdarum, pertinet ad eas pecunias, quas quis in magiſtratu, poteſtatis'ue curatione, legatione'ue acceperit. Nebriſſen. Porrò Repetundarum, Repetundis, hos duos tantũ caſus habet: & Valla teſte, dubitari poteſt, participium'ne ſit, ſiue nomē, an gerundium. Quum dicitur, Repetundarũ, ſubintelligendum, pecuniarũ: quo nomine pecuniæ, et omnia quibus diuitiæ conſtãt, contineri dicimus. Cauſam uerò repetundarum multiplicē eſſe, Quintilianus tradit. ea enim multa crimina continet, quæ cauſæ propria ſint. Sp.

REPIGNORARE, pignus recipere ſoluto precio, Pfand ledigen. Vlpianus Commod. l. ſi ut certo loco. §. nunc uidendum. Non repignoras, ait, ut mihi reddas. Sp.

REPLICATIO. Lege, Explicatio. et Bartol. in l. ij. de Except.

REPLVMBARE, eſt plumbum auferre de argēto. Vlp. de Aur. & arg. leg. l. cum aurum. An replumbari debeãt, ut ſic appendantur? Nebriſſ.

REPONERE alicui, pro uiciſſim obijcere, quaſi replicare, recriminari, Begegnen.

REPONERE, pro reficere. l. omnino. de Impenſ. in rebus dot. fac. l. in ſumma. §. item Varus ait. de Aqu. pluu. arcen. Reddere item quod ablatum eſt, ſignificat. Budæus.

REPONERE ſe in obligationem. l. illud. in prin. ff. Quod met. cauſ.

REPOSCIMVS, quod nobis debetur, uel quod à nobis acceptum eſt. Proinde repoſcenti rem ſuam non reddens, furti tenetur. l. Pomp. ſub. fin. de Acquir. rer. dom. Spieg.

REPRAEHENDI fugitiui dicuntur, id eſt, retrahi à fuga. Vnde & repræhenſores, qui erant antiquis, qui fugitiuos ſeruos inueſtigatos reducerent. Vide Budæum in l. ſi apud te. ff. de Præſcript. uerb. Spieg.

REPRAEHENSA, hoc eſt, emēdata, correcta, exactorum illicita auaritia, apud Vlp. ſub fin. l. illicitas exactiones. de Offic. Præſid. Sp.

REPRAESENTARE diem promiſſorum, id eſt, præſtare promiſſum.

REPRAESENTARE in iudicio aliquē. Vide, Iudicio ſiſti.

REPRAESENTARE precium rei emptæ, eſt, præſenti pecunia ſoluere, non

autem

autem ante diem ſoluere. Vlpianus de Tranſact. in l. cum hi. §. Eam tranſactionem oratio improbat, quę idcirco fit, ut repræſentatam pecuniam conſumat. Idem in l. j. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſſ. fuer. pro ſtatim oſtendere, perquàm appoſitè uſurpat, ubi ait: Sed culpa dolo proxima, dolum repræſentat. Sp.

REPRESSALIA, poteſtas eſt impignerandi contra quemlibet de terra debitoris, data creditori pro iniurijs & damnis. l. ſi pignerationes. de Iniur. & dam. dat. libro ſexto. Zaſius repreſſaliarum uſum non uult conſuetudine nouitia receptum, quod Bartol. ſenſit, ſed à uetuſtiſſimis Romanis legib. radicem ſumpſiſſe. Vide eum in §. & ita leges quaſdam. l. ij. de Orig. iur. Nec negat, uocabulum fœdum eſſe, et barbarū, ſed nunc apud Iuriſtas uſurpatum. Itaque repreſſalijs capi, eſt aliquem ob alterius delictum damno grauare. Lege, Hominem pignerari. Sp.

REPROBARE nō poſſum ſemel probatum: uerbum Pomponij, ut Scæuola refert, & interpretatur, in l. Pompon. j. de Negoc. geſt. Sp.

REPROMITTERE. Lege, Satiſdare.

REPVDIARE, propriè quærendorum eſt, non partorū. l. j. §. decretalis. de Succeſſ. edict. Inſtit. de Hær. qualit. & diff. §. extraneis. Item Vlp. regula eſt: Quod quis, ſi uelit, habere non poteſt, id repudiare non poteſt. Sp.

REPVDIATIO, nomine alienationis nō uenit. ut dicunt Bart. & Bald. in l. pupillorum. C. de Repud.

REPVDIVM propriè eſt, cum ſponſus à ſponſa dirimitur. Diuortium uerò, ubi uir & uxor matrimonio ſoluuntur. Repudium ergo ſponſæ mittitur: Diuortium uerò in coniugibus duntaxat eſt. Vide Cantiūculam in locum, Ab antecedentibus, ubi quædam à fontibus pulchrè repetit de Repudijs, diuortijsq́. Spieg.

REPVDIVM dicitur, cum futuri matrimonij ſpōſalia dirimuntur. Diuortium uerò non niſi inter coniuges eſt: quaſi in diuerſas partes itio. Fribuſculum autem eſt Vlpian. in l. cum hic. §. ſi diuortium. de Don. int. uir. cum propter iram ſubitariam coniuges recedunt, non tamen diuortunt, ſed ceſſante fribuſculo, & quieſcente ira, reuertuntur. Aciat. de Verb. ſig.

REPVLSA, reiectio ab honore, uel magiſtratu.

REPVRGIVM, pro emundatione, apud Imp. Conſtantinum, in l. j. C. de Aquæduct. lib. xj.

REPVTARE, pro computare, apud Vlpian. Item ſumptus litis tutor reputabit, & uiatica, ſi ex officio neceſſe habuit aliquò exire uel proficiſci. Sic apud Paul. in l. Neſennius. Neg. geſt. & reputationes facere apud Caiū in l. item ex diuerſo. ff. Fam. erciſc. Sp.

REQVIRENDVS, pro exquirendus. Martian. l. j. de Requir. reis. Sed abſens requirendus annotādus eſt, ut copiam ſui præſtet. Sp.

REQVIRERE, pro deſiderare: ut quum requirimus in teſte quod eſſe debet, & non eſt. Spieg.

RERVM uocabula ſunt immutabilia, hominum mutabilia. l. iij. ff. de Legat. j.

RERVM Italicarum, uel prouincialium ſignificatione, quæ res accipiendæ ſint, explicat Vlp. in l. ex facto. §. rerum autem. de Hæred. inſtit. Sp.

RES, uocabulum genericum eſt. Nam ut Paulus inquit, ſiue corporalia, ſiue incorporalia comprehendit. Corporales res ſunt, quæ uerè tangi poſſunt. ut homo, ueſtis. Incorporales ſunt, quæ tangi non poſſunt. qualia ſunt iſta, quę in iure conſiſtunt. ſicut hæreditas. Extat tit. Inſtit. de Reb. corporal. & incorporal. cuius uerum uſum atq́ uim Oldend. pulchrè declarat in princ. Action. vj. Claſſ. iij. Vide ſuprà, Rei appellatio. & mox, res corporalis.

RES abſolutè nominata, tota uenit. l. ſi defenſor, §. qui interrogatus. ff. de Interr. act. Spieg.

RES ad futurum, Cauſa ad præteritum refertur. l. j. & ibi Gl. ff. de Cond. ob turp. cauſ. Spieg.

RES abeſſe dicuntur, quarum corpus manet, forma mutata & transfigurata. Vide l. mulieris. de Verb. ſig. Eſſe uerò dicitur, ubi perpetuò eſſe debet, nō ubi eſt ad tempus. Vide Bartol. in l. ex facto. ff. de Hæred. inſtit. Sp.

RES & bona, quib. diſtent, indicant text. & Gloſ. ſingulares iuxta Bart. in l. fin. ff. de Vſufr.

RES certò ſciri dicitur ea, de qua habetur uehemẽs opinio, in rebus, in quibus uera ſcientia difficilis eſt. per Gloſſam elegantem in l. Pannonius auitus. §. rei per duellionis. de Acquir. hæred. Sp.

RES controuerſa dicitur, quam nos contẽtioſam uocamus, teſte Budæo. Et qua de re agitur: pro eo quod nũc dicimus, hoc de quo nũc quæſtio eſt, id eſt, quod maximè iudicandum eſt. græcè, τὸ κείμενον. Vide eundem in Annotat. priorib. ad l. ij. de Orig. iuris. Sp.

RES corporalis naturaliter per ſe inſpecta, certè nihil aliud præſtat, quàm quod tãgit, & exteriore ſenſu ordinari poſsit: ut fundus, aurum, & cæteræ. Si uerò exigatur ad rationem politicam animi cogitatione, tũnc formulæ iuris concipiuntur: per quas res corporales ſic ordinantur ad uſum humanum, ut nemini fiat iniuria. Et tales formulæ dicuntur res incorporales, quia ſubſtantiam non à corpore, ſed ab animo ducunt. Oldend. adfert ſimilitudinem ab homine, qui paruus eſt mundus. Quid ualet, inquit, corpus, quod tangi poteſt, niſi animi ratione ad honeſta officia trahatur? Eleganter ergo, inquit, ſicut homo corpus habet & animam: ita totum ius noſtrũ cenſetur circa duas res uerſari, uidelicet corporales & incorporales. Quam neceſſariam conſiderationem Accurſius cum ſuis nunquam intellexit. Sp.

RES datur, cum transfertur dominium: ſed traditur puro facto. ut cum equo traditur ſella, quod purum factum eſt. Reſtituitur autem res commodata, depoſita, impignorata, &c. Vide Zaſ. Inſtitut. de Action. §. ſic itaq; diſcretis.

RES exigua, quæ accipienda ſit, exponit Gloſſa magna, in l. final. C. Si cert. pet.

RES extare dicitur, penes quemcunq; extet, licet non penes reum. l. ſi æſtimatis. ff. Solut. matr.

RES geri dicitur, lite iam cõteſtata, quum iudex reijci non poteſt. l. nemo. C. de Iuriſd. omn. iud. Iulianus in l. & quia eod. tit. Antequam, inquit, res geri cœperit. Spieg.

RES in nauem receptæ quæ intelligẽdæ, Vlp. explicat in prin. l. iij. Naut. caup. ſtab. Spieg.

RES iudicata finem accipit, ſentẽtia finem imponit. Vnde hæc habet ſe per modũ agentis, illa patientis: quia imponere finem, eſt quiddam actiuum: accipere finem, ad paſsiua reſpicit. Proinde Zaſio Gloſſ. in princip. l. j. de Re iudic. lapſa, duraq;, & frigida eſt, cum exponit, finẽ cõtrouerſiarum accipit, id eſt, in ea finis eſt. Bartol. motus iſta differẽtia, cenſuit, ſententiã eſſe rem iudicantẽ: & id quod iudicatur, eſſe rem iudicatã. Quod quidam Doct. haud malè improbãt: quia ridiculum eſt dicere, quòd ſentẽtia ſit res iudicans, id eſt, quæ iudicet. quoniã Iuriſconſultus dicit, iudicem pronũciare. Vnde uerius et ſubtilius Zaſio uidetur, quòd ſententia habet ſe per modum inſtrumenti, quo iudex pronunciat. Nam iudex pronunciat per ſententiam, tanquam inſtrumentum, ſicut faber utitur malleo: malleus nõ ferit, ſed faber inſtrumẽto mallei. Sed res iudicata reſpicit ad cauſam materialem, non ad cauſam inſtrumentalem. quia res iudicata nihil aliud eſt, quàm finis litis: lis, controuerſia fuerunt materia iudicandi. Nam Modeſtinus: Res iudicata eſt, inquit, quæ finẽ controuerſiarum pronuuciatione iudicis accepit: quod uel cõdemnatione, uel abſolutione contingit. l. j. de Sent. & re iud. Itaq; Iuriſcoſſ. ſententiã nuncupant rem iudicatã ab effectu, ſeu fine. Quorſum enim pertinet ſententia iudicialis? Certè ad hoc, inquit Oldend. ut res controuerſa per eam iudicetur. Quorſum rurſus res iudicata? Ad pacem & tranquillitatem, ſine qua periclitatur reſpublica. Bart. reiecto Accurſij commento, dicit ſententiam eſſe actum, ſeu formulam iudicandi: rem uerò iudicatam eſſe eam, in quam tale iudicium exercetur. Vnde ſunt duo tituli diſtincti, de Sentent. & interloc. omn. iudic. & de Re iudicata. Sæpe tamen promiſcuè alterum accipitur pro altero. Sp.

RES mea eſt propria, cuius habeo actionem. l. qui actionem. ff. de Reg. iur. l. j. §. biduum. uerſic. in propria. ff. Quand. appell. ſit. Sp.

RES militaris, teſte Valturio capite ſecundo, eſt ciuilis quædam pars, facultaſq; honoratiſsima, ad reliquas ciuilis potentiæ partes tuendo continendas, ſecundum naturam maximè neceſſaria, legitimeq; ad hoc ipſum uarijs diuerſorum temporũ exemplis, electione ac

ſacramēto adacta. Extat tit. ff. de Re milit. lib. xlix. Oldend. noſter in Reſtaurat. Politiæ capite ij. rectè admonuit apud Pomponiū in §. populo deinde aucto. l. ij. de Orig. iur. animaduertendum eſſe quāta olim ſollicitudine ſub ipſo ſtatim initio imperij res militaris fuerit ordinata. Primū, quàm magna deliberatione ſuſcipiendum bellum eſſet, tantum illud quod naturali defenſione poſſet iuſtificari aduerſus finitimorum atrocem iniuriam: deinde ne à quibuſuis temerè conſcriberetur miles, eſſentq; ad hęc deſignati magiſtratus: qui ordinaria poteſtate atq; diligentia rem tantam ex animi iudicio rectè conficerent: poſtremò, ut unuſquiſq; intelligeret, nemini conceſſum eſſe belli gerendi poteſtatem ſine autoritate publica, quæ nihil aliud, quàm totius imperij ſalutem reſpiceret.

RESPVBLICA, quaſi populica. Ius enim Imperij Romani ad populum pertinebat, donec per legem Rhemiam populus in Auguſtum Cęſarem ius omne tranſtulit. l. j. de Man. princip. Alciat. de Verbor. ſig. Nunc autem dicitur etiam cuiuſcunq; municipij, per text. & Gloſſ. in l. procuratores. C. de Decurion. li. x. Spieg.

RES, pro ueritate. uti apud Terent. in l. quoties. ff. de Iureiur. l. j. §. qui in rationibus. Ad Leg. Corn. de Falſ.

RES ſuo marte decurrere, hoc eſt, ſuo ordine peragi debere. l. j. C. Ne lic. potent. Spieg.

RES ſanctę, adfines ſunt ſacris religioſiſq; rebus: nam & hæ quodam modo diuini iuris ſunt, proindeq; in nullius patrimonio eſſe iudicantur. Cuius generis ſunt, muri, & portæ, non urbis Romæ, ſed etiam reliquarum ciuitatū ac municipiorum. l. ſanctum. §. ult. & l. ſacra. §. muros. l. ult. ff. de Rer. diuiſ. & l. mortuorum. C. de Relig. & ſumpt. fun. Huc quoq; pertinent, quæ infrà in dictione Sanctum, annotauimus. Sp.

RES mulieris, dos intelligitur. l. quod dicitur. §. final. de Nupt. in res dotal. fact. Spieg.

RES nobis cedi dicitur, quādo nobis obligatio ad rem oritur. l. cedere diem. ff. de Verb. ſig.

RES in nullius bonis dicitur multipliciter. Primò per naturā. ut feræ ſylueſtres. §. Ferę. Inſtit. de Rer. diuiſ. Item facto hominis. ut res pro derelicto habita. Inſtit. eod. §. penult. Item propter reuerentiā. ut res ſacræ. Inſtit. eod. §. nullius. Item caſu, hoc eſt, euentu. ut hæreditas iacēs. l. uacantiū. C. de Bonor. uacant. lib. x. Item tempore, uel temporis diuturnitate, ut theſauri, qui inuenienti conceduntur, cum ſuo tamen modo. de quo Inſtit. eod. §. theſaurus. Sp.

RES non fungibiles. Require, Fungibiles res.

RES ſacras appellamus eas, quę non temerè, nec per quoslibet, nec quibuslibet, ſed ſelectis uerbis, autoritate publica, & ritu quodam ſingulari adhibito, olim per gentiles illorum aberratis reipublicæ deorū Pontifices, aut etiam per principem ipſum pontificatu maximo decoratum, nūc autem per religionis noſtræ Antiſtites Deo conſecratæ ſunt. In Autent. ut Nul. fabric. Orat. dom. coll. v. & in Autent. de Eccleſ. tit. §. ſi quis autem uoluerit. & §. ſi quis ædificationem. Col. ix. Huius generis, ædes ſacræ, aut alia loca ſunt, quæ ſiue in agro, ſiue in ciuitate, publicè Deo dedicata ſunt. l. ſacra. ff. de Rer. diuiſ. In hoc etiam genere computantur & anathemata, ſacra donaria, uaſa, ueſtes, quæ ſuis etiam ceremonijs plerunque magnis, arcaniſq;, diuinæ ſunt religionis miniſterio deputata: atq; ut uno uerbo dicamus, quidquid olim fuit, quod deorum haberetur: hodie quidquid ritè Deo Optimo Maximo dedicatum eſt, id omne diuini iuris eſſe, in tantum exiſtimatur, ut una, uel altera duntaxat excepta cauſa, nec alienari, imò nec obligari ea, uel in pignus aut hypothecam trahi, conceſſum ſit. Ex Cantiuncula. Spieg.

RES tempore ſi peritura ſit, hoc eſt, ſi dilatio actionem ſit peremptura. Vlp. in l. j. ff. de Ferijs. Sp.

RES tradita retradatur, l. metum autem. §. ex hoc edicto. ff. Quod met. cauſ. Sp.

RES tradita dicitur, quæ retineri poteſt. l. concubinæ. §. ſi hæres. ff. de Legat. iij. Spieg.

RESCINDERE, per tranſlationem, pro abrogare. Notus tit. de Reſcind. uend. & nota actio reſciſſoria. de qua in l. honorarijs. §. ſed cum reſciſſa. ff. de Action. & obligat. Sp.

RESCIS-

RESCISSIO apud Vlpianum in l.iij.§.ſi emancipatus.ff. de Bonor.poſſ.cont.tabul. non eſt accipienda pro auiti teſtamenti reſciſſione, ut Accurſ. ſentit: aut patrię poteſtatis, ut Hugolinus interpretatur: ſed pro reſciſſione emancipationis, ſeu capitis diminutionis. ut rectiſſimè tradit Alc. lib. Parerg. iiij. cap.xxij. Spieg.

RESCISSIONIS iudiciū eſt, quod prętor aduerſus ſtricti iuris regulas quadā ex æquitate concedit: ut cum uſucapionem reſcindit.§.rurſus.Inſtit.de Action. ut cum rei traditionem in fraudem creditorum factam pro irrita habet.§. item ſi quis in fraudem.eod.tit.Sp.

RESCINDI ſuperius iudicium dicitur, cum in ſubſidiū creditor peculiaris ſerui aduerſus uenditorem admittitur, quatenus ſeruare ab emptore non potuit. l. quoties.§.ſi creditor.ff.de Pecul.

RESCRIPTVM, ſignificare uidetur id genus, quo Imperatores, aut ſummi Pōtifices, conſulentibus eos reſpondent. cuiuſmodi ſunt, quas Decretales uocāt. Vlpian.l.j.de Appell. Quæſitum eſt, an aduerſus reſcriptum principis prouocari poſſit, ſi fortè Præſes prouinciæ, uel quis alius conſuluerit, & ad conſultationem eius fuerit reſcriptum. Idem de Sepulch.uiol. Sic enim reſcripto Imp. Antonini cauetur. Idem ibidem: Generalia enim ſunt reſcripta, & oportet ſtatuta imperialia in omni loco ualere. Vide Bart.in l.beneficiū.ff. de Conſtit. princip. & l.præſcriptione.ac l.fi.C.Si cont. ius uel utilit.publ. Accurſ.in §.ult.l.Prætor ait.ff.de Eden. falſò legit & interpretatur reſcriptum, hoc eſt, decretum iudicis: quaſi huic loco talis interpretatio accommodetur ullo pacto, nec aliquid referat inter reſcriptum & ſimplex decretum, ut uel hinc certo uideas Florentinum illum hominem dixiſſe quicquid in buccam ueniret, ut atteſtatur Oldēd. Spieg.

RESERO, & Claudo, contraria. Gloſſ.in l.ſi teſtamentum.ff.de Teſtam.

RESIDVVM, teſte Alc. propriè de quacunq; reſtante parte intelligitur. Quandoq; tamen totum, quandoq; nihil inducit.l.ij.C.de Hæred.inſtit.

RESISTITVR, imperſonale, pro remedium adfertur, contrauenitur, occurritur: ut iudici iniuſtè procedenti. Qua de re fuſius Panormit. in c. cum cauſam quæ.& in c.ſuper quorum.§.quia nemo. in c. quia ex literis. de Offic. Delegati. Spieg.

RESOLVTVM teſtamētum.l.cum duobus.C.de Inoff.teſtam.

RESPECTVS apud Canoniſtas frequēs pro ratione, qua ad aliquid agendum mouemur.

RESPONDERE ad tempus, uel ad diē, dicitur, qui in mora non eſt: & reſpondere ad nomina, quod uulgò dicitur, in iure comparere. Non reſpondere eſt, ut nunc loquuntur, in iure deficere. Bud. Qui ad interrogata non reſpondet, nec reſpondiſſe cenſetur.l.j.de Verb.oblig. & l. de Aetate.§. qui tacuit. de Interrog. act. & ibid. Bart.

RESPONSA prudentum, interpretationes iuris ſunt. Et qui eo funguntur officio, Iurecōſulti uocantur. ut fuere Capito, Labeo, Maſſurius, Nerua, & cæteri plures. Aymar. lib.v.Inſtit.iur.ciuil. Vide ſuprà, Edicta. Sp.

RESTAGNARE, redundare, aquam nō continere. l.j.§.ſed & apud Seruij auditorem.ff.de Aqu.pluu.

RESTAVRARI totam debere litem, apud Modeſtin.l.etiam.§.j.de Minorib. Erſtatten. Eſt & labeſcentia fœliciter reparare, priſtinęq; tum puritati, tum uigori reſtituere. Noſter Oldend. minimè ad ſomnia nugamentaq; ſcribenda natus, imò, ut res ipſa manifeſtat, à Deo miſſus, ut q̄d magnus ille Eraſmus pro Theologico ſtudio repurgando præſtitit, ipſe quoque Oldend. in noſtra iuriſprudentia rectè tradēda efficeret: cuius ſtudium quantū aliquot ab annis corruptum ſit, uel ex Hiſpanorum doctiſſimo Ioan. Ludouico Viue cognoſcere licet. Si quis id negat, niſi non ſit cōmuni ſenſu præditus, inter perditiſſimos nebulones eſt habendus. Profectò qui nunc temporis cōſultant de reſtauranda religione in Imperio Germanico, his ſimul etiam monitore fideliſſimo Oldend. cogitandum eſt de reſtaurando iuris ſtudio, hoc eſt, de introducēda uera & ſimplici iuris profeſſione, per quam iuuentus ad publicas functiones quandoque in foro ſuſcipiendas conſtanter erudiatur, abolitis commentatorum opinionibus,

bus,barbarie,periſſologia,formularum atq; alijs id genus impoſturis. Sp.

RESTIPVLARI, pro ſtipulari, ſiue uiciſſim ſtipulari,uel poſt rem actam ſtipulari.Budæus.

RESTITVERE,eſt retrò ſtatuere,id eſt, in eum caſum rem conſtituere, in quem fuiſſet, ſi nihil aduerſus quod facienda eſſet reſtitutio,eueniſſet. Alciat.de Verbor.ſig.Eſt etiam poſſeſſorem facere,fructusq; reddere.Donato autore,propriè reſtituuntur uolentes, cupientesq;.ut ciuis patriæ. Et plus eſt reſtituere, quàm exhibere. l. plus eſt in reſtitutione.eod. tit.Lege,Res datur.Sp.

RESTITVERE hæreditatem, non eſt ſoluere.l.non enim.ff.ad Trebell.

RESTITVENTEM,id eſt,reſtitui deſiderantem. ff.de Minorib. l.denique.§.ſi quis minor.Alberic.

RESTITVTIONIS uerbum, amplæ ſignificationis eſt.Nam princeps reſtituere dicitur, cum ordini & dignitati reſtituit,itemq; famæ. Reſtituuntur & natalibus qui ſerui nati ſunt, ingenuitatisq; iura acquirunt. Reſtituuntur & in integrum minores,& qui iuſtam cauſam,unde reſtitui eos æquum ſit, Prætori probauerunt. Reſtituitur & dos ſoluto matrimonio. Reſtituitur ex S.C.Trebelliano hæreditas. Et reſtituitur poſſeſſio ex interdictis.Alc.de Verb.ſig.

RESTITVERE in integrũ,ſi rectè conſideres, nihil aliud eſt, quàm laxare ſcripti iuris rigorẽ. Diuus Antoninus Imp. Martio Auito prætori, de ſuccurrendo ei qui abſens rem amiſerat, in hanc ſententiã reſcripſit· Etſi nihil facile mutandum eſt ex ſolennibus,tamen ubi æquitas euidens poſcit, ſubueniendum eſt. Autor Marcell. in l.pen. de In integ.reſtit. Totum autem ius ciuile plenum eſt id genus exemplis: quæ ut legamus, & inueſtigemus, niſi deſit uoluntas, non tam magni negotij fuerit.Verùm,ut noſtro ſeculo in negotijs multifariã emergentibus,prudẽter imitemur,hoc opus, hic labor eſt: ut uerè dicit Oldendorp. Spieg.

RESTITVTIO in integrum, reductio eſt in eum ſtatum,in quo quis prius erat quàm lædebatur. Reſtitutio enim id reparat,quod læſio abſtulit.l.uideamus.§. in Fauiana.ff.de Vſur.Sp.

RESTITVTORIVM interdictum.l.ij. ff.de Precario.

RETALIARE.Vide,Talio.

RETENTIO,adſimilatur traditioni.l. quædam mulier. ij. Reſponſ. l. eius rei. de Rei uend.cum ſimil. quæ fideliter citat Apellus in Methodo, cap.iij. Porrò materiam retentionis tractat Bart.communiter probatus, in l. indebitum. §. ſi centum.ff.de Condict.indebit. & in l.ſi non inducta. C. In quibus cauſ. pig. tacit.contrah.Sp.

RETINERE poſſeſſionem animo poſſumus, adipiſci non poſſumus. Paul. in l. qui uniuerſas. §. quod per colonum. ff. de Acquir.poſſeſſ.

RETINERI,hoc eſt,detineri & renouari nõ debent homines liberi inuiti. l. iij.ff. de Liber.hom.exhib.

RETRACTARE, eſt, quod omiſeris repetere,& mutare,renouare, & recognoſcere. l.j. §.j. ff. Ne de ſtat.defun. l.ij. de Colluſ.deteg. l.j. C.de Sentent.aduerſ. Fiſc.lib.x. Itẽ pro reuocare.ut apud Vlpian.in §.fi.l.nõ ſolum.ff.de Procur.Sp.

RETRO,non antè ſignificat, ut interpreti,ſed illud contrarium habet.

RETRO duci.Paul.in l. ſeruitutes.§. ſtillicidiũ. ff.de Seruit.urb. præd. Ea de cauſa,inquit,retro quoq; duci poteſt ſtillicidium, quia in noſtro magis incipiet cadere, produci non poteſt. ff. de Seruit. urb.præd.Sp.

RETRO iuris ordine, pro eo qui hactenus obtinuit.l.omnes iudices.C.de Delatoribus lib.x.

RETRO obtinuit conſuetudo, id eſt,corroborata eſt apud Vlp. in l. ſi in aliquã. de Offic.Proconſ.Sp.

RETRO principes. C.de Nouo Cod.cõpon.ad initium.

RETRORSVM. Vlp. Quia, inquit, retrorſum quanti plurimi fuit,inſpicitur.

REVELARE, eſt id quod antè tectum fuit,retegere,aperire,palàm fieri: cuius tamen nullum exemplum reperiri quidam putãt.in l.uniuerſi. C.de Vectigal. & commiſſ. Corruptè legitur in quibuſdam codicibus,reuelant,pro reuehunt. Pro retecto et palàm facto,extat in l.unica.C.de his qui ſe defer.lib.x.Sp.

REVERA,unice,uice aduerbij eſt. Alijs duæ dictiones ſunt, Re uera, quod uulgus, de facto, dicit. Sp.

REVERENDI (ut utuntur uulgata uoce) hoc eſt, quibus reuerentia & honor debetur, in ius ſine uenia uocari nō poſſunt. Vide Zaſ. in l. generaliter. ff. de In ius uoc. Debetur autem reuerentia maximè patribus & patronis, tam ſuperſtitibus, quàm defunctis. l. apud Celſ. §. aduerſus. ff. de Dol. excep. Sp.

REVOCARE teſtes, quod Galli, teſte Budæo, recolere dicunt, apud Martianum in l. diuus. de Cuſtod. & exhib. reor. Sp.

REVERENTIA, honor quem tam uerbis, quàm factis alicui exhibemus. Paulus, Vna eſt, inquit, omnib. parentibus ſeruanda reuerētia. l. parentes. de In ius uocan. Sp.

REVOCANDI domum ſuum ius dari. Vide Vlpian. l. ij. §. legatis. ff. Vbi quis ager. Sp.

REVOCATORIA actio, diuidit̃ in Paulianam, Fauianā, & Caluſianam, de quibus fuſius Iaſon in §. item ſi quis in fraudem. Inſtit. de Action.

REVOLVTO mantello, ex uulgari ſermone dixit Accurſ. in l. Papinian. §. ſed neq; impuberis. ff. de Inoff. teſt. cum cōtrarijs exceptionibus quis aduerſus diuerſos utitur: ab his ducta metaphora, qui, ut ſcenæ ſeruiant, mutant pallium. Alc. lib. iiij. de Verb. ſignif.

REVS, à re quæ ab eo petitur, dictus: eſt qui defendit & propulſat actionem, uel accuſationem. Veteres reos appellabant, non eos modò qui arguūtur, ſed omnes quoq;, quorum de re diſceptatur. ut Cicer. de Orat. atteſtatur. Inde reus ſtipulandi, & promittendi: hinc & Pomp. l. v. de Verb. oblig. Conuentionales ſtipulationes ſunt, quæ ex cōuentione reorum fiunt: reorum appellatione contrahentes intelligens. Autor Alc. c. x. lib. ij. Parerg. Dicitur & reus uoti is qui dijs in euentū conditionis promittit: at ubi conditio euenit, tum etiā damnatus eſt uoti. l. fideicom. §. ſi rem. de Leg. iij. Alc. de Verb. ſig. Reus autem propriè conuenitur, nō eius procurator. l. ij. in princ. ff. de Iureiur. rametſi & ipſe aduerſarius dicatur. l. ſi ſine. §. pen. ff. de Interrog. act. l. j. C. de Pœn. iudic. qui malè iud. Sp.

REVS, pro expromiſſore accipitur, in l. j. §. exceptiones. Quar. rer. actio non dat. Spieg.

REVS agitur, qui accuſatur: Reus peragitur, qui damnatur. Iuriſconſ. Peregiſſe reum non aliàs quis uidetur, niſi cōdem nauerit. Spieg.

REI criminis, & participes fraudis differunt multum. autor Modeſt. in l. ſi multi. de Publican. Vide Gloſſ. ibid.

REVS extraordinarius. Lege, Extraordinarius reus.

REVS facti, qui aliquod factum commiſit.

REVS ſatiſdandi, ab Vlp. dicitur, qui ſatiſdato obligatus eſt, id eſt, fideiuſſore dato. Reus uerò ſatis accipiēdi, qui fideiuſſores accepit ob debitum. in l. qui hominem. §. quidam. de Solut. Dici poteſt, quoties reus ſatiſdandi, reo ſatiſaccipiendi hæres extiterit, fideiuſſores liberari. Sp.

REVS ſtipulandi is dicitur, qui ſtipulatur, id eſt, interrogat: & reus promittendi, is q promittit. Plures uerò habere reos, noſtra intereſt: et quomodo, tractat Bartol. in l. liberationē. ff. de Libert. leg. Sp.

REX, nomen generis, Imperator, officij. Reges enim naſcunt̃, Imperatores creātur. Ioan Bapt. Caſtellion. Regem Boemiæ impropriè dici exiſtimat: quòd cōpetenti prouincia careat. c. ſcitote. vj. q. iij. Attamen abundare eum refert, & uerè quidē, ſtrenuis militibus, reditibusq; præſtare pleriſq; regib. qui pluribus ciuitatibus dominentur. Citat Hoſtien. in c. conſtitutus. ij. de Teſtib. Rem Boemicam Carolus Quartus mirum in modum auxit, ſed exemplo maximè improbando, ut ait Egnatius. Rex autem, ſiue Cæſar Romanorum, ut quidam cordatus è noſtris dixit, eſt magni nominis umbra: nimirum ſentiens, illi Romanæ urbis Imperium, nomine ſolo, at Pont. Max. fructum eſſe relictum. Tertullianus nomen regum, etiam Cæſaribus accommodat: & diuus Hieronymus eum ſecutus. Annotauit Rhenanus noſter. Tyrānus autem eo differt à rege: quòd hic ad ſubditi populi, ille ad proprium commodum, rem curat & adminiſtrat. Ita Ariſtoteles, & qui eius doctrinā ſecuti ſunt Theologi, decreuere. Quamuis antiquitus nonnulli pro tyranno regem intelligebant: quorum exemplo Virgil. cecinit: Pars mihi pacis erit, dextram tetigiſſe tyranni. Lege &, Prouinciales, in fin. Sp.

REX, ſacrificulus erat Romanis, qui ſacro-

rum rex dictus, ſine imperio, ſolo nomine rex, ſacra quæ penes reges erant, obiret, ac cerimonijs præeſſet: quem creatum, aut in locum decedētis ſuffectum, ſicut reliquos ſacerdotes, inaugurari oportebat. Alex. de Alex. Gen. dier. lib. iij. c. xxvij.

R H

RHABDVCHVS. Vide, Liturgus.

RHACHITAE nuncupātur à Græcis maleſica ui inſignes, quos leges, principūq́ꝫ conſtitutiones perſequuntur.

RHADAMANTHEVM iudicium, prouerbio de incorruptè iudicantib. dictū. Rhadamāthus enim maniū iudex, neq́ꝫ muneribus, neq́ꝫ gratia deflectitur, quo minus ſeuerè iudicet. Cætera uide apud Eraſ. Chilad. Sp.

RHADAMANTHI iuſiurandum dicebatur, quod uerisſimum quidem eſſet, cæterùm nullum Deum aſciſceret. Socrates per canem & anſerem iurare conſueuit, ne quem deorum citaret: ſiue quòd nō arbitraretur eſſe boni uiri, Deos ſuorum negotiorum teſtes accerſere, ut ait Eraſ. in huius adagij explanatione. Sp.

RHAPSODIAE numerabantur olim inter Aromata, hoc eſt, feſtiuas & iucundas narrationes. Apud ueteres poſt Homeridas ſic dictos, quòd per ſucceſſionem ab Homero genus ducentes, Homerica canebant: non iam ad Homerū genus ſuum referentes, Rhapſodi, hoc eſt, eiuſdem carminis decantatorij, ſcriptores uocati ſunt: quorum diuerſum eſt etymon apud autores. Vide Picum, in hymnum primum. Sp.

RHEDA, genus leuiculi currus, in quo geſtabantur nobiliores in uillas ſuas. Vocabulum Gallicum Quintiliano, longa tamē uſurpatione, Latinum factum. Eo Iabolen. uſus eſt, Locati. l. cum in plures. An etiam, inquit, pro ipſa ſola rheda portorium daturus fuerit? Rhedarius mulus, qui rhedā ducit: & ipſius rhedæ rector, Rhedarius. Rhedæ meritoriæ, ut muli meritorij, qui mercede locantur. Spieg.

RHEGIVM, Italiæ oppidum ad mare, cōtra Siciliam. meminit eius iuriſconſult. Xenarchus apud Zenodotum, Sophronis, qui de menſib. ſcripſit, filius, in gratiā Dionyſij tyranni, taxauit Rheginenſes, ut ignauos in rebus bellicis, animiq́ꝫ pauidi, quemadmodū teſtantur (ut refert Eraſ. noſter) Græcorum adagiorum collectanea. Eſt et alterum eius nominis oppidum, quod abſq́ꝫ aſpiratione ſcribitur, dictū, Lepidi Regium, triumuiratus tempore ab eo conditum: nō cuius meminit Frōtinus, & Volaterranus in Gallia togata. Sp.

RHEMNIA lex pœnam calumniatorib. irrogat. Lege tit. ad Sen. Cons. Turpil.

RHENI noſtri, cuius ortus eſt in monte Adula, qui hodie uulgò uocat̃ Vogel. Paulus, tit. de Euiction. his uerbis meminit. L. Titius in Germania trans Rhenum prædia emit, & partem precij intulit. cum in reſiduam quantitatem hæres emptoris conueniretur, quæſtionem retulit, dicens: has poſſeſſiones ex præcepto principali partim diſtractas, partim ueteranis in præmia aſſignatas. Sp.

RHODIAE naues, quarū frequēs mentio apud ſcriptores, nomen à patria ſortitæ: ſicut Aegyptiæ, Aſiaticæ, Liburnicæ, atque Achaicæ, & eiuſmodi. Vide Bayfium, de Re nauali. Nota conditio apud Iuriſconſ. Si nauis ex Aſia uenerit. Sp.

RHODINI ſerici, ab inſula Rhodo aduecti, ceu laudatisſimi, Impp. meminere in l. iij. C. de Veſt. olob. lib. xj. Accurſius locum non intellexit: Rhodinum ſubſtantiuè, pro piſce interpretans. Quod & in Annot. Alc. indicauit. Sp.

RHODVS, & urbs, & inſula maris mediterranei clarisſima eſt, quæ ſæpe damnū dedit Turcæ, & ipſa rurſum fecit Anno Chriſti M. D. XXII. agente iam ſecundū annū Pontificatus ſui noſtro Adriano ſexto: ad quem extat Hiſpanorum doctisſimi Viuis elegans epiſtol. Leges Rhodiæ, inquit, Gratianus in decretis Pontif. naualium commerciorum ſunt, ab inſula Rhodo cognominatæ, in qua antiquitus mercatorū uſus fuit. Diſt. ij. c. fin. Id allegat Accurſ. in prin. l. j. ad Leg. Rhod. Sp.

RHYTHMVS. Inter metrum, & rhythmū, hoc eſt diſcrimen, teſte Viue: quòd metrum ſequitur numerum pedum, Rhythmus tempora: ideoq́ꝫ alterū eſſe poteſt ſine altero. Inſulanus obſeruauit, Rhythmum dici, contra quorundam captum & intelligētiam, quidquid ſub aurium menſurā cadit, etiamſi abeſt à uerſu, hoc eſt, ſua quidem interpretatione,

quidquid per numeros uoluitur, et apta ac concinna periodo terminatur. Vide Cicer. in Oratore. Sp.

R I

RIDICA. Lege, Pedamentorum.

RIDICVLOSIS ambiguitatibus. C. de Leg. l. final.

RIGOR iuris, non eſt ius, ſed exceſſus iuris, & auſteritas quædam facta ad terrorem. l. diſt. ut conſtitueretur. Gloſſ. in l. fi. §. Lucius. ff. de Seruit. urb. præd. Sp.

RIGVVM, quod aquis irrigatur: cui opponitur, Siccaneum.

RIMAE propriè dicuntur exiguæ diſtantiç tabularum in iuncturis. Vnde tractũ eſt, ut omnes fiſſuræ, Rimæ dicantur.

RIMAM inuenire, in tergiuerſatores dicitur, qui nulla in cauſa tot fidei uinculis aſtringi poſſunt, quin aliquid inueniãt quo elabantur. Eraſmus.

RIMARI, hoc eſt, diligenter quærere, ſcrutari, propriè ad iudicantis officium ſpectat. Iuxta uulgatum illud, Oportet iudicem cuncta rimari. xxx. quæſt. v. c. Iudicantem.

RIPA, propriè eſt fluminis, ſicut Litus maris. Ripa autem ita rectè definitur, ait Vlpianus, id quod flumen continet, naturalem rigorem curſus ſui retinens. l. j. de Flumin. Paul. Ripa ea putatur eſſe, quæ pleniſſimum flumen continet. l. flumina. Ne quid in flum. publ. Sp.

RIPAM munire, fulcire, reficere, reparare. ff. de Rip. mun. per tot.

RIPARENSES milites erat, qui in imperij limitibus excubabant pro repub. aduerſus barbaros, puta in ripis Danubij, ad tuendas Pannonias, aduerſus Sarmatas: & in ripis Euphratis, aduerſus Parthos. Herodot. libro vj. Nunciatum eſt, Germanos Rhenũ, Danubiumq́ʒ tranſgreſſos, in fines Romanos hoſtiliter intraſſe, oppugnareq́ʒ exercitum ripis inſidentem. Alc. in l. contra. C. de Re militari. lib. xij.

RIPARII, qui in ripis habitant: ut Plinio, ripariæ uolucres. Sic addita quinta uocali, in noſtrorum Annalibus ripuariorum nomine comprehenduntur ij, qui in Treueris ad Moſellæ habitarunt ripam, necnon inter Moſellam, Rhenum, ac Moſam: à Francis Ripuaria uocata eſt Neuſtria, & Auſtraſia. Meminere horum è noſtris Regino, Otho Friſingenſis, Ligurinus, alij. Vide Bilibald. & Althamar. Sp.

RITE actiones intendere. Vlp. l. procuratore. ij. de Procur.

RITE. Vide, Rectè.

RITVS, mos eſt comprobatus in adminiſtrandis ſacrificijs: & generaliter ritus, mos, & approbata cõſuetudo eſt, quam omnes ratam habent. Vnde tit. de Ritu nupt. In eo traditur, quo more, quo'ue inſtituto, nuptiæ perficiendæ ſint. Sp.

RIVALES dicuntur, qui eundem riuum communem habent. Pompon. de Aqu. cotid. l. hoc iure. Dum ne fundum, inquit, domino, aut aquarium riualibus deterius faciat. Nebriſſ. In re ruſtica Riuales dicuntur ij, quorum agros riuus quis determinat, qui incertitudine, & mutatione crebra curſus, lites ſæpè inter eos ſuſcitat. Vnde & Vlpian. l. j. de Aq. quot. Riuales, ait, qui per eundem riuũ aquam ducunt, inter quos ſæpè contentio eſt de aquæ uſu. Sp.

RIVVS, eſt locus per longitudinem depreſſus, quo aqua decurrat, cui nomen eſt ἀπὸ τοῦ ῥεῖν. Vlp. l. j. de Riuis. Feſtus: Riuus uulgò appellatur tenuis fluor aquæ, non ſpecu, conſilio'ue factus, uerũ naturali ſuo impetu. Sed & ij riui dicuntur, qui manu facti ſunt, ſiue ſuper terra in foſſa, ſiue ſuper ſpecu.

RIVVS Signinus. Vide infrà in dictione, Signinus.

RIXA, etſi propriè uerboſa contentio eſt, ad factum tamen etiam refertur. l. ſi ex planis. §. j. ad Leg. Aqu. Vlp. in l. iiij. Vi bon. rapt. Et rectiſſimè Labeo inqt, inter turbam, & rixam, multum intereſſe ait. Namq́ʒ turbam multitudinis hominum eſſe turbationem, & cœtum: at rixam duorum. Paulus de Sicar. l. fin. Si in rixa homo percuſſus perierit, ictus uniuſcuiuſq́ʒ in hoc collectorum contemplari oportet. Receptum eſt, inferijs rixæ notionem fieri poſſe. Sp.

R O

ROBVR, translatè, omniũ rerum firmitas. Clauſula. In robore ſuo duratura, familiariter nota. Principalium Diplomatũ magiſtris, nullum robur nouum ſumi, tradidit Ang. in l. eos. uerſ. ſuo robore. C. de Præſcript. xxx. ann. Citat l. ſcripturas. C. Qui pot. in pig. hab. & Authent. Quas actiones, C. de Sacroſ. Eccl. Sp.

ROBO-

ROBOREVM, quod eſt ex materia roboris: roburneũ, quod ex robore naſcitur.
ROBVSTA ætas, pro militari, ut ſuprà dictum eſt, apud idoneos autores accipitur. Huic noſtri tribuunt initium ab exceſſu anni xxv. Vlp. in l. ſi in acutis. ij. de Adult. §. lex Iulia. Nec enim uiſus eſt, inquit, idoneus accuſator, qui nondum robuſtæ ætatis ſit. & paulo pòſt: Maiorem uigintiquinq; annis, & eum accipimus, qui annum uigeſimumquintum ætatis agit. Dicitur & robuſtus ætate. Sp.
ROBVSTVM, quod eſt multi ualoris.
ROBVSTVS animus, quo quis aduerſus pericula & difficultates firmiter obnititur.
ROGO, ne alterius ſeruitiũ experiatur ſeruus meus. Per hæc uerba, data uidetur fideicommiſſ. libertas. l. rogo. ff. de Fideicommiſſ. libert.
ROGARI lex tum diciur, cum de ferenda ea populus uel plebs conſulitur. Siquidem Quirites uel à conſulibus, uel à tribunis rogabantur, uellent, iuberent'ne quid fieri. Qui ſi ſciuiſſent, id eſt, confirmaſſent, lata ſancitaq; lex erat, quæ non niſi per populi rogationem fieri poterat. Hodie uerò reſcripto opus eſt. l. j. de Mãdat. princip. Vide Budæum in priorib. Annot. ad poſterior. l. de Orig. iur. Vlp. in l. j. ad Leg. Aquil. Certè lex Aquilia plebiſcitum eſt, cum eam Aquilius tribunus pleb. à plebe rogauerit. Sp.
ROGARE inſpicienda uaſa, id eſt, commodatò petere, ut tantùm inſpicere liceat. Budæus.
ROGARE, utendum accipere. Cicero in Verr. Profectò hinc natum eſt, Malo emere, quàm rogare. Entlehen. Sp.
ROGATARIVS, tabellio qui rogat quod quiſq; ſtipulatur, hoc eſt, promittit. Vide Sipont.
ROGATIO eſt, cum populus conſulitur de rebus diſcerndeis. Zaſius in l. ij. ff. de Orig. iur. Lege, Agere cum populo.
ROGATIO, lex eſt, ſic appellata, quòd cum promulgatur, populus rogatur uelit'ne, an iubeat legem ſanciri. Nebriſſ. Differentiam inter rogationem & promulgationem quidã tradunt, quòd promulgatio fiebat binis nundinis, rogatio in tertijs nundinis. Promulgationi item intercedere licebat, rogationi nullo modo. Inde rogatio pro lege accipitur. Cicero Philip. j. Hodie uocem hanc Promulgare, tenemus quidem, quanquam non ſatis intellectam: rei uerò ipſius nec umbram quidem ſequimur. Igitur rogationes propriè ſunt, quotquot rogantur leges: ſiue ex populo id fiat, uti leges ſunt: ſiue ex plebe, ut plebiſcita. Rogationis enim nomine continentur lex, plebiſcitum, & priuilegiũ: eſt enim quaſi caput & fons totius iuris popularis. Nempe rogare populum, eſt agere cum populo. In qua re hæc erãt uerba ſolẽnia: Velitis'ne iubeatis'ne Quirites, ut hoc uel illud fiat? At pro litanijs parum latinè uſurpantur: rectius ſupplicationes appellantur, uel (ut magis placet Inſulano) ſacrificia precaria, ſeu propiciatoria. Præterea idẽ monet: Schedulæ, quas indocti ſupplicationes uocãt, ſunt ſupplices libelli dicendi, de quibus & ſuperius. Nota item, eſſe legem accipere, ut legem perferre, pro legem perferre. Sp.
ROGATOR comitiorum, qui poſtulat comitia ut fiant. Rogatur, pro interrogatur, apud Caiũ, in l. ij. de Adopt. alij quoque notarunt. Sp.
ROMA cõmunis patria noſtra eſt, ait Modeſtinus Tit. ad Municip. Cuius uerba Accurſius enarrans, id dictũ idcirco exiſtimat, quòd quilibet Romæ conueniri poſsit. Cuius ſententiam non tantùm iuris Pontificij interpretes probant, ſed etiam (ut dicit Alciatus) nullus ferè eſt ex iuris ciuilis doctoribus, cui hæc interpretatio non applaudat. Sed ipſe contendit eam uerbis Modeſt. repugnare, cap. xxj. Diſpunct. lib. ij. Sp.
ROMA, ſacræ urbis nomine accipienda eſt uerius, Alciat. teſte, quàm Hieroſolyma, ut Bald. exiſtimauit. l. ij. C. de Naut. fœn. Sic etiam cum æternam legimus, potius intelligẽda eſt. ut in l. j. C. de Suarijs. Ineptè facere indicat undequaque doctiſs. Viues, qui Rhomam aſpirant, quia Græci aſpirant quæ incipiunt in r. Roma, & urbs, per Antonomaſiam idem ſignificare uidentur: prior tamen latius patet, poſterior arctiorib. finibus clauditur. Cum urbis appellatio, muris: Romæ uerò continentibus ædificijs finiatur, atq; complectatur ſuburbium. l. j. & l. Alphenus. de Verb. ſig. Sp.
ROMAE natus dicitur, ut tradit de Verb. ſig. Terent. Clemens, qui natus eſt in ur-

bis continentibus, id eſt, ſuburbijs. Qui uerò in uico aliquo natus eſt, qui urbi Romanæ reſpondet, licet is patriam Romam habeat, non tamen Romæ natus intelligitur. l. qui ex uico. ff. ad Municipal. Spieg.

ROMA. Negat Valla lib. iiij. Romam eſſe oppidū. Lactant. lib. vij. autor eſt, quòd non finietur mundus, Roma niſi deſtructa fuerit.

ROMA Noua, eſt Conſtantinopolis. l. j. §. Romam autē. C. de Vet. iure enucl. Conſtantinus enim, cum Romanorum coloniam deduxiſſet Byzantium, omnes urbis antiquæ prærogatiuas illi conceſsit. l. omni innouatione. C. de Sacroſ. eccleſ. Certarunt autē ſimul Pontifices de præeminentia ſedis, donec Phocas Imperator pro Romano pronunciauit. Sp.

ROMAM eſſe caput auaritię, annotauit interpres in l. ſequitur. uerſ. pupillus. ff. de Vſur. Hoc loco apud Albericum legimus, Fridericum ſecundum indignabundum Innocentio quarto hæc inter cętera ſcripſiſſe:

Roma diu titubans, longis erroribus acta,
Corruet, & mundi deſinet eſſe caput.

Cui Pontifex ita reſcripſit:

Niteris incaſſum nauem ſubmergere Petri:
Fluctuat, aſt nunquam deſinet eſſe ratis.

Fridericus:

Fata uolunt, ſtellæq́ docent, auiumq́ uolatus,
Quòd Fridericus ego malleus orbis ero.

Papa:

Fata uolunt, ſcriptura docet, peccata loquuntur,
Quòd tibi uita breuis, pœna perennis erit. Sp.

ROMANENSIS ſal, non qui Romæ factus, ſed qui Romæ uenditur.

ROMANVS, qui è Roma eſt, uel qui Romam inhabitat. Romanenſis, qui alibi ortus eſt, ſed in Roma uerſat̄. Vide not. in l. cum antea. C. de Agric. & cenſit. lib. xj. Spieg.

ROMANVM imperiū ad mille ac ducentos annos perſeueraturum, Vectius augurio præſtans coniectauit, quod & uerum comparuit. Siquidem cum imperarent Cæſares Conſtantij, Romanorum dignitas dilapſa corruit, Byzantium tralata, irruentibus in Italiam Hunnis, Vandaliſq́, ac Gotthis. Sp.

ROMANVM imperium an ſit iuſtum, aut uiolentum, Albericus diſſerit in l. j. C. de Sum. trinit.

ROMANVM ius. Poſtellus cap. j. lib. iiij. Licebat, inquit, cuiuis antiquorum Iuriſprudentiū integros de iuris uarijs partibus libros, pro uoto loco legis proponere: quod ut fuit initio reipub. neceſſarium, & ferè in omnibus democratijs & ariſtocratijs ſeruatum & conſtitutum, ita breui effecit, ut ingens multitudo opinionum excreuerit, alijs alia tractantibus, et non raro eodem argumēto à diuerſis autoribus tractato, atq́ pro ſuo iudicio (ut frequenter ſumus affecti) uaria non tantùm alijs, ſed ſibijpſis contraria tradentibus. Qua omnia percurrendi modeſtia, quum uellet iuris ſtudioſos liberare Iuſtinianus, ſeligenda curauit ex tanto illo 60000. uoluminum numero ea, quibus reſpub. utebatur tunc temporis, ſecundum Triboniani ſuaſionem: reſecauit uerò, quæ aut obſoleta uidebantur, aut ſuperflua, aut cōtraria, ut ait, quod utinam tam re ipſa, quàm edicto et aſſertione fuiſſet factum, ut ſaltem uel quinquennio Iuriſperitus poſsit inſtitui. Sanxit uerò, ne in diſcrimen iam antè cognitum iterum reſpub. recideret, ut ſacroſancta & inuiolabilia eſſent quæ probaſſet: ne'ue in illis aut addendo, aut diminuēdo quicquam quiſquā attingere auderet: quod utinam factū curaſſet poſteritas. Quamuis enim multa à ſummorū illorum philoſophorum laboribus periere, quæ utilia reipub. erant, tamen fœliciter actum cum poſteritate erat, ſi ea tanta religione ſeruata curaſſemus, quanta uoluit ſagacíſsimus Imperator. Verùm ut ſingulis rebus ſua neceſſariò peſtis oboritur, ne huic reipub. parti deeſſet, obortū eſt ab hinc ſexcētis annis nouum interpretum omni barbarie, & philoſophiæ ignoratione contaminatorū genus, quod dum leges legibus componit, obſcuris tenebras fundit, opinione potius quàm ueritate nititur, incitauit tantam ſimiliū turbam, ut in nulla unquam arte uel doctrina maior ſcripturientium libido fuerit, ineptia'ue maior. Lex una, aſſumptum unum, uox ſimplex, quæ ipſa una ueritate tantùm niti poteſt, in ſexcentos intellectus traduci cœpta: quiſq́ quod cogitauit, aut ſomniauit potius, pro ſenſu attulit, obtruſit, uerumq́ ipſum more Leſbiæ regulæ rebus ipſis, non res uerò & regulæ aptauit.

ROMANVM, uel Cæſareum ius, idem eſt quod uulgò ius commune dicimus, & rectè: quia, teſte Oldend. ſupremum & eminentiſsimum eſt, plenum certè humanitatis, æquitatisq́;, tot iam annis unanimi omninm cõſenſu (autore Deo) receptum. Idq́; eſt, quod Iuſtinianus in §. ſed ius quidem ciuile. Inſtit. de Iur. nat. gent. & ciuil. Sed quoties, inquit, non addimus nomẽ, cuius ſit ciuitatis, noſtrum ius ſignificamus. Sp.

ROMANOS Pontifices à Cæſaribus electos aliquando. Vide Impp.

RONCALIA. Vide infrà, Runcalia.

RORARII milites, qui & ferentarij. Vide Feſtum.

ROSTRA, autore Liuio, dictum eſt templum, ſeu forum ante curiam Hoſtiliam, in quo erat pulpitũ ornatum ex roſtris nauium Antiatium, inſigni quadam uictoria ereptarum. die Schnäbel / oder ſpitz der ſchiff. ut aliud nihil ſit, pro Roſtris, quàm in loco Roſtrorum, ſeu ante curiam Hoſtiliam, quæ ſenatorum erat, vor dem Rhathauß. ex quo loco concionari ſolebant, ut apud Pomponium in l. ij. §. exactis deinde regibus. ubi ait: Placuit publica autoritate decem conſtitui uiros, per quos peterẽtur leges à grecis ciuitatibus, & ciuitas fundaretur legibus, quas in tabulas eboreas perſcriptas pro Roſtris compoſuerunt, ut poſsint apertius percipi. Vide ſuprà, Pro Roſtris. Spieg.

ROTA, à rotunditate, uel à ruendo dicta. Paul. in l. qui fundum uendebat. §. fin. de Cõtrah. empt. Rota quoq́;, ait, per quam aqua traheretur, nihilominus ædificij eſt quàm ſitula. Sp.

RATIONIS habendæ cauſa, hoc eſt, ut curam haberet, propoſuit prætor. in l. j. ff. de Poſtulan. in prin. Sp.

ROTVNDAE clauſulæ, apud Quintilianum lib viij. intelligendæ, intra quas ſententiæ clauduntur, cum ſequẽtibus non hærentes. autor Budæus: cui & Rotundè, eſt eleganter, & compoſitè, ſiue explicatè. Spieg.

R V

RVBEVS, et rufus, generalia nomina ſunt ad omnia quæ quomodolibet rubent. Vide Gell. lib. ij. Hermolaum in Annot. ad Plin. negat Rubeum eſſe latinam uocem: cum tamen Thyleſio Coſentino teſte, apud autores non malos, ex uuis nigris fieri uinum forte, ex rubeis autem ſuaue legatur. Inſulanus exiſtimat ea uina, quæ medio ferè colore ſunt inter alba & rubea, qualia in ægrotum dięta medici reliquis uinis anteponunt, & quæ à colore ignis non admodum diſſentiunt, rubella dicenda: citatq́; Horatium in Sermon. & Martial. Sp.

RVBOR, pro pudore, qui plerunque mali eſt. Seneca tamen ruborem quoque grauiſsimis uiris offundi, autor eſt, penult. Epiſt. lib. j. Papinian. in l. iij. §. fin. de Vſur. Quòd ſi fortè ideo reliquit, ut his uaſis uteretur, nõ ſine rubore deſiderabuntur. Spieg.

RVBRICA, pro titulo, quòd rubro colore depingi ſoleat. Vlpianus de Interdict. l. ij. §. penul. Recuperandæ poſſeſsionis cauſa interdicta proponuntur ſub Rubrica, Vnde ui. Apud ueteres uerò Rubrica ipſa pro lege ponitur. Perſius, Excepto ſi quid Maſuri rubrica uetauit. Opinatur Alciatus, quia prætor album ſuum literis rubris inſcriberet. Quintilianus: Iureconſulti, inquit, ſe ad album & rubricas tranſtulerunt. Vnde & Iuuenalis: Cauſas age, perlege rubras Maiorum leges. Apparet igitur, rubricam ipſam cauſa demonſtrationis adijci ſolere: unde & index latinè, ἔλεγχος græcè dicitur. Aduertendum, quòd rubricæ ſui natura ad ſubſequentem textum referendæ ſunt, à quo uel reſtringuntur, uel declarantur. l. aſſe. ff. de Hæred. inſtit. Siquidem de particulæ natura, materia ſubſequentis demonſtratiua eſt. l. idem Pompon. ff. de Arbitr. Cæterùm ſi quæ rubricæ diſponere uidentur, id non ex propria natura, ſed ex aliqua extrinſecus accidente ratione fit, ueluti quoties contextus integer non extat. ut in pleriſque Cod. titulis, quibus ſubiecerat leges græcas Iuſtinianus, quæ hodie non reperiuntur. Cum enim ueriſimile ſit, cõcordaſſe rubricam cum textu, probabiliter ex rubrica conijcimus, quid in textu olim fuerit. Verùm rubrica, cuius extat textus, non minus atque ille allegari poteſt. ut rubric. l. j. C. Ne fideiuſſ. dot. licet ex contextu potius agatur, quia ille principalior. Sin autem rubrica clarior, textum ſubſequentem ambiguum declarat.

Sicut enim una pars legis aliam declarat. l. ſed & poſteriores. ff. de Leg. & ex præcedentibus ſubſequentia explicantur. l. ſi ſeruus plurium. §. fin. de Leg. j. ita ex titulo lex ipſa interpretationē poteſt capere: attamē quàm Rubrica ſpecialis, generalitas textus potior habenda eſt, quod uoluit probata Gloſſ. Aut. de Inceſt. nupt. in uerbo, illicitas. Sp.

RVDE ædificium, in l. j. ſub fin. ff. de Impenſ. in reb. dot. fac. iuxta uulgata exemplaria Alber. indicat. Verùm Haloāder legit, ædificium ruens. ſanè clariore ſenſu. Spieg.

RVDERATVS ager, qui ueterum ædificiorum materia ſcatet.

RVDES illi dicuntur per translationem, qui adhuc animū non expediuere diſciplinis & doctrina, rerūq; uſu. Neratius eleganter propriéq; uſus eſt hoc uocabulo bis in Tract. de Vſufr. & quemadmodum ait Scholiaſtes, ſuo more, nouos, pro impolitis intellexit. Notum, quòd quoſcunq; à munere quouis in ociū reſtitutos, uel ob ætatem, uel ob imbecillitatem, rudē accepiſſe, ueteres dixerūt. Sp.

RVDIS maſſa, impolita. §. ſi quis ex aliena. Inſtit. de Rer. diuiſ.

RVDITAS, pro imperitia. Budæus Rudem pro Ruſtico apud Iuuenalem obſeruauit.

RVDVS, quod & raudus, propriè rem aſperam & imperfectam ſignificat. Dicitur autem nouum & uetus rudus, ſed diuerſo ſignificatu. Nouum rudus, materia pauimenti eſt: uti ſaxa de nouo contuſa, ſeu teſtæ confractæ, cum calce, ad pauimentum faciendum. Vide Vitruuium lib. vij. Vetus rudus eſt materia pauimētorum, quæ lapidibus & teſtis cōfractis, calceq; arenæ commiſta conſtat. Vlp. in l. iij. de Seruit. præd. ruſt. Ius eſſe ei, inquit, terram, rudus, ſaxa in fundum tuum iacere, &c. Spieg.

RVERE non uideri, quod aut uento, aut omnino aliqua ui extrinſecus admota caderet, ſed quod ipſum per ſe concideret, Alphenus ait in l. damni infecti quidā. de Damn. infect. Sp.

RVFVLI appellati ſunt tribuni militum, non à populo, ſed à Conſule facti: quòd de eorum iure Rutilius Rufus legem tulerit. Hi poſtea, mutatione unius literæ, Rutuli ſunt appellati. Feſtus.

RVINA, propriè caſum ſignificat alicuius rei quæ concidit. Vnde ruinam minari, apud Iuriſc. in l. j. §. j. de Cloac. Nam & cœlum peſtilens, & ruinas minantur immundiciæ cloacarum. Eſt autem cloaca, non latrina, ut uulgò loquimur, ſed ut ipſe Iuriſc. definit, locus cauus, per quem colluuies quædam clam fluat. Vide ſuprà, Cloaca. Plinius pro morte uſurpat, ubi ait: Prodigium in noſtro æuo, Neronis principis ruina factum. Sp.

RVMOR, modò pro nominis exiſtimatione, modò pro fama, hoc eſt, diſperſo populariq; ſermone ponitur. Vtraq; uox in bonam & malam partem capitur. Specul. oſtendit, rumorem uanum, cui nec obeſſe, nec prodeſſe debere. tit. de Inſtr. edit. Vide & eundem in tit. de Notor. crim. Sanè quantū famæ uel rumori pręſtandum ſit fidei, plurimū in arbitrio iudicis uerſatur. Plerunq; enim, ut Alciatus ait, reperiuntur hi rumuſculi à uero abeſſe. Spieg.

RVNCALIAE, qui locus eſt campeſtris, ad Padum, haud longè à Placentia, teſte Othone Friſing. cap. xj. lib. ij. rerū Aenobarbic. ſit mentio in Vſib. Feud. de Capitul. Conrad. in prin. Alberico eſt eadem, quę hodie Romandiola uocatur: de qua in Ligurinum latius ſcripſimus. Sp.

RVPISSE eum accipiamus, Vlpian. ait. l. ſi ſeruus. ad Leg. Aquil. qui uulnerauerit uel uirgis, aut loris pugnis'ue cæciderit, ſi damnum iniuria datum ſit. in l. Marcellus. de Verb. ſig. indicat. Alber. in uulgatib codicibus Rapuiſſe legi. Alciatus autem monuit, qua ratione hic quidam rupiſſe legant. Haloander noſter (quo nemo hactenus in reſtituendo Textu diligentior fuit) Periſſe repoſuit: quod mihi magis ad Vlpiani ſententiam accedere uidetur, dicētis, uerbo periſſe, & ſciſſum, & fractum contineri, & ui raptum. Rupiſſe autem (ut idem ait in l. ſi ſeruus ſeruum. §. inquit lex. ad Leg. Aquil.) eum utiq; accipiemus, qui uulnerauerit, uel uirgis, uel loris, uel pugnis cæciderit, uel telo, uel quo ſciderit alicui corpus, uel tumorē fecerit: ſed ita demum, ſi damnum iniuria datum eſt. Vide item §. capite tertio Inſtit. ad Leg. Aquil. Rupiſſe item uidetur, qui corrupit. Vlpian. l. prætor. Vi bon. rapt. Alphenus l. qui inſulam. Loc. Qui malas ad certum pondus oneris

locarat,

locarat, cum maiore onere conducere eas rupiſſet. Idem de Iniur. Offerendus eſt ſeruus præſidi, qui eum flagris rumpat. Idem: Si magiſtratus municipalis ſeruum meum loris ruperit. ex Bud. Sp.

RVRSVS, pro denuò: de bina etiam uice intelligendum eſt. l. j. §. ſi cui. ff. Vt leg. nom. caueat. Bart. in l. fideicommiſſa. §. ſi quis decem. de Leg. iij. Sp.

RVS, eſt omnis locus extra urbẽ, ubi agri ſunt & uillæ. Inde Ruſticari. l. j. lib. x. C. Si curial. relict. ciuit. rus habit. Rus non eſſe præferendum ciuitati, obſeruatum eſt. In ciuitatibus enim legibus ex ęquo uiuitur, in agris licentius agitur. Sp.

RVRESTRE, quod eſt ruris, uel eorum proprium, qui ruri degunt. Rureſtre opus. l. milites. C. Locati. Sp.

RVSTICI, ex reipſa petita ſignificatione, teſte D. Oldend. nuncupantur generaliter omnes, qui ſine nobilitatis iure agri culturam exercent, ſiue ſint ſui iuris, ſiue alieni. Idem excutit, cur ruſticum nomẽ ad iniuriã ſæpe proferatur, ut apud Poetam, Ruſticus es Corydon. Quamuis per hoc nihil detrahitur dignitati agriculturę, quam nobiliſſimi Romani exercuerunt, & noſtri quoque nobiles exercent per alios. de quo latius uide, Ruſtici, & Domini. Sublata per bonos principes immani illa ſeruitute iuris gentium, introducta prætextu captiuitatis & quarundam aliarum rationum: ſicut ruſtici non debent hanc tam moderatam ſeruitutem dominis ſuis detrectare, & recordari, quanto ſint fœliciores miſeris illis ſeruis priſci ſeculi: quare & Apoſtolus ſeruum reſtituit domino per epiſtolam: Ita uiciſſim domini non grauabũt eos pręter morem & ius ſcriptum: quoniam & ipſi cogitabunt ſe homines eſſe tandem morituros, quo tempore apud ſummũ iudicem, poteſtatis ſuæ ſint reddituri rationem. Vide Oldẽd. in fin. Actio. ix. Claſſ. iij. Sp.

RVSTICA mancipia, ab urbanis non loco, ſed genere uſus, cognoſcunt. l. quem admodum. de Supell. leg. Cum tamen dubitamus, quid paterfamilias ſenſerit, ex eius conſuetudine deprehendemus. l. ſeruis urbanis. de Leg. iij. Sp.

RVSTICA tribus. Quære, Tribus.

RVSTICARIVS, quod ad ruſticum pertinet.

RVSTICITAS, pro ſimplicitate, ſeu imperitia. l. j. de Interr. act. qualis eſſe ſolet in ruſticis. Vnde Paulus grauiſſimus iuriſconſultus, parcendum cenſuit ruſticitati hominis l. ij. de In ius uoc. Rectè monuit Hegẽdorfinus, friuolum eſſe, quod Paulus Caſtrenſis, & Alexander, enarrantes hanc legem argumentantur, Ruſticitati quidem parcendum, ſed non ruſticis. Quis autem dicatur ruſticus, docet Bartol. in l. conficiuntur. ff. de Iur. codicill.

RVTABVLVM, inſtrumentum ad promendum ignem panis coquendi gratia.

RVTA & cæſa, quid ſint, Vlp. in l. fundi. §. ſi ruta. de Act. empt. docet. Eraſmus in Chiliad. Cum ſignificabimus, inquit, inclementius tolli omnia, neq; quicquam fieri reliqui, uenuſtè dicemus, Ne rutis quidem, ac cæſis receptis. ut iureconſultorum more loquar. Sp.

RVTRVM, quo quid eruitur: à ruendo. Nam ſicut aratum, aratrum: ſic rutum, rutrum facit.

S A

SABBATVM Iudæis ſignificabat totum tempus ſeptem dierum: quod & Hebdomas dicitur. Vnde Hebræi Septimanam numerabant, ueluti primum diem ſabbati, ſecundum, tertium diem ſabbati: ſicut gentes ab elementis, idoliſq;, diem Lunæ, diem Martis, Mercurij, & cæteros dicebãt. Hos dies ſanctificationib. deſtinatos, Ferias in iure dicunt: quo & cautũ eſt, ne ſabbato Iudæi cõueniantur. l. die ſabbato. C. de Iudęis. nec ipſi Chriſtianos, cùm ob æqualitatẽ in iudicijs ſeruandã, tum ꝙ ipſi item nõ ſeruarent ferias ſuas, cõuenire poſſunt. Abſurdum ſanè, q̃d pleriq; doct. tradũt, Iudęos nõ poſſe renunciare huic fauori ceu publico. Nam ille in Iudæis locum nõ habet, qui ſerui ſunt: & quicquid eis permittitur, à ſola humanitate proficiſcitur: unde nihil per hoc uel iuris, uel fauoris publici acquirũt. per bonũ, ut Zaſ. ait, Text. in l. Iudæos. l. fin. §. illud. C. de Iudæis. Vide ipſum in l. nulla iuris ratio. ff. de Leg. Obſeruandum aũt, ꝙ hactenus parum uulgò cognitũ Iudæis, eſſe tria ſabbatorũ genera. Primùm eſt uulgarium ſabbatorũ, quæ ſeptimo quoq; die recurrũt. Secundum eſt magnorum

Feſto-

Feſtorum, ut prima dies Septembris, Feſtum propiciationis, primus dies feſti tabernaculorum, prima dies feſti azymorum. Tertium genus eſt ſabbatum, quod ea feſta, quæ pluribus diebus aguntur, concludit. Cuiuſmodi eſt ſeptima dies azymorum, & octaua dies feſti tabernaculorum. Et hoc genus, Sabbata rectè dicuntur δευτερόπρωτα, id eſt, ſecundoprima, quaſi dicas, prima ſecundariò repetita. Porrò eiuſmodi δευτερόπρωτα, in nullo feſto, præterquã azymorum, & tabernaculorum, obſeruantur. Vnde apparet ſpicas, quas Lucas ait ſabbato ſecundoprimo fuiſſe euulſas, ſeptimo die azymorum fuiſſe decerptas: id'que fortaſſis eo in itinere, quo Chriſtus à Feſto Paſchatis, cuius Ioannes meminit, ex Iudæa in Galilæam redijt. Nam ſecundoprimo feſti tabernaculorum ſabbato, nulla ſpica, nullaqꝫ ſeges, in ullo Iudææ agro reperiri poteſt. Igitur, quod nunc clarè intelligimus apud Lucam capite vj. teſte Eraſmo, quid ſit ſabbatum ſecundoprimum (qui locus hactenus pleroſque magnæ famæ uiros torſit) colligitur, Andreæ Oſiandro, quod negari non poteſt, referimus acceptum. Porrò magno myſterio accipienda ſunt in diuinis tabulis ſcripta hæc uerba, Diem ſabbati ſanctifices. Nam complectuntur uerbi prædicationem, & omnes cerimonias probatas ad cultum & honorem Dei nos perducentes, ut eas diligenter conſeruemus, totum'que ſabbatiſmum non niſi in laude & ſanctificatione diuini nominis tranſigamus, ſepoſitis operibus ciuilibus. Vide Oldend. in Diuin. tab. præcept. iij. Sp.

SABBATARII, qui ſabbatum obſeruant: quod faciunt etiam nunc Iudæi. Paucis ab hinc annis audiuimus, apud Bohemos exortum nouum ſabbatariorum genus, qui tanta ſuperſtitione ſeruant ſabbatum, ut ſi quid eo die inciderit in oculum, nolint eximere: quaſi non ſufficiat eis, pro ſabbato dies dominicus, qui Apoſtolis etiam erat ſacer: aut quaſi Chriſtus nõ ſatis expreſſerit, quantum tribuendum ſit ſabbato. Ex Roterod. Spieg.

SACCARIVS, baiulus qui ſacco defert, trãsfertqꝫ merces, aut quid aliud. Et ſaccaria negotiatio, quæ circa ſaccos uerſatur. Vlpian. Si quid, ait, ex ſacco ſaccarij excidiſſet. Nebriſſ. Budæo tamen ſaccarius eſt, qui ſaccis geſtandis uictitat. citat Paul. in l. qui fundum. §. uenit autem. de Contrah. empt. Sp.

SACCVLARIVS dicitur, qui ſaccis, hoc eſt, loculis quibuſdam, præſtigias quaſdam exercet, ut aliud fiat, aliudqꝫ uideatur fieri. Vlpian. de Extraord. crim. l. Saccularij, inquit, qui uetitas in ſacculis artes exercentes, partem ſubducunt, partem ſubtrahunt. Atqꝫ eum pro fure accipere uidetur, in tit. de Effract. & expil. l. j. ut qui in ſaccum res furto ablatas inijcit. Nebriſſ. Bayſius putat hoc loco notari à Iuriſconſulto, qui mirifica digitorum agilitate, atqꝫ adeò dexteritate quadam, oculos ſpectantium perſtringunt: quos Gauckler dicimus. Et fortaſſe ſũt hi, quos Græci βαλαντιοκλέπτας dicunt.

SACCVS eſt, ait Alciatus, ad maioris ſummæ continendas pecunias mãtica quædam. Paulus de Solut. Quòd dicimus, hæredes debere ſtatim ſoluere, cum aliquo temperamento intelligendum eſt. nec enim cum ſacco adire debet. Quæ Pauli uerba, licet ferè prouerbialiter dicta uideantur, frequentiore calculo accipi de eo, qui petit rem abſque mora ſibi præſtari, & ideo cum ſacco debitorem adeat, tanquam mox recepturus. Alciat. tamen magis placet, ſi ad ipſum hæredẽ referamus. Saccus item, pro numorum loculis accipitur: ſicut & ſacculus. Vlp. de Furt. l. uulgaris. Si quis, inquit, uiginti numorum ſaccum depoſuiſſet, &c. Et paulo pòſt: Si quis ſurripuerit furto duos ſacculos, unum decem, alterum uiginti numorum. Eſt autem & ſaccus Hebræi ſermonis dictio: Latinis quoque cum Græcis communis. quas uoces enim origine Hebræas Latini habẽt, eaſdem & Græcas eſſe, Alc. tradit cap. viij. lib. Parerg. ij. Sp.

SACRVM, ſubſtantiuè, dicitᷣ omne q̃d deorum habetᷣ. Vide Aggenũ ad finẽ Commẽt. in Iul. Fronton. & ſuprà, Sacerdos.

SACRVM pro templo. Paulus: Sunt autem, inquit, ſacrilegi, qui publica ſacra compilarint. At qui priuata ſacra, uel ædiculas incuſtoditas tẽtauerint, amplius quàm fures, minus quàm ſacrilegi merentur. Sp.

SACRVM cubiculum. Vide, A' cubiculo.
SACRAE res ſunt. Vide, Res ſacræ.
SACRA mens, hoc eſt, bene inſtituta, ualens ratione, ſolido iudicio, rectè & ſanè ſtatuens de rebus. Hæc ſola propemodum meretur dici homo. ut eleganter dixit Hiſpanorum doctiſſ. Viues.
SACRARIVM, locus in quo ſacra reponuntur. Vlpianus in l. ſacra. de Rer. diuiſ. Spieg.
SACRAMENTALES. Olim illorum uſus fuit in iudicijs feudalibus. Hi cum litigante iurabant, ſe credere uerum eſſe quod litigans iurauerit: adhibebāturq; uiri numero xij. Quod moribus noſtris receptum non eſt, atq; ab aula etiam receſſit. Zaſ. tit. de Iud. Feud. proceſſu.
SACRA uia, cur id nominis obtinuerit, indicant Varro & Pomp. ſitum eius recitat Bart. Marlian. cap. xxvj. lib. iij. Antiq. Rom. In ea Pomponio teſte, l. ij. de Orig. iur. §. fuit autem in primis Scipioni Naſicæ data publica domus in Sacra uia, quo facilius conſuli poſſet. Sp.
SACRAMENTVM, ueteres appellabāt iuſiurandum, aut religioſam obligationem: opinor, ait Eraſ. quòd hęc arcanis quibuſdā ceremonijs peragerentur. Dicebatur item apud eoſdem & pecunia, quæ in æde ſacra in ſportulam reponebatur: quam, qui uiciſſet, lucrabatur. Inde eſt apud M. Varron. & Cicer. Sacramēto uincere. Et quia inde cœptum eſt, ex huiuſmodi ære iudicibus honoraria perſolui, Sportulæ iudicum inde nomē traxerunt. Item principium litis dicitur, cum fit ſponſio, ni res ita ſit. Vlp. in l. j. de Var. cognit. Dum in iudicio, ait, honor petitur, qui ingreſſu ſacramenti offerri debuit. Spieg.
SARAMENTVM militare, quod milites iurare ſolent. de quo apud Vegetium libro ij. de Re milit. meminit. l. fin. C. de Veteran. lib. xij.
SACRAMENTO rogati, id eſt, iureiurando adacti, & iurati.
SACRILEGIVM, qui ſacra, ſiue de loco ſacro, tollit aliena. de quo Bart. in l. ſacrilegij. ff. ad Leg. Iul. pecul. Sp.
SACRILEGVS, id eſt, ſacra legens, ſeu furans. Fit autem ſacrilegium iure ciuili, cum ſacrum de ſacro tollitur. l. iiij. ff. ad Leg. Iul. de Pecul. cum ſimil. Sp.
SACELLVM, uulgus Capellam uocat. Cenſorum erat curare, ut ſacella non in domo cuiuſquam eſſent. Quod obtinet nunc iure Pont. M. Varro de Sacellis librum edidit, temporis iniuria amiſſum penitus. De eo libro uide diuum Auguſtinum cap. iij. ſexti de Ciuit. Dei. Non approbat A. Gelius omnia quæ de Sacelli nomine à C. Trebatio ij. de Religionibus libro tradita ſunt. Feſt. Pomp. de Veter. uerb. ſignif. lib. xvij. Sacella, inquit, dicuntur loca dijs ſacrata ſine tecto. Hinc conſequens eſt, teſte Camerte noſtro, ut non idem ſit ſacellum & ædicula, quam uulgò Capellā uocitamus, quod non ſit de huius ædiculæ ratione aut forma ſine tecto eſſe. Vide, Capella. Spieg.
SACERDOS, uox latina, ſignificat miniſtrum ſacrorum, hoc eſt, hominem Deo dicatum, conſecratumq; ad faciendum ſacra. Deriuatur enim uox à ſacris. Sacra uerò non ſunt quæ creduntur eſſe ſacra ſacrificia, aræ & templa, ueſtes & uaſa, ſed quæcunq; ueniūt ſub nomine religionis & iuſtitiæ conſiderandæ, ſacræ inprimis leges. Hinc & ſacerdotes iuris appellantur: quòd ſanctiſſima res ſit ciuilis ſapientia. Vide Bud. in l. j. de Iuſt. & iur. Spieg.
SACERDOTIVM, & ſacerdotis dignitatem, & prouentus ſignificat. Nam cōſtat, apud gentiles ſacerdotium quoque dignitatem fuiſſe. l. j. ff. ad Leg. Iul. de Amb. l. non diſtinguemus. in princ. de Arbitr. Curabant etiam ludos, quos in honorem deorū populus faciebat. Vnde Syriarchiæ, Lyciarchiæ, Phœniciarchiæ nomen, à prouincijs quibus præerant. l. j. C. de Nat. lib. j. C. de Off. Com. Oriēt. Hinc & ſacerdotiæ munus, quod patrimoniale fuiſſe traditum eſt. l. ante pen. C. de Muner. patrim. lib. x. Præterea fuerūt apud illos ea ſacerdotia, qualia apud Chriſtianos Beneficia uocantur. Spieg.
SACERDOTIVM non tantum honori perſonarum, ſed & maieſtati Dei indulgetur, cuius ſacris uacare ſacerdotes oportet. autor Paul. l. non diſtinguemus. ff. de Recept. arb. Sp.
SACER locus, qui ritè per Pontifices conſecratus eſt. Gloſſ. l. j. ff. Ne quid in loco ſacro. Inſt. de Rer. diuiſ. §. nullius.
SACROSANCTAE poſſeſſiones, pro intactis,

ctis, et ab omni iniuria tutis, apud Cic. in Catilinã. Ita ſacroſanctæ eccleſiæ in I I. tit. lib. j. Codicis. Quære, Sanctum. Sp.

SACROSANCTVM dicebatur, quod iureiurãdo interpoſito erat inſtitutum, ut ſi quis uiolaſſet, morte pœnas pẽderet, cuius generis ſunt Trib. Pleb. ædilesq́. Inde ſacroſancta poteſtas pro Tribunitia apud Liuium. Cic. pro Balbo negat quicq́ ſacroſanctũ eſſe, niſi quod populus plebs'ue ſanxiſſet. Vide Sext. Põp.

SAEVERA interlocutio, pro aſpera increpatione, apud Paul. in l. iij. de Off. præf. uigil.

SAEVERISSIMAM dicere ſententiam, Vlp. in l. j §. nũquid ergo. de Poſtul. Sp.

SAEVERITATIS, hoc eſt, crudelitatis, uel clementiæ gloria, non eſt affectanda. l. reſpiciendum. ff. de Pœnis. Seueritas, hoc eſt, animaduerſio legis, cõgruentem habet pœnam. C. Si ſeru. aut. lib. ad Decur. aſpirauerit. l. j. lib. x. Sp.

SAEVITIA pro inconceſſa caſtigatione. Paul. ad Leg. Aquil. Præceptoris enim nimia ſæuitia culpæ adſignatur. Quia leuis duntaxat caſtigatio conceſſa eſt docenti, ut tradit Vlp. Sp.

SAEVIRE, crudeliter in aliquem agere. §. ſed hoc tempore. Inſt. de his qui ſunt ſui, uel alien. iur.

σάκωμα, eſt æquipondium, hoc eſt, quod in libra apponĩt ad æquilibriũ faciendum.

SAGARIVS, ſagorum uenditor, ein verkauffer der kleyder/ od Altgwender. iuxta Oldend. Hinc ſagaria negotiatio: ſicut ab argento argentaria. Vlp. de Tribut. act. l. procuratoris. Duas, inquit, negotiationes exercebat puer, ſagariam, et lintearíam. Sp.

SAGVM, non eſt ueſtis tenuis & abraſa, ut ex Hug. Interpres tradit in l. non patimur. C. de Curſ. publ. lib. xij. Sagum enim militare ac bellicũ geſtamen fuiſſe, cùm ex Nonio, tum ex Suetonij uerbis in Auguſto intelligitur: quod tamen inter familiaria adſcribitur ab Vlpian. in l. procuratoris. ff. de Tribut. action. Vide Bayſ. cap. xv. de Re ueſt. Sp.

SAGITTA, à ſagaci ictu, id eſt, ueloci uocata, ut quibuſdã placet. ſiquidẽ ut ocyus mors perueniret ad hominẽ, alitem illã fecimus, pẽnasq́ ferro adiecimus: quod ſcelere humani ingenij ac fraude inuentum arbitrañ Valturius. Cõnumerañ C, inter res quæ export. nõ debent. l. ij. Sp.

SAGMINA. Martian. in l. ſanctum. de Diuiſ. rer. Sunt, inquit, quædã herbæ, quas Legati Pop. Rom. ferre ſolebãt, ne quis eos uiolaret: ſicut Legati Græcorũ ea, quæ uocabantur κηρυκεια, ferunt: Latinè Caducei dicũtur. Bud. & Haloand. De ſagminibus uide Pliniũ, uel ipſum Budæum in Annot. prior. Sp.

SALARIVM, ſtipendiũ, ſeu merces dicitur, quam quis pro ſeruitio meritus eſt. ut in l. ſalarium. ff. Mandati. Apud Papin. in l. diem functo. de Off. adſeſſ. quam reſtituit Alc. legitimus, Salarium pręſtitutũ, id eſt, prius ſtatutũ, præordinatum, pręfinitum. Accurſius, & alij, ad ſalariũ præſtitum malè referunt, ſeſe, ut ait Salomonius, uarijs ſenſibus cruciando. Sp.

SALARIO publico non frui apud Papinian. l. fin. de Off. adſeſſor. Sp.

SALES, pro condimento, apud Paul. de Public. l. Cotem ferro ſubigendo neceſſariam, hoſtibus quoque uenundari, ut ferrum, & frumentum, & ſales, non ſine capitis periculo licet.

SALGAMA appellañ, quæcunq́ conditanea ad uictum noſtrum ex ſale, in uaſis adſeruantur. li. xij. C. tit. eſt de Salgamo hoſpit. non præſtando. Ne quis, inquit Imper. Comitũ, uel Tribunorũ, ſalgami nomine, culcitram, lignum, oleum, à ſuis extorqueat hoſpitibus. Annotauit. Alc. quòd & ſalgami appellatione, uenit oleum, ſal, butyrum, & huiuſmodi eſculenta ad condiendum: atque etiam alia indies neceſſaria, ueluti ligna. Sp.

SALICAM legem, conſtat, Pyrrhus ait, Pharamondum, prius accitis proceribus, nec citra maturum conſilium tuliſſe, ut ab optimis legibus, ſanctiſſima regni auſpicia captaret. Quam uel à Sale, rectaq́ ratione, uel à Salica terra, uel à Salijs ſacerdotibus, id eſt, à generoſis, ſapiẽtibusq́ uiris conditã, uel undecunq́ libet, Salicã ueteres, et nos eorũ legibus aſſcripti, nominamus. B. Rhenanus in epiſtola, quam ſcripſit ad humaniſſimũ uirum Petrum Heldungum, Canonicarium, rationalemq́ illuſtriſſ. Canonicorum primariæ ædis Argentoratenſis, amicum noſtrũ ſingularẽ, inter cætera, Franci ueteres, inquit, à Sala fluuio, quẽ accolebant, ut & nunc faciunt, dicti ſunt Salij. Quidam arbitrantur illos ſe nomi-

nominaſſe Salingos, & fuiſſe nobiliſsimam omnium inter Francos nationem. Franci ſub Clodouæo principe ad Tolbiacum uicum, de Alemannis maiorib. noſtris eiuſmodi uictoriam reportarunt, ut noſtræ prouinciæ omnes libertatem auitã amiſerint. Hoc accidit, cum Theodoricus à Verona (Dyetrich võ Bern) Oſtrogothus, regem Romanorũ ex Germanis primus in Italia ageret. Franci igitur uictores, conſuetudinem Romanorum imitati, & ipſi nobilibus, & ueteranis militibus agros in quibuſdam locis, ubi iſtis habitare libuiſſet, aſsignarũt immunes penitus, & ab omni ſeruitute liberos: ĳq; dicti Salica terra, Salelandt. Sic propria prædia principum libera & immunia, Salicę terrę nomine ſolita ſunt appellari. Hactenus Rhenani uerba recitauimus. Nunc gratiam eorum, qui antiquitatis ſunt ſtudioſi, adſcribam itidem uerbotim, quæ mihi ſuper ea re liberaliter communicauit uir Deo amabilis Paulus Volzius, à ſe olim ex Sigeberto, Othone Friſingenſe, Ioan. Nauclero, Conrado Peutingero, Roberto Gaguino, & Ioan. Tritemio collecta.

ROB. GAGVINVS, EX Lege Salica.

Nulla hæreditatis portio de terra Salica ad mulierem uenito. Terram Salicam Francorum Iureconſulti eam dicunt, quæ ſolius regis eſt: & à lege Allodĳ diſtat, quę ſubditos cõprehendit, quibus datur per hanc legem, rei alicuius liberum dominium, non excluſa principis maieſtate.

LVDOVICVS Schradinus.

DE LEGE SALICA, nota ſubſcripta.

SIGEBERTVS Gemblacenſis, ſub anno Domini CCCCXXII.

Franci uti cœperunt legibus, & legem Salicam dictauerunt per quatuor gentis ſuæ proceres è pluribus electos, & his appellatos nominibus, Viſogaſt, Boſogaſt, Salagaſt/Widigaſt. in uillis Germaniæ, Salechheym/Bodoheym/Windeßheym. Hi quatuor proceres per tres mallos cauſarum origines cõuenientes, ſollicitè tractantes, de ſingulis diſcutiendo, ſicut lex Salica declarat, iudicare decreuerunt.

OTHO FRISINGENS.

Leges quoque Vuiſigaſtaldo & Salagaſto autoribus, ex hinc habere cœperũt Franci. Ab hoc Salagaſto legem, quæ ex eius nomine SALICA uſq; hodie uocatur, inuentam dicunt. Hac nobiliſsimi Francorum, qui Salici dicũtur, adhuc utũtur.

IO. NAVCLERVS.

Franci conſtituto primo rege Pharamundo, leges per ſuos doctores Gaſtaldum & Salagaſtum compoſitas habere cœpêrunt. Ab illo Salagaſto lex SALICA nomen accepit, de qua in lib. Feud. de Fil. na. ex Marga. c. j. & xĳ. q. ĳ. d. in legibus. in Gl. quibus hodie Franci utuntur.

CONRADVS PEVTINGER.

Salicam legem, quę incipit: Moyſes gentis Iudęorum. & ſubiungitur: Theodoricus rex Francorum, &c. à Salatĳs, quos Ammianus Marcellinus Francos nominat, dictam quidam uolunt. Salatios autem à Sala fluuio, qui è mõte Viechtelberg ortum habet.

IO. TRITEM. ABBAS.

Erant autem in eo Francorum cœtu plures in ſua generatione uiri prudentes, è quorum numero potiores quatuor fuerunt ſelecti, quibus rex unà cum proceribus condendarum legum omnimodam tradiderunt poteſtatem, quorum iſta dicebantur ὀνόματι, Salagaſt/Weſogaſt/ (Dianæ Pontifex) Windegaſt/ & Baſogaſt. Quorum primus uillam conſtruxit iuxta Mœni fluuĳ ripas, quã ſuo nomine Salagaſtat (hodie Selgẽſtatt) nuncupauit. Windegaſt uerò in Francia orientali nominis ſui uicũ Windeßheym conſtituit. Igitur hi quatuor conuenientes in unum, per tres mallos cauſarum origines diligenter cõtractarunt, de ſingulis excutiendo ſententiam, uolumen legalium conſtitutionum nouum ediderũt, quod à principaliore quidem autore Salagaſt (qui ſummus Iouis Pontifex erat) nomen legis Saligæ accepit. Cui poſtea rex Clodouæus intelligentię capitula ſuperiecit.

PAVLVS VOLZIVS.

Ex præmiſsis igitur patêre poteſt, LEGEM SALICAM dictam, ſeu SALIGAM, quaſi Francam, id eſt, Liberã. nam Franci Liberi dicti ſunt. Terrã item Salicam, id eſt, liberam. Comitẽ quoq; Salicum, id eſt, liberum, ſeu Francum, quem uulgò Freygraf/ oder Freyherr uocamus. Et à Saliga dictum uideri poteſt, quod

uulgò Selig dicimus. Quid enim eſt Selig ſein, niſi Frey ſein, ab omni miſeria liberum? Similiter à Franco dici uidetur Fron, cum dicimus, Frondyenſt/ Fron alter/ Fron meſß/ Fron kreütz, & cætera. quaſi dicas, Frey dyenſt/ Frey hoff. &c. Porrò Claudianus Salij nomine Francum intelligit: quanquam ſciolus quiſpiam auſus eſt pro Salius ſubſtituere Sueuus, quemadmodum in excuſis codicibus legitur. Rhenanus noſter manuſcripti uoluminis fidē ſecutus, genuinam uocem reſtituit lib. j. Rer. Germanic. ubi: Vna ſanè, inquit, præſtans Francorum natio, Salingas ſua lingua, hoc eſt, Germanica, die Säling, à Sæla fluuio nuncupantur. Ex his ſtudioſus lector, quæ uelit, probet: aut meliora, ſi habeat, proferat. Sp.

SALICA terra. Vide, Salicam legem.

SALICTVM, ſalicetum, locus ubi ſalices conſitæ ſunt. Vlp. de Fun. inſtr. l. quæſitum. Harundineta, inquit, & ſalicta antequam cæſa ſunt. Nebriſſ. Idem ad fin. l. ſi fundi. ff. de Vſufr. Niſi fortè, inquit, ſalicti eius, uel ſyluæ palaris, uel arundineti uſusfructus ſit legatus. Sp.

SALIENTES, à Latinis dicuntur capita fiſtularum, atq; etiam ipſæ tribulorum fiſtularumq; ſcaturigines, quæ & ſiphunculi dicuntur, & ſipunculi, ab aquæ expreſſione, tanquā ex ſiphone ſaliētis. Sp.

SALIGA. Vide, Salicam legem.

SALII. Vide, Salicam legem.

SALINAE, locus ubi fit ſal, apud Caium l. j. quod cuiuſ. uniu. in princ. Plin. autor eſt, Ancum Martium regem ſalis modia ſex millia in congiario populo dediſſe, ſalinasq; primùm inſtituiſſe. Earū autem uectigal, exploſis regibus ſublatum, iterum impoſuit cenſor M. Liuius, ob id ipſum Salinator appellatus. Sp.

SALITOR, qui ſalis tributum colligit. Interpres Ciceronis epiſt. ad Atticum lib. iiij. exponit ſalitores, præfectos, quos Iuriſperiti murilegulos appellant. Germani noſtri Saltzmeyer uocant. Quidam tamen codices habent, non Salitoribus, ſed, Data à littoribus.

SALIX, arbor dicta, quòd ea celeritate creſcat, ut ſalire uideatur. Paul. de Ann. legat. l. Caius Seius. Præſtari autē uolo ex prædijs Potianis, ex prędijs Luctatianis annua arundinis millia trecēta, & ſalices mundæ annua librarū ſingula millia. Sp.

SOLONA, ſiue Salonæ, pluratiuo, ut Cæſari & Seruio dicitur, à Ptolemæo in Dalmatia ponitur. Meminit eius Cæſar lib. iij. Bell. ciuil. nobilis olim Romanorum colonia. Hæc Diocletianū Cæſ. genuit, cuius leges non paucæ extant in C. Iuſtiniani ſparſim inſertæ, ſumma æquitatis ratione latæ. Omnibus ille bonis principibus erat æquādus, ſi à Chriſtianorum ſanguine abſtinuiſſet, q̄s crudeli & exitiali animo perſecutus eſt. Quippe qui præter innumera ſuppliciorum genera, per quæ ſuam in noſtros carnificinā exercuit, in libros etiam & ſcripturas ſæuijt. Patriam & hanc illā Iuſtinianus noſter, iam princeps, Iuſtinianæam primam appellauit. Quod & ex Gloſſ. obſeruare licet. vij. q. j. c. ſcripſit. Vt uehementer peccent (quod ab Haloādro ſingulariter annotatum eſt) qui Iuſtinianum per contumeliam Thracem appellant. in Conſtit. quam ipſe edidit, de Eccleſ. tit. (ut uulgò allegatur) uel potius, de Eccleſiaſt. Canon. & priuil. quę ſacroſanc. reſpic. eccleſias. ut ſignificantius uertit Haloander, Archiepiſcopum Iuſtinianeæ ſuæ ſub ſe habere uoluit Epiſcopos prouinciarum Daciæ mediterraneæ, & Daciæ Ripenſis, item Triballiæ, ac Dardaniæ, & Myſiæ ſuperioris, & Pānonię. Iuſtinianæam ſecundam appellauit Carthaginē Aphricanam, ex quo & Deus hanc reſtituit. Ipſe autor eſt in princ. dictæ Conſtit. Sp.

SALSAMENTVM. Vide Gloſſ. in l. quidam hæredi. ff. de Vin. trit. & ol. leg.

SALTVARIVS, qui uel fructuum cōſeruandorum gratia, uel finiū cuſtodiendorum cauſa paratus eſt, autore Vlp. in l. quęſitū. de Inſtruc. & inſtr. leg. Iuriſconſ. de Leg. tert. l. cum queritur. pro agri cuſtode accepit. Neq; topiarium, inquit, ornādi, ſaltuariū tuēdi fundi magis, quàm colēdi cauſa paratū uideri. Item de Fun. inſtr. l. inſtrumenta. Si uiridaria, inquit, adſint topiarij: ſi fundus ſaltusq; paſtionem habet, greges pecorū, paſtores ſaltuarij. Aliàs ſaltus, locus ubi paſcūtur armenta, feræq; uerſantur. Et ſaltuarius, ſaltus cuſtos. Nebriſſ. Saltum autem, ex C. Aelij ſententia, Sex. Pompeius ait eſſe, ubi ſyluæ & paſtiones ſunt. Sp.

SALTVS ęſtiuus. Marcellus: Qui ſaltum, inquit, æſtiuum legauit, & hoc amplius etiam

etiam eas res, quæ ibi eſſe ſolent, non uidetur de illis pecoribus ſenſiſſe, quæ hyeme in hybernis, aut æſtate in æſtiuis eſſe ſolent, ſed de illis, quę perpetuò ibi ſunt. Spieg.

SALTVOSVS, locus ſaltibus plenus.

SALVA dignitate mea, uerba Proculi, quomodo accipienda ſint, declarat Alc. in l. nepos Proculo. de Verb. ſig. Sp.

SALVA meliori ſententia. l. Claudius. ff. Qui pot. in pig. hab. Sp.

SALVA ratione recti ſermonis. l. Plautius. ff. de Aur. & arg. leg. Sp.

SALVATOR. Quũ ſeruator (ut ait Eraſ.) idẽ ſignificet quod ſaluator, ſeruare idẽ quod ſaluare: quoniam ſeruatũ eſt apud idoneos autores, ſaluator nõ item, docti maluerunt ſeruatorẽ, quàm ſaluatorem. Seruator enim propriè Latinis dicitur, qui in diſcrimine confert ſalutem. Sic olim principibus, qui liberaſſent prouinciam aut patriam ab exitio: erecta ſtatua, aut poſita columna, honorabantur apud Græcos titulo σωτῆρος, apud Latinos ſeruatoris. Inde & ſeruorum uocabulum, quòd in bello ſeruati eſſent, quum iure potuerint occidi. Inuenitur ſeruatoris uocabulum apud orthodoxos ſcriptores, & poetas Chriſtianos uetuſtos. Sp.

SALVIANVM interdictũ datur ad perſequenda pignora. dictum à ſaluãdo, quia ſaluat ius creditorũ & dominorum. Zaſ. Inſtit. de Act. §. item Seruiana. Sp.

SALVO iure meo. uerba ſunt magnæ efficaciæ, ut colligitur ex l. ſi debitor. §. j. Quib. mod. pig. uel hypot. ſol. cum alijs per Albericum citatis. Sp.

SALVO officio quem abſoluere, apud Africanum in l. pen. C. de Confeſſ.

SALVS, incolumitas, remedium. Paulus de Offic. præfec. uigil. l. iij. Nam ſalutem reipub. tueri, nulli magis credidit conuenire, nec alium ſufficere ei rei, quàm Cæſarem. Spieg.

SALVS cõmunis. l. ij. C. de Exact. tribut. lib. x. Spieg.

SALVS agitur, melius quàm, agitur de ſalute.

SALVTEM, & apoſtolicam benedictionem, Cletum Rom. Pontificem primum uſurpaſſe uolũt. Vide Spec. de Reſcript. præſent. Sp.

SALVVM fore qui recipit, **zũ verwaren.** non ſolùm à furto, ſed etiam à damno recipere uidetur, ut ait Caius l. nauta. ff. Naut. caup. Sp.

SANA mens, hoc eſt, benè inſtituta, ualens ratione, ſolita iudicio, rectè & ſanè ſtatuens de rebus. Hæc ſola propemodum, teſte Viuete Hiſpanorũ doctiſsimo, meretur dici homo. Iam habes quid eſt, Sana mente condere teſtamentum. Sp.

SANCIRE propriè eſt, ſi Seruio credimus, ſanctum aliquid, id eſt, conſecratum facere, ſuſo ſanguine hoſtiæ. Vſurpatur autem pro decernere, cõſtituere. Cicero in Legib. Populariter interdum loqui neceſſe eſt, & appellare eam legẽ, quæ ſcripto ſancit quod uult, aut iubendo, aut uetando.

SANCTAE crucis imago elegãter ab Honor. & Theodoſ. pientiſſ. Impp. fidei noſtræ ſignũ dicitur, in l. Iudæis. C. de Iud. Spieg.

SANCTIO, lex cum terrore pœnæ. Vlp. In ſanctionibus, ait, interdum adijcitur, ut qui ibi aliquid commiſerit, capite puniatur. l. ſacra loca. §. propriè dicimus. ff. de Diuiſ. rer. l. ſanctio legum. ff. de Pœnis. Spieg.

SANCTITAS eſt, ut ait Cicero j. de Nat. deor. ſcientia colendorum deorum.

SANCTORVM nomine olim Chriſtiani accipiebantur, ut ex priſcis conſtat ſcriptoribus. Vnde ſanctiſsimi dicti epiſcopi. ut in Cõſtitut. princip. Quem titulum ex antiquitate retinuit Põt. Rom. Quin &, quod ſupergreditur, teſte Inſulanico Hutteno, humanam ſortem, beatiſsimi titulo honeſtatur, de quo ſuprà ſuo loco. Notũ, quòd D. Paulus ſymmyſtas ſuos uocat ſanctos. Iudæi uocabant ſancta omnia, quorum uſus ipſis conceſſus erat. Et quidem erant ſancta, quia erant ordinata uerbo Dei. Econtrà profana & prohibita nominant communia, id eſt, non ſancta, non ſeparata ad uſum populi ſancti, ſed quibus gentes utebantur. Iudæi autem uocabantur populus Dei, & ſanctus, id eſt, ſeparatus à gentibus ad cultum Dei. Sp.

SANCTVM eſt, quod ab iniuria hominũ defenſum atq; munitũ eſt. l. ſanctum. ff. de Rer. diuiſ. Bud. ait: Sanctum dicitur, quod nec ſacrum, nec religioſum eſt. Vnde & ſanctæ leges, quæ pœnę ſanctione corrumpi uetantur. Et ærarium ſanctius ab antiquis dicebatur, quod prorſus in-

Salvus do

tactum erat, ex quo nihil promi licebat, ob annuas neceſsitates. Sanctũ eſt item plerunq;, quod incorruptũ. Et à ſanciendo ſanctũ dicitur: religioſum, à religando mentes, ne malè agant homines: uel à relinquendo, quòd à mortuis relinquatur. Sacrum autem propriè Dei eſt. Profanum, quod dum ſanctũ fuiſſet, poſtea in uſu hominũ factum eſt, hoc eſt, extra fanum & ſanctuarium. Hæc ex Agenio Vrbico retulit Alciatus in cap. iiij. lib. ij. Parerg. indicans ibidem, Chriſtianorum ſacra loca, eccleſias, uel baſilicas dici: paganorum uerò, uel gentilium, templa, fana, delubra. Sp.

SANGVINE contingere. l. uel ſi ſanguine. de Manum. uindicta. Sp.

SANGVIS filij, ſanguis patris eſt. Autor eſt Maximus Iuriſconſ. uel potius Caius, annotante Haloandro in l. iiij. ff. de Inof. teſt. Spieg.

SANGVINOLENTVS, ſanguinis effuſionem appetens, uel ſanguine coinquinatus. l. ij. C. de Patrib. qui fil. diſtrax.

SANVS non eſt, cui lingua abſciſſa eſt. l. ſi cui lingua. ff. de Aedil. edict. Sp.

SAPA, muſtũ ad tertiam partẽ decoctum. Vlpian. de Fun. inſtr. l. quæſitum. Vas, inquit, æneum, in quo ſapa coqueretur, & defrutum fieret, &c. Nebriſſ.

SARCINA, eſt propriè utenſilium ſimul compoſitorũ. Paulus in l. ij. §. j. ad Leg. Rhod. ad merces tranſtulit. Ab hac uoce ſarcinator dicitur, non à ſarciendo. Vide Eraſmum explicantem parœmiam, Sarcinator ſummum centonem. Nebriſſen. ait: Sarcinatores ſunt, qui ex pannis ueſtes conſuunt. Vlpian. de Furt. l. Itaq; fullo, itaq; uel ſarcinator, qui polienda, uel ſarcienda ueſtimenta accipit. Et in alia quoq; l. in fœm. genere: Et ancillarũ, ait, maximè ſi qua ſarcinatrix erit. Sartor quoq; dicitur, qui ueſtes facit, uel reſarcit. Spieg.

SARCOPHAGVS, cum lapis ſit carnem exedens (nam σὰρξ, caro: φάγειν, comedere eſt) tamen plerunq; pro ſepulchro capitur, in quo & cadauera conſumuntur. Modeſt. de Alim. & cib. leg. l. libertis. Ad ſarcophagum, inquit, meum memoriam quotannis celebrẽt. Marcel. de Relig. l. funeris. Si qua, ait, ueſtiaria ſunt, uel ſarcophagi. Nebriſſ.

SARTA tecta, Vide, Tecta ſarta.

SARCVLVS, uel ſarculũ, inſtrumentum, quo ſarta ſarciuntur, id eſt, herbis internaſcentibus purgantur. Vlpian. de Fun. inſtr. l. inſtrumenta. Ligones, inquit, ſarculi, falces putatoriæ, bidentes. Nebriſſ.

SARDIANI Græcis, Latinis ſunt Sardi. Caput Lydiæ quondã fuere Sardes, antè Hydæ dictæ, ad Cayſtrum amnem, haud ita procul Tmolo mõte. Quas, quia Crœſi regio erat, cinctas obſidione, & expugnatas fuiſſe à Cyro, lib. j. ſcripſit Herodotus. Romani & conuentum Sardibus tribuerunt, qui Sardianus dictus eſt Plinio. Magnam uerò urbem, & celebrem fuiſſe, Strabo indicat. Vnde Marcellus rectè appellauit rempub. Sardianorum, in l. antepen. ff. de Ann. leg. Hæ ſunt Sardes, teſte Vadiano noſtro, homine doctiſsimo, quarum eccleſiam inter ſeptem illas Aſiæ præcipuas Ioannes Apocal. ij. cenſuit.

SARDICENSIS ſynodus, non à Sardibus, ſed Sardica Illyrij ciuitate dicta, de qua poſt Epiphanium lib. ij. tomo ij. Vide & Vadianum in Illyria, hiſtor. tripart. lib. iiij. cap. xxj. Theodor. lib. ij. c. iiij. Sp.

SARMENTA. Sarpere antiqui pro purgare ponebant. unde & uirgulæ abſciſſæ, ſarmenta dicuntur. l. ligni appellatione. ff. de Legat. iij. Sp.

SAT, pro ſatis, ante Ciceronis ætatẽ dictũ ſæpius eſſe, quàm Ciceronis ætate, & poſtea ab eruditis obſeruatum eſt. Sp.

SATAGERE, eſt uehementer, ſed fruſtra moliri. Huius uerbi uſum ignorant Canoniſtæ.

SATI fructus. ff. de Vſur. l. qui ſcit. §. j.

SATISACCEPTIO, eſt ſtipulatio, quæ ita obligat promiſſorem, ut adpromiſſores quoq; ab eo accipiantur. l. quinta. §. ſatiſacceptio. de Verb. oblig. Sp.

SATISACCEPTIONEM appellat Põpon. de Verb. oblig. ſtipulationem, quæ ita obligat promiſſorem, ut expromiſſores quoq; ab eo accipiantur, id eſt, qui idem promittant. Sp.

SATISACCIPERE, contrarium habet, Satiſdare. Eſt autẽ ſatiſdare, ſecuritatem per fideiuſſores dare. l. j. ff. Qui ſatiſ. cog. Satisfit autem, qualitercunque id fiat. ff. Quib. mod. pign. uel hypoth. ſol. l. item liberatur. in prin. & ff. de Pig. act. l. ſi in rem. §. ſi ſatisfactũ. Alciato ſatiſdare propriè dicitur is, qui dat fideiuſſores. Satiſfacit,

facit, qui pignore, uel qualibet alia ratione ſecurum, contentum'ue creditorem reddit. Repromittit, qui nuda ſtipulatione ſe obligat. Cauere uerò uariè accipitur. Nam in diſpoſitione prętoria ſatiſdationem requirit, in ciuili ſolā promiſsionem, cum hypotheca bonorum. Cicero Satiſdare genitiuo iunxit, cum in prætura urbana: Qui redemerit, ait, ſatiſdet damni infecti. Sp.

SATISDATIO, inquit Caius, eodē modo appellata eſt, quo ſatisfactio. Nam ut ſatisfacere dicimur ei, cuius deſiderium implemus: ita ſatiſdare dicimur aduerſario noſtro, cum pro eo, quod à nobis petit, ita cauemus, ut eum hoc nomine ſecurum faciamus, datis fideiuſſoribus. l. j. qui ſatiſdare cog. Sp.

SATISDATIO neceſſaria eſt, cum iudice imminente ſecundum qualitatem cauſæ ab inuito exigitur. Hęc ſi nō poſsit à reo ibi præſtari, ubi conuenitur, poteſt audiri, ſi in alia eiuſdem prouinciæ ciuitate præſtare paratus ſit. Sp.

SATISDATIO uoluntaria, quam partes ex conuentione ſibi præſtant, & poſſent euitare. l. interdū. ff. Rem rat. haber. Vnde non in alium locum remittitur. l. ſi. fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. l. de die. §. iubetur. & §. ult. ff. Qui ſatiſdar. cog. Sp.

SATISDATIONE releuare. l. ſi procuratorem. ff. de Procur. Sp.

SATISDATO debere. Pompon. Potius enim eo nomine exoluiſſe uideor, quod ſatiſdato, quàm quod ſatiſdatione debeo. Martianus: Ego puto, ubi id non dixit debitor, in id potius exolutum exiſtimare, quod ſatiſdato debetur.

SATISFACERE, inquit Aſconius, tantum facere, quantum ſatis ſit irato ad uindictam. Eſt item diſſoluere æs alienum. Iuriſconſultis quid ſit, ſuprà dictum eſt. Vide Specul. tit. de Oblig. & ſolut. Lege, Satiſdatio. Sp.

SATISFACTIO, pro purgatione & excuſatione, apud Ciceronem & Cæſarem reperire eſt.

SATIS tibi facio, ſatis tibi fiet: fiet tibi ſatis à me, & ab hoc, & illo: ſatis tibi fiet à me, aut ab hoc, aut illo. Horum uerborū ſenſum aperit Imp. in Nouell. ut cum de Appellat. cognoſcit. §. fin. Sp.

SATISFIERI uoluntati defuncti uidetur, ſi ex fructibus, uel aliunde ſatisfiat. l. is à quo. ff. Vt in poſſeſſ. Legat. Sp.

SATYRA lex. Vide, Lex Satyra. Per Satyram autē, prouerbiali ſermone, quòd ceu Satyra lanx ex uarijs ferculis, nullo ordine collatis, compoſita, confuſè traditum, collectum'ue eſt, accipimus. Sic uſus eſt Iuſtinianus in Præfatione Pandect. Et primo quidem, inquit, anno hoc opus tradebatur legentibus, non ſecundum edicti perpetui ordinationem, ſed paſsim, & quaſi per ſatyram collectam, & utile cum inutilibus permiſtum, maxima autem parte inutilibus deputata. Apparet, teſte Eraſmo, uocem parum deductam à laſciuia Satyrorum, temerè nunc huc, nunc illuc ſalientium. Cætera pete ex Chiliadib. Sp.

SAVCII integris, ut miſeri fortunatis opponuntur.

S C

SCAENA, inumbratio interpretatur. Vlp. in l. ij. de His qui not. infam. Qui in ſcænam, inquit, prodierit, infamis eſt. Et ſubdit: Scæna autē eſt, ut Labeo definit, quę ludorum faciendorū cauſa, quolibet loco, ubi quis conſiſtat, moueatur, ſpectaculum ſui præbitura. Quæ definitio de ſcæna uerſatili loquitur. Inde ludi ſcænici. Nebriſſ. Vide, Proſcænium. Sp.

SCAENICVS, miniſter ſcænæ, qui partes aliquas agit ſcænæ.

SCAEVAE, qui ſiniſtra manu pro dextera utuntur, quos Vlpian. l. qui clauum. de Aedil. edict. ait non eſſe morboſos, aut uitioſos, præterquàm ſi imbecillitate dexteræ ualidius ſiniſtra utuntur: ſed hos non ſcæuas, ſed mancos dici.

SCAEVOLA iuriſperitiſsimus. De hoc L. Craſſus apud Ciceronē lib. de Orat. j. Q. inquit, Scæuola æqualis & collega meus, homo omnium & diſciplina iuris ciuilis eruditiſsimus, & ingenio prudentiaq; acutiſsimus, & oratione maximè limatus atq; ſubtilis, atq; ut ego ſoleo dicere, iuriſperitorum eloquentiſsimus, & eloquentium iuriſperitiſsimus. Sp.

SCABINI, Schöffel. Nihil uetat omnino, quin iudices uulgò ſcabinos, inquit Inſulanus, aut eiuſmodi homines uocemus iuratos: quo nomine etiam ſcimus in pleriſq; orbis terrarum partibus à plebe recenſeri. Profert exemplū è Ciceronis de Inuent. lib. j. Religioſum eſt, quod iurati legib. adiudicauerunt. Extat uoca-

bulum in c.j.§.j.de Immun. Eccl. lib. vj. & c.ij.de Alien.iud.mut.cauſ.fac.Sp.

SCABIOSI, qui ſcabie, hoc eſt, cutis infectione laborãt. de qua lib.v.Celſus: Non dubium eſt, quin Iuriſconſ.l.iij.de Aedil. edict. de his ſenſerit, quibus aſperior eſt ſcabies, pruritq; magis, quæq; difficilius tollitur: & à Græcis ἄγρια, id eſt, fera. Sp.

SCALAM à ſcalis diſtinguunt quidam, ut ſcala ſit, quæ huc atq; illuc transferri poteſt. Caius: Vel ſcalam ſciens accommodauerit ad aſcendendum. Scalæ uerò latiores habeãt gradus, & immobiles permaneant. Sed hanc confundi differentiam, ut prętercam exempla idoneorum autorum.l.ult.ff. de Rer. diuiſ. quæ Pomponij eſt, ſatis oſtendit. Apud Vlp. ſcalę, quæ ad lacunaria admouentur, domus inſtrumenta ſunt. l. quæſitum.§. curiales. de Fund.inſtruct.Sp.

SCALPRVM inter inſtrumenta chirurgica numerat Corn.Celſus: licet eo diuerſi quoq; artifices utantur.

SCAPHA, nauicula eſt unico ligno cauata, à σκάπτω, fodio. Paul.tit. de Fund.inſt. l.fin. Scapha, inquit, nauis, non eſt inſtrumentum nauis. De ſcapha pulchrè ſcribit Bayfius in de Re nauali.Sp.

SCAPHIVM uas eſt, in quod uentris ſordes excipiuntur. Vlp. de Aur. & arg.leg. l.Quintus Mutius. Argento autem legato, non puto uentris cauſa habita ſcaphia contineri, quia argenti numero non habentur.Nebriſſ.

SCANDALVM, uox græca, qua Canonũ conditores uſi ſunt frequenter, offenſionem & offendiculum ſignificat: à ruina dictum, quòd occaſio ſit cadẽdi, ſi quid obſtet eunti. à σκάζω, claudico: quòd claudus inflectens ſe, uideatur tendere ad ruinam. Vide Annotat. Eraſ. in Matthęum. Spieg.

SCANDVLARIVS, faber eſt lignarius, qui ſcandulas facit. Sunt autem ſandulæ ex ligno aſſulatim deſecto. Scandulariorum meminit Iuriſconſ. in l. quibuſdam. de Iur. immun. Scandulis fuiſſe tectam Romam, uſque ad bellum Pyrrhi, annis ccccl xx. Corn. Nepos autor eſt. Sp.

SCATEBRA, ebullitio aquæ ſurgentis.

SCELERATVM, in quo ſcelus eſt conſtitutum, uel commiſſum. Leo Imp. in eleganti l.unica. de Theſaur. C.lib.x. Dummodo, inquit, ſine ſceleratis ac puniẽdis ſacrificijs, aut alia qualibet arte legibus odioſa theſaurũ quærere, & inuento uti tribuimus facultatẽ. Sceleroſus propriè dicitur, ut ait Donatus, autor ſceleris.

SCELESTVS cõtractus, quo ſcelus committitur. Exempla profert Gloſſ. in l. qui contractibus. C. de Iur. fiſc. lib.x.Sp.

SCELVS, eſt contra ius improbè admiſſum facinus.

SCEPTRVM, uirga eſt, qua reges maieſtatis gratia utũtur. In Aut. ut om. obed. iudic. prouinc.§.j.Sp.

SCHEDA folium chartę, ſiue papyri nondum compactæ & ligatæ.

SCHEDIA, id eſt, ratis, **ein Floß**. Vlp. in l. j. de Exercit. act. ut in dictione Ratem ſuprà indicauimus, uocis eius meminit: tametſi uulgati codices, etiam recentioris editionis, pro ea ſynedriam retineãt, refragante Nor.tex. Budęus interpretatur ſchediam, nauigium temerè factum, & inconditum: ut trabes connexæ, & ſine fabrica cõpactæ, quæ nauigij uicem præbent. Ponitur & pro ponte, & pro loco fluminis quoquo modo iuncto, Suida autore. Feſtus: Shedia, inquit, genus nauigij inconditum, id eſt, tabulis tantùm inter ſe nexis factum. unde mala poemata, ſchedia appellantur. Schedion dicitur à Græcis extemporaneum, id eſt, quicquid inelaboratum, quicquid temerè factum eſt, nec ſatis confectum. uide Bud. in Annotat. priorib.Sp.

SCHEMA, uox, quæ ſubinde obuia eſt in Aut. latinè forma dicitur, figura, ſiue cultur, ornatus'ue. Iuſtinianus Nouell. de Sãctiſ. epiſ. per ſchema innuit, ſi Cochlęo credimus, ordinem, habitum, gradum, & omne id, quod ad monachatum pertinet, & (ut uocant) profeſsionẽ. Inde uerbum ἀποσχηματίζειν, quod uulgus degradare dicit, quando aliquis ex ordine eximitur, id quod maleficis facticiam religionem profeſsis, & per epiſcopos fieri ſolet, ut memorabili exemplo noſtra memoria apud Bernates.Sp.

SCHEMATA cognationum, non Stemmata legendum eſſe, apud Paulum in l. pen. de Gradib. Alciatus oſtendit cap. xxx. ſecundi Parerg. uocem utramq; inibi explicans.Sp.

SCHISMATICVS, græcè dicitur à σχίζω, quod latinè ſignificat ſcindo: et inde ſchiſma, ſciſsio, uel ſciſſura uocatur. Et ita appellatur

pellatur ſchiſmaticus, qui fidei, fideliũ ue ſcindit unitatem, ac ſeparat. Qualis fuit Nouatus presbyter, qui Romæ contra S. Cornelium Rom. Epiſcop. propriam ſibi concilians eccleſiam docuit: lapſis fortè poſt acceptum baptiſma, uel ob intolerabilia tormenta perſecutorum ad horam negantibus, deinceps nullam unquam uel dandam, uel ſperandam ueniam. Ideoq; ſe, ſuosq;, teſte Euſebio Eccleſiaſt. hiſtor. lib. vj. cap. xxxiij. græco, ſed ſuperbo nomine καθαρούς uocabat, hoc eſt, puros & ſanctos: quales hodieq; retinctores aliquot ſeſe iactant meri Nouatiani. Quia uerò Nouatus eccleſiã diſcidit, & opinionem dogmatis alieniſſimi tenuit, quæ non modò contra fidem, ſed etiam Deo & hominibus ſit abominabilis, idcirco uenit, quòd in hũc diem omnes, ſeu hæretici, ſeu ſchiſmatici, uno nomine Germanis uocentur καθαροί. quod tamen longa die primùm Käther, poſtea Ketzer pronunciarunt. Quo nomine uocant etiam eos, qui cõtra naturam Venere abutuntur, ceu praua opinione affectos, & à communi hominum uſu diſciſſos. Cuius uocis deriuationem Volzius è quadam epiſtola Gebeni Prioris Eberbachenſis ad filias S. Hildegardis apud Bingium annotauit. Sed quid, inquit ille, ſignificatur per puteum abyſsi? Profectò hęretici omnibus hæreticis, qui ab initio Chriſtiani fuerunt, execrabiliores & immundiores. Iſti ſunt, quos noſtra Germania Katharos appellat, Flandria Piſtes, Gallia Teſſant, ab uſu texendi. In textrinis enim, & cellarijs, & in latibuloſis locis cohabitant: & quæ fiunt ab eis in occulto, turpe eſt etiam dicere. Sp.

SCHOLAE dicuntur loca, in quibus ad bellica opera tyrones exercentur. De tribunis ſcholarum ſit mentio C. lib. duodecimo.

SCHOLARIS, continuis literarum ſtudijs, hoc uenerando nomine, teſte Oldendorp. dignum ſeſe demonſtrans, gaudet iure ſingulari: quod Fridericus Imperator eius nominis primus, in gratiam ſtudioſorum promulgauit, celebri conſtitutione habita. C. Ne fil. pro pat. Non autem gaudent eo pſeudo illi ſcholares, & uagabundi, quorum in academijs ferè omnibus (ut idem nimis uerè dicit) bona pars eſt, quib. literæ in patinis, quàm in paginis plus ſapiũt. Quanquam eiuſmodi inſignia quoq; nomina, ſed uana, ad patriam reportant: quod, ut Viues rectè monuit, nec unquam ijs ducentis annis reiectis numeratur, qui uerſatus præterito tẽpore in ſcholis, certam illam pecuniam depẽderit, quacunq; ætate, conditione, ingenio, peritia, moribus: contra mentem Gloſſ. in l. j. C. de Tyron. lib. xij. & l. nec cui. ſuper uerb. locanda. C. Locati. Prædictum autem priuilegium ſola ſtudendi frequentia, non autẽ, quòd ſis in albo & matricula ſtudentium deſcriptus, meretur: quemadmodũ de notarijs & apparitoribus in ſimili dicitur, in l. ſcriniarios. C. de Teſtam. milit. & ibi per Bartol. Obſeruandum autem, eiuſmodi priuilegium, cuius capita tria pulchrè proſequitur Oldendorp. non niſi ſcholis ſummorum principum autoritate conſtitutis, longaq; conſuetudine receptis competere, ut ſentit Bartolus in §. hæc autem tria. in Procem. Pand.

SCHOLARES militãtes ſunt in ſacro Palatio. Nam & ſcholæ militum ſunt, Vegetio, Seuero Sulpitio, in uita Martini, & cæteris: ſicut ſchola literarum, à græco σχολή, id eſt, ab ocio. Alciatus in tit. C. de Priuil. ſchol. lib. xij.

SCHOLASTER, uel ſcholiarchus rectè dicitur, qui in collegijs ſacerdotũ Scholaſticus barbarè uocatur. Vide Eraſ. in de Pronunciatione: quo loco commemorat, quanta olim ſollicitudine tum publicæ, tum priuatæ ſcholæ inſtitutæ ſint.

SCIENS eſt, Donatus interpres Terentij inquit, qui alicuius indicio rem cognoſcit. Vide l. ait prætor. ff. Quæ in fraud. credit.

SCIENTIA, eſt alicuius rei cognitio. l. j. §. ſcientiam. ff. de Tribut. action. Hinc autem, quod obſeruandum eſt, ſcientiam, uel permiſſum domini accipimus, non qui habet uoluntatem, ſed patientiam. Non enim debet, Oldend. teſte, dominus uelle, ſed non uelle. Si igitur ſcierit, & non proteſtatur, nec contradicit, tenebitur actione tributaria. Sp.

SCIENTIA domini in omnibus noxalibus actionibus ſic accipienda eſt: Si cum prohibere poſſet, non prohibuit. Aliud eſt enim, autorem eſſe ſeruo delinquenti, aliud pati delinquere, teſte Vlp. l. iij. ff. de Noxalib. action. cum l. ſeq. Sp.

SCIENTIA iuris eſt, non ignorare, quicquid legibus ſcriptũ, moribus receptum, prudentum'ue autoritate digeſtum eſt, ait Salom. in tit. de Iuſtic. & iur. Sp.

SCIOLVM non debet ſe quis fingere. ff. de Minor. l. fin. in Gloſ. & de Adult. l. miles. §. quidam. Alberic.

SCIRE, eſt rem per cauſas cognoſcere, naturæ axioma eſt. Vnde rectè colligit Oldendor. eum neſcire actiones, qui cauſas earum ignorat. Qui autem neſcit actionem, non intelligit ius, quod perſequi uult in iudicio. Sp.

SCIRE quis præſumitur illud, quod tenetur inquirere. arg. l. regula. ff. de Reg. iur.

SCIRE, iuris: poſſe, facti eſt. l. pen. ff. de Iuris & fact. ign. Item paria cenſentur, uel quòd quis ſciat, uel quòd ſcire debeat. Baldi eſt doctrina, quem uide in Aut. ad hæc. C. de Vſur. Sicut & idem iudicatur, quòd quis aliquam rem habeat, uel habere debeat. l. pen. §. cum ita. Vbi Bart. de Aur. & arg. leg. Albericus allegat l. pen. ff. ad Maced. cum multis alijs ſimil. Spieg.

SCIRE dicimur, quod ab alijs audimus. l. ſi arbiter. ff. de Probat. Sp.

SCISCERE & iubere quid differant, ex oratione Ciceronis pro L. Flacco colligi poteſt. Sciſcere autem, & iubere, ſunt ſuffragio aliquid probare aut improbare. Sed ſciſcit plebs (unde appellata ſunt plebiſcita) populus uerò iubet: quamuis etiam plebs iubere dicat. Cicero pro Cornelio Balbo: Si tum ſit fundus, cum ſcita & iuſſa noſtra, ſua ſententia comprobat. Sciſcere legem, id eſt, ferre de lege ſuffragium. Vide Bud. Hoc uerbum, quod eſt legis xij. Tab. citat Paul. in l. qui res ſuas. in fin. de Solut. Quo loco Accurſius, nimirum uerbi ignorans ſignificatum, pro ſciſcit, ſeparatim legit, ſi ſcit. Ex Alciato, in l. tigni. de Verbor. ſig. Vide, Plebiſcitum. Spieg.

SCITVM, ſciti, quod iuſſum, decretũ, ſancitum eſt: à ſciſcendo.

SCOPARIVS miniſter, cuius miniſteriũ eſt, ut deuerrat pauimenta ſordentia. Vlpianus de Fund. inſt. Si uilla cultior ſit, accedere inſtrumento fundi atrienſes & ſcoparios. Spieg.

SCOPVS cauſæ in iure ciuili, eſt initium, quod cauſa ſequẽtium fuerit, uelut principalis pars negotij. Nam cuiuſq; rei potiſsima pars principiũ eſt. l. j. ff. de Orig. iur. Spieg.

SCORPIVS. Scorpium ſeruum meum Semproniæ concubinæ meæ ſeruire uolo. non uidetur proprietas ſerui legata, ſed uſusfructus. autor Papinianus. ff. de Vſu & uſufr. Sp.

SCORTEVM dicitur omne id, quod ex pellibus factum eſt. Feſtus.

SCRIBA. Vide Rubric. C. de Tabul. Apud Romanos ſcribarũ ordo honeſtus erat. nam hominum erat ſanctiſſimorum & innocentiſsimorum, quorum fidei leges & tabulæ publicæ committebantur, ut eſt apud Ciceron. actione in C. Verrem v. Imperatores ſuperatis hoſtibus, optimè republica geſta, ſcribas ſuos annulis aureis in concione ſæpe donarunt. Spieg.

SCRIBERE hæredem, pro ſtatuere, facere.

SCRIBERE ſua manu, non autem propria manu. Id enim negant apud bonos autores reperiri. Propriè autem eorum eſt, qui aliquod condunt opus. Sic ſcribere leges, pro condere, interdum accipimus. Scribere etiam, ſiue ſubſcribere, ſignificat accuſare & denunciare. Paulus l. iij. de Accuſat. ubi præbet ordinem libellorum inſcribendorum: Subſcribere, inquit, debebit is qui dat libellos, ſe profeſſum eſſe: uel alius pro eo, ſi literas neſciat. Vlpian. ibid. l. Si cui crimen obijciatur, præcedere debet in crimine ſubſcriptio. Et de Furt. l. ult. Et eum qui agit, in crimine ſubſcribere. Idem de Priuat. delict. l. fin. Si extra ordinẽ eius rei pœnam exercere uelit, tunc ſubſcribere crimen oportebit. Seneca lib. ij. de Beneficijs, manifeſtè ſubſcriptionem pro accuſatione poſuit, teſte Catanæo. Apud Horat. inuenies ſcribere, pro mutuò accipere: & reſcribere, pro reſtituere. nam qui mutuò accipiunt, chirographum ſolent creditori ſcribere: qui recipiunt creditam pecuniam, ſubſcribere. Sueton. pro ſubnotare uſus eſt. Marcell. in l. non aliter. de Adoption. pro conſentire. In quem ſenſum frequenter & Vlpianus uſurpat. Columel. pro fauere, lib. j. Quòd ſi uoto, inquit, fortuna ſubſcribit, agrum habebimus ſalubri cœlo. Sp.

SCRIPTOR legum, pro legumlatore, apud Ciceronem.

SCRIPTORVM nomine accipimus ſcripturas, quarum editiones requiri ſolent. Tria ſunt autem genera. Primum, in quibus continetur formula actionis, quam quis intendit aduerſus alium in iudicio: & ideo appellantur libelli iudiciales, de quibus loquitur Vlpian. in l. j. in prin. de Eden. Huc pertinent acta iudiciorum, hoc eſt, ſcripturæ continentes ea, quæ apud iudicem de cauſa cognoſcentem aguntur. l. is apud quem. C. eod. tit. Secundum genus ſcriptorũ eſt, quæ in hoc parantur publica fide, uel priuata ſubſcriptione, ſeu conſignatione, ut res geſtæ per ea facilius conſtent ac probentur: ut ſunt inſtrumenta tabellionum, chirographa, literæ ſigillatæ, de quibus tractatur in d. l. j. §. editiones. Tertium genus ſcriptorum complectitur rationem negociationis inter duos plures'ue. & hoc genus directò pertinet ad actionem edicti de edendo, de quo uide Oldend. in action. viij. Claſſ. j. Iuxta eundem addi poteſt quartum ſcripti genus, in quo ultimę uoluntates continentur: ut teſtamentum, codicillus. Sp.

SCRIPTVM ius. Vetus eſt diſputatio, utrum magis expediat, regi ciuitates arbitrijs gubernatorum, an ſcripto iure. Conſenſus prudentũ teſtatur, melius eſſe, uti ſcripto iure. Atq; ita pronunciat Ariſtoles. ſic enim ait: Qui legem uult dominari, uult præeſſe Deũ & leges: qui autem hominis arbitrio uult regi ciuitatem, ſæuiſsimam beluam addit. Nam cupiditates & ira gubernatores deprauant, etiam ſi fuerint optimi uiri: quare lex eſt mens ſine cupiditate. Sp.

SCRIPTVRARIVS ager. Vide Sextũ Pompeium.

SCRVPVLOSA inquiſitio, dubia, anxia. l. ſi ſeruus uetitus. de Leg. j.

SCRVPVLOSVM dicitur, quod difficile eſt cognitu. Vlpian. de Iniuſt. teſtam. l. poſthumus. Licet iuris ſcrupuloſitate, nimiaq; ſubtilitate teſtamẽtum ruptum uideatur. Nebriſſ.

SCRVPVLI, ſunt minuti lapilli, qui inter ambulandum inſiliunt in calceos hominibus, ac pedem torquent. Inde inijcere ſcrupulum dicitur, qui ſollicitudinẽ inijcit animo cuiuſpiam. Et ſcrupulum eximit, qui ſollicitudinem eximit. Imp. Alexand. in l. cum proponas. C. de Interdic. matrim. Vt autẽ, inqt, omnis ſcrupulus auferatur, inſiſtere pater tuus debet. Sp.

SCRVPVLVS. Lege, Ponderum ratio.

SCRVTA. Hoc uerbo Cælius putat ueteramenta omniuaria ſignificari, quæ cum uſu iam detrita ſint, precio item deminuta cenſentur. Qui hęc uenalia habent, ab antiquis ſcrutatores ſunt appellati, uiliſsimi proxenetæ. Sp.

SCRVTARI, hoc eſt, inquirere alieni regni ſecreta, non conuenit. l. ueteratores. C. de Cõmerc. & mercat. in l. diuus Pius. ff. de Fugit. §. ſed &. Diuus Marcus, inquit Vlpianus, oratione quam in ſenatu recitauit, facultatem dedit ingrediendi tam Cæſaris, quàm ſenatorum, & paganorum prædia, uolentibus fugitiuos inquirere, ſcrutariq; cubilia atq; ueſtigia occultantium. Sp.

SCVLPERE, cædendo imaginẽ aliquam effingere. C. Nem. lic. ſig. ſalu. Chr. Marmore ſculpendo primi omniũ inclaruerunt Dipœnus et Scyllis, geniti in Creta inſula. autor Plinius cap. iiij. lib. xxxvj. in princ. Sp.

SCVRRILITAS, uitium urbanitati oppoſitum. Spieg.

S E

SEBASTA, ciuitas, cuius meminit Strabo lib. xvj. quo loco Iudææ extrema occidentalia deſcribit, Auguſti nomini dedicata. Sebaſton latinè auguſtum & uenerabile ſignificat. Extat & in reſponſis legatorum apud Scæuolã, de Ann. legat. mentio Sebaſtenorum. Sp.

SECESSVS, pro loco à turba & tumultu ſeparato. Vlp. de Arbit. in l. quid tamen al. ſi cum dies. §. ſi arbiter. uerſ. Quod puto uerum eſſe, ſi eius ſit autoritatis arbiter, uel in ſeceſsibus ſoleat agere. Inſulanus: Seceſſum, inquit, & seceſsionem, tametſi non nego ſæpenumero confundi, tamen germana horum uerborum ſignificatiò eſt diuerſa. Seceſſus quidẽ locum ſignificat, ad quem laxandi animi gratia declinamus, aut ipſam talem declinationem. Seceſsio autem intelligitur fieri ob ſerias aliquas cauſas tractandas: & ita ferè in malam partẽ accipitur. Budæus ſuceſsionẽ item uerbũ criminoſum eſſe dicit. Id enim eſt in bello ſeceſsio, quod defectionẽ uocamus. Porrò duas plebis ſeceſsiones fuiſſe, docet hiſtoria. Põp. attigit in l. poſterior. de Orig. iur. in §. exactis

deinde

deinde regibus. item §. & cum placuiſſet. Priorẽ §. Accurſius hiſtoriæ ignarus non eſt aſſecutus. Poſt Zaſium & Antonium Garronem, uide Oldend. in Reſtauratione politiæ, qui adfert lucem Pomponio. Spieg.

SECESSVS cauſa habere, & ueſtem propter ſeceſſum ibi depoſitam. Vide Vlp. in l. quæſitum. ff. de Fund. inſt. Sp.

SECRETA nobis communicata, diuulganda nõ ſunt. Vlpianus: Ego arbitror, inquit, & iniuriarum agi poſſe, ſi hoc animo recitatum eſt teſtamentum quibuſdam præſentibus, ut iudicia ſecreta eius, qui teſtatus eſt, diuulgarentur. l. iij. §. ſi quis tabulas. Depoſiti. Simpliciter etiam ſecreta dicimus. Sp.

SECRETARIVM, nõ uno in loco Cod. Theodoſ. pro aula, in qua iudices conueniunt, & ius redditur, ferè eo ſenſu quo auditorium. ut cum Paulus ait, Lecta eſt in auditorio Aemilij Papiniani præf. pret. cautio huiuſmodi. Intelligitur enim de auditorio cauſarum, non de ſcholis, ut uulgò creditur. quod antè admonuit Alciatus. Sp.

SECRETVM, pro ſigillo minuto, à barbaris in cancellariam principũ irrepſit. Hęc uox ſubſtantiuè poſita, idoneis eſt autoribus res ſecreta, id eſt, nulli communicanda, apudq; nos tacitè ſeruanda. Secretarium ueteres uſurpaſſe, nõ tantùm pro loco rerum ſecretarum, ſuprà indicatum eſt. Cancellaria nunc fortè dici poteſt. In eccleſiaſticarum ſynodorum monumentis ferè legimus, In ſecretario diualis palatij. Sed etiam pro eo, qui apud principes Rom. epiſtolarum magiſter propriè dicitur. Spieg.

SECRETÒ fieri, etiam intelligitur, quod interuenientibus amicis confit. l. pen. in prin. C. qui pot. in pig. hab. Alb.

SECRETA loca, per quæ commeari uulgò nõ ſolet. apud Vlpian. l. j. de His qui deiec. Spieg.

SECRETVM petere, quęrere eſt mecum ſecretò colloqui.

SECTA, pro diſciplina, formula, ſeu ratione, apud Imp. in l. fin. ad finẽ. C. de Pact. Secta autem propriè dicitur uia è multis una. Sic teſte Eraſ. uſus eſt Columella libro ſecundo. Sp.

SECTORES, erant emptores bonorum proſcriptorum: & eiuſmodi appellatio erat infamis, quòd turpe uidebatur, ſectari bona miſerorum & innocentium ciuium. Vide Aſcon.

SECVLVM, pro tempore, ut apud alios ſæpe uſurpatur, in l. iniquum. C. Qui accuſ. non poſſ. Sp.

SECVM poteſtatem agendi facere. Lege, Venire ad iudicium.

SECVNDVM bonos mores fit, quod rectè, atq; ordine, & more maiorum fit, teſte Budæo in Annot. poſter. Sp.

SECVNDVM pręſentem pronunciare. l. Papinianus. §. meminiſſe. uerſ. Cęterùm. ff. de Inoffic. teſtam.

SECVNDAE, arum, tantùm pluraliter, membrana illa, qua partus obuolutus utero prodit: quæ & ſecundina uocatur. Dictæ ſecundæ, quòd naſcentem infantem ſequantur. Occurrit frequens apud Plinium. Sp.

SECVNDARVM nuptiarũ nomine ueniunt & tertię, atq; ulteriores, ſecundum Azon. in ſumma. C. de Secund. nupt. Attingit ibi & Bart. Sp.

SECVNDARIVS. Lege, Primicerius.

SECVNDVM, pro Pro: ut ſecundum te litem do, id eſt, pro te. Vlpian. Et poſt edictum, ſecundum pręſentem iudicabitur. Cicero pro A. Cecinna: Iam recuperatores, nulla dubitatio eſt, ſiue rem, ſiue uerba ſpectare uultis, quin ſecundum nos iudicetis.

SECVNDVM ſtylũ, quod uulgò dicunt, Ciceroni ex formula eſt.

SECVNDVS, quamuis ſequitur primũ, & tam numerum, quàm ordinem denotat, id tamen apud noſtros perpetuum non eſt, ut patet per l. j. §. ij. ff. de Grad. l. ſi primo. §. pen. Qui pot. in pign. hab. Sic nec primus aliquãdo dicitur reſpectu ſecundi. extra de Verb. ſig. c. Ioſeph. & uide C. de Sec. nupt. Alberic.

SECVNDVS heres dicit͂, ut ait Boethius lib. Comment. in Topic. Ciceron. ij. qui hæredi inſtituto ſubſtituitur. ueluti ſi quis filium inſtituat hæredem, ſcribatq;: Si is filius intra pubertatẽ deceſſerit, nepotem, uel quemlibet alium hæredẽ eſſe oportere. Vide l. precib. C. de Impub. & al. ſubſtit. Sp.

SECVRVS, eſt diſſolutus, & ſine ulla cura, quem ſupinũ Iuriſcoſſ. uocare ſolent, hoc eſt, ſocordem & deſidem. Bud. in l. plurimum. de Iur. & facti ignor. Sp.

SECV-

SECVRITAS, pro ſaluo conductu, uocabulum eſt non latinum, quo tamen interpretes utuntur, ex uernacula locutione ſumptũ. Vide Bart. in appar. l. j. ad Leg. Iul. maieſt. Sp.

SECVRVM teſtamentum, firmum, & de quo nihil eſt dubitandum. Securè teſtari, in l. Papinianus. ff. de Inoffic. teſtam. Spieg.

SECVS, aduerbium, aliter ſignificat, præſertim quãdo particulę negatiuæ ſequũtur. l. ij. C. de Temp. appell. Sp.

SED, particula, interdum ponitur adiunctiuè. ut in l. qui ſe debere. ff. de Cond. cauſ. dat. cauſ. non ſecut. in uerſic. quoniam. in l. ij. in princ. uerſ. ſed Seruius quidem. & ibi Gloſſ. ff. ad Leg. Rhod. de iactu. Eſt & frequenter particula aduerſatiua. Vide Alb.

SED & ſi. Vide Bart. in l. ſed & ſi. ff. de Petit. hæred. in l. patris. de Vulg. & pupil. ſubſtit. & in l. pupilli. de Negoc. geſt.

SEDERE, pro placere. Vlpian. in fin. l. ſi fideiuſſor. ff. Qui ſatiſdar. cog. Si hoc, ait, iudici ſederit.

SEDITIO, eſt quietis publicæ perturbatio. l. j. C. de Seditioſ. Modeſt. in l. conſtitutiones. de Appel. & relat. ait, damnatos ſtatim puniri publicè intereſt. ut ſunt inſignes latrones, uel ſeditionum concitatores, uel duces factionum. Bart in l. capitalium. §. famoſos. ff. de Furt. qui ſeditioſi dicantur, oſtẽdit. Cicero lib. de Repub. vj. ſcribit, ſeditionem dictam eſſe à diſſenſione omniũ, quòd ſeorſum eunt alij in aliud. Sp.

SEDVLARIVM, pro lectica, ſeu ſella Iuriſc. accipit. de Supell. leg. l. inſtrumenti. cum dicit, Rhedæ & ſedularia. Nebr.

SEGES, propriè fruges eorum ſeminum, ex quibus conficitur panis, nondum demeſſa, ut ait Valla. Hanc corrumpi & ramis & herbis, Iuriſconſ. eſt autor, in l. ex conducto. §. ſi uis tempeſtatis. Locati.

SEGNICIA, tarditas ac negligentia ad agendum, inquit Donatus. Gloſſ. in l. ſi nulla. ff. de Pig. act. ſentit, ſegniciem, ſiue negligentiam eſſe in omittendo, culpam, in faciendo. Sp.

SELIQVASTRA, genus eſt ſedilium antiqui generis, ait Feſtus, d litera in l conuerſa. Paul. de Supell. leg. Inſtrumenti ſignificatione rhedæ & ſeliquaſtra in ſupellectili adnumerari ſolent.

SELLA, à ſedendo, quaſi ſeda dicitur, quã magiſtratus olim Romani, ædiles & prętores per urbem geſtabantur ſedentes. unde geſtatoria ſella nuncupabatur. Paulus de Seruit. ruſtic. præd. Qui ſella, inquit, aut lectica uehitur, ire, non agere dicitur. Vbi monente Oldend. ſellæ aut lecticæ ſignificationem Accurſius non eſt adſecutus. quod & à Nebriſſ. notatum eſt. Vide, Lectica. Sp.

SEMISSARIVS cohæres, apud Florentinum in l. legatum. de Legat. j.

SELLVLARII, dicti operarij, qui in opere faciendo ſedent. Hinc ars ſellularia appellata, quam ſedentariam appellat, teſte Syluio, Ariſtotelis interpres in lib. Moralium magnorum ſecundo. Sp.

SEMEL, de uno intelligendũ. nam quod ſemel fit, nullam recipit diuiſionem. l. ſi ita fuerit. ff. de Manumiſſ. teſtam. Sp.

SEMINARIVM, locus eſt ſubactus, in quo ſemina, aut uitium, aut arborũ panguntur: ut cum ad certam quantitatem excreuerint, in uinetũ, uel arbuſtum, uel pomarium transferantur. Quo tempore quæ prius ſemina dicebantur, uiuiradices uocantur, id eſt, plantulæ, cum ſua radice translatæ in aliud ſolum. Et ſemina, non grana, ſed ſurculi ſunt depacti, qui cum radices egerunt, in uinetum transferuntur. Bud. in l. item ſi fundi. §. ſeminarios. de Vſufruct. Sp.

SEMIPLENA probatio. Lege, Probatio ſemiplena.

SEMIS, ſemiſsis, pro ſolidi, hoc eſt aſsis dimidio. ut ſi quis ex ſemiſſe relictus ſit hæres, intelligendum eſt, dimidium hæreditatis illi debere cedere. Hac uoce rarò extra compoſitionem utimur, in qua dimidium ſignificat eius cui adiungitur. Labeo tit. de Vulg. ſubſtit. l. ſi pater. Vnus, inquit, ſemis apud te maneat. Et ibidem l. & ſi. Per bonorum poſſeſsionem ſemis ei ſit ablatus. Vide, Sextans. Sp.

SEMITA, diuerſa à plauſtrorũ uia, quam regiam uocant. l. ſi ex plagis. §. tabernarius. ff. ad Leg. Aquil. Sp.

SEMPER, omne tempus, omnem caſum reſpicit. l. ſemper. de Iur. immun. De quo Bart. in l. j. ff. Solut. matr. Sp.

SEMPITERNVM. Lege, Aeternus paries.

SENATORES qui Romanis fuerint, Vlpian. indicat in l. nuptæ. de Senat. Erant autem

autem ſenatus Romani conſilium, patricij, & ſenatores populi: principis uerò, iuriſperiti, quos ſenatus probaſſet. De his loquitur l. iuriſperitus. ff. de Excuſat. tut. Salomon. refert, Impp. ſine conſilio iuriſperitorum (propter quos omnia iura noſſe creduntur) nihil conſtituiſſe, illisq́ autoribus conſtitutionum, ſiue decretorum uerba eſſe concepta. De quibus ſcitè Riuallius ſcribit mox ab initio lib. iiij. Hiſt. iur. ciuil. Quamuis Dn. Oldend. ut omnia ſolet, liquidius ex Feneſtella & Gellio depromat in hæc uerba: Romulus urbis Romanæ cōditor, cum ciuitatem iam uideret hominum robore munitam, conſilio quoq; fulcire eam uoluit. Centum elegit, quos ob honorē patres, ob ætatem ſenatores appellauit. Inde ſenatus dictus eſt ordo ille ampliſsimus. Poſteritas ſenatorū per genituram propagata, Patricij ſunt appellati, quòd à primis ſenatoribus, ſeu patribus oriundi erant. Brutus primus conſul, expulſor regum, primores equeſtris ordinis ſenatoribus adſcripſit: inde patres conſcripti nominabantur. Senatus haberi, ſeu conuocari non potuit, niſi per Dictatorem, Conſules, Prætorem, Tribunos plebis, Interregnum, Præfectum urbi. Nec alio in loco ſenatus conueniebat, quàm augurato, quæ templa appellabant. Quare primùm curia Hoſtilia, deinde Pōpeia, poſtremò Iulia, cum profana eſſent loca, per augures ad hoc ſunt templa conſtituta, ut in ijs iuſta ſenatuſcōſulta more maiorum fieri poſſent. Sp.

SENACVLVM, ſtatio ſenatorum, unde in curiā ire ſolitos legimus. Lampridius in Heliogabalo pro mulierū ſenatu ponit, qui Eraſmo ſenatulus eſt. Sp.

SENATVS, & locum in quo ipſi ſenatores conueniunt, & ſenatores ipſos ſignificat. De Romani ſenatus (cuius frequēs eſt mentio apud Iuriſconſultos) inſtitutione, principe eq́ eius, & cenſu, lectione item, & de conuocatione, de coactione, de loco & tempore, de numero legitimo, de autoritate, & poteſtate, officio, maieſtate, de dimiſsione, legē Budæum in Annot. ad l. ult. de Senatorib. Quamuis hæc non latuerunt doctiſsimum Alexandrum Neapolitanum, qui pleraque aut copioſius, aut dilucidius tractat. Sp.

SENATVS Romanus, qui uelut ſupremum imperij caput, alijs poteſtatem dabat, non ſolebat appellari ſimpliciter magiſtratus. Pretoris tamē autoritas ad condendi iuris faſtigium tandem conſcendit, ut ex Pomponio conſtat. l. poſter. de Orig. iur. & Oldend.

SENATVSCONSVLTVM uocatur, quod ſenatus ſine plebis arbitrio facit, iubet. Nam cum populus difficile congregaretur, cura reipub. ad ſenatū deducta eſt, qui ſe interponere cœpit, atq; rerum ſatagere. Id quoq; ius uocatum ſenatuſconſultum. Et frequenter ab Conſulis interrogantis nomine ipſa ſenatus decreta dicebantur: ut ſenatuſconſultum Trebellianum, à Trebellio rogāte Conſule, &c. Quod ut fiebat, Gellius docet. In rebus momentoſis, aut ad exemplum pertinentibus, ſenatores non minus centum ſenatuſcōſultum facere poterant, ut ex Liuij lib. ix. de bello Macedon. colligitur. Ex Capitolino in Maximino conſtat, quòd duo ſenatuſcōſulta uno die non fiebant. Spieg.

S. C. Apronianū, omnibus ciuitatibus quæ ſunt ſub imperio populi Romani, reſtitui debere hæreditatem fideicommiſſariam, in eamq́; actiones quaſcūq; tranſferri iubet. Vide cap. viij. lib. v. apud eundem. Spieg.

S. C. Artificuliano cauetur, ut in prouincijs præſides prouinciarum de libertate cognoſcant, licet hæres non ſit eius prouinciæ. ut ff. de Fideicom. libert. l. non tantùm. §. ſed & hæc. Sp.

S. C. Damaſiano cautum quid ſit, refert Iuriſconſ. in l. non tantùm. §. ſenatuſconſulto. ff. eod. Sp.

S. C. Aemilianum, factum eſt Aemilio Vinco, & Iulio Seuero Coſs. cuius uerba recenſentur in l. ſi eum ſeruum. §. ſi quis. ff. de Fideicom. libert. & apud Placēt. cap. xvj. lib. v. Sp.

S. C. Largianū, quatenus Latinos reſpiciebat, abrogatum eſt, uno tantùm tramite omni libertate procedente: ut omnes hodie & ciues Romani fiant, & ingenui, ſaluo iure patronatus. ut C. de Latin. libert. toll. per tot. & Inſtit. de Succeſſ. libert. §. fin. Spieg.

S. C. Liboniano coercet' is, qui ob inſtruendam aduocationem, teſtimonia'ue falſa, pecuniam acceperit, pactus'ue fuerit, ſocietatem coierit ad obligationē innocentum,

tum. Lege Placent. cap. xviij. lib. v. Sp.

S. C. Macedonianum interdicit, ne quis filiofam. pecuniam det mutuò. Vide eundem tit. j. lib. v. Sp.

S. C. Orficianum, inteſtatæ matris hæreditatem ad ſolum filium & filiam deferebat. Lege Placent. cap. x. lib. eod.

S. C. Pegaſianum cenſuit, ut ei qui rogatus eſſet, reſtituere totam hæreditatem, uel penè totam, aut res ſingulas, perinde liceret quartam partem retinere, atq; lege Falcidia ex legatis retinere conceditur, ut fuſius explicat idem Placent. cap. vij. citati libri.

S. C. Piſoniano cauetur, ut ſi pœnæ ſeruus obnoxius ueniſſet, quandocunq; animaduerſum in eum eſſet, ut uẽditor precium præſtaret, ne emptori feciſſe iniuriam uideatur. Ex eod.

S. C. Plautianum, eſt de liberis agnoſcẽdis, qui poſt diuortium eduntur. Vide Placent. tit. iij. dicti libri. Sp.

S. C. Rubrianum ad eos pertinet, quibus ex cauſa fideicom. libertas debetur. l. cum uerò. ff. de Fideicom. libert. Sp.

S. C. Sabiniani fit mẽtio in Inſtit. de Hæred. quæ ab inteſt. defer. §. ſed ea omnia. & in C. de Adopt. l. penul. §. quæ autem. & C. de Decur. l. fin. ſub fin. & apud Placent. cap. fi. lib. v. Sp.

S S. C. Syllanianum & Claudianũ puniunt ſeruos capite, qui dominis eo tempore quo punirentur, uel occiderẽtur, opem, quum ferre poſſent, non tulerunt, &c. ut apud eundem cap. iiij. lib. eod. Sp.

S. C. Tertulliano cautum eſt, de triſti ſucceſſione matri, & non auiæ deferẽda ad bona filiorum inteſtatorum mortuorum. Placent. cap. ix. lib. v. Sp.

S. C. Traſiano explicatur, ut partus ſeruorũ, quibus per fideicommiſſum libertas data eſt, iuſto precio æſtimentur, atq; ita ſerui ab his qui rogati ſunt, manumittãtur. de quo latius Iuriſconſ. in l. ſi plures. §. ſi plures. ff. de Fideicom. libert. Sp.

S. C. Trebellianum, locum habet, cum quis ex teſtamento hæreditatem, uel dodrantem reſtituere rogatur. Lege Placẽt. cap. vij. lib. v. Sp.

S. C. Turpilianum is demum incidiſſe uidetur, qui crimen publici iudicij intẽdens, inſcriptione depoſita, & fideiuſſore de exercenda lite dato, eoq; qui accuſatur ſub cuſtodia officij facto, non impetrata abolitione, ab executione criminis deſtitit. ut ff. ad S. C. Turpil. & C. eod. l. j. Sp.

S. C. Velleianum, mulierũ imbecillitati conſulit, conſtituens, quòd mulier alienam obligationem uel ſuſcipiens, uel participans, mandando, iubendò, in ſe rapiendo non obſtringatur. Placent. tit. ij. lib. v. Spieg.

S. C. Vintianum, poſt pronunciationem ad libertatem producit hæredis ſeruum uel emptum, ſiue ex iuſta cauſa dominus abeſt, ſiue latitet, ſiue præſens non uult manumittere. ut §. & ſi. l. non tantùm. ff. de Fideicom. libert. Sp.

S. C. Viuianum cônſtituit, non licere ijs, qui ſeruili conditione ſunt, immutare conditionẽ priuatis pactis. Vide l. j. ff. de Colluſ. & l. ij. de Colluſ. deteg. item l. adoptiuum. §. patronum. ff. de In ius uoc. Sp.

SENECTA, ſexta ætas hominum. Aetas enim prima quibuſdam incipit ab infantia, uſq; ad ſeptimum annum. Secunda, pueritia, cuius pars eſt pubertas, uſq; ad decimum quartum annum. Tertia, adoleſcentia. Quarta, iuuenta. Quinta, uirilis ætas. Sexta, ſenectus, cuius pars eſt ætas decrepita, ſenium idem. Vide C. Qui teſtam. fac. poſſ. l. ſenium. & Alc. in l. pueri appellatio. de Verb. ſig. Sp.

SENSVS communis. Cicerò pro Domò ſuà, communem ſenſum naturæ appellat, quòd is ſenſus à natura datus omnibus ſit.

SENTENTIA, pro iudicato, hoc eſt, cum ex lege, ex æquo & bono ſententia dicitur.

SENTENTIA interlocutoria. Quære, Interlocutoria.

SENTENTIA promatur. Vlpian. Niſi in compromiſſo hoc ſpecialiter expreſſum ſit, ut uel uno, uel utroq; abſente ſententia promatur. l. diem proferre. §. ſi quis litigatorum. ff. de Recept. Sp.

SENTENTIAM dicere (inquit Paulus tit. de Arbitr.) æſtimatur is, qui ea mente id pronunciat, ut ſecundum hoc diſcedere eos qui litigant, à tota controuerſia uelit. Dicere autem ſententiam, & ferre, differunt. Nam iudex fert, ſenator dicit. Spieg.

SENTENTIAM diuidere, eſt ſingulis de rebus ſeparatim referre.

SENTENTIAM ferre clàm, eſt notam in urnam mittere: palàm uerò, eſt ore pronunciare.

nunciare. De his duobus iudiciorũ gene ribus, uide Cicer. lib. de Legib. iij. Sp.

SEPARATIO, propriè pertinet ad cõmiſta, l. cum aurũ. ff. de Aur. & arg. leg. l. j. §. ſed ſi quis ſuſpectam. de Separat. bon.

SEPELIRE, in ſepulchrũ inferre, humo cõiecta cõtegere. Cicero de Legib. Mortuum in urbe ne ſepelito, ne' ue urito. Ibidẽ, Non qui urit̃, ſepelit̃, ſed qui humat̃. Plinius lib. vij. c. de Sepultura. Sepultus, ait, intelligitur, quoquo modo cõditus: Humatus uerò, humo contectus. Sp.

SEPVLCHRI appellatione, omnis ſepulpturę locus cõtinetur. Non eſt autem domini nostri. l. j. ff. Si ſeruit. uind. Preterea ſtatua, monumentũ, & oſſuaria. l. j. ij. & iij. §. ſepulchri. de Sepul. uiol. Vlpian. in l. locum. de Relig. & ſumpt. funer. Sepulchrum eſt, ait, ubi corpus oſſa' ue hominis cõdita ſunt. Volunt autem à ſepeliendo deductum: ut inuolucrum ab inuoluendo, uerùm uſu aſpirationem ſumpſit. Vnde & ſepulchretũ Catullus formauit, pro loco ubi multa ſepulchra ſunt: ſicuti à Grecis Polyandrion dicitur, quod nos Chriſtiani Cœmiterium uocamus. Sp.

SEPVLCHRA familiaria. Lege, Familiaria ſepulchra.

SEPVLCHRA hæreditaria, Ibidem.

SEPS, aut Sepes, eſt quæ obiecta introitũ prohibet in agrum, aut hortum. Lex xij. Tab. Si qui ſepem, uel maceriam iuxta alterius regionem effoderint, terminum ne excedunto.

SEPTA, pro obicibus & clauſtris, quibus utimur ad impetus fluuiorũ coercendos, accipiunt Iuriſconſulti. l. j. de Riuis.

SEPTEMVIRI erant, qui ſacris epulis præerant, cœnarumq; Pontificum, quæ Adijciales dictæ ſunt, curam agerent: Epulones appellati: qui, ſi qua iuſta & ſolennia ſacris deeſſent, ad Pontifices referebant. Alex. de Alex. Genial. dier. lib. ij. cap. xvj.

SEQVESTER eſt, apud quem plures eandem rèm, de qua controuerſia eſt, depoſuerunt. l. ſequeſter. de Verb. ſig. Item Sequeſter eſt etiam depoſitarius rei in iudicium deductæ. ff. Depoſiti. l. propriè. A' Depoſitarijs uerò Sequeſtres in hoc differunt: quòd illi plurium partium ſe medios gerunt, hi etiam ab uno deliguntur. Hinc Sequeſtrum dici proditum eſt, quaſi occurrentem controuerſię, ſequentemq; litigatores. Alc. de Verb. ſig. Aſconius ſcribit, Sequeſtres eſſe, apud quos pecunia deponitur. Sp.

SEQVENTIA uerba, pro poſteriore clauſula orationis accipienda in l. ult. §. Titius. ff. de Vulg. & pupill. ex Oldend. Spieg.

SEQVESTER pacis. Vide ſuprà, Arbitratoris nomen.

SEQVESTRATIO, eſt rei, de qua agitur, controuerſia, uel ſeparatio, uel compoſitio, uel poſſeſsionis interdictio. Eſt autem duplex. Quædam eſt uoluntaria: quando partium cõſenſu deponitur res litigioſa. & hæc ſemper poteſt fieri ante iudiciũ, uel pendente iudicio. l. j. in prin. ff. Depoſ. l. ſi ſoluturus. ff. de Solut. Quedam uerò eſt contentioſa, ſeu (ut nonnulli uocant) Neceſſaria ſequeſtratio, quæ per iudicem decernitur cauſſa cognita, etiam inuitis utriſq; litigatoribus, uel altero eorum petente. Sequeſtratio autem regulariter prohibetur in tit. C. de Prohib. ſequeſtr. Attamen in quibuſdam caſibus eſt optimum, & ferè unicum remedium, quod opponatur futuris litigantium rixis & armorum inſultibus. iuxta l. æquiſsimum in prin. ff. de Vſufructu. Spieg.

SEQVESTRATIO perſonę quoq; nõnunquam fieri poteſt, de qua tractat̃ in l. iij. §. is uerò qui patrẽ. & §. in hoc interdicto. ff. de Liber. exhiben. l. pen. ff. ubi pupill. educ. uel morar. deb. Sp.

SEQVESTRVM, depoſiti ſpecies eſt, Nam Paul. tit. Depoſit. Propriè, inquit, in Sequeſtro eſt depoſitum, quod à pluribus inſolidum certa conditione cuſtodiendũ reddẽdumq; tradit̃. l. ui. Sumitur etiam uulgò pro ſcripto illo, quod de Sequeſtratione conficitur. Sp.

SEQVESTRARIA conuenire, l. ſi quis. §. Labeo. ff. Quod met. cauſ. Sp.

SEQVIOREM uitam, frugi Vlpian. eleganter oppoſuit in l. cum hi. de Tranſactionib. §. ſed & perſonarum contemplatio habenda eſt, hoc eſt, cuius uitæ ſint hi, quibus alimenta relicta ſunt: utrum frugi uitæ, & qui aliàs ſufficere ſibi poſſunt: an ſequioris, qui de alimentis pendeant. Spieg.

σῆρ, apud Seres gentem Indicam, uermiculus quidam, quæ Sericum inde procreat. Subſericum uerò eſt, cuius ſubſtamẽ ex

ſerico

ſerico eſt: cuiuſmodi fortaſſe uidetur id, quod ſuperioris Germaniæ Brugiſchen Attlaß uulgò dicit. Vide cap. v. de Re ueſt. Bayf. Sp.

SERA & clauis, inter domus partes connumerantur. l. quæſitum. & ibi Bart. de Fund. inſtr. Sp.

SERENISSIMO principi ſupplicare, apud Iuſtinian. in l. imperialis. C. de Nup.

SERIA, uas fictile, uino, alijs'ue rebus adſeruandis aptum. Vlpian. de Verb. ſig. l. Vinaria dolia, inquit, & ſerias tam diu in ea cauſa eſſe, quàm diu uinum continerent. Nebriſſ.

SERICOBAPTAE, id eſt, ſerici tincti. βάπτω enim ſignificat tingo. Inde baptæ apud Iuuen. dicti, quòd faciem fuco illinerent. μέταξα Græcis, nobis ſericũ dicitur: cuius tinctores baphij, παρὰ βάπτειν, quod eſt tingere. Hinc baptoſericum pallium. Vide Alciatum in l. balluca. C. de Metall. lib. xj. Sp.

SERICVM, lanæ genus, quod apud Seras Indos ex arborib. depectitur, non illud quod uulgò creditur. Vlpianus de Aur. & arg. leg. l. ueſtis. Veſtimentorum, inquit, ſunt omnia lanea, linea, uel ſerica, uel bombycina. Nebriſſ.

SERO. Huius uocis propria ſignificatio eſt, ueſperè, quod eſt, poſt occaſum, ut ait Valla. Pro tempus ponitur in l. ij. C. de Hæred. uel act. uend. Item pro tardè. l. ciuitas Rhodiorum. C. de Offic. præt. & l. ſi uerò. ſub fin. ff. de Adult. Alberic.

SERPENS, generale nomẽ eſt, ad omnia quæ ſerpunt citra uſum pedum. Alberic. in Scholaſtica hiſtor. proditum refert, ſerpentem timere ſibi, cum nudum hominem uiderit: contrà uerò, in ueſtitum inſilire. Spieg.

SERVILIS neceſsitas opponitur liberæ uoluntati. l. & qui natura. §. ſi libero homini. ff. Negoc. geſt. Sp.

SERVITVS eſt ius, quo adimitur aliquid libertati, quam dominus in re ſua habet, ac cõceditur perſonæ, uel rei alienæ. Duplici autem modo colligi poteſt. Altero, cum perſona ſeruit perſonæ, quam ideo perſonalem uocant. Altero, cum ad imitationem perſonarum in rebus conſtituitur ſeruitus, idq; dupliciter. Nam aut res immediatè ſeruit perſonæ, unde etiã perſonalis appellatur, ut uſus et uſusfructus: aut rebus directò commodum adfert, & dicitur realis. Doctores recedentes (ut ſolent) à phraſi Romanorum, aiunt, ſeruitutes alias eſſe perſonales, alias reales, alias mixtas. Tu tamen ſequere ordinem ciuilis diſciplinæ, quem Dn. Oldend. ubiq; adſerit. Sp.

SERVITVS ædificij non deprimẽdi, uel ædificij non deſtruendi. Eam uicinus uicino dare poteſt, ne ſol in ædes ſuas depreſsius uoluatur. Zaſ. §. æquè. Inſtit. de Action.

SERVITVS continua dicitur, quæ cauſam habet continuam, ut aquæductus. Cõtrà, quæ cauſam per interualla habet, non continua dicitur: qualis uia, actus, iter, quæ non niſi poſt hominum memoriam uſucapitur, cum cõtinua decem annis acquiri poſsit. l. ſeruitutes. de Seruit. Spieg.

SERVITVS inuaſit, pro incœpit, ut apud Virg. Aut aliquid iamdudum inuadere magnum. Vlp. in uulgata lege: Sed poſteaquam, inquit, iure gentium ſeruitus inuaſit, ſecutum eſt beneficiũ manumiſſionis. Noſtris dicitur ſeruitus, Eygenmanſchafft. Quære, Genitus in ſeruitio. Spieg.

SERVITVS luminis. Vide ſuprà, Luminis autem habere.

SERVITVS perpetua reſpicit finalẽ cauſam, naturalis materialẽ, continua & diſcontinua formalẽ. A' dominis uerò prædiorum, quo ſcilicet animo conſtituatur ſeruitus, efficiens cauſa, atq; etiam finalis conſideratur. Sp.

SERVITVS perſonalis. Quanquã prædura illa ſeruitus uitæ & necis, quæ à brutorum conditione nihil diſtabat, abolita ſit optima ratione, ipſa tamẽ ſeruitus perſonalis moderata non diſceſsit ab uſu, & ne poteſt quidem iudicio oppidò ſano Dn. Oldend. ſaluo ſtatu reip. aboleri, habetq; magnas illo ipſo rectè aſſerente cũ uetuſtate ſimilitudines. ut eſt tit. C. de Agricol. & cenſit. lib. xj. Sp.

SERVITVS proijciendi protegendi'ue urbana eſt: uidelicet cum ex ædificio uel mœniarium, uel tectum extenditur, cùm quòd proſpectui, & interdũ luminibus officitur. l. ij. ff. de Seruit. urb. præd. tum quòd cœlum, quod ſupra cuiuſq; ſolum intercedit, liberũ eſſe debet, teſte Paulo in l. ult. de Seruitut. Rectiſsimè autem erroris arguit eos Olden. inter quos eſt &

Zaſius noſter, et ego hactenus eum ſecutus, qui putarunt Imperatorem & Iureconſultos loqui de ſeruitute proijciendi aquam uel ſtercora: quod neq; uerba patiuntur, neq; ſubiectæ conuenit materię, quoniam de ædificijs loquuntur. Sp.

SERVITVS proſpiciendi ius urbanum, id eſt, habere proſpectum aliquanto latius, non ſolùm ut cœlũ uideatur, ſed ut procul ſpectemus etiam alia ædificia. Eſt autem plus in proſpectu, quàm in luminibus. l. iij. l. lumen. l. ſi arborem. ff. de Seruitut. urban. præd. Sp.

SERVITVS ruſtica, dicitur ius eundi per fundum nudũ uicini, uel aquã per fundũ ducēdi, in quo nõ eſt ædificiũ. Cæterùm ſi in fundo dominanti, id eſt, in prædio, cui debetur ſeruitus, ſit ædificiũ, tunc iſta dicet̃ ſeruitus urbana. Zaſ. §. ſuprà citato.

SERVITVTIS ſpecies eſt, non poſſe de loco diſcedere. l. ij. ff. de Lib. hom. exh.

SERVITVTEM, hoc eſt, ſeruilem conditionem Ariſtoteles in Politicis grauiſsimis rationibus defendit, ex natura cauſam trahere, reprehendens eos, qui contrarium adfirmarunt.

SERVITVTEM conſtituere. Vlp. Quia per ſententiam non debet ſeruitus conſtitui, ſed quæ eſt, declarari.

SERVITVS confunditur. Iabolenus in l. ſi cum ſeruitus. ff. Quēad. ſer. amit. Quia, inquit, toties confundit̃ ſeruitus, quoties uti ea is, ad quem pertinet, nõ poteſt. Sp.

SERVITVTES, quæ cauſam diſcenti naturam habent, dicuntur incertæ, & ideo non admittunt uſucapionem.

SERVITVTES regulariter habere cauſam perpetuam, hoc eſt, ad eum finē conſtitui, ut ſibi & hæredibus ſuis perpetuò competant. Sp.

SERVI apud Romanos erant, in quos ius belli exercere uictores noluerunt: ſic dicti, quod ſeruarentur, nec occiderentur. Hic mos à Lacedæmonijs manauit, Plinio teſte. Solebant autem hos, capta ciuitate, ſub haſta uēdere: quod ius in Auenticis exercuit in Gallia Iul. Ceſ. in Selaſſis Alpinis populis (qui hodie Augſtaler appellantur) Auguſtus. Vnde definitur ſeruus, qui dominio alieno contra naturam, iuris conſtitutione ſubijcitur. Sp.

SERVI appellatio ancillam continet, non autem ancillæ appellatione ſerui. l. ſeruus. de Leg. iij.

SERVIS legatis. Serua datiuũ habet pluralem, ſicut ſeruus. unde meritò ex proprietate ſermonis etiam ancillas continet. Spieg.

SERVORVM nomina, quibus conſueuerunt uti Iuriſcoſſ. cum aliquē caſum effingunt, græca ferè eſſe adnotauit Alc. qui & aliquot interpretatur cap. xxvj. lib. j. Parerg. ut Stichum & Damam, Erotem & Pamphilum nemo non intelligit. Liberorum uerò hominum nomina uidentur eſſe Romana, Meuius, Titius, Seius, Sempronius, Augerius, Numerius, & ſimilia. Spieg.

SERVORVM ſpecies à Iuriſcoſſ. ab opera & miniſterio nominantur: ut atriarij, qui & atriēſes, ab atrio, quod (ut diligenter ſua manu annotauit Volzius) eſt propriè locus ante uel circa domum, remotius tamen, & ad domum pertinens: ab atro colore dictus fortè, quòd is locus ex fumo nigreſceret, quando culinam ueteres in atrio haberent. (Es heyſſzet ein hoff mit garten vnd bäumenn vmb/ oder am hauß. vnd das heyſſzet man noch ein Aetter/ dauon dann kumpt der kleyn zehend / den mann nennet Aetterzehend / das iſt/ obß/ kälblin/ färlin / vnd des gleichen / was vß den hoff wachßt vnd würt.) focarij, mediaſtini, arcarij, hercitę, qui uerſant̃ in agris. capſarij, uel potius carpſarij, ſaccularij, apolides, inſularij, orcini, originarij, adſcriptitij quoq;. Sed & uicarium ſeruum Vlp. cenſuit, qui ordinario ſubeſt, & illi paret: & fornacariũ, cuius & ſuprà mentio facta eſt, qui fornaci chalcariæ, ſeu ferrariæ ſeruit & inuigilat. Poſt quos fuere amanuenſes & diſpenſatores: alteri, quorum opera uelut ſcribarum, dominus utitur: alteri, qui æra diſpenſant, impēdiaq; & expēſa rationibus notant, & inferunt. Receptitius uerò dicitur, qui ob uitium redhibetur. Pileatos ſeruos Gellius ſcribit uænum ſolitos ire, quorum nomine uēditor nihil præſtaret, autore Cælio Sabino Iuriſperito. Cuius rei cauſam eſſe ait, quòd huiuſmodi conditionis mancipia inſignia eſſe in uendendo deberent, ut emptores errare & capi non poſſent, neq; lex uendendi operiunda eſſet, ſed oculis perciperent, quodnam eſſet mancipiorum genus. Sicut antiquitus mancipia iure belli capta, coronis induta uænibant,

bant: & idcirco dicebantur ſub coronis uænire. Nam ut ea corona ſignum erat captiuorum uænalium, ita pileus impoſitus demonſtrabat eiuſmodi ſeruos uenundari, quorum nomine emptori uenditor nihil præſtaret. Sp.

SERVVS artifex. Paul. l. ult. de Oper. ſeruor. Cum, inquit, de operis ſerui artificis agitur.

SERVI adſcriptitij, coloni ſunt, qui glebę uel terræ alicui perpetuò colendæ, in lib. cenſuali, uel publico iudicio ſunt adſcripti & addicti dominis ſuis. Ferrar. Inſtit. de Iur. perſ. §. ſeruitus autem.

SERVVM cicatricibus deformare. Vlp. in l. locum. ff. de Vſufruct. Sp.

SERVVS diſpenſator. apud Alphenum in l. pen. ff. de Ser. corrupt.

SERVVS fructuarius cogi poteſt ut operetur. l. ſed & ſicuti. ff. de Vſufruct.

SERVVS hæreditarius. Quære, Hæreditarius ſeruus.

SERVVS integræ opinionis, qui cuſtodiendus non eſt, teſte Paulo. l. ſi à bonæ. in prin. ff. de Rei uindic.

SERVIS lecticarijs legatis, ſi idem lecticarius ſit & cocus, accedet legato. Paul.

SERVIS legatis etiam ancillæ debentur, quaſi commune nomen utrunq; ſexum contineat. autor Modeſtinus de Legat. iij. l. ſeruis legatis. Vide, Ancilla. Sp.

SERVVS ordinarius eſt, qui dominum agnoſcit, & prouinciæ alicui præficitur: in cuius labores ſi alius fuerit ſuffectus atq; ſubrogatus, is ſeruus uicarius appellatur. Ferrarius. Sp.

SERVVS originarius. Vide, Originarij ſerui.

SERVVS pileatus is ueteribus dicebatur, qui pileo tectus demõſtrabat ſe uænum dari, expoſitum quidem, ſed cuius nomine emptori uenditor nihil pręſtaret. Qui uerò ſerui ſub corona uænibant, iure belli captiui erãt, coronis inſigniti, ad diſcrimen eorum pileatorum, qui ſine coronis uænibant. Budæus in Annot. prior. Sp.

SERVVS publicus, id eſt, tabellarius. apud Vlpian. in l. non aliter. ff. de Adopt. & in l. ſi pupillus. ff. Rempub. ſal. for. Sp.

SERVVS receptitius etiã dicitur, qui uxoris proprius eſt: ut quem pecunia receperat, neq; dixerat doti, ſed ſibi retinuerat. Lege itẽ, Recipere ea mulier dicitur. Sp.

SERVVS urbanus quis ſit, uide l. ſeruis urbanis. de Leg. iij.

SESCVNCIA, eſt uncia cum dimidia. Vlpian. de Leg. præſtand. l. filium. Vt partis, inquit, dimidiæ quartam, id eſt, dimidium totius aſsis ſeſcunciã retineat. Idẽ in l. Papinianus. §. quoniam autem. Proinde, inquit, etſi ſint ex duobus filijs nepotes, ex uno tres putare, pluresue, ex uno unus: unicum ſeſcuncia, unum ex illis ſemiuncia querela excludit. Sp.

SESQVI, uocabulũ, ſiue in appoſitione, ſiue in compoſitione inuentum fuerit, dimidio maius ſignificat: ut ſeſquialtera pars, id eſt, pars altera dimidio maior, quàm prior. Sp.

SESQVIPLVS id ſignificat, quod tantum cum dimidio uulgares dicunt.

SESSIO, uocabulum eſt alluſionem habens ad concilia huius ætatis, ſpecioſiora ſcilicet, quàm religioſiora.

SESTERTIVS nũmus, duos aſſes cum ſemiſſe ualebat: hinc dictus, quaſi ſemiſſe dempto de tribus. De aſſe, & eius uariatione uide Budæum, & Nebriſſen. in dict. Seſtertius nummus.

SESTERTIVS, & nummus, idem apud ueteres fuit. Denarius quatuor nummos ualuit, ſeu mauis, quatuor ſeſtertios. At mille nummi, ſeſtertiũ unum, neutri generis, erat. Lege Alciat. lib. iij. Diſpunct. cap. ij. Seſtertiorum autem nomine aurum non continetur. Sp.

SEV, particula diſiunctiua, qua iungimus ea, quorum alterum, non utrunque affirmamus. De qua Bart. in l. ſi quis ita. ff. de Aur. & arg. leg. Alc. in enarratione l. ſæpe ita compertũ. de Ver. ſig. demõſtrat, Seu, uim quoq; ampliandi habere. Sp.

SEVIR, rara uoce, teſte Rhodigino, ut coniectant ex doctis nonnulli, equitum indicat præfectum: unde Seuiralium ludorum prorepſerit appellatio, Iul. Capitolinus in M. Antonino philoſopho ad hũc modũ: His ita geſtis, adhuc quæſtorem conſulem ſecum Pius Marcum deſignauit, & Cæſaris donauit appellatione, & ſeuirum turmis equitum Romanorum iam conſulem declarauit, & edenti cum collegis ſeuirales ludos adſedit. Sp.

SEXIES dies ſine uſuris credere, pro creditæ pecuniæ pecuniam, ut Glareanus exponit, ſoluere, ſine uſuris, per ſex partes, ſiue ſolutiones, eleganter dixit Cæſ. Comm. lib. iij. Sp.

SEXTANS, quidam ſeſtans ſcribunt, due totius aſsis partes ſunt, hoc eſt, duæ unciæ: ſicut quadrans tres unciæ. nam quarta pars à xij. ſunt iij. Triens, tertia pars aſſis, quatuor continet uncias. Quincuns, quinq;. Semis autem dimidium illius habet, quod aſſe continetur: quæ quidem pars ſex uncias ex toto aſſe uendicauit. aliàs ſemiſsis. Sexcunx autẽ ſeptem conſequitur uncias. Bes octo. Dodrans uerò nouem. Dextans decẽ ſignat uncias. Deunx uerò nouem. Alex. lib. j. Genial. dier. cap. j. Sp.

SEXTARIVS. Quære, Medimnus.

SEXT. Pomponius, gentis Pomponię clariſsimus fuit Iuriſcõſultus, qui ſcripſit l. ij. ff. de Orig. iur. quã pręceptor meus Zaſius elegantibus ſcholijs poſt (ut putat) Antonij Garronis in eandem commentarios luculentos ueſtiuit. Sed D. Oldendorp. poſterior quidem, mirum tamẽ in modum, miraq; breuitate exactius hanc tractationem pro grauitate diſciplinæ ciuilis iuris abſoluit. Floruit autem Pomponius, & quidem magno in honore & autoritate, ſub imperio Alexandri optimi principis. Heliogabalus peſſimus Romanorũ Imperator ideo infenſus fuiſſe Alexandro adoptato legitur, quòd impudicus non eſſet. autor Lampridius.

SEXVS uirilis liberos, & maſculos liberos, ſiue maſculini ſexus, nihil inter ſe differunt. Et uero uerius eſt, ait Salomonius, nullo modo uerbis uirilis ſexus fœminas poſſe comprehendi: ueluti ex contrario uenire non poſſunt mares appellatione fœminini ſexus. Nam ut dicit Põponius in l. ſi ita ſcriptum ſit. de Leg. ij. exemplo peſsimum eſt, fœminino uocabulo etiam maſculos contineri. Accedunt, quæ annotauimus ſuperius in dictione Mas. Sp.

SEXVS maſculinus ſemper fœmininum continet. autor Iulianus in l. qui duos. de Legat. iij.

S I

SI, particula, quoties cõditionalis eſt, ſubiunctiuis iungitur: ueluti, ſi facias, ſi feceris. Qui enim ſic loquitur, non factum interim declarat. Quamuis & iuncta finitiuis, quandoq; cõditionem faciat. quod huic uoculæ regulare eſt, ut Albericus indicat, qui diffundit uerba in ſignificatione eius explicanda, Siue, ex ſi & ue compoſita particula, pręter morem aliarum coniunctionum, tres nimirum ſenſus poſtulat. de quo latius Linacer. Variè ponitur: modò enim coniungit, modò diſiungit, modò declarat, modò continuat, modò conditionem facit. Albericus exempla indicat.

SI cœlum digito non tetigeris. Conditionem hanc impoſsibilem negatiuam noſtri doctores appellant, in l. illa. de Verbor. obligat. cum teſte Alciato rectius neceſſariam conditionem dicerent, quæ pro pura habetur. Niſi fortè de eo cœlo intelligant, de quo apud poetam oxymorum, ridiculumq; ænigma: Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo, Treis pateat cœli ſpacium non amplius ulnas. Vide xviij. cap. lib. j. Parerg. Spieg.

SI dijs placet, ſermoni inſeritur, propter rei indignitatem, ſiue temeritatẽ, teſte Donato. Spieg.

SI, dictio ſolennis eſt, ad denotandam actionem & exceptionem. Vlpianus in l. eleganter. §. ſi dolo malo. ff. de Dolo malo. Spieg.

SI ex teſtamento ad libertatem perueneris, pro eo, ſi hæres te manumiſerit. l. ſeruo manumiſſo. ff. de Cond. indeb. Sp.

SI pateret. Verba erant olim iudicij recuperatorij.

SI quid acciderit, abſolutè prolatum, mortem ſignificat. Exempla Albericus multa congerit.

SI quid in teſtamento, quod ante hoc tempus feci, legaui, cui dare uolui, peto ab his, uti tertiam partem pecunię filiæ meę reddant. l. libertis. §. poſthumis. ff. de Alim. legat. Sp.

SIC, pro non alio modo. Eſt enim particula demonſtratiua formæ & qualitatis. ut in l. Gallus. ad princip. iuncta Gloſſ. ſuper uerb. Si ſic fieri uoluit.

SICVBI, pro, ſi alicubi. l. fin. §. ſicubi. C. de His qui ad eccl. confug. Sp.

SICVT, ſicuti, ſimilitudinis aduerbia: tametſi interdum non res ſimiles, ſed diuerſas, & planè contrarias denotant, & particula Ita, in ſecundo membro ponitur, ut apud probatos autores. Quin & interpretes obſeruarunt, ea haud omnimodam ſimilitudinem perpetuò denotare. ut not. in l. ſi cum excipit. §. quatenus. uerſ. ſicut in interdicto, ff. Quod met.

cauſ. l. cuſtodiam. de Peric. & comm. rei uend. Spieg.

SICVT inſtructus eſt fundus. Quid hæc ſibi uerba uelint, exponitur in l. ij. C. de Verb. ſig.

SICARIVS, à ſica. §. item lex Cornelia. Inſtit. de Publ. iud. Quintiliano autore, per abuſionẽ ſicarios omnes uocamus, qui quocunq; telo cædem cõmiſerunt. Valtur obſeruauit. Sp.

σίκιννις, ſaltatio ſatyrica eſt. Bud. in l. ij. de His qui not. infam.

SICILICVS. Scæuola in l. liberto ſuo. ff. de Ann. legat. §. filium. Cum nouerca, ait, uniuerſæ hęreditatis habeat dodrantem, ſemiunciam, & ſicilicum. Budæus in de Aſſe libro j. Poſt hæc, ait, ſequitur drachma, octaua pars unciæ, quę ipſa geminata ſicilicum efficit. Sp.

SIGILLARE, & ſigillum alicui rei apponere, & claudere ſignificat. ut apud Varronem: Contra, inquit, lex minus impia eſt, ne filij parentibus luce ſigillent oculos. Proinde ſcioli cuiuſdam in curia Cæſaris Maximiliani rectè exibilata eſt ſententia, contendentis Sigillare ad diplomata tantùm pertinere (ipſe bullas uocabat) claudere uerò ad epiſtolas & commentarios rerum, quos nunc in aula nullo licet exemplo inſtructiones & miſſiuas referendum eſſe. Hieronymus Rorarius Portunoanus, cui unicũ ſtudium fuit latinè dicere, pronunciauit ſecundum eum, qui ſigillare, teſtimonio Varronis, oſtendit & claudere ſignificare. Spieg.

SIGILLARIA, uicus erat Romæ celebris, ubi uenum res uenales exponebantur, ibiq; uaſa præcipua, ſignaq; exquiſitæ artis ex ære, argentoq; fabrefieri ſolebant. Vnde nomen factũ loco. Hinc & ſigillariorum dies, qui Saturnalibus adiecti erant, quibus imagunculæ, & ſimulacra uenalia in ſigillaribus proponebantur, quæ comparabant Romani in ſacellum Ditis deferenda. Alexander Neapolitanus libro quarto Genialium dierum, capite tertio. Ex his iam intelligis mentem §. paterfamilias. l. his uerbis. de Legat. iij. Sp.

SIGILLVM, parua ſtatua. Vlpianus de Fund. inſt. l. quæſitum. Sigilla, inquit, & ſtatuæ affixæ non continentur. Nebriſſ. Dicitur & quo quid conſignamus, uel obſignamus, & notamus, ein bytſchad/ oder handtzeychen. Si petam à te decem tenore chirographi tui ſigillo confirmati. Tu negas ſcripſiſſe te, uel inficiaris ſigillum: rectè petam, ut edas ſigillum tuum, uel ut aliquid manu tua ſcribas, quod conferatur cum chirographo. Spieg.

SIGNARE quid eſt, niſi propriũ aliquid ponere? Hoc eſt enim ſignare, imponere aliquid, quod non confundatur cum cæteris. Signare, eſt ſignum rei ponere. Cuicunq; rei ponis ſignum, ideo ponis ſignum, ne confuſa cum alijs, à te non poſſit agnoſci. autor diuus Auguſtinus tractat. xxv. in Ioan. Sp.

SIGNATOR erat, qui teſtamento, aut alijs inſtrumentis & contractibus nomen ſuum ſubſcribebat. Vlpian. Quemad. teſtam. aper. l. cum ab initio. Cogat, inquit, ſenatores cõuenire, & ſigna ſua recognoſcere. Nebriſſ.

SIGNACVLVM, in l. hac conſultiſſima. C. de Teſtam. ſignificat ſignũ ac notam impreſſam. Poteſt tamen aliquid eſſe ſignum, quod non ſit ſignaculum. ut ſtatua ſignum eſt: at annuli affixum ſyngraphæ, ſignaculum. græcè σφραγὶς. Sp.

SIGNATORIO annulo teſtamenta claudebantur. l. ad teſtamentũ. ff. de Teſtam. Eo utimur, ut ſignum imprimamus. l. ad teſtium. §. pen. eod. tit. propriè à noſtris appellatus, ein bytſchad, quaſi à damno præſeruatio. Ornamenti autem nomine eum contineri, Paul. negat. Require, Annulus. Gloſ. ſub fin. c. unici. Clement. de Iureiuran. refert, quo ſigillum, ut ait, magnum à bulla aurea diſtet. Sp.

SIGNATVS. Vlpian. l. ad teſtium. de Rebus eor. qui ſub tut. Signatas tabulas accipi oportet, & ſi lineo, quo tabulæ inuolute ſunt, ſigna impreſſa ſunt. Signatum, pro inſigni, apud ueteres legitur. ut, ſignata uirgo. Vide Non.

SIGNIFICATIO. Marcellus: Nõ aliter, inquit, à ſignificatione uerborum recedi oportet, quàm cum manifeſtũ eſt, aliud ſenſiſſe teſtatorem. Vide Alc. tam ſuper Rubr. de Verb. ſig. quàm quos eadẽ de re libros planè aureos ſcripſit. Sp.

SIGNVM, quo quid fidei cauſa obſignamus, quod ſigillũ certum eſſe uolumus. Dicitur & apud Iurecoſſ. in l. iij. §. hoc interdictum, de Tab. exh.

SIGNINVS. Signia Campaniæ urbs, nota uini auſteritate. Vnde uinum Signinum Martiali: & Signinum opus, quod, teſte Plinio, conficitur fractis teſtis contuſis, calce addita. Vlpianus l. j. ff. de Riuis. Si quis, inquit, terrenum riuum, ſigninum facere uelit. Vbi pro Signino, Albericus mendoſos ſecutus codices, ſignatum legit. Vide Nebriſſenſem in hac dictione, & Theſaurum Robert. Steph. Spieg.

SILENTIARII, ut inquit Procopius, miniſtri ſunt ad ea, quę ſilētij quietisq́ ſunt, interiores in principis domo, arcanorū principis conſcij, quiq́ ſilendis & arcanis principis cōſilijs intereſſe ſolent. Quidam eos auricularios appellant. Horum prærogatiuas recenſet l. iij. C. de Silent. & decur. lib. xij. Sp.

SILICARII. Lege, Zoxeni.

SILIGINARIVS, cuſtos ſiliginis. Vlp. de Furt. l. ſi quis uxori. Si ſiliginario, inquit, quis dixerit, ut qui nomine eius ſiliginem petiſſet. Item Iulian. de Negoc. geſtis. l. ex facto. Nebriſſ.

SIMILIA, non ſunt eadē. l. quod Nerua. ff. Depoſ. ſed quorū qualitas eſt una, ut quorum eadem eſt ſubſtantia: ſicut in dictione Eadem dictū eſt, eadem dicūtur, iuxta Bald. in locis inibi citatis. Sp.

SIMILITVDO Ariſtoteli eſt unitas qualitatū: quod teſte Salom. apertè liquet in l. qui liberis. ff. de Vulg. & pup. Io. And. in c. non poteſt. de Præben. in Sexto, ſimilitudo eſt rerum inter ſe differentium comparatio.

SIMONIA, ut putatur, à Simone mago dicta, cuius fit mentio in Actis apoſtolic. uox eſt non latina, qua tamen eccleſiaſtici utuntur. Dicitur autem, quando quis uult dare aut accipere dona Dei, data aut accepta pecunia. Bart. diſſerit, num iure ciuili ſimonia licita ſit, in l. j. ff. ad l. Iul. de Ambit. & in l. iſte autem. de Hæredib. inſtituen. Spieg.

SIMPLARIAE uēditiones ſunt, pro quibus neceſſe uēditor non habet de dupla emptori repromittere. Quarum Vlpian. meminit in l. emptori. de Euict. Sic & actiones ſimplariæ, duplariæ, & quadruplariæ dicebantur, quæ in ſimplum, duplum, quadruplum dabantur. Vnde & quadruplatores dicti, delatorum genus, qui eo ſeſe quæſtu tolerabant, ut ea perſequerentur, quorum ex ll. quadrupli erat actio. Budæus in Annot. ad l. ſi tamē. de Aedil. edict. & Oldend. ad fin. action. j. Claſſ. iiij. Spieg.

SIMPLEX exemplum eſt, quod uulgò copia dicitur, & nonnunquam ſufficit. l. exempla. ff. de Eden. Sp.

SIMPLICES anni, primi, & qui ſimplici numero efferuntur, nempe uſq́ ad decimum.

SIMPLICITAS opponitur calliditati, ſagacitati, uerſutiæ. Dicitur & ruſticitas, quæ excuſationem patitur. l. ij. ff. Si quis in ius uocat. non ier. iuncta. l. contumacia. ff. de Re iudic. Vide Bald. in l. ſcripturæ. C. de Fide inſtrum. Angel. Nouell. de Teſtib. §. & licet. Sp.

SIMPLICITAS legum, ſignificat æquitatem: & opponitur difficultati, uel ſubtilitati iuris, teſte Iuſtiniano in §. ſed quia ſtipulationes. Inſtit. de Fideicommiſſ. hęredit. & in §. fin. eod. tit. Idem in §. & hæc quidem. Inſtitut. de Legit. agnat. ſucceſſ. commendat ſimplicitatem legis xij. tab. Damnat mediam iuriſprudentiam, propter ſubtilitatem. Simplicitas enim ſtatim aperit ueritatem, non differt negocium. At contrà ſubtilitas (ut uerè dicit aperti pectoris Oldend.) ſimulat aliud quàm eſt, protrahit in longum, afficitq́ damno litigantes. Sp.

SIMPLICITER illud fieri dicitur, quod ſine fraude doloq́ malo fit. autor Alciat. in Paradox. Sp.

SIMPLICIVS, apertius. l. in l. ff. Locati. cum ſimilibus locis ab Alber. indicatis. Spieg.

SIMPVLARIAE priſcis erant res minutæ, nulliusq́ precij. Vide Eraſ. explicantem parœmiam, In ſimplo. Sp.

SIMVL ac, quamprimùm. Inſt. de Rer. diuiſ. §. ſi quis. Sp.

SIMVL atq́, pro ſtatim, ſiue poſtquam. Inſtit. §. ferè. de Rer diuiſ. & de Emption. et uendit. in prin. Sp.

SIMVL fieri quæ dicantur, refert Bart. in l. operis. ff. Locati. et in l. fundus. §. ſi duo. de Procur. Gloſſ. d. l. operis. ſentit ſimul ſignaſſe teſtes, tametſi ſucceſsiuè ſignarint. Alberic.

SIMVL in ſacculo ſoluere. Vide Vlpian. in l. ſed & ſi quis. §. quid tamen. ff. de Vſufruct. Spieg.

SIMVLARE nihil aliud eſt, iuxta Pontanum,

num, quàm ſub ueritatis ſpecie uelle decipere. unde & ſimulatio pro deceptione & circumuentione ponitur. Noſtri tradunt, fictionem ſeu ſimulationem regulariter non præſumi, donec probetur. l. cum precibus. C. de Probat. Sp.

SIMVLATE, ficte. C. Plus ual. quod agit, quàm quod ſim. conc. Imp. in l. cum ea. de Tranſact. quæ ſimulate geruntur, pro infectis habitis. Sp.

SIMVLATVM dicitur, cũ tacite aliquid agimus, expreſsim aliud ſimulamus. ut cum fœnerator contractum mutui colore uenditionis obſcurat, quo caſu uenditio ipſo iure nulla eſt, cum cõſenſum non habeat. Hinc uulgatũ illud, Plus ualere quod agitur, quàm quod ſimulatè concipitur. l. ſi ex precio. C. Si cert. pet. Simulationem autẽ qui allegat, is eius formam probare debet. Qua de re uidendus eſt Paulus Caſtrenſis in l. iuriſgentiũ. §. dolo. ff. de Pact. Breuiter, hæc ex iudicijs & coniecturis, quemadmodum & dolus præſumitur. l. dolo. ff. ad Leg. Falcid. l. ſi procuratorem. §. ſi ignoratis. ff. Mãdati. Nam in ſimulatione ſufficiunt coniecturæ, ut docet Bald. in l. emptio. C. Plus ualere quod ag. Sp.

SIMVLATVS contractus propriè dicitur, quum in ſpecie aliquid agimus, cauſamq́ iuſtam prætendimus, cum tacitè aliquid illicitum agatur. ut cum fœnerator, quod pignoris cauſa acceptum eſt, emiſſe uideri uult. l. iij. C. Plus ual. quod agitur. Spieg.

SINE offenſa eſſe, pro nihil egiſſe, quo dici poſsit offendiſſe. l. ſeruos. l. teſtamento centurio. ff. de Manum. teſtam.

SINE ſacris hęreditas. Vbi qua commoditas de improuiſo præter ſumptum obiecta eſſet, ueteres ſine ſacris hæreditatem uocabant. Et omnino quicquid citra noſtram operam alicunde obtigiſſet lucri, quaſi prouerbialiter hæreditatem appellabant: propterea quòd ea quæ ſic obueniunt gratis, quaſiq́ dormientibus, à fortuna donari uidetur, ut ſentit Eraſ. à quo minimum diſſentit Alciatus lib. j. Prætermiſſ. Cicero de Legib. lib. ij. ex Q. Mutij autoritate oſtendit, quinq; modis adſtringi ſacris hæreditatem, quod & Alc. loco iam citato tractauit. Horum autem ſacrorum alia erant totius gẽtis communia, quæ gẽtilicia appellari poſſunt: alia, quæ ſibi paterfamilias conſtituerit. In iure autẽ noſtro, quoniã ad paganiſmum pertinent, haudquaquã eſt horum mentio, niſi quòd ſuperſunt adhuc tenues huius rei coniecturæ apud Modeſtin. l. j. ff. de Nupt. cum in diffinitione nuptiarum: Diuini, inquit, & humani iuris ſunt communicatio. Spieg.

SINERE uerbum, in cõtractu locationis quam uim habeat, Alph. oſtendit in l. in lege locationis. ff. Locati. Quam uerò in edictis, & quid iunctum negandi aduerbio, apud Iuriſcoſſ. deſignat Alexander Genial. dier. autor lib. j. cap. iiij. tradit. Spieg.

SIPHONES, canales, ſeu tubi dicuntur, à ſono uocis ſi, ſi, ſi. Vſus eſt Vlpianus hoc uocabulo, in l. quæſitum. de Fund. inſtr. ubi: Acetum, inquit, quod incendij extinguendi cauſa paratur: item centones, ſiphones, perticas quoq;, &c. quamuis in uulgatis, pro Siphones, ſcopæ ſupponantur, quæ nullius omnino ſunt uſus arcendis ignibus. Hoc in Pretermiſſ. Alciatus indicauit. Alexander Neapolitanus ſiphones intelligit fiſtulas follibus iunctas, ſeu mactrinas hydraulicas, quibus agitatis ad ſuperiora ædium, exhauriunt aquam.

SISTERE, apud Iuriſconſ. eſt iudicio ſiſti, & iudicatum ſolui. Itaq; cum promittimus aut nos, aut alios in iudicio permanſuros, rectè dicitur una appellatione cautio iudicio ſiſti. Iuriſconſulti enim promiſcuè dicunt iudicio ſiſti, tam ab ipſo reo, quàm de fideiuſſore eius, **zů recht ſteen, oder zů recht ſtellen**. Vlpianus in l. ij. ſi quis caution. Si quis, inquit, in iudicio ſe ſiſti promiſit. Et infrà, Se ſiſtere non potuit. Idem in l. ſi quis quenquam. eod. tit. In eadem, ait, cauſa eum debet ſiſtere. loquens de fideiuſſore, teſte Oldend. Quęre, Venire in iudicium. Sp.

SISTERE in eadem cauſa, hoc eſt, ſiſtere ut actori perſecutio loco deteriore non ſit, quãuis actio rei poſsit eſſe difficilior. l. ſi quis quempiam. ff. Si quis caut. Sp.

SITA, cibaria etiam præter frumenta, quibus ſcilicet ueſcimur. quo nomine etiam oleum ſignificatur. Homerus, σίτου καὶ οἴνοιο, τὸ γὰρ μένος ἐστὶ καὶ ἀλκή. Et Bacchus uires, & robur edulia præbent. In Rubrica, de Mun. ſitocom. σῖτα uoce græca, Dn. Alciatus in Annotat. poſterior.

C. lib.

C.lib.omnia dici poſſe quibus ueſcimur, oſtēdit. Hinc ſitocomia in iam citata Rubrica, pro ſiconiæ legendum, eodē teſte. Eſt autem ſitocomia, nomē magiſtratus, eius ſcilicet, qui frumēta & annonam curabat. Arcad. Iureconſ. in l. munerum. de Muner. et hon. Perſonale, inquit, munus eſt, cura emendi frumenta, & olei. Nam earum ſpecierū curatores σιτοκόμαις Græci uocant, ἀπὸ τοῦ σίτου, καὶ κόμειν, id eſt, à frumenti curatione. Vlp. de Vacat. muner. l. ij. itē ſitocomię meminit. & in l. de Adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin. Sp.

SITOSTASIVS erat, qui uendendo frumento præerat. σῖτος frumentum ſignificat, στάσις ſtationē. Alc. in l. quicquid decreto. C. de Frument. Alex. lib. xj.

SITVLA & ciſtam, qua populi ſuffragia in creandis magiſtratibus, legibusq́ ferendis colligebātur, & urnam ſignificat, ad hauriendam è puteo aquam accommodam. ut apud Iuriſconſ. ff. de Cōtrah. empt. in l. qui fundum uendebat. §. fin. Quære, Rota. Sp.

SITVS, ſqualor, ſiue incultura cuiuſq́ rei, à deſinendo dictus: quòd negligētia deſerantur res, & redduntur incultæ. Vlp. de Bon. poſſeſſ. ſec. Tab. l. j. Vetuſtate, inquit, uel ſitu putrefactum. Nebriſſ.

S O

SOBOLES, pro propagine, apud Pomp. in l. j. ff. Solut. matr. Item pro liberis. l. ij. C. de Infant. expoſ. Sp.

SOBRIE uiuere, pro frugaliter. Vlp. l. his qui. de Tut. & cur. dat. Quāuis quaſi indecorum ſit, patrem à filio regi, attamen D. Pius, item diui fratres reſcripſerunt, etiam filium, ſi ſobriè uiuat, patri curatorem dandum magis, quàm extraneū. Sp.

SOBRINI, ſunt cōſobrinorum filij. autor Menand. Alijs, de ſororibus nati, quaſi ſororini. Vſurpatur tamē pro quocunq́ cognato. Lege, Patrueles. Doctiſs. Haloander ſecutus fidem Pandectarū Florentinarū, ſuppoſuit in tit. de Grad. & affin. propius ſobrino, non propior ſobrinus. item in l. Oſidius. de legat. iij. autore Feſto Pompeio, qui ita ſcribit: Propius ſobrino mihi eſt cōſobrini mei filius, et conſobrinæ meæ filia, & patris mei conſobrinus, & matris meæ conſobrinus. Inde haud dubiè dictus, quòd ſobrinū gradu præcedat: quod ſignificantius diceretur prępoſito articulo, ſi eius uſus eſſet apud Latinos. Spieg.

SOCER locum parentis obtinet, Pomp. ait. l. quia ij. ff. Solut. matr. Vide itē l. cum pater. ad Leg. Pomp. de Parricid. l. ſoceri. de Verb. ſig. cum ſim. ab Alberic. citatis. Igitur eadem quę parenti reuerentia, pleriſq́ in rebus illi debetur, maximè durante affinitate. Sp.

SOCIETAS, intellige priuata, eſt uel duorum, uel plurium conuentio, cōtracta ob commodiorem & uſum & quęſtum. Eſt autem iuris ciuilis, etſi non inuentione, attamen approbatione: tametſi refragetur Bart. in l. ſi is qui pro emptore. de Vſucap. Quibus illa uerò modis contrahatur, docet idem in l. ſocietatis rei. ff. pro Socio. Porrò teſte Olden. generali ſignificatione ſocietatis nihil uetat ſocios appellari omnes, qui rem habent quomodocunq́ inter ſe communē. Sic Iuſtinianus legatariū appellat ſocium, cui res in teſtamēto communiter cum alio relicta eſt. Et Vlp. negociū pupilli ſine tutoris autoritate geſtum, uocat ſocietatē, quæ tamen nulla eſt. in l. ut in conductionib. ff. pro Socio. Et ſæpe in tit. ff. Comm. diuid. Spieg.

SOCIETAS leonina. Vide, Leonina ſocietas.

SOCIETAS publica, quam natura conſtituit inter omnes homines, nihil eſt aliud quàm naturalis omnium hominum cognatio. cuius meminit l. iij. ff. de Iuſtic. & iur. Ad hanc conſeruandam totius iuris ſanctio ſpectat, quamuis eam uix agnoſcimus. Nam ut uerè dicit aperto pectore uir Olden. adeò noſtros ſequimur corruptos affectus in explicando iure. Sp.

SOCIETATE uitæ, uxor quodammodo domina habetur. l. j. ff. Rer. amot.

SODALES, inquit Caius de Colleg. illic. ſunt, qui eiuſdē collegij ſunt (quā Græci φρατρίαν uocāt) ἑταῖροι aliàs dicti. Et hæc uidetur ex Solonis lege tranſlata eſſe. nam illicita eſt eadem. Nebr. Quere, Syſsitos.

SODALITAS, uox eſt ambigua: in malam enim & bonā partē æquè accipitur.

SODALITIVM. Vlp. l. ij. §. ſi quis. ff. Ne quid in loco publ. interpretatur uectigal hoc, quod imponitur ei pendēdum, qui in publico ſolo ædificat. In l. ſi arborem. ff. de Seruit. urban. præd. pro gnomone ponitur, quo horę ad ſolem denotantur. Lege Bud. in eandem. Sp.

SOLATIVM, apud Vlp. iuxta edition. Haloandri, in l. venditor. ff. Commun. præd. Niſi prius ſolitum, ait, pro hoc ſolatium domino præſtet.

SOLDATA, uox corrupta, ex antiquitatis uſu profluxit, ut ſuprà dictũ eſt. Quære, Feudum Soldatę. D. Oldend. à ſolida to exiſtimat acceptum eſſe, uulgare, **ein ſoldner**, pro ſtipendiato, & **ſoldt** pro ſtipendio. Spieg.

SOLDATA. Lege, Feudum Soldatæ.

SOLDATI milites. Vide ibidem.

SOLENNE dicitur, quod certa obſeruatione conſtitutum eſt. à ſolo, uel à ſolito dictum. Sic ſolennia munera Iuriſconſ. uocat, quæ certo tẽpore ex moribus mittebantur. Zaſius l. ij. ff. de Orig. iuris.

SOLENNIA munera, id eſt, annua, quòd ſingulis annis præſtanda ſint. l. tutor ſecundum dignitatem. §. in ſoluendis. ff. de Adminiſt. tut. Sp.

SOLENNIVM feriarum rationem haberi nõ debere, in reſtitut. in integr. maior. Vlpian. autor eſt, l. ſed & ſi. §. ſi feriæ. ff. Ex quib. cauſ. maior. Sp.

SOLENNITAS dicitur certa obſeruatio uerborum, perſonarũ, uel temporis inde nuncupata, quòd ſola ſeruatur, ſine qualibet additítia mutatione. Lege, Materia. &, Forma cauſæ. Sp.

SOLERS, inerti contrarius.

SOLERTIA non cautelam, ſed in omni re prudentiam, & induſtriam, perſpicacitatem, & ingeniorum acumen ſignificat: in bonamq́ue, & in malam partem accipitur. Extat in l. j. C. Si maior fac. rat. hab. Spieg.

SOLET, pro conſueuit. l. palàm. ff. de Ritu nupt.

SOLLICITATOR, qui inſtat, & uelut allicit ſponſas, matronas'ue ex ſolo citare, id eſt, ex ſuo loco mouere. Paulus l. j. de Extraord. crimin. Sollicitatores alienarum nuptiarum, itemq́ue matrimoniorum interpellatores, etſi effectu ſceleris potiri non poſſunt, propter uoluntatem tamen pernicioſæ libidinis, extra ordinem puniuntur. Sp.

SOLIDATVS. Vide, Feudum Soldatæ.

SOLIDVM dicitur, quod integrum eſt, non inane, neq́ue parte aliqua fractum. Vlpian. de Fideicom. libert. l. ergo. De ſolido, inquit, ſic accipere debemus, de ſorte, & de uſuris. Nebr.

SOLIDVM intelligimus & ſortem, & uſuras. l. ergo. §. creditoribus. Sp.

SOLIDVS ſubſtantiuè, pro aureo ſumitur, quem in Cæſarũ Conſtitution. l. quoties. C. de Suſcept. lib. x. ita taxatum legimus, ut lxxij. aurei libram conficiant: licet aureus, qui hodie in uſu eſt, minoris ſit æſtimationis, cùm nonaginta ſex ex eis libra contineat. Alciato uidetur, aureum, quo hodie utimur, ex generali omnium populorum conſuetudine eſſe ueteri illi ſubrogatum: & ideo quæ de ſolido in iure ciuili cauta ſunt, ad noſtrum hunc, quamuis leuioris ſit ponderis, referenda. Preterea in Parerg. adnotauit, eſſe ſolidum in iure, nummũ aureum, quem ἄκυρον aliqui Græci, & ὁλοκότινον dicunt: eius ponderis, cuius Latinis eſt ſextula, uel ſtagiũ, id eſt, octo oboli. ut latius ab eo declaratur in opuſculo, quod edidit de Ponderib. & menſur. Bud. ex uerbis Lampridij, de Alexandro Rom. principe loquentis, colligit, ſolidos primùm dictos eſſe aureos nũmos, certi cuiuſdam, ſuiq́ue põderis, quaſi integros. Obſeruandum, quòd erant dimidiati aurei, & tertiarij, à tertia parte dicti, qui ſemiſſes tremiſſesq́ue dicebantur: quemadmodum binarii, ternarij, quaternarijq́ue, et deinceps: ſic dicti, qui binos aureos, & ternos, & quaternos, denosq́ue penderent. Sic intelligendi tremiſſes, in l. iubemus. C. de Erogat. milit. annon. lib. xij. Sp.

SOLITVM uariè accipi, docet text. & illic Bart. in l. mela. §. ſed ſi alimenta. ff. de Alim. & cibar. legat. & in l. j. C. Quomodo & quan. iud.

SOLOECISTA, qui uitioſè loquit̃, quod uulgò uocant incongruum, à uerbo σολοικίζειν. Spieg.

SOLONIS & Draconis legiſlatorũ, quorum apud Græcos maxima ſemper fuit autoritas, fit mẽtio in l. quod lex in prin. ff. ad Leg. Iul. de Adult.

SOLVENDO eſſe, id eſt, ſatisfacere, pro quo obligatus ſum, ſiue pecunia, ſiue remuneratione. Valla ſcripſit, huic locutioni non poſſe ſubſtantiuũ addi: quòd ambigatur, datiuus ſit, an ablatiuus. cum Liuius ſcribat: Si reſpub. ſoluendo æri alieno eſſet, & quæ reſtinguẽdo igni forent, & alij autores itidem uſi ſunt, ut Tuſanus adnotauit. Soluẽdo etiã dicitur, qui in nominibus æs ſuum habet, l. facere.

ubi

ubi Alex. Solut. matr. quod intelligendum,ſi debitores idonei ſunt, & bonam fidem agnoſcũt.l.à diuo.§.fin.de Re iud. Vide Alciat.in l.ſoluendo eſſe.de Verb. ſig.Spieg.

SOLVERE,eſt eum qui alligatus ſit,liberum facere, **ledig zelen**. Inde qui præſtitit quod debet,ſoluiſſe dicitur. quo fit,ut propriè ſolutionis uerbũ,liberationisq́ꝫ, eiuſdem ſit ſignificationis. l. ſolutionis. ff. de Solut. Vide Alciatũ in l. liberationis. de Verb.ſig.Sp.

SOLVERE,latiſsimè patet. nam omnem debiti redditionẽ, & obligationis diſſolutionem complectitur.Sp.

SOLVERE paratus non uidetur, qui ſatiſdare paratus eſt. l. iiij. §. ſoluiſſe. ff. de Re iud.Alberic.

SOLVI matrimonium,& eſſe dotem,ſunt duo pugnantia, circa quæ ſe inuoluunt doct. præſertim neoterici. Tu uide Zaſ. ſuper tit.Solut.matrim.Sp.

SOLVM, propriè terra, ut ait Feſtus in l. qui tabernas.ff.de Contrah.empt. Dicitur etiã omne quod ſuſtinet, & unicuiq́ꝫ rei ſubiacet. Cedit autem ſolũ publicum ædificio. l. j. §. ſi quis. & ibidem Bart. ff. Ne quid in loc.pub.Sp.

SOLVM dicitur, quod cuiq́ꝫ rei ſubiectũ eſt:ut area ædificio, & terra pedibus noſtris. Itaq́ꝫ ſolum, ambitus ædium, apud Ciceron. in Topic. intelligimus aream, cui ædes impoſitæ ſunt. Celſus de Rei uindic. Solum, inquit, partẽ eſſe ædium exiſtimo,nec alioquin ſubiacere,uti mare nauibus.Sp.

SOLVM uertere.Lege,Foro cedere.

SOLVTIO, eſt obligationis liberatio in actione perſonali. l.ſolutionis. de Verb. ſig. In uẽdicatione enim alia ſolutio non fit,ſed ſpecies petita reſtituitur.

SOLVTVM refertur non ſolùm ad dandum, ſed etiam ad faciendũ. l. cum rem. & ibi not.ff.Rempub.ſalu.fore.

SOLVTVM matrimonium dicitur, ſiue morte, ſiue diuortio ſoluatur. de quo olim erat dubitatio inter ueterem iuriſprudentiam,in l.cum quærebatur. ff.de Verbor.ſig.Spieg.

SOLVTVS is dicitur,cui recedendi eſt libera facultas.l.ij.de Lib.hom.exhib.Caius in l. qui neq́ꝫ.de Verb.ſig.Ac ne eum quidem,inquit, intelligimus ſolutũ, qui in publico ſine uinculis ſeruatur.Sp.

SOLVTIVS, pro facilius, expeditius. apud Vlpian.in l.at ſi quis.§.idem Labeo. Sed ſolutius, ait, æquitatem ſequi, cum hoc ei & actionis natura indulget.Sp.

SOPHISTAE.Lege,Cauillari.

SONTES propriè dicuntur, quorum culpa iam ſonat, hoc eſt, qui erroris cõuicti ſunt.l.j.§.fin.ff.de Aedil.edict.Sp.

SONTICVS morbus,apud xij.Tab.intelligendus eſt non uulgaris, ſed tam moleſtus, ut reus non cogatur apud iudices comparere.Hinc & ſontica cauſa appellatur, admodũ grauis, ut ait Eraſmus in Chiliadib. Vide l. j.§.deinde.l.ob quæ.l. pen. ff.de Aedil. edict. ubi ſæpe fit mentio de morbo ſontico. & l. quæſitum. de Re iud. ut Pomponium Sextum intelligas, qui ueteres ſonticam, id eſt, iuſtam cauſam dixiſſe ſcribit: iuſtum enim præbet impedimentum.Sp.

SORDES,pro auaritia,rapinis. Vnde damnatus ſordium, apud Plin.lib.ij. Epiſt. xij. Vlpian. l.ait prætor. §. quæſitum eſt. uerſ. Et diſtrictè. Niſi aut ſordes, inquit, aut euidens gratia tutorum ſiue curatorum doceatur. Idem in l. ſi filiusfamilias. ff. de Iudic. Si euidens,ait, arguatur eius gratia, uel inimicitia, uel etiam ſordes. Spieg.

SORDIDA cõcuſsio,id eſt,calumnia. Vide ſuprà,Negociũ facit.Hęc à tranſactionis officio longè diſtat.Tranſactio enim quærit pacem,& finem litium:calumnia diſcordiam parit,& diſpendium. Tranſactio ex bona fide procedit,calumnia ex dolo malo: tantoq́ꝫ magis nocet,quanto latentius procedit ad nocendum.Sp.

SORDIDAE ſtirpes, ſplendidis & ingenuis natalib. ſcitè opponuntur,ab Impp. Dioclet. & Maximiano. l.ſuper ſtatu.C. de Pœnis.

SORDIDE agere, pro auarè.l.iij.§.nunc uideamus.ff.de Suſpect.tut.

SORDIDE agit tutor, qui pecunia corruptus,rem pupilli negligit. l. iij. §. nunc uideamus.ff.de Suſpect.tut.Sp.

SOROR, teſte Labeone, appellata, quòd quaſi ſeorſum naſcitur, ſeparaturq́ꝫ ab ea domo, in qua nata eſt, & in aliam familiam tranſgreditur.Cui dicto aſtipulatur text.in l.mulieres. C.de Incol.lib.x.& in l.mulieres.C.de Dignit. lib.xij.text.in l. cum in adoptiuis.C.de Adopt.Bart.in l. fin. C.de Priuil. ſcholæ, lib.xij. quæ iura probant,

probant, mulierẽ mutatione mariti priorem dignitatem, conditionem, forumq́ mutare. Vide Gell. Noct. Attic. lib. xiij. cap. x. & Cãtiunc. in Topic. loco ab Adiunctis. Spieg.

SORORIVS, cui ſoror mea nupſit. Sororius ſimiliter dicitur frater, & ſororis filius.

SORS, ſumma eſt, ſiue capitale, hoc eſt, prima pecunia, quæ cõfertur in ſocietatem, ut inde lucrum fiat. Accipitur & pro fortuito alicuius rei euentu. ut in Aut. Vt om. obed. iud. prouinc. §. arripiat. Obſeruandum, quòd maximum diſcrimen eſt inter ſortem, quæ controuerſias tollit, alens concordiam præſentiſsima definitione, in quam partes cõſentiunt liberè, de hac intelligendæ ſunt. l. ult. in prin. C. Commun. de Legat. l. ſi quæ cautiones. ff. Famil. erciſc. l. ſi cum ambo. ff. de Iudic. & §. optionis legatum. Inſtit. de Legat. Et ſortem quæ aufert bona, parit rixas, homicidia, & omne malum: quæ item latentium rerum omina, uel alias ſuperſtitiones complectitur. Huius autor ſathan eſt: priorem autem ſortem Deus moderatur, ad conciliationem diſsidentium animorum. Spieg.

SORTE res diſcerni ſolet. l. ſed cum ambo. ff. Vbi quis ager.

SORTEM & uſurã perſoluere, figura pro uerbiali dictum, quid ſit, interpretatur Eraſ. Chiliad. iiij. Cent. vij. Sp.

SORTIRI filiũ. Hunc loquendi modum apud Vlp. in l. iij. §. ſi emancipatus. ff. de Bonor. poſſeſſ. cont. tab. annotandũ monuit Alc. in fin. cap. xxij. lib. iiij. Parer. Sp.

SORTIRI forum, pro acquirere. Sic ſortiri prouinciam, ſortiri iudicem.

SORTIRI, per ſortẽ eligere, apud Caium in l. ſi quæ ſunt cautiones. Famil. erciſc. Spieg.

S P

SPACIVM, non ſolùm de loco, ſed etiam de tẽpore dicitur. l. ſicut in annos. §. idem Papin. ff. Quib. mod. uſusfruct. amit. Sp.

SPADO propriè is eſt, cui uirilia ſunt execta, ἀπὸ τῦ σπάειν, id eſt, ab euellẽdo. Aliàs eunuchi dicuntur, ab εὐνὴ, quod eſt cubile, & ἔχω, cuſtodio: quaſi euneochus, hominum genus, quod ſeruãdis regum cubilibus præfici ſolebat.

Spadonum genera ſunt uaria. Caſtrati, qui penitus non arrigũt, ſiue qui naturaliter ſine teſtibus progeniti ſunt, ſiue quia ante pubertatẽ omnino exciſi. dicti, quaſi caſti. Thlaſiæ, quibus teſtes fracti ſunt. θλάω enim frango ſignificat. Hi & θλαδίαι dicũtur. Thlibiæ, qui attritos eos habent, ἀπὸ τῦ θλίβειν. Eunuchi, qui τὴν εὐνὴν, id eſt, lectum uirginum cuſtodiũt. dicti, quòd bonæ ſint mentis, εὖ νόος, & à uenereis ſemotæ. His non ſolùm teſtes, ſed & totus coles ipſe amputari ſolebat. Sunt & qui aliqua ægritudine teſtium uſum amiſerunt. Sunt qui uno tantùm teſte nati ſunt. Sunt &, quib. cum uterq; adeſſet, altero tamen execti ſunt. Caſtrari quoq; mulieres in Lydia repertum eſt. Hæ omnes ſpecies ſub ſpadonis appellatione cõprehenduntur. dicti παρὰ τὸ ἀποσπᾶσθαι, id eſt, ab euellendo. Vnde & ἐκτομίαι uocantur, quaſi exectos dicas. Vide Alciat. de Verb. ſig. in l. ſpadonum. & Iuriſconſ. in l. ſi ſerua ſeruo. §. fin. de Iure dot. Sp.

SPARTACVS, pro Spartano, apud Paulum reponendum, in l. poſsideri autem. §. ſi ſeruus quem. ff. de Acquir. poſſeſſ. Hiſtoriam de Spartaco, qui fuit nobilis gladiator, refert Bapt. Pius cap. lij. in Annotat. poſter. Sp.

SPATHA. Vegetius gladios maiores, ſpathas uocari docet: minores uerò, ſemiſpathas. Extat in Aut. de Armis. §. pen. Sp.

SPECIALE delictum uidetur, quod doctores noſtri innominatum dicunt: ut cum quis in ius uocatus non paret. l. ij. C. de Epiſc. aud. cum temerè appellat, cum ius dicentem cõtemnit, cum in munere ſibi impoſito per deſidiam quis ceſſat. l. ij. C. de Sport. Eiuſmodi enim facta pluribus uerbis ſpecialiter deſignantur, non uno generali. Ex Alciato. Sp.

SPECIALES actiones cẽſentur, quibus id perſequimur, quod natura ſua, et quãtum ad iuris interpretationem pertinet, ſpeciale eſt, etiam ſi acceſſoria quædam habeat: ut equus, ueſtis, domus, fundus, & cæteræ id genus res. Sp.

SPECIALITER, idem quod ſpeciatim, diſertè, mit außgetruckten worten. Vlpian. in l. ij. ſi quis caut. Niſi, inquit, contrarium ſpecialiter partib. placuerit. Vocabulum Iurecoſſ. familiare. l. defuncta. l. arbores. ff. de Vſufruct. & alijs multis locis. Spieg.

SPECIALITER prælegare. Claudius in l. alimẽta. ff. de Alim. legat. Quia, inquit,

 deſti-

deſtinauerat alimentis, eius uſuras pecuniæ, quas ſpecialiter ei prælegauerat. Sp.

SPECIE, in l. quæſtio. de Verbor. ſig. pro parte uſurpant. Vult enim dicere, agrum partem eſſe fundi, non ſpeciẽ. arg. l. fundi. eod. tit. Sic Vlpian. in l. j. de Agnoſc. liber. ubi S. C. Plautiani duas eſſe ſpecies dicit, cum partes debuerit dicere, teſte Apello. Spieg.

SPECIEM ueteres Iuriſcoſſ. appellant, quod recẽtiores, legis caſum. Vlpian. in l. ſed interim. de Don. int. uir. & uxor. Paulus in l. Latinus Largus. de Leg. ij. Quintilian. thema uocat, quaſi facti poſitionem, uel euentus. Sic ſpecies una, pro una quadam cauſa. in l. ſolet prætor. & l. ſeq. ff. de Iuriſdict. om. iud. Sp.

SPECIES eſt uox, quæ de pluribus differentibus numero, ſeu indiuiduis dicitur. ut apud Apellum tutela teſtamentaria, aditio hæreditatis, dominium directum, emptio, furtum, obligatio ciuilis, actio perſonalis, poſſeſsio naturalis. Quanquam nonnullis uiſum eſt, ut atteſtatur Cantiunc. ſpeciem indiuiduis comparatam, hoc nomine parum aptè notari. Speciei namq; nomen ſola comparatione ad genus uidetur inditũ: dictamq; ſpeciem eſſe, quòd confuſum & informe genus expoliret, & ſpeciendum (ſic enim ueteres loquebantur) nobis exhiberet. Ob id Cicer. in Topic. mauult formam (dum à forma generis locum ducit) appellare. Siquidem ſpecies indiuiduis comparata, non iam ſpeciei retinet, ſed generis potius accipit faciem. Ciceroni adſtipulatur Gloſſ. ult. in l. proponebatur. ff. de Iudic. Rei ſpecies, inquit, id eſt, forma. Iuris ciuilis interpretes ſpeciem paſsim appellant genus, & indiuiduum ſpeciem: ut hominem, equum, bouem, genera: Titium, Bucephalum, & hunc bouem, ſpecies. Sic loquitur, Apello indicante l. ij. in prin. & §. j. Si cert. pet. l. non uidetur in iudicẽ. de Iudic. l. fin. de Condit. ob cauſ. l. oſtentum. de Verb. ſig. l. cum certum. de Aur. & arg. leg. l. qui uxori. l. ſpecies. eod. tit. & princ. Inſtit. de Donat. & Iuriſcoſſ. paſsim in tractatione legatorum. Spieg.

SPECIES adæratæ, quarum fit mentio in l. ſeptem. C. de Erog. milit. annon. lib. xij. Vide ſuprà, Adærare, quod opinor nobis eſſe, die wahr an gelt ſchlagen. Sp.

SPECIES adærandę. in l. ſpeciebus. C. de Cohortali b. lib. xij.

SPECIES in plurali, pro aromatibus aliquando ſumitur, ſed obſoletũ. Macrob. lib. ult. Saturnal. Species & acres & calidæ ſuper faciem cum apponuntur, exulcerãt. Martianus in l. fin. ff. de Publican. Species, ait, pertinentes ad uectigal. Ex Theſauro. Steph. Rob. Sp.

SPECIES reſiſtentes, in ead. l. pro reſtantes intelligit Bud. quæ reliquamenti cauſa debentur, id eſt, quæ ex præterito debentur, uulgò per reſt außſtendig. Sp.

SPECIES ſemper generi derogat. Paul. de Legat. iij. in fin. l. ſeruis urbanis.

SPECIMEN propriè eſt id, quod de reuenali oſtenditur uenditori, ut inde poſsit cæteras merces æſtimare: ut particulæ panni, aut parum frumenti, uel uini guſtus. Spieg.

SPECTABITVR litis conteſtatę tempore, apud Vlpian. in l. quantum. ff. Quod met. cauſ.

SPECTACVLA, loca ſunt executa, ut ex ijs ludi ſpectentur. Theatra uulgò appellant, ut græca uox, teſte Syluio, quàm latina uulgò uſitatior ſit. Notus tit. de Spectac. et Scenic. & Lenon. lib. xj. Cod. Sp.

SPECTACVLVM celebrare, apud Modeſtinũ. ff. de Vſu & uſufruct. l. legatum.

SPECTABILES, & ſpecioſæ perſonæ, gradu quodam dignitatis inſignes, in iure plerunq; dicuntur: cum hoc ſenſu hæ uoces apud idoneos autores nullæ ſint, quod & antè monuit Alciat. Idem Spectabilem, ſeu quod idem eſt, Specioſum, à Clariſsimo non differre oſtendit in Diſpun. cap. iiij. lib. iiij. Sp.

SPECVLARIA affixa, Vlpian. in l. ſed & ſi. ff. de Vſufruct. domus partem eſſe cenſuit. Vide Alc. in Comment. ad l. Scæuola reſpondit. de Verb. ſig. Sp.

SPECVLARII ſunt, qui ſpeculas faciũt, & qui uitrea ſpecilla. Poſſunt & hoc nomine denotari, Alciat. teſte, qui feneſtris ſpecularia ad arcendũ hyeme frigus cõponunt, quorũ meminit Vlp. in l. quæſitum. §. ſi domus. de Fund. inſtr. Sp.

SPECVS, à deſpiciendo. Vide Vlpian. l. j. de Riuis. & quid ſit, indicat Iuriſconſ. in l. j. de Riuis. eiuſq; ſignificationes uarias, not. Gloſ. in l. ſi inter. ff. de Aqu. pluu. arc. Spieg.

SPEM precio emere, eſt lucrum incertum, & in

&in

& in euentu ſitum, certo affectare damno. Exemplum habes apud Pompon. in l. nec emptio. de Contrahend. empt. citatur ab Eraſ. Cent. iiij. Chiliad. ij. Sp.

SPES, opinio futurorum: refertur que tam ad bona, quàm ad mala. Vide Bar. in l. Gallus. §. uidēdum. ſub fin. & in l. poſthumus. de Lib. & poſthum. Interpretes faciūt differentiam inter Spem certam, & indubitatā: de qua in l. pen. ff. Quib. ad libertat. prouo. & Spem reuocabilē. ut in §. quid ſi is. in ead. l. Gallus. Quod tamen Salomon. ſibi non liquere fatetur. ibid. Spieg.

SPES aliqua durat. Vide Iuriſconſ. in l. ſi uſusfructus ij. in prin. ff. Vſusfructuar. quemadmodum cau. Sp.

SPEM futuræ perceptionis deteriorē conſtituere licet. l. pactum inter hæredem. ff. de Pactis. Sp.

SPES præmiorum pignerari non poteſt. l. ſpem præmiorum. C. Quæ res pig. oblig. poſs. Alberic.

SPHAERISTERION, locus eſt, Nebriſs. ait, ubi pila luditur. Sphæriſtes, qui pila ludit. Vlpian. Mandati. l. ſi quis mihi hypocauſta, Sphæriſterion, & quædam ipſius ualetudini apta, ſua impenſa faceret. Alex. Neapol. Locus, inquit, circularis erat, qui plures capiebat circulos, & ſpacia uarijs luſibus diſtincta. Sicut Trigon, locus triquetro ſimilis, ubi pila exercebant, & ludo. Gen. dier. li. iij. c. xiij.

SPICVLATORES, pro apparitoribus apud Calliſtr. in l. diuus. de Pœn. dam. Ita neque ſpiculatores ultrò ſibi uindicent: ſubaudi, panicularia. nec optiones ea deſideret, quibus ſpoliatur, quo momento quis eſt punitus.

SPIRITVM emittere, pro mori, apud Martianum in l. ſed & in illo quæritur. ff. de Reb. dub. Spieg.

SPOLIARE, pro exuere bonis. in l. j. ff. de Donat. inter uir. & ux. Transfertur ad omnia alia. ut ſpoliare auxilijs, prouincia, fama, uita, &c. Quod Imp. §. fin. Inſtit. de Action. dicit, Expoliatum bonis, Iuriſcons. in l. final. ff. de His quæ in fraud. dicit, Exutū bonis: ut paria ſint, exui bonis, & expoliari bonis, id eſt, iacturam bonorum pati. Vide Zaſ. in dicto §. fin. Spoliare item pupillum dicitur tutor, qui malè adminiſtrat. l. qui fun dum. §. tueor. ff. Pro empto. Spieg.

SPOLIARIVM, locus ubi reſeruantur ſpolia, eadem forma qua dicimus armariū. Lampridius in uita Commodi, pro loco ubi noxij necarentur uſurpauit. & Seneca epiſt. xciiij. ad finem: Nunquid (inquit) aliquem eſſe tam cupidū uitæ putas, ut iugulari in ſpoliario quàm arena malit. Catanęus Plinij in Panegyric. interpres impensè doctus: Siue ſpoliariū, ait, appellatum, quòd uita priuarentur, ſiue quòd ibi ſpoliati laniarentur. Sp.

SPONGIAE, quibus columnæ, pauimēta, pòdia extergunt, inſtrumēti ſunt domus. l. quæſitū. §. canales. de Fun. inſtr.

SPONSALIA dicuntur, quòd ueteribus moris fuerit per ſtipulationem ea contrahere. l. ſciendū. de Aedilit. edict. Et ſponſio nimirum fit, cùm quis interpoſita ſtipulatione, certam pecuniam promittit, ni ita ſit ſicut affirmat. Hinc & Sponſor dicitur. l. ſi rem. de Præſcript. uerb. Alciatus de Verb. ſignif.

SPONSALIA, à ſpondendo. l. ij. de Spōſal. mentio & repromiſsio futurarū nuptiarū. Arra uerò id genus munera dicuntur, quæ ſponſaliorum nomine dantur. Hinc Sponſalitiæ arræ ab Iuſtinian. dicuntur. Sponſalia item noua ſignificatione quandoque accipi uidētur pro muneribus quæ ſponſæ dantur. Impp. Honor. & Theodoſ. Sponſalia, id eſt, nomine arrarum data, reddi. l. j. C. Si nupt. ex reſcript. pet. Sed & in Codice. Theodoſ. Si puella deceſſerit, ſponſalia iubemus ſponſo reſtitui. Vide Alc. in Par. Sp

SPONSALITIA largitas, hoc eſt, donatio propter nuptias, ſpecialis eſt cōtractus. de quo in Aut. Vt ſponſalit. larg. Sp.

SPONSA patris, nouerca filij dicitur.

SPONSSVS eſt, qui nondum eſt maritus. l. j. §. eſt quæſtio. ff. Pro dote.

SPONSIO, genus erat actionis aqud antiquos, ubi & actor & reus decimā partem æſtimationis litis deponebant, mulctam uidelicet futuram temerè litigantis. Gręcè παρακαταβολή, depoſitum, ſeu fideiuſsio. Budęus in priorib. Annotat. ad l. poſterior. de Orig. Iuris. Quod uerò Vlpianus in l. ſi item tibi. §. fin. de Pręſcript. uerb. dicit: Si quis ſpōſionis cauſa annulos acceperit, nec reddidit uictori præſcriptis uerbis, in eum actio competit, alterius generis ſponſio eſt: id eſt, quæ pignoribus depoſitis ludicra plerunque

runcꝫ eſſe ſolet. Exemplum huius idem Budæus, et quidem memorabile, recitat ex Plinio in ead. l. Paul. de Verb. ſig. autor eſt, ſpõſionis nomine accipiendũ omnem ſtipulationẽ promiſsionẽcꝫ. Sp.

SPONSIONEM facere, uulgo dicimus deponere in pœnam, uel pignoris loco paciſci. Martianus in l. pen. ff. de Aleatorib. in quibus rebus, inquit, ex lege Titia & Cornelia etiam ſponſionẽ facere licet. Vide ſuprà, In pecuniam ludere. & Bud. in Annot. prior. Sp.

SPONSOR eſt, ut rectè Accurſius exiſtimauit, qui ſponte, & non rogatus, pro alio promittit. Gloſ. §. j. in Aut. de Fideiuſsor. Quod et ex Verrio Feſtus tradit. Hinc ſponſores dicebãtur, qui pro candidatis promittebant, ne illi ambitus rei eſſent. Alciat. in Parerg. probat autoritate Ciceronis, & Plinij Iunior. Spieg.

SPONTE, aduerbialiter poſitum, in Rubric. C. de His qui ſpõtè publ. mun. ſub. Sua ſponte, ſignificat uolũtate ꝓpria, & ſuapte natura, ſine hominis labore. Sp.

SPONTE ueniſſe, aliud eſt, quàm adfuiſſe. l. ſi quis ex conſenſu. C. de Epiſc. audient. Spieg.

SPORTVLA, erat apud Roman. quod indies clientibus ſuis ſub limine portæ exhibebant ad uitę uſum: cuius loco quandocꝫ pecunia dabatur. Hinc cum conteſtanda lis eſſet, actor & reus pecuniam contribuebant, deponebantcꝫ: is autem qui in cauſa ſuccubuiſſet, omnia pendebat. Atcꝫ ea pecunia ſportula dicebatur, à ſporta, ſeu ſportella, receptaculo maioris ſummæ pecuniarum. autor Alciatus in Diſpunct. Sportulę Iudiciales uocantur, τὰ δικαστικὰ, hoc eſt, iudicantium mercedes. Vide & Oldẽd. Action. xiij. Claſs. j. Spieg.

SPVRIVM, Modeſtin. de Stat. homin. l. uulgò cõcepti. eum appellari tradit, qui incerto patre natus ſit: ſiue eũ, qui eum patrem habet, quem habere non licet. Cæterùm quos uulgò Baſtardos uocamus, interdum ſpurij dici poſſunt, interdum non poſſunt. ut hi, quos principes agnoſcere ſolenniter ſolẽt, quaſicꝫ adoptare Interpretes Legitimare, nullo autore, appellant. Vide Bud. in d. l. uulgo concepti. Spurius proximitatis nomine ſucceſſores habet, qui bonorum poſſeſſionem petere poſſunt. l. ſpurius. & l. Modeſtin. ff. Vnde cognati. Spieg.

SPVRCARE, etiam uinum aqua diluere ſignificat. Vlp. ad leg. Aquil. l. ſi ſeruus. Qui uinum, inquit, ſpurcauit, uel acetũ fecit. Sed & aquæ dicuntur ſpurcari, cũ corrumpuntur aliqua re, quę illas uitiet iniecta. Paul. de Extraord. crimin. l. j. ſi aquas, inquit, ſpurcauerit. Nebriſs.

S T

STABVLA, ueteres appellarũt diuerſoria, & quas tabernas uocamus. Sed & hæc uox pro ſeptis accipitur, quib. iumenta uel greges ſtabulantur. In priore ſignificatu accipienda eſt apud Vlp. in l. urbana ꝑdia. de Verb. ſig. In poſteriore ſenſu uideť accepiſſe Nerat. in l. eolure. In quib. cauſ. pig. tac. contrah. Ex Alc. Sp.

STABVLARIVS, caupo eſt, qui mercede in tabernam meritoriam uiatores excipit. Vlpian. de His qui not. infam. l. athletas. Puta, inquit, ſi caupo fuit, uel ſtabularius. Nebriſs.

STADIVM. Lege, Menſurarum nomina.

Stãnd des Reichs. Vide, Magiſtratus Municipales.

STAGNVM. Lege, Lacus.

STAMEN, quidquid in colo ad nendum ponitur. Subtegmen dicitur filũ quod ſub tegmine texitur. Vlp. ut puta ait, ſtamen & ſubtègmen. in prin. l. ſi cui lana. de Legat. iij. Sp.

STATICVLVM, uehiculi genus eſt Plinio. Alciat. in Rubr. C. de Strator.

STATIM, cum temperamento temporis accipiendum in certis Iuris noſtri locis, Alberic. oſtendit. Eſt ubi pro ilico ponitur. ut in l. fin. C. de Bon. quæ liber. Vide Bart. in l. qui pignori obligari. §. fin. ff. de Aut. tut. Spieg.

STATIM atcꝫ. Vlpian. l. ſi maritus. de Adult. Et primũ, inquit, Pomponius putat, admitti accuſationem extraneã poſſe ſtatim atque negauerit: cui aſſentientiendum puto. Spieg.

STARE, pro manere & firmum eſſe. l. ſancimus. C de Teſtam.

STARE, de inanimatis etiam dicitur. ut nauis, flumen, currus.

STARE cum aliquo, pro partes eius ſequi, & ei fauere.

STARE decreto, pro obedire, & non prouocare, Dem Vrteyl ſtatt geben.

STARE per me, per te, per illum, quo minus id fiat, cum nos, uel aliqui alij cauſa

ſumus

ſumus,ne quid fiat. Vide l. j.§.non exigitur.l.ult.§. fin . ff. Quod leg.l. ſi per te non ſtat. C.de Vſur.Sp.

STATIO,à ſtatuendo.l. j. de Riuis.Sp.

STATIO aliquando accipitur pro uigilia. ut apud Modeſtin.de Re milit.l. deſertorem.Qui ſtationis,inquit,munus reliquit.Hinc ſtationarius miles, qui uigilijs deputatus eſt. Vlpia.de Offic.Præf. urb.l.omnia omnino.Milites, ait, ſtationarios habere,ad tuendam popularium quietem. Eſt & ſtatio, portus nauium: ut in quem ſe recipiunt naues. Vlpian. de Flumin.l.ait Prętor.Stationē,inquit, dicimus,à ſtando. Is igitur locus demõſtratur, ubi naues ſtare poſſunt. Nebr. Stationarij, quorum fit mentio lib. xij. C.erāt electi ex agentib.in reb.qui curſui publico præeſſent, de quibus latius Alc.li.Parerg.vj.cap.mox citando.Sp.

STATIONARII milites. Vlpian.in l.j.de Offic.Præfec.uigil.Et ſanè debet,ait,diſpoſitos milites ſtationarios habere, ad tuendam popularium quietem.Sunt autē ordinarij dicti,quòd in ſtationib.habitent, nec uagentur. Quo nomine & prætoriani appellari poſſunt iuxta Alciatum in Rub.C.de Curioſ.& ſtation. lib.xij. Limitanei uerò, qui in finitimis hoſtium locis, ad repentinas incurſiones intenti ſunt. Vigl. tit. Inſtit. de Milit.teſtam.Spieg.

STATIONARII tabelliones, qui in ſtationibus cum ſubadiuuis miniſtriſq; ſuis morabantur, & inſtrumentis ſubſcribebāt,quos Iuſtinian.in.Nouell.xliiij.συμβολαιογράφους appellat,id eſt, cõtractum ſcribas,qui & tabelliones dicuntur. Lege cap.xix.lib.vj.Parerg.Alc.Sp.

STATIVA,ſunt loca in quibus aliquis moratur.à ſtando dicta. Vnde & legimus, Cæſar ſtatiua habuit caſtra. Alciat. in l. tractationes.C. de Tract.& ſtat.lib.xij.

STATORES, pro apparitoribus, qui reos in ius, uel carcerem ducunt. Cicero Tabellarios uocat: atq; ij ſunt, quos Princeps uaria neceſsitate mittit ad prouincias,ut nuncient aliquid, quibus tenenť Prouinciales ſubinde mutare equos, quo celerius eant. Ab aſsidua ſtatione dicti, quòd aſsiduè magiſtraui adſtent. Alciat.in Rubr.C.de St atorib.lib. xij. Vlp.tit. Ex quib. cauſ. maiores. In eadē cauſa,inquit, & qui à militibus, ſtatoribuſq;, uel à municipalibus miniſterijs adſeruantur.Sp.

STATVAS,& imagines,quidam hoc inter ſe differre putant: quòd ſtatuæ ſint æneæ, eboreæ,lapideæ:Imagines cereę, & pictæ. Vide l. unicam.C.de His qui ad ſtat. Princ. confug. Extant & hodie apud nos ſtatuæ in nonnullis ciuitatibus,ad quas, exceptis aliquot criminibus,confugientes,feruntur tuti,Imperatoris maieſtate.Sp.

STATVIT uerbum, rem perfectam ſignificat & conſummatā,non cœptam in poſtulatione edicti. Quod quiſq; Iuris, teſte Vlp.in l. j.eod.tit.Sp.

STATVLIBER eſt,qui ſtatutam & deſtinatam in tempus, uel in conditionem, habet libertatem.l. j.de Statulib.Sp.

STATVMINA. Lege, Pedamentorum.

STATVM,participiū,à uerbo ſiſto,quod eſt præſento, & quaſi prǫſentiam corporis exhibeo. Vlpian.in l. iij. ſi quis in ius uocat: Cū quis,inquit, iudicio ſiſti promiſerit, neq; adiecerit pænam, ſi nõ ſtatum eſſet.Idem ſi ex nox. cauſ.l.j. nõ uideri,ait,in eadem cauſa ſtatum.Sp.

STATVM iri,apud Vlpian. repromiſsio, inquit,planè exigenda eſt,uoluntati defuncti ſtatum iri l.ſi quādo.ff.ut Legat. ſeu Fideicomm.ſeruan.cauſ.caueat.Sp.

STATVS cauſæ. Lege, Conſtituere autem ſtatum.

STATVS dies,id eſt,conſtitutus,uel præfixus iudicij cauſa.Iuſticium dictū, quaſi Iuris ſtatio. Vide poſt Macrob.Bud.in Annot.prior.ad l.tertiam.Pro ſocio.

STATVTVM, idem quod Lex Ciuilis, uel Municipalis. Et hoc recipere interpretationem, Salomonius affirmat, & Zaſius aſtipulatur. Quod eſt cõtra eos, qui contendunt,nõ aliter ſtatuta, quàm uerbotenus intelligenda. Sciendum autem,quòd Rom. Ius ab initio non aliud fuit,quàm municipale:nec xij.Tab. Leges aliud tum erant, quàm id quod noſtri nūc ſtatuta uocant. Poſt propagatū uerò Imperium, cœpiſſe Ius eſſe commune inter omnes Imp.Rom.populos. quod ceu poſitiuū, Iurecoſs.ſecundum uoluntatem, ex bono & æquo ſemper fuit interpretatum, ut in ipſis Pand.libris licet inſpicere. Quia uerò nihil eſt inæqualius locorum circumſtantia,non poteſt Ius Romanum æqualiter obſeruari

uari ubiq; : idcirco receptum eſt, ſcribi ſtatuta, non ſolùm ut aliquid addatur, aut detrahatur Legi generali, uerùm etiam contra Legem generalem Romanorum. l. omnes populi. & §. Ius autem Ciuile. Inſtit. de Iur. Natur. Spieg.

STELAE, ſunt propriè lapideæ pilæ ſurrectæ, in quibus fœdera inſcribi ſolebant, ut omnibus innoteſcerent: & in quibus etiã homines proſcribi ſolebãt. Bud. l. uenditor. Com. præd.

STELLATVRAM interpretatur Lampr. in Alex. ut teſſeram frumentariam ſignificet. Alciat. in Annotat. ad l. ſeptẽ dieb. C. de Erogat. milit. annon. lib. xij. Bud. Stellatura, inquit, nomen erat annonæ militaris: quod apertius fit ex uerbis Spartiani in Peſcennino. Scholiũ Egnatianum in Lampridium huic non quadrat, alioqui probum. Sp.

STELLIONATVS crimen, ſecundũ Vlp. eſt, ubicunq; crimẽ nomine caret quod perpetraт. Dictũ à ſtellione, lacerta ſtellata, animali uenefico, atq; hominũ generi inuidente. quod apud ueteres malè audijt: cuius monuit Alc. in Parerg. & Egnat. in Lamprid. Sp.

STEMMATA, gradus generis, & ordines deſcendentium: qui ramis quibuſdam, & uelut incurrentibus lineis diſtinguebantur. l. ſtemmata. ff. de Gradib. Sp.

STERCORANDI agri. Inſtit. de Vſu & habit. §. ſed ſi pecoris. Eſt autẽ ſtercorare, pinguefacere: quod fit, fimũ agris inſpergendo. l. quina. §. ſtipulatio. ff. de Verb. oblig. Spieg.

STERCVLINIVM, receptaculum ſtercoris. Vlp. in l. fundi. de Action. empt. In ſterculinio, inquit, diſtinctio Trebatij probanda eſt: ut ſi quidem ſtercorandi cauſa comparatum ſit, emptorem ſequatur: ſi uendendi, uenditorem. Alij ſterquiliniũ ſcribunt. ut apud Alfenum in l. ſi quando. ff. Si ſeruit. uẽdic. Secundum cuius, ait, parietem uicinus ſterquilinium fecerat. Sp.

STERILITAS, opponitur Vbertati. Papinian reſpondit: Si uno anno remiſsionem quis colono dederit ob ſterilitatẽ, deinde ſequentibus annis contingat ubertas: nihil obeſſe domino remiſsionẽ, ſed integram penſionem, etiam eius anni, quo remiſerit, exigendam. autor Vlpianus in l. ex conducto. Locati. Sp.

STERNERE uiam ſilice. Vide Vlpian. in l. loci. ff. Si ſeruit. uindic. Sp.

STIGMATA, hoc eſt, notata publica. ut Impp. in l. iij. de Fabricenſ. interpretantur. Fabricenſes dicti ſunt, quòd fabricã armorum, quam Impp. habebant, curarent, armaq; ipſi fabricarent: quod generaliter non permittebatur urbibus, teſte Alciato, lib. j. Prętermiſs. Spieg.

STILLICIDIVM, quaſi ſtillarum cadium: quòd guttatim cadat, ubi è tectis guttæ fluunt: flumini opponitur, quod priuatim accipiẽdũ eſt pro curſu uel fluxu aquæ, quicquid Acurſius comminiſcatur. Nam teſte Oldend. utrũq; tam ſtillicidium quàm flumen pro re priuata accipitur. ut in l. ult. de Seruitut. Sed immittendi, inquit Paulus, protegendi, proijciendi, idem fluminum & ſtillicidiorum ſeruitutem impedit. ibi certè flumen priuatę aquę accipi oportet. Nam publici non eſt ſeruitus. l. iij. in fin. ff. de Seruitut. ruſtic. prędior. Sp.

STIMVLOS naturales, eleganter Paulus in l. amiciſsimos. de Excuſat. tut. pro inſtinctu, ſeu motu naturali, ut uulgò dicitur, accepit. Sp.

STIPEM conferre. Martian. de Colleg. & corp. l. j. Sed tenuiorib. permittitur ſtipem menſtruam conferre, dum tantũ ſemel in menſe coeant. Sp.

STIPS, aut ſtipis, dicitur pecunia quam antiqui uel in ærarium reponebant, uel dijs offerebant, uel mendicis porrigebant ad ſuſtentationem uitæ. Cicero de Legibus: Stipem ſuſtulimus, inquit, niſi eam quam ad paucos dies propriam Ideæ matris excepimus.

STIPENDIVM, Vlpianus ait, dictum eſt à ſtipe: quòd per ſtipes, id eſt, per modica æra colligatur. Ideò hoc etiam Tributum appellari, Pompon. ait. de quo uide quæ not. in l. neq; ff. de Impenſ. in rebus dot. fact. Stipendium etiam merces militum dicitur: ſicut & ſalarium. Ea erat denarius in ſingulos dies, qui unciæ argenti octaua pars eſt, Tacito lib. j. ut citatur ab Alciat. in enarratione l. ager. de Verb. ſig. Idem indicat inibi, ſtipẽdiarias omnes prouincias Pop. Roma. fuiſſe: excepta Italia, & ſi quæ urbes ius Italicũ haberẽt, uel fœderatæ eſſent.

STIPENDIA decem, decẽ militiæ intelligũtur. Nam ſtipendium non ſolum ſemeſtre,

ſtre, ſed annuum, militū ſalarium diceba tur. autore Varrone. Incipiebant autem apud ueteres facere ſtipēdia iuuenes an no ætatis decimo ſeptimo. C. Gracchus & Legē tulit, de minoribus annis ſeptē & decem ad militiam nō cogendis. Sp.

STIPENDIARII erant, qui ſtipendia militibus nomine Rom. dabant, teſte B. Latomo. Vulgus indoctè ſtipendiarios appellat eos, qui ſtipendia accipiunt. Sp.

STIPVLA. Paulus ſtipulā ait, quæ demeſſa iacet, heredis eius eſſe, Labeo ait, l. ſi uſufruct. ff. Quibus mod. uſufruc. amit. Stipula autē dicitur culmus cum ſpica, non collectus, ſed in metendo derelictus: quem, cum ocium adeſt, ruſtici deinde metūt. autor Alciat. in Comment. de Verb. ſignif. Spieg.

STIPVLARI, eſt promittenti aſſentire. Dictum à ſtipe, hoc eſt, pecunia: quoniam qui pecuniam obligat, ſtipulari dicitur. Hinc ſtipulatus, us. Papin. Solut. matr. l. poſt dotem. Non erit impediendus pater, quo minus ex ſtipulatu agat. Neb.

STIPVLATIO, eſt firma uerborum conceptio, qua quis aliquid ſe facturum, daturum'ue promittit alteri, ſuper hoc ipſum interroganti. utpote, Promittis mihi, te daturum xx. Philippeos? Alter reſpondebat, Promitto. Alioqui non erat rata promiſsio. Nomen autē ſumpſiſſe ab interrogāte, tanquā digniore, Accurſius, cæteriq; Interpretes tradiderunt. Sed Alciato probabilius uidet, à ſtipulante eum contractū appellari: quia in eius utilitatem cōcipitur. Sic & Emphyteuſis uidetur dicta, quia in cōmodum Emphyteutæ principaliter contrahitur. Debent enim (quod in Cratilo ſenſit Plato) nomina imponi ab eo, quod principaliter effectū reſpicit. Iuſtinianus uerò ſtipulatiōis nomine utimur ait. ꝙ ſtipilum apud ueteres firmum appellabatur: fortè à ſtipite deſcendens. Alciat. potius putat legēdū ἀπὸ τοῦ συμπου. Quid enim, inquit, cōmune habet ſtipes, ſeu truncus cum contractu? Varro tamen à ſtipe, id eſt, pecunia, ſtipulationem dictam mauult. Cæterùm ſtipulationem partimur in interrogationem, & promiſsionem: diuidimus in conuentionalem, iudicialem, prætoriam, & communem: ſi modò id quod ex duabus ſpeciebus conflatur, quod nos Miſtum appellamus, conſtituit peculiarem ſpeciem. Obſeruandum tamen, quòd ſtipulationem, pro eo quod in ſtipulationem deductum eſt, Iuriſconſultus accepit, in l. j. de Eden. ubi diem ſolutionis partem dicit. Spieg.

STIPVLATIO eſt ſpecies efficaciſsimi contractus, unde ad imbecillem innominatorum naturam dirigenda non eſt, quomodo ideo inuenta ſit, ut uberius ex ea nobis, quàm ex illis conſulatur. Quod copioſè Iaſon oſtendit in l. quum mota. C. de Tranſact. Sp.

STIPVLATIO iudicatum ſolui, tres clauſulas in unum collectas habet: de re iudicata, de re defendenda, de dolo malo, autore Vlpian. in l. iudicatum ſolui. ff. Iudicat. ſol. Quę uerba ipſe explicat in l. iam tamen fideiuſſor. eod. tit.

STIPVLATIO, iuris eſt: pactum, facti. per l. ſi unus. §. pactus. ff. de Pactis. quod ut accipiendum eſt, Bart. declarat ibid.

STIPVLATIONES prætoriæ ſunt, quę ſolius prætoris iuriſdictioni relinquuntur, quarum alterius iudicis notio non eſt. ut ſunt quæ dationem tutelarum reſpiciunt. idem & in cautione damni infecti. Iudiciales uerò ſtipulationes ſunt, quæ non coram pretore, ſed coram alijs iudicibus expeditionem nanciſcebantur. ut Cautio de dolo eſt, quæ, licet prætoris edicto ſit inuenta, ſub alijs tamen iudicibus interponebatur. At communes ſtipulationes, tam apud prætorem, quàm coram alijs iudicibus cognoſcebantur. Vide Alciatum capite primo lib. j. Paradox. At uerius eſt quod Oldend. ſentit, quē uide in prim. Action. vij. claſs. Spieg.

STIPVLATOR, qui per interrogationem obligat promiſſorem. Spieg.

STIPVLOR, uerbum iuris, eſt poſtulare, ſibi promitti aliquid ſolennibus uerbis. Cicero pro Roſcio Comœdo: Stipulatus es? ubi? quo die? quo tempore? quo præſente? quis ſpopondiſſe me dicit? nemo. Spieg.

STIRPES, ſunt ferulę, ſeu uirgulta, quæ de radicib. naſcuntur: ea & germina dicuntur. l. diuortio. §. puto. Solut. matrim. Hinc & germinalis arbor. Accur. quæ ſtirpes ſunt, pedamenta eſſe arbitratur: contra M. Varronis, & Columellæ, cæterorumq; antiquorum autoritatē. Sp.

STIRPES, ſi Grammaticis credimus, de homine fœmininum eſt: de arboribus maſculinum. Succedere in ſtirpes, & in capita. Vide ſuprà, Ex ſtirpe excidere, pro radicitus, apud Vlpian. l. j. de Arbor. cæd. Sp.

STOICAE ſapientiæ ſummũ philoſophũ Chryſippum, Martianus in l. ij. de Leg. ideo appellare uidetur, quòd Stoici dicebant, Sapientem infra ſe omnia habere, ex ſeſeq́ ipſum, non aliunde pendere: uſq; adeò, ut Horatius eorum uerbis dicat: Ad ſummum, ſapiens uno minor eſt Ioue. Sp.

STITI, præteritum à uerbo ſiſto, ſupino caret, quod tamen à uerbo ſto mutuatur, autore Priſciano. Vide Vlpian. in l. ſed & ſi quis. §. illud ſciendum eſt. ff. Si quis cautionib. & Neratium in l. pen. eod. tit. Ibi Oldend. annotãte illud (ſtatus) à ſto mutuatus eſt. Sp.

STOLA, ueſtis erat ad talos demiſſa, matronarum inſigne. Vlp. de Aur. & arg. leg. l. ueſtis. Muliebria, inquit, ſunt, uelu ti ſtolæ, pallia, tunicæ. Nebr.

STOLAM ueteres dixerunt omne quod corpus tegeret, autor Nonius. Vlp. ſtolam inter muliebria ueſtimenta, ea'que quibus uir ſine reprehenſione uti nõ poteſt, annumerat. Ex autorib. tamẽ à Nonio citatis, probari poteſt, ſtolam quoq; uirorum fuiſſe. de qua Bayſ. de Re ueſt. cap. xvij. Spieg.

STRABONEM, hoc eſt, qui oculos habet diſtortos, Vlp. tradit, Trebatij autoritate, nõ eſſe morboſum. l. qui clauum. §. is cui os oleat. de Aedil. edict. Plin. inquit: Vni animalium homini, oculi deprauantur. Vnde cognomina Strabonum & Pecorum. Sp.

STRAMENTA, ſunt calami frumẽtacei ſpicis demeſsis. Vlp. de Act. empt. l. fund. Fundo, inquit, uendito, uel legato, ſterquiliniũ & ſtramenta emptoris & legatarij ſunt. Nebr.

STRAMENTORVM item nomine ſignificatur omne, quod ſolo, cauſa quieſcendi, inſternitur, ut ſtoreæ, phormiones, paleæ, & mattæ: unde & uulgò Mattaracia uocantur. autor Alciat. in l. quos nos hoſtes. §. uerbũ uiuere. de Verb. ſig. Sp.

STRAGVLA, non ſolum pro lecti operimento tantum, ſed generaliter pro omni ueſte quæ inſternitur, accipitur. πεϱίϛϱωμα Græcè, omne id eſt, quod inſternitur. Alciat. de Verb. ſig.

STRATAM, apud Romanos uiam ſignificare, autor eſt Procopius: quod, ut Alciat. ait, in Vulgari idiomate uerum eſt, in Latino falſum. Vide eum in dictione, Sermo Latinus. Prætermiſs. li. j. Sp.

STRATORES, quidam interpretantur eos milites ſeu mercenarios, qui caſtra præibant, ut loca accommodatiora ad traducendum exercitum facerent: aggeres, uel tumulos æquando, uel ſtruendo pontes, & ſimilia. quorum mentio apud Veget. lib. ij. Alciat. in Rubr. C. de Stratorib. lib. xij. Sp.

STRATVM, omne ueſtimentum quod in ſternitur, ſeu inijcitur. ut toralia, gauſapa, centones, aulęa, tapetia.

STRENA, munus ſignificat, quod aduocatis & amicis datur, ut Alciat. annotat in Comment. de Verb. ſig. Meminit earũ Gloſs. in l. laudabile. C. de Aduocat. diuerſ. iud. Sp.

STRENVVS, efficax, gnauus, uigilans, fortis: ſic dictus, quòd ſternendo aduerſa renuat. Iuſtin. Nam & manu ſtrenuus, & in concionibus perfacũdus habebatur.

STRICTAM rationẽ habemus, ait Vlp. quę nunq; in ambiguis religionum quæſtionib. omittit ſolet. Nam ſummã eſſe rationem, quæ pro religioſis facit. l. ſunt perſonæ. ff. de Relig. & ſumpt. fun. Spieg.

STRICTI Iuris uocabulũ peculiare eſt Iuriſconſ. reliqui ſcriptores ſummũ Ius appellant, ut Bud. exẽplis oſtendit paulo poſt initium prior. Annot. in Pandect. Duob. autẽ modis intelligitur. Altero propriè, cũ Leges ſcriptæ nimis ſeuerè, ac ſine ullo tẽperamento, aut trahuntur per interpretationẽ ad caſus ſimiles. in quib. tñ ratione circumſtantiarũ eſt aliqua diſsimilitudo: aut in caſu. de quo loquũtur, Nimis durus ſenſus extorquetur. Altero modo impropriè ſumitur, cũ fraus fit Legi, hoc eſt, cum ſaluis uerbis Legis ſententia eius circumuenitur, detorquendo eam ad impertinentia, aut eludendo ratione ſophiſtica. Ex Olden. Gloſ. in l. placuit. C. de Iudicijs. id uocabulũ tripliciter exponit. Cum Iudæis ſummo Iure agendũ eſſe, Interpretũ doctrina eſt: non tamẽ, ut notabiliter Alc. dixit, ſummouendi ſunt ab hac æquitate, quam ἐπιείκειαν uocant. Quũ nihil aliud

liud ſit Ius, quàm hæc æquitas in artem redacta. Cæterũ in omnibus rebus præcipuam eſſe iuſtitię, æquitatisq́ ſcriptę, quàm ſtricti Iuris rationem, Impp. Conſtantin. & Licinius cõſtituere. Quando rigor Iuris temperãdus ſit ὠϑεικεία, id eſt æquitate, Bart. indicat l. ult. ſub fin. C. de Legib. & Philippus in Epitom. Philoſoph. lib. ij. Sp.

STROBILI, pinei nuclei. Vlpian. de Pinu etiam, ait, integri ſtrobili ligni appellatione continebuntur.

STROPHA excuſatiõem doloſã ſignificat, teſte Catanæo Comment. j. Hac dictione uſus interdum Martialis, & Prudentius noſter, qui quum, ſicut & cæteri ueteres poetæ noſtræ pietatis Proſper, Paulinus Sedulius, Iuuencus & Arator habeãt res altiſsimas, & humano generi ſalutares, non ſunt omnino in uerbis rudes, aut contemnendi. Multa habent, teſte Viue (cuius iudicio cedat omnis Ciceronianorũ ſemichriſtiana cohors) quibus elegantia & uenuſtate carminis certent cum antiquis nonnulla, quibus etiam eos uincant. Itaq; non niſi olidum olet, quod nuper Braimoniaſtix ille pronũciauit (ſed parum competens iudex) unicum Actij Synceri ad ſummũ Pontificẽ epigramma, pluris eſſe faciendũ, quàm innumeras Prudentiorum, Aratorum, ac Iuuencorum myriades.

STRVCTILE opus dicit, quod ex lapide quadrato, aut laterculis, calceq́ conſtructum eſt. Tectorium uerò, incruſtatio eſt, ſiue expolitio parietum, pluribus inductis ex arenato corijs, totidemq́ ex marmorato. Vlp. Superq́ eam parietẽ colũnas ſtructiles, quæ tectũ porticus ambulatorię ſuſtineant. l. ſicuti. in prin. ff. Si ſeruit. uindic. Sp.

STRVCTORES, interpretantur ipſi Impp. id eſt, ædificatores, in l. priore. de Excuſ. artif. C. lib. x. Structores etiam uocari poſſe eos, qui ad Principũ menſas minutatim, ſuo more, eſculenta conſcindunt, Inſulan. rectè putat. Sp.

STRVMA, extantia quædam in tergo: ſicuti in pectore gibbus habetur.

STVBA, uel Stupha, uocabulum pluribus uidetur non Latinum. Sed quibus hoc uidetur, nec habẽt ſtubas, inquit Volzius: qui & annotauit, ductum uocabulũ à Stypo, quod & Græci dicunt ϛύφω: q̃ ea loca ob calorem ſeruandum ſtypẽtur. Nam υ, in u, & π, in b, ut mutetur, non adeò infrequens eſt. Spieg.

STVDIA liberalia, quòd homine libero digna ſunt. Vlp. l. ij. de Var. & extraord. cog. Liberales artes appellat Rhetoricam, Grammaticam, Geometriam, Medicinã, Iuriſperitiam. Vide l. oratione. C. de Profeſs. & de Stud. liberal. urb. Roman. Seneca ſolam philoſophiam ſentit eſſe liberalem diſciplinam, quòd liberum facit hominẽ, hoc eſt ſapientẽ, ſublimem, fortem, magnanimum: cætera puſilla, ac puerilia eſſe. Sp.

STVDIOSI Iuris. Paul. in l. j. de Offi. Adſeſs. Quo (inquit) Iuris ſtudioſi partib. ſuis funguntur. Hæc uox ut ſtudium uariè à Latinis ponitur. In re uerò literaria, uel cum caſu, uel ſine caſu ponitur. Sp.

STVDIOSVM, pro expetendum apud Iuſtinianũ Conſtit. ff. j. in prin. cum dicit: Nihil tam ſtudioſum in omnibus rebus inuenitur, quàm legum autoritas, quæ & diuinas & humanas res bene diſponit, & omnem iniquitatem expellit. Sp.

STVLTA eſt opinio tua. l. Domit. ff. de Teſt.

STVLTICIA, tam ad Iuris imprudentiam, quàm ad facti errorẽ refertur. l. ſi per imprudentiam. ff. de Euict. Alberic.

STVLTVS, imprudens. Nam & multi non inſipientes, aliquando ſtultè aliquid uel agunt, uel loquuntur. Quemadmodum ſtultus eſt Iuriſcons. qui emit hæreditatem non ſoluendo. l. iij. ad Leg. Falcid. & ſtultiſs. Imperatori, præ bono eligẽs malũ. §. ceterùm. Inſtit. Quod cũ eo Sp.

STVPRVM, generaliter coitus eſt Lege uetitus. Diuiditur igitur ſtuprum in adulterium, inceſtum, & ſtuprum. l. inter liberas. §. j. & l. ſi adulteriũ cum inceſtu. de Adult. ut cõmittatur adulterium in nuptam: inceſtus in conſanguineam: & ſtuprum ſpecificum, in uirginem, ſiue uiduã honeſtè uiuentẽ. In puero quoq; perpetrari ſtuprum, alibi traditur. l. ſtuprũ. §. j. de Adult. Modeſtin. admonet, quòd lex Iulia de Adult. Stupri uoce indifferenter utitur. Sp.

STVPRATVS. Vlp. l. j. §. remouet. de Poſtulan. Si quis tñ, inquit, ui prędonũ, uel hoſtiũ ſtupratus eſt, non debet notari. Sp.

STYLVS, graphium quo ſcribitur ſignificat: unde uſus obtinuit, ut pro ſcriptura, dicendiq́

dicendiq́ modo accipiat̃.Imp. Conſtantin.l. j. C. de Sacroſan. Eccl. Poſtq́ iam aliud uelle nõ poſſunt, liber ſit ſtilus: & licitum, quod iterũ nõ redit arbitrium. Complectitur autẽ Styli uocabulũ plurimas res, teſte Roterod. ſermonis habitũ, & dictionis quaſi filum, figuras, cõſilium, iudiciũ, argumentationis genus, inuentionem, tractationem affectus, & ἤθη, quæ Græci uocant, atque in ſingulis horum mille diſcrimina, nempe nõ pauciora q́ ſunt ingeniorũ: quorũ profectò totidem differentiæ ſunt, quot ipſi ſunt homines. Alius iucundior eſt, alius exactior. Alius ſimplicior, alius picturatior. Alius lenior, alius acrior. Hic ſeuerior eſt, ille feſtiuior. Hic eruditior, ille ſactior. Hic copioſior, ille neruoſior. Deniq; ne rẽ, inquit, infinitã proſequar, totius animi ſimulacrum ſemel exhibet oratio. Spieg.

STYLVM proſcriptionis incurrere. in l. fin. C. Quę res uen. nõ poſs. l. iij. de Bon. uac. libr. x. l. ſi quis poſthac. de Bon. proſcript. Alberic.

στυπτηρία, alumen: à στύπτω, adſtringo. Vlpi. de Reb. eor. qui ſub tutel. l. iij. Si lapidicinas, inquit, uel quæ alia metalla pupillus habuerit, ſtypteriæ, uel cuiuslibet alterius materiæ, uel ſi cretæ argentifodinas, uel quid aliud huic ſimile. Nec nouum noſtris uideri debet (quod Alciat. in Parerg. adnotauit) appellatione metalli, etiam alumen contineri, cum hæc uox omnia cõprendat, quæ ſub terram effodiendo reperiuntur. Sic dicta, quia ἄλλον μετὰ ἄλλον, id eſt, aliud poſt aliud inueniat̃. Vnde apparet, in metallũ cẽſeri damnatos. l. aut damnũ. de Pœn. quoſcunq;: nõ ſolùm qui in argẽti, ferri'ue fodinis opus faciunt, ſed etiã qui alumen, cretam'ue effodiũt, & ſi qua ſimilia. Sp.

SVA mala mente ad hoc procedere, apud Vlp. in fin. l. quid ergo. de Legat. j. Sp.

SVADERE, ſuauius uerbis aliquem hortari ad id quod intendimus. l. j. §. perſuadere. de Seru. corrupt.

SVAPTE, ſua ipſius natura.

SVB. Vide infrà, Sufficere.

SVB tempus uenditionis, Vlpian. interpretatur, hoc eſt, biduo ante uenditionem. l. Aediles. ij. §. uendendi. de Aedil. edic. Ferẽ autem iungitur Sub accuſatiuo, cum tempus ſignificatur. Itaq; ſub tempus, cum Hoaland. & non ſub tempore, ut in uulgatis, legendum. Seruius exponit, Sub tempus, & Sub idem tempus, hoc eſt, circa. Vide quæ de hac particula not. in l. mathematicos. C. de Epiſc. aud. Sp.

SVB titulo exequi, pro pertractare, apud Vlpian. in l. j. §. hoc edicto. ff. de Poſtulan. Spieg.

SVBAVDITIO, tropus Grammaticis notiſsimus, eſt & apud Iuriſcoſs. Nam ſæpè uel taxatiua, uel augmẽtatiua dictio ſubintelligitur. In taxatiua exemplũ eſt apud Venul. l. fin. ff. de Aedil. edict. cum morbum ſonticum dixit, qui perpetuus noceret, nõ qui tempore finiretur: ſubauditur, tantùm. C. de Poſtul.

SVB cõditione, pro ea lege, hoc pacto.

SVB corona uænire. Vide ſub dictione, Seruus pileatus.

SVBCVRATOR conſtitutus. in l. ex pacto. in prin. ff. Negoc. geſtor.

SVBDERE ſe ſententiæ, in prin. l. iij. ff. Iudic. ſolui.

SVBDITVM teſtamentum dicitur, cum uero teſtamento occultato, aliud clam fuit appoſitum. quemadmodum Subditus partus, pro ſublato ab ea muliere quæ peperit, & alteri ſuppoſito. Pro ſurrogato, ſeu ſucceſſore Paul. uſurpat, de Iudic. cum ait, Mortuo iudice.

SVBDOLE, cautè, fraudulẽter. l. quiſquis.

SVBDOLVS, occultè decipiens.

SVBDVCTIONES, Cicero uocat lib. ij. de Oratore, inanes, & ſophiſticas philoſophorum argutias & diſputationes: quali bus & nunc utuntur, Oldendorp. teſte, in dijudicandis cauſis, & tractando Iure, magno ſtudioſorũ incõmodo Sp.

SVBFEVDATIO, nominatur uulgo Afterlehen. Zaſ. de Feud. alienat.

SVBGRVNDATIO, prominentium tectorum cõſtructio. de qua Virtu. li. iiij. Sp.

SVBGRVNDIA, ſunt tegulæ propendentes extra tectũ domus, ad parietũ defenſionẽ, ne imbribus corrũpantur. Iabol. de Ver. ſig. l. malũ nauis. Qualia, inquit, meniana & ſubgrundia eſſent, id eſt, tecti partes impendentes ad parietũ munitionẽ. Nebr. Dicuntur & Subgrũdæ, ut Bud. oſtẽdit autoritate Varronis: & Prætoris edictũ probat: quod Vlpian. interpretatur, in l. ſi uerò plures. §. prætor ait. de His qui deiec. Sp.

SVBIACERE uoci præconis dicebatur, cum ad lapides, ad quos præco aſcendebat, in foro cuiuſpiam uenalia bona ſubijciebantur. Vide Syluium pro Publio Quintio.

SVBIECTAE ſibi perſonæ. Vlpian. Siue per ſubiectas ſibi perſonas uſu adquiſierint. l. item ait prætor. ff. Ex quib. cauſ. maior. Spieg.

SVBIECTVS partus, pro ſubdito, ſuppoſito. l. j. C. de Falſ. quemadmodum ſubijcere teſtamenta, hoc eſt, pro ueris falſa ſupponere. Vnde ſubiecta teſtamenta, & ſubiector teſtamentorum, apud Ciceronem legimus. Sp.

SVBIICERE, pro loco alterius ponere, apud Paulum in l. & qui natura. §. ſi cum me. Negoc. geſt. Sp.

SVBINDE, pro frequenter, à Iuriſcoſſ. interdum uſurpatur: in quem ſenſum Liuium, Columellam, Martialem plerunque uſos, ſed in primis Tranquillum, Catanæus annotauit. Sp.

SVBINTRODVCTA mulier quid ſit, in Decretis Pontificijs diſt. xxxij. C. Interdixit per omnia. & rurſus eadē diſt. Nullus miſſam audiat presbyteri, quem ſcit concubinam indubitanter habere, aut ſubintroductam mulierem (quia Gloſſematarij prorſus ſilentio prætereunt) latè explicat Rhenanus noſter, adiecto ſcholio Euſebianæ Hiſtor. Eccleſ. Sp.

SVBINVESTITVS, eſt uaſallus uaſalli. Dn. Oldend. & diligens, & fidelis iuris noſtri interpres, in de Action. beneficiarijs, annotauit Feudiſtarū loquendi formulas, ab uſu Latinorum abhorrentes, quas adſcribam. Noſtri, inquit, Dare feudum, Concedere feudum uaſallo, nunc dicunt: Romani, Dare mancipio fundū, In fidem ſuam accipere clientem. Noſtri, Auferre feudum, Aperiri feudum: Romani, Inijcere manus prædio cliētelario. Noſtri, Subſtituere aliquem in locum ſuum, Subinueſtire: Romani, Emancipare prædium, A' clientela ſeſe eximere in gratiam alterius. Noſtri, Feudum accipere, Inueſtiri de feudo: Romani, Mancipio accipere, Fidem patroni ſequi, In fidem ſe conferre. Vnde natum eſt, quod uulgò dici ſolet in epiſtolis: Ioānes mancipium tuum. Non enim ad bellicam captiuitatem, aut ſeruitutis conditionem pertinet, in quo multi falluntur. Noſtri, Seruire, Seruitutem facere domino: Romani, Clientelam exhibere, Obſequium præſtare. Noſtri, Vendere feudum: Romani, Obſequium uel clientelam exuere alienato prædio. Noſtri, Vaſallus non uult ſeruire, Derelinquit dominum: Romani, Cliens non uult dominum agnoſcere, Inficiatur clientelam, Facit ſui controuerſiam. Noſtri, Feudum paternum, Feudum antiquum: Romani, Ius gentilicium: quaſi ad gentiles, agnatoſ'que tranſiens. Exemplum citat è v. Ciceron. action. in Verrem. Noſtri, Inueſtituram facere, Iuramentum fidelitatis recipere: Romani, Oſculo in fidem recipere, Verba præire, Iureiurando diſcinctum clientem adigere. Noſtri, Inueſtituram petere, Iurare fidelitatem: Romani, Dare manus ſupplices, Oſculum obſequioſè porrigere, In uerba iurare, Sacramento adigi. Noſtri, Breue teſtatū, Inſtrumentum feudale: Romani, Apochā admiſſæ clientelæ, Antapocham clientelæ exhibitæ: quaſi teſtificationem ultrò citroq; dati & agniti beneficij. Noſtri, Saluo iure cuiuſcunq;, clauſulam appellant in breui teſtato ſolennē: Romani, Quod ſine fraude ſua, aliorumq; fiat: exemplum ex primo Liuij citat. Noſtri, Feloniam contra dominum exercere, Feudum amittere: Romani, Prædium committere, pro confiſcari. Vt in tit. de Publ. & uectig. & cōmiſſ. Paul. ff. Negoc. geſt. Si periculum, inquit, erat, ne prædia in publicum committerentur. Noſtri, Culpam remittere, Feloniam non perſequi: Romani, Manum iniectam tollere, Manus iniectionem remittere. Noſtri, Feudum improprium uocāt, & feudum tēporale, quod ad annum, uel quinquennium conceditur: Romani, Precarium clientelare dixerunt.

SVBIRE defenſionem, pro ſuſcipere defendendum.

SVBIRE iudicium. in l. fin. C. de Deſert. Sic Cicero dixit pro Flacco.

SVBITARIOS milites, ueteres repentina auxilia appellaſſe, Liuius autor eſt.

SVBITO', pro improuiſo, citra propoſitum, apud Triphonin. in elegāti §. quòd ſi ſeruus. l. ſi is qui. de Acquir. rer. domin. Spieg.

SVBIVGATA bona, corruptè legitur in uulgatis, apud Papinian. in l. cum de in rem

rem uerſo. de Vſur. Reponendum, publi cata, pro ſubiugata. Sp.

SVBLECTI, de mortuorum loco lecti. Budæus.

SVBLEVARE teſtimonio aliquem, dici debet, quod exonerare uulgò dicimus, inquit Budæus. Sp.

SVBLIMITAS tua, pro altitudine, uoce Hiſpanis familiari, Alteza: quæ nobis ſo nat, hochheyt. in l. poſt. C. de Indiction. lib. x. Aut. de Lenon. §. fin. Sp.

SVBMITTERE, eſt propagandæ ſobolis gratia matricibus ſupponere, atque alendos præbere fœtus.

SVBMITTERE precia, pro minuere. Plinius: Neq; enim pudor, ſed æmuli precia ſubmittunt. Bud. ait.

SVBMISSA uox, concitatæ opponitur, quam Canoniſtæ & ſuppreſſam uocant. c. ſi cum. extr. de Verb. ſig. c. alma. §. adijcimus. de Sent. excom. lib. vj. Submiſſè, uel (ut quidam ſcribunt) ſummiſsè, id ſignificat, quod barbaris eſt humiliter: & ſubmittere, quod illis ipſis eſt humiliare: quod uerbũ, teſte Inſulano, doctis non placet. Spieg.

SVBMOVERE à magiſtratu, officio, dignitate, eſt quod uulgus deponere dicit.

SVBMOVERE, clam, ſiue ſubtus, uel à longè mouere. Inſtit. §. autẽ. Quib. alien. lic. l. ij. ff. de Compenſat. Sp.

SVBMOVERI exceptione. Quod notat Vlpian. in fin. l. quid ergo. ff. de Vſufr. Submittere autem facti eſt, & Iulianus propriè dicit diſpertire, & diuidere, & diuiſionem quandam facere, quod dominium ſubmiſſorum erit proprietarij. Sp.

SVBNIXI priuilegio, id eſt, fulciti, quod eſt uulgò muniti, apud Aur. Arcad. in l. unica. ſub fin. ff. de Offic. præf. præt. Sp.

SVBNOTARE. Lege, Deſcribimus.

SVBORNARE, eſt falſum inſtruere aliquem, ſemotis arbitris: &, Catanæo teſte, ſemper in malum uſurpatur. Exemplum habes apud Paulum in l. alij propter. de Accuſat. tum alibi. Sp.

SVPPLENTES omnes defectus tam iuris, quàm facti. Clauſula, quæ quotidie apponi ſolet in diplomatibus Roman. Pont. & Impp. reſpicit tantùm defectus iuris poſitiui, non autem naturalis. ut eſt text. in Clement. paſtoralis. §. cæterùm defectus. de Re iud. Sp.

SVBRIPERE, ſiue ſurripere, noſtris uſurpatur, pro eo quod eſt, per mendacẽ narrationem aliquid extorquere, & quaſi furari. Hinc ſurreptio, pro impetratione, quę fit à principe per falſam rei narrationem. Et ſurreptitia diplomata, ac literæ, quæ ad falſam alicuius ſuggeſtionẽ conceſſæ ſunt. ut ſi quis pro apoſtata ſectario'ue ſe ſimpliciter profanũ apud principem mentiretur. Hi namq; ab omni iuris beneficio, miro omniũ orthodoxorum Iuriſperitorum excluduntur.

SVBROGANDVS, pro ſubſtituendus. in l. unica. C. de Colleg. lib. xj. Nihil autem debet ſubrogari, ſubſtitui, ſubordinari, ſuggeri, niſi cum illis qualitatibus, cum iſto iure, cum iſta conditione, qua fuit res cui ſubrogatur. Gloſſ. & Bart. in l. j. C. de Mancip. & colon. patr. lib. xij. Sic ſubſiſtet regula: Subrogatum ſapit naturam eius, cui ſubrogatur. l. quod debitori. & ibi. Dynus. ff. de Don. cauſ. mort. Spieg.

SVBSCRIBERE, eſt querelam unà experiri: interdum iudicium dictare, uel actionem. ut apud Paul. in l. actione. ff. pro Socio. Dicitur & edere iudicium, ab Vlp. tit. Rem rat. hab. Hinc ſubſcriptores, Pedianus ait, eos appellatos cauſidicos, qui adiuuare accuſatorem poterant ſubmiſsius. Et ſubſcribere cauſæ dici poteſt id, quod adiũgere cauſæ non dicunt, Der ſachen/oder dem handel anhengig. Quod & in cauſam deſcendere dicebatur. Vide Budæum in prin. Annotat. poſter. & ſuprà, Scribere. Sp.

SVBSCRIPTIO, eſt exempli ab alio ſcripti notarij, manus ſignis facta munitio. l. diuus. §. item ſenatus. de Falcid. ubi Bartol. paremq; uim habet, quam Holographa ſcriptura. l. emptor. §. j. ubi Bartol. ff. de Pact.

SVBSCRIPTORES. Vide, Subſcribere.

SVB ſe habere præſes prouinciæ dicitur, quæ pertinent ad prouinciam quam adminiſtrat. l. j. §. j. ff. de Interdict. & releg.

SVBSELLIA, ſunt tribunorum, triumuirorum, quæſtorum, & huiuſmodi minora iudicia exercentium: qui non in ſellis curulibus, nec tribunalibus, ſed in ſubſellijs conſidebant. Erant & ſubſellia iudicum, id eſt, eorum qui publicis iudicijs diſceptandis operã dabant. Bud. in Annotat. priorib. ad l. j. de Iudic.

SVBSIDIARIA actio. uide ſuprà, Actio ſubſidiaria.

SVBSIDIARIAE literæ, quæ à paribus ad pares uel ſuperiores ſcribuntur, petendo exhiberi transferriq; in authenticam formam quoddam ſcriptum publicum uel priuatum. Sp.

SVBSISTERE, eſt hærere & dubitare. Calliſtrat. de Iur. immun. l. ſemper. Subſiſti, inquit, poteſt, an prohibendi ſint à præſide. Itẽ Vlpian. de Procur. l. ſeruum. Quantum, inquit, ad filiumfamilias, uerum eſt, in ſeruo ſubſiſtimus. Nebriſſ.

SVBSORTITIO in reiectione ſuſpecti iudicis quomodo fiebat, pulchrè declarat Bart. Latomus item in Orat. pro Cn. Plancio. Spieg.

SVBSTANTIA, pro patrimonio. l. fin. C. de Verb. ſig. Lege, Forma cauſæ. Sp.

SVBSTANTIA generaliter definit, quæ ad rei eſſentiam neceſſariò requiritur: atque hæc materiam, formam, ſolennitatemq; comprehendit. Ex Alciat. Sp.

SVBSTANTIA inanimata diuiditur in fungibilem, ut eſt uinum, zinziber, pecunia: non fungibilem, ut eſt ager, flumen, arbor.

SVBSTITVENDI uerbum ea comprehendit, quæ ſubordinantur: quemadmodum inſtitui dicuntur, quæ principaliter ordinata ſunt, & ſtatuta. Patetq; latè utriuſq; uerbi ſignificatio. Nam & uita inſtitui dicitur, dum componitur. Et leges inſtituere dicimur, dum ordinamus, ſtatuimus. Sic ſubſtituuntur procuratores, ſubſtituuntur iudices, dum ordinantur. Item et arbores ſubſtituit uſufructuarius in locum demortuorum. & ſi quæ ſunt ſimilia. fac. l. pen. ff. Iudic. ſolui. & l. agri. de Vſufruct. Cæterùm in materia ultimarum uoluntatũ uerba inſtituendi & ſubſtituendi ex communiter accidentibus uniuerſalem ſucceſsionẽ reſpiciunt. Qui enim hæres generaliter ordinatur, inſtitui: & is qui ſequenti loco ſubordinatur, ſubſtitui dicitur. In ſingulari ſucceſsione quamuis uerbum ſubſtitutionis, ut paulo antè dictum eſt, ad legata, & donationes cauſa mortis accommodatur, non tamen inuenitur, quòd inſtitutionis uerbo teſtatores in legatis & donationibus uſi ſint, quanquam ex uerbi ſignificatione legatarius & donatarius inſtitutos dici, etiam Politus tradit. Sp.

SVBSTITVTIO, eſt ſecunda inſtitutio; quæ ſcilicet poſt inſtitutionem à teſtatore fieri ſolet, hoc eſt, ſecundi hæredis appellatio: primò enim fit inſtitutio, tum ſubſtitutio. Zaſio ſubſtitutio nihil aliud eſt, quàm ſequenti loco facta ſubordinatio. Fumæus rectè deſcriptionẽ, non autem definitionem putat eſſe ſubſtitutionis: ceu Bart. cum Iaſone, in l. j. ff. de Vul. & pupill. ſubſtit. exiſtimant. Quare ipſe ſic eam definit: Subſtitutio eſt in locum cuiuſcunq; inſtituti hæredis deficientis ſuppoſitio. Et rectè quidẽ, cum fiat etiam ſubſtitutio in legatis, & donationib. cauſa mortis. text. in l. ut hæredib. ff. de Leg. ij. & hæredis deficientis uerbum, uti generale, comprehendat omnes ſubſtitutionum ſpecies, ſiue deficiat hæres in inſtitutione, quia noluerit adire, uel nõ potuerit, propter ætatis uel ſenſus defectũ, aut alio quouis modo deficiat. Sunt autem communi calculo receptæ ſubſtitutionum quinq; ſpecies: uulgaris, pupillaris, exemplaris, breuiloqua, ſeu reciproca, & compẽdioſa: quæ tamen iure communi non eſt ſubſtitutio, ſed propter militum multum fauorem, ualet iure ſubſtitutionis. Iure autem communi nõ ualet, ſed poteſt fieri loco illius fideicommiſſum. text. in §. fin. Inſtitut. de Pupill. Vnde qui fideicõmiſſariam ſubſtitutionem uocant, ut & rectè monuit Fumæus, terminos cõfundunt. Aliud eſt enim fideicommiſſum, aliud ſubſtitutio. Subſtitutio nempe, ut ipſe dixit, eſt in locum deficientis ſuppoſitio. In fideicõmiſſo uerò rogamus hæredem, ut ab hæreditate adita deficiat, & deinde reſtituat: ſic ut neceſſe ſit illum adire, qui rogatur reſtituere. l. cogi. ff. ad Trebell. Deinde in ſubſtitutione ſubſtitutus directè capit hæreditatem eſt teſtamento, alteri per manus hæredis inſtituti. Sp.

SVBSTITVTIO breuiloqua. Lege, Subſtitutio exemplaris.

SVBSTITVTIO compẽdioſa, ſic dicta, quòd ſub compendio plures ſubſtitutiones complectatur, cum ſubſtituitur directè cuicunq; inſtituto, quocunq; tempore, certo, uel incerto defecerit ultra pupillarem xiiij. annorum. Quod de homine ſano intelligendum. Nam ſi furioſo, uel demẽti illo modo ſubſtituatur, tum eam exemplarem uocabimus. Exemplum

incerti temporis erit, ſi teſtator dicat: Inſtituo A. & quandocunq; morietur, F. hæres eſto. Certi uerò temporis ſpecies erit, ſi teſtator dicat de ſuo hærede: Si intra xxv. annum ſuæ ætatis deceſſerit, F. hæres eſto. de qua in l. precibus. §. final. C. de Impub. Sed obſeruandū, ut habeat nomen compendioſæ uerum, oportebit eum, cui ſubſtituitur, exceſsiſſe xiiij. annum: intra enim illud tempus ſemper uocatur pupillaris. l. in pupillari. ff. de Vulg. Fit autem compendioſa nonnunquam per uerba directa, uel obliqua, uel etiam per communia, id eſt, ea quæ ut directa, & ut obliqua, ſalua recti ſermonis proprietate, interpretātur, quorum infrà ſub quinta uocali faciemus mentionem. Sp.

SVBSTITVTIO directè facta tunc dicitur, quando per uerba ſubſtitutionis nulla fides, nullum miniſterium, & nullus actus alterius cuiuſcunque requiruntur. text. in l. omne uerbum. C. Com. de Leg. Spieg.

SVBSTITVTIO exemplaris eſt illa, quę ad exemplum pupillaris, cuiuis perſonæ non ualenti iure teſtari. ueluti ſi fiat furioſo perpetuo, muto, prodigo, cui bonis interdictum eſt. Dicta exemplaris, quia eſt exemplar & imitatio pupillaris ſubſtitutionis. Ex eo certè, quia ſicut fit pupillaris impuberi, non ualenti teſtari, quàm diu impubes eſt, ſic fiet de furioſo, ut ei, donec reſipuerit, poſsit ſubſtitui: quoniā interim prohibetur teſtari dum furit. Atque ſicut pupillaris ſubſtitutio ceſſat, ceſſante cauſa, ſcilicet defectus ætatis, ſic & hæc finitur furioſo reſipiſcente. Hoc autem nomen exemplaris finxerunt noſtri doctores propter leges quaſdā, quæ uoluerunt poſſe ſubſtitui illis miſerabilibus perſonis: cuius rei tres tantùm locos in iure ciuili Fumæus annotauit. Sp.

SVBSTITVTIO pupillaris, eſt ordinatio hęredis à patre, in teſtamento filio impuberi in poteſtate conſtituto, facta ſub ea conditione, ſi impubes deceſſerit. Ita Fumæo erit exemplū. Titius filius meus hæres mihi eſto: & ſi T. filius meus intra xiiij. annum morietur, Seius hæres eſto. à pupillo, cui fit, nominata.

SVBSTITVTIO pupillaris diuiditur in generalem, expreſſam, tacitā, & in aliam quandam partim expreſſam, & partim tacitam.

SVBSTITVTIO pupillaris generalis eſt illa, quam ſub reciproca contineri lex declarauit in l. iam hoc iure. ff. de Vulg. eadem certè ratione, quæ ſatis infrà in uulgari explicabitur. Expreſſa erit illa: Titius filius meus, hæres mihi eſto: & ſi filius meus intra xiiij. annum morietur, Seius hæres eſto. in §. primo. Inſtit. de Pupill. Tacita ſub expreſſa uulgari comprehenditur, quia talis à lege ſubauditur. l. ſi quis. C. de Impub. Quarta, quæ duplex eſt, compoſita ex expreſſa & tacita, cuius exemplum aſſumitur ex ſpecie. l. fin. C. de Inſtit. & ſubſtit. ſub cōdit. fac. tametſi omnes Accurſiani hoc non ſentiūt, contra quos Fumæus illum caſum rectè conſtituit. Spieg.

SVBSTITVTIO reciproca, ſeu breuiloqua, noua, & alia ſubſtituendi forma breuis eſt. ob id reciproca dicta, quòd duobus fiat reciprocè. ueluti ſi quis duobus inſtitutis hæredibus dicat, Vos inuicem ſubſtituo. & tametſi duas aut tres poſsit continere ſpecies ſubſtitutionum, non propter eam mixturam fiet tertia, ſeu diſtincta ſpecies, non magis, quàm ſi quis dixerit, Hominū quidam albi: hæc enim accidentia ſunt, non ſpecies. Dicitur autem reciproca, quaſi retroducta, repetita, reflexa: quia ſicut fluctus reciprocantur in anguſto mari, id eſt, ſeſe repercutiunt refluendo, ita iſta ſubſtitutio de uno in alterum retroducitur, réflectitur, et repetitur. Quin & ſubſtitutionū ſpecies, quæ ſub reciproca continentur, ſaluę manent, nec uſquam mutatur eorum natura, & ſemper eſt uel uulgaris, uel pupillaris, bene quidem alteratur, quia non tantam uim exprimunt, ac ſi ſpecialiter expreſſæ eſſent. Itaq; doct. nomine, ut Zaſiano uerbo loquar, magiſtrali uocarunt breuiloquam, propter l. cum in teſtamento. §. his uerbis. ff. de Hæred. inſtit. ubi hæc ſubſtitutio dicitur breuiter fieri. Sp.

SVBSTITVTIO uulgaris eſt, quę à quocunq;, de quocunq;, & in quemcunq; caſum cōcipi poteſt, nihil ſpeciale habens. Salomon. in l. Gallus. Viglius Inſtit. de Vulg. ſubſtit. Fumæus: Vulgaris ſubſtitutio eſt, inquit, altera hæredis inſtitutio directa in locum non adeuntis prioris inſtituti. Intelligit autem alteram hæredis ſubſtitutionem, ſiue ſecundam, ſiue tertiam, aut quartam, & deinceps, quod uoluerit

lucrit teſtator. Nam plures gradus inſtitutionis facere poteſt: & ille omnis dicetur Subſtitutus, qui habet ante ſe inſtitutum, ſiue ſit primus inſtitutus, aut ſecundus primo ſubſtitutus, tex. in §. j. Inſtit. de Vulg. Directa uerò ideò dicit, quòd per ſeipſum, & nō per manus alterius capit hæreditatem: quo à Fideicommiſſo differt. Exemplum huius ſubſtitutionis ſumit ex Modeſtin. in l. j. de Vulg. Lucius hæres eſto. ſi mihi Lucius hæres non erit, tunc Seius mihi hæres eſto. Sufficiet autem, ſi ſit expreſſa uel tacita hęredis inſtitutio. Qualis eſt illa: Si mihi legitimus hæres non erit, Titius hæres eſto. ut in l. ſi quis ita. & in l. cum in teſtamento. ff. de Hæred. inſtit. Vulgaris autem ſubſtitutio primùm diuiditur in ſimplicē: cuius exemplum iam dictum eſt: & duplicem, ueluti, Titius hæres eſto: & ſi Titius hæres non erit, uel hęres erit, & intra pubertatem deceſſerit, Sempronius ſit hęres. Vocatur autem duplex: quia in primo capite habet uulgarē ſatis expreſſam, & pupillarē in ſecundo capite, ſi intra pubertatem deceſſerit. Ita diuidebat Modeſtin. in l. j. de Vulg. Eſt autē pręter hāc et alia ſimplicis uulgaris ſubdiuiſio: uulgaris generalis, uulgaris expreſſa, & uulgaris tacita, ſeu à lege ſubaudita.

SVBSTITVTIO uulgaris generalis, eſt Fumęo, quę fit uerbis generalibus: cuiuſmodi eſt Reciproca ſubſtitutio, quam aliqui uocant Breuiloquam, duob. hęredibus inſtitutis, ſi dicat teſtator: Vos hæredes meos inuicē ſubſtituo. nihil enim eſt præter generale nomen Subſtitutionis: cuius ſpecies ſunt, uulgaris, pupillaris, & aliæ iam denominatæ, & tamen ſub illo genere continetur hæc ſpecies, uulgaris ſcilicet ſubſtitutio: tanquam fuiſſet ſpecialiter & nominatim expreſſa. text. in l. iam hoc iure. §. quod ais. ff. de Vulg. quam tum Expreſſam nō dixit Iuriſconſ. neq; ita propriè poſſumus appellare, quidquid noſtro Bartolo placuerit. Placuit enim, Expreſſum id rectè dici, quod generaliter ueniret: in quo ipſum lapſum, Fumęus ſcitè demōſtrat: ut in eo quòd putauit, generalē hanc ſubſtitutionē comprehendi ſub compendioſa. Sp.

SVBTTITVTIO uulgaris expreſſa, quæ fit his uerbis: Titius hæres eſto. Si Titius hæres non erit, Seius hæres eſto. Dixit Bart. ſi Dijs placet, prudentior, adhuc expreſsiorem hac inueniri. ueluti ſi quis ita ſubſtituat: Sempronium hæredem inſtituo: quòd ſi Sempronius hæres eſſe nollet, Titius ſit hæres. Singularis enim caſus ille exprimitur, quo nollet eſſe hęres. Rectè uerò Fumæus ait, quantum ad illum caſum, expreſsiorem ſe non uidere. quippe cum idem ſit dicere, Si hęres non erit. cum enim renuit eſſe hæres, euenit conditio. tex. in l. cum proponas. C. de Hæred. inſtit. Sp.

SVBSTITVTIO uulgaris tacita, quæ nō exprimitur uerbis, ſed ordinatione aperta teſtatoris, ſed ex increpatione, declaratione, uel ampliatione, Legis, ſubauditur. qualis eſt ea, quæ ex compendioſa concipitur. de qua in l. Centurio. ff. de Vulg. in l. precibus. C. de Impub. & alijs ſubſtit. Gloſs. ult. in l. Lucius. ff. de Vulg. hanc nullo modo expreſſam, euicit Fumæus contra Bartol. Spieg.

SVBSTRVCTIO, eſt fabrica, quæ in fundamentis fit. Fundamenta autem ſunt foſſę in quibus ſubſtruitur. Glar.

SVBTILE ingeniū. Vt ſuprà indicauimus, Imperator in l. ij. C. de Commer. & mer. ſcribit: Aurū barbaris non ſolum nō præberi, ſed etiam quod apud eos inuentum fuerit, ſubtili ingenio auferri debere. Hęc uerba Papa nō ſolū uſurpat, ſed etiā exponit in C. abuſionibus. de Pœnit. in Clement. ſic inquiens: Abuſionibus, quas nōnulli eleemoſynarum quęſtores in ſuis prædicationibus proponunt, ut ſimplices decipiant, & aurum ſubtili, uel fallaci potius ingenio extorqueant.

SVBTILITAS iudicialis. Eius fit mentio in l. ſi fuerit. in fin. ff. de Reb. dub. Obſeruādum, ſummariam cognitionem carere ſubtilitate. l. j. C. Vt in poſſeſs. legat. Nō debet (ait Antoninus Pius) is qui iuri dicundo pręeſt, ſubtiliter cognoſcere. Obſeruandum uerò, uerbum ſubtilitatis anceps eſſe, & in Iure noſtro in malā etiam partem accipi, nempe pro captione, pro maligna adinuentione, pro fallacia, ut in l. ſicut. §. pen. ff. Quib. mod. pig. uel hypo. ſol. C. dilecti. de Iud. Clem. ij. eod. tit. & ibi Gloſ. l. ſancimus. C. ad Trebell. cum mul. ſimil. Vide Zaſ. in Apologia ad Eckium. Sp.

SVBVASALLVS, ein affter lehenmann/ qui ab alio ſit quaſi ſubſtituendo factus

Vaſallus,ut dicit Oldend.

SVCCEDANEVS, ein vertretter. Vlpiā.l. iij. §. fin. de Admi. tut. Nec patiuntur, inquit,ut ſuccedanei ſint,alieni periculi.Sp.

SVCCESSIO Legitima appellatur, quæ ſecundum Leges datur. Eſtq́; ex parte patris, ut Succeſsio naturalis, ex parte matris: l. j. C. Vnde uir & uxor. in Gloſs.

SVCCESSIONVM gradus tres, liberorum, legitimorum, & cognatorum, explicat Alc. in Paradox. lib. iiij. cap. iiij. Sp.

SVCCESSOREM dare, uel mittere, eſt magiſtratum abrogare: quod nunc officiū auferre uulgo dicimus, inquit Bud. Vnde apud Vlpian. in l. ij. ad Leg. Iul. Maieſt. dicentē: Qui'ue de prouincia, cū ei ſucceſſum eſſet, nō diſceſsit, pro abrogatum ei imperiū eſſe, accipiendū eſt. Sp.

SVCCESSORES heredum. Modeſtin. in l. annuum. de An. leg. Succeſſores ait, hæredum negant ſe debere.

SVCCIDA lana, à ſuccidendo: quòd talis ſit, qualis ſucciſa eſt, hoc eſt, plena ſordib. Varr. à ſudore deriuat, v. de Re ruſt. Sp.

SVCCIDIVM. Quære, Laridum.

SVCCISIVIS operis fieri dicitur, quod horis quibuſdam quaſi furtiuis agitur, ubi iam ordinarijs ac legitimis officijs perfuncti ſumus. Metaphora traducta à mercenarijs, aut ſeruis, qui prȩter pactas operas quas debent, extra iuſtas illas horas nonnihil etiam operantur ſibi, quod cedat in peculium. Ex Eraſ. Sp.

SVCCVMBERE, & non obtinere, paria ſunt. l. Pola. C. de His quib. ut indig.

SVCVLA (inquit Budæus) machina eſt tractorij generis. Conſtat autē tereti ligno, duobus aut pluribus uectib. traiecto, utrinq; ȩqua extantibus longitudine. hæc dū uerſatur, funis qui ductarius dicitur, circa eam obuoluitur. Vlpian. in l. ſed addes. §. illud nobis. Quòd ſi, ait, regulis olea prematur, & prelum, & ſuculā, & regulas, & tympanum, & trochleas, quibus releuetur prelum, dominum præſtare oportere. Sp.

SVES pecorum appellatione continentur, quia & hi gregatim paſcūtur. quod Homeri autoritate probat Martian. in l. legatis ſeruis. §. pecoribus. de Legat. iij. Sp.

SVFFRAGIVM, uox illa, qua unuſquiſq; declarat ſuam uoluntatem de aliquo ad magiſtratum eligendo. Pomp. in §. ijſdem temporib. l. ij. de Orig. Iur. Vel quia tribuum ſuffragio creabantur. Sp.

SVFFRAGATOR, quo & Cicero utitur, qui ſuffragatur. in l. militē. C. de Procur. Sp.

SVFFICERE pro ſatis eſſe datiuo, ut apud Pomponiū l. ij. de Orig. Iur. §. Poſt deinde, pro ſubminiſtrare & maculare accuſatiuo iungitur. Itē ſufficere conſulem, eſt in locum eius, qui ambitus dānatus ſit, uel mortuus, aliū facere. Nam particula Sub in cōpoſitione ſignificat in locū aliorum. inde Supplere & Supplementum, & Subſortiri dicta ſunt. Sp.

SVFFICIENS ſubſtantia, ex qua quis ſuſtētari poteſt, teſte Papiniano. l. hæres. ff. de Petit. hæred. Sp.

SVFFICIT, hoc uerbum denotat, quod fieri poteſt, non quod debet.

SVFFICIVNT tibi uineæ, uel fundus: fideicōmiſſum eſt. quoniam & illud fideicommiſſum eſſe arbitramur, Cōtentus eſto illa re. autor Vlp. de Legat. iij. l. fideicommiſſa. §. ſi quis ita. Sp.

SVFFVGIVM, locus ad euitandū imbrem, uel tēpeſtatē, aut calorē, uel aliud diſcrimen Superficies. Vide ſuprà, Aedes. Sp.

SVGGȨSTTM eſt. Paul. de Legat. iij. in fin. l. Ofidius quidā ait à parte legatarij ſuggeſtum eſt, quædam à colonis poſt mortem patrisfamilias exacta. hoc eſt, pro legatario, uel in gratiam & fauorē legatarij. Sic uſurpatur à Cicerone in Bruto, quum ait: Vt nemo contra ciuium perditorū popularē turbulentamq; clemētiā à Senatu, & à bonorum cauſa ſteterit cōſtantius: hoc eſt, Senatui ſtuduerit, & fauerit, eumq; tutatus fuerit. Videtur autē Iuriſcos. Suggeſtū eſt, poſuiſſe, pro relatum eſt, narratum ſiue indicatū. fürgetragen/angezeygt. Propriè enim ſuggerere idem eſt quod ſubminiſtrare. exempla Doletus oſtendit. Sp.

SVGGILLARE, propriè de facie dicitur, cum contuſa facies, liuidis maculis dehoneſtata eſt. Sic enim Suggillata in facie dicuntur, ut uibices in corpore. ὑπώπια Græcè, quòd ſub oculis maximè appareant. Et per metaphoram Suggillare, pro deridere, & reprehendere ponitur. Bud. in l. ſed ſi hac lege. §. j. de In ius uoc. Atque ideò Suggillare deridere eſt: quòd qui ex cōtuſione liuores contraxerūt, derideri ſolent. Vlp. de Iniur. l. itē apud Labeonē: Si quis, inquit, nō ad ſuggillationē domini, ſeruo iniuriā fecit. Nebriſ.

SVI heredes defuncto eſſe, apud Caium l.iij.ff.de Petit.hęredit.Sp.
SVLCI aquarij, qui Grecè ὑδροκώλακες appellantur. Vlp. l. de Aqua. Sp.
SVLFVRARIA, locus ubi ſulfur coquitur. Vnde in ſulfurariam damnari dicimus, ut in calcariam. Sp.
SVLFVRATA. Iuriſcos. in fin. l. ligni appellatio. de Legat.iij. Ad faces quoque, inquit, parata non erunt lignorum appellatione comprehenſa. Sunt etiam ſulfurata, ligna exilia, ſulfure ab utraq; parte intincta, ad accendendas lucernas.
SVMMA pecuniæ, non de quantis ſummis tantũ, ſed etiã de una ſola quantitate intelligẽda eſt. l. quęrebatur. ff. Qui pot. in pig. hab. l. diligenter. §. ſeruo quoq;. Mãdati. Vide ſuprà, Quantę ſũma. Sp.
SVMMA prouidentia, pro naturali ratione, in l. j. ff. de Legit tut. interpretantur: an rectè, ſubſiſto. Cicer. de Inuent. Prouidentia eſt, ait, per quam futurum aliquid uidetur, anteq; eueniat, quod prudentiæ proprium eſt: cuius ſpecies prouidentia eſt. Sp.
SVMMAM eſſe rationem, quæ pro religioſis facit, Papinianus ait in fin. l. ſunt perſonæ. ff. de Religioſ. & Vlp. ſeq. tit. l. j. Quia religionis intereſt, ait, monumenta extrui, & exornari. Sp.
SVMMARVM ſcripta. Vlp. ad fin. l. ſi ſeruus pluriũ: Sed et mens, ait, patrisfamilias, & legatarij dignitas, & charitas & neceſsitudo: item earum quæ precedunt, uel quæ ſequuntur, ſummarum ſcripta ſunt ſpectanda. Sp.
SVMMARIE. Vide ſuprà, De plano.
SVMMARIVM, non aliud eſt, quàm breuis enarratio omniũ quæ deciduntᷣ. Ab eo, quòd ſummatim, breuiter, & enucleatè, omnia que explicat. Salõ. in l. Gallus. §. & quid ſi. Alciat. ait, Summaria nobis, quæ Iuſtinianus παρατίτλα uocat. Sp.
SVMMATES, qui et optimates, et primates appellantur. l. quinq;. ff. de Decur. li. x.
SVMMATIM exiſtimandum iudici. l. ſi quis. §. planè. ff. de Petit. hęredit.
SVMMO iure agere, eſt non ex æquo & bono, ſed inquirere quodam pręfracto iure. Summũ enim antiqui ius, ſummam putabant crucem. annotauit Bud. in l. j. de Iuſt. & iur. Obſeruandũ autem, ſummum ius, & æquitatẽ, differentia quidẽ eſſe, ſed non diuerſi generis. Nam æquitas ius eſt, non illud quidẽ Lege ſcripta comprehenſum, ſed præſtantius, meliusq;. Nec enim in ſcriptum redigi æquitas poteſt, cuius ratio ex ſola deliberatione animi, ſecundum negociorum circumſtantias dependet. Quanquam ius aliquod, de caſu ſpeciali ad æquitatem redactum, poſsit ſcripto comprehendi. Vide, Iuris ſtricti uocabulum. Spieg.
SVMPTVM quidem facere, nihil autem percipere fructum. apud Vlp. l. quod ſi ff. de Petit. hæred. Sp.
SVMMVM pro pærcipuo, potioreq;, à quo nullum ſit ſuperius, uſurpatur. Sic Imp. Inſtit. de Action. in princ. Summa, inquit, diuiſio, in duo genera diducitur: utpote à generaliſsimo capite producta, quantum ad materiam attinet. Spieg.
SVMMVM digitum, apud Iuſtinianũ ſub finem Inſtit. Accurſius indicem digitũ intelligit. Rectius Alciatus putat, poſſe de tabula, ſeu, ut Græci dicunt, elencho, accipi. Prouerbialiter autem dicimus, Extremis attingere digitis, pro eo quod eſt leuiter attingere. Vnde & Imp. prouerbialiter locutus uidetur. Spieg.
SVMMVM ius, ſũma iniuria, Eng recht/ weit vnrecht. Itẽ, Alzu ſcharpff/ würt ſchårtig. Darumb muſſz mann zů beyden ſeiten ynſchlahen/ vnd die billicheit laſſen alles rechtens meyſterin ſein. Vide Mart. de Vſura.
SVMPTVS, impenſa. Hinc ſumptuaria Lex, quæ de moderandis ſumptib. lata eſt. Haloãd. in l. pen. ff. de Via pub. à ſe in latinum uerſa. Quod ſi qui, ait, in cõductis ædibus habitant, quòd ædium dominus eas non reparet, ipſi reparauerint, eum ſumptum in penſionem reputabunt. Paul. de Rei uind. Sed ſumptibus, ait, petitoris, qui extra cibaria in iter uel nauigationem faciendi ſunt. l. ſi res mobilis. Sp.
SVMPTIBVS inanibus uexare. l. j. ff. de Inoffic. teſtam.
SVPELLEX. Celſus de ſupellectili leg. Labeo, inquit, originem fuiſſe ſupellectilis putat, qui in legionem proficiſcerẽtur, locari ſoleret, quæ ſub pellibus uſui forent: cæterũ fœdè corrupta hæc circũferuntur modò. Eſt autẽ ſuppellex,

domeſticum patrisfamil. inſtrumentũ, quod neq; argumento, auro'ue facto, uel ueſti annumeretur. l. j. de Supell. leg. Verùm licet ſupellex uideatur tantum dici de ſtragula, ſiue lodice, ab eo quòd ſuper lectum imponatur, ad alia tamen domus utenſilia eius ſignificatio ſe extendit: immo & ad alias res, quæ ſunt, aut poſſunt alicui ornamento eſſe. Nebriſs. teſte. Sp.

SVPELLECTICARIVS. Idem Celſus ait, etiam ſupellectarios, & cæteros hoc genus ſeruos contineri. l. quæſitũ. §. Celſus quoq;. ff. de Inſtruct. & inſtrum. Sp.

SVPERDICERE, præter id quod dictum eſt ſubiungere dictis, apud Ciceron. lib. ij. de Legib.

SVPERAEQVATIO perperã legitur in uulgatis Codicibus. in l. ſi quis deſerta. C. de omni agro deſerto. lib. xj. legendum enim, Sub peræquationis iure perceperit. Spieg.

SVPERESSE. Vlp. Si probentur rei ſuæ ſupereſſe non potuiſſe. l. in eadem cauſa. ff. Ex quibus cauſ. maior. Sp.

SVPEREXACTORES. Vide in Gloſ. C. de Superexact. lib. x. Superactionis crimine confutatus. eod. tit. in textu. Sp.

SVPEREXCVRRERE. Vlp. l. j. de Arb. cæd. Vtrum totam arborem iubeat Prætor adimi, an uerò ad ſolum, quod ſuper excurrit, quæritur. Sp.

SVPERFICIARIAS ædes appellamus, inquit Caius, quæ in conducto ſolo poſitę ſunt: quarum proprietas & ciuili & naturali iure eius eſt, cuius & ſolum. l. poſter. de Superfic. Sp.

SVPERFICIARIVS, qui in alieno ſolo ſuperficiem habet, ita ut certam penſionem præſtet. autor eſt Vlpian.

SVPERFICIES dicta, quaſi facies quæ exterius eſt ob oculos, & primũ cernitur. Vide ſuprà Aedes.

SVPERFLVVM. Vlp. Sed & in hũc caſum puto, ſi dos (quia permodica fuit) in funus non ſufficit: & in ſuperfluum, in patrem debere actionem.

SVPERFLVVS ſumptus reſtituẽdus. Vide Papinian. in l. ſumptus. ff. de Rei uindic.

SVPERFOETATIO, ſecundarius cõceptus eſt pregnantis: quam Superimpregnationem uulgus appellat. Lege Budæum in Annotat. prior. ad l. antiqui. Si pars hæred. pet. Spieg.

SVPERINDICTVM, quod ad indictionẽ adijcitur. l. unica. C. de Superindicto. lib. x.

SVPERIORES, poſitiuè, intelliguntur ij, qui ſunt ſupra gradum quartum cognationis, uel affinitatis: ſicut Inferiores, qui ſunt infra ipſum gradum.

SVPERLATA nomina, Superlata uerba, quæ augendi cauſa in oratione proferuntur. Vide Ciceronem in Partition. Sp.

SVPERNVMERARII Canonici. Lege, Militiæ imaginariæ.

SVPERSEDERIT, pro emiſerit, apud Papinian. in prin. l. ſi cũ uenditor. de Euict. l. Lucius itidẽ. in prin. ad Leg. Municipal.

SVPER ſommum, Budæo eſt apud Curtium, ſeruus à cubili. Sp.

SVPERSTITIOSAM, hoc eſt, erroneam, inanem gerere ſolicitudinem. C. quia ad bon. poſſeſs. l. quemadmodum. l. nec maritus. ſub fin. Solut. matrim.

SVPERVACVAS impenſas facere. l. utiles autem. in fin. ff. de Petit. hæred.

SVPINA ignorantia, pro ſtulta & hebeti, quæ Craſſa uulgò dicitur. l. nec ſupina. ff. de Iur. & fact. ignor. Sp.

SVPINVS. Lege, Securus. & uide Chiliad. Eraſ.

SVPPETERE, pro, latenter, ſeu per fraudẽ petere, quidam exponunt apud Vlpian. in l. ſi quis uxori. de Furt. uulgatam ſecuti lectionẽ: quum id uerbi hęc non agnoſcat Haloander, quem ſic petet, pro ſuppetijt, repoſitũ legimus, ut ſequitur. Apud Labeon. relatum eſt: Si ſiliginario quis dixerit, ut quiſquis nomine eius ſiliginem petiſſet, ei daret: quidã ex tranſeuntibus cum audiſſet, petierit, eius nomine & acceperit, furti actionem aduerſus eum, qui ſic petet, ſiliginario competere, non mihi. Non enim mihi negociũ, ſed ſibi ſiliginarius geſsit. Obſeruandũ, uerba Suppetit, et Suppetũt in tertia perſona, ſignificare in promptu eſſe, uel ſuccurrere, ſufficere & abundare. Sp.

SVPPLETIONEM, in Iure Ciuili non eſſe nouam, aliquot docuimus exemplis in dictione, Efficere.

SVPPLICARE, propriè eſt paulo demiſsius orare, obſecrareq;: ducto more à miſeris, qui plicatis manibus ferè rogant: non autem, ſicut aliquando, non tamen abſq; erroris duce, putaui à genibus, poplitibusq; plicatis. Sp.

SVPPLICATIO, eſt ueniæ petitio prioris erroris: item remedium iudicialis grauaminis: quod Canoniſtæ uocant Reuiſione ſententiæ. c. ex literis, de In integr. reſtit. Ea utimur aduerſus ſententiã eorũ, à quibus appellare nõ licet propter eminẽtiã. l. j. ff. de Offic. Præfect. Præt. l. j. C. de Sentẽ. Præfect. Pret. l. ſi quis aduerſus. et Aut. Quæ ſupplicatio. C. de Precib. Imp. offerend. præterea. Vel eſt quædam benignitatis ipſius ſuperioris imploratio. Qua etiam ad alias expeditiones utimur diuerſimode. Vide, Explicatio. Spieg,

SVPPLICIVM, noſtris pro pœna familiare eſt. Vnde Sumere ſuppliciũ, in l. magiſtratibus. ff. de Iuriſdict. Item Summũ ſupplicium, de quo in l. capitaliũ. ff. de Pœnis. & ultimum ſupplicium. in l. ultimum. eod.

SVPPONERE teſtamentum, Falſum teſtamentũ ſuppoſita perſona obſignare, autore Cicerone in de Legib. Paradox. & pro Cluentio. Sic ſuppoſiti partus, hoc eſt, falſi, & adulterini in l. cum ſuppoſiti. C. ad Leg. Cornel. de Falſ. Sp.

SVPPOSITA perſona. Hermogenianus de Iure Fiſc. in l. aufertur. Quod, inquit, à præſide, ſeu procuratore, uel quolibet alio in eà prouincia, in qua adminiſtrat (licet per ſuppoſitam perſonam) comparatum eſt, infirmato contractu uindicatur. Idem in prin. eiuſdem l. Qui cum, ait, hæres inſtitutus eſſet ut filius, poſt mortem eius, qui pater dicebatur, ſuppoſitus declaratus eſt. Sp.

SVPPOSITVS iuriſdictioni. Vlp. autor eſt in l. j. ſi quis in ius uoc. nõ ier. Nõ ſuppoſitũ iuriſdictioni illius, ad quẽ uocatus eſt, pro non dato fideiuſſorẽ haberi. Sp.

SVPPOSITVS filius, in prin. iam citatę l. aufertur.

SVPRA iuriſdictionem ſuam ius dicere, eſt quod uulgò dicitur, Iudicem excedere limites ſuos. Exempla pete ex l. ult. ex Iuriſd. omn. iud. Sp.

SVPRASCRIPTA, omnia quæ antea dicta ſunt, ſiue precesſerũt, cõplectitur, niſi intercedẽs abſurditas ad proxima tantum referenda cogat. de quo latius Bart. in l. j. §. hoc edicto. ff. de Poſtul. Spieg.

SVPRASCRIPTIS alijs, itẽ ſupradictis perſonis. in l. ab hoſtibus, in prin. & l. itẽ ait Prætor, ff. Ex quib. cauſ. maior. Spieg.

SVPREMVS, Lege. xij. Tab. dicitur etiam, qui unicus fuit: ſatisq; eſt ut, ultimus quis cenſeatur, qui poſt ſe neminem habeat, etiam ſi à nemine quoq; præcedatur. de quo latius Alciat. in Comment. de Verb ſig.

SVRDA teſtimonia dicuntur, quæ feruntur per tabulas, propterea quòd hæ rogatæ nihil reſpondeãt. Vnde Rot. explicãte, ſurdis agere teſtimonijs prouerbio dicũtur, qui uel procul abſentes, uel ita defũctos modò citãt, nequeãt deprehẽdi. Sp.

SVRDASTER, hoc eſt, minus audiẽs, tutor eſſe poteſt. l. pen. & ult. ff. de Legit. tut.

SVRRENTVM, item Surrentinum uinum. Lege, Vrnalia.

SVRREPERE, & Obrepere, Nicol. Perottus, Budæo annotante, ab obripiẽdo & ſurripiendo dicta exiſtimat. Obrepere quid ſit, paucis indicatum eſt. cuius uim uerbi, haud rectè intellectã, idẽ explicat in poſterior. Annotat. ad l. ſi quis obrepſerit. ad Leg. Cornel. de Falſ. Accurſ. exiſtimauit, Obrepſerit, eodẽ admonẽte Bud. ab obripio eſſe: ut preces obrepticias, & ſurreptitias. Qua de re non inutiliter Doctores noſtri, in l. & ſi legib. C. Si cont. Ius uel utilit. publ. & inter Pont. Iur. Interpretes, magni uir nominis Felinus, in Rubr. c. dilectus j. c. poſtulaſti. de Reſcript. tum alij alijs locis differunt. Quod huc propriè pertinet, et ſatis è uerbis Vlpiani colligitur. Obrepimus, cum tacendo aliquid impetramus, quod exprimere neceſſe erat, expreſſumq; principem à conceſsione abalianaſſet: Surrepimus uerò, cum à Principe per falſam rei narrationẽ aliquid extorquemus. puta Reſcriptum, Priuilegium, Beneficiũ, Feudum. &c. Sp.

SVSCEPTORVM apud Iuriſconſ. tit. de aleatoribus, eũ accipimus, qui luſoribus domi ſuæ ludendi dat locum Sp.

SVSCEPTORES ſunt, qui ἀποδέκτοι dicuntur, & ἀποδεκτῆρες, & ταμίαι: ab Antiquis Coactores appellati. Vide Exegeſ. Hegendorf. in tit. C. de Suſcept. Sp.

SVSCIPERE in ſe periculũ, nõ eſt teneri de caſu fortuito. l. opus. ff. locat. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. Si quis caut. Sp.

SVSPECTAE uitæ pater. l. filiusfamilias. §. ſed & filiafamilias. ff. de Procur. Sp.

SVSPECTVS tutor, de q̃ eſt ſuſpicio, quòd non ex fide adminiſtret, et qui moribus

talis eſt, ut ſit ſuſpectus. §. ſuſpectus. & §. fin. Inſtit. de Suſpect. tut. l. ſuſpectus. et l. ſcire oportet. ff. de Tut. & curat. dat. ab his. Item qui operam ſuam in inuitũ ingerit. l. quæ omnia. ff. de Procurat. Sp.

SVSPENDIOSI, qui laqueo nexili ſtrangulati ſunt. Vlpian. Non ſolent autem lugeri (ut Neratius ait) hoſtes, uel perduellionis damnati: nec ſuſpendioſi, neque qui manus ſibi intulerint, nõ tędio uitę, ſed mala conſcientia. l. liberorum. de His qui not. infam. Spieg.

SVSVM uerſus, antiquum eſſe puto: ſi modò non fallit, qua tamẽ alia emendatior hactenus non eſt, Haloandri editio, pro ſurſum uerſum, ut in uulgatis legitur. Spieg.

SVSVRRO, qui occultè maledicendo odiũ in aliquem, aut diſſenſionem molitur.

SVA omnia, item, Suas res omnes. Lege ſuprà, Omnis debiti.

SVIS nummis rèdemptus, apud Vlpianũ l. qui ſe dicit. ff. de Iudicijs. Sp.

SVITATEM, uulgus uocat ſui hęredis qualitatem, & in ea definienda ualde nonnulli laborant. in l. qui ſe patris. C. Vnde liberi. cum ex coniugato uocabulo, hoc eſt, ſui, ſatis eius ſignificatio liqueat. Quãquam Suitatem nuſquam apud ueteres reperias, ſed tamen in his, quæ uſu paulatim recepta, & ad docendũ apta ſunt, non nimis ſuperſtitioſe Grammaticorũ canonibus obſtricti eſſe debemus: qua de re lege Epiſtol. Rudolphi Agricolæ, uiri, & Eraſmo noſtro, omnibus modis magno, & Viglio eloquentiſs. & accutiſſimo Iuriſconſulto, teſtib. multò eruditiſs. ad Alexandrum Hegium, ſub quo Eraſm. ipſe primùm poſuit in literis tyrocinium, utriuſq; linguæ rudimentis imbibitis. Rudolphus Græcę literaturæ peritiam primus in Germaniam importauit, ut ait Rhenan. noſter in oppidò eleganti epiſt. nuncupatoria Operib. Origenicis præpoſita. Alciatus Suitatis uoce, quam à dictione ſui, interpretes deduxerunt, non raro uti ſolet: eamq; ſic rectè finit: Suitas, eſt hæredũ qualitas, qui primùm in poteſtate paterna locũ obtinẽt, continuationẽ dominij, neceſsitatemq; ſucceſsionis inducens. §. ſui autem. Inſtit. de Hæred. qual. Videntur autem ij hæredes quodam modo ſibijpſis ſuccedere, cum uiuente quoq; patre domini cenſeantur. l. in ſuis. ff. de Liber. & poſth. & ideo ſui appellantur. Spieg.

SVO Marte. Lege, Marte ſuo.

SVORVM, uel meorum appellatione, nõ ſolùm intelligenda ea ſunt, quæ noſtra ſunt, ſed etiam ea in quib. ius aliquod habemus. Gloſ. & Bald. in l. ij. ad prin. de Orig. Iur. Gloſs. in l. ſi & me & Titium. Si cert. pet. in l. j. ſub fin.

SVORVM, & extraneorum hæredum differentiæ notantur in §. extraneis autem. Inſtit. de hæred. qual. & diff. ubi Vigl. adnotauit, quod ab Alc. in fin. lib. iiij. de Verb. ſig. refertur, à Socino rogatum Politianũ, quis ſuus hæres diceretur, obmutuiſſe: de cuius uocis uſu, multa eleganter Bud. indicauit in Gręce linguę Commentarijs. Sed & Tribonianus hanc ipſam clariſsimè exponit, loco iã citato, ubi ait: Si hæredes ideò appellãtur, quia domeſtici hæredes ſunt, & uiuo quoque patre quodãmodo domini exiſtimãtur, ut iã dictũ eſt. Hoc tamẽ, Vigl. monẽte, Grecè ſignificaetius eſt. οἰκεῖοι enim illi et à domo deducũt: ſignificat autẽ propriũ. Et uериſimile eſt, eadẽ ratione apud Latinos Domini ſignificationẽ à domo deriuari. Eſt ergo Suus heres, quaſi proprius, & dominatus, non aliunde accitus, quaſiq; ſuijpſius hæres: quod quidem nõ attendenti ad Iuris ſubtilitatem, ſubabſurdum uidebitur. quomodo enim aliquis ſibijpſi hæres eſſe poteſt? Verùm Iure Ciuili filius quaſi dominus eſſe bonorũ paternorum fingitur. Breuiter, Suus eſt ille propriè, qui mortuis parentibus, hæres. ipſo iure eſſe intelligitur, & rerum hæreditariarum adminiſtrationem acquirit. l. in ſuis. ff. de Lib. & poſth. Quòd autem ſuus hæres, & ſuum ſeruare, id eſt, proprium, non ſit peculiaris Iuriſconſultorum locutio, ſed etiam Oratorum fuerit, Bud. exemplis probat, in Comment. Linguæ. Sp.

SVOS in legatis præcipuè ſeruos, uel ancillas eos accipimus, autore Vlpiano, qui ſunt pleno iure teſtantis: inter quos fructuarij non continebuntur, ſed qui bona fide teſtatori ſeruiunt. l. ſuos autem. ff. de Legat. iij. Sp.

SVVM, uerbum ambiguum eſt, ait Pompon. l. pupillus. ſub fin. de Verb. ſig. Vbi ſcitè quædam Alc. adducit. Hæc uox in l. quintus. §. argento. de Aur. & arg. leg.

denotat

denotat dominiũ, atq; id quidē proprie. in l. nihil dolo. de Reg. Iur. Improprie denotat obligationem. Ex Apello. Sp.

SVVM, ad dominium refertur. Vnde pro meo, tuo, ſuo, poſsidere dicimus. l. j. ff. Pro ſuo. Licet ſuũ non ſemper dominiũ, ſed ius perſonale importat ſepe numero: ut aduerſus ęmulum Zaſ. contendit. Sp.

SVVM cuique tribuere, hoc propriũ eſt iuſticiæ, per quod ab alijs uirtutib. diſcernit. ut docet Cic. v. de Finib. Vide, Effectus.

SVVM ius. Vlpian. l. uti frui. in prin. De ſuo enim, inquit, nō de alieno iure quenque agere oportet. Sp.

SVVM naſci hæredem. Quere, Hæredem ſuum naſci.

SVVS dictio quamuis reciproca ſit, tamē aliter atq; aliter in Iure noſtro accipi, Alciatus oſtendit lib. v. Parerg. cap. xix.

S Y

SYCOMORVS, ficus Aegypti, fatua & ſterilis. Iuriſcons. de Extraord. crimin. l. ſaccularij. Si quis, inquit, arborem ſycomorum exciderit. Nebriſs.

SYCOPHANTA, litis leuiſsimę etiam accuſator. Cum enim apud Athenienſes fici eſſent in precio, mulcta indicebatur his, qui eas auferrent: unde qui aliquem accuſaret huius criminis, ſycophanta dicebatur. σύκον ficus eſt. Hinc cœptũ eſt trahi ad calũniatores, & uiros nihili. l. uerbum. C. Ex quib. cauſ. infam. irrog. ἐσυκοφάντησας, hoc eſt, calumniatus es. Alciat. lib. ij. Diſpunct. cap. xxvj. Vnde Sycophantica, ſeu Sophiſtica, eſt ſtudiũ captionum, calumniarum in doctrina, artibus, negocijs, iudicijs. Hę ſunt precipuę peſtes Eccleſiæ, & rerum publicarum. Spieg.

SYLLABA. Vide l. qui habet. ff. de Manumiſs. teſtam.

SYLVA cædua, quæ in hoc habet̃, ut cędat̃, uel exciſa rurſus ex ſtirpib. aut radicibus renaſcitur. l. ſylua cædua. Porrò teſte Paulo, l. ſi abſente. ff. de Vſufr. Syluam cæduam, etiã ſi intēpeſtiue cędua ſit, in fructu eſſe conſtat: ſicut oliua immature lecta, item ferrum immature cæſum, in fructu eſt. Spieg.

SYLVA palaris, quę palos profert, apud Vlpianum l. ſi fundi. §. fin. ff. de Vſufru. Sp.

SYMPHONIACI, Pedianus autor eſt, cani remigibus celeuma per ſymphoniacos ſeruos ſolitum olim eſſe Vlpian. l. ſed etſi quid. §. j. ff. de Vſufructu, ubi adfert abuſionis exempla, uel de ſymphoniaco, inquit, atrienſem. Adi Budæum in l. j. ff. Naut. caup. ſtab. Paul. ad Leg. Aquil. Veluti ſi quis, inquit, ex comœdis, aut ſymphoniacis, aut gemellis, aut quadriga, aut pari mularum unum uel unam occiderit.

συνάλλαγμα dicitur à σὺν, quod eſt, ſimul, et ἀλλήλους uiciſsim, & uerbo ἀλλάττω deſcēdit, quod mutare uulgò ſignificat: quaſi contra, ſeu uiciſsim actũ, id eſt, mutuum factum obligatorium. Eſt ergò Synallagma, cum ultra uerba contractus aliquid utrinque agitur: quoties ſcilicet ex utriuſq; parte aliquid fit, quo uterque obligatus eſt. ut, Do tibi Stichũ, ut Pamphilum manumittas. Alc. de Verb. ſig.

SYNCERA exiſtimatio, pro ueritate habenda eſt, maxime ut ſit finis litium. l. ult. ff. Pro ſuo. Sp.

SYLLOGISMVS cornutus, apud cōmentatores ſatis illotum eſt uocabulum, pro eo quod Græcis dilemma eſt, & Latinis complexio, hoc eſt, Bicorne argũmentũ.

SYNDICOS, ut in Parerg. oſtendit Alc. Suidas dici interpretatur plures cauſidicos, uel procuratores, qui cauſæ patrocinentur. Sed nos Arcad. in l. fin. de Muner. & honor. ſequimur: ut Syndicus reipublicæ ſit, uel uniuerſitatis alicuius defenſor. Sic ἔκδικος, qui pro Republica agit, qualis Procurator Fiſci. Item, Syndicus in tit. in Nouell. de Defenſ. ciuit. Latine nihil aliud ſignificat, quàm Defēſor. ad c. quia in cauſis. & c. petitio ueſtra. de Procurator. Quamuis Syndidicus iuxta Apellum, olim nihil aliud erat, quàm is qui ſimul iudicaret. à σὺν, & δικάζω Hodie eſt actor, hoc eſt, collegij alicuius procurator, atq; defenſor. l. j. Quod cuiuſq. uniuerſ. nom. l. numerũ. §. defenſores. de Muner. & honor. Budæus hoc loco refert, Lege ſancitum olim Athenis, ne cui iterum ſyndicum fieri liceret: idq; ideo, ne Syndicia, id eſt ſyndici munus ob publicam utilitatem inuentum, uerteretur in compendium priuatum. Iuris Pontificij inuentores, ſyndicum accipiunt pro eo, qui conuentus Eccleſiaſtici cauſam dicit. c. j. de Syndic. Sp.

SYNDICATVS. Iudices olim functi officio ſuo, tenebantur in eadem prouincia, uel ciuitate

ciuitate, cui prȩfuiſſent, quinquaginta diebus palàm commorari: ut de culpa, fraudibusq́;, ſi quas admiſiſſent, cōuenirentur, ac rationē redderēt: id quod uulgo ſubire Syndicatum, Latine autē cauſam dicere, & cauſæ faciendæ obnoxiū eſſe, nuncupamus. l. j. C. Vt omn. iud. tam ciuil. & milit. Nouell. Vt Præſid. abſq; ull. pec. §. neceſsitatem. Idē obſeruabatur de aſſeſſoribus, & conſiliarijs iudicum. l. iij. de Aſſeſſorib. Sp.

SYNEDRIA, conſeſſus ſenatorum, iudicū concilium. extat in l. pen. C. de Iud. Sp.

SYNGRAPHA Latinis ſonat conſcriptionem, quòd utriuſq; manu conſcripta, utriſq; partibus tradi ſoleat. Et in hoc Syngraphæ differunt à Tabulis: quòd Tabulæ ab una parte tantum ſeruari conſueuerunt. À Chirographo, tabulis, codicillis differt ſyngrapha: quòd in illis non ſcribantur niſi acta, in hac etiam contra fidem actionis pactio uenit, & non numerata pecunia, aut non integre numerata, pro temporaria uoluntate hominum ſcribi ſolet. Ita propemodum Aſconius in Verrinarum tertiam. Sp.

SYNTHESIS, apud Scæuolam, in l. Titia teſtamēto. de Aur. & arg. leg. aliud quiddam uidetur ſignificare, quàm quod nemo ignorat, Grȩcis compoſitionē. Nempe, ut eruditiſs. arbitratur Alciat. cuiuſdā ordinis nomen eſt. ut ſicut par gladiatorum dicimus. & Tit. Liuius, Egregium par conſulum: ſicut de unionibus idem Scæuola linearum dixit: ita in ueſtib. fit ſyntheſis, id eſt, ordo quidam, & conformis ueſtium compoſitio, cum tunica, ſagum, chlamys, caligæ, eiuſdem ſunt coloris: uulgo Libræam uocant. Solebant autem pro ſeruis tali ordine à dominis emi: ueriſimile'que eſt, dominū omnes eodē habitu indutos comitari conſueuiſſe: quod etiamnum fieri uidemus. Lege cap. xxi. ij. Parerg. Sp.

SYSSITOS, Latine ſodalis. Sodales ſunt qui eiusdem collegij ſunt, quos Græci συσίτους uocant. autor Caius l. ult. ff. de Colleg. & corporib. Sp.

T A

T LITERA, ueteribus Senatuſconſultis ſubſcribi ſolebat, ea'que nota ſignificabatur, illa Tribunos quoq; cenſuiſſe. Vide Valerium Maximum lib. ij. tit. de Inſtit. antiq.

TABELLARIAE Leges. Cicero lib. de Legib. iij. quatuor Leges tabellarias numerat. Aſconius autor eſt, à L. Caſsio latas tabularias Leges, de ſuffragis libere ferendis, non uoce, ſed tabella. Sp.

TABELLARIVS, qui tabellas, id eſt, literas perfert: quem rude uulgus Portitorem uocat, ut Valla monuit.

TABELLAE. Olim qui iudicio præerat, iudicibus ternas tabellas præbere ſolebat: abſolutionis, condemnationis, & ampliationis: quarum A, abſolutionis nota erat: C. uel θ, condemnationis: N, & L, ampliationis. Io. Tiſlin. pro A. Cæcina. Sp.

TABELLAM, in l. fin. C. de Præd. decurion. libro x. Accurſius pro functione delegati iudicis accipit: ſed perperam, ut Budȩus oſtendit in poſter. Annot. Sp.

TABELLARIS ſententia, Budȩus annotat, quòd olim fuit modus genuinus ferendi ſuffragij in concilijs, & ſententiæ deinde in iudicijs: interdum enim uoce, interdū tabellæ eo munere fungebantur. Sp.

TABELLIONES. Vide, Notarij. huc ponēdum iam diximus, quod illuc prætermiſſum eſt. Nempe quod cum tabellionibus & ſcribis merces hodie non tam pro opera, quàm pro induſtria & publico autoramento conſtituta ſit, non uidentur pro ignobilibus habendi, idq́; ex Ciceronis diffinitione: licet Conſtitutionib. Cȩſarum aliud cautum ſit. l. uniuerſos. C. de Decurion. Scribit Aemilius Probus, (quod & ab Alc. in Cōment. de Verb. ſig. tum à me quoq; alibi relatum eſt) apud Graios honorificentius eſſe ſcribarum officium, quàm apud Romanos. hi enim mercenarios exiſtimant: at Græci ad id munus neminem admittūt, niſi honeſtis natalibus, fide'que & induſtria cognitum: quòd neceſſe ſit eos omnium conſiliorum participes eſſe: quem morē etiamnum ſeruari ubiq; conſtat. Et teſte Dn. Oldend. Cicero diffinit hoc munus non ignobile fuiſſe Romanis quoque: licet aliter hodie uideatur, in l. uniuerſos. C. de Decuriō. et in tit. C. de Tabul. ſcrib. lib. x. Gloſs. ibid. Tabellionum uaria nomina refert.

TABERNA, accipitur pro omni ædificio, quod eſt utile ad habitandū. nēpe ex eo quòd tabulis clauditur. ut iuxta rectam

lectionem

lectionem apud Haloand. ait Vlp. l. tabernæ appellatio. de Verb.ſig. Alciatus ueterem, ut expoſitio eius clarè indicat, probat, ubi dicit: Sic taberna prius dicta, quòd ex tabulis fieret. Vnde etiã ſi alio modo cõficiatur, nihilominus ſeruat nomen. Vſus tamen poſteriorum obtinuit, ut tabernam ſimpliciter dicamus, in qua merces uenduntur. Sic & Cicero tabernarios accepit pro his, qui negociationes in tabernis faciunt, dum pro Flacco inquit: Opifices, & tabernarios, atque omnem illam fecem ciuitatis, quid eſt negocij cõcitare? Addit Non. Marcel. tempeſtate ſua tabernas appellari ſolitas uinarias, quod & nunc uulgò obtinet.

TABERNA cauponia. Huius inſtrumento legato quæ ueniant, Paulus refert in l. tabernæ cauponiæ. ff. de Fund. inſtr.

TABERNA caſearia. Quære, Caſeariam tabernam.

TABERNA ferraria, apud Scæuolam in l. pen. de Legat. ij.

TABERNA inſtructa, Vlpiano eſt, quæ & rebus & hominib. ad negociationem parata cõſtat. quod tum uerum eſt, cum tabernam pro uniuerſitate iurium ipſius negociationis, non autem pro loco ſimpliciter accipimus.

TABERNA meritoria, ſtabulum, ſiue diuerſorium eſt Perotto.

TABERNACVLVM, tectum caſtrenſe, ein zelt. quòd ueluti taberna quædã ſit, inde ſic dictum, autore Paulo, loco quo ſuprà. Sicut & contubernales, de quo & ſuperius. Sp.

TABLINVM latinè eſt, quod grammatophylacium à Græcis uocatur: qua uoce Iuriſcoſ. uſus eſt in l. mortis. de Pœnis. Vide, Grammatophylacium. & Bud. in Annot. poſter. Sp.

TABVLA gypſata, pro albo prætoris: niſi quòd in ea nõ ſolùm iudices notari, prætorumq; iura ſcribi ſolebant, ſed etiam ſingulorum annorum acta literis mandabantur. Annales hodie uocantur. Sp.

TABVLAE propriè teſtamentum ſignificant. l. j. §. hoc interdũ. ff. de Tab. exhib. & l. j. §. j. Quemad. teſt. aper. Vnde bonorum poſſeſsiones ſecundum tabulas, et contra tabulas dictæ. Tabulę etiam dicuntur folia teſtamenti. Quare, Budæo teſte, primæ & ſecundæ tabulæ, intelligi poſſunt prima & ſecũda charta teſtamenti, quæ etiam primæ & ſecundæ ceræ dicuntur. de quibus ſuprà in dictione Cera prima, aliquãto fuſius. Antiquiſsimus autem mos ſcribendi fuit in ceratis tabulis, quæ & codicilli, & pugillares uocantur. Tria quippe hæc, Viglio teſte, uocabula plurali ferè numero proferri ſolent. Cæterùm quæ doctiſsimus uir ille de uarijs materijs, in quibus ſcribitur, congeſſit, interpretans tit. de Teſtam. ordin. in Inſtit. tyroni iuris non ſunt prætereunda. Spieg.

TABVLAE diuinæ, decem præcepta, in quibus renouatum & deſcriptum eſt ius uel lex naturæ, tam certo teſtimonio, ut uariari non poſsit. Itaq; recurrendum eſt ad has tabulas, ut bellè monuit Oldend. ſi quandoq; ambigitur, an ius gentium, aut ciuile rectè ſit receptum. quod eſt, ueram philoſophiam, non ſimulatã, ut Vlpianus dicit, affectare. Profectò ſic oportet de rebus mundanis, & honeſta uiuendi formula, autore Deo, ex certis principijs philoſophari, & ueritatem inquirere: non uerò ſathana duce, de ſtillicidijs ſtatim, aut iure parietum rixari: & tandem nimium altercando, ueritatem prorſus amittere, ut dixit Mimus Publianus.

TABVLAE nouæ appellantur, quando creditores debitas pecunias cum uſuris perſoluere non coguntur ipſis creditoribus, & abolitis prioribus debitis, nouæ tabulæ conficiuntur. Sp.

TABVLAE item, ſyngraphę, & documenta literaria. Hinc tabulas chirographi reddere, pro debitores liberare, interpretantur, in l. huiuſmodi. §. ſi ita. de Leg. j. cum ſimil. ab Alberico citatis. Item Iuriſconſultus tabulas appellat, omnem materiæ figuram, ſiue tabulæ ſint ligneæ, ſiue chartæ, ſiue membranæ, ſiue corium alicuius animalis, ſiue cuiuſcunq; alterius materiæ, in quam ſcribatur. l. j. de Bon. poſſeſſ. ſec. Tab. Ad hunc modum piſcinam appellamus aquam, non tantùm quæ habet piſces, ſed eam pariter, in qua animi gratia uel natamus, uel lauamus. Ex Apello. Sp.

TABVLAM figere, & refigere quid ſit, apud Venuleium in fin. l. ff. Quod ui, aut clam. non ſatis explicatum eſt ab interpretibus: quòd, ut & in multis alijs, quæ fuerit ueterum conſuetudo, ignorarunt. Videtur autẽ ea fuiſſe, teſte Alc. ut cum

debitor

debitor abeſſet, priuſquam ex edicto bonorum eius poſſeſsionem ceu contumacis, & in fraudem latitantis, prætor concederet,ad eius domum cum teſtibus creditor accederet, & eo non inuento, eius ædibus tabulã præfigeret, fortè ne quid interim aſportaretur, eamq; rem in teſtationem redigeret. Sp.

TABVLARIVM Seruio eſt locus,in quo tabulæ,hoc eſt,inſtrumenta, & literæ, & actus publici reponũtur. lib. Georg. iiij. Paul. in l. ſi mihi Meuia. de Leg. iij. In fundo, inquit, uno ex ijs qui prælegati ſunt, tabularium eſt, in quo, &c. Sp.

TABVLARIVS, in l. ult. ff. Si menſ. fal. mod. dix. eſt Vlpiano ratiocinator, qui in tabula nomina & rationes obſeruat. Ego, inquit, & aduerſus tabulariũ puto actiones dandas, qui in cõputatione fefellit. Spieg.

TACERE, eſt medium inter conſentire & reprobare. Card. in Clemen. ſæpe. §. ſi tamen. de Verb. ſig. Sp.

TACITA ueritate, & falſitate ſuggeſta, ut intelligendũ ſit, declarat Innocen. tertio cap. ſuper literis. extra de Reſcript. Sp.

TACITE, plurifariam aliqua inſunt. Aut directò, id eſt, immediatè. Aut ex obliquo, id eſt, propter aliud. Quæ inſunt tacitè directò, inſunt aut per modũ conditionis, aut purè: & tũc aut ex legis diſpoſitione, aut ex rerũ natura, aut ex conſuetudine, aut neceſsitate, aut ex dependentia, quia tacitè dependent ab expreſſo. Quando uerò tacitum non uenit ſimpliciter, ſed ex adiuncto, ex obliquo, ex ui relatoria, tunc taciti & expreſsi non eſt eadem operatio: quia quæ expreſſè fieri non poſſunt, ex adiũcto, ex relatione, ex obliquo tacitè recipiuntur. Exẽpla proponit Zaſ. in l. cũ quid. ff. Si cert. pet. Sp.

TACITI & expreſsi diuerſa ratio: quia tacitum nõ annullat, expreſſum annullat. facit pulcher, ut Zaſ. ait, text. in l. nõnunquam. ff. de Cond. & demonſtr. cum dicitur: Nonnunquã expreſſa nocent, quæ non expreſſa non nocent. Vide Ferr. in Reg. l. expreſſa nocẽt. ff. de Reg. iur. Sp.

TACITO actũ (intellige, intentione contrahentiũ) pro cauto, id eſt, pro expreſſo habetur. ut traditur in l. cum quid. ff. Si cert. pet. Sp.

TACITO iure tranſire, apud Vlpian. in l. ſi paterfamilias. de Adopt. Sp.

TACITVM & expreſſum, ſi utriuſq; par ſit potentia, æquiparantur, ſecundũ Baldum, in l. de quibus. ff. de Leg. Sp.

TACITVM fideicõmiſſum, quod in fraudem legis ſuſcipitur. Vide l. eum qui tacitum. ff. de His quæ ut indig.

TACITVRNITAS, obſeruantiæ genus in ſilentio conſtitutæ. Hæc præcipua uirtus eſt eorum qui ſummorũ principũ res notis ſcribũt. Zifræ uocantur in aula. Sp.

TACITVRNVS, qui natura facilè tacet. Quanquam huius nullum exemplum reperitur apud idoneum autorem. Sp.

TACITVS actiuè, qui tacet, & quod ſecretum eſt, optimè nouit tenere & tacere. Cõtrario ſub quo tacetur: ut tacita fides, per quam tacetur, quod illicitè uel præſtatur, uel contrahitur. apud Paulum in l. ordine. §. penult. ad Leg. Municipal. & l. penult. C. de Reſcind. uendit.

TAEDIO uitæ ſibi manus inferre. Vlpianus in l. j. ad Syllan. §. ſi ſibi. item l. fin. §. ſi quis autem. ff. de Bon. eor. qui mort. ſibi conſc. tum alijs. Sp.

TAENIA, uox eſt græca, ſignificat fimbriam, ſeu uittam.

TALE, ſui natura cõprehendit genus, non ſpeciem. ut colligi poteſt C. de Verb. ſig. l. j. in princ. ibi. Talem habere. & uerſ. j. ibi. nulla ſpeciali. Alberic. Aliud autem eſſe talem, aliud haberi pro tali. l. mercis. & ibi interpres de Verb. ſig. Bart. in l. ſi maritus. ij. §. legis Iuliæ. ff. de Adult. Sp.

TALEA, pro exactione, barbarum prorſus uocabulum, natum in ſchola imperitorum latinitatis, cui multa id genus ſimilia debemus. Taleæ, ut & collectæ in ea ſunt exactionum ſpecie, quæ non habet certam & perpetuam præſtationem, interq; perſonalia munera referũtur. ut Alciat. ſuper uerbo, extraordinarium, in l. placet. C. de Sacroſ. eccl. & Iaſon aliquanto copioſius ibidem collectarum materiam tradidit. Latinis talea eſt fruſtum ligni, præciſum ex utraq; parte, ut in terra inſeratur. Spieg.

TALIO, pœnæ genus eſt, ex xij. Tab. quo damnum illatum ſimili damno penſabatur: ueluti ſi oculus eruatur ei, qui oculũ excuſſerit alteri. Vnde retaliare dicimus, cum par pari refertur. Adi Ferrar. enarrantem §. pœna autem iniuriarũ. Inſtit. de Iniur. & uide infrà in ſcholijs ad eaſdem Tab. Sp.

TAM, & quàm, inter ſe diuerſe facta ęquāt. Vlpianus in l. non ſolum. de Iniur. Si, inquit, mandato meo facta ſit alicui iniuria, pleriq; aiunt, tam me qui mandaui, quam eum qui ſuſcepit, iniuriarum teneri. Spieg.

TAMDIV, quamdiu, apud Vlpian. coniunctim in l. ſi filia. §. ſi filiusfamilias. ff. Famil. erciſc. Sed filio datam tamdiu, quamdiu peculiū patitur. Itē apud Iulianū l. ij. de Precar. ſed diuiſim: ut & apud Ciceronem in Verrinis: Ignominia autem grauis tamdiu in illo homine fuit, quamdiu iſte in prouincia manſit. & apud Vlpian. in l. is autem. Ex quib. cauſ. maior. cum ait: Tamdiu igitur in ſeruitute eſſe uidebitur, quamdiu non eſt eiuſmodi lis cœpta. Sp.

TAMDIV reipub. cauſa abeſſe quis uidebitur, quādiu officio alicui præeſt: quod ſi finitum fuerit officium, iam deſinit abeſſe reipub. cauſa. Vlp. l. ſi cui. ff. Ex quibus cauſ. maior. Sp.

TAMEN, pro nihilominus, præſertim apud Neratium, in l. ex hęreditate, Famil. erciſ. accipiendum. reclamant enim particulæ præcedentes, quia, etiamſi, tamen pro quia, ut uulgò receptum eſt. Eius uis à facto plerunque ius diſcernit, ut docet Bart. in l. j. ff. Si quis ius dicenti non obtemp. Spieg.

TAMENNE? particula eſt orationis, urgens cum interrogatione, Ciceroni frequens. ut Tuſanus per exempla commonſtrat. Spieg.

TAMIACA prædia quæ ſint, Accurſius plures affert opiniones, quas potius ſomnia dixeris, teſte Alciat. Is arbitratur fundos tamiacos, qui diſpenſatori publico præſtabant annuos fructus uectigales, quibus ille poſtea in domo imperatoria diſpenſabat alimenta. Nam ταμίας diſpēſatorem ſignificat. Sp.

TANGERE aliquid, pro deſcribere & mētionem facere, notum eſt, minus fortè: quod & circumuenire ſignificat, & intelligere. Cicero: Poſtquam autem conſilia eius omnia tetigi. Sp.

TANQVAM, pro quaſi, ſimilitudinis magis eſt, quàm ueritatis. Vide quæ de hac dictione not. in l. ſi pater. §. qui duos. de Adopt. & in Aut. Vt om. obed. iud. pro uinc. §. ſi uerò. Sp.

TANTI condemnetur, quanti actor in litem iurauerit. Paul. in l. harum. ff. Si ſeruit uindic. Spieg.

TANTVM, quantitatis eſt, quaſi tam multum, uel tam magnum. Tanti & quanti, quanticunque, ſimiliter totidem, pluris, minoris, iunguntur uerbis precium ſignificantibus: qualia frequenter in iure noſtro occurūt, emo, uendo, ueneo, mercor, comparo, æſtimo, conſtat, conduco, loco, fœneror, paciſcor, pago, pepigi, cōdemno, poſtulo, etſi quaſi ſunt ſimilia. Iulianus tantum accepiſſe intelligēdus eſt, quāti is homo uenire potuiſſet, in l. mortis cauſa capimus. ff. de Don. cauſ. mort. Cæterùm notū eſt, tantùm, aduerbium, ſolū ſignificare. §. j. in fine. Inſtit. de Stip. ſeru. Nihil tanti eſſe, pro nihil tanti æſtimari. Ex Budæo. Sp.

TANTVLVM, tam paruum, intelligitur, & tantulum, aduerbium, tam parum. Iabol. de Leg. iij. l. qui concubinam. §. cum ita legatum eſſet. Titia uxor mea tantulam partem habet, quantulum unus heres. Spieg.

TANTVMMODO reſtringit l. ij. C. de Patribus qui fil. diſtraxer. An autem omnem excludat adiectionem, Doctores uarijs in locis attingunt, quos allegat Alberic.

TANTVNDEM, ęquè tantum ſignificat. Vlpian. l. ij. de Don. Si tantundem filius patri debuit, quantum promiſit, ualere donatio intelligitur. Sp.

TANTVLO uenire, in primitiuo dicitur, tanti uenire.

TAPETA, id eſt, aulæa, quibus ſubſellia & cathedræ inſterni ſolent, uenire ſupellectilis uocabulo: illa autem quibus inſternuntur uehicula, potius inſtrumenti uiatorij eſſe, Paulus cenſet l. v. de Supel. leg. Vocantur etiam tapetes, & tapetia. Vide Ioannem Petrum Vallam in Pœnulum Plauti, Budæus in poſter. Annot. Spieg.

TARDA nomina, Romani eos uocabant, qui iam in mora erant. Vide Bud. in Cōment. Linguæ. Sp.

TARDOS menſes, Maro Iunium & Iuliū appellauit: eo quòd horæ tunc ſunt longiſsimę. Hinc in Euangelio habetur, Nōne duodecim ſunt horę diei? Ex Alciato in l. ij. de Verb. ſignificat. Sp.

TAXARE, pro precio æſtimare, apud Plinium. Hinc Taxatio dicitur, Feſto teſte,

quæ ſit certæ ſummæ: quam iudex etiã poſt principale negocium definitum, facere poteſt. l. terminato. C. de Fruct. & lit. expenſ. Sp.

TAXATIVA dictio, non rarò ſubauditur in iure noſtro. Hoc Alciatus exemplis probat, in l. anniculus. de Verb. ſig. Huius autem eſt propriè, quod minus eſt, excludere. ut patet ex Alpheni reſpõſo, l. cum in teſtamento. eod. Alciatus tamen illud in ea quidem ſpecie, propter auariciam quorundam ſacerdotum, hodie minus obſeruandum exiſtimat, apertè taxans hic quædam inducta Conſtitutionibus Pontificum. Sp.

TAXATOR, prout uulgò in Cancellarijs accipitur, nullum habere exemplum idoneum putãt. Taxatores (Feſtus inquit) à ſcenicis dicuntur, qui alterutrum maledictis tangunt. Sp.

T E

TECTA ſarta, pro ſacra. repone apud Albericum l. hactenus. ff. de Vſufruct. & quemadmodum quis utat. Feſtus Pompeius, Sarte, inquit, ponebant ueteres pro integre: ob quam cauſam, opera publica, quæ locantur ut integra præſtentur, Sarta tecta uocantur. Sarcire enim, integrũ facere. Porrò cura exigendi ſarta tecta à redemptoribus, ad Cenſores ſpectabat: interdum etiam ad Aediles, rarò ad Prætores, nec niſi dum Senatus decerneret. Vide Budæum in Annotation. Spieg.

TECTE, aduerbiũ contrarium eſt Apertè.

Τέκτονα Græci uocant fabrum lignarium, ſeu materiarium tãtum: cuius uocis meminit Papinianus l. penult. de Via publ. dum licitũ eſſe tectoni tradit, trochos, id eſt, rotas extra ergaſteriũ proponere. Sp.

TECTO qui fuerint ſub eodem, quomodo accipiatur, eleganter explicat Vlpianus, in l. j. ad S. C. Syllanian. §. hoc autẽ. Spieg.

TECTOR, qui opus tectorium facit.

TECTORIA calx, qua fit tectorium.

TECTORIVM. Require, Structile. Et uide Neratiũ l. uſufructuarius. ff. de Vſufruct. Hanc l. nõ intellexit interpres. Sp.

TECTORIVM inducere. Celſus in l. fundo. Nec malicijs, inquit, indulgendum eſt: ſi tectorium puta quod induxeris, picturas'ue corradere uelis, nihil laturus, niſi ut officias. ff. de Rei uindic. Sp.

TEGVLAE, à tegendo, quæ affixæ ædificij pars cenſentur l. nam & ſi ramos. ff. Quod ui aut clam. l. granaria. §. tegulæ. de Action. emp. Sp.

TELAM ordiri, pro, rem aliquã aggredi. Notum prouerbium. Alter orſus eſt, alter perfecit. Adi Chiliad. Eraſ.

TELONIVM, τελώνιον Græcè, menſa publicanorũ, ubi uectigal exigitur. Telonarius, publicanus, & tributorum exactor.

TELONIVM, ſiue teloneũ, locus ubi uectigal colligitur. Telones, is qui colligit. Telos enim Græcè, uectigal eſt. Sp.

TELONARIVS, idem qui Publicanus, tributorum exactor.

TELVM, propriè ſignificat ea, quæ alterius lædendi cauſa habentur. Bart. l. j. & fin. de Vi publ. Caius in l. ſi calũnietur. de Verb. ſig. Telum, inquit, uulgò quidem appellatur, quod ab arcu mittitur: ſed nunc omne ſignificatur, quod manu mittitur. Itaque ſequitur, ut & lapis, & lignum, & ferrum, hoc nomine contineatur. Idq; argumento ab etymologia ſumpto. ſiquidem telum dicitur ἀπὸ τοῦ τηλοῦ, quod longè ſignificat. Quod nos telum dicimur, βέλος dicunt. deduciturq; ea uox ἀπὸ τοῦ βάλλεσθαι, id eſt, à iaciendo. Quamuis quod arcu mittitur, propriè ab eis τόξευμα dicitur. τόξον enim arcum ſignificat. Vnde & toxicum: quoniam eo ſagittæ intingebantur, ut Plinius ait. Caius id Xenophontis autoritate probat, cuius uerba reſtituta inſigniter docto Alciato debemus: qui ſuſpicatur eiuſmodi uerba ſcripta fuiſſe à Tribuniano in Inſtitutionibus ſub Rubric. de Pubic. iud. ubi Epigramma in xerolopho ſcriptum allegatur, & Xenophontis facta ſit mentio, qui ita ſcribit: τὰ βέλη ὁμῶς εἴχοντο, λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλεῖστοις καὶ οἶστοί: Huiuſmodi, inquit, tela ab eis habebantur, lanceæ, ſpicula, fundæ, plurimis autem & ſagittæ. Haloander præter unum hunc locum, ait ſe ad eum modum interpolatas Inſtitutiones dediſſe, ut ægre quicquam diligens & æquus lector deſideraturus ſit. Nebriſſ. Bapt. Pius, Budæus item, uulgatum agnoſcunt uocabulum, & ſimul quiſque pro ſuo captu interpretãtur. Tamen magis conueniri uidetur, quod Alciatus tantus uir indicauit: nempe, ut Xenophontis facta ſit mẽtio, acceperitq; Tribunianus eum

nus eum locum à Caij reſponſo. Breuiter, teli appellatione continentur lapides, ligna, fuſtes, gladij, & alia innumera quæ iacimus. l. ſi caluitur. de Verborum ſignificat. Spieg.

TEMERE non eſt, pro non ab re. Suet. pro ferè poſuit. In quem ſenſum pariter Plinius ſenior frequentius uſurpauit. Spieg.

TEMERE auditorium recipere, apud Calliſtratum l. cum lege. ff. de Recept. Sp.

TEMERARE, uiolare ſacra (inquit Feſtus, & contaminare) Liuius: Sepulchra maiorum uulſa, temerata, ac uiolata. Sp.

TEMERARIVS dicitur, non qui plus audet, quàm oportet, ſed qui facile, nullo adhibitio conſilio, credit. Papinianus ait, temeritatem facilitatis ueniam contiñere, & inconſultum calorem calumnię, uicio carere. & ob id hunc nullam pœnã ſubire oportere. autor Martianus l. j. ad S.C. Turpillianũm. Sp.

TEMERARIVS litigator intelligitur, qui neque intentionem ſuam probat, neque allegationum cauſam habet. Notus eſt tit. apud Imp. iiij. Inſtitution. de Pœna temere, id eſt, abſque cauſa litigantium. Spieg.

TEMERATOR, pro falſario, in l. ſi quis obrepſerit. ad Leg. Corn. de Falſ. Sp.

TEMERITATIS uocabulo Bud. pro fortuitis caſibus, eleganter utitur. Sp.

TEMERITAS accuſatorũ, tribus modis detegiť, et trib. pœnis ſubijciť. Aut enim calũniantur, aut præuaricanť, aut tergiuerſantur. Calũniari, eſt falſa crimina intendere. Præuaricari uerò, eſt uera crimina abſcondere. Tergiuerſari, in uniuerſum ab accuſatione deſiſtere. Martian. autor in prin. l. j. ad S.C. Turpil. Sp.

TEMPERAMENTVM, idem eſt quod, temperatio, hoc eſt, moderatio. Arcadius in l. de minore. de Quæſt. Tormenta, inquit, habenda ſunt, non quanta accuſator poſtulat, ſed ùt moderatæ rationis temperamenta deſiderant. Canonica decreta, in pœnis irrogandis iubent, ex lénitate & ſeueritate fieri quoddam temperamentum. xlv. Diſt. c. de diſciplina. Sic Imp. Conſtantinus in l. ſi quis in ea culpa. C. de Cuſtod. reor. uult adhibẽdã iudicibus immodicè ſæuientibus, fræni temperiem, hoc eſt, coercionem.

TEMPERATVRA, uocatur argilla ad maceriæ ſtructuram temperata, paleis, aut culmis, pilis, & ſimilibus, quo tenacius adhæreat. Sp.

TEMPERARE, datiuis iunctum, abſtinere ſignificat. Vlpianus in l. j. §. quod autem. de Offic. Præf. urbi. Præterea curare debebit Præfec. urbi, ut nummularij probè ſe gerant circa omne negocium: & tẽperent his, quę ſunt prohibita. Rem uerò ſuo ordine ac menſura adminiſtrare, potiſsimum cũ accuſatiuo iungitur, denotat. ut apud Impp. de Præpoſ. ſacr. ſcrin. C. libr. xij. Vt inter eos, aiunt, merito dignitatis habeantur, qui præfecti diœceſes ſibi creditas temperarunt. Sic temperatio reipubl. id eſt, moderatio, apud Ciceron. in Legibus. Sp.

TEMPERARE uectigalia, pro minuere, apud Plinium in Panegyr.

TEMPESTATIS appellatone, continentur niues immoderatæ, quæ frumenta corrumpunt. l. fiſtulas. §. fin. de Contrah. empt. eſtq́ꝫ cœleſtis iniuria, ſiue terram, ſiue mare cõturbet. l. ij. §. quod diximus. ff. Si quis caut. & l. ij. ad Leg. Rhodiam. de Iactu. Vnde, Calamitoſa tempeſtas, apud Iuriſconſult. in l. ex conducto. §. ſi uis tempeſtatis. ff. Locati. Sp.

TEMPLARII, inter militares ordines: unde & præcipuum hoc nomẽ ſortiti ſunt, & ſimul initium habuêre, Volaterranus libr. xxj. Anthropolog. indicat. Eorũ & Albericus in hæc uerba meminit: Templarij, inquit, erant magnus Ordo in Eccleſia, & erant milites ſtrenui beatę Mariæ: & deſtructus fuit ille ordo, tempore Clementis papæ v. ad procurationem Regis Franciæ. Et ſicut audiui ab uno, qui fuit examinator cauſæ & teſtiũ, deſtructus fuit contra iuſticiam. Et mihi dixit, quòd ipſe Clemens protulit hoc: Et ſi nõ per uiam iuſticiæ poteſt deſtrui, deſtruatur tamen per uiam expedientiæ, ne ſcandalizetur charus filius noſter Rex Franciæ. Attamen dictus Volater. ſcribit, templariorum Ordinem iuſtis de cauſis deſtructum, eorum bonis Rhodijs militibus conceſsis. Sp.

TEMPLVM, quaſi tectum amplum, ſecundum Iſidorum, non prorſus malum autorem, ut tempora ſua ferebant, teſte Alciato in l. malum nauis. de Verborum ſignificat. Non ſolum ædes ſacræ dicuntur, ſed etiam alia loca ſepta, & unũ tantum

tum introitum habentia. Curia Hoſtilia, templum erat, licet ſacra non eſſet. Spieg.

TEMPLVM Iuſticiæ. l. j. §. cum hæc materia. C. de Vet. Iur. enucl.

TEMPORA, propriè pro ſua, uel ſibi conſtituta. Paulus l. ij. Quibus modis uſusfr. quoniam per propria quiſque tempora non concurrente altero, fructus integros habuit.

TEMPORALI actione teneri. in l. ult. ff. de Minor. Spieg.

TEMPORALIS, pro tēporario, hoc eſt non perpetuo, ſed ad tempus durante apud Paulū in l. ſi tibi filius. de Adopt. Et Labeo putat nullam eſſe actionem. Nec enim moribus noſtris conuenire, filium temporalem habere. Sp.

TEMPORALES actiones, pro Prętorijs, quia ſui natura ſunt annales tantum, ut ex diuerſo Ciuiles perpetuæ ſint, nō abſurdè accipiuntur. Antiquitus omnes actiones, ſiue ex Leg. xij. Tab. plebiſcitis, Legibus, Senatuſconſultis, ſiue ex Principum Cōſtitutionibus proficiſcantur, perpetuæ erant: hoc eſt, in centeſimum uſque annum, & fortè ultrà, competebant, ut Gloſs. innuit in l. j. C. de Præſcrip. xxx. uel xl. ann. Sed quia ius uigilantibus ſcriptum eſſe, communi uerbo dicere ſolemus, conſtituentibus diuis Principibus factum eſt, ut actiones certos fines habeant, ultra quos non uiuunt: & ſic perpetuitas illa uetus ad xxx iuges annos uulgò eſt reſtricta & coarctata, ut quàm longiſsimi temporis, & ſic perpetuam communiter uocamus. in l. iij. de Præſcription. xxx. annorum ad ſimilitudinem perpetuę illius et antiquę actionis, quæ ſuprà hominis uitam olim extendebatur. Quare omnes actiones quæ antiquitus perpetuæ fuerant, nunc temporales ſunt, & ad certum tempus per Conſtitutiones coarctatæ. Vide Imperat. libr. Inſtit. quarto. de Perpet. & temp. act. & quæ in eum locum adnotauit Ferrar. Spieg.

TEMPORARIA res, quæ ad tempus durat, & non in perpetuum. Paulus, Quibus ex cauſa. l. ad cognitionem. Exilio, inquit, tēporario. Papin. de Pœnis. l. ſeruus. Cum ſeruus per errorem in opus tēporariū fuiſſet datus, expleto tempore, domino ſeruum eſſe reddendū. Nebriſs.

TEMPORARIVS tutor, ad tempus. l. ſecunda. ff. de Tutor. & cur. dat. apud Albericum temporaneus eſt: ſed reclamante ſenſu. Eſt enim temporaneum, quod ad tempus pertinet, ſiue quod ſubitò, & in tempore fit. Sp.

TEMPORE eodem fieri intelliguntur, quandoque etiam, ſi non ſimul, aut ſubito, eodem'ue puncto, ſed ſucceſsiuè fiant. l. antiqui. ff. Si pars hæred. pet. l. A reſcuſa. de Stat. hom. Sp.

TEMPORE, figuratè, hoc eſt, pro tempore. Iuriſconſulti interdum utuntur. l. uerbū erit. de Verborum ſignificat. de quo Bartol. in l. j. C. de Leg. l. qui Romæ. §. Augerius. de Verb. oblig. l. fin. C. Quæ res pig. oblig. poſs. Sp.

TEMPORE etiam fraudem fieri, autores ſunt, Iuriſconſultus in l. ait Prætor. §. ſi cum in diem l. omnes. §. fin. Quæ in fraud. credit. Gloſs. in l. fraus. ff. de Leg. Albericus.

TEMPORIS præſentis, uel præteriti uerba, an trahantur ad futurum, Bartol. diſſerit, in l. talis ſcriptura. ff. de Leg. primo. Spieg.

TEMPORVM diſciplina, pro bonis moribus, & eorum obſeruatione, accipiendum eſt. C. de Pact. l. ult. in fine. Sp.

TEMPVS, abſolutè, decennium intelligitur. Vide Albericum. & inferius, Vetuſtas.

TEMPVS continuum dicitur, quod continuò currit, & in quo ſubducuntur tam dies feſti, quàm operarij: tam dies abſentiæ, quàm præſentiæ. Tēpus uerò utile, quod utiliter præterfluit, in quo dies feſti non ſubducuntur: & in quo actor, uel per ſe, uel per procuratorem agere poteſt. In quo item habetur reſpectus, an quis iudicis copiam habere quiuerit. Vide Hegend. in tit. C. de Temp. in integr. reſtit. Spieg.

TEMPVS æſtimationis, dupliciter conſideratur. Nempe, tempus à quo, & tempus ad quod. Tempus à quo, id eſt, quādo incipiat ratio haberi æſtimationis, à quo tempore. Sed tempus ad quod, id eſt, quando finiatur conſideratio æſtimationis, uſque ad quod tempus duret æſtimatio. Et ſic tempus à quo, reſpicit initium: ſed tempus ad quod, finem. Zaſ. in l. uinum. ff. Si cert. pet. Sp.

TEMPVS modicum, quandoque trium,

aut quinque dierum eſt. l. ſi poſt tres. ff. Si quis caut. cum ſimil. Quandoq; accipit de x. diebus. ut in l. promiſſor Stichi. de conſtitutionib. pec. Interdum dies xxx. ſignat. l. j. §. ij. de Itin. actuq. pri. Interdum duorum menſium ſpacium. l. ſancimus. C. de Fideiuſs. cum ſimil. Quandoque trium. l. de operis. C. de Aedific. priuat. Eſt & aliquando quadrimeſtre. l. ſi debitori. ff. de Iud. cum ſimil. Quandoque x. menſium. l. ij. C. de Nupt. Quandoque quinquennium. l. j. §. quod dictum. de Separat. Præterea, iudicis arbitrio relinquitur diffiniendum. l. ab hoſtibus. §. fin. Ex quib. cauſ. maior. Sp.

TEMPVS motæ litis, tempus Conteſtationis accipitur. not. ext. de Verborum ſignificat. c. ex parte. ij. & c. ex parte. de Reſtit. ſpoliat. Sp.

TEMPVS quod excedit hominum memoriam, ſpecies eſt uſucapiendi omnium efficacíſsima. poſt tantum enim ſeculum nullo probationis genere homini poſsibile eſt, aut defendere, aut impugnare fidem poſsidẽtis. Quomodo autem probari debeat, memoriam non extare, nemo melius, quàm Paulus ipſe tradit, in l. pen. de Probat. & in l. ij. §. idem Labeo. de Aqu. pluu. arc. Sp.

TEMPVS quinquennale, uocatur Luſtrũ in quot annos olim prædia locari ſolebant. Luſtrum enim à luendo, hoc eſt, ſoluendo dictum eſſe, Varro autor eſt. quoniam quinto quoq; anno uectigalia, tributaq; exigebantur. Sp.

TEMPVS xxx. dierum dicitur pleniſsimum, ad deliberandum ſuper quocunque negocio. per tex. & Gloſs. in Aut. de Appellat. §. j. Coll. iiij. Sp.

TEMVLENTIA, pro uinolẽtia Impp. in l. unica. C. Si quis Imperat. maled. ac temulentia turbulentus obtrectator temporum noſtrum fuerit. Temetum exiſtimat interpres eſſe genus optimi uini, quum pro uino quocunque accipiatur: dictum quòd tentet, hoc eſt, labefactet mẽtem. Vide Donatum in Terentium. Spieg.

TENAX ſui iuris dicitur, qui tam arctè ius ſuum ſeruat, ut de eo demere, aut auferre ſibi ab aliquo, ne tantillum quidem patiatur. Quod auarorum eſt dominorũ proprium in ſuos colonos. Columella: Sed nec dominus in unaquaqua re, cui colonum obſignauerit, tenax eſſe iuris ſui debet. ſicut in diebus pecuniarũ. & c. Super uocabulo hoc in ſcenam primã Reuchliniani Hẽnonis, ſiue Progymnaſmat. ſcenicorũ, aliquo pluribus ſcripſimus: ubi, Tenax requirit prodigũ. Sp.

TENDERE ad noxam, pro ſpectat uel uergit. Spieg.

TENERA ætas, puerilis, & pupillaris, etiam noſtris. l. fin. C. de Teſtament. milit. Alberic.

TENERE gratiam, pro eſſe in gratia.

TENERE hæreditatem. Cicero: Tenuit permagnam Sextilius hæreditatem. de Finib. lib. ij.

TENERE partes, ſententiæ alicuius eſſe.

TENERE in poteſtate, pro in poteſtate habere, & moderari.

TENERE ius dicitur, qui calleat leges & iura.

TENERE Legem, Legi ſubijci.

TENERE perſonam, translate, pro, ſtatus alicuius eſſe.

TENERE promiſſum, id eſt, præſtare.

TENERI argumentis & teſtibus, eſt coargui, & conuinci.

TENERI, pro obligari. Hinc teneri Lege, aut interdicto, quis dicitur, cum per Legem, uel Prætoris edictum, interdictum'ue obſtrictus eſt ad aliquid faciendum, uel non faciendum. Sic Teneri quem promiſſo, pro obligatum eſſe, accipiendum eſt. Spieg.

TENERI pœna, pro obnoxium eſſe. Sp.

TENERI & de uulnerato, & de occiſo: duo enim ſunt delicta. ut ait Caius in fin. l. illud quæſitũ. ff. ad Legem Aquil. Sp.

TENOR, quod attenditur. Fel. in c. cum ueniſſet. j. ext. de Teſtam. Eraſmus ait, Tenorem rei progreſſum uocant. Vnde quæ ſui ſimilia, ſibi'que ueluti perpetua quadam ſuccedunt ſerie, horum eſſe tenorem dicimus. Sp.

TENTARI ius dicitur, cum non intellectum ac incertum aggreditur, hoc eſt, experitur. autor Tislinus in Orat. pro C. Rabir. Poſthumo. Sp.

TENVS, pro eo quod dicimus, uſq; ad, ſequitẽ dictionẽ (ut aduerſus) cui inſeruit: Paulus: Creditor is, cui pignus ſurreptũ eſt, non credito tenus intereſt, ſed omnimodo furti agere poteſt.

TENVIS uitę homines. Vide, Homines tenuis uitæ.

TENVES homines, nõ uiles, ut interpres exiſtimat. §. ne tenuis. l. illicitas. ff. de Offic. Præſid. ſed potius intelligendi, qui uel humili loco nati, uel quibus tenues facultates, aut nullæ ſunt. Tenuiores, id eſt, pauperiores, ut apud Ciceronem, recte interpretatus eſt. Vnde tenuitas patrimonij, pro exiguitate & modicitate. in l. j. C. de Peric. tut. Sp.

TENVIS intellectus, non pro breui, ſed paruo & exiguo, apud Iuriſcons. accipiendus eſt. l. fin. ff. de Diuort. Sp.

TENVIT damnatio, pro, accepta eſt & probata, in l. ij. ff. de Pœnis. ut apud Plinium, Sententia tenuit. in Epiſtola, ubi ait: Sic ex tribus ſententijs duæ factæ ſunt, tenuit'que ex duabus altera, tertia expulſa. Spieg.

TENVTA, uox peregrina, noſtris interpretibus ſignificat nudam detentionem, hoc eſt, nihil iuris poſſeſſori prſtantem. cuiuſmodi eſt miſsio in poſſeſsonem ex primo decreto. Sp.

TEPIDARIVM. Paulus: Sed Neratius, inquit, ſi talis ſit uſus tepidarij, ut aſsiduum honorem habeat. l. fiſtulam. ff. de Seruit. urb. pred. Eſt autem ahenum, ex quo tepida exit: ut Caldarium, ex quo aqua calida hauritur: et Frigidarũ, ex quo frigida. Vide Sipont. Sp.

TER enixa mulier dicitur, quæ uno partu tergeminos, hoc eſt, tres edidit, ut ait Paulus de Verborum ſignificat. S. C. Tertulliano cautum erat, ut quæ mulier ingenua Romana tres, Libertinæ uerò, uel latinæ conditionis, quatuor liberos enixa eſſet, filio defuncto ſuccederet. §. j. Inſtit. ad S. C. Tert. Vnde Pauli ſententia, mulier quæ tergeminos peperit, S. C. Tertull. gaudebat beneficio. Hodie tamen & Honorij et Iuſtiniani Conſtitutionib. l. j. & ij. C. de Iur. lib. extincta huiuſmodi priuilegia ſunt. Quod Procopius admodum improbat, cauſamq́ euerſionis Rom. Imperij inde ortã arbitratur. Sp.

TER factum intelligi Alberic. adnotauit, quod eodem momento fit. Proinde mulier ſic inſtituta, ſi ter pepererit, hæreditatem capiet uno partu, tergeminos enixa. l. ter enixa. d. titul. de Verb. ſig. Sp.

TERGIVERSARI. Vide ſuprà, Temeritas accuſatorum. Non. Marcello eſt fallere, & dicta mutare, & eſt quaſi tergum uertere, Spieg.

TERMES, hoc eſt, ramus ex arbore decerptus cum fructu, nec folijs repletus, nec nimis glaber, ut Feſtus ait, in diuiſione agrorum, antequàm metę ponerẽtur, figi ſolebat: termino nomen dedit. Deus apud antiquos creditus, in cuius tutela fines agrorum eſſe exiſtimabantur. Caius Cæs. tulit Legem agrariam, aduerſus eos, qui terminos ſtatutos extra ſuũ gradum, fines'ue mouerunt dolo malo. Calliſtrat. autor. l. fin. de Term. mot. Tulit & aliam diuus Nerua, cuius idem meminit ibid. Sp.

TERMINARE, pro limites conſtituere, & apud Ciceronẽ primo Offic. cum ait: Illorum fines, ſicut ipſi dixerant, terminauit: in medio relictum quod erat, populo Romano adiudicauit. Sp.

TERMINVS, ſignum quod agrum ab agro diuidit, ein Marckſteyn. Vnde terminare, limites conſtituere, ſeu decernere. Modeſtin. tit. de Term. moto. Terminorum, ait, auulſorum non mulcta pecuniaria eſt, ſed pro conditione admittentium coercione tranſigendum eſt. Coercio ein leibſtraff / oder büß. Paulus in l. ſed & lo. ff. Fin. regund. Si dicantur, inquit, termini deiecti, uel exarati, iudex qui de crimine cognoſcit, etiam de finibus cognoſcere poteſt. Sp.

TERMINVS iuris ad dandum apoſtolos, ut uulgò dicunt, eſt tempus xxx. dierum, intra quod iudex tenetur dare apoſtolos, hoc eſt, literas dimiſſorias. Vide Marcellum, dictorũ uerborũ ſignificationem eleganter tractantem, in l. j. ff. de Libell. dimiſs. Sp.

TERMINVS litium, pro fine inſtantiæ. Is autem eſt in criminalibus biennium, ſicut triennium in ciuilibus cauſis. l. j. C. Vt int. cert. pet. temp. Et ideò, ut ait Alc. bis errãt uulgares latrũculatores (Blůtrichter) qui ſi reum conuincere nequeunt, eum rebus ſic ſtantibus abſoluunt, ut quandocunque uel minima coniectura ducti, rurſus in carcerem trudant. Nã elapſo biennio, inquietari amplius non poteſt: & cum accuſatori ſtatutus eſt terminus probationum recipiendarum cauſa, ſi probatum non ſit, diffinitiuè reus eſt abſoluendus: non autem ea forma, quam cõcuſſores, & δημοβόροι iudices repererunt. Spieg.

TERMINVS peremptorius, quædam inter-

interlocutoria eſt. Alberic.

TERRA conditum corpus uidetur, & ſi in arcula conditum hoc animo ſit, ut non aliò transferatur, autor Modeſt. in l. diui fratres. de Relig. Planè uſurpat arculam pro loculo, quo cum mortui conduntur in terra. Spieg.

TERRA integra, apud Caium in l. ſylua cædua. de Verb. ſig. intelligenda, quæ nondum depaſta eſt: licet ibidem, ut adnotauit Alciatus, paſcendi uerbũ, pingue faciendi, cõtra rationem ſermonis, Accurſius intellexerit. l. j. de Glande leg. Sp.

TERRA proſciſſa dicitur, quę primùm aratrum experta eſt, grandioribus glebis relictis: Catoni, Plinio, & cæteris. Sp.

TERRA Salica. Quære, Salicam Legem.

TERRAM pro terra, Prouerbiali figura, in hominem exulem, erronẽ, & incertis uagantem ſedibus. Eraſ.

TERRAM, territorium aliquando ſignificare, & prouinciam, ſeu regionem etiã, apud Ciceron. tum alios probatos autores, obſeruarunt Grammatici. Bar. in l. j. ff. de Via publ. Spieg.

TERRAM uideo. Qui moleſti, teſte Eraſmo, prolixiq́ laboris finem adeſſe ſignificat, dicere ſolet, γῆν ὁρῶ, id eſt, terram uideo. Spieg.

TERRENA uia, Sabuloſæ opponitur. Vlpian. l. j. de Via publ. §. ſi quis. Neq; humiliorem, inquit, uiam ſub nomine refectionis, is qui interdicit, poteſt facere, uel in uiam, terrenam glaream inijcere, aut ſternere uiam lapide, quę terrena ſit: uel è cõtrario, de ſtrata terrenã facere. Sp.

TERRERE, eſt terrorem incutere. Vnde apud Vlp. poteſt Procõſul de plano cõminari etiã, & terrere filium à patre oblatum, qui non, ut oportet, conuerſari dicatur. l. nec quicquam. de Offic. Proconſ. Sed & ſubmouere ſignificat. ut exponit Caius in fin. l. pupillus eſt. de Verb. ſig. Terror armorum, ſatis arguit quem eſſe deiectum. l. idem eſt. ff. de Vi & ui arm. Spieg.

TERRIBILIS iudex, item terribiles Leges dicuntur, quòd terrorem inijciãt delinquentibus: quemadmodũ & diuina eloquia. l. unica. C. Si rect. prouin. Aut. de Mand. Princ. §. talẽ. Aut. Conſtitutio quæ ex adſcript. §. penult. Sp.

TERRITORIVM, Pomponius inquit, de Verb. ſig. eſt uniuerſitas agrorũ (ein Bann) intra fines cuiuſque ciuitatis; Quod ab eo quidam dictũ aiunt, quòd magiſtratus eius loci, intra eos fines terrẽdi, id eſt, ſubmouẽdi ius habẽt, macht haben zů bännigen. Nec prætereundum, quod Alciatus quoq; admonuit, Territoriũ cœptũ dici Comitatus: quia tempore Caroli Magni, regnantibusq; Berengarijs, & Othonibus, ad ſingulas ciuitates regendas aliquis Comes mittebatur. Vide ſuprà, Diſtrictus. Sp.

TERTIARE, uerbum ruſticum, ad culturæ agri tertiam manum, uel tertiam operam ſpectans: quemadmodum Iterare, ad ſecundam.

TERVNCIVS, nummus à tribus uncijs dictus: cuius uilitas in Prouerbium abijt. Vide Eraſm. in Chiliadib. & Bud. in Aſſe.

TESSERA, Iurecons. menſura eſt, qua numerus frumentorum deſignatur. Iuſtin. lib. xj. C. tit. de Frument. Alexand. l. diurnos. Teſſeræ, inquit, deſignentur. Paul. de Leg. ij. l. mortuo. Si Titio teſſera frumentaria legata ſit. Vlp. de Iudic. l. ſed & ſi. Si liberis, ait, ſuis teſſeras frumentarias emi uoluerit. Nebriſſenſ. Sed uerius eſt, quod ſuprà ex Bud. annotauimus, Teſſeras frumentarias, ſigna fuiſſe, quibus exhibitis, frumentum à Principe dabatur Pop. Rom. Sp.

TESSERA, ſymbolum eſt bellicum, quod in aciem prodeuntibus dabatur: ne confuſione diſtraherentur, & ut inter ſe ab hoſtibus cognoſcerentur. Eſt & Teſſera frumentaria: quam qui oſtendebat, frumentum pro portione Romæ accipiebat. Et hoſpitib. teſſera olim dabatur, ut hoſpes agnoſceretur. Hinc qui ius hoſpitij uiolaſſet, teſſeram confregiſſe dicebatur. Aliàs Teſſeræ, taxilli ſunt luſorij. Zaſ. in l. ij. ff. de Orig. iur. Vide Budæum quoq; in l. ſed & ſi ſuſceperit. ff. de Iudic. Spieg.

TESTAMENTI ordo hic erat apud ueteres: ut primo capite hæredis fiat inſtitutio, ſiue unus, ſiue plures ſint, qui in uniuerſum bona ex defuncti uoluntate capiãt. Sequẽti capite & in ima cera, ſecũdi hæredes, legata, & reliqua teſtatoris uoluntas & diſpoſitio ponuntur: ſiue aliquos onere grauare, aut ſi quib. dari, fieriq́ oportere, teſtator pro ſua uoluntate arbitratus eſt: qui non hæredes, ſed

Legatarij ſunt dicti. Alex. de Alex. Genial. dier. lib. v. cap. j. Certè qui hodie obſeruatᷣ ordo in ultimis uoluntatibus conſcribēdis, excepta clauſula generali (quę poſtremum locum ſortita eſt, ab Accurſianis & merè formularijs introducta, tum uſu inſulſorum recepta notariorū) improbandus non eſt: uidelicet, ut primo loco prefatio, ſecundo legata, tertio inſtitutio, quarto ſubſtitutiones, quinto cæteræ teſtatoris diſpoſitiones, inter quas exhæredationes referri ſolent, ponantur. Spieg.

TESTAMENTARIVS, id eſt, qui teſtamento datus eſt tutor, excludit legitimam, & datiuam. Legitimus ſi eſt, datiuum excludit. cum ubi legitimus ſit datus à iudice tutor, ipſo iure nullus ſit. l. ſi ſororis tuæ. C. Qui dar. tut. poſſ. Datiua tum demum ad tutelam uocantur, ſi nullo in teſtamēto datus ſit, nec legitimus quiſpiam qui tutelam ſuſcipiat, ex agnatis ſuperſit. Dn. Oldend. monuit, diſtinguere doctores multas executorum ſpecies: & quidem ſubtiliter magis, quàm cum utilitate fori, rixātes de nominibus, & negligentes rem ipſam. Porrò Teſtamentarius adiectiuè, quod ad teſtamentum pertinet. Vnde teſtamentariæ tabellæ, & teſtamentaria Lex, quæ Cornelia dicitur: quæ irrogat pœnam ei, qui falſo teſtamentum, uel aliud inſtrumentum ſignauerit, ſcripſerit, recitauerit. Sp.

TESTAMENTORVM, hoc eſt, uerborum quibus teſtamenta condita ſunt, interpretatio latior eſt, quàm rei ſtipulatoriæ. l. quicquid adſtringendæ. ff. de Verbor. oblig. fac. l. ueterib. ff. de Pact. Nam recepta pridem ſententia, & pium, & publice utile eſt, defunctorum elogia, interpretatione iuuare. l. mulier. l. ſi mater. & l. ſi ita eſſet. ff. Quan. dies Leg. ced. Sp.

TESTAMENTVM ideo dicitᷣ, quòd niſi teſtatore mortuo, confirmari nō poteſt, nec ſciri, quod in eo ſcriptum ſit, quod clauſum ſit. Proin Teſtamentum nō ſimpliciter appellatum eſt, nec etymum habet ex eo, quòd teſtatio mentis ſit, ſicut dicit Iuſtinianus Inſtit. de Teſtament. in prin. qui locus Oldend. teſte, multis impoſuit. Nam alludit ibi Imp. ad uocem ipſam, deſeruiens duntaxat tyronibus iuris. Alioqui Teſtamētum cenſetur hic potius, quaſi teſtatio manens. Primùm enim ultima (ut iam attigimus.) manet clauſa, & ſine effectu ad mortem uſq; teſtatoris. Deinde mortuo teſtatore, manet perpetuò rata. Spieg.

TESTAMENTORVM ſubiector, idem qui Teſtamentarius. Vide Ciceron. libr. de Offic. iij. Spieg.

TESTAMENTARIVS, non eſt, ut uulgò receptum eſt, teſtamenti executor, ſed qui teſtamenta falſa conficit, & ſupponit. Cicero lib. iij. Offic. Neq; enim de ſicarijs, ueneficis, teſtamētarijs, furibus, peculatoribus, hoc loco differēdum eſt. Calliſtrat. ad Leg. Corn. de Falſ. l. diuus. §. ſi quis duobus hęredib. inſtitutis adiecerit: ut ſi alteruter hæres ſine liberis deceſsiſſet, ei qui ſupereſſet, et liberos haberet, hæreditas redderetᷣ: uel ſi ſine liberis uterq; deceſsiſſet, hæreditas deinde alia manu ſcriptori teſtamenti reſtitueretur: placet Teſtamētario pœnā Legis Corn. remitti. Ibidem Paul. l. impuberem. §. ſi teſtamentarius ſeruo ſuo fideicommiſſam libertatem dederit, uideamus ne extra pœnam ſit. Spieg.

TESTAMENTVM, quod calatis Comitijs in pace & ocio, ac calatis, hoc eſt, uocatis Comitijs, coram populo bis in anno, Quiritum atteſtatione ratificabatur. Quod uerò fiebat abituris in prælium, Procinctū dicebatur: atq; id coram Principe, ut in quem populus omne imperiū cōtulerat, fiebat. Vigl. Inſtit. de Teſtam. ord. & Iuriſcoſs. tit. de Teſta. & qui teſt. fac. poſſ. & Quemad. teſtam. fiant. Sp.

TESTAMENTVM, extremæ uoluntatis eſt teſtimonium. Nam, ut Vlpianus ait, Teſtamentum, eſt noſtræ uoluntatis iuſta ſententia, de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri uelit. l. j. de Teſtam. Spieg.

TESTAMENTVM inofficioſum. Vide, Inofficioſum teſtamentum. Infirmatur autem multis modis teſtamentum, ut legere eſt apud Iuriſcoſs. toto illo tt. ff. de Iniuſto, rupto, & irrito facto teſtamento, & apud Iuſtinian. libr. Inſtitut. Imperialium ij. Spieg.

TESTAMENTVM internecinum. Vide, Internecinum teſtamentum.

TESTAMENTVM nuncupatiuum, quod iure Ciuili, corā ſeptē teſtibus, nominato hęrede, fieri ſolet. Cuius uocis ea uidetᷣ ratio, quòd nūcupare, ſit nomina

capere:

capere: unde, quia proprijs nominibus teſtes accipiebantur, uidetur id dictum Teſtamentum Nuncupatoriũ. nõ enim alia ſolennitate opus erat. Ex Alc. Sp.

TESTAMENTVM procinctum. Lege, Procinctum.

TESTAMENTVM ruptum, & ratum, contraria. Cicer. de Orat. Teſtamentorum ruptorum, aut ratorum iura. Sp.

TESTARI, Teſtamentũ facere. Item pro iurare & precari, uſurpari cœptũ: ab eo, quòd teſtes per numen aliquod ſolebãt affirmare uerba ſua, quo maior fides adhiberetur. Vnde uſitatius, Deteſtor idẽ eſt quod deprecor, & abominor. Sp.

TESTARI, inter alia ſignificat etiam ſententiam ſuam exprimere. Vnde Teſtimonium, & Teſtamentum deducuntur. Et Inteſtabilis, qui nec teſtimonium dicere, nec teſtamentum facere, ex teſtamento'ue aliquid conſequi poteſt. Hinc & Inteſtatus. Vide, Inteſtatus. Alciatus de Verb. ſig.

TESTARI etiam is dicitur libera uoluntate poſſe, qui in bonis certis, hæredem quem uult, inſtituere poteſt. ut Bald. & alij tradunt in l. fin. C. de Pact. Sp.

TESTATIO, Teſtamentum dicitur: & econtrario. Vbi enim non eſt teſtatio, ibi non eſt teſtamentum. Vigl. Inſtit. de Teſtam. ord. Require, Proteſtatio.

TESTATIONEM, hoc eſt, ut uulgus ait, dicta teſtium recitare, & fidem non habere teſtationi. apud Paul. in l. Luc. Titius. ff. de His qui not. infam. Spieg.

TESTATIONE probare, apud Paul. in l. ſin autem. in prin. ff. de Rei uind. Sp.

TESTATIONIBVS conuenire arbitrũ, ne ſententiam diceret, hoc eſt, apud arbitrum adhibitis teſtibus proteſtari: uulgo appellant cũ notario & teſtibus requirere. Paul. in not. l. nõ diſtinguemus. Cum quidam, inquit, arbiter ex alijs cauſis inimicus manifeſtè apparuiſſet, teſtationibus etiam conuentus, ne ſententiam diceret. Spieg.

TESTATOR & Legatarius. Pompon. de Legat. & fideicomm. Si ex toto fundo legato, inquit, teſtator partem alienaſſet, reliquam duntaxat partem deberi placet: quia etiam ſi adiecíſſet ei fundo, augmentum legatario accederet.

TESTATVS, & Inteſtatus, de quo ſuperius, contraria. Proinde iuxta tritum noſtris uerbũ, Nemo poteſt teſtatus & inteſtatus decedere. Spieg.

TESTATVM, ſubſtantiuè, propriè dicit̃ ſcriptura, quæ coram teſtibus facta eſt. Vnde & teſtato cõuenire, teſtato admonere dicimus. l. j. Vſufruct. quemad.

TESTATVM breue. Lege, Breue teſtatũ.

TESTATVM relinquere apud aliquem, hoc eſt, rem certam facere, & teſtimonijs comprobare. Hinc teſtata res, pro teſtibus confirmata, & approbata. Sp.

TESTEM excitare, quod uulgò dicunt, facere ſurgere. Vide Syluium.

TESTES, à teſtando, id eſt, ſententiam noſtram exponendo, dicti: quòd ea, quæ de rei geſtæ ueritate ſentiunt, in iudiciũ proferant. Calliſtratus teſtiũ fidem, conditionem, uitam anteactam, fortunam, æſtimationem, atq; dignitatem diligenter exquirendã eſſe præcipit. l. iij. in prin. de Teſtib. Idem in §. Lege Iulia. d. l. oſtendit, non omnibus teſtimonij dictionem eſſe. In cauſa propria, præter legatariũ, & fideicõmiſſarium, teſtis idoneus nullus eſſe poteſt. l. nullus. ff. eod. l. fin. C. de Fideicommiſ.

TESTIS appellatio apud ueteres latius patuit. ſiquidem, ut in Parerg. Alciat. atteſtatur, qui nunc teſtis eſt, olim ſuperſtes, & antiſtes eſt dictus. c. focus. ext. de Verb. ſig. quia ſuper ea re, qua de agebatur, ſtabat. Plaut. Aſin. Nunc mihi licet quoduis loqui: nemo adeſt ſuperſtes. Idẽ ſimpliciter pro re præſente accepit. Superſtitẽ utrumq; monui, ne iniuſsi abeãt. Eadẽ ratione dictus eſt Antiſtes et, Anteſtatus, & Anteſtor uerbũ, & Antiſtitor, pro teſtificatore. Caius Inſtit. Quibus mod. filij ext. de Pot. patr. quæ emancipatio, ſeu manumiſsio, ſolebat ante Præſidem fieri, modò ante Curiam facienda eſt: ubi quinque teſtes ciues Romani in præſentia erunt, pro illo qui libripens appellatur, id eſt, ſtateram tenens: & pro eo qui Anteſtatus appellabat̃, alij duo: ut vij. teſtiũ numerus impleatur. Exẽpla adducit in cap. xx. lib. ij. Parerg. Sp.

TESTIS corruptus, nõ tantũ pecunia, ſed qui etiã prece, uel precio, falſum dixiſſẽ preſumit̃, accipiẽdus eſt, per apertũ text. in l. diuus Adrianus. ff. de Re iud. Sp.

TESTIS domeſticus. Lege, Domeſticus teſtis.

TESTIS incertus, id eſt, qui audiuit. Nam

qui rem uidit, certus teſtis eſt: qui audiuit, incertus. Itaque, autore Plauto, Pluris eſt teſtis oculatus unus, quàm auriti decem.

TESTIS inimicus. Calliſtratus ut ad dicẽdum teſtimonium negat admittendum eum, qui lucri cauſa dicturus ſit: ita etiã teſtem eum, qui inimicus ſit ei, aduerſus quem dicturus ſit teſtimoniũ, negat admittendum. Vide elegantem legem iij. ππ. de Teſtibus. Sp.

TESTES iurati, qui iurarunt. Nam iureiurando teſtes à iudicib. aſtringunť, ſe nihil cõtra quod uerum eſſe ſciant, dicturos. Paulo aliter hoc, Tiſlino teſte, Græci faciebant, quibus mos fuit, quum teſtimonium dixiſſent, iurandi cauſa ad aras accedere: nimirũ quòd prius teſtimonium dicerent, poſtea iurarent. Huc illud etiã ſpectat, quòd iuratus eſt mihi, pro iurauit, paſsiuè dixit Plautus in Perſa. Sp.

TESTIS locuples. Multos fieri falſos teſtes, egeſtas coegit. Itaq; fideles teſtes à Cicerone ſæpè appellantur locupletes.

TESTES mercenarij. Vide, Mercenarij teſtes.

TESTES omni exceptione maiores, qui nulla penitus exceptione ſubmoueri poſſunt. l. opinionem. C. de Contrah. & cõmit. ſtipul. ſub fin. Vide Gloſ. in §. itẽ uerborum. Inſtit. de Inutil. ſtipulat. Io. Tiſlinus quæ in teſtibus conſideranda ſint, hoc eleganti diſticho cõplexus eſt: Conditio, fortuna, fides, diſcretio, ſexus, Fama, ætasq; bonis teſtibus eſſe uolunt. Require ſuprà, Exceptione omni maiores. Spieg.

TESTES reprobatorij uocantur, quibus cum res aliter oſtenduntur, neceſſe eſt reprobari priores teſtes. Quod ſicut ab aduerſario conuento excipiendo, ita rurſus ab actore replicando fieri poteſt. & tunc uulgò dicuntur reprobatorij reprobatoriorum. Spieg.

TESTIBVS honos habetur, quum uera dicere creduntur: his enim fides non abrogať, nec de eorũ religione dubitatur. Ideò cõuicij loco Ciceroni Clodius obiecit, quòd eius contra ſe teſtimonio iudices non crediſſent. Vide Tiſlinum in Oration. pro M. Fonteio. Sp.

TESTIBVS præſentibus aliquid facere. cui contrariũ eſt, Clam & furtim aliquid facere.

TESTIFICARI, & teſtimonium dicere, & teſtibus firmare ſignificat, Kundtſchafft geben / Kundtſchafften darthůn. Vox infrequens non eſt apud Ciceron. Adi Syluiũ in Orat. pro A. Cluentio. Spieg.

TESTIMONIVM à uerbo teſtari, ut paulo ſuprà dictum eſt, deducitur: à noſtris pro ipſius aſſeueratione: in ſcriptura nõnunquam pro lege & doctrina Dei accipitur. Pro teſtimonio dicere, olim dictũ, quod nunc dicimus Deponere, Bud. annotauit in l. ij. de Orig. iur. ut & teſtimonia confuſa dici, quę turmatim teſtificantur: quas latinè turmas uocamus. Item refellere teſtimonia, quod nunc contradicere, & eleuare teſtimonia, hoc eſt, uilia, leuiaq; uerbis demonſtrare. Subleuare autẽ teſtimonia, pro eo quod uulgò exonerare dicitur. Huic contrarium eſt, Premere teſtimonio, teſtimonium denunciare. Lege, Denunciare. Obſerua, teſtimonium dicere, dare, non ferre, à Cicer. dici ſolitum. Opus non eſſet, ut admoneremus, niſi ferre teſtimonium, ut uulgò, ita indoctè dici ſolitũ, cognoſceremus, ait Syluius in oratione pro L. Flacco. Quamuis id dixerit Calliſtr. tit. de Teſtib. An ei inimicus ſit, aduerſus quem teſtimonium fert? Idem Syluius annotauit in Orat. pro L. Corn. Balbo, Græcorum morem fuiſſe, ut prius dicerent teſtimonium, poſtea iurarent: à noſtris contrà fieri ſolere. Spieg.

TESTIMONIA ſurda. Lege, Surda teſtimonia.

TESTIMONIVM denũciare. Lege, Denunciare teſtimonium.

TESTVDINEA legata. Iabolenus de Legat. ij. in fin. l. hęres meus. Cui, ait, teſtudinea legata eſſent, ei lectos teſtudineos pedibus inargentatos deberi, Labeo & Trebatius reſponderũt. quod & uerum eſt. Spieg.

TETRARCHAE. Regna aliqua in partes quatuor diuiſa erant: eorum quartę parti qui præerant, Tetrarchæ dicebantur.

TETRVM, quod tum ad mentem, tum ad cæteros ſenſus pertinet, malum, fœdum, & pollutum, & inſuaue ſignificat. l. j. C. de Emendat. ſeru. Sp.

TEXTRINVM, locus in quo texitur. l. qui textrinum. C. de Murileg. lib. xj. Alberic. Spieg.

THEA-

T H

THEATRA, & Amphitheatra, tum opera illa omnium in urbibus maxima, quæ non temporaria mora, uerumetiam ęternitatis deſtinatione fieri ſolēt, adeò ſunt uniuerſitatis, ac non ſingulorum: ut ſi quid uniuerſitati debetur, ſingulis non debeatur: & contrà, quod debet uniuerſitas, ſinguli nō debeant. l. ſicut. §. ſi quid. ff. Quod cuiuſq. uniuerſ. nomine. Vide Cantiunc. in §. Vniuerſitatis. Inſtit. de Rer. diuiſion. Quære ſuprà, Spectacula. Spieg.

THEMATIVM, forma diminutiua, propoſitionē, factum, caſum, ſpeciem. nam his omnibus, teſte doctiſsimo Haloandro, utuntur ueteres conſulti, huius uerbi loco. Inde Vlp. ad Leg. Aquil. dixit ſpeciem proponere, id quod Caius referre caſum. de Condict. indebit. Neratius. Spieg.

THEMIS, Græcis, iuris, æquiq; Dea credita eſt, quæ ſuaderet hominibus id petere quod fas eſſet: eandemq; eſſe ipſam, atq; fas exiſtimabant. Vnde Themiſtes, oracula, & conſilia, conſultaq;, & Leges ſancitæ dicuntur. Bud. in Annot. prior.

THEODORAM uxorem, Iuſtinian. ob inſignem, raramq; eius prudentiam, ad conſilia reipublicæ adhibuit. in Aut. Iuſiurandum quod præſt. arg. §. hæc autem. in Aut. Vt iudic. ſine quoq. ſuffrag. fac. l. benè à Zenone. C. de Quadrien. præſcript. Veriſimile eſt quoq;, huius affectui datam celeberrimam illam Conſtit. Iuſtinian. cui caput eſt, Maximum. C. de Liber. præter, qua, antiquo iure emendato, mulieribus ſuccurrit. Quamuis hæc tribus modis ſæpiſsimè ad uetus ius relabi uidetur: pactis, ſtatutis, & priuilegijs. Vide Vigl. in §. ſed hæc quidem. Inſtit. de Exhæred. liber. Sp.

THEOLOGVS hinc dicit̄, quòd de Deo loquatur. itaq; Theologi nō ſunt, qui nihil crepant niſi philoſophos & ſophiſmata. Eraſm. inquit, Theologus eſt uir pius, de diuinis loquendi peritus. &, Theologia eſt pietas cum ratione de diuinis rebus loquendi coniuncta.

THERIA, id eſt, animalia. Verùm nōnunq̃ ea uoce uſi ſunt ueteres, præterquā in beſtijs, & uenenatis ijs, quæ ictu morſu'ue uenenum relinquunt, & in quo exiguo corpore maxima nocendi uis regnat.

THERIACA, cæ. Vlpianus Theriacam quoq; & cætera medicamēta, quæ receſſus cauſa dominus ibi habuiſſet. l. quæſitum. ff. de Fun. inſtr. Huius cōfectionem docet Plin. Quamuis uerā hodie non habent omnes officinæ, conſenſu omnium eruditorū, ut pulchrè ſuper ea re Leonicenus & Manardus. Interim tamen tam ſtupidus eſt mundus, ut prorſus decipiat ubiq;. Ex Onomaſtico Brunfelſiano.

THESAVRVS eſt, ut inquit Paulus, uetus quædam depoſitio pecuniæ, cuius nō extat memoria, ut iam dominium nō habeat. Sic enim fit eius qui inuenerit, quod non alterius ſit. l. nunquam nuda. ff. de Acquir. rer. dom. Græci theſaurum dicunt pecuniam, quam quis in numeraro & ad caſus repentinos repoſitam habet. Vide Alciat. lib. iiij. de Verborum ſignificat. et Ferrar. in §. theſaur. Inſtit. de Rer. diuiſ. Spieg.

THESAVRARII uocabulū alicubi Plautus uſurpat adiectiuè: qui & Herculem theſaurarium feſtiuè uocat. Nunc in regum aulis præcipuum locum obtinuit inter magiſtratus ſummi honoris, qualem in celeberrima Cæs. Ferdinādi curia illuſtriorem effecit uirtus clariſsimi Baronis Viridis Collis & Strechæ D. Ioan. Hofman, uiri & iuſticiæ laude, & integritate præſtantis: &, quod rarum in ordine talium uirorum, amatoris, atq; Mecœnatis eorum qui ſunt dediti literarum tractationi. Pari amore atque ſtudio cōplectitur opt. literatiſsimosq; quoſq; inclyto loco natus apud Hiſpanos, heros ille incōparabilis, Martinus à Guzman, pridem Friderici Nauſeæ, Iuriſperiti, & theologi docti, & ſimul Orthodoxi præconio copioſe, ſed uerè nobilitatus: adeò ut mutus ego uidear, quidquid uel immodicè addiderim ad tam præiudicatā iam illuſtrem & amplam Guzmannicarum laudum prædicationem. Sp.

THESAVRVM inuenire. Imp. Leo rectè beneficiū Dei appellat l. unica. de Theſaur. C. libr. x. Triphoninus autem donum fortunæ in l. ſi is qui in aliena. ff. de Adquir. rer. dom. refert̄ elegās Scęuolæ reſponſum tit. de Rei uindic. quod haud grauatè adſcripſi. A' tutore, inquit, pupilli domū mercatus, ad eius refectionem fabrū induxit: is pecuniam inuenit. quęritur, ad quē pertineat. Reſpondi: ſi non theſau-

theſauri fuerunt, ſed pecunia forte perdita, uel per errorem ab eo ad quem pertinebat, non ablata: nihilominus eius eam eſſe cuius fuerat. Sp.

THESIS, ait Alciatus, eſt generalis & indeterminata aſſertio, quæſtionis modũ complectens. quales apud nos ſunt regulæ iuris. Hypotheſis uerò determinata eſt, ſicut apud nos caſus uel ſpecies facti. Apud Dialecticos, ut inquit Ariſtoteles, Theſis eſt concluſio, præter communem ſententiam propoſita. Ariſtophani uerò in Nubibus, ſignificat ſportularũ depoſitum, unde iudicum honoraria pẽdantur. Spieg.

THESMOPHYLACES, dicuntur legũ & inſtitutorum cuſtodes. Bud. in Annot. prior l. j. de Iuſt. & Iur.

THLASIAE, ſiue Thlibiæ, Latinè dicti ſunt, qui habẽt teſticulos attritos, à θλάω ſiue θλίϐω, quod eſt, frãgo. Vlp. de Verb. ſig. l. ſpadonum. Thlibię, inquit, & thlaſiæ, ſed & ſi quod & aliud genus ſpadonum eſt. Item Paul. ad Leg. Cornel. de Sicar. l. hi quoq;. Hi, inquit, qui thlibias faciunt. ex conſtitutione D. Hadriani, in ea ſunt cauſa, qua hi qui caſtrãt. Nebriſs. Vide, Spadonum genera.

THYMELICVS, interpretatur pugio, ſeu ſcenarum hiſtrio. Vlpian. de His qui not. infam. l. athletas. Neq; thymelici, inquit, qui certaminibus ſacris deſeruiunt, ignominioſi habeantur. θυμέλι, pulpitũ, ſcena, ara. Nebriſs.

THYMELICI, in l. athletas. de His qui not. infam. legẽdum, nõ Temelici. quod nemo nõ nouit, teſte Budęo. Alberic. exponit cantantes in pulpitis cum inſtrumentis. Sed memineris, uirum illũ, quod & in nuncupatoria epiſtola indicaui, cũ bonarum literarum, tum meliorum autorum, omni præſidio fuiſſe deſtitutum: quod ex iam dicta uoce, Tiberis, & Thebais, ac infinitis alijs, ſimili modo enarratis, manifeſtè apparet. Referũtur autem inter ſcenicos thymelici, quorum nomine ueniunt citharœdi, cithariſtæ, pſaltæ, lyriſtæ, tibicines. Vide hic Budæum qui admonuit, eodẽ errore themelici, apud Auguſtinum cap. vij. lib. vj. de Ciuitate, circa finem legi. Vbi Lud. Viues de thymelicis aliquanto fuſius. Thymelicorũ quoque meminit Modeſtinus in l. Septicia. de Pollicit. quorum, ut & thymeles Græci meminerunt crebro: & ex latinis Vitruu. lib. de Architectura v. Vide itẽ Rhodogin. cap. viij. lib. viij. Sp.

THYMELICAE ſaltationes apud Iuſtin. Nouell. de Conſulib. §. ac primus quidem. Vide, Tragœdi. Sp.

THYNNI, ſeu thunni piſcis præcipua magnitudine conſiderationem ex Ariſtotele & Plinio ſumptam pete à Fran. Maſſario, qui de natura aquatilium diligenter ſcripſit. Piſcationis thynnariæ meminit Iuriſcos. in l. uenditor. ff. Comm. præd. in prin. Vide omnino in eand. Bud. Sp.

T I

TIBI, & à te, nec ad rem, nec ad dignitatẽ, ſed perſonam duntaxat referuntur: ut tradunt Interpretes Pont. iuris. c. mandata. extr. de Præſumpt. & c. tibi. & c. ſi pro te. de Reſcrip. lib. vj. Sp.

TIBIALE, uelamen tibiarum: quinetiam arma, quib. crura muniuntur, Tibialia uocantur. Paulus: Si tibiale, uel humerale miles alienauit, caſtigari uerberibus debet. Spieg.

TIBICINES, in ædificijs appellantur columellæ, quibus ruſtici tecta ſua fulcire ſolent.

TIBERIS, Albula prius, à colore, nõ à Tiberio Nerone, in eo, ut Alberic. ait, ſubmerſo, ſed à Tiberi rege Albano, ibi pręcipitato, cognominatus eſt. Ex Suetonio cõſtat, crudeliſsimę beluę corpus publicè crematũ: tametſi Tiberium in Tiberim, pars populi clamitarent. Sp.

TIBVR, ſiue Tiburtum, urbs ad decimum ſextum lapidem ab urbe diſtans. Hanc uocem apud ueteres Iuriſcoſs. ſcriptam per i. latinum, non per y. probat editio Haloandrina. Pierius in caſtigationibus in Poëtam. accedit Seruius lib. vij. autor eſt tres fratres ueniſſe ad Italiã Catyllũ, Coracem, Tiburtum. Hi ſimul omnes unam fecere ciuitatem, & eam de fratris maioris nomine Tibur appellauere, licet & alias fecerint ſinguli. Huc olim plebs Romana ſeceſsit. Et hiſtoria habet olim dirutum à Friderico Imp. eius nominis primo, de quo latius ſcripſi in quartum librum Ligurini. Sp.

TIBVRTIBVS municipibus meis amantiſsimis, quos ſcitis, balneum Iulianum iunctum domui meę ita, ut publicè ſumptu hæredum meorum & diligentia decem menſibus totius anni prębeatur gratis,

tis. Vide Scæuolam in l. patronus. §. Codicillis. de Leg. iij. Sp.

TIGNA, ſolent trabes appellari, quibus ſumma domus contegitur: A' tegendo ſic dicta. Hinc fabri tignarij, murarij omnes, materiarij, albarijq́; ſignificantur. Hinc & contignationes. Alciat. de Verborum ſignificat.

TIGNARIVS faber, non ſolum is qui dolat, ſed etiam qui ſolaria lignea, hoc eſt, qui trabes, cæteraq́; ad tabulata domus utilia, & omnis qui ædificat, intelligitur. l. ferri. de Verb. ſig. Sp.

TIGNI appellatione, in xij. Tab. omne genus materiæ, ex qua ædificia conſtant, ſignificatur. l. tigni. de Verborum ſignif. Quinetiam ea, quæ in uineis ſunt neceſſaria, continentur: utputa perticæ, pedamenta. Vlpian. l. priore. de Tig. iniũcto. Spieg.

TIMEO, inter ea numeratur uerba, quæ idem poſſunt, addita, uel nõ addita negatione. Vide Alciat. in l. duobus negatiuis. de Verb. ſig. Sp.

TIMIDI, qui ſemper, & præter modum timent. De his ex empto actionem admittit Prætor, teſte Vlp. in l. j. ſub fin. de Aedilit. edict. Spieg.

TIMIDIORES ſunt ſerui. Aut. de non alienand. §. nunc autem. uerſic. Oeconomus.

TIMIDITAS, ex rebus, non ex uocabulis oritur, ut Cicer. oppido ſcitè dixit, lib. iiij. de Finib. Vlp. in §. apparet. l. cum uerò is. de Fideicommiſſ. libert. cenſuit obeſſe libertati non debere, quæ uel ſeruis petitur, uel in totum nõ petitur per ignauiam, uel timiditatem. & cætera. Sp.

TIMOR, ait Cicero, metus mali appropinquantis. Tuſculan. iiij. Metũ autem accipiendum, Labeo dicit, non quemlibet timorem, ſed maioris mali, & qui in hominem cõſtantiſſimum cadat. l. v. & vj. Quod metus cauſ. Vide, Metus. Sp.

TIMOR infamiæ, timor uexationis. l. nec timorem. ff. Quod met. cauſ.

TITIA Lex, à Cn. Titio lata, qua cauebatur antiquitus, ne quis ob cauſam orandam, donum, pecuniam'ue acciperet: quæ in deſuetudinem ueniens, ſæpius reuocabatur. Fr. Syluius, uir eruditus, conijcit ex Senatuſconſulto, quo prouinciarũ facta ſortitio eſt, ab aliquo Conſule Titio latam eſſe Legem. Sp.

TITVBARE, non eſt, ut imperitum Latinitatis ait uulgus, defectuoſe loqui, uel inſcienter, ſed uacillare, hoc eſt, ægrè pedibus inſiſtere. Hinc non niſi tranſlatè teſtis titubare dicitur, cuius dictum uel ægrè diſcernitur, uel ut inconſtans, ac uarium exploditur. Sic Iuſtinian. uocat titubantem mẽtem. l. fin. C. de Cond. indeb. quæ hæret, in ancipitiq́; eſt, atque dubia. Spieg.

TITVLVS à tuendo, hoc eſt, indicando dicitur: quia tuetur & indicat id, cui ſuperſcribitur, ne incidat ambiguitas. Et quia ſolebant olim titulos rubris literis ſcribere, inde appellantur iam nunc Rubricæ. Vlp. in l. j. Si cert. petat. Quoniam igitur inquit, multa ad contractus uarios pertinentia iura, ſub hoc titulo Prætor inſeruit, ideò rerum creditarum titulum præmiſit. & Paul. ad fin. l. ij. de Interdict. Aliqua enim ſub hoc titulo interdicta ſunt. Vel quòd factum autoris tueatur: indicans ueritatẽ cuiuslibet rei. ut ſi quis alterius fortè generis quicquam eſſe contendat, recurratur ad titulum. ut ecce ſi quis dubitet, iuſtè poſſideã: ego illi cauſam allegẽ meæ poſſeſſionis. puta, quòd emerim, uel dono acceperim, tunc cauſa huiuſmodi, ſeu formula iure probata eſt mihi titulus, tuetur'que rem meam. Non autem poterant tradente Oldendorpio, ſignificãtius nobis inſinuari cauſæ, ex quibus unicuiq́; liceret apprehendere, occupare, poſſidere rem, quàm ut dicerentur tituli poſſeſſionẽ: quaſi tuentes, iuſtificantesq́; poſſeſſionem. Porrò tituli uocabulo Impp. in l. cogi. C. de Petit. hæredit. bifariam utuntur. Primò etenim pro uero titulo. quales ſunt: Pro emptore, Pro donato, Pro legato, Pro derelicto, & ſimiles. Deinde uerò, pro quadam modificatione, iuxta Azonis interpretationem: qualem etiam habet prædo, & raptor. l. Pro herede. in fin. eod. tit. Bart. ſentit, & quidem rectè, titulum re ipſa nihil aliud eſſe, quàm cauſam contractus, & (ut alij dicunt) initium poſſidendi. in l. per diuerſos. C. Mandat. Spieg.

TITVLVS, quod alicui rei, ut libro, operi, uel ſtatuæ, ſuperſcribitur, ad eius cognitionem. Vnde in ſtatuis, ſiue picturis Titulum dicimus, literas, quæ uel artificis, uel eius cuius ſtatuæ, ſiue imago eſt,

nomen demonſtrat: uel tempus quo factum eſt opus, declarat. Habet & alias titulus ſignificationes, quas Gloſſæ indicant, in l. non ambiguum. C. Fam. erciſc. & in Nouell. de Mandat. Princip. §. titulos. Nec ignorandum, titulos magiſtratuum quoque dici, per quos eorum gradus, dignitates & imperia deſignantur: ij uarijs modis per ſeculorum uiciſsitudines immutati ſunt, iam citata Nouell. §. titulos. Sic titulus Iuſtiniani imperatoris præcipuè quodam encomio deſcribitur, Inſtit. & c. in prin. Sp.

TITVLVS, pro Cauſa. iuxta quod uulgò loquimur, Corruptus titulus, pro non titulo habetur. Item, Titulus malus non releuat. ut in fure, prædone, raptore, tyranno, & ſimilibus, ubi nulla cauſa ſaltem iuſta, adduci poteſt. per text. ualde elegantem in l. qui interrogatus. cum l. ſeq. ff. de Petit. hæredit. Bart. in l. ſi ager. de Rei uend. facit differentiam inter titulum uniuerſalem, & titulum ſingularem. Sed rectius indicante Apello, diſtinxiſſet inter contractum, & modum adquirendi dominij. Vide cauſam apud eundem, cap. iij. Dn. Oldendorp. hanc culpam cõdonat non abs re Bartolo. Vide eum in Introductorio Claſs. iij. Sp.

TITVLVS uerus dicitur, qui nobis ſignificat uerè competere cauſſam. Putatiuus autem titulus, quem putamus nos habere iuſto quodam errore alieni facti, cum reuera non habeamns poſsidendi cauſſam. Quare rectè momuit Oldendorp. titulos putatiuos potius dicendos titulos bonæ fidei iuxta phraſim Iuriſconſultorum. Hi enim uocant bonam fidẽ, quicquid illæſa cõſcientia credimus eſſe cum non ſit, ſcilicet tolerando errore lapſi. Sic bonæ fidei emptor dicitur is, qui à nõ domino emit. Vide et Bonę fidei poſſeſſor. Spieg.

TITVLVS hæreditarius l. j. C. Si quis ig. rem minor. ſin. decret. compar. & titulus honorarius, ibid. Alberic.

TITVLVS lucratiuus eſt, cum res ad aliquem peruenit ſine onere, ſine grauamine dandi, aut faciendi, ex mera liberalitate. Hos titulos, uel cauſas lucratiuas, eleganter recenſet Imp. in l. unica. C. de Impon. luc. deſcript. lib. x. Vide ſuprà, Lucratiuæ cauſæ. Titulus autem oneroſus eſt, quãdo res ad aliquem peruenit, cum onere aliquid dandi, aut faciendi: cum is qui rem recipit, oneratus & grauatus eſt aliquid uiciſsim dare, aut facere: ſicut eſt in omni contractu. Sp.

TITVLI nominati, ad inſtar contractuũ: quia tituli ex contractibus proficiſcunt, tractãtur hi lib. Pandectarũ xlj. Innominati tituli, ſunt ex iure naturali, apud omnes gẽtes æquè recepti, abſq; certa & ſolenni formula, quales declarat Oldend.

TITVLVS pro ſuo. uide ſuprà, Pro ſuo. Titulus ludi eſt, lucratiuus. Quære, Turpe lucrum.

TITVLVS falſus. Quemadmodum per rerum naturam, ubi poſt titulum nihil ſequitur materiæ uel operis, aut ubi materia ſeu opus non reſpondet titulo, ibi uanus & falſus dicitur titulus: ita qui uerbis duntaxat poſsidendi cauſſam & prætextum allegat, quem reuera non habet, is nihil facit aliud, quàm quod fumos uẽdit, & titulum mẽtitur ſuæ poſſeſsionis. Spieg.

TITVLOTENVS, quod nudo uerbo nititur, quod probari non poteſt. Vlpian. Ne tamen titulotenus tutores ære alieno allegato, pecunia abutãtur. in §. illud quæri poteſt. l. magis puto. de Reb. eor. qui ſub tut. Idem eſt, ſi quis titulum quidem facti allegare poſsit, ſed iure inualidum. ut quia emerit à furioſo ſciens: uel quia maritus uxori, aut uxor marito donauerit. Is enim titulotenus pro poſſeſſore poſsidet. Quoniã reprobatus, uel inualidus titulus, habetur pro non titulo. Spieg.

T O

TOGARVM uaria antiquis Romanis erant genera. ut, Toga prætexta, qua utebantur pueri uſq; ad annum decimumoctauum. Dicta, quòd ueſti purpura intexebatur. Poſtea ſumebant togam uirilem: quæ & Libera dicebatur. Vlpian. de Aur. & arg. leg. l. ueſtis. Puerilia autẽ ſunt ueluti togæ prætextæ, aliculæ, chlamydes, & pallia: quę filijs noſtris cõparamus. ſic legit Nebriſs. Expungẽdæ ſunt autẽ dictiones, Aliculæ, & Pallia: ſubſtituẽdeq; Alicubi & Alia. Sic enim habet Noric. text. Aſtipulatur Bayfius. Item, toga uirilis, toga picta, toga regia, quę erat auro & purpura intexta, qua reges utebantur: quę à Liuio inter inſignia triũphantis numeratur. Toga pura, quam ty

runculi

tunculi forẽſes aſſumebãt tyrocinij die. Toga candida, quam petitores magiſtratuũ induebant: unde cãdidati dicebant.

TOLERARE, pro ſuſtentare, noue dixit Alphen. l. cenſoria. de Verb. ſig. Sic & & Tacitus, tolerare uitã. Alciat. ibidem admonet, & latius oſtendit Bud. in Annot. poſterior. ad d. l. Sp.

TOLERABILE, tributum, pro moderato, nec difficili.

TOLERABILIA eſſe, quæ uetus conſuetudo comprobat, reſcripſerũt Impp. Verus, & Antoninus. autor Papyrius, in l. Imperatores. de Pollicit. Sp.

TOLLERE iudicium, tollere, diſturbare, reſcindere iudicium, aut rem iudicatam in eadem re dicimus, pro eo quod uulgò dicunt, quaſſare, & annihilare ſententiã iudicis. Ex Syluio. Sp.

TOLLERE, uerbi uſus & elegans, & uarius eſt apud Iuriſconſultos, præſertim Vlpianũ, qui fuit Romani ſermonis obſeruantiſsimus. Vt ius uicino nõ eſſe altius ędes tollere. Et interdũ dici poteſt eũ quoq;, qui tollit ædificiũ, uel deprimit, luminib. officere, hoc eſt, demoliri, diruere, eleuare, ſurſum erigere. l. ſi arborem. §. per cõtrariũ. de Seruitut. urban. pręd. Sp.

TOMENTVM Circenſe, uocatur triuiale commune pauperibus: & eſt, quicquid puluillo inſarcitur, ſiue illud ſit de lana, pluma, ſtramento, caricib. uel iuncis. À τομὴ inciſione: concidebantur enim, quæ puluillis inſarciebantur. Vlpian. de Leg iij. l. ſi uni lana. Lanæ, inquit, appellatione, tomentũ non continebitur. Nebriſs.

TONSOR radebat. Vide Vlpian. in princip. l. Item Mela ſcribit. ff. ad Leg. Aquil.

TOPIARII erant, qui arbuſculos, uirgulta'que ductilia, facili flexu in uarias formas, figuras'que, modò humi, modò pro ruris ſpacio, uario & ſolerti ingenio effingerent & cõcinnarent. ἀπὸ τῶν τόπων, hoc eſt, à locis, quæ uirgultis eiuſmodi effinguntur. Alexan. Neapolit. Genial. dier. lib. iij. cap. xxv.

TOPIARIVS ſeruus, qui topiaria facit: ut, topiariã facere, pro artem exercere operis topiarij. Aphrican. l. cum quærerętur. §. fin. de Leg. iij. neq; topiarium, neq; ſaltuarium legatum uideri ait. Topiarium enim ornandi, Saltuarium autem tuendi, cuſtodiendiq; fundi magis, quàm colendi cauſa paratum eſſe. Sp.

TORCVLAR, quod & torculum, tàm olearium, quàm uinarium apud antiquos legitur: quod & Bud. admonuit. Sp.

TORCVLARIA, ſunt machinæ premendis uuis aptæ. Prela enim dicuntur trabes in torculari, quibus uua calcata premitur. Vlp. in l. fundi. de Action. empt. cenſuit torcularia inſtrumenti magis eſſe, quàm ædificij, etiam ſi ædificio cohærent. Sic Haloander habet, & ſenſus ipſe requirit, ut ſine negatione legatur. Sp.

TORCVLARIVS, a, um, quod ad torcular pertinet.

TOREVMATA dicuntur ſculpta aut cælata ex quacunque materia, quæ in delicijs habentur.

TORMENTVM, & cruciatum qui infligitur alicui ad pernoſcendam ueritatem ſignificat: & pro his etiam ponitur, qui cruciatum inferunt. ut apud Ciceronem pro Cluentio. Eſt quoq; generale uocabulum omnium machinarum, ſaxa, tela, & id genus alia torquentium, atque immittentium. Vulgò Bombardæ, & Cannones appellant. De priori ſignificantia uide l. diuus Pius. ff. de Quęſtion. & Bartol. in l. j. eodem tit. pulchre differentem quibus'modis, & contra quos tormenta ſint adhibenda. Quintilianus quoque in libr. x. ſcribit, qua ratione tractari debeant tormenta & quæſtiones. Sunt autem probationes inartificiales. Sp.

TORQVATI milites, quibus torques uirtutis præmium fuit. c. ius militare. in prin. Decret. Torquatos puto rectè appellaueris, qui ab Imperatoribus uirtute meruerunt ius militare. Germani tales Ritter, Itali Equites auratos appellant: fortè, quòd olim equites ſplendidi epitheto inſigniuit Hircius, nimirum ab auri fulgore & uirtutib. Cecidêre, inquit, eo prelio ſplendidi ac illuſtres uiri, nonnulli Equites Romani. Quem ſecutus in hiſtorijs Tacitus, illuſtres Equites pariter appellauit, teſte Catanæo. Cæterùm, torques, colli induuias & ornamenta, tam maſculino, quàm fœminino, idoneos quoſdam, & prę cęteris illuſtres latinæ linguę autores protuliſſe, lib. x. Valtur. oſtendit.

TORQVATI etiam hodie uocari poſſunt Proceres ſiue Equites aurei uelleris, qui uulgò, Die Herren von der Slüt dicuntur: quos Burgundionum Prin-

ceps natu maximus, ut nuper Imp. noſter inſigni ſuo, quod eſt Aureũ uellus, illuſtrauit. Spieg.

TORQVERE, tormentum inferre, cauſa inueſtigãdi ueri. Donatus: Torquemus hominem, Extorquemus ueritatem. Interpretes Torturam uocant, ab eaq́ docent nõ eſſe incipiendum. Bart. in l. j. de Quæſt. Spieg.

TORQVERE ius, per trãslationem pro auertere, aut peruertere. Cicero pro Cecina: Iuris retinere ſententiam, & æquitatem, plurimum ualere oportere, an uerbo, ac litera ius omne torquere, uos ſtatuite iudices, utri æquiores eſſe uideantur. Spieg.

TORRENS, fluuius qui non de fonte, neque de uiua aqua, ſed à pluuijs, uel de montibus in ualles deſcendit: æſtate autem ſiccatur, aquis uerò hyemalibus inundatur et currit. Vide l. j. & ij. de Flum. & l. in ſumma. §. pen. de Aqu. pluu. arc. Spieg.

TORRERE, iam uſurpatur pro igne urere. Proculus (ſi uulgati codices carent menda, in l. quidam Iberius. de Seruit. urban. præd.) de tubulis, inquit eo amplius hoc iuris eſt: quia per eos flãma torretur paries. aliàs inflammaretur. ut apud Haloand.

TORTOR, ex uſu dicitur is, qui torquet in equuleo, magis quàm qui extremo ſupplicio afficit, ut tradit Sylu. Hinc tortura, ſupplicium.

TOTA decem. Iulianus l. ſi tibi. ff. de Vſufruct. ear. rer. quæ uſu conſum. Fient quidem, ait, tria tota decem, ſed mihi quinque numerari debebunt. Sp.

TOTA ſtatua uno ſpiritu cõtinetur. Paul. in fin. §. item quæcunq́. l. in rem actio. ff. de Rei uend. Sp.

TOTA uita, totum uitæ tempus.

TOTVM, figuratè pro ſingulis ſuis partibus ponit. ut, Quo anno, pro, qua anni parte: Quo tempore, id eſt, pro quacunque tẽporis parte. Sic & Eodem die dicimus, pro eius diei quacunque parte. l. quæ de tota. ff. de Rei uend. Sp.

TOTVM integrale, nihil aliud eſt, quàm integrum quoddã ex pluribus inter ſeſe coherentibus conſtans: quod quidem artificiale dicitur. ut edificium, nauis, fundus, prædiũ. l. rerum mixtura. ff. de Vſucapion. Hoc alienari prohibito, & pars alienari prohibita uidetur. l. dotale. §. prędij. ff. de Fund. dot. Vbi Vpian. ait: Proinde ſiue totum prædium in dotem ſit datum, ſiue pars prædij, alienari non poterit, et hoc iure utimur. Differt autem ab altero corporum genere, quod in dict. l. rerum mixtura. Pomponius Naturale nuncupauit: quod ſcilicet uno ſpiritu cõtinetur: ut homo, lapis, lignũ. Vide Plutarchum in de Præcept. coniugalibus Claud. in Topic. Legal. & ſuprà, Corpora. Spieg.

TOTVM in modo, à Logicis ideò nominatur: quia determinatio adiecta dictioni, limitat eam, & facit uelut partem. Vnde dictio ſimpliciter ſumpta, ſi referatur ad eandem dictionem cum determinatione, tunc quæ ſimplex eſt, dicitur Totum in modo: quæ determinationem habet pars in modo. Homo enim, ſi referas ad hominem album, totum eſt, & totum in modo. quandoquidem iſta determinatio (albus) quia adijcitur eidem dictioni, partem facit: reiecta à dictione, relinquit totum. Atque adeò ſimiles determinationes, eandem dictionem, & eius ſignificatum à ſeipſo diuerſificant: ut ubi nõ adijcitur, totũ ſit: ubi adijcitur, pars. Vnde dicitur, Totum in modo, & pars in modo: quia modus utramque facit paginam. Niſi enim modũ adijcias, dictio quæ in toto eſt, pars non efficietur. Eſt autem, Cantiunc. teſte, non infrequens apud Iuriſconſultos argumentationis genus, de toto in modo: tametſi in uulgatis Doct. Commentarijs de hac re nihil explicatum reperias. Vide eum ſub finem, ubi hunc locum, à toto, tractat. Spieg.

TOTVM numerale, quod conſtat numeris. ſicut ſunt ſummæ in quantitate diſcreta: qua quærimus, quot res ſint. Sp.

TOTVM & omne ſic differunt: quòd totum dicimus unius corporis plenitudinem: omne, de uniuerſis.

TOTVM perfectum dicitur id, quod omnibus partibus ſuis cohæret. l. j. ff. de Orig. iur.. Spieg.

TOXICVM. Lege, Telum.

T R

TRABEAM & Conſulum fuiſſe conſtat nõ ſolũ ex Auſonio & Ammiano: quos celebratiſsimi nominis uir Bayfius citat in de Re ueſtiar. uerumetiam ex. l. j. C. de Con-

de Conſul. lib. xij. nec non ex fine Conſtit. quæ extat in Nouell. eod. tit. Sp.

TRABES propriè, Feſtus ait, ſunt duo tigna, ædificij gratia ſimul cōpacta. Nam cum ſimplicia ſunt, non trabes, ſed tigna dicuntur. Paul. l. quod ſi neq; de Peric. et comm. rei uend. Videri autē trabes traditas, quas emptor ſignaſſet. Sp.

TRACTARE pecuniam, pro adminiſtrare etiam uſurpatur. Cicero in Verr. j. Eras tu Quæſtor, pecuniam publicam tractabas. S. Hieron. periculoſam innuit Quæſtoriam functionem: exiſtimans, circa rem piceam aſsiduò uerſantem, ab ea uix non poſſe non coinquinari. Proin de magna laude uehendi ſunt, qui priuati commodi obliti, publicam pecuniam, bona fide procurant. Cuius nomen egregiè ſuſtinet nunc Hieronymus Smeltius Quæſtor ærarius, hoc eſt Magiſter Cenſuum imperialis Præfecturæ Decapoleos Elſatię, in qua Selatum, chariſsima mihi patria: nimirum quod ad præclaras alias ornatiſsimi huius uiri dotes, acceſſerit exacta bonarum literarum cognitio, quæ non poteſt non auocare animos à turpitudine. Simili laude fraudandus nō eſt Chriſtophorus Keuenhuller ab Aichelberg, Eq. clariſs. Cæs. Ferdinando à Conſilijs, natus ad maxima, & futurum, modò uiuat, Regiæ aulæ lumen. Ipſe, quod mirari licet, uixdum ab eo bonis literis à limine ſalutatis, doctis, & ſtudioſis omnibus impenſe fauet, et ipſa bonarum artium cognitione, toto, quod aiunt, pectore, felici indole filios tradidit locupletandos. Neque non rectè exiſtimans, hoc poſſeſsionum genere eos longe uerius & ſplendidius exornādos, quàm maiorum niti tantum ſtemmatis, aut congerendis facultatibus. Spieg.

TRACTATORES ſunt, qui tractatorias habent, id eſt, licētiam adducendi equos in curſu pulico. Quam Plinius in epiſtola ultima ad Traianum, Diploma appellat. Venuleius Iuriſconſultus in l. continuus. de Verborum obligat. Non debet inquit, diplomate diebus & noctibus continuare iter, omni tempeſtate contempta. Alciatus in l. tractatores. C. de Tractat. & ſtat. lib. xij.

TRACTATVS, pro libri parte, in qua quid deſcribitur, accipi notum eſt. Papinianus l. fin. ff. Si pars hæredit. pet. cum ait, Ille tractatus incurrit: pro quæſtione dubioq; uſurpat.

TRACTVS, pro amplo ſpacio terrę, quam regionem appellamus.

TRADERE, non eſt dare propriè, ſed tantum porrigere. Sic tradit deponēs, commodans, & uenditor, qui non eſt mercis ipſius dominus. Sic tradimus miniſtris noſtris pecuniā, ut nobis aliquid emāt. §. ſic itaq; diſcretis. Inſtit de Action. Sp.

TRADERE rem. Lege, Res datur.

TRADITIONEM corporalium, quaſi traditionē incorporaliū eſſe, docet Specul. tit. de Empt. & uend. §. j. ſuper uerbo Tradere. & uerſic. ſed et ſi plures. Diuiditur in dationē, & traditionem. §. ſic itaq; diſcretis. Inſtit. de Action. Sp.

TRADITIONIS uerbo, in l. traditionib. C. de Pact. Imp. utitur impropriè: nēpe pro datione. Viciſsim, in l. ſi ut certo. §. nunc uidendum. ſumitur uerbum dare, pro tradere. Spieg.

TRADITIO ex legitima cauſa, ſeu titulo, producit poſſeſsionem, & rurſus poſſeſſio producit uſucapionem, & dominium: quæ ſic cohærent, ut intellectu iuris ſeparari non poſsint, ſi conſtare debeat uſucapio. l. traditio. in fin. ff. de Acquir. rer. dom. Falſum eſt enim Accurſij commentum, quod uerba per hanc non referantur ad poſſeſsionem. Vnde fit, quod aliàs dicitur titulus poſſeſsionis, aliàs titulus uſucapionis. Vlpian. in l. j. in prin. Pro ſuo. Ex Oldendorp. Sp.

TRADITIONES humanæ. Vide, Humane traditiones.

TRADITIO nuda dicitur, cuius nulla eſt cauſa. Spieg.

TRADO tibi, præſto tibi, & ſimilia uerba, propius uero eſt, ut inter latinè loquentes, dominium translatum non cenſeatur: quia uerba id non inferunt. autor Alciatus citans l. ſi fundum certum. de Verborum obligat. Sp.

TRADVCERE, & pro infamia afficere, & ut uulgò loquuntur, diffamare, & uelut in exemplum proponere deridendū omnibus per uicos, & theatra. quod Catamidiare Græcè dicitur, autoribus Eraſ. & Bud. Sp.

TRADVCERE, pro traduces, facere. Paul. in l. ſi duo. uti poſsidet. Si uicinus uites ex fundo tuo in ſuas arbores traduxit. Traduces enim in uitib. dicunt̄, qui aliunde

unde tracti ac propagati ſunt. Sp.

TRAGOEDI, actores tragœdiæ. Iuſtin. in Nouell. de Conſulib. §. Ac primus qui dem, quũ ait, ubi et his qui in ſcena riſum concitãt locus eſt, & tragœdis pariter ac thymelicis ſaltationib. iuxta Haloã. Sp.

TRAHIMVR inuiti: Ducimur uolentes. Vide Bart. in l. j. C. de Agric. & cenſit. libr. xj. & ibidem. Trahitur, qui iure trahitur. Sic in Autent. Ne fil. pro patre. Spieg.

TRAIICERE pecuniam, pro tranſportare. Hinc Traiectitia pecunia dicitur, ut Modeſtinus tit. de Naut. fœnor. ſcribit, quæ trans mare uehitur. Nebr.

TRANSACTIO, eſt de re dubia, et lite ancipiti, necdum ad finem ducta, non gratuita pactio. l. j. de Trãſact. Diuiditur in iuſiurandũ, ſententiam, & tranſactionẽ. l. j. ubi Gloſs. & l. ij. de Iureiur. Sp.

TRANSACTIO propriè appellatur, quũ aliquo dato, uel recepto, timore præſentis uel futuri iudicij, in re dubia conuentum deciſum'que eſt. l. j. ff. de Tranſact. Generaliter autem accipitur pro quocũque actu, quo concordia inducitur, uel ab obligatione receditur. l. j. ff. de Pact. uel ad finem aliquid deducitur. Vnde tranſigere æſtatem Plinius dixit. Sic & tranſigere æuum, tranſigere diem dicimus. Et quo magis latiſsima tentandæ tranſactionis occaſio prę beretur contro uertentibus', erat olim poſterior Feriarum pars, hoc eſt, poſt diuinum cultum reliqua, ad componendas lites deſtinata. Vide l. ult. C. de Fer. & Alciatum in l. Tranſacta. de Verb. ſig. Sp.

TRANSACTORES, uel cõpoſitores cõtrouerſiarũ, **gůttliche vnnderhandler**, nihil arbitrantur: ſed agunt omnia ſcitu partium, & uolũtate: tandemq́ pronunciant id, quod æquum uidetur, ut tractatur in l. j. de Recept. arb. Sp.

TRANSCRIBERE, inquit Agretius, dicitur, cum ius noſtrorum in alium tranſit. in l. ſi uir uxori. de Præſcript. uerb. Vbi Iuriſcons. Vt eos, ait, fundos ſi uellet, eodem precio mulier tranſcriberet uiro. ut ſit tranſcribere fundũ, Iure ceſſo tradere. Tranſcribere item pro eo accipitur, quòd uulgò ſuper alium onerare dicũt, **Mit ſeiner beſchwerd zůſtellen / über geben.** ut in l. ult. C. de Præd. nauic. & in l. aliquando. ff. ad Velleianum: Si hæreditatem emerit, & æs alienum hæreditarium in ſe tranſcribat. Tanſcribere præterea, in aliud exemplũ ſcribere eſt, quod uulgò dicunt Copiare. Vide Budæum in Annot. prior ad l. ſi uir uxori. ff. de Præſcript. uerb. Spieg.

TRANSFERRE. De uſu huius uerbi non rectè ſenſiſſe Vallam, Bud. in Comment. Linguæ indicat. Noſtri obſeruarunt, transferri aliquando ad alios, quod non eſt noſtrum. l. quod noſtrum. ff. de Vſufr. Spieg.

TRANSFVGA non ſolum is accipiendus eſt, qui aut ad hoſtes defecit, aut in bello transfugit: ſed & qui per induciarum tempus, ad eos cum quibus nulla amicitia eſt fide ſuſcepta transfugit. autor Paul. de Capt. & poſtlim. reuer. l. poſtliminiũ. cum ſimil. Porrò transfugis nullũ credendum eſt beneficium tribui, quibus negatũ eſt poſtliminiũ. teſte Calliſtrato, l. itẽ ei. ff. Ex quib. cauſ. maior. Sp.

TRANSFIGVRATA. Vlpian. l. quid tamẽ. ff. Quib. mod. uſusfr. amitt. Proinde & ornamentũ, ait, diſſolutum, aut trãsfiguratũ extinguit uſumfructũ. Notum tranſfigurare, eſſe in aliã figuram uertere. Verbum Plinianũ, quod & apud Suetoniũ legitꝰ. Interpres diui Matthęi cap. xvij. uſus quoq́ eſt eo: ꝓ quo Eraſmus maluit Trãsformatus dicere, nimirũ diuũ Hieronymũ ſecutus. cuius ſcholiũ ſic habet: Quod autẽ dicit, Transfiguratus eſt ante eos: nemo putet priſtinã eum formã & faciẽ perdidiſſe, uel amiſiſſe corporis ueritatem & adſumpſiſſe corpus, uel ſpirituale uel aereum, ſed quomodo transformatus ſit, euangeliſta demonſtrat, dicẽs, Et reſplenduit facies eius. Sp.

TRANSFORMARE. Vlp. Sed neq́ diætas transformare, uel coniungere, eas'ue ſeparare ei permittitur. l. ſi cuius. §. ſed ſi ædium. ff. de Vſufructu. Vide Transfiguratum. Spieg.

TRANSGREDIENTEM, pro prætereuntem, aut præteruehentem, eleganter uſurpat Martianus in l. fin. §. diui. de Publican. Spieg.

TRANSIGERE propriè actor dicitur, id eſt, ab actione tranſire. Metaphoricè tamẽ ſimplicius accipitur pro decidere. & trãſacta res, quoquo modo finita, **abkummen / ablönen.** Sicut agere dicitur, qui petit quod ſibi debetur. §. j. Inſtitut. de Action.

de Action. Ita Tranſigere, qui præter formulam actionis ſuæ, aliquid accipiendo litem ſopiuit, Abtràdigen. Quamuis & reus tranſigere, ſed impropriè, dicitur, per Gloſs. & Doct. in l. ſecunda. C. de Tranſaction. Tranſigere autem, & Paciſci, diſtinguit Vlpianus: Qui tranſigit, inquit, quaſi de re dubià, & lite incerta, neq; finita tranſigit: qui uerò paciſcitur, donationis cauſa rem certam & indubitatam liberaliter remittit. l. j. de Trãſact. Spieg.

TRANSIRE ad hæredem. Plinius: Margaritæ, gemmæq; ad hæreditatem tranſierunt: ueſtes prolongant tempus, unguenta ilico expirant, & ſuis moriuntur horis. Sp.

TRANSIRE legem, pro non curare, & negligere.

TRANSIRE uitam, pro uiuere, & quod uitam tranſigere etiam dicitur. Seneca: Semper uerò eſſe felicem, & ſine morſu uelle tranſigere uitam, ignorare eſt rerũ naturæ alteram partem. Sp.

TRANSIVNGERE, eſt in quadrigis locum ueterinis mutare. ut mulam temonariam facere, quæ præcedere ſolebat: uel dexteram facere, quę ſiniſtra eſſe ſolebat. Vlp. in l. ædiles. de Aedil. edict. Si mula talis ſit, ut tranſiungi non poſsit, an ſana ſit. &c. Idem: Pleraſq; deniq; carrucarias tales eſſe, ut tranſiungi nõ poſsint. Idem ait: Si nata ſit eo ingenio, aut corpore, ut alterum iugum non patiatur, ſanum non eſſe. Ex Budæo. Sp.

TRANSLATICIVM Aſconius uocat, non nouum, nec nuper inuentum, ſed aliunde translatum. Sp.

TRANSFVSIONEM, à trãslatione hoc diſtare, Gloſs. in l. j. ff. de Nouat. putat, ut ſi quid nouatur in eadem perſona, tranſfuſio ſit: in altera uerò trãslatio uocetur: quum tamen Transfundere propriè ſit, ab uno ad alterum transferre. Itaq; uidetur Iuriſcons. pro eodem accepiſſe: quod ſatis ſequẽtia uerba, ſi perpendantur, innuere etiam uidentur. Sp.

TRANSLATICIVM, pro uſitato, & pro eo, quod frequenter fit, accipi, Bud. autoritate Plinij maioris comprobat, in Annot. prior. Trãslaticiè exequi apud Vlp. in l. j. ff. de Iur. patron. eſt transferre pœnam in leuiorem, cõmunemq; modum, qui ad illud delicti genus nõ multũ pertineat. Non translaticiè, hoc eſt, nõ promiſcuè, non uulgariter, nõ indifferenter, ſed pœna facto appoſita, ſeu conuenienti. Ex Budeo, & Oldend. Sp.

TRANSLATIO, Rhetorum uox à Iureconſultis, Marcello, in l. ſicut. §. ſuperuacuum. Quib. mod. pig. Vlpiano, in l. ſed & ſi unius. de Iniur. & ab Alciato explicatur, cap. x. lib. j. Parerg. Sp.

TRANSLATIO Legati, fit quatuor modis. Vide Paul. in l. vj. de Adim. leg.

TRANSLATIO legatorum, & adẽptio, quamuis promiſcuus alicubi eorum ſit uſus, in hoc tamẽ differunt: quòd tranſlatio fieri non poteſt, niſi pręcedenti ademptione facta. Siquidẽ translatio nihil aliud eſt, quàm legatorum in alterum collatio. Spieg.

TRANSLATVM uerbũ dicit̃, cum à propria ſignificatione in aliam conuertitur. Cicero maximè probat translationem uerborum: quæ & apud Iuriſconſultos freques eſt. Vide Alciatum in procemio Comment. de Verb. ſig. Sp.

TRANS mare reipub. cauſſa abeſſe, apud Vlpianum l. uerum. §. ex facto. ff. de Minor. Spieg.

TRANSMIGRARE, eſt in longinquioris loci domicilium, habitationem' ue migrare. Valla.

TRANSMITTERE hæreditatem, pro transferre, relegare. Obſeruandũ tamen, quòd hereditas non adita, regulariter ad alios non tranſmittitur. l. quoniam ſororem. C. de Iure delib. l. j. §. in nouiſsimo. C. de Caduc. toll. Sp.

TRANSNOMINARE, nomen commutare, uel inuertere, aut immutare. Nihil autem mali eſt, ferẽdi nominis cauſa inſtitutũ, honeſti hominis nomen aſſumere, ut Caius in l. facta. §. ſi in danda. ad S. C. Trebell. Spieg.

TRANSVECTIO in re militari eſt, quam uulgo Monſtram dicimus. Tranſuehimur autẽ, ſiue id ratibus in mari, aut curru per terram fiat. Itaq; apud Iuriſcos. in l. ij. de In ius uoc. cum ait, Sed nec eũ qui cum equo publico, in cauſa publica tranſuehatur: pro recognoſcatur ad militiam, accipiendum. Tranſuectio enim eſt Oldend. teſte, quam nunc uulgò Mõſtram dicimus: cum equites ſolenniter recenſentur, quo modo ſint inſtructi perſona, equo, & armis. Sp.

TRANSVERSALES, qui ex trāſuerſo, ſiue à latere coniuncti ſunt: ut fratres, & ſorores, eorumq́ꝫ liberi. Inſtit. de Gradib. cognat. Spieg.

TRANSVERSVS agit, qui ui & impetu quodam ab inſtituto deflectitur. Eraſm.

TRANSSVMERE, ex alio ſumere. Vnde quę ex primis tabulis (uulgus Originalia uocat) trāſcripta ſunt, ſolennitate iuris adhibita, dicunt̃ tranſſumpta. Sp.

TRAPES etis, maſ. gen. mola olearia. à τρίπω, uoluo, ſeu uerto. Trapetus idem, ſed antiquè. Vtraq́ꝫ uox extat apud Catonē de Re ruſtic. Trapetū & locus eſt in quo eſt mola olearia, & ipſa etiam mola. Eſt & apud eundem reperire, Maronē item & Columellam. Sp.

TRAPETVM, ſiue Trapetus, olearia mola eſt. ut ait Seruius lib. ij. Georg. Vlpianus, Locati. l. ſed addes. Trapeta, inquit, inſtructa funibus. Nebriſſ.

TRAPEZITAS, id eſt, menſarios, gemmarumq́ꝫ, & argenti, & ueſtium diſtractores, mercatores, omnesq́ꝫ apothecarios, & quibuſcunq́ꝫ ergaſterijs adhęrentes à dignitatibus & militia Lex ſubmouet. C. de Cohort. lib. xij. Hos autē duorum eſſe generum, indicaui in interpretatione Hymni Prudentiani, qui inſcribitur, Ad Omnes horas: ubi omnia uerboſius explicantur à me ſecuto tum morem illius temporis, quem & antea in Reuchlini Progymnaſmatis ſcenicis, & Pici Stauroſthico ſeruaui. Quia uerò poſt minus placere cœpit, ut ſunt, Cicerone teſte, poſteriores cogitationes prioribus meliores, ſtudui breuitati in quiſquilijs Scholiorum meorum, quæ deinde edidi in Bartolini Auſtriaden, Guntheri noſtri Ligurinum, in de Immanitate Pontani, in Eraſmi ᾠδὴν, de D. Anna, Cymbriaci Encomiaſtica, ac priores hymnos Prudentij: in cuius & reliquos eram annotaturus Scholia, niſi per amicum monitus, me actum agere cognouiſſem, quòd pridem in ſuis Hiſpanis præſtitiſſet uir undequaq́ꝫ doctiſſ. Ant. Nebriſſ. Spieg.

TRAPEZOPHORAE, menſæ fuerūt ornatu magno elaboratę, quę effictis imaginib. ſuſtinebātur: quales hodie in uetuſtis marmoribus ſæpe uiſuntur. Alexād. Neapolit. Genial. dier. lib. j. cap. xix.

Τραυλίζειν, id eſt, balbutire, eſt uitium linguę, nō iuris. Ariſt. in Problem. ſegmēto xj. tria genera huiuſmodi uitiorum ponit. Traubeten, id eſt, blęſitatē, cum literā aliquam exprimere non poſſumus: eamq́ꝫ nō quamlibet, ſed certā Pſelloten, id eſt, balbutiē, quæ eſt literā erercere, uel ſyllabam, id eſt, pronūciando eximere & prætermittere. Hiſchophonian, id eſt, hæſitantiam: quæ eſt ſyllabam ſyllabæ iungere non poſſe. Hæc tria uitia expreſſit Vlpian. de Aedilit. edict. in l. idem Offilius. §. quæſitum eſt. in quem uide quæ annotauit Dn. Budæus.

TREBATIVS fuit Iuriſperitus clarus temporibus Ciceronis: ad quem cum ſcriberet Topica, omnia exempla ex iure Ciuili ſumpſit. ut haberet rationem eius, ad quem ſcribebat. Sp.

TREMERE, proprie corporum ſolidorū eſt: cum propter frequentē cōmotionem ita concutiuntur, ut ſtare loco neſciant. Hinc fit, ut Tremor pro rigore accipiat̃. Aut. Iuſiur. quod præſt. ab his. §. j. Sp.

TREMIS, uti ſemis apud Imp. Anaſtaſiū, in l. uidemus. C. de Erog. milit. annon. libro duodecimo.

TREPIDATIO. Chariſius lib. ſingulari de Teſtib. Plurimùm, ait, in excutienda ueritate, etiam uox ipſa, & cognitionis ſubtilis diligentia adfert. Nam & ex ſermone, & ex eo, qua quis conſtantia, qua trepidatione quid diceret, uel cuius exiſtimationis quiſq́ꝫ in ciuitate ſua eſt, quędam ad illuminandam ueritatem, in lucem emergunt. Sp.

TREVGA, pro inducijs, ſecuritas eſt præſtita perſonis & rebus ad tēpus aliquod, bello nondum finito. ein Trew / oder Anſtandt. Interpretes aiunt, Induciæ ſunt ad modicū tempus: Treuga in longum extenditur. l. poſtliminium. §. induciæ. ff. de Capt. & poſtlim. reuerſ. & not. ff. de Pact. conuent. Require, Induciæ. Spieg.

TRES libri poſteriores Codicis teſte Budæo, non pauca continent, quæ priſcę elegātiæ ueſtigia retinent: quamuis horū librorū obſcuritati inſuper caliginē multam offudit Accurſianorū ſtupor, quod quidē ad linguæ utriuſq́ꝫ intelligentiam pertinet. Quamobrē multū debemus D. Alciato Iuriſcos. illuſtri, propter Annotationes quas in hoſce libros edidit. Sp.

TRIA ſunt quæ habemus: libertatem, ciuitatem,

uitatem, familiam. Vide l.ult.ff. de Capit.minut.Spieg.

TRIBVI, tum accipiendum eſt, quum ex cauſa à iudice, quod aliàs non cõpeteret, cõcedit.arg.l.j.§.j.c.de Petit.bonor.ſublat.libr. x. Zaſius in l. ex diuerſo. Solut. matrim.intellectibus.Sp.

TRIBVARIVM, à tribu: Tributarium, à tributo dicitur. Bart.Latom.

TRIBVLES, id eſt, de mea tribu. Tribules meos, tuos, ſuos, noſtros & ueſtros dicimus, non Contribules. Vide Syluium.

TRIBVNAL, quorum apud priſcos Romanos fuerit iudicum, Aſconius docet. Formam eius Vitruuius lib. v. deſcribit. Hoc hodie ordinarijs iudicibus tribuunt Interpretes, ut Romanis Principib. hoc eſt, Pont. Max. & Imperatori, Conſiſtorium.§.illud. Aut.de Appell. et inter quę temp. Bartol. in l. j. C. de Cõfeſs. indicat, quæ iudicici pro tribunali, & quæ non expedienda ſunt: aperitq́ꝫ quo ſenſu id, quod uulgò receptum eſt, Loco maiori debet iudex ſedere.

TRIBVNI quando, & unde dicti, de eorundemq́ꝫ generibus quinq́ꝫ, atq́ꝫ poteſtate, appoſitè Zaſ. noſter ſcripſit, in poſter.l. de Orig.iur.Sp.

TRIBVNI Plebis erant, qui ex corpore Senatorũ, poſt exactos reges, iuſſu plebis creabant. Vide Alc. in de Magiſtrat. Idem Tribunos ærarios eos fuiſſe arbitratur, qui ea munera obirent, quæ nunc generales Receptores obeunt, attributã pecuniã Quæſtorib. prouincialib. annumerantes ex ærario promptam, ſecundum Varronem. Vt idem ait, ij erant, qui militibus ipſis protinus adnumerabant: qui nunc ſunt Theſaurarij bellici.

TRIBVNOS militũ hodie uocamus Mareſchalcos, aut certè Præfectos militum. ſecundum Budæum in Annot. ad d.l. de Orig.iur.

TRIBVNIANVM Pandectarum architectũ, uirum ingenio miti, atq́ꝫ humano, ſingulariq́ꝫ omniũ artiũ doctrina imbutum, Suidas, Gręcus autor, teſte Budęo, appellat omnis religionis contemptorẽ, & qui Iuſtiniano perſuaſerit, mortẽ eum nõ oppetiturum, ſed cum carne in cœlũ aſſumptum iri. Sed hæc quis credat incerto autori? cum cõtrà ſtet ſcriptor grauis eorũ temporũ Procopius, ut eum allegauit Rutilius, uir doctus: nec Iuſtiniani optimi, & uel Suidæ ipſius teſtimonio, religioſiſsimi Principis prudentia & pietas paſſura fuiſſet, nedum altura, & prouectura eiuſmodi monſtrum. Sp.

TRIBVNITIAE leges, Plebiſcita proprio uocabulo dicuntur. Conſulares uerò abſolutè Leges uocantur. Tribunus, ſacroſanctus magiſtratus erat. Plebeius tamen, cuſtos & præſes libertatis. Bud. loco citato.

TRIBVS. Scæuola de Leg. iij. l. Patronus, ait, liberto ſtatim tribum emi petierat: libertus diu morã ab hærede patroni paſſus eſt: & decedens, hęredem reliquit clariſsimum uirum. Quæſitum eſt, an Tribus æſtimatio, hęredi eius debeatur. &c. Huius perquam elegantis reſponſi ſenſum, Interpres nõ ſatis aperuit, Tribum, pro progenie exponens, rerum ab antiquitate petendarum imperitus. Tribus, hic nõ coniunctũ ſanguinis propinquitate, ſed in alicuius tribus partem aſcitũ, denotat. Per clariſsimum uirum, ut puto, Senatorem intelligit. Nam & ipſi erãt ex tribubus, quos primùm ex tota ſua multitudine Romulus tres fecit: procedente deinde tempore, aucta, ad quinq́ꝫ & triginta peruenerũt. Senatores, Equites, & Plebeij in has erãt diuiſi. neq́ꝫ erat quiſquam ciuis Romanus, qui non eſſet alicuius tribus. Proinde Viuianus formator ille caſuũ, ut noſtri aiunt, audiendus non eſt, dicens: Non facio uim, utrũ fuerit hæres clariſsimus, uel non. Sed nõ tantum hic dormitat. Cæterùm Romanarum tribuum rationem nullus unquã (quod ego ſciã) exactius tradidit Paul. Manutio: ex quo tantummodo earum nomina huc adſcribam.

Sunt autem hæc.

Aemilia	Narnienſis	Sergia
Anienſis	Ocriculana	Suburrana
Cornelia	Oufentina	Sapinia
Claudia	Palatina	Scaptia
Collina	Papiria	Sabatina
Cruſtumina	Pollia	Stellatina
ſiue Cluſtumina	Popilia	Terentina
Eſquilina	Pontina, ſiue	Tromentina
Falerina	*Pomptina*	Velina
Fabia	Publicia	Volitina
Galeria	Pupinia	Vientina
Lemonia	Quirina	Veturia
Metia	Romulia	

Ex hoc autem numero quatuor tantum

Vrbanæ

Vrbanæ fuerũt, Palatina, Eſquilina, Collina, Suburrana: in quas, ut inquit Plinius, trãsferri ignominia eſſet. Dictæ à partibus urbis in queis habitabat. Reliquæ omnes ruſticæ, laudatiſsimę, eorũ qui rura haberẽt: quę proprie ingenuorũ erãt, cum urbanę libertinorũ eſſent. ut autor eſt Aſcanius. Porro Dn. Old. à tributo dãdo Tribus dictas rectè notauit. Cum populi confuſa multitudo, propter tributum in ordinem redigitur. Sp.

TRIBVS prærogatiuæ. Quære, Omen prærogatiuum.

TRIBVTARIVM, quod ſoluendo tributo obnoxium eſt. Iuſtinian. de Rer. diuiſ. §. per traditionem. Itaq; ſtipendiaria quoq;, & tributaria prædia eodem modo alienantur. Sp.

TRIBVTORIA actio, de qua Iuſtinian. in §. Introduxit & aliã. Inſtit. Quod cum eo qui in alien. datur creditorib. qui cum filiofamilias, uel alieno ſeruo, in merce peculiari cõtraxerũt. l. j. & pen. ff. de Tribut. act. Tributum autem hic accipi debet id, quod inter creditores ſerui negociantis, & dominũ, cui idem ſeruus quoque debet, tribuitur, hoc eſt, diſtribuitur pro rata eius quod cuiq; debetur. Inde tributaria actio dicitur, quaſi contributoria. Spieg.

TRIBVTVM, à contributione, uel contribuendo. l. ager. de Verb. ſig. Vbi Alciatus indicat, Tacitum lib. xx. tributum accipere, quod prouinciales ipſi præſtant. Vide, Attributæ pecuniæ.

TRICIES, à triginta, pro trigenties. Sp.

TRICLINIVM, locus, tribus cõſtratum lectis, ad diſcumbendum. l. foramen. ff. de Seruit. urb. præd. Hinc triclinaria ueſtimenta, quibus in triclinijs utimur: quę & Recidipna uocãtur. Paulus in l. apud Labeonem. de Opt. leg. cum ita legatum eſt: Veſtimenta quæ uolet triclinaria, ſumito. Spieg.

TRIDVO, pro intra triduum, uſurpatur. Vulgus dicit, antequam ſint tres dies.

TRIENS. Lege, Sextans.

TRIERARCHVS, interpretat̃ nauis princeps. Trieris enim nauis eſt, triplici ordine remorũ inſtructa. Ad Trebel. l. eius. Fiduciariũ, inquit, reliquit heredẽ trierarchũ. Item de Bon. poſſeſ. l. j. Nauarchos, ait, & trierarchos claſsium. Nebriſ.

TRIETERICVM dicit̃, quod tertio quoque anno contingit. Modeſtinus de Pollicit. l. Septitia. Agonem, inquit, conſtituo trietericum. Nebriſ.

TRIFARIAM, in tres partes. l. j. §. fin. ff. de Muner. & honor. Alberic.

TRIFVR, plus ꝙ fur, uel maximus fur.

TRIGA, quaſi trijuga, à tribus equis iunctis, frequens Hungaris. Iuriſcons. Et ſi triga uenierit, retinenda erit rota: & ſi quadriga, adhibeatur.

TRIGON. Require, Sphæriſterium.

TRIMODIVM, quod tres modios continet. Trimodia, æ, menſura trium modiorum.

TRINEPOS, abnepotis filius: quod ſit poſt tres à nepote.

TRINVM edictum, id eſt, trina citatio: quæ & Peremptoria nominatur. De cuius effectibus abũde ſatis Doctores. Sed poſt omnes, & conciſius & dilucidius Zaſius noſter tractat, in l. contumacia. ff. de Re iud. Sp.

TRINVNDINVM. Si quid ſuffragijs Pop. Rom. ferendum erat, id per ternas nundinas recitabatur: id tempus Trinũdinum, & duobus uocabulis, trinũ nundinum dicitur. Sp.

TRIPARTITAE nomine cur Sext. Aelij Iuriſcos. liber inſcriptus ſit, indicat Põp. in §. deinde Q. Fabius. uerſ. poſt hos fuit Tiber. Coruncanus. l. ij. de Orig. iur. Vide Rutiliũ in uita huius Sexti, paulo ante finem. Spieg.

TRIPARTITVM, quod in tres partes diuiſum eſt. Inſtit. §. ſed cum paulatim. de Teſtam. Albericus.

TRIPONDIVM, pondus trium aſsium. Inſtit. de Hæred. inſtit. §. & ſi plures.

TRIREMIS, à Græcis τριήρης dicit̃. τριήραρχος, nauis princeps, ſiue, ut hodie uocat̃, Patronus: quo uocabulo, ut et nauarchi, ceu Latinitate donato, uſi ſunt Iuriſcoſs. Lege Bayſium de Re naual. Sp.

TRISTE auxilium, Martian. ait, eſt, appellare. l. ſerui. de Appell. Sed hoc ob ſtatũ ſerui dictum puto: quum appellãdi uſus ſit & frequens, & neceſſarius. ut dicit Vlpianus l. j. eodem. Sp.

TRISTEM literam Cicero appellat θ: ſalutarem τ. quòd hac abſolueretur reus, illa damnaretur. de quo Eraſm. in Prouerbio, Theta præfigere. Sp.

TRISTEGA, trium contignationum ædificia, ſiue tres contignationes.

TRITAVVS, dictus, quaſi tertius auus. Paul. de Gradib. affin.

TRITICVM. Lege, Condictio triticiaria.

TRIVMVIRI, conquirẽdæ pecuniæ monetales, ſeu menſarij erant, æris, auri, argentiq; flatores: quorum munus erat, numiſmata probi auri, & argenti, iuſtiq; põderis examinare, ut iuſtè militibus diſtribuerentur. Alex. Neapolitan. Genial. dier. lib. iij. cap. decimoſexto. P. Bembus in Epiſtola ad Bernardinum Sandrum, quam editam habemus beneficio P. Manutij, indicat à Romanis triumuiros pecuniæ cudendæ ita inſcribi ſolitos, A. A. A. F. F. hoc eſt, auro, argento, ære, Flando, Feriundo, eoſdemq; etiam Treuiros ſolitos dici, atq; hac uoce triumuiros notaſſe per iocum Ciceronem, cum ad Trebatium ſcribens, Treuiros inquit, uites cenſeo: audio capitales eſſe. lib. vij. Fam. epiſt. Triumuirorum meminit & Pomponius in l. ij. de Orig. iur. Vide in eum Scholiaſten Zaſium. Sp.

TRIVMVIRI nocturni, quia incendijs arcendis præerant, dicti ſunt. autore Paulo in l. j. de Offic. præfect. uig. Sp.

TRIVNCIVM, quod trium unciarũ eſt. Aut. de Trient. & ſemiſſe. Sp.

TROCHLEA, quæ uox eſt apud Iuriſcoss. in l. ſed addes. Locati, uariè deſcribit: quoniã & ipſa non unius generis eſt. de qua Bud. uidendus in Annot. prior. Nebriſs. ſcribit, trochleam inſtrumentum eſſe, cum orbiculis ad eleuanda & deprimenda onera. Tympanũ, inquit, & trochleas, quibus eleuatur prælum. Sp.

TROPHAEVM, monumentũ dixêre, nũc marmoreum, modò æneum, cum inſcriptione, & titulis ęuo perpetuo duraturis. Interdum, ſi materia non ſuppetebat, lapides in ingentem cumulum aggerendo, uel inſignem arborem exciſis ramis, ibiq; hoſtium ſpolia ſtatuẽdo, in memoriam poſteritatis, bonis & fortibus uiris pro trophæis erigebant. Alex. de Alex. Genial. dier. lib. j. cap. xxij.

TROPHIMA, merces nutricũ eſt. τροφεῖν ſignificat alere: τροφὴ, ἢ τρόφιμα nutricationem, ſeu nutriticiũ. Alciat. lib. j. Diſpũc. cap. xviij. Extat in uulgatis exemplaribus. in l. Publia Maria. §. fin. Sed Haloander hoc in loco eam non agnoſcit, ut ſuperius indicauimus in dict. Plus minus. Spieg.

TROPVS, ſecundum Scaurum, Quintilianum, & Diomedem, eſt, cum ſermo à principali & naturali ſignificatione tranſfertur ad aliquam ſimilitudinem: uel à propria ſignificatione, ad nõ propriam: propter ornatum, neceſſitatem, aut affeuerationem: quæ & Emphaſis dicitur. Hinc emergunt allegoriæ, quæ potius theologiæ, & oratoriæ, quàm iuri conferũt. quod & Zaſ. indicauit. Quamuis, ipſo teſte, puritas Latini ſermonis in iure noſtro Ciuili, quoad eius fieri poterit, aſſerenda eſt. arg. l. Plautius. ff. de Auro & arg. leg. Spieg.

TROXIMA uua, quæ matura, & comeſtibilis, inepta uino. τρώξιμος, maturus, comeſtibilis. Iuriſcons. de Verbor. ſig. l. qui fundum. Et quæ eiuſdem generis eſſent, quas non uini cauſa haberemus: quas Græci Troximas appellant. Nebriſs.

TRVLLA, uas eſt, quo è culina in lauatrinam aquam fundunt, atq; ad alia eiuſmodi miniſteria comparatum. Pompon. de Aur. et arg. leg. l. & fi. Veluti paropſidas, inquit, tabulas, trullas. Paul. de Fund. inſtr. l. tabernæ. Trullæ, ait, quæ circa cœnum ſolent traijci. Nebriſs. Alexandro Neapolitano trulla eſt poculi genus: ſicut ſcyphus, Herculis: Cantharus, Liberi, modiolus, & phiala. libro iij. Genial. dier. cap. x. Quidam hoc uocabulum à tranſuolando deducunt, quòd per eam aqua tranſuolet: tamẽ falluntur, qui eam uas tantum aquarium putarunt. Erat enim & uas uinarium, ut adductis ex Cicerone, Horatio, & Iuuenale, Bayfius cõfirmat exemplis. Sp.

TRVPHATORES. Rhodigin. in fi. cap. viij. lib. xj. adnotauit dignũ ſcitu: paſſim plebeia, utrentur multi, uoce impoſtores, deriſoresq; dici truphatores: indicãs id ex media Græcia uerbum eſſe. Sp.

TRVTINA, Græcè τρυτάνη: id libræ genus, quo uel minutiſſimũ ponderis momentum ſentitur. Latini quoq;, exactam æqualitatem, Aequilibrium appellant. Vnde & æqua lance fieri dicitur, quod pari iure fit, citra perſonarum reſpectum. Ita Modeſt. de Re iudic. l. non tantum. ſub finem. Quod & in perſona mulieris, æqua lance ſeruari, æquitatis ſuggerit ratio. Item Iuſtinian. C. de Natur. liber. Quapropter ſancimus, in huiuſmodi caſibus, omnes liberos, ſiue ante dotalia

TVRBATO ordine mortalitatis. l. Nam etſi. ff. de Inoffic. teſtam. Sp.

TVRBO, qui & Preſter uocatur ab Ariſto. li. iij. Meteor. inter uiolentos ponitur uentos: à Iurecoss. ſub nomine Vis diuinæ, atque maioris etiā, quæ non debet conductori damnoſa eſſe. de qua uide l. ſi merces. §. uis maior. ff. Locati. Bud. in l. ex conducto. §. ſed & ſi labes. Hoc eodem in tit. Turbinis meminit Iuſtinianus, in §. aut arboribus. Inſtit. de Empt. & uend. Sp.

TVRBVLENTVS, pro irato, cōmoto. l. j. ſi quis Imp. maledix.

TVRDETANIA eadem quæ & Betica, nunc Granata, de cuius opulentia Strabo lib. iij. miranda.

TVRMA xxx. equites, hoc eſt iij. Decurias recipit, qui honore præſtant, & ordine. Sed turma propriè ex equitibus: Centuria uerò, fit ex peditibus. Alex. de Alex. Genial. dier. libr. j. cap. v. Has quoque tribus ueteres nuncuparunt: & qui his præeſſent, Tribunos dixêre. Sp.

TVRPE, contrarium pulchro, & ad corpus & ad animum refertur. Pro inhoneſto apud noſtros Doct. crebrum eſt. ut turpis quæſtus, turpiter in Feudum conceditur. Itaque rectè exiſtimat Zaſ. neutiquam ferēdum eſſe, quòd quidam Prælati Feudum conſtituerunt ex quæſtu luſorio, uulgò, Scholder: cui nec admodū probatus uidetur reditus ille, qui prouenit ex Epiſcopalium ſigillorum quæſtu. De quo uide eum, tit. Quæ res in Feud. dari poſs. Sp.

TVRPE lucrum. Quicquid illicitis modis acquiritur, turpe lucrū dici debet, adeò ut ab hærede quoque extorqueatur. Sp.

TVRPITVDO, ſignificat deformitatem, ſed animi ferè tantum. Græcis paulo latius patet uocabulum αἶσχος, & de corpore quoque dicitur. Proinde, ut maxima noſtris eſt. Turpitudinem ſuam, hoc eſt, quod turpiter, inhoneſtè, indecoreque fecit, nemini licet allegare. l. palam. ff. de Ritu nupt. l. trāſactiōe finita. C. de Trāſact. cum ſimil. Qua de re latius commentantur Bart. & Doct. in l. j. de Cond. ob turpē cauſ. & in l. tutela. C. de In integr. reſtit. ſed copioſius in l. iuſiurandū quod conuent. §. procurator. Haud tamen perpetua eſt. nam in quibuſdam caſibus fallit, quos recitat Felin. in c. lator. in princ. de Re iudic. Spieg.

TVRPIS arbiter, id eſt, pecunia corruptus. l. ſed & ſi ſeruum. §. ſunt & alij. ff. de Arbit. Sp.

TVRPISSIMA uita, paupertatis obtentu non excuſanda. l. palàm. ff. de Ritu nupt. Spieg.

TVRPIVM perſonarum nomine, ueniūt meretrices, non tamen infamium. tex. & Gloſs. in l. iij. ff. Si à parente quis manumiſs. fuerit. Spieg.

TVSCIAE, Italiæ regionis celebris, meminit Albericus. quo loco indicat ſe in T. Liuij, tum aliorum id genus autorum libris eſſe uerſatum. Scæuola in l. uxorem. §. codicillis. de Legat. tertio. Sp.

TVTELA, pro conſeruatione. Florentinus l. ut uim. de Iuſtic. et Iur. quod quiſque ob tutelam, zū erettung, corporis ſui fecerit, iure feciſſe exiſtimetur. Hoc Iuriſcons. dictum pulchrè explanat Salomonius in Comment. ad hanc l. tametſi quædam à uulgò traditis diſcrepent: ſed quæ ueterum Iuriſconſultorum reſponſis cōfirmantur. Translatè poſitum pro ſuſtentatione, refectione, reperies apud Papinianum, in l. diuortio. §. fin. Solut. matrimon. Continetur & Tutelæ appellatione Cura. l. cum pater. ff. de Condit. & demōſtrat. Sic Tutor, qui dicitur quaſi tuitor, id eſt, defenſor. l. j. & Inſtitut. de Tutel. Pro curatore interdum ponitur. l. cum quidam. ff. de Tutor. & curat. dat. ab his. Albericus falſe dicit. Sed hodie communiter magis dici poſſunt Tollitores, quàm tutores: quia communiter tollunt, & furantur bona pupillorum. Cæſ. Maximilianus, qui tali eſſent ingenio, feſtiuè uocare ſolebat, Gernhaber, addita litera n, patria uoce, qua Tutores denotantur.

TVTELAM, Seruius Sulpitius, referente Paulo, definit l. j. de Tutelis. eſſe uim ac poteſtatem in capite libero, conſtitutam ad tuendum eum, qui per ætatem ſua ſponte ſe defendere nequit, Iure Ciuili datum et permiſſum. Hac definitione & cauſam & officium Seruius complexus eſt, ut non ſit falſus Cicero, qui in Bruto reliquit ſcriptum, In uno Sulpitio fuiſſe artem. quod & Apellus admonuit: quē uide omnino in Prooemio opuſculi ſui. Hæc pupillo pubertatis anno ingreſſo, nulla quidem hominis opera, ſed ipſo iure finit. l. Imperator. ff. de Iure Fiſci. l.

in criml

in criminali. C. de Iuriſdict. omnium iud. Spieg.

TVTELAM diuidimus in legitimam, teſtamentariam, & datiuam. de quibus Iuſtinianum uide lib. j. Inſtit. & Iuriſcons. ff. de Tutelis. Partimur in ſatiſdationē, tuitionem, adminiſtrationem, & rationis redditionem.

TVTOR, defenſor pupilli, qui ante omnia perſonæ attribuitur pupillari, ut eum alat. l. dum plures. §. cum tutor. ff. de Adminiſtrat. tutor. & tit. C. de Aliment. pupill. præſtan. Deinde ne res pupillares neglectæ peſſum eant, aut uitientur, ad tutoris officiū pertinet. l. propter litem. §. licet datus. de Excuſat. tutor. E diuerſo Curator in primis conſtituitur, ut rebus minoris ſedulò proſpiciat: deinde, ut perſonis opera ſua adſit, iuxta l. diuus Marcus. ff. de Offic. Præſid. cum ſimilib. Vnde fit, quòd appellatione tutoris aliquādo cōtineatur curator. ut in l. ij. ff. de Tut. et curat. dat. ab his. Et in l. pater. §. conditionum uerba. ff. de Conditione & demōſtr. nihilominus etiam tutorem eum appellamus, qui magis negligit, quàm pupillum tuetur. Vide Alciatum in commentar. ad l. inde tabernacula. de Verborum ſignificat. Sp.

TVTORE autore factum, ut accipiendū eſt, Iuriſcons. exponit in l. iij. de Autor. tutor. & Iuſtinian. in §. pen. eod. Sp.

TVTOREM eſſe alicui, eleganter dicitur, pro præſcribere, atque imperare: iuxta Perſianum illud, Ne ſis mihi tutor. Spieg.

TVTORIS officium. Vide, Curatoris officium.

TVTVS locus, in quo ſecurè uerſari, aut quidpiam agere poſſumus. Caius in l. plerique. de In ius uocat. quia domus tutiſsimum, hoc eſt, maximè ſecurum, cuique defugium, atque receptaculum ſit. Huic ſententiæ non abſimilis eſt ſententia illa, quæ apud Græcos circum fertur, οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος, id eſt, domus amica, domus optima. Vide Hegendorfinum in eandem l. Sp.

TVVM eſt, quod uendicare potes: uel cuius dominium ad te ſpectat. l. quintus. §. argento. §. cum aurum. & §. ſi cui. de Aur. & arg. leg. Tuum non eſt, quod tibi caſu auferri peteſt. §. j. l. actiones. de Reg. Iur. Spieg.

T Y

TYMPANI, id eſt, rota, quæ à calcantibus uerſatur, qualem paſsim uidemus in ea machina, qua ſaxa ſubuehuntur in magnificis ædificationibus, meminit Vlpianus deſcribens inſtrumentum torcularis, in. §. illud nobis. l. ſed addes. Locati. Pulchra quædam annotauit ibidem Budæus. Spieg.

TYMPANIVM, margaritæ genus, ex altera parte ſphæricum, atque ex altera planum. Iuriſcons. de Aur. & arg. leg. l. pediculis. Cum quædam, inquit, ornamenta mamillarum ex cylindris triginta, & tympanijs, & margaritis detraxiſſet. Nebriſſenſis.

Τύπος, forma, figura, adumbratio eſt. Imperialis Cancellaria Romana, uenuſtius olim typum aureum appellabat, quæ hodie dicitur, Bulla aurea, ſiue Sigillū maieſtatis. τῦφος, p, aſpirato, inflationem ſignificat, & ſuperbiam. Inde uidetur Volzio deduci Typhon uentus, de quo Action. xxvij. qui, teſte Plinio, præcipua nauigantium peſtis eſt, Sturmwindt. Hoc ideò adſcripſi, quod non rarò ſcriptum reperitur, pro typhus, ſine aſpiratione typus. Spieg.

TYPVM pragmaticum, qui pro chartula, ſeu indice, quod fieri debeat, accipiunt in Aut. In medio litis non fier. ſacr. form. ſi Haloandri uerſionem legerint, quàm ab Iuſtiniani ſenſu receſſerint, deprehendent. Spieg.

TYRANNI uocabulum, de communi loquendi uſu, qui etiam proprietate potentior eſt. l. anniculus. l. inuſu. de Verborum ſignificat. de malo principe intelligitur: cum olim ſui natura qualēcunq; ſignificaret. Vlp. in l. Fulcinius. Quib. ex cauſ. in poſſeſs. eatur. explicans, quid ſit Latitare. Poteſt, inquit, quis latitare non turpi de cauſa: ueluti qui tyranni crudelitatē timet, aut uim hoſtium, aut domeſticas ſeditiones. Plato, & Ariſtoteles appellant tyrānos, eos qui rempub. ad ſuā non ad eorū qui ipſis commiſsi ſunt, utilitatem adminiſtrant. Latini uerò appellant eos, qui in libera ciuitate dominationem per uim occupauerunt. Cum huiuſmodi tyrannis fœdera, aut bella fiebant.

TYRANNIS, ſæuus, uiolentus, ac atrox dominatus. De hac, ſingulari libro, quē de Tyrannia inſcripſit Bartol. pluribus

diſſerit Melanchthon, liceat'ne priuatis interficere tyrannos, libro Philoſophiæ Moralis. ij. non inutiliter attingit. Zaſius noſter cenſuit, tyrannidem tyrannide eludendam, tyrannum'que tyranno opponendum. Sp.

TYRANNICIDA, tyranni percuſſor, accepto conſilio reipubl. liberandæ.

TYRANNOCTONVS, Ciceroni eſt uindex, & opreſſor tyrannidis. Sp.

TYRBE, uox apud Iuriſcons. in l. Prætor ait. ij. Vi bonor. rapt. Gręcis eſt, quod nobis tumulus: unde turba facta eſt, ut ex Sylla, Sulla, & Xyſtico, Xuſticus, & ut alia permulta, y, in, u, noſtrum uerterũt. autor Bud. in Annot poſter. Sp.

TYRONES, id eſt, nouitij, opponuntur ueteranis militibus: hi erãt iuniores, qui publicis ſtipendijs in militari diſciplina inſtituebãtur, & militię deſignati, ad pugnam exercebantur: qui deinde, ubi ſatis uidebantur inſtructi, in numeros referebantur, nec antea priuilegia militiæ habebant. ut planè cõſtat de Milit. teſtam. ex Vlpiani reſponſo, ubi ait: Ex eo tempore quis iure militari incipit poſſe teſtari, ex quo in numeros relatus eſt, non ante. & quæ ſequuntur. Cæterum, ut tyro ad omnem artem refertur, ita tyrocinium pro prima actione, in quacunque arte accipiendum eſt: quod & tyrocinium facere, & ponere rudimentum dicitur. Siquidem Tyro, extra militiam, rudem, & inexercitum ſignificat. Obſeruandum autem, quòd Venuleius Tyrocinium animi, pro ſimplicitate, & rudimento, poſuit elegãter, in l. ult. de Aedil. edict. ibi Nouitium autem, non tycinio animi, ſed cõditione ſeruitutis intelligi. Sp.

TYRVS, Sor Hebraicè. Sur uulgò, ut ait Munſter. patria Vlpiani. l. j. de Cenſib. metropolis in Syria Phœnice. l. unica de metrop. Beryto. C. lib. xj. Splendidiſſima quõdam pop. Rom. colonia. eius in libro Ioſue mentionẽ facit ſcriptura, & Iſa. xxiij. & Ezech. xxvj. de qua multa dicuntur, quòd olim regia floruerit dignitate, ut facile inde uetuſtatem æſtimare liceat. Vetus item hiſtoria Tyrũ, ut multarum urbium parentem celebrat. Ioſephus ccxl. annis ante templũ Hieroſolymitanum conditam putat. Hodie nec obſcura eſt, nec infrequens, Vadiano teſte: ſed ante omnia clara ſepulchro Friderici Sueuorũ ducis et Imperat. Romanorũ, quẽ Itali Barbaroſſam cognominãt. Sp.

V A

VACARE dicitur, quod nec iure, nec facto detinetur ab aliquo. l. ult. C. de Bon. uacant. lib. x. Vide Bart. in l. ſi bona. ff. de Acquir poſſeſs. Sp.

VACARE populo, procul eſſe. Bud. citat Ciceron. in Tuſcul.

VACARE poſtulationibus, teſte Budæo, dicitur pro eo, quod Galli expedire requeſtas, nos Supplicatzen dicimus. Adfert è Plinianis epiſtolis teſtimoniũ, in Annot. prior. Sp.

VACANS poſſeſsio. Vide l. cum quæreretur. C. Vnde ui Alberic.

VACANS, participium, qui ociatur.

VACATIO, pręcipuè pro immunitate, exemptione ponitur, itẽ & ſolutione ac ceſſatione. Steph. in Theſauro citat teſtimonia quib. accipi uult. uacationẽ militiæ, quas barbari treugas uocãt, ſignificare.

VACATIONEM accipere. Vide C. de His qui à Princ. uacat. acce. lib. x.

VACAT cauſæ probatio, id eſt, ſuperflua eſt, apud Modeſtin. in l. ſi conſentiente. de Manumiſs. Sp.

VACATIONEM dare. Item uacationem habere. Vide Doletum.

VACATIO Legis, pro ſolutione Legis, Budæo atteſtante.

VACILLANS teſtis, qui inconſtantia & diuerſa teſtimonia dicit. Vide text. & Gloſs. ſuper uerbo, Vacillat. l. ij. ff. de Teſtibus. & Vallam libro quinto Elegantiarum. Spieg.

VACVA pecunia. Lege, Ocioſa pecunia.

VACVAM domum habitare dicuntur, qui ſpeciem rei magnificam' oſtentant, quum ipſi bono uacui ſunt. Sententiam uulgò iactatam Eraſmus indicat, ad fin. Cent. vj. Chiliad. Sp.

VACVA poſſeſsio dicitur, etiamſi ſeruitus alicui in re debeatur: puta uiæ uel itineris. Bartol. in l. ij. §. uacua. Sed libera eo caſu non cenſetur. iuxta l. uim facit. in fin. ff. de Vi & ui armat. Itaque cauti emptores ſolent utrinque paciſci: ut uacua & libera poſſeſsio ſibi præſtetur. l. ſi quis fundum. ff. de Action. empt. Sp.

VACVI agri, ſiue uacant agri, qui nihil proferunt, uel non excoluntur, Aegerten.

Sic uacua prædia, pro nihil continentibus accipimus. Sp.

VACVI nummi, Scæuolę, qui ſunt ſine uſuris. l. Quintus Cæcilius. Depoſiti.

VACVVM, in quo nihil eſt, quod nihil cõtinet. l. ſi binę tabulę. ff. de Iniuſt. teſtam. Spieg.

VACVVM tempus, hoc eſt, nullis aliјs rebus conſtitutum.

VACVVS ad agendum, ad narrandum, hoc eſt, cui uacat narrare, aut agere. Stephan. Robert.

VADARI, pro uadimonio obſtringere, ſiue diem iudicij ex compacto conſtituere, & in ius uocare: propriè tamẽ eſt, ſub certa pœna ſe iudicio ſtaturum promittere: quod, qui multę fidei poſſeſſor non erat, uadem, id eſt fideiuſſorem dare tenebatur. Vide Vallam libro vj. Elegantiarum, cap. xxxj. Spieg.

VADERE ſolet uſurpare uulgus pro eo, quod eſt, ire. Viri tamen docti, in re uiolenta, aut difficili, ſolent uſurpare. ut Syluius atteſtatur. Spieg.

VADE in poſſeſsionem fundi illius. in Vſibus Feudor. de Conſuetud. recti Feud. in prin.

VADIMONIVM, eſt ſponſio ſtandi in iudicio. Inde Vadari uerbum, pro uadimonio obſtringere. Sunt autem uadimonio obſtricti, qui ob crimina in iudicium uocati, ab iudicibus impetrauerunt, ut aut ſua, aut ſponſorum fide dimittantur, ea lege, ut in certum diem ad iudicium ſiſtãt. Bud. in Annotat. ad l. poſter. de Orig. Iur. Porrò uenire ad uadimonium, obire uadimoniũ, & ſiſtere uadimoniũ, in eadem fermè re dicuntur. Spieg.

VADIMONIVM miſſum facere, eſt uadimonij obligationem remittere. Budæo indicante.

VADO tranſire, pro uadare. in l. ult. ff. de Seru. ruſt. præd. Eſt uadum cuiuſcunque aquæ fundus, per quem uia datur, **ein Furt.** in quo quiſquis conſtiterit, is iam effugit periculum, ne mergatur. Vnde Prouerbium, Res eſt in uado, id eſt, *in tuto*. Nam, ut in profundo periculum conſiſtit, ita in uado ſecuritas. Sp.

VADOSVS amnis, qui frequentia habet uada, quæ tranſiri pedibus poſſunt.

VAFER, quaſi ualde Afer. mira enim ſemper fuit Afrorum calliditas: ut eſt hodie Hiſpanorum.

VAGABVNDVS, crebrò uagans: qualẽ dominum fiduciarius cliens, hoc eſt, uaſallus, ſequi minimè tenetur, magno conſenſu Interpretum Placitor. Feud. Gloſs l. iiij. §. prætor. ff. de Damno infec. Vagabundum intelligit, cui nec certum domicilium, nec conſtans habitatio eſt. Quod & Barto. probat in l. j. C. Vbi de crimin. agi oport. et in l. quiſquis. C. de Agricol. cenſ. & colon. lib. xj. Sp.

VAGARI, pro errare. Vlpianus de Iniur. in l. prætor edixit. quia, qui famoſam actionem intendit, nõ debet uagari cum diſcrimine alienæ exiſtimationis. Sic Cicero uagam & errãtem ſententiam, certæ, ſtabili'que oppoſuit. Sp.

VAGARI ſine cauſa, hoc eſt, inutiliter huc atque illuc ferri, apud Iuriſcons. in l. ſi quis ſit fugitiuus. §. errorem. de Aedilit. edict. Spieg.

VAGA ſententia, cui certa opponitur.

VAGATVS. l. deſertores. §. j. ff. de Re militari.

VAGVS uir, ad militiem non accedat. l. j. C. de Tyron. li. xij. Sic Scholaris uagus, ut ibi commodum refertur, non fiat magiſter. Obſeruauit & Albericus.

VALERE, pro uires habere. Vulgato dicto: Si non ualet iure teſtamenti, ualeat iure codicillorũ. refertur & ad precium. Vnde ualor, & ualitura, pro precio. C. Nem. lic. in compar. ſpec. l. j. lib. x. C. Quę ſit long. conſuet. l. ij. de Liberat. leg. l. iij. Sed euidentiora hæc ſunt, quàm ut hic proferantur exẽpla. Vide Alciat. Sp.

VALERE ut Legem. Cicer. de Legibus iij. Tamen erant in more eorum, qui tum ut Lex ualebat.

VALETVDINARIVS, qui frequenter ægrotat. Martian. de Re milit. Officium, inquit, tribuni eſt, delicta militum ſecundum ſuæ autoritatis modum caſtigare, principiјsque frequẽter intereſſe, querelas commilitonum audire, ualetudinarios inſpicere. Attamẽ in l. ad perſonas. ff. de Iureiur. Valetudinarij ſunt intelligendi, qui graui morbo laborant, nec poſſunt ſine periculo domum egredi. ut elegantem, teſte Oldendorp. diffinitionem ponit Marcellus, in l. quæſitum. ff. de Re iudic. Spieg.

VALETVDINARIVS medicus, qui ualetudine affectos curat: uel potius, qui in ualetudinario miniſterio medici fungit.

Spittal Artzet. Arcad.l.fin.de Iur. immun. Et quibuſdam, ait, aliquam uacationem munerum grauiorum conditio tribuit: ut ſint mēſores, optiones, ualetudinarij medici, caſparij, et artifices, et qui foſſam faciunt, & qui ſequuntur. Sp.

VALETVDINARIVM, locus in quo infirmi curantur: qualem habere ſolent Cœnobitæ.

VALETVDINE impediri. l. ij. §. ſi uerò. ff. Si quis caut.

VALETVDINE perpetua teneri. l. unica. C. Qui morb. ſe excuſ.

VALLIS quæ dicatur, Bart. oſtendit in tractatu Tyberiadis, lib. j. Sp.

VALLVM fidei. l. ſi quanquam. C. de Epiſc. & cler. Eſt propriè caſtrorum munitio. l. deſertores. §. in bello. ff. de Re milit. Per metaphoram pro ſumma totius negocij, & omni momento, præſidioq́ nō ineleganter uſurpatur. ut ab Eraſmo aduerſus Ariſtotelis ſententiam, rectè traditum eſt, in explicatione prouerbij, Prora, & puppis. Sp.

VALOR, pro precio notum. Quomodo ille eliciatur ex re, hoc eſt, ut res æſtimanda ſit, Bart. indicat, in l. ſi ſeruus. ff. Ad Leg. Aquil. Quo uerò modo probetur ualor rei, idem docet in l. precia rerum. ff. Ad Leg. Falcid. Sp.

VALVASORES, uocabulum barbarum in Placitis Feudalib. Ducum, Marchionum, ac Comitum Vaſalli deſignantur. Sunt hij maiores, & minores: & Valuaſini, id eſt, minorum Valuaſorum Vaſalli. Vide Baronē à Tautenberg. Tit. Quis dicat. Dux, et Zaſium parte v. in compēdio Feud. & ſuprà, Marchio. Sp.

VALEAT. Hoc uerbum ad effectum refertur, quum affirmatiuè ponitur. l. uniuerſa. C. de Precib. imp. offer. Sp.

VALVAE, pluraliter tantum, dictæ quòd intus reuoluantur: ſuntq́ portæ, geminas partes habentes. Ab his Feudiſtæ Valuaſores, quorum iam mentio facta, deductos putāt: quaſi ad ualuas ſtantes, quos & Barones Baldus nominat, in c. j. Qui Feud. dar. poſs. Sp.

VANDALI, ueteris Germaniæ populi, omnium ferociſsimi, Honorij principatu in Hiſpaniam penetrarunt, iuxta fluuium Hiſpalim, Beticæ tractum occupant, qui ab ipſis olim Vandalia, ab Hiſpanis uulgò Vandaluſia appellatͬ: teſte Rhenano noſtro, ſub fin. lib. j. Rer. Germanic. de his Iuſtinianus triūphauit, cū Aphricam annis iam centum & quinq́ occupaſſent, iuxta l. j. C. de Offic. Præf. Præt. Aphr. per ducem Belizarium ſuperatis. Vandali autem, ut Althamerus ait, Germanorū ultimi, uerſus Gotthos, & Gepidas, Sarmatis confines fuère, & Vandali fluuij accolæ, qui Viſtola ab autoribus appellatur. Bilibaldus grauis autor, uult Vandalos ex Gothorum ortos eſſe gente: quemadmodum & Sciros, Gepidas, Alanos, ac reliquas Gothicæ nationis populos: inter quos nihil, præter ſolam interfuit nomenclaturam. eiſdem enim inſtitutis, eadm'que utebantur lingua, Germanica nempe. Sed ex omnibus nationibus Gothicis, nulla amplius in Germania ſupereſt, exceptis Sciris: qui & nunc quoque Stirij, uel Stirenſes appellantur: & Turcilingi, qui & Turingi. Spieg.

VANVM dicitur, quod nec poſsibile, nec ueriſimile eſt, autore Donato. Huic Iuſtiniano ſcitè ſuffragatur, in l. unica. C. de Deditit. libert. tollen. Nos, inquiens, qui ueritatem colimus, ea tantummodo uolumus in noſtris eſſe Legibus, quæ re ipſa obtinent. Spieg.

VANVM & pro cancellato habere, apud Scæuolam in l. emptor. ff. de Pact. Sp.

VAPVLA Papyria, ſubaudiendū, Lege. ut ſit, comminantis pœnam Legis Papyriæ. Siſinnius Capito prouerbio dici ſolitum autor eſt, ſi quando uolebant ſignificare, ſe negligere minas aliquorum. Vide Chil. Eraſ. Sp.

VARIARE, & uacillare quis dicatur, explicant doctores, in l. qui falſo, uel uariè. ff. de Teſt. Spieg.

VARIE ex pſonis cauſisq́ cōſtituere. Vide Celſum in l. in fundo. ff. de Rei uind. Sp.

VARIETAS humanorum negociorum non ſinit conſtantem ſemper manere ciuilem ſanctionem. Nouell. de Reſtitut. in princip. Conſtit. xxxix. & de reis qui ingrediunͭ ad expedien. appell. in prin. Conſtit. l. Spieg.

VARI, Valgis contrarij, ſunt pedibus incuruis, & in ſe contractis; cuiuſmodi ſpadones, & caſtratos uidemus. autor Budæus.

VARII dicuntur, qui dolos nectunt. Contra hos, Zaſio teſte, inuentus eſt Tit. de

Dolo

Dolo malo. Cicero laudat Sextilium, quòd in cauſa non fuit uarius. Sp.

VARICOSVS, quem Iulian. de Aedilit. edict. ſanum nõ eſſe dicit. Accurſius ſtultum interpretatur, ſed haud rectè, qui modò huc, modò illuc uadit, & uaricem, tibiarum ægritudinem, non multo rectius exponit. Nam uarices nõ tantum, quamuis potiſsimum in cruribus, ſed etiam in temporibus, uentre, teſtibus, inguine intumeſcunt. Vnde Varicoſus, qui habet huiuſmodi uarices, id eſt, uenas plus æquo intumeſcentes, atq; obtortas. Spieg.

VARVS, Varicus, & Varicoſus eſt, qui crura habet obtorta, pedesq; introrſus fixos. Vlpian. eod. tit. l. item Offilius. Varus, ait, & uaricus an ſanus ſit: & opinor ſanos eſſe. Spieg.

VARIVS color eſt, qui & Verſicolor dicitur Propertio: Et uariam plumæ uerſicoloris auem. Vlpian. quod Alciat. adnotauit, uerſicolorem accipere uidetur, ſimpliciter pro tincto: quaſi in alium colorem uerſum ſit. Sp.

VAS. Lege, Præs eſt.

VASA uinaria, propriè, Paulus ait, de Verbor. ſig. torcularia eſſe placet. Alciat. uaria uaſorum genera hoc loco explanat. Scæuola de Legat. iij. in l. Lucius Titius. §. collegio. exponit Vaſa uinaria, id eſt, cuppæ & dolia quæ in cella defixa ſunt.

VASA concinnatoria. Vide ſuprà, Concinnare.

VASALIGIVM, Italicum uocabulum, idem eſt, quod Homagium Gallicum. Vide Speculat. de Feud. §. ij. uerſ. quid autem, & ſeq.

VASALLVM, uel Fidelem (ut nunc uocamus) olim clientem dicebant, quaſi colentem dominũ, ut ab eo defenderetur, & qui uiciſsim dignitatem domini tutaretur propter beneficium. Ex Old. qui et monuit, Clientelã eſſe obſequiũ ipſum, quod homagium uocant, & ſeruitium pro beneficio præſtandum, ſubſcribens Budæo, cuius uerba in dictione, Cliens, retulimus. Sed & Alciat. ſcribit, Clientum hodie inſtar obtinere, quos barbara uoce Vaſallos uocamus. in l. patroni. de Verb. ſig. Sp.

VASALLVM eſſe, non eſt ſtatus perſonę, ut docet Zaſ. in l. ſunt qui. ff. de Re iudic. Spieg.

VASALLI ambigui dicuntur, de quorũ Feudo controuerſia eſt. Zaſ.

VASARIVM. Alciat. elucidans l. inter domum. eodem tit. exponit eſſe præmium quod reducibus magiſtratibus propter geſtum apud exteros honorem, impenditur. Reperio in Theſauro Steph. Roberti, Vaſarium, ut ueſtiarium, calcearium dici, hoc eſt, uaſorum ſupellectilem. Spieg.

VASORVM appellatio generalis eſt: dicimus enim, uaſa uinaria, & noualia. l. cũ aurum. §. argentum. ff. de Auro & arg. legat. Spieg.

VASCVLARIVS, qui uaſa argentea, & aurea facit. Sunt enim inter artifices uaſcularij, cælatores, inauratores, & bractearij. in l. apud Labeonem. de Præſcript. uerb. Si quum emere argentum uelles, uaſcularius ad te detulerit. Sp.

VASTATIO, à uaſto, quod eſt, quaſi uacuum reddo. in Vſib. Feud. de Pace tenend. §. ult. & in Aut. de Lenonibus. in prin. Spieg.

VATII ſunt, qui pedes extrorſus obtortos habẽt: ijdem, ut arbitratur Bud. qui ualgi, uari, & uatij. meminit Iuriſcons. in §. quæſitum eſt. l. item Offilius, de Aedilit. edict. Spieg.

V B

VBERES prouentus, pro copioſis. Vlp. in l. annonam attentare. ff. de Extraord. crim. Quidam, & maior pars, hodie ſine aſpiratione ſcribit. Sp.

VBERIVS, opponit arctiori. Iabolen. de Verb. ſig. Inter illam, ait, conditionem, cum fari potuerit, & poſtquam fari potuerit, multũ intereſt: nam poſteriorem ſcripturam, uberiorem eſſe conſtat: cum fari potuerit, arctiorem. Sp.

VBI, & cõtinuare, & aduerſari, & pro apud quem, ſumi, Albericus indicat. Sp.

VBI, aduerbium loci, ſignificat, in quo loco. Interrogatiuè aliquando pronunciatur. Relatiuè nonnunquam, & infinitè aliquando. Sp.

VBI, in proprio ſignificato nullam parit conditionẽ, teſte Alberico, qui allegat l. ſi ita ſcriptum. §. fin. ff. de Legat. ij.

VBI inſtrumentum dotale cõſcriptum eſt. l. exigere. ff. de Iudicijs.

VBI primùm, Romanis eſt, quod incontinenti Barbaris.

VBI, pro poſtquam, l. poſtliminiũ. in prin. &§.

& §.j. de Captiu. & poſtlim. indicarunt Interpretes. Alberic.

VEI, pro quando. l. ſi quis in legatione. ff. de Iud. Alberic.

VBI primùm potuit. l. ij. §. confeſtim. ad S. C. Tertul. l. nepos Proculo. de Verb. ſig. Alberic.

VBI tu Caius, ego Caia. Vide ſuprà, Caius.

VBI uoluerit. Hæc locutio uariè recipit tẽperamentum ex antecedentibus, ex ſubſequentibus, ex adiunctis, ex circunſtantijs. ut ex Doct. Reſponſis, uulgus Conſilia uocat, conſtat. Sp.

VBI uoluerit mater, morietur. Hæc uerba Iurecons. interpretatur, in l. quintus. de Ann. legat.

VBICUNQUE æquitas iudicem mouerit, poteſt interrogare. l. ubicunque. ff. de Interrogat. action.

VBICUNQUE eſſent lapidicinæ, ſi excipiantur hæ, præſentes tantum denotant. l. in Lege. ff. de Contrah. empt.

VBIQUE, Generica uox, reſtringitur à ſubiecta materia. l. Lex Cornelia. §. ſi tamen. ff. de Iniur. Sp.

V E

VE, diſiunctiua cõiunctio eſt, id ſignificans quod, aut: geminata elegãter poſtponit negatiuæ. l. j. ad Leg. Iuliam Peculat.

VE, particula, quandoq; priuatiua eſt. Labeo, ut à Iaboleno allegatur. l. malum. §. uiduam. de Verb. ſig. quaſi uecors, ueſanus, qui ſine corde, aut ſine ſanitate eſſet. Vide Gell. lib. v. cap. xij. Regulariter diſiungit, id ſignificans quod aut. congerit exempla Alber. Sp.

VECTES, inquit Bud. baculi ſunt ualidi, per mediam machinam traiecti, quibus manu ductis, machina dum uerſatur, funem ductarium aduoluit. Ab his uectibus Vectiarij dicti ſunt, qui torcularia premunt uectibus. Trotter. Sp.

VECTIGAL eſt, quod pro rebus ciuitati inuectis, uel euectis, publico ſoluitur: Publicum autem uectigal ipſum eſt. Vide Alciat. in Comment. ad l. inter publica. ff. de Verb. ſig. Vectigalium uerò diuerſa erat cõditio. Neq; enim ſemper pecuniariæ ſolutionis, ſed etiam ſi quid alicui ſpecialiter cõcederetur, unde ſentiret publica autoritate lucrum. Sic intelligendus eſt, ut & Oldend. docet, Vlpianus in d. l. inter publica. Spieg.

VECTIGAL duplex, Publicũ, quod accipit Fiſcus: Priuatum, quod quiſq; ſumit ex reditibus & fructibus. Paul. Cæſæ arũdinis, uel pali compendium, ſi in eodem fundo uectigal eſſe conſueuit, ad fructuarium pertinet. Sp.

VECTIGALE, quod tributum pendit. & Vectigales ij, qui tributa perſoluunt.

VECTIGALES fundi. Lege, Fundi uectigales. & Alciat. lib. iij. Diſpunct. Vbi ex Iul. Hygino tradit, qua ratione uectigales agri ciuitatum, locari ſoleret. Porro agri ciuitatum alij uectigales uocantur, alij nõ uectigales uocant, qui in perpetuũ locant, id eſt hac lege, ut quãdiu pro his uectigal pendat, tãdiu neq; ipſis qui cõduxerunt, neq; his qui in locũ eorum ſucceſſerũt, auferre eos liceat. Nõ uectigales ſunt, qui ita colẽdi dant, ut priuati agros noſtros colendos dare ſolemus. autor Paulus l. j. ff. Si ager uectigal. Sp.

VECTIGALIS fundus municipũ, poteſt & ipſis municipib. & alijs etiã legari, ut tradit Vlp. in fi. l. ſi domus. de Leg. j. Sp.

VECTIGALIS pecunia, quæ ex uecturę reditibus prouenit.

VECTIGALIA noua, ſicut nec nouas exactiones, niſi conſulto Imperatore, nullus princeps imponere poteſt. Si quiſquam uerò ſuperiorem neminem agnoſcit, ex cauſa hoc poteſt: dum tamẽ meminerit, ſi ob prodigalitatẽ ſuã pecunia indigeat, uel iuſticiã ſubditis nõ miniſtret, poſſe etiã ſibi tributa denegari, & de facto reſiſti. Lucas à Pẽna. l. j. C. de Superind. li. x.

VECTIONES, Paul. de Fund. inſtr. Sed uidendũ, ait, ne inter inſtrumentũ tabernę & inſtrumentũ cauponię ſit diſcrimẽ: ut tabernę, nõ niſi loci inſtrumenta ſint, ut doliaria uaſa, uectiones, ancones, &c. Rhodiginus, uectiones (inquit) apud Iureconſultos legimus: eas, ſunt qui ueges tes intelligant, ab uehendo nuncupatas.

VECTOR, & is qui in aliena naui, uel equo, uel plauſtro uehit̃ precio, & is qui uehit, dicit̃. l. j. de Exercit. l. ij. de Iactu. l. j. et iij. Naut. caup. ſtab. Valla autor eſt lib. j. in Barpt. Facium, Vectorias naues aut non inueniri, aut inuſitatum eſſe. Sp.

VECTURAM facere apud Iureconſultos dicũtur, qui uecturis uictũ quæritabant. Vide Alex. lib. iij. cap. xiiij.

VEGETARI, pro recreari, ſiue ſanum tueri, apud Imp. Conſtantiũ. l. j. de Cuſtod. reor. Nec uerò, inquit, ſedis intimę tenebras

bras pati debebit incluſus, ſed uſurpata luce uegetari. Sp.

VEL, particula, non diſiungit ſemper, ſed determinat interdum, ut teſte Zaſio in fin. l. ſi familia. ff. de Iuriſdict. iudic. Quomodo ponatur, indicat Alberic. & Bart. in l. ſupra iter. §. officiũ. ff. de Aqua pluu. arc. & in l. generali. C. de Sacroſanct. Eccleſ.

VELA cilicia, dicta quòd ex hircorum uel capellarũ pilis fiebant. Vlpian. de Fund. inſtr. l. quæſitum. Vela autem, inquit, cilicia, inſtrumẽti eſſe Caſsius ait: quę ideo parentur, ne ædificia uento uel pluuia laborent. Spieg.

VELABRVM, locus in quo uela obtendebantur, ſub quibus olearij uenditabant.

VELARIA, dicta uela, quibus theatra teguntur.

VELLE, à non nolle differre uult Vlpianus: quod excutit Valla cap. xij. libr. j. Dialect. diſputat. Sp.

VENAS lapidicinarum & metallorum inquirere. uide Vlpian. in l. ſi cuius. §. proinde. ff. de Vſufructu. Sp.

VENAS tenere, translatè, pro pernoſcere naturam, & ingenium hominis, quod non eſt niſi acutorum, hoc eſt, eorum qui in promptu deguſtant mentes, ſenſusq́ eorum, quibus cum agunt. In quorum claſſe facilè principem obtinere locum obſeruaui illuſtrem uirum Gabr. Com. Ortenburgi, cuius nomen ob eximias eius uirtutes latè inclaruit. Sanè merita eius ignorant, quotquot uel mirantur, uel fortunæ cęcæ, tantam & honorum & fortunarum acceſsionem tribuũt. Mihi certò conſtat, illum obieciſſe ſe mox ab exceſſu Diui Maximiliani mille periculis, dum Principis ſtatum, resq́ concinnat. Qua de re huius loci non eſt, ut plura perſequar. Sp.

VENALES, ſi nihil addas, ſerui nouitij intelligũtur, qui ad uendendum ſunt expoſiti. Ex Theſauro Stephani Roberti. Spieg.

VENALES nouicij. Pomponius l. ſi negocia. ff. Negoc. geſt. ueluti, inquit, uenales nouicios coemendo. Sp.

VENALICIARIAM exercere. Vlp. de Legat. iij. Eum, inquit, qui uenaliciariã exerceat, puto ſuorũ numero nõ facile contineri uelle eiuſmodi mancipia: niſi euidẽs uoluntas fuerit etiam de his ſentientis. Nam quos quis ideo cõparauit, ut illico diſtraheret, mercis magis loco, quàm ſuorum habuiſſe credendum eſt. In fin. l. ſuos autem. Sp.

VENALITII, dicuntur negociatores, à uendẽdo, Plinio, & Ciceroni, & Nonio, præſertim ſeruorũ. Inde ſerui quoq; ipſi Venalitij dicũtur. Et Venalitiũ munus. in l. iubemus uenalitium. C. de proxim. ſacr. ſcrin. lib. xij. quando quis cogitur negociari: quod uiro nobili indignum reputatur. Sed & Venalitiarius, ſeruorum mango dicitur. Caius, de Aedil. edict. l. iuſtiſsimè. Venalitiarij, inquit, ita ſocietatem coeunt, ut quicquid agunt, &c. Vlpian. quoq;. Quia uenalitiarij, ait, ſciunt decurri ad nouitiorum emptorẽ. Aphrican. de Verb. ſig. l. mercis appellatione. Mela mangones, non mercatores, ſed uenalitiarios appellari ait. Nebriſs.

VENALITIVM, corpus ipſum, uel uenditio, uel locus ubi nouitij uenduntur. Venuleius: Nam quicunq;, inquit, ex uenalitio nouitiorum emptus, alicui miniſterio præpoſitus ſit, ſtatim eum è ueteratorum numero eſſe. l. ultima. ff. de Aedil. edict. Spieg.

VENALITIVS, adiectiuũ, uẽditum corpus. Pomp. Iuriſcons. Quòd ſi familiam domeſticam uxoris, aut uenalitiam parauit. Sic Plinius alicubi uenalitios greges, pro uenditis ſeruis uſurpat. Sp.

VENARI, hoc eſt, feras indagare poteſt uſufructuarius. l. Vſufructus. ff. de Vſufruct. Spieg.

VENARI puellas, in Aut. de Lenon. §. j. translatè, pro ineſcare, ſeu captare blandis uel uerbis, uel munuſculis. Sp.

VENATIO, & ipſum uenandi actum, & ipſas feras captas, ſignificat: noſtri fruſtum uocant, de quo in l. uenationem. ff. de Vſu. Sp.

VENATORES & aucupes utrum in urbanis atq; in ruſticis (ſeruis) contineanť, poteſt dubitari. Sed dicendum eſt, Paulo tradẽte, ubi paterfamilias morabatur, & hos alebat, ibi eos numerari. Sp.

VENDICARE liberam perſonam licet adiecta cauſa. l. j. §. j. ff. de Rei uend. Adijcere autẽ cauſam nihil aliud eſt, quàm obiter exponere cauſam inter petendũ, & ius quod nobis in liberas perſonas cõpetit. Spieg.

VENDICARE, uulgò eſt appropriare, hoc eſt, ſibi proprium facere, & aſſumere. Rei mouentis uendicatio quomodo fiebat olim, Alciat. in l. pecuniæ uerbum. de Verb. ſig. oſtendit. Sp.

VENDICARE etiam dicitur, qui retinet. l. Seius. ad Trebeli.

VENDICATIO rei ſingularis, id eſt, in rē actio, quę & deſignãda eſt, & utrũ tota, an pars, & quota petatur, expreſsim dicẽdum eſt. ut l. ſi in rem. ff. de Rei uendic. Vide Placent. tit. iiij. lib. j. Sp.

VENDAX, qui facile uẽdit. Notum illud Catonis, Patremfamilias uendacem, & non emacem eſſe oportet. Sp.

VENDERE, cum effectu accipi debet. §. uenditæ. Inſtit. de Rer. diuiſ. Siquidem ſine traditione, uenditio omnino perfecta non eſt. Et Vendere damnatus intelligitur iuſto precio. Sp.

VENDIBILE, & quod facile uendi poteſt, & quod uulgare, uulgo'que gratum eſt.

VENDITIONIS uerbum, complectitur omnem alienationem. Itaq; ſi cui ne uendat quid, prohibitum eſt, is nec donare, nec permutare poterit. l. ſtatuliberi. §. fin. ff. de Statulib. Bart. in l. ſancimus. C. de Reb. eccl. non alien.

VENDITARE ſeſe alicui, eſt per aſſentationẽ operam ſuam ultro ſpondere, quaſiq; uenalem oſtentare. Budæus.

VENDIDIT ac tradidit talẽ rem. De his uerbis (quæ in inſtrumentis ſępe occurrunt, uſu magis formularum, quas notarij ad uerba ſolẽt deſcribere, quàm quòd uerè factum ſit) iure Bartol. in l. prædia. ff. de Acquir. poſſeſs. Sp.

VENDITIO in aſſem, apud Modeſt. in l. Titius. Quib. mod. pig. uel hypoth. intelligitur, ut Alciat. ſentit, cum quis tanti rem pignorauerit, quanti uendi poterat, cap. xxxiij. lib. ij. Parerg. Sp.

VENDITIO Fiduciaria. Lege, Fiduciaria.

VENDITIO perfecta dicitur, quam ſecuta eſt traditio. §. uenditæ. Inſtit. de Rer. diuiſ. proin, ut pro non facta cenſeatur, ab ea recedi poteſt nudo cõſenſu. l. ab emptione. ff. de Pact. l. j. ff. de Peric. et commod. rei uend. Sp.

VENDITOR, quandoq; ponitur pro emptore: & uiceuerſa. l. ueteres. C. de Actionib. empt. Vt uendito, pro empto. l. ſed hoc nomine. ff. de Euict. Alberic. annotat ſecutus Accurſiũ, qui putabat quod olim doctiſsimi legiſlatores cõfuderint ſignificationem Emptoris & Vẽditoris: quod meliore teſte Dn. Old. nõ eſt uerũ, quem audi in claſſe iiij. Action. j. Sp.

VENEFICVS, uenenarius & maleficus eſt. Calliſtr. de Pœnis. l. capitalium. Venenarij, inquit, capite puniendi ſunt. Nebriſs. Venenarios hoc loco legit Accurſ. quod Bapt. Pius in poſterior. Annotat. probat, cap. x. Mea quidem, inquiens, ſententia, doctiſsime Accurſius uenenarios exponit eos, qui planetas colunt. Spieg.

VENENI uox media eſt, & in bonam partem accipi poteſt. Vide l. quod ſępe. de Cõtrah. empt. Bart. in l. iij. ff. de Sicar. & Alc. in l. qui uenenum. de Verb. ſig. Sp.

VENERANDA domus, pro ſacra æde. Aut. Conſtit. Quæ ex aſſcript.

VENERANDAE Leges l. j. C. de Bon. quæ liberis.

VENERANDA reſpublica. l. quod reip. ff. de Iniur.

VENERARI oportet patrem & matrem. l. j. ff. de Obſeq. pat. præſt.

VENERANDA ſenectus, cultu & ueneratione digna. l. ſemper. ff. de Iur. immũ. Spieg.

VENIA ætatis, beneficium, indulgentia, permiſsio. C. de His qui uen. ætat. impetr. per tot. Hæc aufert aliud beneficiũ, nempe Reſtitutionis in integrum. per Bart. ibid. Venia tamen in actione edicti de In ius uoc. non eſt intelligenda generalis ille permiſſus magiſtratus, cum poſtulanti iuſticiã, decernit citationem, ut aduerſarius in ius uocetur. Nam uenia eſt ſolenniter impetranda aduerſus perſonas reuerendas: hoc eſt, primùm deſignanda eſt qualitas perſonæ, quæ'nam reuerentia illi debeatur. Deinde ſumma controuerſiæ eſt exponenda, quare uelit talem perſonam conuenire in iudicio. Tum ſi iudex cauſa ſummatim cognita, permittat reum uocari in ius: dicitur impetrata uenia id fieri: & in Actis deſcribendum eſt, teſte Oldend. Sp.

VENIAM in ante actum dare, apud Vlp. in l. j. ff. de Fugit.

VENIRE, pro portari, deferri, noſtris familiare eſt. Sic per Metonymiã uenire commeatus, qui afferantur, dicimus. Vide Quintil. lib. vj. cap. vj. Spieg.

VENIRE in crimen, pro accuſari.

VENIRE diem, diſtat à cedere diem. ut ſupra indicaui in uerbo, Diem actionis cedere. Spieg.

VENIRE ad iudicium, ut in l. ſi eum iudicio. in fin. ff. Si quis caut. Item ſecum poteſtatem agendi facere, ut in l. Etſi poſt tres. ff. eod. tit. Item Ire in ius. Vel ſicut nunc loquimur, comparere in iudicio: Stare iuri, & cætera id genus, ad reum referuntur. Sed exhibere reum. d. l. ſi eum iudicio. in prin. Item ſiſtere reum ad fideiuſſorem pertinent. Vtrunque autem amplectit Cautio iudicio ſiſti, ſiue quis pro ſe, ſiue pro alio promittat. Cuius oppoſitum eſt, promiſsionē deſerere. Nos nūc dicimus, Cautionē de ſtando iuri. Quæ omnia, ut Old. monuit, incautum fallere poſſent, ſicut Accurſius errauit. Sp.

VENIT in mentem, & pro ſuccurrit, quod notum eſt, & fortè pro cui eſt, uel fert animus, accipi poſſe uidetur apud Marcellum. in l. maximeque. de Adminiſtr. tut. ubi dicit: Nam periniquum eſt, eum fortè, cui poſt uiceſimum annum, uel amplius, in mentem uenit, tutelam repoſcere. Spieg.

VENISSE, pro perueniſſe, apud Pomponium de Verb. ſig. Sp.

VENTO uiuere, dicuntur prouerbio uulgatiſsimo, qui nullo uiuunt impendio. Hoc uſus eſt Alex. Imp. ad fin. l. poſter. C. de Alim. pup. præſt. Sp.

VENTOSVM, & plenum uento ſignificat, & inane. Vlpian. ad Leg. Aquil. Siquidem die uentoſo id fecit, culpæ reus eſt. Nam & qui occaſionem damni præſtat, damnum feciſſe uidetur. l. qui occidit. §. pen. Spieg.

VENTREM facere. Alfenus, ſi quando, ait, inter ædes binas paries eſſet, qui ita uentrem faceret, ut in uicini domo ſemipedē, aut amplius procūberet: agi oportet ius non eſſe, illū parietē ita proiectū in ſuum eſſe, inuito ſe. Si ſeruit. uind. Sp.

VENTREM ferre, id eſt, pregnans eſſe poteſt mulier totos decem menſes, & duos dies, per Gloſs. not. in Nouell. Cōſtit. de Reſtitut. §. mulier. & in l. inteſtato. §. fin. ff. de Suis & legit. hered. Sp.

VENTREM mittere in poſſeſsionē hereditatis, id eſt, mulierē prægnantē, que heredem ſe parituram adſerit. l. j. in prin. de Vent. in poſſeſs. mitten. Sp.

VERBA, id eſt, uocabula abſolutè poſita, propriè, & nō abuſiuè accipi debēt. per l. ea lege. ff. de Teſtam. l. nō aliter. de Leg. iij. l. nepos Proculo. de Verb. ſig. niſi nō ita uoluiſſe autorē præſumamus. tunc enim ex coniectura reſtringuntur: quę aſſumūtur modò ex re, modò ex perſona, amicitia, item affinitate, odio, paupertate, tum ex negocij qualitate. ut eleganter & latè indicat Alc. in prin. Comment. de Verb. ſig. Sp.

VERBA, ſunt notæ paſsionū animi & uoluntatis. l. Labeo. de Supell. leg. l. Ille aut ille. §. cum uerbis. l. non aliter. ff. de Leg. iij. Bart. in l. contra Legem. ff. de Legib. cum ſimil. Sp.

VERBA cum effectu ſunt accipienda, Vlpian. ait in l. pen. ff. Ne quis eum qui in ius uoc. Sp.

VERBA geminata & repetita, uoluntatem enixam & conſtantem indicant. Baldus in l. fructus. C. de Act. empt. cum multis ſimil. per pleroſque omnes Doct. ex Zaſ. Sp.

VERBA generatim concepta, ad illa quæ poſtmodū de nouo recenter emergunt, non ſunt porrigenda. l. qui cum tutorib. in fin. ff. de Tranſact. Idque obtinet, etiā ſi illa generalis forma uerborū iureiurādo eſſet roborata. Baro Tautenbergius citat in Viridario. c. cū inter. P. & ibi Gloſ. & Doct. de Renunc. Sp.

VERBA merè ęquiuoca, ſi per cōmunem uſum loquēdi in intellectu certo ſumuntur, talis intellectus præferēdus eſt. Hoc Felini dictum ceu elegans, citat Zaſius noſter lib. j. Reſponſ. Sp.

VERBA indifferenti materia per prius, nō per poſterius intelligenda ſunt. Gloſs. in l. de unoquoque. ff. de Re iudic. Bald. l. j. C. de Succeſs. edict. Sp.

VERBA quantumuis generalia, ad aptitudinem reſtringuntur, etiamſi nullā aliam paterentur reſtrictionem. per text. in l. ut gradatim. §. j. ff. de Mun. & hon. & Gloſ. ab omnibus Zaſio atteſtante, approbatam, in l. qui autem. §. fin. ff. de Conſtit. pec. & l. ſed ſi compromiſſum. ff. de Arbitr. Spieg.

VERBA nihil operari melius eſt, quàm abſurdè. Dictū eſt Bald. l. terminato. ad fin. C. de Fruct. & lit. expenſ. fac. Sp.

VERBA non tam intuenda, quàm cauſa et natura rei, ut mens cōtrahentium ex eis

potius, quàm ex uerbis appareat. Baldus citat l. ſi in uenditione. ff. Comm. præd. Adde l. capitalium. §. diuus. ff. de Pœn. cum ſimil. Sp.

VERBA offendi poſſunt, imò ab eis recedere licet, ut uerba ad ſanum intellectũ reducantur. Gloſ. in l. actorum. ff. de Re iud. & in l. non dubium. C. de Legibus. Hanc doctrinam poſt Bartol. teſte Zaſio, Bald. eleganter tractat in iam allegata l. Vide item Dinum. c. fin. de Reg. iur. lib. vj. Spieg.

VERBA quæ aliquid operari poſſunt, non debent eſſe ſuperflua. l. ſi ſtipulatus. ff. de Vſur. l. ſi quando. de Legat. j. Sp.

VERBA quæ per ſe clara ſunt, de eis diſceptandum non eſt. Vide ſuprà, Verba clara & manifeſta.

VERBA ſecundum materiam ſubiectam intelligi, nemo eſt qui neſciat. l. dãni infecti quidem. ff. de Dam. infect. Bald. l. ij. C. Cõmod. & idem Rub. ix. q. C. de Contrahen. empt. cum ſimil. Sp.

VERBA ſimpliciter poſita debent intelligi in potiori & pleno ſignificato. l. j. §. j. ff. Si ager uectigal. Nam non eſt audiendus, monitore Zaſio, nec ferẽdus aliquo modo, qui uerbum ſimpliciter poſitum, à toto ad certam qualitatem reſtringit, arctat, & perputat. Sp.

VERBA ſtrictæ ſignificationis ad latam extendi poſſunt, ſi ſubſit ratio. Vide poſt Gloſs. Angel. in Aut. Vt hi qui oblig. poſt princ. in uerbo, Ad curationem. Sp.

VERBO tenus, quod intra uerba manet, nullo ſequente effectu accipimus. per l. j. ff. Quod quiſq; iuris. Sp.

VERBA abſolutè poſita intelligũtur cum limitatione: ut cum dicitur, à ſemetipſo inutiliter legari, hoc non eſt uerũ abſolutè. ſed tunc uerum eſt, poſtquam adita eſt hæreditas, ut ſcitè declarat Zaſ. in l. qui filiabus. ff. de Leg. j. Sp.

VERBA abuſiua, regulariter apud Iuriſcõſultos nõ recipi. Vide, Abuſionis nomẽ.

VERBA clara & manifeſta qui interpretari uelit, ferendus non eſt. Iaſon poſt doct. in l. quicquid aſtringendę. ff. de Verbor. oblig. citat commodum text. in l. ille aut ille. §. cum in uerbis. de Legat. iij. l. nõ aliter. ff. eod. l. ſi mihi & Titio. §. fin. l. continuus. §. cum. ff. de Verborum obligat. Spieg.

VERBA ciuilia. Hęc licet falſo cẽſuit Bart. eſſe uerbum, Inſtituo, uel hæres eſto, tanquam hæc non iuris gentium, ſed ciuilis uerba ſint. Itaq; Alciati uerior ſententia amplectenda, arbitrantis uerba dici ſimpliciter uerba quibus pupillaris ſubſtitutio confici poteſt. Siquidem Vulgaris dicta eſt, quòd uulgò omnibus competat: at Pupillaris, non niſi ciuibus Romanis, qui filios in poteſtate habeant: quod ius patriæ poteſtatis proprium ciuium eſt: & id quidem moribus ciuitatis inductũ eſt: id eſt, iure non ſcripto, ſed prudentũ interpretatione, ideóque propriè ciuili: quod Pomponius docuit l. ij. §. ijs legib. de Orig. iur. Vnde meritò Papinianus uerba ciuilia ea omnia appellauit, quib. hęc ſubſtitutio eſt inducta: In tractatu ff. de Vulg. & pupill. uerbis ciuilibus inquiens, ſubſtitutionem poſt quartumdecimum annum ætatis, fruſtra fieri conuenit. Cetera apud Alciat. cap. j. decimi libri Parerg. Sp.

VERBA obſcurè prolata, eo ſunt intelligenda ſenſu, quem ſolent rectè intelligẽtibus generare. c. ex literis. j. de Spõſ. & matrim. Vide Baronem à Tautenber. Tomo j. Viridarij Concluſ. Iuriſdic. Sp.

VERBA ordinationis quando uerificari poſſunt in ſua uera ſignificatione, trahi ad extraneum intellectum non debent. l. non aliter. ff. de Leg. iij. l. Nepos Proculo. ff. de Verb. ſig. l. j. §. ſi is qui. ff. de Exercitat. act. arg. in l. filio quem pater. ff. de Lib. & poſthum. Sp.

VERBA plenitudinis, poteſtatis, & certæ ſcientiæ, exprimi in priuilegio opus non eſt, ſi adſunt, æquiualentia. Vide Bald. in l. lapilli. ff. de Rer. diuiſ. & Felin. poſt Abb. in c. nonnulli. de Reſcript. Sp.

VERBA, quibus ſubſtitutiones cõcipiuntur, aliqua directa, aliqua obliqua, aliqua communia nominantur. Directa ſunt, per quæ ſubſtitutus directò, & per ſe, non per mediam perſonam ad hæreditatẽ peruenire poteſt. eiuſmodi ſunt indubitatè, ut Zaſius ait, Hæres eſto. Item uerbum, Dominus eſto. Item, Hęredem inſtituo, non quidem de ſui natura, ſed additum qualitati hæreditariæ, ut Hæredem inſtituo, qui & Polito ſubſcribens, non recipit diſtinctionẽ Bartoli, de uerbis ciuiliter & directò directis, utpote commenticiam. Obliqua, cum teſtator iubet, rogat, mandat, iniungit hæredi, ut reſti-

reſtituantur bona Titio. Vnde uerbum reſtitui, uerè obliquum eſt: ſicut & alia uerba diſtribuendi. ut cum teſtator dicit: Bona mea diſtribuantur, reddantur, diuidantur, partiantur, & ſimilia quæ per diſcurſum iuris inueniri poſſunt: & maximè iſta uerba, Rogo, uolo, mando: quibus uerbis fideicommiſſaria ſubſtitutio conficitur, quam & precariam nominat Iuriſconſult. in l. quærebatur. iij. Reſp. ff. de Teſtam. milit. Communia, quæ utrique ſignificationi conueniunt, hoc eſt, quæ eſſe directa aliquando, poſſunt eſſe & obliqua. Nam ſi uniuerſitati bonorum adijciātur, directa ſunt: ſi rem certam reſpiciant, obliqua. iuxta doctrinam Baldi. tametſi eam Zaſius noſter, cùm pro acumine ingenij, tum pro ſenſu reſponſorum, à priſcis Iuriſconſultis proditorum rectè excuſſo, demonſtrat, non eſſe perfectam. Bartol. complura numerat uerba communia, in notiſsima l. Centurio. de Vulg. Quanquam & alia adnumerantur inter Communia: Videlicet, pertineat, remaneat, redeat, reuertatur, deuoluatur, deferatur, habeat, conſequatur. Item uerbum, deputo, relinquo, competat, maneat, & multa id genus, quæ apud utriuſque iuris Interpretes annotare licet, inter quos ſuper uerbo Succedat, nondum conuenit. De uerbo Lego, conſtat: quod, quamuis ex latiſsima ſignificatione etiam ad hæreditatem poſsit accommodari, arg. l. uerbis legis. ff. de Verborum ſignificat. eſt tamen hodie coanguſtatum ad res ſingulares legatas. per iam dictam l. in fin. Sp.

VERBA teſtamenti, faciant, diſponant libere, cauſam dominij habēt. Aut. de Reſtitutionib. §. Si uerò. ibi, & licentiam habere, & c. Spieg.

VERBA teſtamenti generalia, generaliter ſunt intelligenda. l. j. §. generaliter. de Leg. præſt cum uulg.

VERBI gratia, & uerbi cauſa, quod & exempli gratia dicitur, in eandem ſignificationem. in fin. §. pen. l. uerum. ff. de Minor. l. ij. ff. Locati. l. ij. Vt dignit. ord. ſeru. C. libro xij. ad Leg. Rhod. de Iact. l. nauis. §. fin. Inſtit. de Except. in prin. ff. de Supel. leg. l. Labeo. & de Peric. & com. rei uend. l. ſi per emptorem. Sp.

VERBOSVM, hoc eſt, loquacem, Accurſius in l. & ea cauſa. in prin. ff. de Poſtul. rectè exiſtimat, hominem plus æquo uerboſum, prohibendum eſſe pro alio poſtulare. Imperator quoq; uerboſas aſſertiones deteſtatur, in l. ampliorem. §. in refutatorijs. C. de Appellat. Caius in l. j. de Origine dixit, uerboſos commentarios pro prolixis, ac uerbis abundantibus: ut Satyricus, Verboſa et grādis epiſtola uenit À Capreis. quib. uerbis, Eraſmo exponente, ſignificatur prolixum diploma: qualia principes de magnis rebus ſolent mittere. Et M. Tullius cum ait: Habes epiſtolam uerboſiorē fortaſſe quàm uelles. Verboſiorem dixit longiorem. ſequit̄ enim: Quod tibi ita uideri putabo, niſi mihi longiorem miſeris

VERBVM, à ueritate deducit Varro: quòd uerum nos loqui oporteat. Vide Bart. in l. Gallus. §. item credendum. ff. de Liberis & poſthum. Sp.

VERBVM. Lege, Rem. Item, uerbum pro clauſula, apud Paulum Rem rat. hab. l. amplius non petitum eſſe.

VERBVM DEI. Oldend. in Reſtaurat. Politiæ, In ciuitate, & ubiuis locorum, inquit, neceſſariò requiritur in primis uerbum Dei: deinde magiſtratus, qui adminiſtret Rempublicam. Id quod gentes quoque, quamuis CHRISTVM Seruatorem noſtrum ignorarent, lumine tamen naturali aliquo modo cognouerūt. Ideo'que intra exempla iuris publici referuntur ſacerdotes & magiſtratus in l. j. §. j. ff. de Inſtit. & Iur. Sp.

VERBERO. Imp. Cōſtantinus. C. de Mulierib. quę ſe propr. ſeruis iunx. Si qua, inquit, cum ſeruo ſuo occultè rem habere detegitur, capitali ſententia ſubiugetur, tradendo ignib. uerberone.

VERBERARE. Lege, Pulſare.

VERE, aduerbium, quod dicitur in rei ueritate

VERENDA, neut. gen. plur. num. dicuntur corporis partes, quæ non niſi cum uerecūdia nominantur. Lege epiſt. Plinij xiiij. qua exemplo Macedonis monet, non debere dominos erga ſeruos truces eſſe. Spieg.

VERECVNDIA, & pudorem recti & honeſti, & modeſtiam ſignificat. Vide Vlpian. in eleganti l. iiij. de Alien. iudic. mut. Spieg.

VERISIMILE, idem quod ſimile uero.

VERISIMILE non eſt, quod eſt à uero

 diſsimile,

diſſimile, ut dicit Bald. in l. ea quidem. C. de Accuſat. Vnde quod non eſt ueriſimile, non debet attendi: quia non ueriſimilia falſitatis habẽt imaginẽ, ut idẽ Bald. dicit in l. j. C. de Furt. & ſeru. corr. Sp.

VERITAS eſt, per quam immutata ea quæ ſunt, aut fuerunt, aut futura ſunt, dicunt̃. autor Cicero de Inuent. Io. Lud. Viues libr. ij. de Anima ſcribit, nullas duas res tam eſſe inter ſe amicas & cõcordes, quàm uirtutem & ueritatem: nempe germanas à Deo genitas, & humanis mentibus ſicut utiliſsimas, ita etiam integris iucũdiſsimas. Verſatur autẽ ueritas primò circa artes & doctrinas. Secũdò circa pacta & contractus, iudicia, teſtimonia. Tertiò erga alios: uidelicet eſſe candidũ, non ſtruere inſidias, ingenuè dicere cum opus eſt quod ſentiat. Rectè igitur definit eam Philippus lib. ij. Philoſ. Moral. eſſe habitũ uolũtatis, uidelicet amorem ueritatis & ſimplicitatis in omnibus dictis & factis, in omni conſuetudine uitę: & odium acre ſimulationis, fucorum, ſophiſtices, calumniarum, ſtropharum, & quicquid eſt huiuſmodi artificiorum. In ſumma, Veritas eſt ſermonis integritas. & uera ratio accipienda eſt, cui ſemper locum fore, adſerit Iuriſcõſultus. l. fin. de Probat. Spieg.

VERIVS puto, pro æquius & iuſtius. interdum uſurpatur à Iuriſcoss. ut apud Vlp. l. ij. de Fundo dot. & alijs locis. Hoc etiam Budæus monuit. Sp.

VERONA, ciuitas Venetiæ, à Brenno duce, Brenona primò, deinde mutatis literis, Verona dicta eſt. ut Iuſtinus refert lib. xx. Alberic. neſcio quæ ſecutus Chronica, Veroniam dicẽdam tradidit, quod ut ait, conſecrata fuit (fortè conſtructa legendum) à Romanis expulſis cõtra Romam. & ibi ſunt multa ædificia ſimilia Romæ, ſcilicet Arena, & alia.

VERNA, ſeruus domi noſtræ natus ex ancilla noſtra, aut ſeruo. l. ſeruus. §. fin. de Leg. iij. l. cum ſuper uernis. C. de Rei uend. Paul. in l. ſeruis urbanis. Si uernæ alij, ait, alij curſores legati ſint: ſi quidam & curſores & uernę ſint, curſoribus cedent. Spieg.

VERNACTVM, quod uere aratũ eſt. Dictum à temporis argumento. Interdum pro eodem accipiuntur, uernactum, & nouale. Budæus tamen Noualem tum dici ſentit, & Nouale, cum àger poſt meſſem totus quieſcit: tum autem Vernactum, cum uere terra procißa eſt. Græcè νέατος, & νέος, & νέωμα. Latinè etiam interdum Seges dicitur, cum iterata & exculta eſt ad ſementem. Sp.

VERNACVLVM, omne quod domino ſtræ naſcitur, uel in noſtra patria. ut, uernaculum uinum, aurum. Vnde uernacula lingua dicitur, uel ſeruilis, uel plebeia, qua tanquam communi ac naturali, omnes uulgò loquuntur. Linguam maternam hodie uocamus. Sp.

VERO, diſcretiua coniunctio, uarijs modis ſumitur, ut Alberic. oſtendit. Iuncta pronomini EGO, non tam diſcretionẽ interim ſignificat, quàm (ut Hermolao placet) confirmationẽ, pro quinetiã, uel etiam. Cætera require à Steph. Rob. Sp.

VERO uerius, prouerbiali tropo dicimus, quod prorſus indubitattum haberi uolumus. Vlp. haud diſsimili forma dixit, Certo certius. quanquam nihil prohibet aliud alio certius eſſe. l. teſtamento datos tutores. ij. de Teſtam. tut. Sp.

VERSARI malè in tutela, pro non rectè fungi munere tutorio. l. iij. §. j. ff. de Offi. præf. Vrbi. Spieg.

VERSARI in munere ſuo, ſuo munere fungi. Eſt autem uerſari, in aliqua re aſsiduum eſſe. l. iij. §. j. ff. de Offic. Præfect. Vrb. Spieg.

VERSAVICE. l. j. ff. de Lib. cauſ. tum alijs locis, pro uiciſsim, uice uerſa, ſeparatim his duobus uerbis poſitis. Sp.

VERSICOLORES, Vlpianus l. ſi cui. §. j. de Leg. iij. appellat lanas, quæ natiuũ colorem mutarũt, ſiue purpura, ſiue cocco, ſiue alio colore infectæ ſint. ut etiam in dictione, Varius color, relatũ eſt. Valla ex uarijs autoribus oſtendit, uerſicolorem aliquam rem dici, quę uariorum colorum ſit. Sed Vlpiani locum à Valla non intellectum, Alciatus non temerè contendit. Spieg.

VERSICVLVS, Interpretes nonnunquam hoc nomine citãt è Pandectis uerba Iurecoss. nec abſurde. Nam uerſus, & uerſiculus, quamuis uulgò habẽtur pro metris, tamen etiam quiſcunq; tractus literarum, uulgò linea, dici poteſt uerſus, autoritate Ciceronis in prima Epiſt. v. lib. ad Atticum, tum alibi. Spieg.

VERSVRAM facere, honeſta locutio, pro eo quod

eo quod nunc dicunt, pecuniam ad intereſſe mutuari, quod frugi homines facere non ſolent. ut ait Bud. Vide infrà, Verſuram ſubire. Sp.

VERSVRAM facit debitor, cum pecuniã mutuò accipit, & per eam pecuniam dimittit priores creditores inſolutos. Zaſ. in §. item ſi quis. Inſtit. de Act.

VERSVM in rem accipimus, ſiue directò, ſiue per obliquum, ſiue in turpem, ſiue inhoneſtam cauſam erogetur: accedente tamen domini uoluntate. l. j. ff. de In rem uerſo. Spieg.

VERSVM, niſi duret, non dicitur. l. ſi uerò pro patre. §. ſed ſi non ſint. uerſic. uerſum autẽ. ff. de In rem uerſo. Verſum uerò accipimus ſiue directò, ſiue per obliquum, ſiue in turpem, ſiue honeſtam cauſam. l. j. eodem. Non autem quod ob debitum eſt acceptum. l. ſeruus tuus. ff. de Dolo. Spieg.

VERTISSE in proprios uſus, quis intelligatur, uide in l. tutor qui repertorium. §. pecuniæ. ff. de Adminiſtr. tut.

VERTERE in rem ſuam. Vlpianus in l. j. ad Leg. Iul. Pecul. Lege Iulia peculatus cauetur, ne quis ex pecunia publica, ſacra, religioſa, auferat, ne'ue intercipiat, ne'ue in rem ſuam uertat. Sp.

VERTON, uel Ferton, uocabulum ferax ac frequens Epiſcopalium ore: cum tamen uix unus nouit, quid ſit: ſed habent ipſi, ait Volzius, in Decr. Pont. xij. q. ij. plurib. capitib. quod quatuor in partes res Eccleſiaſticæ diuidundæ ſunt: quarum quarta cedat Epiſcopo. Hanc hodiè que Sacrificuli redimunt aliquot nummis, uocantq́ue uertonem. Quanquam uidentur tantum ſua redimere, quæ uel officio, uel hæreditate ſunt adepti: cum interim res Eccleſiæ indignè corripiantur. Verton autem, uel Verding, eſt uetus Germanorum uocabulum, quod nunc Viertheyl, uel Vierzal nominatur. Ita ſubinde legitur in uetuſtis libris Germana lingua ſcriptis, Ein Verton / oder Verding wachß.

VERVM eſt, quod eſt, diuus ait Auguſt.

VERVM, pro ſed, mutat ius & factum. l. j. C. Qui & adu. quos in int. reſt. per l. j. §. ex his apparet. ff. de Lib. Agn. Alb. Verum et Falſum contraria. l. ſi quis legatũ. ff. Ad Leg. Corn. de Falſis. Cicer. in Academ. Intereſſe oportet, ut inter rectum & prauũ. Schlecht vnd Krum. Sic inter uerum & falſum. Aliquando uerum non eſt nomen, ſed aduerbium confirmantis, teſte Donato in Adelph. Sp.

VERVS, pro æquo & iuſto, nõ tantũ Cicero, ſed etiã Iuriſcoss. uſurpãt. l. omnes. de In integ. reſtit. l. ſi fideiuſ. in fin. de Leg. iij. Inſtit. Ex quib. cauſ. maior. non lic. §. ſemel. Spieg.

VERVS procurator quis dicatur, uide l. uerò. ff. de Solut.

VESICA uitioſa. l. quęritur de ſterili. ff. de Aedil. edict. Caper proferri cenſet per n. Venſica, quòd non ſit ſine uento. Sp.

VESPERTILIONES uidentur appellati, qui grauati ære alieno, luce domi ſe cõtinent, ne à creditoribus appellentur, noctu prodeunt. Vlp. de Euict. l. Si ita quis ſtipulanti ſpondeat, ſanum eſſe, furem non eſſe, ueſpertilionem non eſſe, & c. Qnanquam hoc loco quidam, pro ueſpertilione, legunt, ueſpillonẽ, aut uerſipellẽ. Sed Alciat. priorẽ lectionem agnoſcere uidetur: qui putat ueſpertilionẽ dictum, qui, ut modò dictũ eſt, metu creditorum interdiu latitat, noctu prodit. Nam hoc animal ſemimus hinc dictum, quòd ueſperi uolet, indicat Non. Marc. Spieg.

VESPILLO, qui ueſpertino tẽpore defunctos effert pauperes, ſine pompa funebri. Martian. de Solu. l. qui decẽ. Num ergo & ſi ueſpillonẽ, aut aliàs turpẽ dederit hominem? Vlp. ad S. C. Treb. l. ſed ſciendum. Vel nomen quidem ueſpillonis teſtatoris ferre. Neb.

VESTEM, quæ eius cauſa empta, parata eſt. Iabolenus declarat in l. qui concubinam. in prin. de Legat. iij. Sp.

VESTEM quæ mea erit. Hunc ſermonem in mortis tempus collatum, ſine dubio pro conditione accipiendum eſſe, Pomponius putat. l. nuper. ff. de Leg. iij. Sp.

VESTIARIVM, locus ubi ueſtes reponũtur. Scæuola de Ann. leg. l. annua. Ac per hoc, inquit, neq́ue ueſtiaria, neq́ue cibaria his debeantur. Iabolen. Solut matr. l. in his. Seruius, ait, uxoris uir, nũmos in ueſtiarium dederat. Veſtiarij nomine aliquãdo ueſtitus intelligitur. Seneca: Dominus debet ſeruo ueſtiarium. Cato ueſtiariam arcam uocat, in qua ueſtes conſeruantur. Spieg.

VESTIBVLVM, quod Gręci πρόθυρον uocant,

cant, tametſi extra ianuam domus ſit, ædibus tamẽ adſcribi, & ceu earum membrum exiſtimari. Alciatus l. fin. de Verb. ſig. Quid ſentiat Bartol. uide in l. inter quos. ff. de Dam. infec.

VESTIBVLVM, pro aditu ſepulchri, apud Vlp. Vide Schol. in xij. Tab. Sp.

VESTICEPS, pueri iam pubes, inueſti, hoc eſt, imberbi contrarius.

VESTIGATORES. Vlp. in l. quæſitum. de Fund. inſt. Si in agro uenationes ſint, puto uenatores quoq;, & ueſtigatores, & canes, &c. Autor eſt Varro de Ling. Lat. Veſtigatorem, hoc eſt, uenatorem, à ueſtigijs ferarum dictum. Sp.

VESTIGIVM, tranlatè indicium eſt. l. quidam. §. j. C. de Neceſs. ſer. l. ubi. C. de Falſ.

VESTIMENTVM, idem quod ueſtis. Vnde Vlpianus de Aur. & arg. leg. ueſtis inquit, an ueſtimenta legentur, nihil refert. Et illo ipſo autore, ueſtimenti, id eſt, quod detextum eſt, & ſi deſertum nõ eſt. Quod in tela eſt, nondum detextum, Contextum appellatur. Sic Haloander. Vulgata lectio quia deprauata, tam perſpicui ſenſus non eſt. Actor petendo ueſtimentum, & numerum & colorem dicere debet: ueruntamen ad nimis curioſam rerum demonſtrationem non aſtringitur. quia id inhumanum eſſet: utpote attrita'ne ſit, an noua ueſtis. Sp.

VESTIMENTA Ianthina, etiamnũ ſunt uiolacea purpura infecta. ἴον enim Latini uiolam dicunt. Vide Plinium lib. xxj. & Bayf. cap. ij. de Re ueſtiaria. Sp.

VESTIS, generaliter dicitur. ut ſtragula forenſis, muliebris. Veſtimentum pars aliqua. ut pallium, tunica, uel penula. Alciat. de Verb. ſig. Vide, Præcingimus.

VESTIS militaris, qua iuxta Specul. indui debẽt milites Mẽſib. April. & Septemb. In Tit. de Proc. §. j. uerſ. item quod eſt miles. Qua de re diſſerit & Bart. in l. j. C. de Milit. ueſte. lib. xij.

VESTISPICA. Paul. ad fin. l. cum de lanionis. ff. de Inſtr. Cum in diem mortis inquit, ibi libros & uitreamina, & ueſtiſpicam habuerat. Nonius è Plautina Trinummo citans locum, ueſtiſpici inquit, appellãtur cuſtodes ueſtium ſerui, quòd frequẽti diligẽtia ueſtes inſpiciãt. Aldus pro hac uoce legit, ueſtiplici: & uulgati codices habent, ſed corruptè, ueſticulam. Interpretes Plauti Nonianam comprobant lectionem, & Norica editio. Spieg.

VESTITVS Chriſtianorum, cuiuſmodi olim. Vide, Palla.

VETARE, contrarium iubere, hoc eſt, ne aliquid fiat imperare. ut, uim fieri ueto. Tametſi etiam uetare uidetur, qui non conſentit. l. qui uas. §. uetare. ff. de Furt. Spieg.

VETATVRVS, participium futuri temporis, non uetiturus. Valla.

VETERANI milites ſunt, qui per uiginti annos in legione, uel uexillatione militauerunt. Hi omnium onerum, ſeu munerum perſonalium uacationem habent. l. ueteranis. C. Quand. prouoc. non eſt neceſ. Præterea nec ipſi, nec eorum liberi primi gradus, hoc eſt, filij, pœna metalli, uel operis publici afficiuntur: nec fuſtibus cæduntur, ſed ubi atrocitas criminis ita exegerit, relegandi ſunt. l. j. & l. iij. ff. de Priuil. ueter. Ratio huius priuilegij ſumitur ex honore qui ueteranis militibus habetur. l. honor. C. de Pœn. Veteranus etiam, Modeſtino autore, eſſe creditur, non ſolum legionarius, ſed omnis qui qualitercunque militauerit, & honeſtè eſt ipſe abſolutus. Sp.

VETERATOR, à Græcis παλίμβολος dicitur, id eſt, παλίμπρατος, qui diuturna, ac multiplici, & ſæpe commutata ſeruitute, aſtutus & uafer euaſit. Inde ueteratorium, pro ſubdolo, & impoſtorio ponitur. Bud. in l. ult. de Aedil. edict. Idem ait Veterator aduocatus hodie dici poteſt, qui diu ac multum in foro uerſatus, omnes litium trahendarum anfractus, omnes ambagioſas fugitãdi ludificationes, prehenſiones, nexusq; lubrici litium certaminis tenet: qui in ancipiti forenſium ſalebrarum Marte, belliſsimè inſidias diſponere, atq; etiam prouidere nouit: ſed is propriè (ut uno uerbo abſoluam) qui eam ſe artẽ ſcire, atq; exercere profitetur, quo arte cauſa inferior, ſuperior euadere uel reclamante æquo bonoq; poſsit. Sed an huiuſmodi ambagibus uti aduocatũ deceat, attingit Alc. in l. natura cauillationis. de Verb. ſig. Certe graui uiro conuenit nunquã uti. nec enim debet quis de uictoria magis, quàm de ueritate eſſe ſollicitus. xxiij. q. ij. dominus. Sp.

VETERATOR ſeruus is dicit, qui diuturna, multipli-

na multiplicicꝗ, & ſæpe commutata ſeruitute, uerſutus & uafer euaſit. Vlpian. de Aedil.edict.l.Pręcipiũt,inquit, Aediles, ne ueterator pro nouitio ueneat.Sp.

VETITVS rationes reddere: non hoc cõſequitur, ut nec apud eũ ſit, & reddat & lucrifaciat: ſed ne ſcrupuloſa inquiſitio fiat, hoc eſt, ut negligentiæ ratio non habeatur, ſed tantum fradum. autor Martianus l. ſi ſeruus uetitus. ff. de Legat. j. Spieg.

VETVS foſſa quæ dicatur, uide l. ij. §. j. ff. de Aqu. pluu. arc.

VETVS quæſtio, hoc eſt, iamdiu, & à ueteribus etiam tractata.

VETVS uinum, quod annum excedit. l. ex uſu. l. uetus. de Tritico, uino, & oleo legato. Spieg.

VETVSTAS uicem Legis tenet: autorib. Vlp. in l. j. §. ult. de Aqu. pluu. arc. & Paulo, ibid. in l. ij. §. idem Labeo. Quæ Iuriſconſultorum reſponſa, ſi diligenter cõferas, uidebis quantam uim habeat tempus in uiciſsitudine rerũ mortalium. Eſt enim uice legis, uice conſtituti, eſt loco cõſenſus. Breuiter, nihil nõ poteſt mutare, ut deſinãt quidam mirari, quomodo directum dominium tribuat. Sp.

VETVSTAS fideliſsima. l. Teſtamenta omnia. C. de Teſtam.

VETVSTATE iam deterius factum relinquere. Vide Pomponium in fin. l. ſed cũ fructuarius. ff. de Vſufr. Sp.

VETVSTVM dicitur, quod excedit xl. annorum ſpacium. C. de Fund. Reipub. l. final. Aliquãdo x. ann. l. j. §. fin. & l. ij. in prin. ff. de Aq. pluu. arc. ex Alber. Spieg.

VEXARI. Vide Gellium lib. ij. cap. vj. Hoc uerbo ſubinde utuntur Iuriſcoss. l. j. §. j. ff. de Vacat. mun. l. j. in fin. de Teſtibus. l. annonam. de Extraord. crim. l. j. ad Leg. Iul. repet. Sp.

V I

VIA, inquit Paulus, cõſtitui uel latior octo pedibus, uel anguſtior poteſt, ut tamen eam latitudinem habeat, qua uehiculum ire poteſt: alioqui iter ſit, Fůßpfad, non uia. Attamen uia interdum dicendarum rerum rationem ſignificat, Græcè μέθοδος. Vnde Methodici dicti, qui rationẽ artis, & diſcendi compendia ſequuntur. & Amethodi, hoc eſt, à uia & ratione docendi diſcendiꝗ abhorrentes, quaſi'que auij. Autor Bud. in Annot. ad l. poſter. de Orig. iuris. Sunt autem Vlpiano illæ trium generũ. Quædã publicæ, quædã priuatæ, quædã uicinales dictæ. Paulus & militares uias memorat. in l. uiæ uicinales. de Loc. & itiner. publ. Abuſiuè autẽ uia pro omni loco, per quem habere iter omnibus licet. Et in l. ij. de Orig. Iur. Pomponius uſurpat pro uera, atque iuſto ordine conſtante docendi ratione, quæ Græcis uocatur Methodus. ut paulo antè diximus. Sp.

VIA cum adſit, ſemitam quærere. Conueniet, inquit Eraſm. adagium in tergiuerſatores, qui quo præſens negocium ſuffugiant, diuerticula captant. Semita enim diuerſa eſt à uia plauſtrorum, quam regiam uocant. Vide ſuprà, Iter. & Seruiũ in iiij. Aeneid. Commen. diſſentientem à Iuriſcons. l. ij. Ne quid in loc. publ. Alciatus in l. quantum ad ius pertinet. ff. de Verborum ſignificat. Cum de uia loquimur, inquit, quatenus ſeruitutis ſpecies eſt. Inſtit. de Seruit. in princ. ab itinere, actu'que diſtat. Quum uerò de ſeruitute non accipitur, aliter uiam intelligimus, continetꝗ non ſolum iter, ſed etiã ſemitam. hoc autem diſtat iter à ſemita, quòd iter latius eſt, ſemita anguſtior, & quidam quaſi callis. Sp.

VIA immunita, quando ita facta eſt, ut per eam nemo tranſire poſsit.

VIA prima, Latinis eſt, quod Barbari dicunt, primo ictu, hoc eſt, ſtatim, primo ipſo congreſſu.

VIA publica. Qui uiam publicam deſtruit, is poteſt uel fuſtibus repelli. l. ædiles Curules. ff. de Via publ. Sp.

VIA publica nemo quẽquam ire prohibet. Hoc Plautinum prouerbij ſpeciem habere cẽſet Eraſ. Quo ſignificatur, rerum communium æqualem omnibus uſum eſſe: neque cuiquam uertendum uitio, quod ius publicum concedit. Cæterùm uiam publicam eſſe de regalibus, extat relatum in c. j. Quę ſint Regalia, Bartol. in l. continuus. §. cum quis. de Verb. oblig. exiſtimat ad ciuitates pertinere. At rectius ſentit Alciatus, quem adi in d. l. Quantum ad ius pertinet. Sp.

VIA, pro ratione. Paulus: Si coactus hæreditatẽ repudiem, duplici uia prætor mihi ſuccurrit, in fin. §. l. ſi mulier. ff. Quod met. cauſ. Spieg.

VIAE priuatæ, quæ & Agrariæ, quarum alteris impoſita eſt ſeruitus ducendi per alterius agrum. Alteræ, quæ ad agros ducũt, per quos omnibus commeare licet. Spieg.

VIAE publicæ ſunt, quas Græci Baſilicas, Iuriſcoss. Prætoriales, & Cõſulares appellant. Germani, **Frey Offne**, & quibuſdam appoſite, **des heyligen Reichs ſtraſſen**. Quoniam uniuerſæ ditiones, per ſacrum Imperium, ab imperatore dependent, partim mediate, partim immediate. Vnde qui tradũt eas beneficij Feudalis iure cẽſendas, ueritatem ipſam profitentur, comminiſcuntur quidam neſcio quam libertatem. Hinc ego, qui diligenter excuſsi ſacra ſcrinia, dum proximus illis in Aula agerem, aſſeuerare poſſum pleraq; oppida, tum municipia noſtræ nationis, quorum maior pars etiamnum per omnia reuerenter agnoſcit Principem, liberiore conditione fuiſſe, quàm nonnullę iam florentiores fuerint urbes, quæ primùm à beneficio, indulgentia'que Caroli quarti, hactenus reſpirant. Spieg.

VIAE uicinales, quę uel in uicis ſunt, uel in uicos ducunt. Has quoq; publicas eſſe, quidam dicunt. Sp.

VIAM aperire, purgare, reficere. Vide Vlpianum in l. j. de Via publ.

VIAM determinare. Iabolenus de Seruit. præd. ruſt. l. certo. §. j. Igitur arbiter, ait, dandus, qui utroq; caſu uiam determinare debet. Spieg.

VIAM facere, eſt locum, ubi non erat uia, aperire. Exigere uiam, dicuntur magiſtratus, cum uiciniam cogunt munire ſecum, ſumptu diligentiſsime facto. Aſconius in Præt. urb. Sp.

VIAM mihi præſtare debes. l. j. §. j. ff. Si uſusfruct. amit.

VIATICVM, id eſt, pecunia, quæ iter faciẽti neceſſaria eſt. Vnde Viaticari, Plauto uiaticum conſumere, teſte Alciato, dicitur. Vlpian. Si cert. pet. l. Cum filius familias uiaticum ſuum mutuum dederit. Spieg.

VIATICA cœna, quæ datur abituro.

VIATOREM nonnunquã nominatim uice arbitri dare. l. ult. ff. de Iudicijs. Sp.

VIATORES, miniſtri à uia dicti. Erant enim uiatores magiſtratibus parentes, & ſenatores, ducesq; ex agris ad officia uocantes. unde Cic. ſcripſit: A' uia in Senatum accerſebantur & Curius & cæteri ſenes. ex quo, qui eos accerſebant, uiatores nominati ſunt. & Plin. Cincinnato, inquit, uiator attulit dictaturã, dicens, Vela corpus, ut perferam Sen. pop. Q. Rom. mãdata. Ex quo apparet, fuiſſe miniſtros publicos, quorum erat & Senatores, quoties Senatus cogendus eſſet, aduocare, contumacesq; citare & arripere. Qui ex uiatoribus ligandi, cædendiq; ius habebant, Lictores nominati ſunt. Vide Catanęum in Panegyr. & Alex. Neap. cap. xxvij. lib. j. Sp.

VIATICVLVM. Vlpian. ad fin. l. ſi longius. ff. Vbi quis ager. Viaticulo ſuo, inquit, non recepto, quod ad ſumptum pater ei deſtinauit. Sp.

VIATORIVM uas, quod per uiam deferebatur, & cubilia uiatoria.

VICANALIA uulgò appellãtur, quæ ad pagum aliquem in uniuerſum pertinẽt. Vicani enim, ruſtici ſunt, autore Alciato in l. pratum. de Verb. ſignificat. Sp.

VICARIVS ſeruus ille dicitur, quem atrienſis ſeruus ſubſtituit, hoc eſt, ſerui ſeruus. Vlpian. tit. de Leg. iij. l. ſeruos. uicarios ſeruorum ſuorum numero non contineri ait Paulus de Noxal. act. l. ſi in re. Si ſeruus tuus nomen ex ercuerit, eiusq; uicarius ſeruus, & idem nauta in eadem naui damnum dederit. Item

VICARIVS ſeruus, dicitur Ordinarius, cui peculium dominus conceſsit, negociariq; ſinit. Sp.

VICARIVS, qui uicem alicuius gerit: Barbare Locum, ſiue Vicetenens, nunc uulgò dicitur. Nam, ut rectè monuit Inſulanus, in nominibus magiſtratuum, aut ſummorum officiorum, alia quædam poterit eſſe uſurpatio, ut neque Viceregem, neque uicelegatum, neque uicecancellarium, ſed proregem, prolegatum, procancellarium dicamus. Hoc nomine (iam etiam conſenſu eruditorum ſeculi noſtri hominum recepto) Principales res hodie gerit, & præclare quidem, in regia Aula, Georgius Giengerus, qui generi non tantum inter Vlmanos ſuos nobili, ſed patriæ etiam magnum decus addidit: cùm diuini atque humani iuris intelligentia, tum omni prudentiæ genere præditus: accedente non hactenus ſolita Accurſ. illa, ſed plane Ro-

mana

mana facundia: quæ non poteſt nõ exornare maximè omnium Romanarum Legum profeſſorem. Harum ille dotium eximiarum exemplũ dedit, ab inita mox rerum adminiſtratione, per latiſsimam diœceſim Conſtãtienſem: quam ferè iuuenis, & difficillimo tempore obiuit: in qua cõſtat ipſum quotidie, & magna cõſulentium frequentia, & magnorũ hominum ſplendore uiſitatum, ſecunda perpetuò integritatis fama ſequente, ita, ut defuncto Epiſcopo Baltaſaro Merklio, cuius in aula Imp. noſtri occupati uicẽ, dum uiueret obibat, Cæſ. Ferdinandus, hominem in ſua uerba iurare curauerit, declaratum Senatorem in ampliſsimi regiminis Prouinciarum Auſtriæ (ut uerbo meorũ temporum utar) Anterioris. Vbi ſtatim & ille, quòd bonã fidem ſecutus dico, habitus eſt totius illius Senatus oraculum: unde nuper inſciẽs à Principe ad Procancellariatũ Curiæ uocatus eſt. Cuius comitatum illuſtrant uiri doctrina præſtantes: è quibus familiariter mihi coniuncti ſunt in Theologis, nemini non noti, Io. Faber, Præſul Viennenſis, Fridericus Nauſea, Gabr. Sanzius. In Iuriſperitis, Vuolphangus Brantneriæ familiæ ornamentum, inſignis Militiæ Georgianę per inclytam Auſtriam Princeps, qui ueterem inter nos florenti ætate in Conſecretariatu ſub Diuo Maximiliano cœptam, in hunc uſque diem amicitiam, ſanctè conſeruauit. Georgius Illſingus peruetuſtis imaginibus, & iuris peritia clarus, qui in Comitijs Hagnoianis non unum tantum erga me & humanitatis & benignitatis exemplum præbuit. Claud. Cantiuncula. In Medicis, pater & filius Ritij. In bonis literis, Georgius Loxanus, à Caroloſpergio Eq. Procancellarius Bohemiæ, in grauiſsimis Regni cauſis ſæpe atque ita uerſatus eſt, ut à nemine non prædicetur ſingularis illius integritas atque candor. Adamus Carolus, Logus, Roſinus, Tũckelius, & qui proximè deſiderari cœpit triſti exitu Caſpar Vrſinus, Criſtophorus Caſtilegius, Stephan. Quicletus Burgundio, & meus Oſtnerus, quem ego honeſto loco natum, ſtatim à teneris unguiculis, propter Eraſmi patris, uiri dexterrimi, in me maxima merita uti filiolum dilexi, amaui, foui'que: nunc autem non poſſum non colere, plurimiq́ facere: poſteaquam animaduerti illum, & ætatem florentem ornaſſe bonarum literarum ſtudijs, & probatiſsimo uitæ ſpecimine, nemini non optimo in aula eſſe gratioſum, cui tales bis nobiles multos congratulor. Effecit autem filij pietas erga me conſtanter ſeruata, ut aliquo pacto deſiderium patris lenirem, qui excepta linguæ latinæ, cui mirè fauebat, cognitione, cæterùm nullis non, quæ maximè uirilem dignitatem decebant, dotibus eximiè præditus, dierum plenus, apud Oenipontem, honoratum ſanè illum & præinſignem (ad quem uirtute ſua euectus erat) ordinem Præfectorum Principalium Rationum, unà cum uita deſeruit, ſuperſtite etiamnum ſummæ fidei atq; integritatis fama. Erat illi facies, & totius corporis habitus planè heroinus, coniunxq; uenuſta, pudica, è Vuindegkorum Germ. Equit. peruetuſta familia procreata, proba cum primis, & prudens materfam. quam cum filio atq; filia itidẽ uenuſta, pudibundaq; iam grandeſcentib. atq; unicè dilectis pignoribus ſuperſtitẽ reliquit: uiduatum integra ætate ad hodiernum ſuſtinens, nobilior iam facta ſanctitatis morum præconio: nunquam ſtatuens renubere: quòd ſe alterum Eraſmum Oſtnerum inuenturã negat: in cuius iam plus quadraginta annos nati, ipſa tenerrima uirgo, & uno omnium ore formoſiſsima uenerat conſortium. Doctos ille reueritus eſt omnes, dictitare'que ſolebat, quamcunq; ſine literis iacere nobilitatem: unde etiam maiorem tulit laudem, quòd ipſe tantus latinitatis mirator, eam neſciret: interim tamen in filio, quod illi defuit, ſedulo reſarcire curauit, nec oleo, nec opera perditis. ipſe uernaculis libris lectitandis delectabatur per ocium, ſic terreni Principis negocium gerens, ut uel unus ipſe exemplum eſſet, & in aulis Principum pietati locum eſſe.
Cæterùm, ut omnibus comis, ita uiciſſim cunctis ille gratus & acceptus, tum Principi ipſi Maximiliano, cui uſque ad exceſſum eius, à cyathis prægustandis miniſtrauerat, ualde charus erat. Mihi autem uſq; tacendus non fuit olim homo tam amicus, quòd nec eo candidiorẽ promptioremq; alium unquam proba-

rim,nec ſimilem ſperare auſim, excepto filio, qui ſanè paternæ erga me amicitiæ hæres,me ſupra modum diligens, nec amore mutuo mecum paria facere cõtentus, res noſtras in aula diligenter curat, ſuſtinetq́; coniuncto ſtudio, opera & prudentia Sebaſtiani Tunckelij,uiri nobilis & eruditi,qui nuper pro ſuo in Maium fratrem,cuius interobliuiſci nequit, amore,perquam eleganti epiſtola, ſuam quoq; amiciſsimam erga me uoluntatẽ declarauit. Quantũ autẽ regis comitatus ornamentũ amiſerit in ornatiſsimo uiro Ioanne Lobleo à Greimburgo Præfecto (dum uiueret)Burgenſi celebris ciuitatis Anaſi,quæ eſt ſuperioris Auſtriæ,præ dolore uix à me dici poteſt : erat enim mihi amiciſsimus & dulciſsimus congerro,honeſto loco natus in ampliſsima fortium uirorum altrice natione Sueuorum (ut hodie appellatur) oppido imperiali Vuilenſium haud ignobili, propter niueam à cunabulis indolem, quam uel ipſa oris forma commẽdabat: eiusq́; ſpecimẽ præferebat amabilis puer: tum modeſta quadam uerecundia adoleſcens in eum accreuit uirum, qualem uix aliũ ſecundũ in ordine ſuo reperire fuit: in quo conſiliarius primùm inclyto principi Archiſtratego Auſtriæ, deinde Romanorum Hungariæ & Bohemiæ regi & ſacro Romano imperio, ac inclytæ domui Auſtriæ in rebus longè arduis magna cum laude fidei & integritatis diuturna grata & impenſe utilia obſequia præſtitit: quibus ingens non tantum regi,ſed uniuerſæ ferè aulæ ſui deſiderium reliquit ob obitũ immaturum: adeò nullus in eo faſtus notatus eſt,quum tamen intimus eſſet tãto principi: nec ambitio, familiare aulæ uitium, imò cunctis placidus,nec ulli aſper: ueri iuſti' que tenax: unde habitus eorum qui calumnia opprimebantur,patronus: tum amator etiã altor atq; fotor, in quibus cognoſcebat egregias animi dotes, nempe ingeniũ, probitatem,eruditionem, & morum honeſtatem. Nec tam auerſabatur aliud, quàm ſimulationẽ beneuolentiæ, quãq; uulpeculas illas lupina pelle indutas. Natura enim cãdidior multo atq; integrior erat, q̃ ut cuiq; dolos malos fraudes' ue ſtrueret: ideoq; quos tales animaduertebat, omnino, ſi qua poterat, deuitabat. Ob quos mores ſtudiaq́; hab ebatur non aulæ tantũ decus, ſed Germaniæ noſtræ quædã gemma ſingularis. Decedens reliquit filiũ Ioan. Iacobũ paterna cura ad probos mores educatum: puellam item ſanctè inſtitutã,quæ iam matura uiro dotibus prædita, quæ addecent laudatam nunquã ſatis uirginem, ſacrũ ſortita eſt thalamum pulchra Caia ipſa cum pulchro Caio ſuo Georgio Ilſingo, cuius à nobis paulo antè mentio facta eſt.

VICARIVS alieni iuris. Cicero ꝓ Cæcina: Qui legitimè procurator dicĩt omniũ rerum eius, qui in Italia non ſit, abſit'ue reip. cauſa, quaſi quidã penè dominus, hoc eſt,alieni iuris uicarius.

VICARIVS à Suffecto quo diſtet, Alber. docet in l. ij. C. de Offic. eius qui uic. alt. iud. obtin.

VICARIVS Proconſulis, Procõſulatum obtinere cenſetur, tametſi Proconſulis nomine abſtineat.

VICARIOS aliter ſumi iure Ciuili, aliter iure Canonico, ſatis arguũt T T. C. et extr. de Offic. uicar. per tot. Sp.

VICARIA fides. Cic. de Mandati iudicio loquẽs, pro Roſc. Amer. Propterea, inquit, quòd quibus in rebus ipſi intereſſe non poſſumus, in his operæ noſtræ uicaria fides amicorum ſupponitur. Sp.

VICEDOMINVS, Canoniſtis eſt Epiſcopaliũ rerũ œconomus. Lege, Officialis. Et Specul. tit. de Vicedomino. Vicedominatus autem illis eſt, Ius patronatus.

VICE, pro loco accipitur. ut uice mea, uice tua, pro tuo & meo loco. Alia uice, uſitatius, pro alio tempore. l. pen. ff. de Præſcript. uerb. l. ij. & ibi not. C. de Adopt. & l. palàm. ff. de Ritu nupt. Sp.

VICEM iudicis ſupplere, loco iudicis eſſe.

VICEM noſtram dolere, eſt propter incõmoda priuata dolere. Vicem autem publicam, eſt, quod uulgò dicunt, zelo reipubl. Eſt autem, teſte Priſciano, figurata locutio. Spieg.

VICEM tenẽtes, ſiue gerẽtes, ijdẽ qui Vicarij, qui alterius iudicis uicem gerũt. de his uide Bart. in l. filius. ff. de Legation. & in l. ſuggerente. C. de Offic. eius, qui uic. alt. ger. et in l. ij. ff. de Tutor. & cur. dat. ab his. Item Zaſium noſtrũ in l. more. de Iuriſd. iudic. ubi elegãter tradit, eos eſſe in triplici differentia. Spieg.

VICENA auri pondo Fiſco dependere. l. j. in fin.

j.in fin. C. de Canon. largit. tit. C. libro decimo.

VICENA millia paſſuum. l. j. ſi quis caut. Vide Gloſs. ibid. Sp.

VICENVS, idem quod uiceſimus.

VICESIMARIVM aurum, quod ex uiceſima colligebatur. Erat autem uectigal, quemadmodum Decima.

VICIES, pro uigeſies.

VICIARE uinũ. Vlp. Cum eo planè, ait, qui uinũ ſpurcauit, uel effudit, uel acetũ fecit, uel alio modo uiciauit (hoc eſt, corrupit) agi poſſe Aquilia. Celſus ait: quia & effuſum, uel acetum factum corrupti appellatione contineatur. nec negat factũ & uſtum cõtineri corrupti appellatione. l. ſeruus ſeruũ. ff. ad Leg. Aquil. Sp.

VICINALES. Vide paulo antè, Viæ uicinales. & Alciat. in Comment. de Verb. ſig. l. quantum ad iuris.

VICINIA, locus uicinus, ſeu ipſa uicinitas. de qua uide Bart. in l. j. §. hoc iudiciũ. ff. Fin. reg. Inter quæ dicatur, in l. ſi tertius. in princ. ff. de Aqua pluu. arcend. Spieg.

VICINVM malum habere, uel non, multum intereſt. ff. de Cõtrah. empt. l. quod ſæpè. §. fin. & de Leg. ij. l. Si cui fundus. Sol. matr. l. j. Reſp. ij. C. de Agric. et mancip. dom. & Fiſcalib. l. ult. lib. xj. Proinde ſcitum eſt illud Themiſtoclis apud Plutarchum: qui cum prædium quoddã uenderet, hoc quoq; præconem addere iuſsit, ὅτι καὶ ἀγαθοὺς ἔχει γείτονας, id eſt, quòd etiam uicinos haberet bonos. Adi Chiliad. Eraſ. Spieg.

VICINVM malum habere, uel non habere, multum intereſt. l. quod ſępe. §. fin. ff. de Contrah. empt. l. ſi cui fundus. de Leg. ij. l. j. Solut. matrim. Qui habet bonum uicinum, felicius dicitur agere negocia. l. fin. C. de Pact. inter empt. & uendit. compoſ.

VICINVS fundus, & confinis, quomodo diſtent, tradit Paul. in §. fin. l. ſed & loci. Fin. regund. Spieg.

VICINVS locus eatenus accipitur, quatenus clamantis uox audiri poteſt. Bart. in l. ſi tertius. in princ. ff. de Aq. pluu. arc. Spieg.

VICIS legata perinde licere capere, atq; ciuitatibus, ut ait Caius, reſcripto imperatoris noſtri ſignificatur. Vicus Platea uocatur, quæ fit ex multiplicatis domibus, ex pluribus uicis fit urbs. Et eſt duplex: urbanus, qui angiportum continet, quaſi anguſtiorem plateam ſine exitu: & uicus paganus, cũ plures ruſticanę domus coniunctæ ſunt extra muros. Sp.

VICISSIM, per uices, hoc eſt, uiciſsitudinem, ſiue alternationem. l. Papinianus. ff. de Senten.

VICISSITVDO, alternatio, mutatio ex alio in aliud, inquit Cicero. l. iubemus nulli. C. de Sacroſ. Eccleſ.

VICTALICIA, Leibdingen. uocabulũ barbarum.

VICTIMARIVS, & qui uictimas uendebat, & uictimarum miniſter erat, de quo Valla, lib. j. cap. j. Extat uocabulum in l. ult. ff. de Iur. immunit. Sp.

VICTORIOSVS uir, niſi autore, inuentoreq; Catone recipitur, Aul. Gellio annotante. Præterea putant, Induſtrius, nõ Induſtrioſus dicendum. Fatetur Inſulanus illud quidẽ uerum, ſi perſonam deſignes. Valerius Max. autẽ, certam actionem dixit induſtrioſam. Sp.

VITRICES literæ, uictoriam denunciantes.

VICTVS uerbo quæ ueniant, Vlpianus refert. l. uerbo uictus. de Verb. ſig. Vide in eand. Alc. Zaſ. in l. ſi uictum. ff. de Re iudic. ubi annotat barbarè dici, Victum & Amictum. quòd ſub nomine Victus, ueniat etiam Amictus. Sp.

VICVS, pars urbis eſt, quæ ex multiplicatis domibus fit, & ex pluribus uicis urbs conſtat. Diuiditur enim urbs in uicos, quaſi in membra minora. Vicus ruri, ſiue ruſticus dicitur, cum plures ſimul uillæ, quæ Pagi dicuntur, hoc eſt, plures ruſticanæ domus coniunctæ ſunt, & aliquo ſpacio remotæ ab urbe, dummodò non ſint clauſæ mœnibus. Vide quæ not. C. de Epiſcop. & cleric. l. ſi in eccleſijs. ff. de Legat. iij. l. ſi hæres. §. uicis. Spieg.

VIDELICET, uerbum, quamuis regulariter ponitur declaratiuè, ut per multa iura conſtat, tamen in l. tempus. ff. de Re iud. ponitur limitatiuè, & ſignificat temperamentum, pulchra loquendi figura, teſte Zaſio. Sp.

VIDERI, fictionis uerbum eſt interdum. ut in l. j. §. fin. ff. ad Turpilian. Vide Bart. in l. ſi duo. ff. de Acquir. hæred. & in l. iij. §. idem ſcribit. ff. de Pecul. Vide & Bud.

in po

in poſter. Annot. Alicubi ueritatis eſt. ut in l. Titio. §. Titio genero. ff. de Condit. & demonſtr. l. tale. de Hæred. inſtit. & in ſimil. Hoc uerbum Iuriſcoss. eſſe Cicero atteſtatur ad Trebat. libro Epiſtol. vij. Hoc quemadmodum, inquit, uos ſcribere ſoletis in ueſtris libris, idem Q. Cornelio uidebatur. Sentit autem, Iuriſcoss. affirmare ſententias ſuas, aliorum autoritate. Spieg.

VIDIMVS, Lege, Originale.

VIDVA eſt, cuius maritus mortuus eſt. Ab antiquo uerbo deductum Iduo, quod ſeparare ſignificat. Vnde & Diuidere, et Idus dicti Macrobio. Tertullianus Viduatum, eleganter uſurpauit, pro ordine uiduarũ, Rhenano indicante. Item nonnullis Vidua, quòd ſit ſine duitate: quaſi tu dicas uedua. l. malum nauis. de Verb. ſig. Ve etenim particula, ut ſuprà dictũ eſt, & hoc loco priuat. Sp.

VIETORES, qui uitilibus, id eſt, flexibilibus, quos uulgò circulos nominant, uaſa uinciũt, circũligant, pro ſententia Donati in Terent. Nam uiere, ſignificat flexũ eſſe, aut poſſe facilè flecti. teſtib. Marcello, Varrone: nos cupparios, Kyeffer uocamus, ut à Zaſ. præceptorè noſtro accepimus, quum elucidaret aliquot Tit. Pandect. Vlpian. in fin. §. l. ſi ſeruus ſeruum. ff. ad Leg. Aquil. Item, ait, ſi uietori locaueris lacũ uino plenũ curandũ. Sp.

VIGESIMARII exactores, à uigeſima parte: ſicut Octauarij, ab octaua dicti. Lege Alciat. in l. eum qui uectigal. de Verb. ſig. Sp.

VIGILIA, & frequentius uigiliæ, numero multitudinis, Excubiæ dicuntur. Sed tamen hoc inter ſe differunt, quòd uigiliæ ſunt tantum nocturnæ: Excubiæ autem, tam nocturnæ, quàm diurnæ. Diuidebãtur autem in quaterna horarum ſpacia, ita ut prima, ſecunda, tertia, & quarta uigilia diceretur. Interdum & uigiliarum nomine ipſos cuſtodes, qui uigilant, accipimus. Adi Theſaur. St. Rob. qui indicat & apud Plautum reperiri uigiliam, pro eo die, qui feſtũ diem præcedit. Decreta Pont. non laudant uigilias immodicas, quibus ſenſus integritas corrumpatur, de Conſecrat. diſt. v. c. non mediocriter. Spieg.

VIGILANTIA, diligentia. Hermogenianus: Perſonale munus eſt, quod cum corporibus, cum labore, ac ſolicitudine animi ac uigilantia exiſtit. l. j. ff. de Mun. & hon. Spieg.

VIGILANTISSIMI iudices, pro maximè prouidis & intentis. l. iij. C. de Offic. Rector. prouinc. Sp.

VIGILARE, uigilanter, prouidè, inquit Seruius, ſiue ſtudium & diligentiam adhibere. Hinc quod frequens in ore cauſidicorum eſt, Vigilantibus iura ſubueniri ſolent. Spieg.

VIGILES, nocturni cuſtodes. Vide ff. de Offic. præf. uigil.

VIGINTI aureos pro libertate retinenda dependere. l. ſi mulier. ff. de Minor.

VIGINTI millia paſſuum, quomodo accipienda, declarat Alciat. in Comment. de Verb. ſignific. in l. in itinere faciẽdo. Spieg.

VIGINTIQVATVOR horæ. Paul. in l. More Romano. ff. de Ferijs. Quicquid, ait, in ijs uigintiquatuor horis, id eſt, duabus dimidiatis noctibus & luce media actum eſt: perinde eſt, quaſi qualibet hora lucis actum eſſet. Sp.

VIGINTIVIRATVS cauſis dijudicandis fuit: quod munus magnæ indolis iuuenibus cõferri ſolebat. Illinc enim gradum ad reliquos honores auſpicabãtur uiri exculti ingenio & doctrina. Et Centumuiri, ampliſsimum iudicium, qui populo iura aliquãdiu dixère: à quibus nulla erat prouocatio: quorum iudicia Centumuiralia dicebantur. Alex. Neapol. Genial. dier. lib. iij. cap. xvj.

VIGOR. Impp. in l. prohibitum eſt. de Iure Fiſci. C. libr. x. ad fin. Cum literis noſtris cognouerit, non ex arbitrio ſuo, Cæſarianos ad capiendas eaſdem ueniſſe facultates, ſed iuſticiæ uigorem id fieri ſtatuiſſe. Interpres uigorem, id eſt, Principem exponit, quòd ſit uigor iuſticiæ, & animata Lex. Sed apparet, effrenatę officialium cupiditati oppoſitam ab Imp. perpetuam & conſtantem iuſticiæ uoluntatem, unicuiq; ſua tribuẽtem. Siquidem quod firmum & integrum eſt, rectè uigere nuncupatur. Sp.

VIGOR cenſurę noſtrę abſumat, in l. iuſtiſſimos. C. de Offic. rect. prouinc.

VILE dicitur, quod paruo precio emitur. Noſtri rem uilem dicũt, quæ nõ excedit ualorẽ v. aureorũ. l. ſi oleũ. ff. de Dolo. l. Diuus. ff. de Bon. dam. Veruntamen

uilis

uilis alicui res dicitur, quam pro nihilo habet, & nihili facit. Sp.

VILES perſonas Alc. recitat, in Comm. ad l. mercis appellatione. de Verb. ſig.

VILITAS, opponitur caritati. l. ij. de Iur. haſt. Fiſc. C. lib. xij.

VILIPENDIVM, & hoc in barbarie uocabulum natum eſt.

VILLA, fundi acceſsio eſt: proinde diruta ea, uſusfructus nō extinguitur. autor Vlpianus, l. fundi uſufructu. ff. Quib. mod. uſusfr. amitt. Sp.

VILLA diuiditur in Vrbanam. l. plenū. ff. de Vſu & habitat. Rusticā. l. uideamus. Locati. & Fructuariam, in quam fructus deuehuntur: unde & à uehendo uilla dicta Columellæ. quaſi, uihilla. Sp.

VILLA ruſtica, eſt ea pars uillæ, quam uillicus, colonus, uel uinitor, uel arborator habitandam ſibi obtinet, & familiæ uillaticæ, atq; inſtrumento omni ruſtico condendo, aut cōtinendo. Vlp. in l. ſi cuius. ff. de Vſufructu. Ita fundi, ait, uſusfructus legatus eſt: nō debet neq; arbores frugiferas excidere, neq; uillam diruere. Vide Bud. in dict. l. uideamus. Sp.

VILLA urbana, quæ eodem teſte, & Prætorium dicitur, ea pars eſt, quam dominus ſibi recepit: quæ quia elegantius, amœniusq; ædificari ſolet, & inſtrui, ideo urbana uocatur, quaſi urbani nitoris & elegantiæ plus habens, quàm ruſticæ. Spieg.

VILLANI, inquit Bud. dicūtur, quòd uillæ (unde Villici dicti) aſcripti, & colonariæ conditioni addicti, aut ipſi ſint, aut eorum maiores fuerint. quarū rerum ueſtigia nō obſcura multis in locis extant: quod tamen nomē loquentiū inſcitia in contumeliam iam uertit. Villanū enim, & Vilem, uernacula ſimplicitas confundit. Vide eum in prior. Annot. & not. in l. non patimur. C. de Curſ. public. lib. xij. Spieg.

VILLICVS, ſeruus eſt, qui ruri præeſt, & agriculturā, ruſticasq; operas curat, eisq; ſecundum domini utilitatem præcipit. Huic ſerui ipſi Agricultores ſubijciūtur. Alciat. de Verb. ſig. Pompon. eod. tit. explanat, quando ab hoc diſpenſator non multum abſit. l. urbana familia.

VILLICA, uxor uillici. Columella: Nec tamen inſtituendo uillicam, domeſticarum rerum uillico remittimus curā, ſed tantummodo laborem eius, adiutrice data, leuamus. Spieg.

VIM ſubmittere. l. metum autem. §. ſed licet. ff. Quod met. cauſ. Sp.

VINA mea, & ueſtē meam. Vide Pōpon. in l. nuper. ff. de Legat. iij. Sp.

VINCERE, pro obtinere. Paul. de Publican. Locatio uectigaliū (ſic enim legendum) quæ calore licitantis ultra modum ſolitæ conductionis inflatur, ita demum admittenda eſt, ſi fideiuſſores idoneos, & cautiones, is qui licitatione uicerit, offerre paratus ſit. Sp.

VINCTVS, pro ſeruo & compedito. In cōpedibus enim uincti ſerui ad agriculturā deſtinabantur. Porrò, uinctum eſſe, hoc eſt, conſtrictum, & in uinculis eſſe, diſtare, Alberic. annotauit, per l. ſi tamen. §. ei qui ſeruum. ff. de Aedil. edict. Sp.

VINCVLVM iuris. Inſtit. de obligat. in prin. C. de Teſtam. mil. l. quāquam. Cic. dixit memorabiliter pro Cæcina: Qui ius ciuile contemnendū putat, is uincula reuellit nō modò iudiciorum, ſed etiā utilitatis, uitæq; cōmunis. Et in de Fin. paulo antè fin. libri iij. Verſ. Quemadmodum igitur membris utimur. Et quo modo, inquit, hominum inter homines iuris eſſe uincula putant, ſic homini nihil iuris eſſet cum beſtijs. Sp.

VINCVLA appellat Iuriſcons. cuſtodiā, compedes, latumias, atq; omnem denique corporis coercionem. l. ſuccurritur. Quib. ex cauſ. maior. Præterea eiuſmodi alligationem, ut ſine dedecore aliquis in publico apparere non poſsit. l. in eadem cauſ. eod. tit. Quid ſit, è uinculis cauſam dicere, ſuprà dictum eſt in dictione, Cauſa. Spieg.

VINCVLORVM genera ſunt, compedes, pedicæ, manicæ, & catenæ. Sunt & Boiæ, damnatorū torques, quaſi iugum boum. Item collaria, quibus in publico blaſphemi & lenæ etiamnū alligātur, ut deriſui uiatoribus ſint. Eſt & numella, ligneum inſtrumentum, quo quis incuruus & quadrupes caput & pedes exerit. Alc. Comment. de Verb. ſig. Sp.

VINDICARE eſt, ſuum repetere. Exempla ſunt apud Ciceron. quamuis mutilata, teſte Philippo in Orat. pro l. Muręna, quo loco idem ſcribit: Vindicare eſt aſſerere fiduciariam poſſeſsionem rei de qua litigatur, quod lis finiatur. Vindicare eſt

etiam

etiam animaduertere in malos. Item uindicatur maieſtas publica, cum à ſontibus ſupplicium ſumitur. Sp.

VINDICARE, pro petere per hypothecariam actionem in l. Paulus reſpondit. in prin. de Pignorat.

VINDICARE hereditatẽ, pro petere hæreditatẽ. l. ſi ſuperatus. in prin. ff. de Pign.

VINDICARE in hypothecis, eſt per hypothecariã actionẽ petere. l. fideiuſſor. §. Lucius Titius. ff. de Reb. dub.

VINDICATIO eſt, per quam uis & iniuria, & omnino omne quod obfuturũ eſt, defendendo aut ulciſcendo propulſatur. autor Cic. de Inuent. ij. Sp.

VINDICIAE (quod nunc uocant poſſeſſorium) erant ius poſſeſsionis, quo diſceptabatur pendente iudicio, penes quem res quæ uendicabatur, deberet remanere. Sic dictæ, quòd qui in his obtineret, uindicem, id eſt, prædem dare deberet, nil in re poſſeſſa deterius interim facturum. Alc. Vindiciæ autem à uindicando tractum: non à uindicio, ut Accurſius putauit. Vnde uindicari puellam, pro uindicias puellæ ſecundum libertatem dari dicimus, hoc eſt, aſſeri interim in libertatẽ, & in poſſeſsione libertatis eſſe. Qua de re poſt Bud. in Annot. priorib. nemo fuſius ſcripſit Rhodigino li. ix. cap. liij. Sp.

VINDICTA, pro ultione apud Paul. de Iniurijs in l. quod reipublicæ uenerandę, ut habet uulgata lectio, ſiue uindicãdæ, ut Budęus legendum exiſtimat. Quia tamen, inquit, non ea mente magiſtratus facit, ut iniuriam faciat, ſed ad uindictam maieſtatis publicæ reſpiciat, actione iniuriarum non tenetur. Sp.

VINDICTA, uirga Prætoris erat, quę ſeruo impoſita, illum faciebat libertum. Dicta à uindicando, hoc eſt, in libertatẽ aſſerendo. Tit. Iuris eſt in lib. ff. de Manumiſs. uindic. Nebriſs.

VINDICTAM facere, eſt cedentem, fugientem'ue inſequi, ait Salomon. Paul. in l. quod reipubl. ff. de Iniur. pro animaduerſione pro delicto ſumit. Sp.

VINACIVM, uel, Vinacius, acini ſemen eſt: Acinus, granum uuæ. Verius tamen uinacium, pro acinis muſto exhauſtis ponitur. Vlp. de Furt. l. ſi quis uxori. Vuarum, inquit, & muſti, & uinaciorum nomine furti agere poteſt. Nebriſs.

VINALIA, feriæ ix. Calen. Maij, deguſtandis uinis inſtitutæ, teſte Plinio. Et altera Vinalia, quæ aguntur ad xiij. Cal. Septembr.

VINARIVS, pro uinoſo & ebrioſo. Vlp. in l. ob quæ. de Aedil. edict. Item, aleatores & uinarios non contineri edicto, quoſdam reſpondiſſe, Pomp. ait. Ibidem in l. Aediles. reputa ſi imitatione conſeruorum apud emptorem talis factus eſt, aleator fortè, uel uinarius, uel erroneus ſit. Eſt etiam Vinarius, uini uẽditor. Vnde Lampridius ſcribit, Imp. Alexandrũ conſtituiſſe corpora uinariorum, & caligariorum, & omnino omnium artium. Spieg.

VINARIA uaſa, quæ propriè eſſent quæſitus Vlpianus, reſpondit, quæ torcularia ſunt. Dolia enim, & ſerię, & amphoræ, etiam in alium uſum, quàm uini habent. ut ſi tritico, uel pecunia adimpleantur. Vide Alciat. declarantem l. uinaria uaſa. de Verb. ſig. Sp.

VINEA, locus eſt uitibus conſitus. Caius de in ius uocan. Sed etiam à uinea ait, & balneo & theatro nemo dubitat in ius uocare licere. Vide Bart. in l. certo generi. ff. de Seru. ruſt. præd. & ſimul Gloſs. quam Albericus commendat. Sp.

VINDEMIA, inter eas refertur dictiones, quę in numero ſingulari plus, quàm in plurali ſignificãt. Papinian. in l. diuortio. Solut. matr. utroq; numero protulit, collectis uindemijs, uindemiæ fructus, percepta uindemia, & ante uindemiam. Iulian. eleganter Collectæ, pendentem uindemiam opponit. de Act. empt. l. qui pendentem. Sp.

VINI appellatione quæ ueniant, docent Iuriſcoſs. l. j. & iij. §. j. & l. ſi quis uinum. ff. de Trit. uin. & oleo leg. A' ui deductũ uolunt nõnulli, quòd uim inferat menti. Notum ex Plinio in prouerbiũ ceſsiſſe, Sapientiam uino obũbrari. Vnde noſtri Wein hynein/Witz hårauß. In prouerbijs item Eccleſiaſticis duo referuntur, quæ ſapientem etiam dementent, uinũ, & mulieres. Vide Albericum in l. j. C. Si quis Imp. maledix. Sp.

VINVM Surrentinum. Lege, Vinalia.

VINVM ſpurcare. Quęre, Spurcare uinũ.

VINI falerni, quod domi naſcetur, quotannis in annos ſingulos binos culleos hæres meus Attio dato. Etiã pro eo anno, quo nihil uini natũ eſſet, deberi duos culleos,

leos, ſi modò ex uindemia cæterorũ annorũ dari poſſunt, Iabolenus reſpondit. l.legatum ita eſt. de Ann.legat. Sp.

VINVM doliare. Vlp. de Peric. & comm. rei uend.l.j. Si doliare uinũ emeris. & c. Doliare uinum dicitur, ad differentiam uini pendentis. Vide Caton. cap.cxlviij. Quæ ſit lex uino in dolijs. Sp.

VINVM diffuſum. Vide, Dolium.

VINVM paternum.l.ſi quis uinum.§.uino autem.ff. de Trit.uin. & ol.leg.

VINVM uetus, dicitur anno lapſo. Si enim muſtum, ait Alciatus, à Calendis Nouẽbribus, quo tempore defæcatum eſſe incipit, nouum uinum dicitur. l.iubemus. C. de Erog. mil. libro xij. Apparet non prius Vetus appellari, quàm aliud nouum collectum ſit. l. uetus. de Trit. uin. & ol.leg. Vult tamen hac in re ad conſuetudinem regionis eſſe attendendum. Adi & Bartol.in l.cum quid.ff. Si cert.pet. & in d.l.iubemus. Sp.

VINVM uetuſtum. Eius meminit Scæuola de Leg.iij. Columella lib. iij. de Re ruſtica paulo ante finem: Neque enim, ait, poſt annos quindecim, uel paulo plures deprehendi poteſt ignobilitas in guſtu, quoniam ferè omne uinum id tempus eam qualitatem ſortitur, ut uetuſtas acquirat bonitatem. Sp.

VINVM cum uaſis legatum. Proculus l. penult. de Trit. & uin. leg. Illud uerum eſſe puto, cui uinum cum uaſis legatum erit, ei amphoras, cados, in quibus uina diffuſa ſeruamus, legatos eſſe. Sp.

VIOLARE, propriè de uirgine dicitur: transfertur tamen ad alia. ut uiolare ius legationis, uiolare ſacra, muros, & loca religioſa, parentes, fœdus, legem. Vnde uiolatæ Legis reus habeatur.l.j.C.de Petit.bon.ſublat.lib.x. Sp.

VIOLENTIA. Sub uno uiolentiæ nomine multa facinora cõtinentur, teſte Imp. Conſtantino. l. quoniam. C.de Mulier. quæ ſe propr.ſer.iunx. Sp.

VIOLENTVS poſſeſſor, qui ex pulſo ueteri poſſeſſore adquiſitam per uim rerũ poſſeſsionem obtinet: aut qui in hoc ipſum aptus & præparatus uenit, ut contra bonos mores auxilio cui reſiſti non poſsit fretus, ingrediens in poſſiſsionem uim faciat, definitore Oldend. Sp.

VIOLATI pudoris macula adſpergi, apud Impp.in l.diuo Marco. C.de Pœn. Sp.

VIOLATOR pacis, id eſt, raptor, puniendus, per text.§.ſi uerò pacis. de Pace tenen.in Vſib. Feud. l.fin.ſub fin.ff. de Remilit.

VIOLENTER, à uiolens aduerbium, ut uult Acron. Noſtris eſt frequens, pro eo quod ui actum, factum, geſtum'ue eſſe intelligi uolunt. Terent.in Phorm. Violenter tolerare, pro ægrè & inuitò uſurpauit. Spieg.

VIOLENTES, pro uiolenti, in Aut. Vt om.obed.iud.prou.§.arripiat. ut uiolens pro uiolento, apud Horatium, teſte Budæo. Spieg.

VIR, pro marito, in l. j.§.eſt quæſtio.ff. Pro dote. Aliquãdo reſpectum ætatis dicit, ut apud Plinium, cum ait: Quod nõ modò in puero, ſiue adoleſcente, ſed etiam in uiro admiratione dignum uideretur. Aliquando reſpectum ſexus habet. ut apud eundem, Viros auidiores Veneris hyeme, fœminas æſtate, Heſiodus prodidit. Vide Bartol. in l. cum quis decedens. §. codicillis. in fin. & in l. ſeruis. de Leg.iij. Spieg.

VIR bonus, qui iuri naturali obtemperat, & uoluntatem ſuam illi conformem facit, eamq́ ſequitur. Item Vir bonus dicitur, qui facit alteri, quod ſibi uult fieri.l. j.circa medium.ff. de Solut. Indicauit & Alberic. In iure Ciuili iudex eſt: et nomẽ Viri, eſt ſępe dignitatis, refertur enim ad uirtutem, uimq́ animi et corporis.l.j. C. de Dignit.lib.xij. Spieg.

VIRI boni arbitratu repletur, quod deeſt. Vlpianus l. ſi non mortis. ff. de Inoffic. teſtam. Spieg.

VIR diligens in.§.fin.l.item ſi cum putaui. ff.Negoc.geſt. Sp.

VIRIS legatis, & pueros deberi, cenſuit Iuriſcõs.in l.ſeruis legatis.§.mulieribus. de Leg.iij. Alberic.

VIRILE, quod eſt uiri: ut, uirile officium, munus.l. j. Quã. mul.tut.offic. fun.pot. l.pen.ff. de Eden.l. fœminæ.ff. de Reg. Iur. Spieg.

VIRILIA, pluraliter tantum, uerenda, pudenda, Plinio, & Canoniſtis, tit.de Corpore uitiatis.c.iij. & ſeq.

VIRILIS pars, uires, animi fortitudo. Sic pro uirili parte, pro uiribus.

VIRILIS portio, pro æquali. Interdum tamen naturam ſuam non ſeruans, totam hereditatem complectitur. Vide Alciat.enar-

ciat. enarrãtem. l. uirilis. de Verb. ſig. Sp.

VIRILIS uigor complectitur poſt tempus annorũ uigintiquinq;. l. j. ff. de Minor. Spieg.

VIRES, pro poteſtate, ſiue facultate patrimonij. Vlpian. in fin. l. j. de Legat. ij. uelut certam quantitatem, exprimit pro uirib. ſcilicet patrimonij. Sp.

VIRIBVS præturæ compelli, hoc eſt, poteſtate: & nunc uulgò dicimus, ex officio iudicis. l. ij. in prin. de Iud. Sp.

VIRILITER. Cicero in Offic. Quod uiriliter, animoq; magno fit, id dignum uiro, & decorum uidetur. Id eſt, fortiter. Viri namq; animus fortis eſſe debet.

VIRILITAS, idem quod uirilia, & pudenda. Numeratur item, teſte Alciat. inter humanæ uitæ gradus. Sp.

VIRIPOTENS, uirgo quę apta eſt connubio. §. j. Inſtit. Quib. mod. tut. fin. & de Cur. in princ. l. quod uir. ff. de Don. int. uir. & uxor.

VIRGATORES, lorarij carnifices, qui uirgis cædunt. Apud Romanos morti addictus uirgis cædebatur: deinde necabatur. Interim cum facinus non erat graue, ſatis habebant, uirgis cędere. Tum etiam qui creditoribus addicebãtur, multa turpia & miſeranda patiebantur, nexi apud creditores, multasq; ſeruili more in tergo plagas. Huic modo ſubuenere Leges Porcia & Sẽpronia: quæ liberum corpus Romani ciuis, uirgis, aut alijs uerberibus cædi uetant. Sp.

VIRGILII teſtimonium, appellat Martianus in l. in tantum. ad fin. de Diuiſ. rer. Viues credit eũ Iulio Cæſari nec cognitum, nec uiſum, neq; itẽ Ciceroni: & rectè, mea quidem ſententia. Sunt ex recentioribus, qui Vergilium nõ Virgiliũ ſcribi debere autument. De hoc uide Caſtigationes Pierij in Virgilium. Sp.

VIRGO, à uirtute uidetur originem uocabuli trahere: ut ex ipſo nomine ſemper ſe ammoneri cognoſcat. ut Fulgentius refert Epiſt. iij. ad Probam. Vlpiã. Quod ſi ego me uirginem emere putarem, cum eſſet mulier, emptio nõ ualebit. Cæterũ per uirginem intelligimus puerum, ſiue maſculus, ſiue fœmella is fuerit, qui adhuc incorruptus eſt, et Veneris uſum nõ expertus. Dicitur autem & de alijs reb. illibatis, intactis & incorruptis. Vnde Martialis chartam nondum contrectatam inuulgatam'que uocat uirginem. Et Plinius. terram dixit ſynceram & intactam, neq; à metallis refoſſam, aut attaminatam. Spieg.

VIRGINES Dei, & uirgines hominum quę appellentur, annotauit apud Tertullianum Dn. Rhenanus in Argumento libri, de Virginibus uelandis. Sp.

VIRGINES Veſtales. Vide Oldend. in cap. v. Tit. j. xij. Tab.

VIRGINARI, hoc eſt, uirgines agere, uocabulum apud Tertullianum deprauatum, reſtituit Rhenan.

VIRIDARIVM, locus in quo ſunt herbæ & plantæ uirentes & amœnitate refertæ: is non impedit proſpectum, nec tolli poteſt. Pomponius in l. quoties. §. ſeruitutum. ff. de Seruitut. Viridaria accipi uult, quorumcunq; uiridantium condẽſationem, quam natura producit. l. ædificia. tit. ſeq. Spieg.

VIRIDARIVM, locus amœnitate plantarum refertus. Vlpian. Etſi fortè, inquit, uoluptarium fuit prædium, uiridaria, uel geſtationes, & c̃. l. ſi cuius. ff. de Vſufructu. Spieg.

VIRIDARII ſerui dicuntur Vlpiano, qui uiridariorum curam habent. Sunt auautem Iaboleno uiridaria, arboribus uirentibus loca conſita, quę uiridaria item dicimus. Sp.

VIRIDI obſeruãtia ualere, ꝓ ſemper in ſuo uigore permanere. l. Arriani. C. de Hær.

VIRIOLAE, armillæ erant ex gemmis, margaritisq; auro cælatis, quibus utebãtur Celtæ, id eſt, Galli. Dicebantur item uiriæ: atque ijs utebãtur Celtiberi, id eſt, Hiſpani. Vlpian. de Aur. & arg. leg. l. argumento. Armillæ, inquit, uiriolæ, anuli, præter ſignatorios. Et infra l. medico. Lineas duas ex margaritis, & uiriolas ex ſmaragdis. Paul. de Opt. leg. l. ſi tibi Si ex quatuor, inquit, uiriolis duæ. Nebriſs. & ibi. Bart.

VIRIOLARVM, hoc eſt, ornamentorum, ut Bayfius opinatur, quę gẽmis uiridib. fiebant, meminere Vlp. l. argumento. Scęuola l. fin. eod. & Paul. in l. ſi tibi electio. de Opt. leg. quod quid fuerit, mihi inquit, incompertum eſt. D. Alciatus arbitratur, uiriolas nihil commune habere cum uiridi colore. Quandoquidem conſtat, inquit, uiriolas quoque ex auro factitari conſueuiſſe. citat'que Iuriſcos. de Con-

de Contrah.empt.l.quid tamen. Vide eum in Parerg. cap.xviij.lib.iiij.Sp.

VIRTVS, uis illa, qua res cuius eſt uirtus, perfecta redditur. Cicer. de Finibus: Atqui in ſenſibus eſt & ſua cuiq; uirtus.Sp.

VIRTVTIS definitionem Ariſtotelicam Philippus & commendat & explanat lib.j.Philoſoph.Moral.Ipſe breuiter, ſed exactè definit, uirtutem eſſe habitum, qui inclinat uoluntatem ad obediendũ rectę rationi.Spieg.

VIRTVTEM eſſe iuſticiam quãdam, Plato diſſerit: quia ſit concordia uirium hominis inter ſeſe, hoc eſt, obedientis appetionum ad rationem. Et econtra uitium, ſeu iniuſticiam, definit eſſe harum uirium diſcordiam et ſeditionẽ. Vide Philippum lib.j.Philoſoph.Moral.Sp.

VIRTVTEM omnem in ſe complectitur iuſticia. Vide Eraſm.in Chiliad.& Melancht. Epit. Philoſoph. Moral. in prin. lib. ij. & in Comment.ad Ethic.Ariſtot. ubi tractat de uniuerſali iuſticia.Sp.

VIS, eſt neceſsitas rei faciundæ præter uoluntatem noſtram exorta. Vel eſt maioris rei impetus, cui reſiſti non poteſt. l. ij. Quod met.cauſ.Sp.

VIS apud noſtrates, ait Alciat.ius ipſum ſignificat. Vnde tutela definitur uis atq; poteſtas in capite libero. Cuius ratio eſt, quoniam iure Gentium ex uiribus iura metiebantur. Vnde accipitur & quandoque pro effectu temporali. Paulus l. j. de Statulib. Fiunt, inquit, ſtatuliberi, uel conditione expreſſa, uel ui ipſa. ut cum creditoris fraudandi cauſa manumittuntur, &c. Aliquando pro uero effectu. ut apud Marcellum. l. qui decem §.Stichum. de Solut. Ei qui hominem ſtipulatus eſt, promiſſor eum dando, qui tunc illi ſeruierat, liberatur ui ipſa. Dicitur autem uis à Græco βίη, cuius contrarium, & κατὰ ἀντιστίχιον, eſt ius. Vnde ad differentiam eius, quod ipſo iure fit, dicimus aliquid in effectu, uel ui ipſa factum. Solet autẽ uis uarijs modis deduci in iudicium. Alia eſt enim

VIS ablatiua, cum quis ab inuito aufert: unde actio ui bon. rapt. prodita eſt, & publici iudicij Lex Iulia de Vi. Eſt & quæ uocatur

VIS compulſiua, cum ui adhibita, aliquem cogo, ut alicui actui aſſentiatur. Vnde & conſtitutio diui Marci prodita eſt. itemque Prætoris edictum de eo quod metus cauſa geſtum erit, ratum ſit. Ex Alciato.Spieg.

VIS diuina, idem ſignificans, quod uis maior, cui reſiſti non poteſt. l. j. C. Commod.et.l.j.Locat.& contra quam cuſtodia parũ prodeſt.l.ſi ea res.ff.de Action. empt.Spieg.

VIS expulſiua, quæ, ſi cum telo fiat, etiam uis armata antiquis dicitur: qua fundo deiectum poſſeſſorem interdicto unde ui, Prætor abſq; exceptione, quod alter ab altero ui, clam, uel precario poſſideat, reſtituit. Alia eſt

VIS exturbatiua, cum uterque litigantium poſsidere ſe affirmat, & alium expugnare nititur. Cui malo ut obuiam eat Prætor, Vti poſſidetis, ita poſsideatis, interdicit, dum tamen nec ui, nec clam, nec precario, alter ab altero poſsideat. l. j. uti poſsid.

VIS fluminis etiam ſine tempeſtate accipienda eſt, ait Vlpian. Item, uim fluminis, inquit, intelligimus: et ſi magnitudo eius impedimento ſit, ſiue pons ſolutus ſit, uel nauigium non ſtet.l.ij.§.quod diximus.ff.Si quis caut.Sp.

VIS eſt inquietatiua, ut cum in meo ædificas: unde Pretor, quod ui, aut clam factũ eſt, reſtitui iubet. Alia eſt

VIS imminens, non ipſa tantum percuſſio, ſed armorum terror, ſigna'que, ac actus manifeſtæ uoluntatis nocendi, accipienda eſt. Baldus exiſtimauit, licere aduerſarium præueniendo cedere, quando uidet præparamenta ad offendendum. Accurſij, Baldi, & Angeli Aretini ſententia eſt, Vbicunque periculoſa eſt cunctatio, præuenire, ſemper iuſtæ defenſionis eſſe. Caius ad Legem Aquil. Si ſeruum tuum latronem mihi inſidiantem occidero, ſecurus ero. Nam aduerſus periculum naturalis ratio permittit ſe defendere.Spieg.

VIS maior dicitur. Vide paulo antè, Vis diuina.

VIS non dicitur quæ uerbis fit, ſed facto. qui enim aliter quàm facto cogitur, ut propria uolũtate, uim nõ patitur. Quod in interdicto, Vim fieri ueto, maximè dicendum, argumento uerbi, fieri.l. pen.§.fin. Si uſusfr.pet.

VIS eſt & tunc, Cæſare definiente, quoties id, quod deberi ſibi quis putat, non per

 iudicem

iudicem repoſcit.l.extat.ff. de Eo quod met.cauſ.Spieg.

VI facere, eſt, ſi quis contrà quàm prohibetur,fecerit. l. j. Quod uí aut clam.Nec enim hic uis,ſed ius legendum.Sp.

VIM,atque iniuriam,pro ui iniurioſa. Hãc expoſitionem Salomonius reijciendam docet.Similiter ineptiorem illam,Tutela, eſt uis ac poteſtas,id eſt,uiolẽta poteſtas.Spieg.

VIM, hoc eſt, uiolentiam atque iniuriam propulſare, non aliud eſt, quàm inſtantem, imminentem'ue uim, aut iniuriam expellere.Spieg.

VIM ui repellere. Cicero pro Seſtio: Non uerebar, ne quis aut uim ui repulſam reprehẽderet. De quo Salomonius latius atque præclarè diſſerit in l.vij.de Iuſt.& Iur.Spieg.

VIM ui repellere licet, perinde eſt, ac ſi dixerit: Vim,hoc eſt, uiolentiam,licet pellere uiribus. ut Iuriſcons. bifariam uſus ſit uoce Vi.Quod Apellus ex Laur. Vallæ Dialect.indicat.Sp.

VISCERA hominis ex ſe mouere.l.iij. C. de Quæſt. Seruius tradidit, Viſcera non tantũ inteſtina ſignificare, ſed quidquid ſub corio eſt:id eſt,caro quę eſt inter oſſa & cutem.Spieg.

VISCERATIO, diſtributio carnis, quæ fieri ſolebat, uel in ſolenni ſacrificio, uel in funere excellentis alicuius. Sp.

VISVM fuerit æquum & iuſtum,quomodo intelligatur, uide in Aut.Iuſiur.quod præſt.ſol.ab his, qui offic. ſuſcip. & Bartol.in l.fin.C.de Fideicommiſs.

VISVS appellatione uenire etiam cæteros hominis ſenſus,Albericus annotauit.

VITA,eſt conſeruatio eorum inſtrumentorum, quibus anima utitur in corpore. Hæc Lege adimitur. l. aut damnum. ff. de Pœnis.Spieg.

VITA functus.Lege,Fungi.

VITA perpetua,pro anteacta.

VITARE,cauere eſt,imò plus quàm cauere: & à ui dicitur,quaſi ui auertere,à quo uitium dictum.

VITEM tenere, pro pœnæ uitis ſubijci, apud Iuriſconſultos in l. milites. ff. de Re milit. Siquidem uitibus tantus acceſsit honor, ut etiam in delictis pœnam honorarent: quoniam ueteri de ſupplicijs Lege Romana ſancitum, ut ciues non uirgis euerberarẽtur, ſed uitibus, teſtib. Luc. Floro, ac Tit. Liuio. Huius ſupplicij meminit in Galba Plutarchus. Macrobius item uitem appellat Centurialẽ. Vide Centurio. et quę huc faciunt,reperies Iuriſcos.uerba à Nebriſs.relata ibi.Spieg.

VITILIGATOR.Lege,Concinnare.

VITIVM, generalius nomen eſſe,definiuit Sabinus l. j.§.ſed ſciendum.de Aedilit. edict. quod etiam ad animnm refertur. Modeſtinus in l. inter ſtuprum. Vitium, ait, perpetuum eſſe impedimentum corporis. Vlpianus uitium & morbum, pro eodem accepit. uide Gellium ij. libr.cap.iiij. Sed pro corruptione, ad res ipſas pertinet. Sic ædificia uitium facere dicuntur, dum corruunt, & damnum patiuntur.Sp.

VITIVM facere, pati damnũ,& corruere: & propriè de ędificijs dicit̃. Labeo Locati.l.quod ſi etiam. Huius domus mercedem, quæ uitium feciſſet, deberi putat Vlp.de Dam.infec.l.ſi finita.§.ex hoc edicto. Vt & (inquit) ſpacia inter uitioſam partẽ intercedant,& eam quę nõ uitia facit.Et ſubdit: Si inſula adiacens domui, uitium faciat:Sp.

VITIVM fecit agger,**iſt yngefallen.**

VITIVM litigioſi. De hoc adi Tit.de Litigioſis.C.lib.viij.

VITIVM naturæ,ut non cernere niſi admota,& id generis. Alexander Iacobi Scotorũ Regis filius, cuius meminit Eraſm. in Adagijs,adeò laborauit hoc malo,ut niſi naſo contingeret librum, nihil cerneret. Vnde leuius ego id uitij in filio ferẽdum duxi.De naturali uitio adi Gloſs. in l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi fornacarius. ff. de Aedilit.edict.Sp.

VITIVM, ſtuprum. Vnde offerre uitium uirgini, pro uitiare uirginem, dixit Terent. in Socru.Cicero pro culpa, iiij. Academ. uſurpat. ut dare uitio,pro culpare. j.Offic.

VITIVM,ſiue ſuſpicio impreſsionis,cum adminiſtratores in officio publico concutiunt ſubditos ad contrahendum. l. nõ licet.& l. officij. ff.de Contrah.empt. l.ſi per impreſsionẽ.C.de His quę ui metus cauſa. l. j. C. de Contract.iudic.Sp.

VITIVM, unde dictum. Vide Vitare.

VITIA perſonalia, reala, & quaſi realia. Vide l. uitia. C. de Acq. poſſeſsion. & l. apud Celſum.ff. de Doli except.

VITIARE obligationem.l. j.§. j.ff. de Verbor.oblig.

VITIO uini factum, hoc eſt, ob uinum, præ ebrietate.

VITIOSVM & nullum æquiparantur. Nam quod uitioſe fit, habetur pro non facto.l. quoties.ff. Qui ſatiſd. cog. Vitioſe, accipe inutiliter. Sp.

VITIOSVM mancipium, uel iumentum, id eſt, morboſum, ſiue morbo infectum.

VITIOSA nuce non emere, pro eo quod eſt, ne minimo quidem.

VITIOSE cautum, uel ſatisfactum, non uidetur cautum. Ideo rurſus eſt rectè cauendum. l. quoties. l. de die. §. mulieres. & §. ſi ſeruus. ff. Qui ſatiſdar. cog.

VITIOSE ſe habere membrum, eſt uitio affectum eſſe

VITIOSI magiſtratus, dicũtur uitio creati, id eſt, corrupto ſuffragio. Sp.

VITILE, quicquid ſic lentum eſt, ut commodè flecti poſsit, inquit Budæus.

VITIS, Centurionis geſtamen erat, ad fuſtigandos milites, pigrè munera ſua obeuntes. Lego, Centurio. Nebriſs.

VITREAMINA, uox rara, qua uſus eſt Paulus ad fin. l. cum de lanionis. ff. de Fund. inſtruc.

VITRIARIVS, qui uitra facit.

VITRICVS, matris meæ maritus.

VITVLVS, non tantum de boue iuniore, ſed etiam de alijs quadrupedibus maioribus accipiendus eſt. Quin etiam ad piſces refertur. l. ſi quis fundum. §. Imperator. uerſic. ſi quis uitulos. ff. Locati.

VIVA nonnunquam dicuntur, quæ natiua ſunt, non factitia. ut flumina uiua, & argentum uiuum. Ineſt autem rebus natiuis neſcio quid gratiæ (inquit Eraſm.) genuinę: quòd ars nulla queat imitationem cõſequi. Contrà, mortua dicuntur, quæ torpent, languentq́ꝫ. Sp.

VIVA aqua dicitur uulgò illa, quæ de fonte exit. Illa enim quę colligitur de pluuia in lacunas aut ciſternas, uiua nõ dicitˀ. Et ſi de fonte manauerit, & in loco aliquo collecta ſteterit, nec ad ſe illud, unde manabat admiſerit, ſed interrupto meatu, tanquam à fontis tramite ſeparata fuerit, non dicitur aqua uiua. Sed illa aqua uiua dicitur, quæ manans excipitur. autor D. Auguſtinus in c. iiij. Euang. ſecundum Ioannem. Meminit aquæ uiuæ Iuriſconſultus in l. unica, de Fonte.

VIVA ſepes, quę rubis non præciſis, ſed in eo loco natis, contexitur. Sp.

VIVA uox. Infrà, Vox uiua.

VIVARIVM, locus, in quo uel aues, uel piſces, uel feræ continentur, quæ ad uictum duntaxat pertinet. l. uſufructuarium uenari. §. uiuarijs. ff. de Vſufruc. l. poſſideri. §. item feras beſtias. de Acquir. poſſeſs. Spieg.

VIVERE. Alciatus elucidans §. uerbum uiuere. in l. quos nos hoſtes. de Verborum ſignificat. Superius, inquit, à nobis tractatum fuit, quemadmodum appellatione uictus, etiam ueſtimenta continentur: additur hic etiam ſtramenta contineri: quo nomine ſignificatur omne quod ſolo cauſa quieſcendi inſternitur. Vide ſuprà, Stramẽtorum item nomine. Sp.

VIX uocula, duo atque eadem quidem ex diametro pugnantia ſignificat. Vno nãque modo ponitur pro eo, quod eſt, etiã. l. uix certis. de Iudic. Alio modo, pro eo quod eſt, nullo modo. l. tutor. in princ. l. fin. in prin. ad S. C. Velleian. Vide Bart. in l. j. ff. de Tutel. Sp.

V L

VLCISCI, uindicare eſt, & iniuriam non impunitã relinquere. l. ſcientiam. §. cum aliter. ad Leg. Aquil. Et dicimus, Vlciſcor te etiam, pro Vlciſcor me. Sp.

VLCVS, ſanies concreta intra cutem latitans. l. ob quæ uitia. §. fin. ff. de Aedilit. edict.

VLCVS tangere, eſt mouere dolorem, eiusq́ꝫ rei facere mentionẽ, quæ nos magnopere urat. Vide Prou. Eraſm. Noſtri annotarunt ulcus dici innatũ, uulnus illatum. À nõnullis ulcus ſcribitur cum h, quod Græcè ἕλκος dicatur. Sp.

VLIGO, terræ naturalis humor, ex ea nunquam recedens. autor Seruius.

VLLVS, aliquis, quaſi unus aliquis. Nũquam autem affirmatiuè ponitur: ſed ponitur uel negatiuè, uel interrogatiuè, uel ſubiunctiuè. Exempla pete ex Alberico.

VLNA. Vide, Menſurarum nomina.

VLNAM, ueteres, & quidem melius, Alciato teſte, utranq́ꝫ manum ſimpliciter extenſam, appellant: quo fit, ut idem ſit quod cubitus, aut duę ſpithamæ. Sp.

VLPIANO adſidẽte, Prætorem interlocutum eſſe. l. meũ autem. §. ſed ex facto. ff. Quod met. cauſ. Sp.

VLTERIOR familiaritas, pro nimia ac

modum progrediente, apud Calliſtratũ. l. obſeruandum. de Offic. præſid. Sp.

VLTIMVM ſupplicium eſſe mortem ſolam interpretamur. autor Celſus, de Pœnis. Spieg.

VLTIMVM teſtamentum, Quintilian. interpretatur primum, poſt quod tamen aliud factum erat, quod iure nõ ualebat: hocq́ ex uoluntate Legis eſſe autumat, licet non ex uerbis. Sp.

VLTIMVS quis cenſetur, qui poſt neminem habet, etiamſi à nemine quoq; præcedatur: quod latius exponit Alciatus in Comment. de Verb. ſignific. Sp.

VLTIO, doloris cõfeſsio eſt. Seneca, Vltio & talio inhumana uocabula ſunt. Idẽ ultio quid præſtet, oſtendit cap. xxj. lib. x. de Clementia. Vide Bart. in l. deuotum. C. de Metat. & epidemet. lib. xij. tit. xlj. Spieg.

VLTIO, ulciſcendi actus. de quo uide Bart. in l. de Metat. & Epidem. C. libro xij. Spieg.

VLTIS Tyberim, pro ultra, apud Pomponium. de Orig. Iur. in l. ij. §. & quia magiſtratus.

VLTORE gladio puniri, locum ſuprà indicauimus.

VLTRA, præpoſitio, pręter, & trans ſignificat. Sine caſu, aduerbiũ eſt. Vide Bart. in l. Celſus. ff. de Vſucap. & in l. cum ita. de Dot. releg. & Alciat. in l. ſi quis ſic dixerit. de Verb. ſig. Sp.

VLTRA dimidium (ut dicunt) iuſſu precij deceptus dicitur uenditor, qui nec dimidiam partem ueri precij acceperit: ut ſi res ualeat ducentis, quam uendidit nonaginta & quinque. In emptore uerò alia ratio eſt. Nam is non poteſt decipi ultra dimidium iuſti precij, præterquam, ſi plus duplo emat: puta, ſi rem centum aureorum iuſti ualoris, emat ducentis, & aliquanto pluris. Vide Dn. Oldendorp. in Action. j. Claſs. iiij. Sp.

VLTRO, & pro ſponte ſua, ut crebro, & pro inſuper ponitur. l. j. §. ſi quis ultro. ff. de Quæſt. l. ſi legatarius. ff. de Dolo. Sp.

VLTRO citroq;. l. Labeo. de Verb. ſig. l. ij de Neg. geſt. l. ſi quis ex argentarijs. §. rationẽ. de Eden. Perinde aũt ualet, ac ſi dicas, hinc atq; illinc ſiue utrinq;. In factis & in dictis: ut, Vltro citroq; agitata cauſa. Et, Vltro citroq; datis & acceptis cladibus. Vltro citroq́ certatũ cõuicijs. Sp.

VLTRONEA uoluntas, noſtris oblata dicitur, ſiue non requiſita. l. fin. C. de Crim. ſacrileg.

V M

VMBRA, pro corpore. Quoties aliquis magnum quiddã uidebitur aſſecutus, cum nihil tandem auferat præter titulum, aut ſpes meras. Eraſm.

VMBRA & imago, cui opponitur, Solida & expreſſa effigies.

VMBRA ueritatis, ſpecies quædã, & quod ueriſimile dicitur.

VMBRAE, prouerbiali ioco dicebantur olim ij, qui uenirent olim ad conuiuium, non ipſi quidem uocati, ſed comites eorum, qui uocati fuerant, ſic illos ſequentes, uelut umbra corpus ultro ſequitur. Adi Chiliad. Eraſm.

VMBRATA quies, apud Alberic. inumbrata, legendum, ut habent ſynceri codices. l. ſi quod meo nomine. §. ſi furioſo. ff. de Acquir. poſſeſs. Sp.

VMBRATILIS mora, quæ in umbra fit.

VMBRATILIS ſuffragiorum pactio, apud Iuſtinian.

VMBRIA, regio Italię, incipit ab Appennino & ultrà: uſque ad ſinum Adriaticum extẽditur, multis præclara uetuſtiſſimis oppidis. Rationem nominis pete à Plin. libr. iij. cap. xiiij. Scæuola, Vmbria eſt regio in Piceno. l. uxorem. §. codicillis. de Legat. iij. Sp.

VMBILICI, interprete Porphyrione, ornamenta quædam oſſea, aut lignea, cornea'ue, umbilici noſtri formã imitantia, quæ uoluminib. iam abſolutis addebantur. Hinc prouerbialis figura, Ad umbilicum ducere, quod ſignificat, librum finire atq; abſoluere. Eraſmus.

VMBILICVS, ſignificat quicquid in aliqua re eſt medium.

V N

VN'A, aduerbium, acuitur, ſignificatq́ ſimul. l. imò. ff. de Vſu & habit. cum ſim. quas Alber. indicat. Haloander in iam citata l. pro hoc, utiq; cum uir unà ſit, legit, Cum uiro iuncta ſit. Sp.

VNAM domum in duas diuidere, pariete medio ædificato, apud Vlpian. l. ſi quis duas. ff. Comm. præd.

VNA res cenſetur, fundus, & fructus eius, ſiue maturi ſint, ſiue non. l. fin. §. pen. ff. Quæ in fraud. credit. Sp.

VNARE, ſimplex uerbum, Tertullianus uſurpat,

uſurpat. Vnde nos Adunare dicimus, & Coadunare. Rhenan.

VNANIME, quod unius eſt, animi, & eiuſdem ſententiæ cum altero. Canoniſtę quod unanimi cōſenſu factum eſt, Vnanimiter factum, uoce parum Latina, dicunt. Quorum nonnulli id etiam intelligunt, reclamantibus quibuſdam, modò pars maior conſentiat. Abbas diſſentit, quod uerbi unanimiter uis, haud ullum diſcrepantem exigat, per tex. c. bonæ memoriæ. ij. de Poſtul. Prælat. & c. unanimiter. eod. tit. Spieg.

VNCIAM, ab uno deriuari, M. Varro autor eſt. Vide ſuprà, As.

VNCIARIA Lex. Adi Feſtum.

VNCIARIA ſtips, duodecima aſsis pars, omnium minima moneta.

VNCIARIAE uites, quòd inter quamlibet uitem unius iugeri uncia, interuallū æquale faceret.

VNCIARVM fœnus, omnium minimum quod ex centum, unciam tantum in aurum reddebat.

VNCTVARIVM, locus ubi ſeruabatur oleum unctui opportunum.

VNDA, ponitur pro aqua, ut pars pro toto. Cicero pro Plancio, per translationem, undæ comitiorum dixit, pro uaria ſentētiarum multitudine, quibus ueluti undis mare, ita etiam comitia feruere uidētur.

VNDE, particula generica eſt, uarieq; accipitur. de qua latius Bart. in l. j. in prin. ff. de Vi & ui arm. Sp.

VNGERE malo ueneno, apud Vlp. l. itē ſi obſtetrix. ff. ad Leg. Aquil. Sp.

VNGVENTVM, quod & ungentum dicitur, non eſt medicamentum, ut uulgus exiſtimat, & tenax illa compoſitio, qua chirurgi utuntur ad uulnera curanda, ſed commiſtio diuerſorum odorum, addito oleo, aut balſamo, aut aliquo pingui, ad unguenda corpora, deliciarum & luxuriæ cauſa, inuenta. Pomponius tamen in l. argumento. de Aur. & arg. leg. de mundo muliebri loquens, ſcribit unguenta eſſe, quæ ualetudinis cauſa cōparantur. Sed hæc magis medicamenta dicuntur. Spieg.

VNGVENTIS legatis, quę ueniant in debitum, oſtendit Iuriſc. in l. argento. §. j. & ibi genera recitat unguentorum. ff. de Aur. & arg. leg. Sp.

VNGVENTARIVS, qui unguenta conficit ac uendit, à Gręcis Myropola dicit. Viles autē habiti ſunt unguentarij. Nec mirum, Catanæus, inquit, cum unguentum ſit materia luxus maximè ſuperuacui. Vnde ſcribit Plinius, Licinium Craſſum, & Iulium Cęſarem cenſores edixiſſe, ne quis uenderet unguenta exotica, ſic enim peregrina appellauere: & Auguſto à M. Antonio exprobratum legimus proauum habuiſſe, qui modò unguentariam tabernam, modò piſtrinum exercuiſſet. Seneca etiam libro quarto Naturalium quæſtionum, tradit unguētarios à Lacedæmonijs expulſos, & properè cedere finibus iuſſos, quia oleum diſperderent. Athenęus Ariſtotelem pharmacopolam notat. Sp.

VNGVENTARIA, & ars ipſa conficiendorum unguentorum. Vnde unguentariam facere, & quæ unguenta cōficit, & uendit. Spieg.

VNICA filia, duos parare generos dicitur, ubi quis idem beneficiū duob. ſimul pollicetur. Vide Eraſm. in Adag.

VNICVS, ſingularis, ſolus, uel unus tantū inter alias ſpecies.

VNICVS filius. l. ij. ff. de Liber. & poſthum. et Cicero pro Roſc. Amer. Et quęramus, inquit, quæ tanta uitia fuerint in unico filio. Spieg.

VNIGENITVS, filius qui unicus eſt, quaſi ſolus genitus, nec fratrem ullum habuit, aut ſororē. Diuus Hieronymus eleganter eludit Heluidium nolentem differentiam eſſe inter unigenitum et primogenitum. Spieg.

VNIONES, margaritæ dicuntur maiores de Aur. & arg. leg. l. Seia. Legauit, ait, unionem cum hyacinthis, & poſtea unionem ſoluit. Nebriſ.

VNITAS, ab unus. Vnitatis ſeparatio impetrari non debet. l. j. §. ſciendum. ff. de Separat.

VNIVERSALES actiones appellātur, quibus perſequimur corpus aliquod iuris, continens multas res cum augmento & diminutione. ut ſunt hæreditas, peculium, dos, iuriſdictio. Sp.

VNIVERSI interpretatio, fit pro ſingulis eius portionibus: qua ratione & quandoq; genus pro ſingulis ſuis partibus accipimus, & pro tēpore exponimus, pro qualibet temporis parte. Gloſs. c. generali. §. illos. de Elect. in Sexto. Sp.

VNIVERSITATVM, alia perſonarũ. ut ff. Quod cuiuſq; uniuerſ. alia rerum. Et hęc duplex. Iuris, ut hæreditas, peculium. ff. de Petit. hæredit. l. item. §. non ſolum. Facti. l. j. §. per hanc. de Rei uend. Bart. in l. j. in princ. ff. de Dam. infect. Sp.

VNIVERSITATVM nomina, quæ & collectiua, non membris ſolum, ſed et capite conſtant, ideo illud quoque comprendere debent. Sic appellatione militum, Imperator: appellatione populi, Senatus continebitur. l. j. de Milit. teſt. §. plebs. Inſtit. de Iur. Nat. Vide Bald. in Procemio Decretalium. Sp.

VNIVERSVS, quaſi omnis ad unum uerſus, id eſt, ſine aliqua exceptione. Et in ſingulari quidē idē eſt quod totus: ut, uniuerſus ager. In plurali ſignificat omnes cōiunctim. Nam ſi dicimus, Omnes ſibi domiciliũ conſtituerunt: intelligitur domiciliũ ſibi unumquemq; cōſtituiſſe. Si uerò dicimus, Vniuerſi ſibi domiciliũ conſtituerunt: ſignificatur omnes ſimul unũ ſibi pro omnibus domiciliũ feciſſe. Vide l. quoties. in fin. ff. Fam. erciſcun. l. talis ſcriptura. §. fin. de Legat. primo. Sp.

VNIVERSALE, quod ad uniuerſos pertinet. Quę autem uniuerſorum ſint, uide Inſt. de Rer. diuiſ. §. qua ratione.

VNIVERSALI orationi in Legibus, quòd harum natura ſit, ut de uniuerſis conſtituantur, indefinita æquipollet. Vide Alciat. enarrantem. l. in uſu iuris. de Verborum ſinnificat. Sp.

VNIVERSARVM fortunarum ſocietas. ff. Pro ſocio. l. ſocietatem. cum ſeq.

VNIVERSITAS quæ ſit dicenda, & utrum eo nomine ueniant homines de uniuerſitate, diſſerit Bart. in l. aut facta. §. fin. ff. de Pœnis. Spieg.

VNIVERSITATEM per unum conſeruari, text. eſt in l. ſicut. §. uniuerſitas. ff. Quod cuiuſq. uniuerſit. nom. Vide Bart in ead. l. Spieg.

VNIVS ſepultura, ſepulchra plura efficere poteſt, teſte Paulo: cui uidetur, illum eſſe religioſum locum, ubi quod principale eſt, conditur: id eſt caput, unde qualis cuiuſq; imago ſit, cognoſcitur. l. eum in diuerſis. ff. de Religioſ. & ſumpt. funer. Sp.

VNO contextu, quod nullo interueniente, non neceſſaria actione fit. l. hæredes palàm. ff. de Teſtam. §. ſed cum paulatim. Inſtit. eod. Spieg.

VNO impetu, id eſt, nixu, partu. Triphoninus: Nec enim, inquit, natura permiſit, ſimul uno impetu duos infantes de uno utero matris excedere. l. Areſcuſa. ff. de Stat. hom. Spieg.

VNO loco, pro eadem prouincia. l. fin. C. de Præſcript. long. temp. Alberic.

VNO ore damnari. C. de Epiſc. & cler. l. quoniam uenerabilis. pro ſummo conſenſu, paſſim apud autores obuium eſt. Vide Chiliad. Eraſ. Sp.

VNO ſpiritu. Vide de Rei uindic. l. ſi in rem. §. at in his corporibus.

VNO tempore, pro eodem.

VNO tenore. Vide ſuprà, Tenor.

VNVS et alter, pro duobus. l. nonnunquã. ff. de Iudic. Alberic.

VNVS homo. Paulus: Difficile eſt, ut unus homo duorum uicem ſuſtineat. l. ſi plures ſint. ff. de Pactis. Sp.

VNVQVISQVE uectorum res ſuas ſeruet. l. ult. ff. Naut. caup. ſtab.

VNVM ius, ſemper idem, nunquam mutatum.

VNVM precium, pro una ſumma, etiam ſi ex ſingulorum precio collecta ſit, exponit, teſte Alberico, in l. Aediles aiũt. §. ſi fortè. ff. de Aedil. edic. Sp.

V O

VOCABVLA, uſu quodam corrupto, pro Latinis recepta, referũtur in dictione Blada. Spieg.

VOCABVLA aliquot Iureconſultis propria annotat Alciat. lib. iiij. de Verb. ſig. & inibi aliquot uocabula Iureconſultis propria. Spieg.

VOCABVLVM, eſt id quo res ſingulæ nominãtur et uocantur, aut uoce efferuntur. Bart. docet in l. j. §. ex qua. ff. de Tut. Vocabulum haud rarò trahere propriã ſignificationem à diſpoſitione. Sumi autem nonnunquam pro ſignificato uocabuli, monſtrat Alberic. Sp.

VOCABVLA noua rebus nouis imponē da. Vide Ciceronem lib. iij. de Finib. in princ. Sp.

VOCALITAS, conſonantia, quam Græci Euphoniam uocant.

VOCANDI in ius. Vide Titulum de in Ius uocan.

VOCARE, pro nomen imponere, notum.

VOCARE in crimen, accuſare aliquem criminis.

VOCARE in ius, eſt nihil aliud, quàm cauſa expe-

ſa experiundi, id eſt, agendi, uocare. l. j. de in Ius uoc. licet, Zaſio teſte, Gloſs. aliter, & malè exponat. Sp.

VOCARE ad libertatē ſeruos, idem quod Manumittere.

VOCARE in partem, ut partem alicuius rei quis accipiat.

VOCARI, quo diſtet ab euocari, uide §. fin. in l. cum ſeruum. de Fideicommiſs. libert. Spieg.

VOCARI in ius, eſt non contemnere autoritatem Prętoris. l. v. ff. Vbi quis ager. Spieg.

VOCATORES dicti ſunt, quibus datum eſt inuitandi negocium, ſiue qui ipſi uocant ad cœnas. Sp.

VOCE non emiſſa ab hac luce ſubtrahi. in l. j. C. de Poſth. hæred. inſt. Alber.

VOCIFERATIO. Modeſtinus §. fin. l. iij. de Re milit. Qui ſeditionem atrocem militum concitauit, capite punitur: ſi intra uociferationem, aut leuem querelam ſeditio mota eſt, tunc gradu militiæ deijcitur. Eſt autem Vociferari, tradente Valla, uoce effrænata, non modò dolorem, ſed etiam indignationem (quanquam indignatio doloris genus eſt) oſtendere. Interdum ſine affectu, ſed tamen uehementius exclamare. Hinc uociferatio, uerbale, ipſe uociferandi actus. Solet autem ingens fieri inter litigandū & diſputandum uociferatio. Sp.

VOLVCRIS nomine, omne id quod uolat, non ſolum aues, ſed apes quoq;, ueſpæ, tabani, & reliqua huiuſmodi ſignificantur, teſte Steph. Rob. Sp.

VOLVPTAS, eſt elata præter modū lætitia, opinione præſentis alicuius boni. Huic uerbo, Cic. inquit, omnes qui ubique ſunt, qui latinè ſciūt, duas res ſubijciunt, læticiam in animo, commotionem ſuauem iucunditatis in corpore. lib. ij. de Finib. Spieg

VOLVPTARIAE impenſæ ad ornamentum ſolum pertinent. Alciatus in l. impenſę. de Verb. ſig. Sp.

VOLENS intelligitur, qui conſentit expreſſe, uel tacitè nihil opponit. Huic, quo nihil uulgatius eſt, non fit iniuria. l. cum donationis. C. de Trāſact. Porrò Volēs nolente animo dicendū, ubi quis fingit ſe nolle, quod cupit: aut contrà eſt etiam in Hebręorum Prouerbijs, Pigrum uelle, et non uelle. Vide Eraſm. in Chiliad. Sp.

VOLO, uerbum, de ſe indicat ſolam uolūtatis declarationē: quapropter qui dicit ſe uelle eligere, non eligit: & qui ſe dicit uelle hæreditatē adire, non idcirco adit: ſicut et qui dicit idcirco uelle Stichū dare, nō dat. l. Clodius. de Acq. hęred. Licet ex illis uerbis cēſeat̄ facta electio: nō enim quiſq; uult dare, niſi prius elegit: et hæc proprietate uerbi defendunt̄. Alioqui mens proferentis quādoq; aliud ſuadet: ut eleganter docet Alciat. explicans l. j. C. de Summ. trinit. Sp.

VOLVMEN. Vide ſuprà, Librum.

VOLVMVS, uerbum, in Conſtitutione Principis ſignificat quod Mandamus, & præcipimus: quia quum dependeat id à ſola uoluntate Principis, id uerbum actus perfectionem inducit. Vide Alciat. in l. cunctos populos. C. de Sum. trin. Spieg.

VOLVNTAS, eſt facultas ſeu uis animi, qua bonum expetimus, malum auerſamur, duce ratione. nam mutæ animantes duce natura, quę ſenſus extimulat. Papinianus, Volūtatē, inquit, potius quàm uerba ſpectari placuit in conuētionibus contrahentium. Sp.

VOLVNTAS & propoſitum facientis, diſtinguunt maleficia. l. qui iniuriæ. cum concord. in Gloſs. ff. de Furt. l. Diuus. de Sicar. Sp.

VOLVNTAS ambulatoria uſq; in momētum mortis dicitur, propter incertū uoluntatis, ait Zaſ. Nam facile uariat. quicquid ex uoluntate conficitur. l. iiij. in fin. ff. de Adimen. leg. ubi dicitur, uoluntatē eſſe ambulatoriam, inconſtantem. Sp.

VOLVNTAS captatoria eſt ea, quæ pendet ex aliena uoluntate. l. captatorias. ff. de Hæred. inſtit. Sp.

VOLVNTAS coacta. Vide, Coacta uoluntas.

VOLVNTAS expreſſa, quæ ex præfationibus, uel præcedenti tractatu conſtat. l. Titia. l. ita ſtipulatus ſum. ff. de Verborum obligat. Tacita, ut quia natura contractus, qualitas rei, perſonæ, contrahentium conſuetudo, eius quod actum eſt, coniecturam inducant. l. ſemper in ſtipulat. de Reg. Iur. Vide Alciat. in l. in conuentionib. de Verb. ſig. Sp.

VOLVNTAS præſumpta. Lege, Præſumpta uoluntas.

VOLVNTATE mea utaris. Quomodo hæc

uerba,

uerba, tum ijs ſimilia intelligantur, uide in l. Lucius. iuncta Gloſ. ff. de Don.

VOLVNTAS ultima. Hęc uox in genere inueniť ut, quę nec ſit teſtamentum, nec codicillus, nec donatio cauſa mortis, nec alio ſpeciali nomine nominetur, ſed ſimpliciter in generali appellatione ultimæ uoluntatis relinquatur. de qua facit mentionē Gloſ. not. in l. licet. C. de Pact. Zaſ. in Intellect. ſing. in prin. Sp.

VOLVNTATES ultimæ fiunt quinque modis. Aut. de Hæred. & Falcid. §. quia uerò. Porrò apud Vlpian. legimus defunctorum uoluntates non ſtrictè eſſe interpretandas. l. plenum. §. j. ff. de Vſu & habitat. Spieg.

VOLVNTARIVM eſt, quod neq; per uim, neq; per ignorantiam fit. Obſeruandū autem, quòd nō uolēs quis peccare poteſt. Et quod iuxta Salomonium ſtupidius eſt, qui non uolens peccat, interdum pœnæ fit obnoxius. & ideo, ait Demoſthenes, Lex eſt uoluntariorum, & inuoluntariorum peccatorum coercio. Sp.

VOLVNTARIA iuriſdictio eſt, quæ ſeruatur in uolentes. not. l. ij. ff. de Offic. Procons. et Leg. Alber.

VOLVNTATE fieri non uidetur, quod ignoratur. l. nō uidetur. ff. de Liber. cauſ. Spieg.

VOPISCVS dicitur, qui ex duobus conceptis, uno abortu excluſo, ad partum legitimum ducitur.

VORARE, eſt cibum non confectum dentibus deglutire.

VORAGO, barathrum dicitur, quòd in eam cadentia non emergunt, ſed quaſi abſorbentur. Voraginem uſurarum Canoniſtę uſurpant, de qua ſi lubet, uide c. j. de Vſur. lib. vj. Sp.

VORAX & fraudulentum propoſitum. l. j. C. de Numer. actuar. & chartular. lib. duodecimo.

VORSVRAM ſoluere. Eraſ. indicat prouerbialiter uſurpari de eo, qui ſic è præſentibus malis extricat ſeſe, ut alijs grauiorib. impediatur. Nam Donato uorſuram facere, eſt æs alienum, alieno ære ſoluere, aut minore fœnore maiorem acceptam pecuniam occupare. Hinc ducta uoce, ut autor eſt Feſtus Pōpeius, quod uertant creditorem. Sp.

VOSSISSATORES lepidè uocat Eraſmus noſter, qui barbaros ſecuti unū multitudinis numero cōpellant, pręter ueterum conſuetudinē. Qua de re fuſè diſſerit in de Cōſcribendis epſtolis.

VOTVM, eſt alicuius faciendi, uel non faciendi, uerſus Deum, deliberata & iuſta promiſsio. Vnde Cicero eleganter dixit, Votum, ſpōſionem qua Deo obligamur. Nobis pręcipuum uotum eſt, quod in baptiſmate fecimus. De Votis extat Tit. de Vot. & uoti redempt. Solebant autem ueteres quàm plurima uota pro Principe nuncupari. ut,

VOTA anniuerſaria ob diem imperij, cum uidelicet ad imperiū Princeps ſumptus eſſet: quorum & in iure mentio habetur. l. omnes. C. de Ferijs. Item,

VOTA cōcepta ob ſalutē Principis à ſacerdotib. Cōſulib. idq; poſt tertiū diē Calē. Ianuar. autore Caio, in l. ſi calumnietur. de Verborum ſignif. Præterea,

VOTA quinquennalia, decennalia, uicennalia, & quæ, teſte Alciato, in ueteribus numiſmatis notabātur hoc modo. Vot. x. Vot. xx. Vot. xxx. Vide Cicer. de Legibus. Pro uoluntate etiā accipitur, & deſiderio: quòd ea ualde deſideramus, quæ uoto à Deo poſcimus. Adeò etiam apud Gentiles magna res erat uotum, quod in filiofam. non habebat locum. text. eſt elegans in l. ſi quis rem. §. uoto. ff. de Pol. Eius rei fert rationem, & quidem efficaciorē, cap. jx. v. Parerg. Inter uotum autem, & pollicitationem hoc intereſſe cōſtat, idem ait Alc. quod Pollicitatio reipubl. uel priuato alicui fit: Votum uerò principi, uel Deo ex cauſa principis, uel Imperij, aut ob fortunam Cæſaris: & ſi qui caſus ſimiles. Sp.

VOTVM, uoluntas & deſiderium, quod ea ualde deſideramus, quæ uoto à Deo poſcimus, hoc eſt, promiſsione facta Deo. de quo Bart. in l. ſi quis. ad fin. ff. de Pollicitat. Idem cenſet, & quidem rectè, uerbis duntaxat enūciatis nullum induci uotum. Spieg.

VOTI reus is dicitur, qui Dijs in euentum conditionis promittit: at ubi conditio euenit, tum etiam damnatus eſt uoti. Vide Alciatum in l. nominis & rei. de Verborum ſignificat. Sp.

VOTVM munificum. Vide Eraſ. in Adag. Ouidius ait: Promiſsis diues quilibet eſſe poteſt. Sed multo facilius eſt, uotis eſſe liberalem ac diuitem.

VOTVM

VOTVM turpe, quod fit ſuper re turpi. Hoc etiam iuramento firmatum, non eſſe ſeruandum, recte tradit Zaſius aduerſus And. Eſernitanum, in l. generaliter. ff. de Verborum oblig. ſicut nec turpia pacta, contra Eckium. Sp.

VOTO non obligatur filiusfamilias. de Pollicitat. l. ſi quis rem. §. uoto. Sp.

VOTA ſuſcipere, apud Caium. Lege, Nuncupare uota.

VOTIVA legatio, pro eo quod barbare dicitur, Ad beneplacitum, hoc eſt, quæ pro uoto ac uoluntate, uel uoluntarie ſuſcipitur. Spieg.

VOTIVA uerba, quibus in uotis faciendis utimur. Spieg.

VOX patris, uox filij, quia pater et filius una cenſentur perſona. l. fin. C. de Impub. & al. ſubſtit. Spieg.

VOX uiua. Martian. Ius honorarium, quaſi uiua uox eſt iuris Ciuilis. l. nã et ipſum. ff. de Iuſt. & Iur. Sp.

V R

VRBANA ancilla. Paul. de Legat. iij. Eũ qui natus eſt (inquit) ex ancilla urbana, & miſſus in uillã nutriẽdus: interim in neutris eſſe (puta in urbanis & ruſticis) quidã putãt, uideamus, ne in urbanis eſſe intelligatur, quod magis placet. l. ſeruis urbanis. §. eum qui. Spieg.

VRBANA familia. Pompon. de Verborum ſignificat. l. Vrbana familia & ruſtica, non loco, ſed genere diſtinguitur. Poteſt enim aliquis diſpenſator non eſſe urbanorum ſeruorum numero. ueluti is, qui ruſticarũ rerum rationes diſpenſet, ibiq; habitet, & non multũ abſit à uillico.

VRBANA mancipia quæ ſint, explicat Iuriſcons. in l. ſeruis urbanis. de Leg. iij. l. is qui notus. de Supell. leg. Sp.

VRBANA predia, idem oſtendit in l. urbana prædia. Breuiter, urbanum prædium materia, non locus facit. Vnde quamuis uia cenſeatur ruſtica ſeruitus, ſi tamẽ per fundũ tuum eam mihi debeas, ut ad domum meam ire ægre poſſum, uerius eſt urbanam ſeruitutem tunc eſſe: quoniã urbano prædio debetur. Obſeruamus enim non ſimpliciter ſeruitutẽ ipſam, ſed prædium cui debetur. teſte Alc. Sp.

VRBANA penus & ſupellex, ad uſum urbanum, non ad locum urbanum, aut peregrinum, dirigenda eſt, inquit Iabolen. l. quemadmodum. de Sup. leg.

VRBANVS, qui in urbe habitat, cui Ruſticus opponitur. Vide apud Eraſ. prouerb. Vrbanus nihil æqui cogitat. Sp.

VRBANVS Prætor. Vide. §. deinde cum placuiſſet. in l. ij. ff. de Orig. Iur. et ſuprà, Prætor urbanus.

VRBANVS ſeruus, & ruſticus, quemadmodum diſtinguantur, Iabolenus tradit d. l. quemadmodum. Sp.

VRBANI ſerui. Paulus de Leg. iij. l. ſeruis urbanis. Vrbani, ait, ſerui intelligendi ſunt, quos paterfamilias inter urbanos adnumerare ſolitus ſit: id quod maximè ex libellis familiæ, item cibarijs deprehendi poterit. Sp.

VRBANAE tribus. Lege, Tribus.

VRBANICI milites. l. qui mittũtur. §. j. in fin. ff. Ex quib. cauſ. maior.

VRBICA procuratio. Vlpian. Hic cum curam adminiſtraſſet, & beneficio principis urbicam procurationẽ eſſet adeptus, in §. ex facto. l. uerum. ff. de Minor.

VRBS, ab urbando dicta: urbare autem, eſt aratro diffinire. Cetera apud eundem in l. pupillus eſt. de Verb. ſig. Sp.

VRBS propriè dicta eſt ROMA, per Antonomaſiam: cum cætera dicantur oppida: ut teſtatur Quintil. Subſcribit Marcel. in l. ut Alphenus. de Verborum ſig. Alciat. in l. ij. eod. Vrbs etiam ſolum dicitur, quod murotenus ambitur. eod. autore. Vrbs item, caſtrum, uilla, oppidum propriè ſignificant id, quod ambitu murorum continetur. c. ſi ciuitas. de Sent. ex com. in ſexto. Spieg.

VRBS, & Ciuitas quatenus inter ſe differunt, aliqui ignorant. Eam differentiam facile cognoſces ex his uerbis Ciceron. in Orat. pro P. Seſtio: Cùm conuenticula hominum, quas poſtea ciuitates nominauerunt: tum domicilia coniuncta, quas urbes dicimus. Hac igitur ratione poſsit dici ciuitas, quæcunque uniuerſitas populorum, communi lege ac ritu uiuentium: uulgò Communitas, uel commune. Inſulanus.

VRBVM, Varus ait, appellari curuaturam aratri, quod in urbe condenda adhiberi ſolet. Pomp. autor.

VREDO, qua herbę, frutices arboresq; perculſæ areſcũt: eo modo, ut Bud. ait, quo homines ægri, longa tabe emaciati, defectiq;. Iuriſcons. Sed & ſi uredo fructum oliuę corruperit. §. ſi raucis. l. ex cõducto.

Locati.

Locati. Adi Plinium libro xvij. de Vitijs & morb. arb.

VRGERE ius. Cic. libro Offic. iij. Ius Craſſus urgebat: quod uitiũ uenditor non dixiſſet, ſciens id oportere præſtari. Sp.

VRGENS neceſſitas. l. j. C. Nem. licer. in comparat. ſpec. lib. x.

VRINAM facere, pro meiere. Vlpian. Item de eo qui urinã facit, quæritur, ſubaudi, an morboſus ſit. l. quæritur. ubi Pedij ſententiam probat: non quia urinam in lecto facit, ſed quia uitioſam ueſicam habet, redhiberi poſſe.

VRINATORES dicunt, qui ſubtus aquam natãtes, tempore multo continent ſpiritum. Vrinari, eſt aqua mergi. Cailiſtr. ad Legat. Rhod. de Iactu. l. nauis. Merces per urinatores extractæ. Hanc uocem Accurſium malè interpretatum eſſe, indicauimus in Scholijs ad lib. xij. Auſtri. ad. Bartol. Sp.

VRNALIA. Proculus in l. fin. de Trit. & uin. leg. Qui uinum, ait, Surrentinũ in urnalibus habebat diffuſum. Surrentũ oppidum fuit Cãpaniæ, Sirenum quõdam ſedes. Hinc Surrentinum uinum, quod, quum quintum ſupra uigeſimum exceſerit annum, potui eſſe incipit. nam cum minimè pingue ac tenue ſit, uix matureſcit: & quum ad uetuſtatẽ peruenerit, fermè ſolum perpetuò utentibus gratũ. Sp.

VRNALES urcei, urnam continentes. hæc eſt menſura ſextariorum uiginti quatuor. Vide Alciatum in l. uinaria uaſa. de Verb. ſig. Sp.

VRNARIVM, menſa quadrata, ſuper qua urnæ aqua plenæ, in culina reponuntur.

VRSVS, beſtia eſt, nec numero pecudum cõtinetur. autor Caius in l. ij. in fin. ff. ad Leg. Aquil. Spieg.

V · S

VSIA, Græca uox, pro ſubſtantia, apud Vlpian. in l. in uenditionib. de Contrah. empt. Vide Bud. in prior. Annot.

VSIO, idem quod uſus. Vlpian. in l. Quintus Mutius. lib. ij. Iur. Ciuil. §. cui legatũ eſt aurum. uerſ. Si factum aurum legatũ eſt: omne ad eum pertinet, cui legatum eſt, ex quo auro aliquid effectum, ſiue id ſuæ, ſiue alterius uſionis cauſa paratum eſſet. Spieg.

VSITATVM, abſolutè, quod in uſu eſt. Aphricanus: Nam & uſitatum ferè eſt, ſic legare. §. ſit ita ſcriptũ. Item Venuleius §. pen. l. continuus. de Verb oblig. & uſitatius, & elegantius eſſe Labeo ait, de Leg. j. Et alibi Cicer. in Verr. Non eſt uſitatum, nõ ſenatorium. Dicimus etiam adiectiuè, uſitatus mos, uſitatũ tempus, uſitata conſuetudo, iudicium uſitatum, uſitata nomina, l. ij. de Pręſcrip. uerb. pro uulgaria, recepta, & communia. Sp.

VSQVE, præpoſitio, quaſi ad unum uel locum, uel tempus, uel aliud huiuſcemodi. De hac particula plura annotauit Albericus, & Bart. in l. patronus. §. Sempronio. ff. de Leg. iij. in l. ſemper in ſtipulat. de Reg. Iur. tum alibi. Sp.

VSQVE nunc, pro hactenus, uel hucuſque. in l. omni ĩnouatione. C. de Sacroſ. eccl. l. j. de Sum trin. Sp.

VSQVE ad tertiam generationem, idem interpretatur in præcitata. l. patronus. Spieg.

VSQVEQVAQVE, pro ſemper, apud Marcellum, in l. ab adgnato. de Curat. furioſ. & non ſemel apud Plinium Iuniorem. Spieg.

VSQVE, particula, ambigua eſt. Nam modò includit, modò excludit. De qua plura annotauit Albericus.

VSVALIS, & hoc uſuale, idem ſignificat, quod uſuarius. Iuriſconſ. in l. interdum. ff. de Publ. Quoties quis, ait, mãcipia inuecta profeſſus nõ fuerit, ſiue uenalia, ſiue uſualia, in pœna commiſſi eſt. Sp.

VSVARIVS ſeruus. Vlpian. de Dolo. in l. Et eleganter. §. Si ſeruũ uſuariũ, inquit, proprietarius occiderit. Leg. Aquiliæ actioni, & ad exhibendũ id accedit. Sp.

VSVCAPIO, eſt acquiſitio, uel adiectio dominij, per continuationem poſſeſsionis tẽporis Lege definiti. l. iij. ff. de Vſucap. Hanc Modeſtini definitionem, ab officio uſucapionis ſumptam, commodè interpretatur Oldendorp. in de Vſucap. & Præſcript. temp. Spieg.

VSVCAPIO inde dicta eſt, quòd per uſum aliquid capit & aufert. Vſus enim per lapſum temporis adimit res corporales priori dominio, & transfert in alium. Sic Pignoricapionẽ olim dicebãt, quam nunc captionem, & ablationem pignorum nuncupamus. Gellius lib. vij exiſtimat, Vſucapionẽ, et Pignoricapionẽ, duplicatis ex integro uocabulis, dici oportere. Interdum tamen extra compoſitionẽ, inter-

interiecta qualibet uoce, profertur. ut eſt apud Paul. in l. nunquam. §. ult. de Vſuc. Si defunctus, inquit, emit: hæres autem putat eum ex donationis cauſa poſſediſſe, uſu eum capturum, Iulianus ait. Interpretes Vſucapionem & Prẹſcriptionem in ſignificatione confundunt. in qua utique diſcrimen eſt: rurſus in re ipſa ſæpè differentiam conſtituunt, cum nulla ſit. Primum enim utriuſq; uerbũ iungunt accuſatiuo. ut uſucapio domum, præſcribo domum, ueſtem, fundum: non animaduertentes, quòd prẹſcribendi ſignificatio magis ad exceptionẽ pertineat, etiamſi effectus retinendi dominij plerunq; ſequatur. Deinde Vſucapionem trahunt ad res mobiles, Præſcriptionem ad res immobiles, per l. ij. C. In quib. cauſ. ceſſ. lõg. temp. præſcr. §. in ſeruorũ. cum tamen Impp. ibi, Præſcriptionem, ſeu Exceptionem longi temporis appellant, tractantes ſolùm de proprietate ſeruorum, & ſic rerum mobilium. Vnde rectè colligit Oldendorp. Prẹſcriptionẽ non pertinere duntaxat ad res immobiles, ſicut nec Vſucapionẽ ſemper ad res mobiles. per l. furtum. l. quare. l. nunquã in uſucapionib. in prin. ff. de Vſucap. Itaq; Vſucapio refertur genuina ſignificationis ui, ad acquiſitionem rerum mobilium & immobilium, quod uel indicat Rubrica iij. lib π̄. qui tractat de Acq. rer. dom. Prẹſcriptio autem ad Ius excipiendi principaliter pertinet. Vnde Tit. de Diuerſ. & tempor. Præſcrip. lib. vij. poſt reliquas exceptionum ſpecies, generaliter ſubiungitur. Spieg.

VSVCAPIO, & Præſcriptio, ſunt modi adquirẽdi dominij. Quapropter is qui uſucapit, uel præſcribit, priuſquam complet uſucapionem, uel Prẹſcriptionem, non eſt dominus, ſed quaſi dominus. Spieg.

VSVRA, ſortis acceſsio eſt, quæ propter mutuò datæ pecuniæ uſum, uel etiam moram exigitur. Cur hæc in mutuo, Iure diuino prohibita ſit, attingunt Doct. receptum'que eſt, quod dicitur: Iure ueteri de Vſuris, hodiè ad id quod intereſt produci. qua de re latius Alciat. in Comment. de Verb. ſig. & in de Reb. cred. Sumitur etiam pro reditu & fructu, qui percipitur ex uſu aliarum quoq; rerum. Catanæus citat Papinianum & Vlpianum Comment. ſexto. Spieg.

VSVRA ab utendo dicitur, & ad alias quoq; res accõmodatur, quibus ad tempus utimur. aliud autẽ ſonat uſura, quũ uetamur dare proximo ad uſuram. Ea Grecis Τόκοσ dicitur, id eſt partus, quod pecunia mutuò data, pariat lucrũ ei qui dedit. Ariſtoteles cenſuit præter naturã eſſe, ut pecunia pariat pecuniã: tametſi ueterum leges moderatione probarunt uſuras, ultra uetuerãt. Iudęis permiſſum erat alienis ad uſuram dare mutuũ, ſuis popularibus nequaquam. At Chriſtianæ leges in totum damnant uſuras, hoc eſt quicquid in fœnoret acceditur. An uerò exercere fœnus pugnet cum in re naturæ, ut quidã eruditi rationibus cõtendũt, eleganter excutit, & dilucidè, ut plerũq; ſolet, quę tractanda ſuſcipit Philippus lib. Epitom. Philoſ. Moral. ij. ibidem utiliter admonens, Vſuras immoderatas eſſe uituperandas: quia iniuſtè exhauriunt alienas facultates

VSVRAM pro pœna, & pœnam pro uſura poni, indicat Alberic. Porrò Vſuræ uerbum non eſt fœdũ, teſte Oldend. ſed non habere uſuræ modum, & honeſtam rationem eſt turpiſsimũ. Eſt autem uſura propriè lucrum ſupra ſortem exactum, tantum propter officium mutuationis. Nam cum aliquid accedit ad ſortem, cum debitor efficacem cauſam damni dedit, illa acceſſio non eſt uſuraria, aut illicita: de qua paciſcimur propter officium mutuationis, & cũ debitor nõ dedit efficacem damni alicuius cauſam Sp.

VSVRA ſemiſsis, ea eſt, quæ ex cẽtenis nũmis redditur quotannis: habita ratione non ad centum, ſed ad duodecim uncias, quæ aſſem conſtituunt. Trientaria uerò uſura, quæ ex centenis reddit quaternos nummos. Quaternaria, quæ ternos. De triẽtaria uſura Paul. ad l. Falc. l. ſi hęres. Si Reip. ait, in annos ſingulos legatũ ſit, cum de Lege Falcida quęratur. De uſura ſemiſsi, Scęuola de Vſur. l. qui ſemiſſes. Qui ſemiſſes, inquit, uſuras promiſit per annos ſingulos, & minores prę ſtitit, hęres creditoris ſemiſſes petit. etc.

VSVRARIVS dies, quo uſura ob creditam pecuniam ſoluenda eſt.

VSVRAE centeſimæ. Vide, Centeſimæ uſuræ.

VSVRAE maritimę. Vide, Nauticæ uſurę.

VSVRAE nauticæ, pro magnis abiere in prouerbium. Adi Chiliad. Eraſmi. & uide ſuprà, Nauticæ uſuræ. Sp.

VSVRPARE, Iuriſcōſultis eſt, ut & Alc. indicat, uſu capere, & eiſdem interdum præter ius uti. Vallæ uerò eſt in frequenti uſu habere, ſiue uti, tum uerbis, tum factis. Spieg.

VSVRPARE ius, pro eo quod uulgò dicunt, Capere poſſeſsionem. Bud. Idem monuit, Vſurpare ciuitatem, id eſt, dicere ſe ciuem, & agere. Sp.

VSVRPATIO, Paul. inquit. l. ij. de Vſuc. eſt uſucapionis interruptio. Oratores autem uſurpationem, frequentē uſum uocant. Itaq; ſecundum ſubiectam materiam oportet interpretari hoc uerbum. ut cum de iure uſucapiendi tractatur, accipiamus Vſurpationem pro interruptione. ſicut in l. naturaliter. ff. de Vſucap. Cum uerò alibi incidit eius mentio, intelligamus uſum frequentem, & nonnunquam, ut Oldend. eleganter dicit, tyrannum illum, morem: citans uerba Vlp. è l. iniuriarum actio. §. ult. ff. de Iniur. Spieg.

VSTVM. Lege. Vitiare uinum.

VSVS dicitur, quando ius utendi alicui datur, quòd uti poſsit prædio, uel domo ad neceſsitatem. Vſusfructus uerò plenior eſt: quia datur in eo ius & facultas utendi & fruendi prædio, uel domo. Habitatio autem, ſeruitus eſt, ſeu ius habitandi in ædib. alicuius, ſimile uſui. Zaſ. in §. æquè. Inſtit. de Act.

VSVS & Abſumptio, ſunt contraria. Vnde reperire eſt, Abuſus, pro conſumptione. Quære, Abuſus.

VSVS legatus, quid contineat, docet Iuriſcons. l. per ſeruum. §. j. cum ſeq. eod tit. Spieg.

VSVS domus item, & uſus fundi, quæ contineat, tradunt Iuriſcoss. tit. de Vſu & habitat.

VSVS equitis, in l. plenum. §. ſed ſi bonum eod. tit.

VSVS pecuniæ. Idem continere uſum pecuniæ & uſumfructum, Iulianus ſcribit, referente Vlpiano in fin. l. hoc Senatus conſultum. ff. de Vſufruct. ear. rer. quæ uſu conſum. Sp.

VSVS pecunię amitti nō poteſt, quàm duobus modis, morte ſcilicet, aut capitis diminutione. l. in ſtipulatione. cum ſeq. ff. de Vſufr. ear. rer. quæ uſu conſum. l. ſi uſus fructus nomine. §. cum uſusfructus. ff. Vſusfr. quemad. caueat. Sp.

VSVS reciprocus, qui frequentiſsimus eſt inter ruſticos. ut, Cōmodo tibi boues meos ad arandum terram tuam, certos dies, ut tu uiciſsim cōmodes tuos, cum ego arauero: non cadit ſub actionem Commodati, ſed præſcriptis uerbis. tex. in l. ſi tibi rem inſpiciendā. §. j. ff. de Præſcript. uerbor. Ex Zaſio. Spieg.

VSVS ſerui. l. plenum. §. ſi uſus. & §. ſeq.

VSVS ſuus, quid & hoc ſit, itidem explicatur à Iuriſc. in l. cum in teſtamento. de Aur. & arg. leg. Quid uſus domus, in l. ij. et iij. de Vſu & hab. Quid fundi uſus, l. ſi habitatio. §. ſi uſus fundi. eod. Quid pecoris, l. plenum. §. ſed ſi pecoris. & ibidē oſtēditur, quid equitis uſus ſit. §. ſed ſi bonū. ſicut & ſerui uſus. §. ſi uſus. & §. ſeq.

VSVS uulgatus loquendi, accipiendus ille eſt, qui paſsim receptus ſit ab omnibus. Abſurdum namq; foret, ſi ex abuſiuo loquendi, aut intelligēdi modo, rudis tantummodo uulgi introduci diceremus communem uſum loquendi: ſecundum Bald. in l. j. C. de Succeſs. edic. Sp.

VSVS, pro utilitate, & fructu aliquando accipitur, tam in ſingulari, quàm in plurali: quòd ſoleamus aliqua re ideo uti, ut ex ea fructum percipiamus. Hinc Ex uſu eſſe, pro utile eſſe, & iuuare dicimus. Vſum pro aſſuetudine quoq; accipi, uulgatum uerbum probat, Vſus eſt altera natura. Hoc nihil eſt celebratius. Ariſtoteles, Eraſ. teſte, nihil putat intereſſe inter naturam, & uſum, niſi quod intereſt inter ſemper, & plerunque. Perpetuum enim eſt, quod indidit natura: Frequēs, quod uſus affixit. Sp.

VSVS appellatione ueniat ne proprietas, diſſerit Bartol. in l. donationes. ff. de Donat. Spieg.

VSVALIS, idē ſignificat quod uſuarius. Martianus in l. interdum. de Publican. Quoties quis mancipia inuecta profeſſus non fuerit, ſiue uenalia, ſiue uſualia, in pœna commiſsi eſt. Sp.

VSVARIVS, ſubſtantiuè, noſtris eſt, qui uel uſum capit, uel uſui eſt. Adiectiuè, quod uſu abſumitur, ſignificat. Vide Gellium lib. iiij. c. j. Sp.

VSIBVS puellæ res relictæ, proprietatem arguunt. Vide Alberic. in l. donationes.

nationes. §. ſpecies. ff. de Donat. Sp.

VSVSFRVCTVS, ab uti frui deriuat̃, res quæ noſtra nõ eſt, ſed perinde ex ea fructũ atq; utilitatẽ capimus, ac ſi noſtra eſſet. l. j. de Vſufruct. definitur ab Vl. quòd ſit ius in alienis reb. utendi fruendiq;, ſalua rerum ſubſtantia. Eleganter hanc diffinitionem interpretatur Oldend. quod frigidè tractata eſt à doctoribus. Recidit tamen interdum in Dominij nomen, ſicut quælibet alia ſeruitus. l. iij. ff. Si uſufr. pet. adſtipulatur. l. ſed & ſi poſſeſſori. §. itẽ ſi iurauero. de Iureiur. Vſusfructus quoque nomine, ſicut & Vſus appellatione, interdum proprietas continetur. l. fin. ff. de Vſufr. ear. rer. quæ uſu cõſum. l. ſpecies. de Aur. & arg. leg. cum ſimil. Quaſi uſusfructus in ijs cenſetur, quæ uſu cõſumũtur. l. j. cũ ſeq. aliquot. eo. tit.

VSVSFRVCTVS bifariam ſumitur. Primùm pro fructuũ perceptione. Deinde pro iure percipiendi. ut colligitur, Alberico indicante, ex l. quòd ſi pendente. ff. de Peric. & com. rei uen. & l. ſi uſusfructus. de Iure dot. Sp.

VSVSFRVCTVS Cauſalis, qui cauſam dominij habet. cõmoditas enim ea domini eſt, ut re ſua utatur, fruatur' ue. Quamuis Alc. negat ſe in Iure legiſſe hanc commoditatem propriè uſusfructus nomine appellari. Sp.

VSVSFRVCTVS Formalis, Doctoribus ſeruitus eſt: is' que nullo modo ad dominum rei pertinet. quia cum de ſeruitutum ſpecie ſit, ſeruire illi res ſua non poteſt. l. uti frui. ff. Si uſusfr. pet.

VSVSFRVCTVS fungibilium rerum, propriè non eſt, ſed quaſi uſusfructus. ff. de Vſufr. ear. rer. quæ uſu conſum. Iuriſcons. tamen in l. ſed & ſi poſſeſſori. de Iureiur. appellat Vſumfructum etiam quaſi uſumfructum, nempe rerum fungibilium. Sp.

VSVSFRVCTVS ex fruendo conſiſtit, id eſt facto aliquo eius qui fruitur, & utitur, ait Vlpian. in prin. l. unicę. ff. Quãd. dies uſusfruct. leg. Sp.

VSVSFRVCTVS & fructus, re ipſa non differunt: niſi quòd compoſitum iſtud uerbum, uſum quoq; in fructibus cõplectitur. Porrò legare uſumfructum & legare fructum, nihil diſtãt: quemadmodũ ſi ſimplici uerbo dicas, alimẽta, uictum: aut duplici, neceſſaria uitæ ad alendum, Vide Oldend. Action. ij. Claſs. iij. Sp.

VSVSFRVCTVS, an fructus legetur, nihil intereſt. nam fructui & uſus ineſt, uſui fructus deeſt: & fructus quidẽ ſine uſu eſſe non poteſt, uſus ſine fructu poteſt. autor Vlpian. l. per ſeruum. §. j. ff. de uſu & habit. Sp.

VSVSFRVCTVS, & Vſus pecuniæ, idẽ ſunt. l. hoc Senatus. §. fin. l. ſi uſus. de Vſufr. ear. rer. Sp.

V T

VT. Huius particulæ proprium eſt, finalẽ dicere cauſam, uſumq; eius uariũ. Alb. per exempla demonſtrat.

VT VT, ſignificat utrũq;, ſiue quoquo modo. Paul. Vtut hæreditatis petitione contineatur. l. & non tantum. ff. de Petit. hæredit. Sp.

VT habeant unde ſe paſcant, Aburnio exponente l. pen. de Alim. legat. hæc adiectio magis ad cauſam prælegandi, quàm ad uſumfructum conſtituendum pertinet. Sp.

VT inſtructa eſt cum omni iure ſuo. Vide Iuriſconſ. in l. queſitũ. de Fund. inſtr. Sp.

VT eſt inſtructus fundus. Exponitur à Scęuola, in l. prædia. de Inſtruct. uel inſtrũ. leg.

VT ſic dixerim. Si quid (tradit Quintilianus) periculoſius finxiſſe uidebimur, quibuſdam remedijs præmuniendũ eſt: Vt ita dicam. Si liceret dicere. Quodam modo. Permitte mihi ſic. Quod idem etiam in ijs, quæ licentius translata erunt, proderit, quæ non tutò dici poſſunt. In quo non falli iudiciũ noſtrum, ſollicitudine ipſa manifeſtum erit. Legitur hæc clauſula commodè repetita à Marcello, in l. poſtulante. ad Trebell. Annotauit Eraſ. in explicatione Parœmiæ, Tenuiter dicis. Frequẽs & illud in Gręcis autorib. ὡς ἐν τύπῳ εἰπεῖν, id eſt, ut ita loquar. quum ſentiunt ſeriem, non ut eſt, exactè proloqui, ſed qualibuſcunque uerbis ſignificare, ac notare uerius, quàm eloqui. Spieg.

VT uiſum fuerit æquum & iuſtum, quomodo accipiendum ſit, explanat Bartolus, in l. fin. C. de Fideicommiſs. Spieg.

VTENDVM dare, & Commodare, eadem ſignificare, putat Ang. quòd Iuſtinianus Inſtitut. Quibus mod. re contrah. oblig. in §. Item is cui res, exponit unum pro alio, quod rectè Bello-

nus refellit: diſtant enim ut genus & ſpecies, l. j. §. j. ff. eodem. cætera uide apud Bellon. in iam citatum §. Sp.

VTENDVM datum. Vide, Commodatũ.

VTENDA, & poſsidenda tradere bona. Lege Ciceron. iiij. Verr.

VTENSILIA ſunt Columellæ, quibus aut alitur hominum genus, aut etiã excolitur. Vnde Gloſ. in l. eos qui utẽſilia. ff. de Decur. non rectè de ijs tantum accipit, quæ ad eſum, potum' que pertinẽt. Sunt autem excipienda ſecundum communem cùm loquendi, tum teſtatoris uſum. l. ſi certus numerus. de Leg. iij. cum ſimil. quæ Albericus allegat. Spieg.

VTER, quis unus ex duobus. poniturq́ʒ interrogatiuè, & aliquando infinitè. l. j. ff. de Rer. permut, & l. uter ex fratribus. de Conditionib. inſtit. & l. in Falcidia. ad Leg. Falcid. Vide Bartol. in l. creditor. §. Lucius. ff. Mandati. Spieg.

VTER ab utro euerſus ſit. apud Paulum in l. ſcientiam. ff. ad Leg. Aquil. Sp.

VTER prior iudex iudicaret, apud Alfenum l. is à quo. ff. de Rei uend. Sp.

VTER, utris, pellis qua uinum aut oleum deferri ſolet. l. iij. ff. de Tritic. uin & ol. leg.

VTERINVS, qui ex eodem utero prodiit. Iuſtin. Inſtit. de Bon. poſſeſs. Frater, ſoror' ue, conſanguinei, uel uterini. Lege, Conſanguinei. Sp.

VTERLIBET, alter ex duobus, hoc eſt, uter quem tibi capere libet. l. arbor. §. de ueſtibulo. ff. Commun. diuidun. l. qui duos. ff. de Procurat. Sp.

VTERQVE, ſignificat ambos: differunt tamen: quòd quum utrunqʒ aliquid feciſſe dicimus, & ab hoc, & ab illo ſeparatim factum intelligimus: quum uerò ambos dicimus feciſſe, ab utroqʒ cõiunctim id factum oſtendimus. De tribus etiam dici, ſentit Gloſs. in §. non ſolum. ij. Inſtitut. Per quas perſon. nob. obligat. acquir. l. iij. in princ. ff. Rer. amot. Budæus annotat, Vtrique, de pluribus etiam dici, ſed duo facientibus genera. Cicero in Catilin. Quod ego utroſque in eodem genere prædatorũ, direptorum' que pono. Id eſt, quæ duo genera ciuium. Sp.

VTERQVE ſexus. Vlpianus: Sed et utrũque ſexum prætor cõplexus eſt. l. ſi quis id de iuriſd. omn. iud. Plaut. neutro genere protulit in Rudente.

VTI, dictio, ad aliud relatiua eſt, non ex ſe diſpoſitiua. l. j. Vti poſsid. ex Alciato, in l. ſi cum fundum. de Verb. ſignific. Sp.

VTI à me poſſeſſa, Vti poſſedi, ut accipienda, Iuriſcoss. oſtendunt. l. Seiæ. §. fin. de Fund. inſtr. l. quæſitum. §. prædia. cũ ſeq. l. qui habebat. §. peto. Item, Vti à me poſſeſſa ſunt, & quęcunqʒ ibi erunt, cum moriar. l. Lucius Titius. §. quidam. de legat. iij. Sp.

VTI optimus maximusq́ʒ eſt, quomodo accipiendum ſit, ſuprà indicatum eſt in dictione, Optimum tradere. De quo & Alc. in l. ſi cum fundum. de Verb. ſig. Spieg.

VTI, Verbũ, pro utilitatem capere, de omnibus rebus dicitur, exceptis amicis & familiaribus, de quibus pro conuerſari accipimus. Cæterùm, municipes utuntur foro, baſilica, & ſimilibus, non poſsidẽt. l. j. §. fin. ff. de Acquir. poſſeſs. Sp.

VTI, non uſqʒ ad compendiũ, ſed ad uſum, non abuſum. Vide Vlpian. l. plenum. §. j. ff. de Vſu & habit. Sp.

VTI frui, hęc compoſitio uerbi omnem utilitatem rei ſignificat, ſed cum moderamine. Quippe, ſalua rerum ſubſtantia. Vide Dn. Oldend. declarantem obiter definitionem Vſusfructus, in Action. vj. Claſs. iij. Sp.

VTI & abuti, Boethius lib. Comment. in Topica Ciceron. ſecundo, diſtinguit, ut in dictione, Abuſus, recitauimus.

VTI uia populi, Cicero dixit, pro populi more cuiuslibet ſentẽtię, ſine ullo iudicio aſſentiri, & numero uocum potius, quàm ueritati operam dare.

VTILE, quo utimur, quod nobis confert.

VTILE, quod rem meliorem facit, & deteriorem eſſe non ſinit. l. quod dicitur. §. final. ff. de Impenſ. in res dot. fact. cũ ſeq. l. impenſæ. de Verbor. ſignificat. Spieg.

VTILE eſt, rem iuſto precio habere poſſe. l. ſicui fundus. de Leg. ij.

VTILE, niſi & honeſtum ſit, non appellandum. per Tex. & Gloſ. ab Alberico indicatam.

VTILE tempus. Vide, Tempus continuum.

VTILES neceſſariæq́ʒ impenſæ quæ. Vide Caium l. utiles autem. ff. de Petit. hæredit. Sp.

VTILIS actio. Vide, Actio utilis.

VTILIS annus. Vide ſuprà, Annus utilis.

VTILIS dies ſimiliter dicitur, quo ſe controuertentes mutuò coràm iudice conuenire poſſunt. l. j. ff. de Diuerſ. & tempo ral. præſcript. Sp.

VTILIS dominus, qui utitur & fruitur: Directus non etiam. Sp.

VTILITAS publica. Quęre, Publica utilitas.

VTILITAS, notæ ſignificationis, pro cõmodo. l. j. ff. de Negoc. geſt.

VTILITATIS nomine, compendij'ue, hoc eſt, commodi, euitatio damni cenſetur. l. ſi quis hominem. §. final. ff. Ad exhibend.

VTILITAS publica, quot modis conſideretur, eleganter tradit Bart. in l. j. ff. Solut. matrim. Eam in quacunq; diſpoſitione uſquequaq; exceptam intelligi, diſertè cauerunt Impp. in l. iubemus. j. C. de Sacroſ. eccleſ. Sp.

VTILITATES, in plurali, pro uſu, apud Ciceronem legimus.

VTPOTE, pro quia, cauſatiua eſt, ut quippe, quemadmodum oſtendit Valla in Elegantijs. C. de Sacroſ. eccleſ. Aut. ingreſsi. Nec ergo de his teſtantur, utpote nec domini rerum. Sp.

VTPVTA. Hac uoce Iurecoss. utuntur, ceu confirmatiua. Vide Alberic.

VTRAQVE lingua, Græca & Latina.

VTRISQVE luminibus orbatus. l. j. §. caſum. ff. de Poſtul.

VTRIVSQVE poſſeſsionis reditus confuſi. Protulit eius exemplum Paul. in l. prædijs. §. Titio. de Legat. iij. Sp.

VTRO, Aduerbium, uerſus quam partẽ.

VTROBI, utro in loco, ſicut Vtrobiq;. Haloander rectius Vtrubi: ut ſit compoſitum ex utrum, & ubi: quaſi apud quem ex duobus de re conuertentibus. Quod & Accurſius rectè ſentit in l. unica. ff. Vtrubi. ibi prætor ait: Vtrubi hic homo, quo de agitur, maiore parte huius anni fuit, quo minus is eum ducat, uim fieri ueto. Sp.

VTRVM, interrogandi aduerbium, idem quod num ſignificans, & ſequentem ferè ſemper habet particulã an, quamuis etiam ſine ea particula interrogat. Inſtit. Satiſd. tut. §. ſi ex te. de Rer. diuiſ. §. feræ igitur. & §. ſi ex aliena planta. l. ſi ſtipulatus fuero. ff. de Verbor. obligat. cũ ſim. per Alberic. indicatis, qui in l. ſi is qui ducenta. §. utrum. ff. de Reb. dub. annotãuit dubitantis eſſe uocem, quomodo reperitur apud Plautum, Terentium, & Ciceronem.

V V

VVA, uitis fructus, inter dulcia recenſetur in l. ult. ff. de Trit. & uin. leg

VVA in homine appellatur, cuius meminit Vlpianus in l. quæritur de ea muliere. §. idem ait, ſi uua alicuius præciſa ſit. Vide Celſum lib. vj. cap. quarto. Sp

VVAE crudæ, Vlpian. ad Leg. Aquil. l. ſi ſeruus ſeruum. §. Si oliuam, inquit, immaturam decerpſerit, uel ſegetem deſecuerit immaturam, uel uuas crudas, Aquilia tenebitur: Crudas, hoc eſt, nondum maturas. Cicero de Senect. Et quaſi poma ex arboribus, ſi cruda ſunt, ui auellũtur: ſi matura & cocta, decidunt. Spieg.

VVAE duracinæ, quæ propter firmitatem etiam contra frigora durarent, & ideò ſeruarentur, teſte Alciato, à Iuriſcons. appellatæ ſunt in l. qui fundum uendidit. de Verb. ſignif. Sunt qui earum ſpecies eſſe Veniculas, & Numelianas credant. Purpureas uerò appellaſſe Iuriſconſ. eas uidetur, quæ in ollis condirentur: quoniam cum adhuc rubeſcunt, ante uidelicet perfectam maturitatem, decerpi debent, ut Cato præcipit. Sp.

VVAS, quas non uini cauſa habemus, ſed eſus, poma dici poſſe, Paulus autor eſt. in l. qui fundum. de Verb. ſig. Alciat. ibidem uuarum comeſtibilium ſpecies enumerat, ut ab autoribus proditæ ſunt. Wer ſchuldt bezalt/der macht haubt gelt. Vide Dn. Oldend. Action. j. Claſs. vj. Spieg.

VVLGAREM formulam. Paul. pro actione dixit in l. ſi ſeruus nauem. ff. de Furt. obſeruauit & Oldend.

VVLGAREM mulierem, in l. ſi uxor. ff. de Adult. Accurſ. meretricẽ intellexit: quod Alciato durum uidetur: uulgarẽ intelligens, ex aduentitio uulgo, non ex ciue Romana. lib. ij. Parerg. Sp.

VVLGARIA opponuntur his, quę in precio ſunt. l. iij. ff. de Supell. leg.

VVLGARIA nomina, pro uſitatis. l. ij. ff. de Præſcript. uerb.

VVLGARIA tectoria, apud Proculum. l. quidam Iberius nomine. in fin. ff. de Seruitut. urban. præd. Lege, Structile. Spieg.

VVLGARIA uaſa, Iuriſcons. definit, quæ non ſunt proprio loco attributa. l. ſupellectili. de Suppell. leg. Sp.

VVLGARIS amicitia, quę ex leui noticia cõtingit, & inter improbos quoque plerunque eſt. ut colligitur ex Paul. in l. latæ culpę. de Verb. ſig. Alciat. Maximam amicitiam, cuius multa exempla cõmemorat Lucianus in Dialogo, qui Troxaris inſcribitur, opinatur cum Heſiodi Erigone ad ſuperos receſsiſſe, & nuſquam in humanis habitare. Eſt & alia Amicitia, quam Paulus in d. l. deſcribit: de qua proditum eſt, Leges accipiendas eſſe, quæ cauſa amicitiæ aliquid indulgent, uel uetant. l. ſciendum. §. ſi alicuius. ff. de Legation. Spieg.

VVLGARES artes, quæ uulgò Mechanicæ dicuntur.

VVLGARIS perſona, leuis: ea honeſtæ perſonę ab Vlpiano opponitur, in l. legitimos. de Legit. tutor. Sic uulgaria, pro rebus parui precij. l. iij. ff. de Supel. legat. ut uulgaria tentoria. l. quidam. §. parietem. de Seru. urban. præd. Spieg.

VVLGARIS, quot modis in Iure ſumatur, exponit Bartol. in l. i. ff. de Vulg. & pupil.

VVLGATVM eſt. l. dotis promiſsio. ff. de Iur. dot. hoc eſt, omnibus notum, & cõmune factum.

VVLGO concepti. Vide, Naturales filij.

VVLGO quæſitus, pro ſpurio. l. i. ad S.C. Tert. Sed & uulgò quæſiti admittuntur ad matris legitimam ſucceſsionem. & l. ij. ſiue iuſtè ſint procreati, ſiue uulgò quęſiti. Sp.

VVLGO receptum, pro conſuetum. l. non ſolum. §. uulgò. ff. de Vſucap. l. uulgò. de Vſur. Spieg.

VVLGVS, multitudo ignobilior. Inſtit. de Rer. diuiſ. §. hoc amplius.

VVLNVS, eſt hians, patensq́ apertura, corporis ictu aliquo inflicta. Vide Bart. in l. ſi ſeruus. §. ſi factũ. ff. ad Leg. Aquil. & in l. lex Cornelia. §. j. de Iniur. Spieg.

VVLNVS letale præſumitur, ſi uulneratus intra triduum mortuus fuerit. Bartol. cum alijs probat, in l. ult. in fin. ff. de Sicar.

VVLNVS mortiferum infligere. Iulianus: Igitur ſi quis ſeruo mortiferum uulnus inflixerit, eundemq́ alius ex interuallo ita percuſſerit, ut maturius interficeretur, quàm ex priore uulnere moriturus fuerat, ſtatuendum eſt, utrumq́ eorum Lege Aquilia teneri. Spieg.

VVLNVSCVLVM. l. j. §. proinde. ff. de Aedil. edict.

VVLNERE uita excedere, apud Iulianum, in l. ſi ita uulneratus. ff. ad Leg. Aquil.

VVLNERARIVS, ſubſtantiuè, qui uulnera ſanat & curat.

VVLNERATIO, ipſe uulnerandi actus, num prius accipienda, quamuis repellatur, Interpretes controuertunt. Sunt qui fuga potius, quàm uim propellendo, ſalutem eſſe petendam confirment. Vide Salomonium, in l. ut uim, ubi non uulgaria tractat, ultra Doctorum traditiones. Sp.

VVLT, an ſignificet liberam uoluntatem, diſſerit Bartol. in l. Luc. Titius. ff. de Fideicom.

VVLTVS, à mente fingitur, ut ait Cicero lib. Tuſcul. Quæſt. iij. eſtq́ uultus, ut idem in Piſonem ait, ſermo quidam mẽtis tacitus. Extat apud Specul. tit. de Aduoc. §. v. uulgatus uerſiculus, Vultus talis erit, qualia mente gerit.

VVLTVS nullo in animante eſſe, præter hominem, poteſt: cuius uim Græci norunt, nomen omnino non habent. Autor Cicero de Legib. lib. j. Vide Specul. tit de Aduocat. §. v. & j. parte tit. de Teſte. §. vij. Sp.

VVLTV recto. l. ſacrilegij. C. de Diuerſ. reſcript.

VVLTVS ſacri. C. Publ. lætit. l. j. lib. xij.

VVLTVRES, metaphora uulgata, appellantur captatores teſtamentorum, & hæredipetæ.

VVLVA, Latinis non eſt obſcœna uox, nõ magis quàm matrix, qua concipitur fœtus: quæ cum deſtituitur in attrahendi ac retinẽdi ſemẽ, ſterileſcit mulier. Nec eſt, ut indoctum uulgus accipit, pudendum muliebre. Vlp. de Aedilic. edict. Queritur, inquit, de ea muliere, quæ ſemper mortuos parit, an morboſa ſit. Sabinus, ſi uuluę uitio hoc contingat, morboſam eſſe ait. Vide Roterod. in Annot. ad cap. iiij. in Rom. Sp.

V X

VXOR iuſta dicitur, quæ uerè uxor, & perquàm ſolenniter ducta eſt, non quæ ſimplici

ſimplici ſponſione uxor eſt, tametſi legitima ſit. Alciat. in Paradox. lib. iiij. cap. vij.

VXOREM appellat maritus Dominam, apud Scæuolam in l. uxorem, de Legat. iij. eiuſmodi, Alberico teſte, ſunt multi, qui non modò eas Dominas uocant, ſed pro dominabus obſeruantes, eis etiam ſeruiunt. Quod certè uitio dandum eſt. Id uxorij nomen indicat. Quamuis poſſeſsiuo epitheto ab uxore, mundus dicatur uxorius, dos uxoria, monile uxoriũ, & imperium uxorium, ubi maritus nihil facit, niſi quod uxor iubet. Quum tamẽ uxor in familia uiri eſſe uideatur, qui habet dominium, id eſt, quandam præeminentiam in illam l. pronunciatio. §. familiæ appellatio. de Verb. ſig. l. quicunq;. C. de Re milit. Spieg.

VXOREM diuidit Cicero in Topic. in Matremfam. nempe quæ in manum uiri conuenit. cuius meminit Papinianus in l. ex ea parte. §. mulier. de Verb. oblig. Et in eam, quæ in manũ uiri non conuenit, cui cum ſpecificum nomen non inueniret, appellauit eam generis uoce Vxorem, per κατάχρησιν. Obſeruandũ enim, quod monuit & Apellus, nominibus rerum quarundam carere: quòd plura ſint negocia, plures res, quàm uocabula. l. iiij. de Præſcript. uerb Spieg.

X

X LITERA illa ceu uaſtior, ſequente conſonante in S. à ueteribus mutata eſt. ut ex emendatione Haloandri deprendere licet. Sp.

X E

XENAGI dicuntur præfecti mercede ſtipendia facientibus.

XENAGOGVS eſt peregrini mercenarijq; militis dux.

XENIVM capere, eſt locum in quem diuertas à magiſtratib. impetrare, ubi diuerſoria minus ſuppetant.

XENIVM, munus quod hoſpitib. datur: ξένος enim hoſpes dicitur. Vlpianus de Offic. Procos. l. ſolẽt. Non, inquit, in totum xenijs abſtinere debet Procos. Et paulo pòſt: Quantũ ad xenia pertinet, uetus prouerbium eſt. Nebr.

XENODOCHIVM, locus eſt, quo recipiũtur hoſpites, quæ uulgo Hoſpitalia uocãt, trito uocabulo magis, quàm probo, ut ait Eraſ. noſter. Nebriſſenſis interpretat̃ hoſpitium publicũ peregrinis, uel priuatum. C. de Sacroſanct. eccl. l. illud. l. ſancimus. l. ſi quis. Itẽ de Epiſ. & cler. tõ xenodochium, tum xenon appellat̃ Sp.

XENONES, pro xenodochijs capimus. C. de Sacroſ. eccl. qua in parte nominantur, ſed corruptè gerontocomia, brephotrophia, ptochotrophia Sp.

XENOPAROCHVS, id eſt, qui publicè munera hoſpitibus contribuit, ξένος hoſpes, πάροχος, dator eſt, ſeu tributor. Arcad. tit. de Muner. l. munerũ. Tabularij, inquit, uel xenoparochi, ut in quibuſdam ciuitatibus. Nebriſs.

XEROLOPHVM, locus Conſtantinopoli celebris. Iuſtin. iiij. Inſtit. tit. de Pub. iudic. Admonet nos, inquit, epigramma in xerolopho ſcriptum. Nebriſs. Sed hoc uocabulũ, quod Alciat. putat adulterinum apud Iuſtinian. loco iam citato, pro tumulo à Suida ponitur, ex congeſtis lapidib. facto. Tripodes in eo fuiſſe, in quib. Epigrammata ſcribi ſolerent, Priſcianus autor eſt lib. j. ſub tit. de Accidentibus literæ. fol. vij. Spieg.

Χρῆσις, id eſt uſus. Vlpian. Sed ſi χρῆσις, ait, ſit relicta, an uſus. ſit, uidendum. l. ſi habitatio. §. j. ff. de Vſu & habit. Sp.

X Y

XYSTICI, pugiles fuere, qui in xyſtis, & lõgis porticibus exercebantur, uel quòd haſtis decernerent. à Græco uerbo ξυστός, quod eſt haſta. Et xyſtarchus dicitur, qui gymnaſio præeſſet. Vide Alexan. Neap. lib. iij. cap. ix. & Rhodiginum cap. lj. lib. Antiq. lect. xi. Sp.

Z A

ZALEVCI lex, de edicto, mãdato q; plus ſatis rigido, paruq; humano dicebatur: quales feruntur & Draconis fuiſſe leges apud Athenienſes. Vide Valer. Maxim. lib. vj. cap. v. & Lud. Cæl. Rhodigin. libro x. cap. xix. & lib. ſeq. cap. lxxviij. Spieg.

ZANI, uel potius Tzani, populi, ut clariſsimus Iurecõſult. Viglius legendũ eſſe annotauit, quod et Alciat. doctiſsimus probat, à ueterib. Sanni uocati ſunt, prius tamẽ & Macrones dicti. primũ ſub imperio Iuſtiniani uicti, in formã prouinciæ ſunt redacti, ut ſcribit Agoth. li. v. Fit eorũ mentio in Nouell. prima conſtit. de hæredibus, & Falcid. Sp.

Z E

ZELOTYPIA definitur à Chryſippo ægritudo animi ex eo proueniens quod timeas, ne adſit alteri, quod cū nemine uelis habere commune. Zelotypiæ ſpiritu uexatus uir, cum ſuſpectam uxorem de adulterio habet, quomodo agere poſsit, docet Moſes in Numeris Sp.

ZELVS, affectus ille qui in Sacris literis nominatur, oritur ex commiſtione indignationis, quę eſt de bono indigni: et miſericordia, quę eſt de malo indigni. Tametſi Zeli nomine, quidā rapiātur Zelo imperito, & impruděti: cuius ad Rom. meminit diuus Paulus. Vide Ludou. Viuē de Anima, lib. iij. tit. de Indignatione.

ZELVS propriè noſtris eſt uiri amor in uxorem ij. q. i. C. Si peccauerit, in fin. Dicitur & Zelus affectus ille.

ZETA, locus erat unius cubiculi capax, ſolem hybernū ſpectans: ita conſtructū, ut per heliocaminū uaporē acciperet. Alex an. Neapolit. Gen. dier. lib. v. cap. v. Super hac dictione quid compererit Catanæus, refert pluribus in Comment. ad ij. lib. Plinian. Epiſt. Spieg.

ZEVGMATIS genus eſt, quando aduerſus res præcedentes, neutro adiectiuo omnes terminamus. ut cum dicimus, Vxori ueſtem, ornamenta, mundū, aurum, argentum, quod eius cauſa paratū eſſet, omne lego: intelligitur legata etiā ueſtis, eius cauſa non parata. l. hæres. §. uxori. de Leg. iij. Spieg.

Z I

ZITVM, potus eſt quē è frugibus excogitauit Aegyptus. Vlpian. tit. de Trit, & uino leg. l. Si quis zitum, inquit, & cętera pro hominum affectione. Ant. Nebriſs.

Z O

ZONA, nedum cingulū, ſed & marſupiū eſt. Vlpian. de Bon. damnat. l. Diuus. Neq; ſi zonam, inquit, circa ſe habuerit, protinus aliquis ſibi uendicare debebit. Zonis uentri menſuram conſtitutā indicat Alciat. cap. xxvj. lib. parerg. vj. Cæterū zonę appellatione quid intelligatur, ueteribus relatum à Rhodig. lib. lect. antiq. xxij. cap. xix. Sp.

ZONAM perdere, Caſtrenſe prouerbiū, in eos Doctores, qui nihil habent nummorum. Adi Chil. Eraſmi.

ZONARII, id eſt, qui zonas conficiunt. Extat apud Cic. pro L. Facco. Sp.

ζωτόφορα dicuntur, quæ mediam naturam inter ſenſibilia, & uegetabilia habent. ut oſtrea ſpongiæ, & ſimilia inter animalia. Nos forte, inquit Budęus, Plantamines dicere poſſumus, uel Plantaminalia.

ζώωτα, petia dicuntur, animaliū figuris intexta.

ZOXENI, operarij, qui in diem uiuunt. παρὰ τὸ ζῆν, καὶ ξενίζειν, quod uiuere ſignificat in hoſpitijs. ipſi autē operarij, qui in aquæ ductib. laborabant, Silicarij dicuntur. Alciatus in l. ad reparationem. C. de Aquæductibus. lib. xj. Spieg.

Z Y

ZYGOCEPHALA, ſignificant iumentorum capita iugo illigata. Iuſtinian. tamē in Nouell. iuxta editionem Haloandrinam, de Offic. præſid. Conſtitut. xvij. §. compelles etiam. uſurpauit hoc uocabulum, pro quod iuncti boues uno die exarare poſſunt: ut Iugerum appellatio apud Varronem, & alios. Sp.

ZYGOSTATAE, qui examini ponderū præfecti ſunt. Horum iudicio Paul. Caſtrenſis cenſuit, catenus liberari debitū, quatenus deliquato ære, reliquum margēti ſupererit creditori. l. fin. C. de Pond. lib. x. Qua de re latius diſſerit Alc. in l. ij. ff. Si cert. pet.

ZYZANIA, adulterina ſemina, quæ frugibus ſæpe miſcentur. In Sacris literis quidā zizania interpretantur ſectas & hæreſes: atq; inde colligunt, non eſſe poteſtatis ciuilis hereticos ſupplicijs adficere. inter quos Auguſtinus ipſe ſe fuiſſe fatetur. Verùm poſtea re ipſa, & certis demonſtrationibus ſe adactum dicit, ut hac opinione cederet.

FINIS. VI MARTII, ANNO XLVI. I. S.

IAC. SPIEGEL. LECTORI.

Hæc habui, candide ſtudij noſtri candidate, quę in Tertia huius Operis editione, in gratiam tuam, ad Priores, quòd ille Operarum incuria fefellerant, eas recognoſcens adijcerem: indicatis etiam alicubi Loquendi formulis, à ueteribus Iuriſcoss. uſitatis. Tu ſi quæ pręterea inter legendum inuenies, ea adde. Nam in hoc, Typographus conſilium meum ſecutus, tantum uacui marginis reliquit. Interim VALE, noſtrum'que laborem boni conſule.

QVAE LEXICO huic poſtrema æditione recens acceſſere.

LEGES ROMVLI

I

Ne quid inauguorato faciunto.

II

Patres ſacra, magiſtratusq. ſoli peragunto, ineuntoq.

III

Sacrorum omnium poteſtas ſub regibus eſto, ſacra patres cuſtodiunto.

IIII

Plebei agros colunto

V

Populus magiſtratus creanto. leges ſciſcunto. bella decernunto.

VI

Deorum fabulas ne credunto.

VII

Deos peregrinos, praeter Faunum, ne colunto.

VIII

Nocturnas in templo vigilias ne habento.

IX

Ne quis praeſentibus foeminis obſcaena verba facito.

X

Quiſq. demiſſam ad talos togam in urbe habeto.

XI

Parricidas omnes capite puniunto.

XII

Ne quis niſi per portas urbem ingreditor neue egreditor moenia ſacroſancta ſunto.

XIII

Mulier viro legitimè coniuncta fortunarum et ſacrorum ſocia illi eſto. utq. domus illic dominus, ita haec domina.

~~XIIII~~

XIIII

~~Filia~~ Filia uti patri, ita defuncto viro haeres eſto.

~~XV~~ 15

Adulterij coniunctam vir et cognati, uti volent, necanto.

~~XVI~~ 16

Si vinum biberit, domi ut adulteram puniunto.

~~XVII~~. 17

Parentum liberos omne ius eſto relegandi, vendendi, et occidendi.

~~XIX~~ 18

Monſtroſos partus ſine fraude caedunto.

D. Ioannis Oldendorpii in Verba Legum XII Tabularum Scholia iuxta ſeriem æditionis ſuæ.

LEGES XII. TABVLARVM.

DE RELIGIONE. TIT. I.

QVAS reliquias harum Legum habemus, eas Ciceroni acceptas ferre oportet: nam is in lib. 2. de Legibus, ſic ait: Leges autem à me ædentur, nõ perfectæ (nam eſſent infinitæ) ſed ipſæ ſummæ rerum ac ſententiæ. Verbis autem uſus eſt Cicero, non ita priſcis, ut in ueteribus Legibus: & tamen quò plus autoritatis haberent, paulò antiquioribus, quàm ſermo tum eſſet apud Romanos certè politiſſimus.

Quoties igitur in his ſcholijs Ciceronẽ citabimus, non adiecto loco, intelliges ſemper libros tres, quos de Legibus, incredibili quadã grauitate ſcripſit: ut ſemel in uniuerſum id admoneamus, quod alioqui ſæpe repetendum eſſet.

Rectiſſimè autem ſecundum Græcos autores exorſus eſt à Religione & cultu Deorum, uelut felici quodam auſpicio: ut interim admoneamur, quantò magis nos deceat primũ quærere regnum Dei, qui non ſolum Decalogo meliorum olim Tabularum, ſed etiam per filium ſuum Chriſtum & Apoſtolos eius fideliter nos docuit, Matth. 6. Qua ratione in Codice Imperatorio, illucente iam Euangelica ueritate, De ſumma Trinitatè & fide Catholica, primo loco tractatur.

DE CVLTV DEORVM. Caput I.

AD diuos adeunto caſtè, pietatem adhibento, opes amouento.
Qui ſecus faxit, Deus ipſe uindex erit.

INTERPRETATIO.

Videamus nunc uerborum & rerum interpretationem ſigillatim.

¶ Ad Diuos adeunto caſtè.] M. Cicero ſic explicat: Caſtè iubet Lex adire Deos, animo uidelicet, in quo ſunt omnia. Nec tollit caſtimoniam corporis, ſed hoc oportet intelligi: Cum multum animus corpori præſtet, obſerueturq́; ut caſta corpora adhibeantur, multò eſſe in animis id obſeruandum magis.

Nos uerè ſcimus, animum Deo eſſe afferendum contritum & humiliatum, Pſal. 50. Et. 101. Mat. 6. Ioan. 4. Et. 1. Corin. 14. Quocirca Paulus circumciſionem cordis grauiter tractat. Rom. 2.

¶ Pietatem adhibento.] Quid eſt pietas? M. Cicero De natura Deorum lib. 1. diffinit, pietatem eſſe iuſticiam erga Deos, quam Religionem dicimus, qua ſublata, non poſſit conſtare fides humaniq́; generis ſocietas. Rectè quidem, ſi uerum Deum per fidem cognouiſſet, ſicut nobis reuelatus eſt à Chriſto ſeruatore noſtro. Auguſtinus: Pietas uera (inquit) eſt uerax Dei cultus, non cultus falſorum tot Deorum, quot dæmoniorum.

Pietas quoq́;, eſt ſubiectorum erga maiores & cognatos obſeruatio quædam, naturæ conſentanea. Et contrà, maiorum erga ſubiectos clementia, ſeu benignitas. Vt in. l. penulti. ff. De oper. liberto. l. Imperialis, in princ. &. §. j. C. De nupti. Vlpianus in. l. Et eleganter. §. Idem Labeo quærit. ff. De dol. mal. Et in. l. Si hominem, in princ. ff. Depoſit. Pietatem accipi uult pro miſericordia, quam alter exercet erga alterum, qui ſe iuuare non poteſt. Nam & Chriſtus autor naturæ, uult nos eſſe miſericordes. Sed de hac pietate, & alibi dictum eſt, & infrà dicetur.

¶ Opes amouento.] Quod autem Pietatem (ait M. Cicero) adhiberi, opes amoueri iubet: ſignificat pietatem gratam eſſe Deo, ſumptum eſſe remouendum. Videlicet, ne ſumptu ſacris adhibito, paupertas quæ illi cum primis placet, arceretur ab aditu eius. Quippe nihil Deo ingratius eſſe Cicero ſubdit, quàm non omnibus patere ad ſe colendum uiam. Certè non contemnenda uox eſt, nec à Chriſtiana ueritate abhorrens, præterquàm quòd Gentes ante cognitionem ueritatis, omnia ferè referebant ad res externas, cum Deus noſter, pauperes ſpiritu uelit etiam in medijs diuitijs, ut Matth. 5. & Luc. 1.

¶ Deus ipſe uindex erit.] Quòd autem non Iudex, ſed Deus ipſe uindex conſtituitur, præſentis pœnæ metu Religio confirmari uidetur, inquit Cicero. Quaſi dicat: Videtur Dei uindicta plus ponderis adferrè ac timoris, quàm hominum pœnæ: ut qui uideat omnia, quo quiſq́; animo Religionem colat. Quare paulò pòſt ſubiungit: Et quod uult Thales, qui ſapientiſſimus inter ſeptem fuit: homines exiſtimare oportere, Deos omnia cernere, Deorum omnia eſſe plena. Sic & Alexander Imperator. C. de Rebus credit. & Iureiur. Iuriſiurandi (inquit) contempta Religio, ſatis Deum ultorem habet. Non tamen, aut Lex XII. Tabularum, aut Imperator negauit, pœnis humanis eſſe ſubdendos Religionis contemptores uel periuros, ut

inferius dicetur. Quod non ſatis intellectum, multis negocium fecit in materia puniendi periurij.

Hæc ſanè, cum Religione noſtra conueniunt. Primùm enim, omnia facimus ſub oculis omnipotētis Dei, Galat. 3. Coloſſ. 3. Eccleſ. 39. l. j. in princ. C. De ueter. iur. enuclea. Et Nouell. De priuileg. dot. Deinde, trāſgreſſorum delicta non fore apud Deum impunita, etiā, ſi hominibus utcunq; imponant, teſtimonia ſunt ſcripturæ ſacræ admodum horrenda. Adam, obliti præcepti pœnam luit expulſus Paradiſo, & ad nos tranſmiſit, Geneſ. 1. Iſraelitæ parantes expeditionem contra præceptum, occiſi ſunt, Num. 14. Item Saul tranſgreſſor, deſtituitur regno, 1. Reg. 15. & 1. Cor. 6. Ne erretis (inquit Paulus) Deus non irridetur.

DE TEMPLIS ET LVCIS. Caput II.

SEparatim nemo habeſſit Deos: neue nouos, ſed ne aduenas, niſi publice aſcitos, priuatim colunto.

Conſtructa à patribus delubra habento, lucos in agris habento.

Et Lariū ſedes, ritus familiæ patriæq; ſeruanto.

INTERPRETATIO.

Impia hæc & pleraq; ſequentia ſunt, quare uerba Legis obiter & antiquitatis ritus non ob aliud enarrabimus, quàm ut alieni errores ad ueram Religionem amplectandam nos inuitent, & ardentiores reddant, utq; nonnulla ad forum noſtrum exigamus, quæ ad formandos mores pertinent.

¶ Niſi publicè aſcitos.] Cicero exiſtimat proprios Deos, aut nouos, aut alienigenas, ideo prohiberi, quia ignotæ cæremoniæ confuſionem habeant religionum, quibus proinde hominum animi uarijs motibus diſtrahi ſoleant. Quo conſilio conſtat Romanos Pontifices, Alexandrum III. & Innocentium III. fuiſſe motos, ut interdicerent omnem Sanctorum uenerationem, & reliquiarum expoſitionem, quam non autoritas Eccleſiaſtica præcederet. Vnde eſt Tit. De reliqu. & uenerati. ſancto.

¶ Delubra habento.] Hoc eſt, Templa: inde dicta delubra, quòd uno tecto plurima complectebantur numina, teſte Seruio. Sunt phanatici quidam, quibus ne nunc quidem placent templa, campanæ, ueſtes, organa, linguarum dona, & neſcio quid non improbent, quorum falſas opiniones uideo à doctis & pijs uiris reijci.

Patrum delubra (inquit Cicero) eſſe in urbibus cenſeo: nec ſequor Magos Perſarum, quibus autoribus, Xerxes inflammaſſe Templa Græciæ dicitur, quòd parietibus includerent Deos, quibus omnia deberent eſſe patentia ac libera, quorumq; hic mundus omnis, templum eſſet & domus. Melius Græci atq; noſtri, qui ut augerent pietatem in Deos, eaſdem illas Vrbes, quas nos, incolere maluerunt.

Hodiè ueri Dei templa habemus, ut ad audiendum uerbum eius Populus Chriſtianus ſtatis temporibus conueniat, ſuntq; donata multis Priuilegijs. Quò pertinent Tit. Iuris, De ſumma Trinita. & fide Catholica: De Sacroſanct. Eccleſi. De immunita. Eccleſi. & alij id genus. Item, Interdicta Prætorum. ff. Ne quid in loc. ſac. Nam Eccleſiæ uerbo ibi, pro templo utuntur Imperatores, populariter loquentes, ut ſæpè alibi.

¶ Lucos in agris habento.] A luceo dici lucos, inter omnes quidem conuenit, ſed non per antiphraſin, ut Priſcianus opinatur, quia minimè luceat propter arborum denſitatem: Imò magis ideo, quòd ſacrificiorum luminibus quæ ibi per noctem habere ſolebant, quoquouerſus luceret. Vnde Lucaria feſta ſunt dicta, quæ Feſtus tractat.

Rationem autem lucorum tractans Cicero: Neque enim (ait) ea quæ à maioribus prodita eſt, tum dominis, tum famulis poſita in fundi uillæq; conſpectu, Religio patrum repudianda eſt. Scilicet, ut ubiq; homines rebus diuinis operam dantes, ipſo aſpectu frequenti, Deorum Religionem, & uiuendi caſtitatem animis infigerent. Præclara certe uerba, ſi ex uera Dei cognitione proceſſiſſent.

Chriſtiani nunc ruri quoq;, non luco, ſed templis utimur, propter loci diſtantiam cap. 3. De Eccle. ædifican. uel reparan.

¶ Et Larium ſedes.] Lares à Lare Nympha, reputabantur apud cæcas Gentes, gemini dij familiares, alter bonus, alter malus, unicuiq; homini deſignati, ut curam eius peculiarem habent: Ideo Genij & Penates appellati. Hos enim domi colebant, quaſi peculiares Deos in Larario, hoc eſt, loco & ſacrario domeſtico. Refert Lampridius: Alexandrum Seuerum Imperatorem, primum in Larario ſuo coluiſſe Habraamum & Chriſtum: ſed Philippus deinde Imperator, religionem Chriſtianam planè ſecutus eſt.

Ex his facile accipitur id quod Vlpia. in. l. Si duo patroni. §. ulti. ff. De iureiuran. Si quis (ait) iurauerit in re pecuniaria per Genium Principis, ſe dare nō oportere, & periurauerit. Et paulò poſt: Imperator noſter cum patre reſcripſit, fuſtibus eum caſtigatum dimittere. De periurio autem inferius plura.

¶ Ritus familiæ, patriæq; ſeruanto.] Iam ritus (inquit Cicero) familiæ patrumq; ſeruari, id eſt, quoniam antiquitas proximè accedit ad Deos, à Dijs quaſi traditam Religionem tueri. Porrò in qualibet familia proprijs utebantur ſacrificiorum ritibus: ad quod reſpiciens Modeſtinus in. l. j. ff. De ri. nupti. Nuptiæ (ait) ſunt coniunctio maris & fœminæ, conſortium omnis uitæ, Diuini & humani Iuris communicatio.

DE DVPLICI DEORVM GEnere. Caput III.

DIuos, & eos qui cœleſtes ſemper habiti, colunto.

Illos, quos in Cœlum merita uocauerunt, Herculem, Liberum, Æſculapium: Caſtorem, Pollucem, Quirinum.

Et illa

Et illa propter quæ datur huiuſmodi aſcenſus in cœlum: Mentem, Virtutem, Pietatem, Fidem, earum laudum delubra ſunto.

Nec ulla uitiorum ſacra ſolennia obeunto.

INTERPRETATIO.

Ea ab initio fuit poſt lapſum Adæ & corruptam hominum naturam, cæcitas & amentia: ut nunquam ceſſarent ſimulachra ſibi & Deos fingere modò hos, modò illos: aliâs publicè, aliâs priuatim. Scilicet, quia Religio erga Deum ſecundũ naturam eſt, ſicut intelligi debet Pomp. in. l. ij. ff. De Iuſt. & Iur. Et cum uerũ Deum ignorarent, imaginati ſunt ſecundum carnem falſos deos, aut potius dæmones, quos depingit ſuis coloribus David, Pſal. 133. Horum genera duo hæc tractat Lex.

Hinc ſacra ſcriptura nihil ſeuerius prohibet ac puniendum dicit, quàm Idolatriam, Exod. 20. Et Deut. 5. Non habebis Deos alienos in conſpectu meo. Et 17. Item 27. Adorans Deos alienos interficiatur, maledictus ſit. Item 1. Corinth. 10. Fugite à cultura Idolorũ. & 2. Corinth. 6. Galat. 5. Opera carnis ſeruitus Idolorum. Obſeruemus igitur hoc loco & fugiamus Gentiũ ueſaniam: inſpicientes interim ſi quid in foro nobis ſignificatio uerborum deſeruiat, ad cognitionem Legum Romanarum, quas antiquitatis ignorantes, non rectè intelligemus.

¶ *Diuos & eos, qui cœleſtes ſemper habiti.*] *Hi nuncupabantur, Maiorum Gentium Dij & ſelecti: ſicut ſequente loco enumerati Minorum Gentium dij, tanquam adſcriptitij dicebantur & adlecti in Deorum numerum. Sic olim Imperatores Diuos appellabant, neſcientes tamen rationem quare id facerent. Nos uerò Deo autore, poſſumus dicere Diuos Imperatores etiam dum uiuunt, quia in adminiſtranda Sacroſancta Iuſticia, Dei miniſterium agunt: ut qui eos contemnat, Deum cenſeatur contemnere, Rom. 13. Item ego dixi, dij eſtis, & filij excelſi omnes. Quam ob cauſam cum Ioas coronaretur in templo, tradebatur ei Lex Domini in manus. 2. Para. 23. Quem morem in hodiernum diem rectè imitantur Chriſtiani. Dauid enim beatos pronunciat eos, qui meditantur in lege Domini die ac nocte, Pſal. 1. Proinde merito Diuos fratres dixerimus Carolum V. A. Et Ferdinandum C. Optimos Maximosq; Principes noſtros. Vnde diligentiſſimus Latinæ linguæ interpres A. Calepinus: Cum autem dicimus (inquit) diuam fœminam, intelligimus eam, quæ ſua uirtute Diuinitatem meretur. Sic dicimus, Diuos Imperatores, etiam dum ſunt in uita.*

¶ *Herculem, Liberum, Æſculapium*] *Quòd autem (ait Cicero) ex hominum genere conſecratos, ſicut Herculem & cæteros coli Lex iubet: indicat omnium quidem animos immortales eſſe: ſed fortium bonorumq;, diuinos. Ecce, quàm fallax ſemper eſt humanus captus, ueris falſa miſcens, niſi ſcopum teneat Diuinæ ſcripturæ. Sicut enim uerum eſt, animos immortales eſſe, uitamq; futuram omnibus modis æternam, ut eſt in Symbolo fidei Catholicæ: Ita rurſus falſiſſimum eſt, fortitudine aut bonitate, maiorem aliquam Diuinitatem donari: ſed omnes ex æquo per fidem in Chriſtum, ſeruabimur ad perpetuam cœleſtemq; beatitudinem, Ioan. 3. Rom. 4.*

Horum autem hominum & pſeudodeorum nomina, geſta, & cæremonias, quibus inter diuos relati ſunt, nihil moror. Nimis enim impia ſunt, nec deſeruiunt ad forum. De Quirino autem ut ſciamus eum uelut conditorem Vrbis Romæ conſecratum, ac ita nuncupatum eſſe, cum antea Romulus diceretur, & mortuo fratre ſolus aliquot annis regnaſſet: deſeruit nobis ad intelligendum id, quod Iuſtinianus dicit Inſtit. De Iur. natura. genti. & Ciuil. §. Sed Ius quidem. Sic enim (inquiens) & Ius quo Romanus Populus utitur, Ius Ciuile Romanorum appellamus: uel Ius Quiritum, quo Quirites utuntur. Romani enim, à Romulo: Quirites, à Quirino appellantur. Cæterum, huic Quirino ſiue ab haſta, ſiue à Marte, quem & Quirinum uocabant, dicto, proprium templum ædificatum erat in Colle Quirinali.

¶ *Mentem, Virtutem, Pietatem.*] *Benè uerò (ait Cicero) quòd Mens, Pietas, Virtus, Fides, conſecratur manu: quarum omnium Romæ dedicata publicè templa ſunt, ut illa qui habeant (habent autem omnes boni) Deos ipſos in animis ſuis collocatos putent.*

Rectius autem nos cogitamus, has uirtutes à Deo creatore noſtro, omnibus ſanè inſitas nobis eſſe, uelut precioſiſſima dona ad ſui imaginem, ut in hac hominum ſocietate fruamur illis: primum ad ipſius Dei cognitionem: deinde, ad charitatem proximi, glorificantes tam omnipotentem, benignum, æternum patrem & creatorem noſtrum: qua de re alibi latius dictum eſt. Rom. 1. Et. 1. Ioan. 3.

¶ *Nec ulla uitiorum ſacra ſolennia obeunto.*] *Obibánt ne igitur Gentes uitiorum ſacra? Hoc eſt, ſacrificabánt ne Vitijs & Turpitudini ante hanc latam Legem? Vtiq;: ut uel hinc uideas, modò ſi oculos uidendi habes, num cæca ſit hominum induſtria, num tota uia omnes Gentes facile aberrent, ſi non ſequantur Diuinas illas naturalis honeſtatis præſcriptas formulas. Hoc enim quò magis urgeamus, perſuade tibi, non carere utilitate maxima, ut exemplo nobis eſt iniquiſſimum aliquando Ius à Gentibus conſtitutum, de quo alibi dictum eſt.*

Proinde, tam inſaniebant olim Gentes, & ne quidem communi ſenſu utebantur, ut non ſolum Febris templum haberent, & Malæ fortunæ, ſcilicet ne noceret: uerum etiam turpiſſimarum rerum, quas me pudet referre, delubra conſtituerent: quod & Ciceroni uitioſum uidetur.

DE FERIIS.
Caput IIII.

FErijs iurgia amouento: eaſq; in famulis, operibus patratis, habento.

Itaq; ut ita cadat, in annuis anfractibus deſcriptum eſto.

Certaſq; fruges, certaſq; baccas, ſacerdotes publice libanto.

Hoc certis ſacrificijs ac diebus: itemq; alios addes.

Vbertatem lactis fœturæq; ſeruanto.

Idq; ne committi poſſit, ad eam rem & rationem, curſus annuos ſacerdotes finiunto.

INTERPRETATIO.

¶ *Ferijs iurgia amouento.*] *In liberis hominibus ſic eſt habenda ratio feriarum feſtorumq; (nam de ſeruis paulò poſt dicetur) ut requiem habeant litium & iurgiorum.* Hinc promanauit Tit. *ff.* De feri. *in quo Vlpianus ad aliquam huius antiquitatis partem reſpexit in.l.v. Pridie (inquiens) Kalendas Ianuarij, Magiſtratus nec Ius decernere, ſed nec ſui poteſtatem facere conſueuerunt. Et quanquàm incredibili Gentium uanitate feriarum rationes ab olim uariatæ ſint: res ipſa tamen manet, hoc eſt, ut nunc quoq; ferijs ceſſent lites & Iudicia. Eleganter Imperatores Leo & Anthemius: Dies feſtos (inquiunt) dies Maieſtati altiſsimæ dedicatos, nullis uolumus uoluptatibus occupari, nec ullis pactionum uexationibus prophanari. Dominicum itaq; diem, ita ſemper honorabilem decernimus uenerandum, ut à cunctis exactionibus excuſetur. Nulla quenquam urgeat admonitio: nulla fideiuſsionis flagitetur exactio. Taceat apparitio: aduocatio deliteſcat: ſit idem dies à cognitionibus alienus. Præconis horrida uox ſileſcat: reſpirent à controuerſijs litigantes, & habeant fœderis interuallum. Ad ſeſe ſimul ueniant aduerſarij, non timentes. Subeat animos uicaria penitudo. Pacta conferant: tranſactiones loquantur. Nec tamen huius religioſæ diei ocia relaxantes, obſcœnis quenquam patimur uoluptatibus detineri. l. Dies feſtos.* C. De feri. *Pudet autem me referre, præterquàm quòd inter ſurdos fruſtrà canam, quibus uoluptatum ineptijs dies hodie feſtos tranſigamus.*

¶ *Eaſq; in famulis, operibus patratis, habento.*] *Sicut in liberis hominibus, requiem litium: Ita in ſeruis, operum & laborum, feriæ præſtant. Operibus autem patratis, hoc eſt, perfectis. Nam ſic conferri debet anni compoſitio, quantum ad ferias attinet, ut opera ruſtica poſſint perfici commodis temporibus.*

Et quoniam hoc quoq; ſeculo diuerſimode colimus ferias, tam eas, quæ propter meſſem & uindemiam ſunt: quàm illas, quas in honorem Dei ſanctificamus. Ideo Paulus in.l.4. *ff.* De feri. *Præſides (inquit) Prouinciarum, ex conſuetudine cuiuſq; loci ſolent meſsis uindemiarumq; cauſa tempus ſtatuere.*

Cæterum, neceſsitas non habet ferias, ut dici ſolet: ſicut nec pietatis exercitium ferijs impeditur. Scitè ergo Scæuola interrogatus olim: quidnam ferijs agi liceret: Quod noceret (inquit) prætermiſſum. Vlpianus in.l.j. §. Sed excipiuntur, & duabus. ll. ſeq. ff. De feri. *tractat multas id genus ſpecies. Sic & in.c. ij. & ulti. eod. tit.* Romanus Pontifex *non uult ligari neceſsitatem & pietatem. Qua in re Iudæi quum planè cæci eſſent, à Chriſto reprehenduntur, Lucæ 13. & 14. cap.*

¶ *Itaq; ut ita cadat.*] Hoc eſt, *quò magis ratio temporum diligenter obſeruetur, ut ſingulæ feriæ, ſingulis diebus commodè incidant. Eſt enim antiqua loquendi phraſis, qua nunc quoque uulgus utitur: rem ita cadere. Quocirca admonendi ſumus hoc uerbum, multas egregias & uetuſtas translationes habere.*

I *Cadere pro Republica, hoc eſt, occidi, mori.*

II *Cadere commodè, pro contingere, euenire, quemadmodum hic.*

III *Cadere in ſuſpicionem, in deliberationem, pro incidere, uenire.*

IIII *Cadere cauſa, pro amittere.*

V *Cadere animos, cadere uultus, cadere uerba: pro frangi, perire, debilitari.*

VI *Cadere in poteſtatem, dicitur etiam pro redigi, ut Inſtit. Quibus modis Ius patriæ poteſ. ſoluit. §. j. Tunc hi (inquit Iuſtinianus) qui in poteſtatem eius cadere non poſſunt, ſui Iuris fiunt.*

¶ *In annuis anfractibus deſcriptum eſto.*] Numa Pompilius *peritè deſcripſit anfractus annuos, ſeu circumſtantias omnium dierum: Videlicet, ut quidam eſſent dies feſti, quidam interciſi, reliqui omnes profeſti. Dies feſti continebant ferias publicas & priuatas, ludos, epulas, & ſacrificia deorum. Interciſi dies erant, quaſi Dijs & hominibus communes. Nam quibuſdam horis fas erat Ius dicere, quibuſdam uerò nefas erat, ut cum hoſtiæ cæderentur. Ideo Ouidius ille Naſo in ſuo de Faſtis ait:*

Nec toto perſtare die ſua Iura putaris,
Qui iam faſtus erit, mane nefaſtus erat.

Profeſti deniq; dies, rebus tum publicis tum priuatis deſtinabātur. Qua ratione horum dierum: alij erant Faſti, in quibus Prætori licebat ſolennia hæc uerba fari: do, dico, addico: alij Comitiales, quibus cum Populo rectè agebatur: alij Comperendini, quibus uadimonium dicere permittebatur, hoc eſt, ſponſionem decernere, Iudicio ſiſti: alij Stati, quos iudicij cauſa cum hoſte inſtituebant: alij Præliares, quibus repetere res, uel laceſſere hoſtem licebat.

¶ *Certaſq; fruges.*] *Nam non omnem fructum libare fas erat, ut, uites non putatas, uel fruges ſine farina, aut reliqua id genus. Porrò, fruges dicuntur generaliter, quicquid ex fructu terræ, in alimoniam uertimus.*

¶ *Certaſq; baccas.*] *Erat namq; & in baccis delectus. Sunt autem baccæ, fructus minutiores diuerſarum arborum: ut lauri, oliuæ, myrti, & ſimilium. Ecce autem ſuperſtitioſam Gentium curioſitatem in ſacrificijs pſeudodeorum.*

¶ *Sacerdotes publicè libanto.*] Hoc quippe erat munus Sacerdotum arualium, *ut Dijs publicè libarent, id eſt, ſacrificarent. Nam ſic accipitur uerbū libo.*

Lact.

Lact.lib.j. Nihil enim ſancta & ſingularis illa Maieſtas aliud ab homine deſiderat, quàm ſolam innocentiã: quam ſi quis obtulerit Deo, ſatis piè, ſatis religioſe libabit.

¶ Hoc certis ſacrificijs.] Præſcripta enim erant tempora, quibus tamen Sacerdotes pro re nata addebant aliquot dies ad ſacrificandum. Sed hæc fructum non habent, ut latius tractemus.

¶ Vbertatem lactis fœturæq; ſeruanto.] Lac & fœtum ſacrificaſſe paſtores, autor eſt Varro. In omni enim rerum & animalium genere, aliquid erat deputatum, quod Dijs immolaretur pro felici ſucceſſu impetrando. Cæterum, quilibet fœtus à natiuitate ſtatim non cenſebatur idoneus ad ſacrificium, niſi poſt aliquot dies.

¶ Idq; ne committi poßit.] Hoc eſt, ne quis ea in re delinquat. Sacerdotes, non ſolum cuiuslibet fœtus ætatem: uerumetiã intercalandi ſeu interponendi temporis rationem obſeruare debent, ſcilicet quod animalium fœturæ conueniat, utpote quo tẽpore haberi poſſit. Cicero: Quod tempus (inquit) ut ſacrificiorum libamenta ſeruentur, fœtusq; pecorũ, quæ dicta in Lege ſunt, diligenter habenda ratio intercalandi eſt.

DE HOSTIIS, ET OFFICIIS SACERDOTVM. Caput V.

QVæq; cuiq; Diuo decoræ, gratæ ſint hoſtiæ, prouidento.

Diuiſq; alijs, alij ſacerdotes: omnibus pontifices: ſingulis flamines ſunto.

Virgines ueſtales in urbe cuſtodiunto ignem foci publici ſempiternum.

Quoq; & priuatim & publice modo rituq; fiãt, diſcunto ignari à publicis Sacerdotibus.

Proſequitur Lex officia Sacerdotum, ritum & ſolennitatem ſacrificandi, cuius exemplum cum gentes primũ apud Hebræos uidiſſent, uelut ſimiæ ſunt imitati, ac propriæ innitentes prudentiæ, addititijs errorib. auxerunt & uariarunt. Nam ſic eſt humana cæcitas & philautia, ſemper adijcere aliquid uult & emendare. Sic & Hebræi, quanquam autore Deo ſatis inſtructi, tranſilierunt tamen ad Idololatriã, Exod.32.

INTERPRETATIO.

¶ Quæq; cuiq; Diuo decoræ.] Iam illud (inquit Cicero) ex inſtitutis Pontificũ & Aruſpicum non mutandum eſt: quibus hoſtijs immolandum cuiq; Deo: cui maioribus, cui lactentibus, cui maribus, cui fœminis. Porrò ſicut Numa, temporis obſeruationem: ſic Pontifices & Aruſpices hoſtiarum genera diſtribuerunt. Puta, ut Ioui Maximo, oue: ut Apollini, Neptuno, tauro: Marti, equo: Baccho, capro, qui uitibus obeſt: Cereri, Porca, quæ frumẽtis nocet: Æſculapio, capra, quæ nunquam febre caret, ſacrificaretur.

Aruſpices autem apud Ciceronem potius intelligendi ſunt, qui à uictimis in ara inſpiciendis ut futura prædicerent, nuncupabantur: quorum magna erat autoritas. Vnde ſine aſpiratione ſcribendum fuerit. Victima autem omne animal, quod Dijs immmolabatur, dictum eſt. Hoſtia ab hoſtiendo, id eſt, feriendo. Ouid.

Victima, quæ dextra cecidit uictrice uocatur.

Hoſtibus à domitis, hoſtia nomen habet.

Illud haudquaquam prætereundum eſt: Quod Galli in conſtituendis Deorum ſacrificijs ad tantam ueſaniam perducti ſunt, ut etiam grauiorib. malis adflicti, homines immolarent. Sed Romani Galliarũ potiti, utique in hoc ſobriores fuerunt, & Senatuſconſulto quod Cn. Corne. Lentulo & P. L. Craſſo Coſs. factum eſt, id genus ſacrificandi rectißime ſuſtulerunt.

¶ Diuiſq; alijs alij ſacerdotes.] Numa Sacerdotum genera ſic introduxit, ut ſinguli Dij, ſingulos haberent Sacerdotes, utq; non ſecundũ cuiuſq; arbitrium uarijs modis, ſed ad formam inſtitutam ſolenniter fierent immolationes & ſacrificia. Cũ enim in rebus prophanis formulæ multæ obſeruarentur, multo magis eas putabant in ſacris adhibendas eſſe.

¶ Omnibus Pontifices.] His idem Numa primum omnem autoritatem tribuit, non ſolum cœleſtium cæremoniarum: uerumetiam totius ſtatus Publici & Priuati. Adeo, ut Iuris quoq; Ciuilis interpretandi ratio, et agendi in Iudicio facultas, ab eis peteretur. Quo reſpexit Pomponius in.l.ij.§.Ex his Legibus.ff.De origi.Iur. Omnium tamen harũ (inquit) & interpretandi ſcientia, & actiones apud collegium Pontificum erant: ex quibus conſtituebatur quis, quoquo anno præeßet priuatus. Et populus prope centũ annis, hac conſuetudine uſus eſt. Poſtea uerò cum tam magna poteſtate abuterẽtur Pontifices, merito translata fuit ad Prætorẽ. Nimia enim ambitio, ſemper tranſtulit Imperia, ut alibi diximus.

¶ Singulis Flamines eſto.] Cum non haberent gentes uerbum Dei, cuius ductu Religionem conſtituerent, hæc ſacerdotum genera ſibi receperunt, uidelicet Pontifices, Flamines, Virgines Veſtales, Augures, & cæteros id genus. Flamines autẽ ex eo dicti ſunt, quòd filo caput cinctum haberent, quaſi filamines. Et cognominabantur à Dijs quibus ſacra faciebant, ut Flamen Martialis: Flamen Dialis, hoc eſt Iouialis, qualis Iulius Cæſar adoleſcens adhuc fuit. Erant flamines in magna ueneratione, primumq; locum poſt Regem ſacrificulum, in conuiuijs tenebant. Flaminis item matrimonium, ſola morte ſoluebatur, non alio diuortij genere. Cæteras ineptias quid attinet referre?

¶ Virgines Veſtales in urbe.] Veſta quaſi focus Vrbis, Dea reputabatur, cui colendæ Virgines præerant, ut uigilaretur diligenter ad cuſtodiam ignis, autore Cicerone. Inde enim Virgines Veſtales dictæ ſunt: quibus magnus habebatur honor, præcedentibus etiam facibus cum prodirent: Adeò, ut damnatũ ad mortem, fortè fortuna obuium, liberarent à pœna. Triginta autem annis uirginitatem ſeruabant, exinde ad quamcunque uitæ conditionem liberæ.

¶ Cuſtodiunto ignem foci publici ſempiternum.] Cum Veſtam, Deam ignis putarent miſeri homines, iuxta illud Ouidij:

Nil aliud Veſtam, quàm puram intellige flammam: ideo ex uno errore ad aliũ perducebantur. Quam ob cauſam inextinguibilem ignem in foco publico adſeruabant per Virgines Veſtales, quarum negligentia ſi fortè extingueretur, à Pontifice cædebantur. Nec reparari hunc ex igne, hominum manibus elaborato, fas erat: ſed accenſa per fomites ex ſole flamma, purus & cœleſtis ignis eliciebatur. Sic autem facit cæcitas carnis ſemper, non quieſcit adſtrictus ad nouitatem procliuus.

¶ *Quoq; & priuatim & publice.*] *Hoc eſt, Quicunq; dubitauerit circa Religionis obſeruationẽ, publicam uel priuatam, is confugiat ad Sacerdotes: quorum munus eſt Dijs ſacrificare: hominibus uerò ſcientiam impartiri. Et hoc eſt quod Cicero dicit: Sacerdotibus, & reſpondendi Iuris, & conſtituendarum Religionũ, facultatem fuiſſe conceſſam.*

DE DVOBVS SACERDOTVM GENERIBVS.
Caput VI.

EOrum autem duo genera ſunto: unũ quod præſit cæremonijs & ſacris: alterum quod interpretatur fatidicorum & uatum effata incognita, quum Senatus populusq; aſciuerit.

Interpretes aũt Iouis Opt. Max. publici augures, ſignis & auſpicijs poſtea uidento, diſciplinam tenento.

Sacerdotes uineta uirgetaq;, & ſalutem populi auguranto: quiq; agent rem duelli, quiq; populare auſpicium, præmonento, illiſq; obtemperanto.

Duorumq; iras prouidento, ijſq; parento: cœliq; fulgura Regionibus ratis temperanto.

Vrbemq; & agros, & templa liberata & effata habento.

Quæq; augur iniuſta, nefaſta, uitioſa, diráue dixerit, irrita infectaq; ſunto.

Quiq; non paruerit, capitale eſto.

Fœderum, pacis, belli, induciarũ: Oratores, Fœciales, Iudicéſue ne ſunto.

Bella diſceptanto: prodigia, portẽta, ad Hetruſcos & Aruſpices, ſi Senatus iuſſerit, deferunto.

Hetruriæq; Principes diſciplinã docento.

Quibus diuis creuerint procurantor: ijdemq; fulgura & oſcina pianto.

Hunc locum generaliter explicans Cicero ſic ait: Quod ſequitur uerò, non ſolum ad Religionem pertinet: ſed etiam ad Ciuitatis ſtatum, ut ſine his qui ſacris publicè præſunt, Religioni priuatæ ſatisfacere non poßint. Continet enim Reipublicæ conſilio & autoritate Optimatũ, ſemper Populũ indigere, deſcriptioq; Sacerdotum nullum iuſtæ Religionis genus prætermittit. Quaſi uerò ſic dicat Cicero: Religioni cohærent omnia: nihil eſt quod ex ea non accipiat decentem formam in hac uita. Itaq; cõſequitur, quòd quibus maxima Religionis Maieſtas cõcreditur, eorũ quoq; autoritati reliqua hominum negotia tutò committantur.

Nobis ſic eſt dicendũ. Habemus Dei uerbum quod nos omnem ueritatem docet, ex quo dependet Publica priuataq; ſalus, eoq; ſublato nihil præter tenebras manet, Matth. 2. 1. Corinth. 6. & 1. Timoth. 1.

Cicero ſecutus Platonem, ſenſit quidem umbram huius rei lumine quodam naturali: uerũ ipſam ueritatem ſine Chriſtiana doctrina apprehendere ſuis uirib. nõ potuit. Accedit Ciceroni Iuſtinianus Nouell. De nõ alien. aut permutan. §. Sinimus igitur. Vtiq; (inquiẽs) cum nec multum differant ab alterutro Sacerdotiũ & Imperium, ac Sacræ res à communibus & Publicis. Eodem modo accipiendum eſt id, quod dicit Iſidorus XXI. diſt. c. Cleros. Antea autem Pontifices, & Reges erant. Nam maiorum hæc conſuetudo fuit, ut Rex eſſet Sacerdos & Pontifex.

INTERPRETATIO.

¶ *Eorum autẽ duo genera ſunto.*] *Paulò antè diximus quinq; & plura genera Sacerdotum olim fuiſſe. Sed hæc diuiſio ſumma eſt, ut Iuriſconſulti dicere ſolent. Habet enim generalißima Sacerdotũ genera, quæ ſub ſe continent reliqua omnia.*

¶ *Vnum, quod præſit cæremonijs.*] *De quorum officijs & uario ſacrificandi ritu, ſuperius multa ſunt dicta. Proinde, uideamus de altero genere.*

¶ *Alterum, quod interpretatur fatidicorum & uatum effata.*] *Sicut enim præcedentis generis Sacerdotes ad placandos Deos conſtituebantur, ut ſacris præeſſent ſolennibus: Ita hi prædicta uatum ſeu reſponſa, in quibus arcanum aliquid ſemper putabant latere, interpretabantur ijs quorum ſcire intererat. Sic aũt Dij uel reuera Dæmones, ſtupidis gentibus multifariàm imponebant. Quandoquidem ipſe Satanas (inquit Paulus 2. Corinth. 11.) transfiguratur in Angelum Lucis.*

Sicut autem à fato & dico, fatidici dicuntur: ita à fando quoque Vates appellati ſunt, quaſi fates. Nam utriq;, decreta Deorum exponebant, quæ rurſus Sacerdotes enarrare conſueuerunt craßius, ut rectè intelligerentur pro re nata, cum Senatus faciendum aliquid aut intermittendũ decreuiſſet. Hoc enim eſt quod Lex dicit: Cum Senatus Populusq; aſciuerit. Siquidem aſciſco aſciui ſignificat, aliàs accerſo, aliàs ſubſcribo, approbo, decerno, ut hic.

¶ *Interpretes autem Iouis Opt. Max. publici Augures.*] *Ab auium garritu, Augures dicti ſunt. Porrò, trifariàm augurari auibus ac futura prædicere ſolebant: Primum uolatu: Deinde cantu: Tertio guſtatu obſeruato. Nam cum pulli gallinacei ex cauea deprompti, porrectam eſcam non guſtarent, pernicies portendebatur.*

Erat autem huius Sacerdotij magnus honor apud Romanos, qui nihil publice aut priuatim, in quo periculum eſſet, ſuſcipere ſolebant, niſi ſumpto prius auſpicio, præſertim ex pullis, quod frequens admodum erat.

¶ *Diſciplinam tenento.*] *Quemadmodum id, quod*

quod Senatus uel Populus aſciuerit, poſtea uidendum & augurandum erat diuinationum ſignis: ita diſciplinam tenere Lex præcipit, ne quid in tam ardua re leuiter aut imperite committeretur.

¶ *Sacerdotes uineta uirgetaq́; & ſalutem Populi auguranto.*] Vt etiam periculis quæ aut uitibus, aut arbuſculis, aut Populo, fortè imminerent, occurreretur per immolationes & ſacrificia: uult Lex quòd hoc nomine augurarẽt Sacerdotes ad auſpicia deputati. A Sacerdotibus enim Augures cõſtituebãtur uiri Illuſtres, ut fuerunt Marcellus, Cicero, & alij ſimiles.

Vinetum autem, eſt locus ubi multæ ſunt uineæ. Columell. lib. j. Cui uineta facere cordi eſt, faciat uitiariũ ex quo poßit agrum uineis ueſtire. Virgetum, dicitur locus uirgis conſitus.

¶ *Quiq́; agent rem duelli.*] Sed & cum de duello tractatur, aut quocunque populari auſpicio, ſi quid periculi ſubſit, præmonere debent Augures, ut euitetur pernicies futura.

Duellum uerò dicitur bellum, quod duabus partibus de uictoria contendentibus dimicatur. Vnde conſtat in ſignificatione rei, errare eos, qui duorum duntaxat duellum priuatim accipi putant, cum & multorum ſit publicè, ut apud Horatium:

Græcia barbariæ lento colliſa duello.

Vnde perduellio nuncupatur is, qui crimen læſæ Maieſtatis admiſit, uel contra Rempublicam hoſtiliter machinatus eſt: quanquàm Vlpianus pro ipſo crimine accipiat in. l. ult. ff. Ad Leg. Iuli. Maieſta. Sed qui perduellionis (inquiens) reus eſt, hoſtili animo aduerſus Rempublicam uel Principem animatus. Et perduellis olim pro hoſte intelligebatur. Caius in. l. Quos nos. ff. De uerbo. ſignificat. Quos nos (ait) hoſtes appellamus, eos ueteres perduelles appellabant: per eandem adiectionem indicantes, cum quibus bellum eſſet.

Neq́; uerò hæc Lex XII. tabularum loquitur de bello duorum duntaxat hominum priuato, tametſi frequens hoc dimicandi genus apud Romanos eſſet, & (ſicut hic uidemus) non improbabatur etiã gloriæ tantum cauſa inſtitutũ, multò minus cũ de purgãdo crimine tractabatur. Imò, intelligendus eſt iſte locus de omni duello, quod magno ſemper diſcrimine ſuſcipiebatur.

Hodie uerò duella priuata (ut publicas excipias cauſas & Iure probatas) aliaq́; cruenta ſpectacula, quibus olim utebantur: omnino ſunt prohibita. l. Vnica. C. De gladiato. lib. XI. Vbi id colligitur. Et ſic non uidetur hodie locum habere, quod Vlpianus in. l. Qua actione. §. Si quis in colluctatione. ff. ad leg. Aquil. Siquidem (ait) in publico certamine alius alium occiderit, ceſſat Aquilia: quia gloriæ cauſa & uirtutis, non iniuriæ gratia uidetur damnum datum.

Friderichus Imperator duellorum meminit in Conſtit. De pac. tenend. & eius uiolato. Niſi (inquit) perduellum hoc probare poßit. Quo loco nobis apparet, duellorum certamina id temporis admodum fuiſſe frequentia, ad inueſtigandam ueritatem rerum geſtarum etiam priuatim.

¶ *Illisq́; obtemperanto.*] Fruſtra enim admonuiſſent Augures, niſi dicto audientes eſſe admonitos iuberet Lex.

¶ *Diuorumq́; iras prouidento.*] Inter alias cauſas hæc uidebatur maxima, ut ex diuinationum auſpicijs prouiderent ipſi Sacerdotes, aliosq́; rurſus admonerent, num Dij fortè irati eſſent, & ob quam cauſam: ut tum emendato uitio, placarent eos, nec ſinerent ad uindictam progredi, lento quidem gradu, ſed certè ſupplicijs grauißimis tarditatem compenſantes, ut Valerius monet. Hanc enim emendationem hæc Lex paucis uerbis iterum inculcat: Iisq́; (inquiens) parento.

Nobis hodie cum uerbum Chriſti ſalutare proponitur, uitia quoq́; noſtra ex Lege ſunt ob oculos ponenda, ut emendemur, ne omnipotentem Deum tandem intolerabiliũ peccatorũ ultorem excitemus. Sic enim in timore, Legem eius die ac nocte meditari debemus, & agere pœnitentiã, Matth. 2. & 4. Marc. 2. Eph. 1. Sæpè conqueritur Apoſtolus, quòd gentes, lumine tantum naturali ad quandam falſam pietatem ducti, ſuperent nos compoſitis uiuendi moribus.

¶ *Cœliq́; fulgura Regionibus ratis temperanto.*] Putabant enim omnia in omnib. locis nocumẽta colligi poſſe, uel ex animaliũ ſignis, uel cœleſtibus prodigijs, uidelicet ut obſeruationib. quibuſdã ſolennib. ac cæremonijs, anteuerterẽt futurã perniciẽ. Nam baculũ manu tenentes Augures, certos ſibi fines quo ad poterant oculis, reliquos animo finiebant, intra quos rogabant Deos, ne fulgura nocerent agris, eoq́; nomine ſigna diligenter obſeruabãt. Eodem modo & urbem, agros, & templa liberabãt, effabãturq́; ſine periculo ſalua fore.

¶ *Bella diſceptanto.*] Hoc eſt, Augurum cognitio ſit: num iuſta cenſeantur bella, quæ Senatus Populusq́; Romanus meditatur gerere.

¶ *Prodigia, portenta, ad Hetruſcos & Aruſpices.*] Hetruria Italiæ Prouincia eſt, ad alteram ripam Tiberis, quum Roma in altera ſit. Plinio teſte. Huius Populi cæteris omnibus obſeruatiores erant ſyderum, & quid quæque prodigia uel portenta ſignificarent, interpretari diligenter ſolebant. Proinde Aruſpices ex illis peritißimi reputabantur, hoc eſt, qui aras ſeu uictimas in ara diligenter inſpicientes, uaticinari ſolebant & futura prædicere, à quibus Romani fatidici diſcere ſolebant, ut ſequitur.

Ab his Hetruſcis Aruſpicibus itaq́;, prodigiorum & portentorũ myſteria inueſtigabant: ſed non niſi decernente Senatu, ne ea ipſa grauißimarum rerum negocia, quæ obeſſe poſſent Vrbi, ſcirent paßim omnes.

Prodigia autore Feſto, dicuntur quaſi Proditia, & porrò dicentia aliquid futurum eſſe. Nam litera quæ nunc C uocatur, apud Veteres G dicta eſt. Quod & & nunc multi pronunciando ſequuntur in Italia.

Portenta, eodem modo à portendo, hoc eſt, præoſtendo dicuntur, cum præter morem incidentia, oſtendant aliquid futurum eſſe. Vlpianus eleganter duo genera oſtentorum explicat in. l. Oſtentum. ff. De uerbo. ſignifica.

Sed cognita poſtmodum Euangelij ueritate, omnes iſtæ Diuinationes ſunt prohibitæ. C. de maleficijs & mathematicis.

¶ *Quæq́; Augur, iniuſta, nefaſta, uitioſa diráue dixerit.*] Magnam hic uide autoritatem Augurũ, quam poſtea uerbis Ciceronis aliquanto apertius intelliges.

¶ Quiq́;

¶ Quique non paruerit, capitale eſto.] Pœnam quoq; pro rei dignitate adijcit Lex. Porrò, qui maximam autoritatem contemnebat, is maxima capitis pœna adficiendus uidebatur. Et obſerua hic, quàm curioſæ fuerint Gentes ad tuendam ſalutem uitæ, cuius tamen uerum finem neſciuerunt.

¶ Fœderum, pacis, belli.] Ne à neceſſario, omniumq; maximo (ſicut opinabantur) augurandi negocio diſtraherētur, id genus Sacerdotes prohibet Lex ne eſſent Oratores, Fæciales, uel Iudices fœderum, pacis, uel induciarum. Requirunt huiuſmodi functiones aliquando longiorē abſentiā, quàm augurandi inopinata rerū neceſſitas ac ſubitò eueniens, non admittebat.

Fæciales autē erant, quibus ad indicenda bella, quæ alioqui iuſta non credebantur, uti ſolenniter ſolebant. Neq; rurſus alijs aut de indicijs, aut de fœdere percutiendo tractandi Ius erat, quàm Fæcialibus. Formulam uerborum indicendi belli hanc refert Liuius lib. j. Tribus enim puberibus, Romanis præſentibus ſic dicebat Fæcialis: Quod Populi priſcorum Latinorum, hominesq; priſci Latini, aduerſus Populum Romanum Quiritium fecerunt, deliquerunt: Quod Populus Romanus Quiritiū bellū cum priſcis Latinis iuſſit eſſe: Senatusq; Populi Ro. Quiritiū cenſuit, cōſenſit, conſciuit, ut bellum cum priſcis Latinis fieret: ob eam rem ego populusq; Romanus, Populis priſcorum Latinorum hominum, hominibusq; priſcis, bellum indico facioq;. Id ubi dixiſſet, haſtam in fines eorū emittebat. Hoc tum modo (inquit Liuius) ab Latinis repetitæ res, ac bellum indictum: moremq; eum poſteri acceperunt. Poſterius ſeculum, quod ad nos ferè deuenit, corrumpens omnia, diffidationem appellauit. Vnde eſt Tit. de Diffidationib. inter recentiores Imperatorū Conſtitutiones.

¶ Hetruriæque Principes, diſciplinam docento.] Priſcus modus loquendi eſt: diſciplinam docere. Eſt enim diſciplina, media dictio inter ſcientiam & doctrinam, uidelicet quatenus à diſcipulo percipitur, cum ſcientia abſolute cenſeatur per ſe: doctrina autem quæ à doctore traditur. Sic ſæpe hæc Lex utitur tali phraſi: diſciplinam ſeruare, ut ſuprà: diſciplinam docere, ſicut hic.

Docebant Hetruſci autem inter alia, tum ſuos, tum Romanos, ſignificationes fulminum: quod alia eſſent diurna, alia nocturna. Quòd item quædam eſſent fulgura poſtularia, quibus Dij inſinuarent ſpretam eſſe aliquam Religionis partem, poſtulabantq; emendationem. Quædam peſtifera, ad denotandam futuram peſtem, cladem, mortem primatū. Quædam deniq; peremptalia, ex quibus augurabant, Dijs placatis ademptam eſſe ultionem præcedentiū fulminū. Nulla planè gens in prognoſticationibus ſuperabat Hetruſcos.

Hinc Senatus Romanus, ne tantus diſciplinarum (ſicut illi falſo putabant) theſaurus quandoq; periret, decreuit: ut decem Principū filij ſingulis Hetruriæ populis in diſciplinam traderentur, à quibus rectè diſcerent, & tum poſtea docerent alios, ac publicè reſponderent. Ecce, quàm incredibilis ſit hominum ueſania, qui uerbo Dei nō manuducuntur ad rectam uitam: & quàm ſit ueteranus impoſtor Satan, qui & nos tentare nunc non deſinit.

Eodem pertinet, quod Lex ſubdit procurandū eſſe ſacrificiū ijs Diuis, quibus Hetruſci Aruſpices decreuerint, quoniam ipſi credebantur rem intelligere & Deorum naturam, quam Cicero latè tractat.

¶ Iidémque fulgura, atque oſcina pianto.] Illi ipſi Aruſpices piare, hoc eſt, colere debent fulgura: & oſcina, id eſt, auium auguria.

Spurina Aruſpex (ut multi ſcribunt) Iulio Cæſari prædixit periclitaturū eum Idibus Martijs. Cum autē Idus Martiæ adeſſent: Cæſar aditurus Senatum, Spurinæ ſubridens dixit: Idus Martias ſine ulla ſua noxa ueniſſe. At Spurina: Venerunt quidem (ait) ſed nondum præterierunt. Nec fefellit: Nam eo die Cæſar cum inter eundum, porrectā cuiuſdam amici admonentis epiſtolam non legiſſet, in Senatu eſt interfectus. Hic tanti Principis exitus fuit nulli non formidabilis.

Nunc adſcribenda duxi uerba Ciceronis, quæ prædictis omnibus de officio Augurū lumen adferunt. Maximum autem (inquit) & præſtantiſſimum in Republica Ius eſt Augurū, cum eſt autoritati cōiunctum. Neq; uerò hoc, quia ſum ipſe Augur, ita ſentio: ſed quia ſic exiſtimare nos eſt neceſſe. Quid enim maius eſt, ſi de Iure quærimus, q̄ poſſe à ſummis imperijs & ſummis poteſtatibus comitia tollere: & cōſilia, uel inſtituta dimittere, uel habita reſcindere? Quid grauius, quàm rem ſuſceptā dirimi, ſi unus Augur aliter dixerit? Quid magnificētius, quàm poſſe decernere, ut Magiſtratu ſe abdicent Conſules? Quid religioſius, quàm cum Populo, cum Plebe agendi Ius, aut dare, aut non dare? Quid, Legē ſi nō iure rogata eſt, tollere? Et poſt multa quæ ad probandam diuinationem diſputat, ſic concludit: Sed dubiū non eſt, quoniā hæc diſciplina & ars Augurum euaunerit iam, & uetuſtate, & negligentia. Hæc ille. Veritas autem eſt, quare iſta paulatim deſierint. Quia ſcilicet appropinquante tum regno uerbi Diuini, cedendum erat Satanæ. Quod Cicero ſecundum carnis prudentiam intelligere non potuit.

DE NOCTVRNIS MVLIERVM SACRIFICIIS AC LVDIS. Caput VI.

NOcturna mulierum ſacrificia ne ſunto, præter illa quæ pro populo ritè fient: ne ue initiantor, niſi (ut aſſolet) Cereri Græco.

Sacrum commiſſum, quod neque expiari poterit, impie commiſſum eſt.

Quod expiari poterit, publici ſacerdotes expianto.

Ludis publicis, ſiue curriculo, ſiue certatione corporis fiant, popularem lætitiam in cantu & fidibus & tibijs moderanto, eamq; cum diuûm honore iūgito.

Sic enim legendum eſſe, Ciceronis uerba oſtendunt: Iam ludi (inquientis) publici, cum ſint cauea circoq; diuiſi: ſint corporum concertationes, curſu, & pugillatione, luctatione curriculisq; equorum, uſq; ad certam uictoriam circo conſtitutis: cantu, uoce, ac fidibus: dummodo ea

do ea moderata ſint ut lege præſcribitur. David dixit: *In tympano, choro, chordis, & organo laudandum eſſe Dominum.*

INTERPRETATIO.

¶ *Nocturna mulierum ſacrificia ne ſunto.*] Diagondas Thebanus (*ut ſcribit Cicero*) *primus apud Græcos perpetua lege ſuſtulit nocturna ſacrificia. Quod in his tabulis à Romanis translatum uidemus. Et meritò: diligentiſſimè nanque prouidendum fuit, ut mulierum famam atq; pudicitiam, multorum oculis lux clara cuſtodiret. Magna ſane cauſa delinquendi dabatur mulieribus nocturnis ſacrificijs, cum ſint fragiles: & caſta eſt, quam nemo rogauit: ut dixit ille.*

Quocirca noſtro quoque ſeculo crudeliſſima hæreſis alicubi dicebatur introducta nocturnis ſacrificijs illorum, qui luminibus extinctis libidinem exercebant paſſim, ſine ullo perſonarum diſcrimine.

¶ *Neúe initiantor, niſi (ut aſſolent) Cereri Græco ſacro.*] *Hoc eſt, Sacris non imbuantur. Sic & nunc dicimus, initiare uel initiari ſacris ordinibus eum, qui ſacris imbutus, ad ordines deputatur. Hoc enim in clerico requiritur, ut tractatur .xxxviij. diſtinct. Mulieres autem propter conditionem ſexus prohibentur.*

Excipit tamen hæc lex, Cereris ſacrificia, quæ poſſent mulieres ueteri ritu peragere alba ueſte.
Ouidius in Metamor.
Feſta piæ Cereris celebrabant annua matres.
Illa quibus niuea uelatæ corpora ueſte:
Primitias frugum dat ſpicea certa ſuarum.

Hodie quoque ſecundum ordinationem Apoſtoli, mulieres non initiantur ſacris. Qua ratione & à Ciuilibus officijs arceri mulieres, receptum eſt moribus: ut dicit Vlpianus in. l. j. ff. Ad Senatuſc. Velleia.

¶ *Sacrum commiſſum quod neq; expiari poterit.*] *Cicero: Publicus autem (ait) Sacerdos imprudentiam conſilio expiatam, metu liberet: audaciam in admittendis Religionibus fœdis, damnet, hoc eſt, culpam dijudicet à dolo, & (ut alibi) lepram à lepra. Culpæ enim delicta expiari poſſunt ſeu purgari: Contumacia uero, planè damnanda eſt, uelut impia, præſertim circa religionem.*

Ex hac uerò diſtinctione, quæ ſecundum naturam eſt, multa ſtatuuntur in Iure Ciuili, tum de contractibus, tum de pœnis maleficiorũ. l. Aut facta. ff. De pœ. Et profectò hic eſt fructus Legum ex Græcia in tabulis Romam allatarum, præcipue circa Religionem: quod uitam reddiderunt expolitiorem. Nam mihi (ait Cicero) cum multa eximia diuinaq; uideantur Athenæ tuæ peperiſſe, atq; in uita hominum attuliſſe: tum nihil melius illis myſterijs, quibus ex agreſti immaniq; uita, exculti ad humanitatem & mitigati ſumus: initiaq; ut appellantur, ita reuera principia uitæ cognouimus. His uides quid Cicero tacite iudicauerit de noſtro Decalogo, cuius umbra quædam relucebat in Græcis tabulis: & quid nobis de iſtis Diuinis tabulis iudicandum ſit, quantum pondus adferant uitæ inſtituẽdæ.

¶ *Ludis publicis, ſiue curriculo, ſiue concertatione.*] *Si legas, Quod ſine concertatione: neque ſenſus cohærebit, neq; mens Legis explicabitur, ſicut paulò antè uerbis Ciceronianis probauimus. Hoc enim uult Lex: Quandoquidem ad Deorum honorem, & popularem lætitiam ludi publici pertinent. Ideo & feſtis diebus, & uarijs muſices inſtrumentis agi debent. Adſentior enim (inquit Cicero) Platoni nihil tam facile in animos teneros atq; molles influere, quàm uarios canendi ſonos: quorum dici uix poteſt, quanta ſit uis in utranq; partem. Nanq; & incitat languentes, & languere facit excitatos, & tum remittit, tum contrahit. Valerius lib. ij. pulchre tractat.*

Qua ratione apud omnes increbuit uſus, ut in bellicis quoque expeditionibus, tibijs militum animos ad cogitationem uictoriæ ac laudis inflammarent, ſicut iam nunc fit. Verum eſt, quòd ludi quoq; Scenici, peſtis gratia ex Senatuſconſulto ſine curriculo aut concertatione inſtituti ſint, T. Sulpitio Potito. et C. Licinio Stolone Coſſ. De quibus hic non loquitur.

Cicero autem mentionem facit caueæ, ſignificans aream quæ in medio theatri uelis tecta, caueæ ſimilitudinem referebat: in qua equitum uelut honoratiorum ſubſellia conſtitui ſolebant. De his tractatur in Tit. C. De Spectac. & Scenic. Et de expenſ. ludor. lib. xj. l. Ciuitatibus. in princ. De lega. j. l. Annuam pecuniam. ff. De annu. lega. Et. l. Septitia. ff. De pollicita. l. Legatam. §. Si municipio. ff. De adminiſt. rer. ad Ciuit. pertinen. Quo in loco Spectacula non improbantur, ſicut Accurſius putat: ſed municipibus extra Vrbem Principem Romam, prorſus inutilia cenſentur. Nam et apud Romanos multum diminuta fuit ludorum celebritas.

¶ *Eamq; cum diuũm honore iungito.*] *Sic inſtituenda eſt Popularis lætitia, ut interim ad deorum quoque uenerationem pertinere uideatur.*

Hanc Legem multò magis nos imitari oportet: ut nullum lætitiæ genus exerceamus, quod ab honore CHRISTI, *uel à publica honeſtate alienum uideatur. Sed ò utinam, nõ etiam nomen Dei blaſphemetur, omniſq; humana ratio uertatur planè in furiam, noſtris conuiuendi moribus.*

DE SACRILEGIO, PERIVRIO, INCESTV. Cap. VIII.

EX patrijs ritibus, colunto optima.

Præter Ideæ matris famulos, eoſq; iuſtis diebus, ne quis ſtipem cogito.

Sacrum ſacróue commendatum, qui clepſerit rapſeritq́, parricida eſto.

Periurij pœna: diuina exitium: humana dedecus.

Inceſtum, Pontifices ſupremo ſupplicio ſanciunto.

Impius ne audeto placare donis iram deorum.

Sancte uota redduntο: pœna uiolati Iuris eſto.

Quocirca ne quis agrum conſecrato.

Auri, argenti, eboris, ſacrandi modus eſto.

Sacra

Sacra priuata, perpetua manento.
Deorum manium iura ſancta ſunto.
Hos læto dato, diuos habento: ſumptum in illos luctumq; minuunto.

INTERPRETATIO.

¶ *Ex patrijs ritibus colunto optima.*] Deinceps (inquit Cicero) in Lege eſt, ut de ritibus patrijs colantur optimi. De quo cum conſulerent Athenienſes Apollinem Pythium: quas potiſsimum Religiones tenerent, Oraculum æditum eſt: eas quæ eſſent in more maiorum. Quò cum iterum ueniſſent, maiorumq; morem dixiſſent ſæpè eſſe mutatum, quæſiuiſſentq; quem morem ſequerentur potiſsimum è uarijs, reſpondit: optimum. Et profectò ita eſt: ut id habendum, antiquiſsimum ſit & Deo proximum, quod ſit optimum.

Multa autem ſunt, quæ per experientiam magis, quàm ulla deliberatione in legem redigi, & probari poſſunt, an ſint optima. Nouell. De Mona. §. Ordinatione uerò. Vnde Apoſtolus: Omnia probate, quod melius eſt tenete.

¶ *Ne quis ſtipem cogito.*] Stips aut ſtipis dicitur pecunia, quam olim ad ſacrificia Deorum, uel etiam ad porrigendam mendicis, ſtipabant, hoc eſt, componebant. Itaq; Lex non uult, ut quis cogat ſtipem, præter famulos Ideæ matris, quibus iuſtis & ſtatis diebus, non quandocunq; uellent, id permittebatur. Stipem (inquit Cicero) ſuſtulimus, niſi eam, quam ad paucos dies propriam Ideæ matris excepimus. Implet enim ſuperſtitione animos, & exhaurit domos.

Sic & hodie quidam miniſtri Eccleſiarum *ſtipem cogunt, & ex qualibet in* Parochia *domo certam pecuniam iuſtis diebus pro more colligunt. Alioqui, non ſunt admittendi mendicantes ualidi, quorum nunc nemo rationem habet in pleriſq;* Ciuitatibus. *Boni ſæpè uiri cum uxore et liberis pereunt fame: reliqui nequam mendicantes ditantur. Vnde proceſsit* Tit. C. *De mendicant. uali. lib. xj.*

¶ *Sacrum ſacróue commendatum.*] *Solebant ueteres, pecunias ſuas in fana ſeu templa deponere, uelut tutiſsimum locum, quod nunc quoq; multi faciunt. Vnde refert* Cicero: *Alexandrum in Sicilia depoſuiſſe apud Solem in delubro pecuniam. Et Cliſthenem Athenienſem egregium ciuem, cum rebus timeret ſuis, Iunoni Samiæ filiarum dotes credidiſſe.*

Is itaq; ſacrilegium admittit ſecũdum hanc Legem, qui huiuſmodi res clepſerit aut rapſerit, ne dum ſacras. Clepſerit enim, à Clepo, clepſi eſt: quod Furari, *aut furto ſurripere ſignificat: ſicut rapſerit à rapio, quòd per uim aufero denotat, & aliquando rapſi in præterito habet.* Cicero de Republi. *Vbi & pueri (inquit) clepere diſcunt.* Loquitur autem de Spartis.

Sed poſterioribus ſeculis hoc Ius, *in ea ſpecie quæ ad res depoſitas in ædem ſacram pertinet, mutatum eſt.* Martianus *in. l. v. ff.* Ad leg. Iul. pecula. *Diui Seuerus et* Antoninus *(inquit)* Caſsio *Feſto reſcripſerunt:* Res *priuatorum ſi in Ædem ſacram depoſitæ, ſurreptæ fuerint: furti actionem, non ſacrilegij eſſe.*

Sed quare Lex *dicit, parricidam cenſeri ſacrilegum? nónne ſunt diuerſa delicta? Reſpondeo: Sunt quidem diuerſa delicta: ſed tamen quæ magnam habent adfinitatem.* Nam *ſicut parentibus natiuitatem debemus in hoc mundo: ita intelligebant* Gentes *lumine naturali, omnia deberi* Dijs *uelut ſummis parentibus. Vnde* Pomponius *in. l.* Veluti. *ff.* De iuſti. & Iur. *Religionem cum obedientia erga patriam, & parentes coniungit.*

De *pœna ſacrilegij, haud dubie aliquid adiectum fuit in* XII. Tabulis: *ſed* Cicero *ſummas rerum tantum nobis exhibuit.* Paulus *in. l. Sacrilegi. ff.* Ad Leg. Iul. peculat. *capite puniendos eſſe dicit.* Vlpianus *in. l.* Sacrilegi, *ibidem reſpondit: pro qualitate perſonæ, pro rei conditione, & temporis, & ætatis, & ſexus, uel ſeuerius, uel clementius ſtatuẽdam eſſe pœnam.* Huc *pertinet. l.* Pergit. C. *de ſepulc. uiola.*

¶ *Periurij pœna* Diuina, *exitium.*] Pœnam *infamiæ quam hæc* Lex *introducit, omnibus modis uſus recepit inter bonos uiros, quibus periuri non adnumerantur, nec ullam fidem merentur. Præterea & extra ordinem puniri ſolent, ſi manifeſtam adferant publicam uel priuatam læſionem. Et ſic intelligendum eſt quod dicitur in. l. ij.* C. De reb. credit. Et. l. ulti. ff. De in lit. iuran. *alijſq; locis. Declarat non inconcinnè gloſſ. vj. q. j. c.* Quicquam. *Accedit. l. ij. §. ult.* C. De indict. uiduita. tollend. Cum *ſatis (ait* Iuſtinianus) *eſſe in humanum uidetur, per* Leges *quæ periuria puniunt, uiam periurijs aperiri.*

¶ *Inceſtum* Pontifices.] *Inceſtus propriè dicitur flagitium cum cognatis & adfinibus admiſſum. Vnde ſunt* Tit. Cod. & Nouell. De *inceſt. & inutilib. nupt.*

Stuprum autem generaliter, coitus eſt Lege *uetitus: iſq; duplex. Vnus, cum nupta, quem dicimus adulterium: uel cũ cognatis, uel ſacris uirginibus* Alter, *cum qualibet perſona cui uis infertur, etiam ſi ancilla ſit.* Cicero Tuſcu. iiij. *Omnibus enim ex animi perturbationibus nulla uehementior, ut ſi iam ipſa illa accuſare nolis: ſtupra dico, & corruptelas, & adulteria: inceſta deniq;, quorum omnium accuſabilis eſt turpitudo.*

Seruius quoq; docet, inceſtum eſſe quãcunque pollutionem. Quare *ex fonte huius* Legis *generaliter loquentis, profluxerunt* Tit. *ff. &.* C. Ad Leg. Iuli. de adulteri. *Sed pœnæ harum pollutionum poſterioribus ſeculis ſunt uariatæ: ut eſt uidere in. l.* Qui contra. *Et. l. Si quis inceſti.* C. De *inceſt. nupt.* Et. C. De *rapt. uirg. ſeu uidua.*

¶ *Impius ne audeto placare.*] *Quare impij olim non admittebantur, ut tentarent placare iram* Deorum, *Cicero ex* Platonis *ſententia rationem ſcribens:* Platonem (*inquit*) *audiant, qui uetat dubitare qua ſit mente futurus* Deus: *cum uir nemo bonus ab improbo ſe donari uelit.*

Sed hic, quando Plato *& reliquæ* Gentes *ante cognitionem ueritatis: omnia* Diuina *metiti ſunt ex hominis natura & induſtria, lapſi fuerunt fœdiſsimè in multos errores. Fingebant enim modò iratos* Deos, *modò propitios, humano more: cum neſcirent planè pœnitentiam, & quomodo per ueram* Iuſtitiam *fidei placandus eſſet* DEVS, *cuius miſerationes ſine numero ſunt, dicente* Dauide.

Nos

Nos autẽ ſic docemur. Marc. 11. Matth. 18. Et. 5. *Itaq; ſi attuleris munus tuum ad aram, & illic recordatus fueris, quòd frater tuus habeat aliquid aduerſum te, relinque illic munus tuum coram altari, & abi: prius recōcilieris fratri tuo, & tum ueniens, offer munus tuum. Certè manifeſtè impij, qui uel uerbis palàm fidem Chriſti negant, uel operibus ſceleratis facto ſe incredulos declarant, admitti ad* Eccleſiam *non debent. Qua ratione introducta eſt excommunicatio, cuius umbram hæc* Lex *tractat. ut.* 1. *Corinth.* 5. Et 2. *Corinth.* 6. Item *Ephe.* 5. *Matth.* 18. Et eſt Tit. De ſenten. ex- *communicatio.*

¶ *Sanctè uota reddunto.*] Eleganter Cicero, *uotum, ſponſionem qua* Deo *obligamur, diffinit, cui optimo* Iure *in hac* Lege *adijcitur pœna: quoniam uiolatæ* Religionis *iniuria, non habet iuſtam recuſationem pœnæ.*

Olim autem tum uotis, tum precibus putabant placari Deos. *Vergil.*
Sed uotis precibusq; iubent expoſcere pacem.
Cecidere animi, nec iam amplius armis.
Vnde ſecuti plane cæcum carnis iudicium, aut ludos uouebant, aut donaria, aut aliam Idololatriam.

Nobis *præcipuum uotum eſt, quod in baptiſmate fecimus, ut credamus & renunciemus impoſturis Satanæ.* De quo *cum primis loquitur* Dauid: *Vouete & & reddite* Domino. De *uotis extat* Tit. De *uoto & uoti redemptione.*

¶ *Quocirca ne quis agrũ conſecrato.*] Vetat Lex *planè, agros conſecrari dijs: At in auro, argento, ebore, modum uult ſeruari, qui omnibus in rebus optimus eſt. Fuerunt enim homines ſemper ad ſacrificandas res proni, quibus ſe ſperabant pro uoto conſecuturos omnia: interim tamen mores ſuos & proximi charitatem nihil expendentes.* Platoni *(inquit* Cicero*) prorſus adſentior, qui (ſi modò interpretari potuero) his ferè uerbis utitur: Terra igitur ut focus, domiciliũ ſacrũ, Deorum omnium eſt. Quocirca ne quis iterum idem conſecrato. Aurum autem & argentũ, in* Vrbibus *& priuatim: in fanis inuidioſa res eſt. Tum* Ebur *ex inani corpore extractum, haud ſatis caſtum donum deo. Iam æs atq; ferrum, duelli inſtrumenta, non* Fani. *Quaſi uerò dicat:* Domini *eſt terra & plenitudo eius: non eſt conſecrandum deo, quod iam ſatis ei cõſecratum cenſetur. Verumtamen* Cicero *ignarus ueræ religionis, non eſt rectè adſecutus quid conſecrandum eſſet, ac gratũ deo uero: uidelicet, ſacrificiũ ſpirituale, quod eſt fides & mortificatio.* Pſal. 4. Et Phil. 2.

¶ *Sacra priuata perpetua manento.*] Hæc *una ſententia pertinet ad omnia ſacra in hac* Lege *poſita, ut conſeruentur ſemper, & deinceps familijs prodantur. Sic enim perpetuò manſura putabant, ſi priuatim ſinguli ſingulis uelut per manus ea traderent ſucceſſoribus hæreditario* Iure. *Vt ne morte (ait* Cicero*) patris familiâs, ſacrorum memoria occideret, & ijs eſſet adiuncta, ad quos eiuſdem morte pecunia uenerit.*

¶ *Deorum maniũ* Iura *ſancta ſunto.*] Manes *olim, hoc eſt, animas è corpore uolantes, quod ubiq; manerent, quaſi* Deos *colebant.* Ideo Iura *eorum uoluerunt eſſe ſancta, id eſt, ab iniuria hominum defenſa atq; munita, ut inferius ſequitur.*

De ueteri autem exequiarum ritu, unde iuſta dicebantur: nempe quòd ſacrificia quædam iuſte deberi cenſebantur mortuis, qui uiuẽtes ipſi benè meriti fuiſſent de alijs: quid attinet dicere? Res *erat ſuperſtitioſa, & falſæ* Religioni *omnibus numeris reſpondens.*

Illud *uerò nobis etiam nũc deſeruit, quòd defunctorum funus & nomen, omnibus iniurijs (præter grauiſſimas cauſas) exemptũ eſſe debet.* Nam *ex hoc fonte ſunt* Tit. ff. et. C. De *ſepulc. uiola.* Nouell. Ne *defunct. ſeu reliq. eor.* Item Tit. *ff.* Ne *de ſtat. defunct.* Et *quæcunq; de mortuis inferendis ſunt ſcripta inferius.*

Deniq; *quod dicit* Lex, *ſumptum in illos luctumq; eſſe minuendum, certa quadã forma faciendi ſepulchri olim conſtituebatur (licet fruſtra) apud* Romanos. Cicero: *Sed poſt aliquanto (inquit) propter has amplitudines ſepulchrorum quas in* Ceramico *uidemus:* Lege *ſancitum eſt,* Ne *quis ſepulchrum faceret operoſius, quàm quòd decem homines effecerint triduo.*

DE SVMPTIBVS FVNERVM, *& ſepulchris.* Caput IX.

IN urbe ne ſepelito, neue urito, ne facito rogum, aſcia ne polito.

Mulieres genas ne radunto: neue leſſum funeris ergò habento.

Homini mortuo, ne oſſa legito.

Rogum buſtúmue nouum, inuito domino ne propius ædes alienas ſexaginta pedes adducito.

Veſtibulum ſepulchri, buſtúmue ne uſucapito.

Ploratus & lamentationes in funere ſuo latæ ſunto.

Mirum dictu, quàm ab initio ſemper lubricus hominum adfectus, nihil reliquerit intra modum. Sicut enim permittebantur quædam ſacrificia, uelut epulum funebre, luctus lamentationesq;, item orationes quibus defuncti laudes recenſebãtur, & alia id genus: Ita *rurſus æquum & bonum non fuerat, iſta in infinitum amplificari, ut nemo uellet altero uideri inferior. Sane contumelioſum erat ſine* Iuſtis *mori, & frequens in* Iure *eſt* Iuſtorum *mentio.* Cicero: *Qui uerò (inquit) ex ijs qui horum ſcelerum principes fuerunt, & præter cæteros in omni* Religione *impij, non ſolum uita cruciati atq; dedecore, uerum & ſepultura ac* Iuſticia *exequiarum caruerunt.*

INTERPRETATIO.

¶ *In urbe ne ſepelito.*] Refert *Cicero omnia hæc ferè translata eſſe de* Solonis Legibus. Noluerunt *autẽ ueteres, cadauera humana in* Ciuitate *ſepeliri.* Et *ad hunc* Gentium *morem alludit quod in* Euangelio *dicitur: elatum eſſe mortuum adoleſcentem, quem* Chriſtus *ueniens ad* Ciuitatem, *matri ſuæ reſtituit.* Luc. 7. *Sed apud nos aboleuit hic mos.*

¶ Neue *urito.*] *Solebant enim eo tempore cadauera poſteaquàm aliquot diebus aqua calida lauaſſent, incendere, ac ſequenti die reliquias in ſepulchrum condere.*

¶ Ne facito rogum.] Eódem pertinet quò præcedens clauſula, ſcilicet ne rogus, hoc eſt, ſtrues lignorum fiat in urbe ad cremanda cadauera: ſic dictus, quòd in eo manes rogari ſolerent. Eſt autem ratio huius prohibitionis, ut euitentur incendiorũ pericula, quæ ex circumuolantibus flammis poſſent contingere.

¶ Aſcia ne polito.] Hoc eſt, ne expolias ſepulchra quibuslibet artificioſis ſtructuris. Solebant enim nimio quodam faſtu nimióque ſumptu exornare ſepulchra. Quod Chriſtus quoq; cum Iudæis expoſtulat, qui Prophetarum ſepulchris ornamenta addebant, cum corpora nequiter occidiſſent, Matth. 23.

Aſcia quippe dicta ab abſcindendo, inſtrumentum eſt quo fabricæ materiæ dolantur.

¶ Mulieres genas ne radunto.] Vetat Lex mulieres radere genas, id eſt, eam partem faciei quæ oculis ſubiecta eſt: id quod in funeris pompa fieri ſolebat.

¶ Néue leſſum funeris ergô habento.] Cicero refert ueteres interpretes Sext. Ælium & L. Accilium, non ſatis intellexiſſe hæc uerba, ipſis ingenue id fatentibus. Secutus tamen Læliũ interpretatur Leſſum, quaſi lugubrem eiulationem, ut uox ipſa ſignificat. Quod eò magis (inquit) iudico uerum eſſe: quia Lex Solonis id ipſum uetat.

Ergô autem aduerbium hic eſt, & ponitur pro cauſa. Vt funeris ergô, hoc eſt, funeris cauſa, uel gratia. Quomodo frequenter priſci utuntur. Vergil. 6. Illius ergô Venimus, & magnos Erebi tranauimus amnes.

¶ Homini mortuo, ne oſſa legito.] Prohibet Lex hominis mortui oſſa colligi, quæ commendari terræ uolebat. Excepit tamen Solonis ſententia bellicam peregrinamq; mortem, ut tum oſſa legi ac domum perferri poſſent.

¶ Rogum buſtúmue nouũ.] Cicero putat buſtum appellari Tymbon, quod latine ſepulchrum uel monumentum dicimus: idq; huic loco magis congruit. Seruius autem ſic diffinit apud Vergil. Æneid. 12. Pyra, eſt lignorum congeries: Rogus, cum ardere cœperit, dicitur: Buſtum uero, iam exuſtum uocatur.

Prohibet igitur Lex, ne quis propius alienas ædes, quàm ſexaginta pedibus ſepulchra faciat aut rogos.

¶ Veſtibulum ſepulchri buſtúmue ne uſu capito.] Hoc eſt, neq; aditus ſepulchri, neq; monumentũ ipſum uſucapi poßit. Sicut enim locus ante ianuã domus, per quem à uia ad ædes itur, dicitur ueſtibulum: Ita aditum ſepulchri nuncupat eodem uerbo Vlpianus in. l. iij. §. Sepulchri autem. ff. De ſepul. uiolat. Et in. l. ij. §. Purus autem. ff. De Religio. et ſumpt. funer. Sepulchrum eſt (inqt) ubi corpus mortui oßáue hominis cõdita ſunt.

Cum autem locus ille fiat religioſus, conſequens eſt uſucapionẽ in eo ceſſare, iuxta regulã. l. Vſucapionẽ. Et. l. Vbi Lex, in prin. ff. De uſucap. In ſacris enim & religioſis rebus, non admittitur uſucapio.

¶ Ploratus et lamentationes in funere ſuo latæ ſunto.] Sunt ſublatæ ploratus funebres, quoniam modum excedebãt, nec proderat aliquid, præſcripſiſſe formam intra quam fierent. Refert enim Cicero circa exequiarum ſolennitatẽ præter ea quæ in XII. tabulis ſcripta eſſent, quædam fuiſſe in more. Honoratorum (inquit) uirorum laudes in concione memoranto, eaſq; etiam ad cantus, ad tibicinem proſequantor. Cui nomen Neniæ: quo uocabulo etiam Græci cantus lugubres nominant. Et paulò poſt: Sequebantur epulæ, quas inibant propinqui coronati: apud quas de mortui laude, cum niſi quid ueri erat, prædicatur. Nam mentiri nefas habebatur. Attamen cum id, quod tum lege ſcripta ſecundum naturam ordinatum, tum, quod per morem adiectum eſſet iuſtis, in nimiam pompam traheretur: contigit, ut quod altera Lex præcepiſſet, altera uetaret. Poſteaquàm enim ſumptuoſa fieri funera & lamentabilia cœpiſſent: hac Solonis Lege ſublata ſunt. Quam eiſdem prope uerbis (ait Cicero) noſtri uiri, in decimã tabulam coniecerunt.

Ex his fontibus ſunt Tit. ff. & C. De ſumpt. fune. mor. inf. Item in Iure Pontificio de Sepul. Et reliquæ paßim Leges in hanc cauſam latæ: primũ, ut pietatem retinerent homines erga morientes: deinde, ne modum in ſumptibus excederent & funerum pompis.

Hactenus itaq; de religione ſanciuit Lex XII. tabularum, quæ potißima pars eſt Iuris publici. Videamus nunc de Magiſtratibus, ut abſoluatur de Iure publico diſputatio fori. Et ſic quidem apparebit, quid Vlpianus in. l. j. §. Huius ſtudij. ff. De Iuſt. & Iur. Publicum Ius (inquit) in ſacris, Sacerdotibus, & Magiſtratibus conſiſtit. Cicero: Si ergo (ait) quod cum religione coniunctum eſt: id autem quantulum eſt? De Sacris credo, de uotis, de ferijs, de ſepulchris, & ſi quid eiuſmodi eſt.

DE MAGISTRATIBVS TIT. II.

Optimo ordine poſt Religionem, Lex tractat de Magiſtratu. Deus enim approbat Imperia, ſine quibus nec domus ulla, nec Ciuitas, nec gens, nec hominum uniuerſum genus ſtare, nec rerum natura omnis, nec ipſe mundus poteſt, ut Cicero dicit. Porrò, non magis ſine Magiſtratu Ciuitas: quàm nauis ſine gubernatore, ſalua eſſe poteſt.

Magiſtratuum itaq; hæc eſt uis, ut præſint, præſcribant quæ ſunt recta & utilia, & coniuncta cum Legibus. Vt enim (ait Cicero) Magiſtratibus Leges: Ita Populo præſunt Magiſtratus: uereq; dici poteſt: Magiſtratum, Legem eſſe loquentem: Legem autem, mutum Magiſtratũ. Et profectò quid profuerit multas habere Leges, niſi ſint qui moderentur ac rectè diſtribuãt? Quocirca Pomponius in. l. ij. §. Poſt originem. ff. De orig. Iur. loquens de Magiſtratibus: Quia (inquit) ut expoſuimus, per eos qui Iuri dicendo præſunt, effectus rei accipitur. Parum eſt enim Ius in Ciuitate eſſe, niſi ſint qui Iura reddere poßint. Vide quàm pulchrè accedant hæc ſententiæ Apoſtoli Rom. 13. qui tradit: poteſtatem, ordinationem Dei eſſe.

Quis igitur non obtemperet Ius dicenti autoritate omnipotentis Dei? Nec uerò ſolum, ut obtemperent obediantq; Magiſtratibus, ſed etiam ut eos colant diligantq; requiritur, teſte Cicerone. Nam (ait) & qui imperat, paruerit aliquando neceſſe eſt: & qui modeſte paret, uidetur, qui aliquãdo imperet, dignus eſſe. Bone Deus quàm ſunt iſtæ uoces dignæ, ut ſemper medite-

mur. Plus enim conferunt lucis ad Ciuilem diſciplinā, quàm omnes Doctorum Iuris uerboſi commentarij.

DE MAGISTRATIBVS Ciuilibus. Cap. I.

Iuſta Imperia ſunto, ijsq́ue Ciues modeſtè ac ſine recuſatione parento.

Magiſtratus nec obedientem & nocuum ciuem, mulcta, uinculis, uerberibusúe coercento: ni par maioróue poteſtas Populusq́ue prohibeſsit, ad quos prouocatio eſto.

Cum magiſtratus iudicaſsit irrogaſsitúe: per Populum mulctæ, pœnæ, certatio eſto.

Ecce quàm breui grauitate, in conſpectu poſita eſt omnium Magiſtratuum deſcriptio, quatenus ad Ciuitatem Orbis principem Romam attinet. Nam ſic habitote (inquit Cicero) Magiſtratib. ijsq́; qui præſunt, contineri Rempublicam, & eorū compoſitione, quod cuiuſq́; in Republica genus ſit, intelligi. Porrò, nihil grauius dici potuit & naturæ conuenientius, quàm neceſſarium eſſe Magiſtratū, cui omnes obtemperent.

Huic conſequens eſt, non cenſeri hominem, cui legitima poteſtas diſpliceat. Nec ulla Gens tam impudens fuit unquam, quæ prorſus Imperium repudiaret, quanquàm ſæpè mutatum ſit, non tam Regni, quàm Regis uitio. Quibus autem Regia poteſtas qua omnes gentes ab initio ſunt uſi, non placuit: nō ij nemini, ſed non ſemper uni parère uoluerunt, teſte Cicerone.

INTERPRETATIO.

¶ Iuſta Imperia ſunto.] Maximā habent Emphaſin iſta uerba, quæ ſicut & reliqua, non ſic legenda ſunt, quaſi hiſtoriam aliquā legas ſenſu ſuperficiario, ut ſic dicam: ſed intus eſt reſpicienda uis atq́; poteſtas, admonente Celſo in. l. Scire. ff. De Legib. Cicero quoq́; ocioſam lectionem improbans: Nam ueteres (inquit) uerbotenus, acute quidē illi, ſed non ad hunc uſum Popularem atq́; Ciuilem, de Republica diſſerebant.

Itaq́; Iuſta Imperia Lex ſtatuit, hoc eſt, ſecundum naturalem rationem uera, & in omnibus Reipublicæ partibus abſoluta, receptaq́; à ſapientiſsimis hominibus communi conſenſu: quibus proinde uelut bonorum morum ac inſtituendæ uitæ parentibus, Ciues libenter pareant, non tam metu pœnarū, quàm honeſtatis amore. Hæc omnia enim ſub appellatione huius uerbi Iuſta, comprehendit Lex. Interim reijciens planè tyrannidem, quæ neq́; diuturna eſt, neq́; fœlicē habet exitū.

Et quamuis olim inter Tyrannidem & Iuſtum Imperium nihil intereſſet, cum Tyranni dicerentur domini & Reges, qui plenam haberent in ſubditos poteſtatem, quales erant plerunque uiri ſpectatæ uirtutis, ut apud Vergiliū: Pars mihi pacis erit, dextram tetigiſſe tyranni. Tamen cum poſtea creſcente hominum malicia, ui quadam & ex animi libidine, nō uerò Iure aut Legibus pleriq́; regnare cœpiſſent, ad eos tantum Tyranni nomen reſtrictū eſt. Et quo magis patella dignū haberet operculum, quale fuit Imperiū, talis erat ſubditorū amor & obediētia. Excplis ſcatēt oēs hiſtoriæ.

Hinc ſunt oēs Tituli ac Leges quæ de Magiſtratibus, eorūq́; officio tractāt in Iure Ciuili & Pontificio, ut. ff. & C. De Senatori. De offic. Conſul. De offic. Præſid. De Iuriſdict. omn. Iudic. Si quis Ius dicen. non obtemp. De maior. & obedien. Et cæteri id genus.

¶ Magiſtratus nec obedientem & nocuum Ciuem mulctis.] Hic tradit Lex uſum gladij, quē Apoſtolus mira grauitate tractat Rom. 13. Coercet enim malos, mulctis, uinculis, uerberibus, ut qui nulla Iuris & æquitatis ratione moueri ad obediendum uolunt.

Quid autem diſtet mulcta à pœna, tractant Vlpianus in. l. Aliud eſt fraus. §. j. Et Paulus in. l. Si qua pœna. ff. De uerbor. ſignific.

¶ Ni par maiórue poteſtas.] Sancit his uerbis poteſtatem Tribunorum plebis, quam primum X uiri ex Solonis Legibus Romam attulerunt, quæ poſtea à Valerio Publicola, Sylla, multisq́; alijs moderationem accepit. Magna enim orta fuit ſeditio inter Patres et plebem, quòd nimiam quandam dominationem in Ciues exercere uiderentur. Neceſſariò igitur inuentum eſt temperamentū quoddā Tribunitiæ poteſtatis, de qua inferius nominatim dicetur. Quamobrem (inquit Cicero) in iſta quidē re uehementer Syllam probo, qui Tribunis Plebis ſua Lege, iniuriæ faciendæ poteſtatē ademerit, auxilium ferendi reliquerit.

De poteſtate autem Tribunitia quid ſentiendum ſit: ſalutarisne, an ad ſeditionem in Republica olim nata uideri debeat: Cicero longe pulcherrima diſputatione tractat, recenſens multa uitia quæ ſub Tribunis accidiſſent. Tandem diffinit: pro ratione temporum fuiſſe neceſſariam, adeoq́; in ea una fuiſſe Ciuitatis ſalutem. Vitia quidem (inquiens) Tribunatus, præclarè Quinte perſpicis: ſed eſt iniqua in omni re accuſanda, prætermiſsis bonis, malorum enumeratio uitiorumq́; ſelectio. Nam iſto quidem modo, uel Conſulatus uituperabilis eſt, ſi Conſulum quos enumerare nolo, peccata collegeris. Ego enim fateor, in iſta ipſa poteſtate ineſſe quiddam mali: ſed bonum quod eſt quæſitū in ea, ſine iſto malo non haberemus. Nimia poteſtas eſt Tribunorum Plebis: quis negat? Sed uis Populi multò uehementior multoq́; ſæuior, quæ ducem quod habet, interdum lenior eſt, quàm ſi nullum haberet. Dux enim ſuo periculo progredi cogitat: Populi impetus, periculi rationem ſui non habet.

Rectè quidem hunc Magiſtratum Cicero intelligi uult, non de Tribunitio furore, qualem Triginta illi Athenis exercuerunt, qui ſublatis peſsimo exemplo Iudicijs, quaſi publicam carnificinam exhibuerunt: Sed de moderata quadam interceſsione, ne quis iniuſte læderetur per Senatum, à quo propterea Ius prouocādi ad Populum, hac Lege conceditur. De his omnibus inferius plura.

¶ Per Populum mulctæ, pœnæ certatio eſto.] Sic enim priſci plerunq́; ſine coniunctione multa proferebant, ut æquum, bonum, mulctæ, pœnæ. Certationem autem, pro cognitione ſuprema dixit. Certat enim is, qui punire uult, cum eo, qui defenſione dignum ſe contendit extremo apud Populum periculo.

DE MAGISTRATIBVS MILITARIBUS. Caput II.

MIlitiæ ab eo qui imperabit, prouocatio ne eſto.

Quodq́ is qui bellum gerat imperaſſit, ius ratumq́ eſto.

Minores magiſtratus periti Iuris plures in prælia ſunto.

Militiæ quibus iuſsi erunt, imperanto, eorumq́ tribuni ſunto.

Domi pecuniã publicã cuſtodiunto.

Vincula ſontium ſeruanto: capitalia uindicanto.

Æs, argentũ, aurũ publicè ſignanto.

Lites contractas iudicanto.

Quodcunque Senatus decreuerit, agunto.

INTERPRETATIO.

¶ *Militiæ ab eo qui imperabit.*] *Multis olim Magiſtratib. aut rectius, multis Magiſtratus militaris appellationibus, Romani utebantur in re militari, ueluti in arduo Reipublicæ negocio: quibus exercitũ totũ cõmitterent. Nam aliâs Imperatores deſignabant, aliâs Conſules, aliâs Dictatores. Itaque ab his prouocari, uetat hæc Lex: quia res bellica uult expeditionem celerem, nullamq́; moram admittit, quæ per prouocationẽ contingere ſolet.*

¶ *Quodq́; is qui bellũ gerat.*] *Qua ratione paulò antè ſtatuit Lex, ne ab Imperatore appelletur: eadẽ nunc ſancit, ut Ius ratumq́; ſit, quicquid in re militari iuſſerit. Niſi enim diſciplina diligenter obſeruetur in exercitu, actum fuerit de belli ſucceſſu felici.*

¶ *Minores Magiſtratus periti Iuris.*] *Optima ratione hac Lege ſtatutum fuit, ut minores aliquot Magiſtratus, ijdemq́; periti Iuris, comitarẽtur belli duces. Nam neq; domi, neq; foris Iuſtitiam contemnere oportet. Quam ob rem Romanus Senatus publicè tales legebat, quo magis libere fungi poſſent officio ſuo, qui adeſſent Imperatoribus in exercitu. Sic Veſpaſianus ad expeditionem contra Iudæos, uſus eſt legatis, ac inter illos maiore filio ſuo Tito. Itidem Cæſar in Gallijs multos habebat Legatos, quorum conſilio utebatur. Et hi quidem niſi Iuris periti, nullum conſilium dare potuiſſent. Quippe, quòd conſiliorũ rationem, cum legibus oportet eſſe coniunctam, ut grauiſsime dicit Iuſtinianus in procem. Inſtitut. Imperatoriam (inquiens) Maieſtatem, non ſolum armis decoratam, ſed etiam Legibus oportet eſſe armatam.*

¶ *Militiæ, quibus iuſsi erunt imperanto.*] *Hoc eſt: Quiſq; ſui Imperij officijq́; ad rem militarem demandati, rationem diligentiſsimè habeat. Liuius lib. 8. Magiſtratuum militarium Imperia, hoc ordine obſeruata fuiſſe ſcribit: uidelicet, ut miles, Centurioni: Centurio rurſus Tribuno: Tribunus, Legato: Legatus, Conſuli: Magiſter equitum autem ac prædicti omnes, dictatori parêrent. Quod tamen intellige de quocunq; Magiſtratu, cui totus committeretur exercitus.*

¶ *Eorumq́; Tribuni ſunto.*] *De Tribunis militum hoc oportet intelligi, nam Tribunorum Plebis, ſuprà mentio facta eſt. Tribuni autem militum, à tribuendo Iure ſunt dicti: ſolebantq́; aliâs ab Imperatore exercitus, aliâs à Cõſule, aliâs ab ipſo Populo Romano creari. Horum officium tractans Macer in. l. Officium. §. ult. ff. De re milit. Officiũ (intq) tribunorũ eſt, uel eorum qui exercitui præſunt: milites in caſtris continere, & ad exercitationem perducere: claues portarum ſuſcipere, uigilias interdum circumire, frumentationibus commilitonum intereſſe, frumentum probare, fraudem menſuræ coercere, delicta ſecundum ſuæ autoritatis modum caſtigare, principijs frequenter intereſſe, querelas commilitonum audire, ualetudinarios inſpicere. Quomodo autem irreuerentes milites, qui Tribunis non obtemperabant, puniendi eſſent: idem Macer in. l. ſeq. §. Irreuerens, eleganter adijcit. Alij quoq; Tribuni poſt Leges XII. tabularum, Conſulari propemodum poteſtate creari cœperunt, de quibus infrà dicetur. Nam ſinguli Magiſtratus minores, ad excelſiorem paulatim dignitatem aſcenderũt, donec omnes ferè mutarentur in aliam formam, ut ex Pomponio uidebimus.*

¶ *Domi pecuniam publicam cuſtodiunto.*] *Ea ferè quæ ad officium Tribunorum militum pertinebãt, ex his intelliges, quæ paulò antè ſecundum Macrum Iuriſc. retulimus. Hic adijcitur (ut uides) munus cuſtodiendæ pecuniæ publicæ, domi ſcilicet, non in caſtris. Item, æs, argentum, & aurum publicè ſignabat Tribunus. Quocirca ne fallamur, admonendi ſumus: Æris ſignandi quidem uſum, nondum perueniſſe ad Romanorum Rempublicã, cum ex Græcia adferrentur XII. tabulæ, ut ex. l. j. ff. De contrahen. empt. liquidò apparet: Olim enim (inquit Paulus) non ita erat nummus. Verumtamen cum poſteà uſus hominum ipſaq́; rerum neceſsitas materiam forma publica percuti poſtularet (quam nunc monetam dicimus) adiectum id muneris fuit Tribunis militum: ideoq́; de eo facta eſt mentio in tabulis: non à Solone, ſed à Romanis, ſicut de pleriſq; alijs rebus. Idq́; Cicero inſinuans: De ſepulchris autẽ (inquit) nihil eſt apud Solonem amplius, quàm ne quis ea deleat, nèue alienum inferat. Quaſi uerò dicat: Reliqua ſunt à noſtris adiecta.*

¶ *Quodcunq; Senatus decreuerit, agunto.*] *Hæc eſt generalis clauſula, per quam omnia rectè concluduntur. Quando enim non omnia in ſpeciem de officijs Magiſtratuum militarium tradi poſſunt: una fuerit ſumma ſentẽtia, ut agant ſinguli quicquid Senatus Romanus pro re nata conditioneq́; temporis, decreuerit.*

DE ÆDILIBVS. Caput III.

SVntoq́ Ædiles curatores Vrbis, annonæ, ludorumq́ ſolennium.

Olliſq́ ad honoris amplioris gradũ, is primus aſcenſus eſto.

INTERPRETATIO.

¶ *Suntoq́; Ædiles curatores Vrbis.*] *Ædilitas,*

Pretura

Prætura, Tribunatus, Quæſtura, & aliæ id genus: dignitates erant minores, adeóque primum plebeiæ, ut Plutarchus ſcribit: ſed temporis ſucceſſu, ad magnum honoris faſtigium perductæ. Ædilium itaque officium erat, curare Vrbem publicè, ſicut paterfamiliâs priuatim curat familiam: præſertim, quatenus ad annonam, hoc eſt, prouentum frugum, aliarumq; rerum cuiuslibet anni pertinebat: in quibus ſanè alimonia uitæ conſiſtit. Ludos quoque curabant, quoniam his frequenter utebantur ueteres, partim ad lætitiam Populi publicam, partim ad placandos Deos, ut ſuprà dictum eſt. De his Ædilibus, & deinde factis Curulibus, ex Pomponio quæ hic deſunt, infrà ſupplebuntur.

¶ *Olliſq; ad honoris amplioris gradum.*] *Optima ratione Romani certè uiri prudentes, in deferendis Magiſtratibus ordinem obſeruabant, ab inferiore ad ampliorem. Porrò omnibus quidem in rebus, ordo ſecundum naturam neceſſarius eſt: ſed tamen in Magiſtratu deferendo, maximam ac peculiarem quandam uim habet. Primum, ut hominis ingenium rectè cognoſcatur: cum Magiſtratus qualis quiſque ſit, ſtatim indicare ſoleat. Deinde, ut expoliantur ciues negocijs uulgaribus ad arduas res agendas, quoniam pulchrius eſt parari, quàm creari nobilem. O uenerandam antiquitatem, ut Iuſtinianus rectè uocat, à qua & eruditum ſe fatetur in. §. ult. Inſtitut. De adopti. Nam uarijs & grauibus omnium rerum exemplis ſcatet. Quid, rogo, ſalubrius Reipublicæ fuerit, quàm hunc ordinem in omnibus Ciuitatibus imitari, ut non ſtatim rudes ac nullo geſti officij argumento probati, rapiantur ad ſummũ adminiſtrandæ Reipublicæ gradum & ordinem?*

Non poſſum me hoc loco continere, quin expoſtulem cum criticis quibuſdam, qui tam ſunt amentes, ut utilem illum longeq; pulcherrimum in omnibus Academijs receptum ordinem tituloſq; aut contemnere, aut etiam improbare non erubeſcant. Quaſi uerò uani ſint omnium literatorum ordines. Quid (inquiunt) eſt Doctoris titulus: quid Licentiati: quid Baccalaurei, niſi pecuniarum nundinationes? & reliqua id genus ineptiarum multa effutiunt.

Verùm legant inſulſi homines, quid ſcribant eruditi omnium ſeculorum in bonis artibus anteſignani. Quomodo præparandi ſint per ordinem ſtudioſi, ab incunabulis literarum ad grauiores diſciplinas: in quas ne tanquã ſus in roſas irruerent, quàm diligẽter ſint à Præceptoribus uires ingenij perpendendæ. Et quàm tale in bonis artibus iudicium nullo poßit fieri modo, niſi in claſſes diuidantur ſtudia, & ſingulis claßibus tituli accommodentur, quibus alij ab alijs in ſcholaſtica ratione diſcernantur. Quales ſunt à Lauri bacca, baccalaureatus, magiſterij, Licentiæ & Doctoratus.

Hæc inquam perpendant, ſi uoluerint, iniqui cenſores, & facile uidebunt errorem ſuum uel conſcientia dictante.

Interim redeamus ad Magiſtratuum ordines.

DE CENSORIBVS.
Caput IIII.

Cenſores Populi, Ciuitates, ſoboles, familias, pecuniaſq; cenſento.

Vrbis templa, uias, aquas, ærariũ, uectigalia tuento.

Populiq; partes in tribus diſtribuũto.

Exinde pecunia, Ciuitatis ordines partiunto.

Equitũ peditũq; prolem deſcribũto.

Cœlibes eſſe prohibento.

Mores populi regunto.

Probrum in Senatu ne relinquunto.

Bini ſunto: Magiſtratum quinquennium habento.

Reliqui Magiſtratus annui ſunto: eaq; poteſtas ſemper eſto.

INTERPRETATIO.

Exiſtimat Liuius Cenſorum ordinem poſt XII. tabulas Romæ cœpiſſe, de quibus multa ſcribit. Fuiſſe autem hunc Magiſtratum, quatenus ad honeſtam uiuendi cognitionem attinebat, omnium principem, uel hinc apparet, quòd Senatu mouebant Cenſores: Item publicorum ac priuatorum locorum, nuptiarum, conuiuiorum, equorumq; rationem habebant: quid deniq; quiſq; ageret, diligenter inquirebant.

Cenſores autem quaſi magiſtri morum, dicti ſunt à cenſendo, hoc eſt, arbitrando, quoniã (ut dicit Feſtus) quiſque tanti ſua æſtimabat, quantum illi cenſuiſſent: erantq; & rerum & morum Cenſores. Plutarchus in Æmilio: Cenſura (inquit) maxime omnium Magiſtratuum reuerentiæ, plurimæ poteſtatis, tum in alijs rebus, tum maximè ad morum emendationem. Nam Senatores è Senatu remouere poteſt: Equitibus equos adimere, ex Plebeijs ærarios facere, notare infamia, cenſum agere, luſtrum condere.

Reliqua ferè huius loci, non indigent explanatione, uel mediocriter eruditis non ignota.

¶ *Populiq; partes in tribus diſtribuunto.*] *Crebrior ſententia eſt, Tribus dictas à tributo dando, & uarijs modis Populum Romanũ in partes diſtributum fuiſſe. Iſraelitæ duodecim tribus habebant, de quibus multa in Veteri teſtamento.*

¶ *Exinde pecunia, Ciuitatis ordines partiunto.*] *Corruptè hic locus circumfertur ſic in quibuſdam codicibus: Exinde pecunias per Ciuitatis ordines partiunto. Quaſi uerò Romani unquã admiſerint communionem rerum, ſcilicet ut alterius fortunæ alteri diuiderentur. Hic igitur eſt ſenſus: Ad Cenſores pertinebat, diſtribuere Populum in ordinem, ſecundũ uniuſcuiuſq; pecuniam & rei familiaris qualitatem: ne & ſibi, & ſuis, totiq; Reipublicæ dedecori eſſent. Cœperunt autẽ tandem tres ordines Romæ: Senatorius: Equeſtris, & Plebeius, de quibus infrà.*

¶ *Cœlibes eſſe prohibento.*] *Magnam ueteres curam egerunt, ut Vrbem Romanã ciuibus replerẽt, ampliorẽmq; facerent. Quamobrem multam permitte-*

bant libertatem inhabitatoribus,quò plures ad ſe allicerent. Et hoc conſilio Lex cœlibem uitam prohibet, nuptiasq; præcipit,ſecuta Platonem,qui à trigeſimo anno uſq; ad annum trigeſimum quintum ducendam eſſe uxorem putauit,alioquin puniendum eſſe matrimo nij contemptorem. Et cum hæc Lex,à quibuſdam iniquitatis incuſaretur,reſponſum eſt à Cenſoribus: Naturam ſicut naſcendi: ita gignendi procreãdiq; Legem præſcribere. Rectè quidẽ illi. Nam naturæ autor Deus creato homine dixit: Creſcite & multiplicamini.

Fuerunt autem hæc, temporibus illis conſentanea. Nam & multæ olim nuptiæ concedebantur Iudæis,ut multiplicaretur hominum genus ſecundum promiſſionem Dei. Verũ cum omnia eſſent ſatis impleta in filio eius Chriſto ſeruatore noſtro,neq; multis nunc uxoribus,neq; Edicto de cõtrahendis nuptijs opus eſt. Quare & Apoſtolus, & omnes Legislatores relinquunt li berum nuptiale negociũ,ut qui ligatus ſit,maneat: qui liber fuerit,non urgeatur ad matrimonium.

Quocirca,cum alicui legebatur in teſtamento ſub conditione,ſi non contraheret nuptias,aut ſi cœlibem ageret uitam: num tale legatum,reiecta conditione deberetur: magnæ fuerunt inter Iuriſconſultos altercatio nes. Ideo Leges aliquot introductæ ſunt, & Senatuſconſulta,& cautiones, ut in.l. Sed ſi hoc.§.ult.ff. De condit. & demonſt.l. Cum filius.§. Qui Mutianã.ff. De legat.ij. Et.C. De uiduit.tollen. Nouell. De nupt. §.Vnde ſancimus. Et. §.Quia uerò.

Profectò,ſicut ueteres curarunt,ut replerentur Ciuitates: Ita nunc magis ſolicitos eſſe oportet omnes Ma giſtratus, quomodo purgent eas malis hominibus, & fortaſſis expediret non tam frequentes eſſe nonnullas Vrbes. Reliqua taceo.

¶ Probrum in Senatu ne relinquunto.] Hoc eſt: Id curent Cenſores,ne quis in Senatu ſit,qui probro & infamia notandus uideatur. Vnde in hiſtorijs paſſim le gimus multos Senatu motos fuiſſe multis ademptos equos,ut in plebeium ordinem redigerentur.

¶ Eaq; poteſtas ſemper eſto.] Nam & uitia morum nunquã ceſſabunt, quæ Cenſuræ cauſam præbuerunt: Ergo nec cenſuram oportet ceſſare. Nec etiã deerat ratio,quare hic Magiſtratus quinquennalis eſſet, cæteris ultra annum non permiſſis. Nam munus iſtud cenſendi, maiorẽ libertatem requirebat quàm aliæ fun ctiones,quæ non tantum inuidiæ habebant.

Transfertur autem hoc uerbum ad alias ſignificationes,quæ tamen ex iſta cauſam trahunt: Vt cenſura accipiatur pro ſeueritate,correctione,& decreto. Vnde cenſuram Eccleſiaſticam dicimus.

DE PRÆTORIBVS.
Caput V.

IVris diſceptator,qui priuata iudicet iudicariue iubeat,Prætor eſto.

Is Iuris Ciuilis cuſtos eſto: huic poteſtati parento.

Quotcunq; Senatus creuerit, Populuſue iuſſerit,tot ſunto.

INTERPRETATIO.

¶ Iuris diſceptator.] Qualem Lex hoc loco deſcri bit Prætorem, Romani ante Leges XII. tabularum prorſus ignorarunt. Quilibet enim Magiſtratus cum exercitui præeſſet,Prætor dicebatur,à præeũdo,ſecun dum Varronem: quòd in re militari præiret. Vnde & Imperatores aliquando dicti ſunt Prætores. Cicero ad Heren. Epaminundas Thebanorum Imperator ei,qui ſibi ex Lege ſucceſſerat Prætor, exercitum non tradidit. Verum,cum aucta iam mirum in modum Ciuitate Romana,opus eſſet præter Senatum aliquo Magiſtratu,qui in Vrbe,tum Ciuibus, tum peregrinis Ius diceret: appellabãt hanc functionem Præturam: quoniam ſignificatio uerbi à præeundo, uidebatur admodum quadrare.

Fuit itaq; primus Prætor Vrbanus,Furius Camillus. De hoc inferius plura ex Pomponio.

Interim meminiſſe oportet,quod ſuprà quoque admonuimus,hoc caput à Romanis fuiſſe adiectum Græ cis tabulis.

DE DICTATORIBVS.
Caput VI.

REgio Imperio duo ſunto: ijq; præeundo: iudicando,conſulendo: Præto res,Iudices, Conſules appellantor.

Militiæ ſummum Ius habẽto,nemini parẽto,ſalus Populi ſuprema Lex eſto.

INTERPRETATIO.

¶ Regio Imperio duo ſunto.] Hunc locum intelligi oportet de Dictatoribus, de quibus infrà dicemus. Appellat eos uarijs nominibus,ſed nõ Dictatores. Vnde conijciendum eſt,rem ipſam eſſe uetuſtiorem nomine,ut pleraq; alia. Cæterum,uerba (Regio Imperio) ſa tis oſtendunt Dictatores hic deſcribi.

Dicti autem ſuut Prætores,quòd Militiæ ſummum Ius haberent. Itaq; nec alibi,quàm in exercitu,eis hæc appellatio conueniebat,cum in Vrbe longa eſſet differentia inter Dictatores & Prætores. Idq; eſt quod Lex dicit: præeundo,iudicando. In exercitu enim, & præibant,& iudicabant ſine ulla prouocatione.

Militaris igitur res hanc appellationem peperit. Sic & porta in caſtris,qua exercitus ad prælium educebatur, Prætoria dicta fuit. Item, tabernaculum in quo Conſules degebant, Prætorium fuit appellatum. Eſt Prætoria cohors,quæ à Prætore, hoc eſt, à Conſule nunquam diſcederet in bello, ob cuſtodiam corporis, teſte Feſto. Africanum autem inter omnes primum delegiſſe ſibi aliquot fortiſſimos,qui lateri eius adhærentes,omnibus alijs muneribus uacarent,ſtipendioq; maiore honorarentur,literis proditum eſt: quanquam apud alios, multi id antea quoque feciſſent. Quem morem ſecuti ſunt omnes, tum in bello, tum domi, præſertim ortis ciuilibus diſcordijs. Iulius Cæſar propter inimicos aliquandiu uſus eſt cuſtodia corporis,& Prætoria cohorte Hiſpanorum. Tandem nimia quadam confidentia, maluit ſemel inſidias undiq; immi-

imminentes ſubire, quàm cauere ſemper : ideóque cuſtodiam remouit, & haud dubiè inimicis maximam inſidiandi anſam præſtitit : ut euentus tanti uiri nos admonere debeat, ne uitioſa ſecuritate periculum ſubeamus, quod euitare licet.

Vtuntur & hodie Principes noſtri cuſtodia corporis, optimo Iure & exemplo.

¶ *Militiæ ſummũ Ius habento.*] *Hic locus accedit, adeoq́; lucem adfert illi, qui eſt ſuprà in cap. 2. Militiæ ab eo qui imperabit, prouocatione eſto. Quodq́; is qui bellum gerat imperaßit, Ius ratumq́; eſto. Per hoc enim diſciplinam militarem ad amuſsim obſeruabant maiores, quòd à præſcripto Ducis, ne digitum quidem latum diſcedere liceret. Modeſtinus in. l. 3. §. penulti. ff. De re milita. In bello (ait) qui rem à Duce prohibitã fecit, aut mandatum non ſeruauit, capite punitur, etiam ſi res bene geſſerit. Quare Macer in. l. Officium. ff. eod. Tit. Officium (inquit) regentis exercitum, nõ tantum in danda, ſed etiam in obſeruanda diſciplina conſiſtit. Extant in hiſtorijs exempla : Conſules ne filijs quidem ſuis pepercisſe, quod ſine iuſſu eorum conſeruiſſent manus cum hoſte.*

¶ *Salus populi, ſuprema Lex eſto.*] *Omnes Leges quæ ad priuatam utilitatem pertinent, inferiores eſſe debent publica ſalute Populi: præſertim, finis inſtituti belli, & quæcunque militiæ aguntur, non aliò referenda ſunt, quam ad Reipublicæ commodum ac defenſionem. Sicut enim omnium nautarum finis eſt incolumitas nauis, tametſi diuerſa ſint officia, & utilitas proinde ad unumquenq́; reditura ſit ſigillatim, ut ſalui perueniant in portum : Ita finis omnium ciuium domi & militiæ, eſt publica ſalus ſeu defenſio Reipublicæ, qua pereunte, nemo poteſt eſſe incolumis. Tractat eleganter Cicero De finib. bonorum & malorum lib. v. Iulianus in. l. Ita uulneratus. §. ulti. ff. Ad Leg. Aquili. Et l. j. §. ulti. C. De caduc. tollen. Nouell. De hæredi. & Falcid. in princ.*

Huc pertinent omnes Leges, quæ tractant De publicis rebus non alienandis, non uſucapiendis, non intercipiendis, cæteraq́; id genus. Latè enim patet hic fons publicæ ſalutis, unde ſuprema Lex in Ciuili ſtatu promanauit.

DE TEMPORIBVS MAgiſtratuum. Caput VII.

Eundem Magiſtratum, ni interfuerint decem anni, ne quis capito.

Ciuitatem annali Lege ſeruanto.

INTERPRETATIO.

¶ *Eundem Magiſtratum.*] *Grauißima ratione ſtatutum hoc fuit, ne quis eundem Magiſtratum intrà X. annos repeteret : Videlicet, ut euitaretur occaſio per diuturnum Magiſtratum occupandæ Reipublicæ: quod multos ſæpè tentaſſe, literis proditum eſt. Tametſi tandem Iulius Cæſar contempto Iure, perpetuos honores totumq́; Imperium, ſed certè infeliciter arripuit.*

Hanc Legem ſecuti ſunt Imperatores, mutato tamen decennio in quinquennium, ad repetendos eoſdem honores. Iuriſconſulti atq́; Iuſtinianus, cæteris Ciuitatibus idem Ius diffiniunt uelut optimum, in Titul. ff. De muneri. & honorib. Vbi Calliſtratus in. l. Honor: multa de honorum ordine eleganter tractat. Item in Tit. ff. De uacati. & excuſati. muner. Et C. Ad Leg. Iul. de ambit. Item: De honori. non continuan. l. ij. lib. X. Nouell. De defenſori. Ciui. in fine. Ne perpetua (inquit Iuſtinianus) eius ſolicitudinis continuatione, & fraudulenta per ſingula biennia renouatione, aliquibus prædicta adminiſtratio uſq́; in infinitum extendatur.

Extant exempla uenerandæ uetuſtatis, quibus intelligi poteſt, multos prudentes ac certè bonos uiros, recuſaſſe perpetuum Magiſtratum, etiam cum offerretur. Fabius enim Maxi. Conſulatu à patre ſuo, auo, ac proauo ſæpißimè: à ſe autem quinquies geſto, deinde filio eius omnium conſenſu oblato, diligenter cum Populo agebat, ut aliquando uacationem huius honoris genti Fabiæ daret: ne maximum Imperium in una familia continuaretur. Eadem ratione. Q. Cincinnatus continuationem Conſulatus oblatam, recuſauit. Et mirum dictu, quàm feſtinanter optimus ille uir, Dictaturæ à ſe feliciter geſtæ inſignia, reiecerit potius quàm depoſuerit. Marcus item Rutilius, iterum Cenſor creari noluit : longa oratione reprehendens Populum, quòd tantam poteſtatem uni uellent eſſe perpetuam.

Quatenus autem iſta Magiſtratuum, & annuæ Legis obſeruatio in forum perduci poßit ac debeat, cuiuſque loci mores, conditio, temporisq́; ratio facilè commonſtrabit.

DE DICTATORIS OFficio. Caput VIII.

Aſt ſiquando duellum grauius, diſcordiæ ciuium : eſtunto ne amplius ſex menſes, ſi Senatus creuerit.

Idem Iuris quod duo conſules, tenento.

Isq́ aue ſiniſtra dictus, Populi magiſter eſto.

Æquitatem quicunque regat, habeto pari Iure cum eo quicunq́ erit Iuris diſceptator.

Aſt quando Conſulis eſt : Magiſtratus ue Populi, nec reliqui Magiſtratus, ne ſunto.

De Dictatoris munere proſequitur, quanto tempore duraret olim, quo ritu creandus, qua deniq́; præditus eſſet poteſtate.

INTERPRETATIO.

¶ *Aſt ſi quando duellum grauius.*] *Quaſi ſic dicat, Non oportet ſemper in Rep. eſſe Regium hoc Imperium penes duos duntaxat, qui ſummum Ius habeant,*

nemini'q; obtemperent: Verum tunc duntaxat, cum grauius inopinatumq́; bellum, aut implacabiles ciuium diſcordiæ inciderint, quorum utrunq; ſummam autoritatem requirit.

Dictaturam autem, Albanos priuſquam Romanos habuiſſe, Feneſtella teſtimonio Liuij refert, & eſt uериſimile: quoniam in his tabulis, non niſi uetuſta, & quæ ab alijs Gentibus exemplo didicerunt Romani, tractantur. Erat itaq; extraordinarius & ſummus Magiſtratus, ad quem non niſi in maximo periculo, uelut ad ſacram anchoram & ultimum remedium, confugiebatur. In hunc enim quicquid Romanæ ditionis eſſet, transfundi conſueuit, adeò ut non alij Magiſtratus interim eſſent. Qua ratione, & duæ ſecures præcedentibus lictoribus, & cætera Regia inſignia illis attribui ſolebant.

Prætextu huius ſummi Magiſtratus, primum Sylla, deinde Iulius Cæſar, Romanam Rempublicam oppreſſerunt, cum non ſex menſes, ſed ſemper retinerent, ſcilicet ut ſic Dictatores dicti, euitarent nomen Tyrannidis. Hanc autem arripiendi Imperij occaſionem, ut euitarent Romani, ſemeſtrem eſſe uoluerunt tantam poteſtatem: nec aliter, niſi Senatus decreuiſſet eſſe neceſſarium, admittebant.

¶ Idem Iuris.] Diffinit poteſtatem Dictatoris, quæ tanta fuit, quanta Conſulis, id eſt, ſumma.

¶ Isq́; aue ſiniſtra dictus.] Hoc eſt, proſpera aue. Nam auſpicium ſi uidebatur aduerſum, prohibebat ſuſcipere Dictaturam. Vnde iam nunc dicimus, bonis aut malis auibus aliquid fieri. Et hac ratione Dictator appellatus eſt, quoniã creabatur uiua uoce, non ſuffragijs.

Magiſter ciuium autem uocatus eſt, quia in caput ciuis animaduertere ei licebat, à quo nec prouocabatur. Hinc qui poteſtatem aliquam de publico haberet, Magiſtratus eſt appellatus. Inſumma, Regiam planè poteſtatem habebat, ſolo nomine à Rege diſtãs, & temporis ſemeſtris ratione, teſte Feneſtella.

¶ Æquitatem quicunque regat.] Hoc eſt, Qui ad talem dictus fuerit ſummam regendi poteſtatem, is Æquitatis & Iuſticiæ religioſus ſit ſimili modo, atq; omnes Iudices æquum & bonum ſemper præ oculis habere debent.

Et tacite Lex inſinuat differentiam inter Dictatorem ex corpore Patrum, uel Plebe creatum (nam & ex plebe creari mox cœperunt in bello cum Faliſcis, teſte Feneſtella) & eum qui ex Conſule Dictator ſalutaretur. Ideoq́; ſubiungit, Aſt quando Conſulis: quæ dictio diuerſitatem ſenſus ſignificare ſolet.

¶ Aſt quando Conſulis eſt.] Quaſi dicat, Hoc peculiariter obſeruandum, ut quando Conſulis eſt, ſeu quando ex Conſule creatur Dictator: tunc duabus concurrentibus in unum hominem dignitatibus, nullus omninò ſit Magiſtratus, niſi quem ipſe dixerit. Qua ratione, M. Varro exiſtimat Dictatorem inde appellatum, quòd futuros dictare Magiſtratus ſolitus fuerit.

Originem Dictatorum Pomponius Lætus ſecundum Octauium Manlium ad id tempus refert, quo Latinorum quadraginta Vrbes coniuraſſent in Romanos, non parum multum ob id perterritos.

DE AVSPICIIS, ELECTIONIbus, alijsq́; ritibus. Caput IX.

REipublicæ auſpicia, Patrum ſunto: olliq; ex ſe produnto, qui comitijs creare Conſules rite poſſint.

Imperia, Poteſtates, Legationes, cum Senatus creuerit, Populúsue iuſſerit, ex urbe exeunto.

Duella iuſta, iuſtè gerunto.

Socijs parcunto: ſe & ſeruos continento.

Populi ſui gloriam augento: domum cum laude redeunto.

Rei ſuæ ergô, ne quis Legatus eſto.

INTERPRETATIO.

¶ Reipublicæ auſpicia.] Superius de auſpicijs ſiue augurijs diximus, quamq́; olim Gentes prorſus nihil aut domi, aut militiæ inauſpicato agerent. Appellatum eſt enim auſpicium, ab auium uolantium ſpectatione, quaſi auis ſpecium: ſicut augurium, à garritu auium, tam in bonam, quàm in malam partem. Nam ex auſpicijs intelligere ſe putabant miſeri, quid faciendum utiliter, quid ue fugiendum ob perniciem futuram eſſet. Ideóque quum omnia ab auſpicijs inciperent, uulgò nunc auſpicari dicimus, pro incipere. Et Auguſti appellantur Imperatores, quaſi Religioſa ueneratione ac obſeruatione digni, & bonis augurijs admodum profuturi Romanæ ditioni gubernandæ: ſicut ubiq; in Titulis Iuſtiniani, & apud Iuriſconſultos intelligendum eſt: nõ ab augendo, ut Accurſius totius antiquitatis ignarus, comminiſcitur.

Hinc Quintilianus auſpicatiſsimum exordium dixit, pro feliciſsimum: & augurari, pro diuinari uſurpamus. M. Cice. de Diuination. lib. j. Calchas (inquit) ex paſſerum numero, belli Troiani annos auguratus eſt. Item, inaugurari, pro cooptari atque conſecrari in aliquem ordinem: à quo rurſus contrario modo ſecludi, rectè nuncupamus exaugurari. Adi Gellium lib. 3. cap. 2.

Itaque auſpicia & diuinationes earum rerum quæ in Republica, aut facienda, aut fugienda eſſent: quique in Senatorium ordinem eligere & elegi deberent, ad Patres Iure Senatorio uult Lex pertinere, quanquam id multis modis immutatum ſit, ut ex Pomponio accipiemus.

Comitia autem quorum hic fit mentio, à ſimul itando dicta, conuentus ſunt populi ad eligendos Magiſtratus. At concilia cenſentur, cum Populi pars conuenit. Vnde comitia conſularia, Prætoria, Tribunitia, Ædilicia, & denique omnium magiſtratuum creandorum nuncupabantur iſtæ populi coitiones.

Cæterum, tres differentiæ comitiorũ fuerant. Nam quædam calata: quædam curiata, quædam centuriata uocabantur. Calata comitia, pro collegio Pontificum habebãtur, inaugurandi Regis uel Flaminis cauſa, alio qui ſemper in foro. Curiata, ex curijs, hoc eſt tribubus conſtabant: erant autẽ Romæ tribus initio tres, tandem

cœperunt

cœperunt eſſe trigintaquinq; , manente tamen nomine, ut de centurijs agrorum dicit Columella lib. 6. Ex his enim pro conditione cenſus & ætatis, per lictorem con uocabantur. Centuriata deniq; comitia erant, cum per ſingulas centurias calculus unus pro ſuffragio ferebatur. Sic enim ciues ob multitudinem, centenario numero diſtribuebantur in creandis Conſulibus.

¶ Imperia, Poteſtates, Legationes.] Non ſolum illud publicè intereſt, ut Imperia & Legationes Senatus decreto, iuſſuq; Populi deſignentur ad obeundam huiuſmodi functionem. Verumetiam hoc cum primis expedit, ut quo tempore Senatui uiſum fuerit, pro conditione rerum, modò celerius, modò tardius, Vrbem exeant. Sunt enim multa, quorum conficiendorum maxima ſpes eſt in celeritate: & contrà, pleraque cunctationem quandam requirunt. Hanc igitur cenſuram & cognitionem, penes Senatum Populumq; eſſe oportet.

Ex hoc Iure Tituli prodierunt. ff. & C. De offici. Conſul. & lega. Item. ff. De legationi. Et. C. lib. 10. Vbi de conſenſu quoq; publico, qui in Legationibus rerum maiorum exigitur, multa ſunt ſtatuta.

¶ Duella iuſta, iuſtè gerunto.] Grauis ſententia eſt. Porrò, multum diſtant: bellum eſſe iuſtum, & iuſtè geri. Poteſt enim iuſtum eſſe bellum, cum tamen non rectè geratur: quemadmodum dixit ille, non tam uincere, quàm uictoria rectè uti oportere. Et ex diuerſo, nonnunquam belli cauſa iniuſta eſt, cum interim in militari diſciplina nihil delinquatur à Ducibus. Vtrunque iſta Lex complectens: Iuſta bella, uult iuſtè geri.

Quid igitur eſt iuſtum bellum? Vlpianus ſic diffinit in. l. Hoſtes. ff. De capti. & poſtlimi. reuerſ. Hoſtes (ait) ſunt, quibus bellum publicè Populus Romanus decreuit: uel ipſi, Populo Romano. Cæteri uerò, latrunculi uel prædones appellantur. Cicero autem in Officijs, inſpecta penitius bellorum cauſa, pulchrè diſputat, ob eam tantum cauſam bellum eſſe ſuſcipiendũ, ut in pace uiuatur. Profectò Iuſticiam belli, ex Iure naturæ metiri oportet, hoc eſt, ex defenſione neceſſaria, per. l. Vt uim. ff. De Iuſtit. & Iur.

Iuſtè autem tunc geritur bellum, ut deſcribit Cicero ibidem, quum parta uictoria conſeruantur illi, qui nec crudeles, nec immanes in bello fuerunt. Idq; eſt quod hic dicit Lex: Socijs parcendum, eoſq; cum rebus omnibus ſeruandos eſſe. Quod Romani ſemper ferè ſecuti ſunt:

Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

Tuſculanos enim, Sabinos, Hernicos, & Faliſcos, in prælio uictos: non ſolum ſeruarunt, ſed & in Ciuitatem acceperunt. At contrà, Carthaginem & Numantiam perfidas Ciuitates, funditus euerterunt. In ſumma, plures propémodum prouincias & Ciuitates, uirtute & liberalitate, quàm armorum ui ad Imperium ſuum redegerunt.

¶ Domum cum laude redeunto.] Rebus militaribus feliciter geſtis, Lex uult eos domum cum laude uenire. Quæ clauſula haud dubiè ſumpta eſt ex Solonis inſtituto, qui ſemper dicere ſolebat: Duabus potiſſimum rebus Rempublicam contineri, præmio, & pœna. Nihil profectò Romanos ad res magnas ſtrenuè ſubeundas æquè commouit, quàm gloriæ præmiũ, quod plurimis modis, tum in uita, tum poſt mortem à maioribus propoſitum eſſe uidebant.

Et hinc primum illud eſt factum, quòd Dux exercitus re feliciter geſta, Imperator diceretur, etiam poſt bellum: Scilicet referens hoc honoris nomen, quoniam optimum militiæ ſuæ exemplum dediſſet. Idem obſeruabatur de ijs, qui fœderis feriendi prouinciam utiliter expediuiſſent. De hoc enim Plinius accipi uult lib. 7. cap. 26. dum laudes Pompeij recenſens: Toties (ait) Imperator, antequàm miles. Cicero Philipp. 4. Faciam igitur (inquit) ut Imperatores inſtructa acie ſolent, quanquàm paratiſſimos milites ad præliandum uideant, ut eos tamen adhortentur. Nunc uerò hoc nomen Imperatoris translatum eſt ad ſignificandam ſacroſanctam Romani Principis dignitatem, ut habetur in Titulis Iuſtiniani Cæſaris & noſtrorum Principum maximorum.

Deinde, mos triumphandi, honor qui à Senatu decerneretur omnium maximus, ſequebatur uictores. Solenniter autem decernebatur, et cauſa cognita, ſecundũ Leges triumphales, quarum prima erat: Ne quis triumpharet, niſi quinq; milia hoſtium una clade cecidiſſent. Secunda: Vt huius rei ueritas apud Quæſtores Vrbanos aſſereretur iureiurando. Tertia: Ne quis ad triumphandum admitteretur, niſi auxiſſet Imperium, non etiam ſi recuperaſſet amiſſam Prouinciam.

Modus autem triumphandi talis erat. Victores corona, primum laurea, deinde aurea redimiti, curru inaurato, quem quatuor equi albi trahebant, Romam inuehebantur. Præcedebat Senatus: ſequebatur populus: poſt hunc, ordo militaris. Ante currum uictoris, ibant Duces uicti, catenam ferream collo geſtantes. Et primum omnium, ad templum Iouis Capitolini: deinde, per Vrbem atque domum reducebantur. Cicero in Piſonem: Quid tandem (inquit) habet iſte currus? Quid uicti ante currum Duces? Quid ſimulachra Oppidorum? Quid aurum? Quid argentum? Quid Legati in equis & Tribuni? Quid clamor militum? Quid tota illa pompa? Quid uehi per Vrbem? Vnde ſunt, qui triumphum à tribus ordinibus: Senatus, Populi, & militum, dici exiſtimant.

Eòdem pertinet ſtatuarum laus, quas & poſt mortem Senatus ei, qui de Republica optimè meritus eſſet, decernere ſolebat. Vidés ne igitur, quot præmiorum genera produxerint uerba huius Legis: Domum cum laude redeunto: ſcilicet, ut cæteri ad imitationem uirtutis allicerentur?

DE TRIBVNIS PLEBIS. Caput X.

Plebes, quos pro ſe contra uim auxilij ergô creaſſit, tribuni eius ſunto.

Quodq; hi prohibeſſint, quodq; plebem rogaſſint, ratum eſto.

Sanctiq; ſunto: neue plebem orbam tribunis, relinquuntor.

INTERPRETATIO.

¶ *Plebes quos pro ſe.*] *De Tribunis plebis multa ſuperius dicta ſunt, & plura dicentur ex Pomponio. Interim obſeruent Tyrones Iuris: Plebes hic dici priſca locutione, cum nunc frequentius Plebs dicamus. Gelli. Plebes (inquit) in qua ciuium gentes Patritiæ non inſunt. Hos Lex uult eſſe ſanctos, hoc eſt, ab omni iniuria munitos, quoniam auxilium ferrè ſolebant aduerſus uim Senatus, erantq; ciues ſine his orbi, quaſi amiſsis defenſoribus. Orbus enim propriè dicitur oculis priuatus. Per translationem autem is intelligitur, quicunq; aliqua re chara priuatus ſit, ut uxore, liberis, parentibus. Sic plebes hic orba dicitur, amiſsis Tribunis.*

DE SENATV.
Caput XI.

OMnes Magiſtratus auſpicium iudiciumq́ habento.

Exq́ ijs Senatus eſto: eius decreta rata ſunto.

Aſt ſi poteſtas par maiór ue prohibet, S.C. præſcripta ſeruanto.

Is ordo uicio uacato: Cæteris, ſpecimen eſto.

INTERPRETATIO.

¶ *Omnes Magiſtratus auſpicium.*] *Quatenus ad Religionem pertinet, omnes Magiſtratus auſpicato creari debent, quantum uerò ad humanam cenſuram reſpicitur, uult Lex omnibus poteſtatibus eſſe Iudicium, in quo de illata fortè iniuria diſpiciatur. Deinceps (inquit Cicero) omnibus Magiſtratibus auſpicia & Iudicia dantur. Iudicia, ut eſſet Populi poteſtas, ad quam prouocaretur: auſpicia, ut multos inutiles conuentus, probabiles impedirent moræ. Sæpè enim Populi impetum iniuſtum, auſpicijs Dij immortales repreſſerunt.*

Debent nobis iſta deſeruire in foro, ut edocti à Chriſto ſeruatore noſtro, intelligamus multò magis omnes noſtri ſeculi Magiſtratus auſpicio uero & infallibili creandos eſſe, hoc eſt, ex uerbo Diuino. l. In nomine Domini. C. De officio Præfect. Præto. Nouell. De arm. in princi. Quare ſolennis eſt forma Iuriſiurandi, quod præſtare debent Magiſtratus ante ingreſſum publicæ functionis. Nouell. Iuſiurandum, quod præſta. ab his.

¶ *Exq; ijs Senatus eſto.*] *Romulus primum condita Vrbe Senatorium ordinem inſtituit, centum patribus quorum conſilio uteretur, electis. Poſtea Tullius Hoſtilius & Tarquinius, Priſcus Senatus maieſtatem auxerunt. At Tarquinius ille Superbus, magnam partem, morte & exilio perdidit, ſicut Liuius eleganter tractat.*

¶ *Eius decreta, rata ſunto.*] *Nam ita res ſe habet (ait Cicero) ut ſi Senatus, Dominus ſit publici conſilij, quodq; is creuerit, defendant omnes: Et ſi reliqui principes ordines conſilio Rempublicam gubernari uelint: poſsit ex temperatione Iuris, cum poteſtas in populo, autoritas in Senatu ſit, teneri ille moderatus & concors Ciuitatis ſtatus, præſertim ſi proximæ Legi parebitur. Viden' quomodo temperata quadam inſtitutione, Senatui ſic defertur poteſtas, ut populo non adimatur? Inde ſemper ſic dicere ſolebant. S. P. Q. R. hoc eſt, Senatus populuſq; Romanus. Hæc omnia latius infrà tractabuntur.*

¶ *Aſt ſi poteſtas par maiór ue prohibet, S.C.*] *Superius cap. j. dixit Lex: Ni par maiórue poteſtas Populuſq; prohibeſsit. Semper enim hoc temperamentum obſeruauit, ut intercedendi Ius populo reſeruaret. Itaq; ſic eſt accipiendus hic locus: Si par aut maior poteſtas prohibuerit decreta Senatus, ſeruāda ſunt Senatuſconſulta, per cognitionem populi ex æquo & bono præſcripta, non uerò quo modo ſemper uoluerint Patres, nimia fortè dominandi libidine adfecti.*

¶ *Is ordo uitio uacato.*] *Oportet quidem nullum omnino uitium eſſe in Senatu: ſi aliqui tamen fuerint mali, non ideo ſtatim totus ordo damnandus eſt. Non enim (ait Cicero) de hoc Senatu, nec de his hominibus qui nunc ſunt, ſed de futuris, ſi qui fortè his Legibus parêre uoluerint, hæc habetur oratio. Subdit præterea multum eleganter, quomodo fieri poſsit, ut euitentur uitioſi Senatores: Id autem (inquiens) difficile factu eſt, niſi educatione quadam & diſciplina, de qua etiam dicemus aliquid fortaſſe, ſi quid fuerit loci aut temporis.*

¶ *Cæteris ſpecimen eſto.*] *Magis decet magiſtratum bonis uiuendi exemplis, quàm Legibus præſcriptis imperare. Vt enim (inquit Cicero) cupiditatibus Principum & uitijs infici ſolet tota Ciuitas: ſic emendari & corrigi continentia. Et paulò infrà: Nec enim tantum mali eſt peccare Principes, quanquàm eſt magnum hoc per ſeipſum malum: quātum illud, quòd per multi etiam imitatores principum exiſtunt. Nam licet uidere, ſi uelis replicare memoriam temporum, qualeſcunq; ſummi Ciuitatis uiri fuerint, talem Ciuitatem fu iſſe. Quæcunq; mutatio morum in principibus extiterit, eandem in populo ſecuturam. Et rurſus: Quò pernicioſius (ait) de Republica merentur uitioſi Principes, quòd non ſolum uitia concipiunt ipſi, ſed ea infundunt in Ciuitatem: neq; ſolum obſunt quòd illi ipſi corrumpuntur, ſed etiam quòd corrumpunt, pluſq; exemplo, quàm peccato nocent.*

Hanc itaq; Legem, de omnibus Magiſtratuum generibus oportet intelligere, non autem de ſingulis generum. Quod Cicero his uerbis declarat: Atque hæc Lex dilatata in ordinem cunctum, coanguſtari etiam poteſt. Pauci enim, atq; admodum pauci honore & gloria amplificati, uel corrumpere mores Ciuitatis, uel corrigere poſſunt.

DE SVFFRAGIIS.
Caput XII.

CReatio Magiſtratuum & Iudicia, Populi iuſſa, uetita, cum Senatus ſuffragio conſciſcentur: optimatibus nota, plebi libera ſunto.

Nunc

Nunc de ſuffragijs tractat Lex. Eſt autem ſuffragium, uox illa quæ dabatur in comitijs, & in tabellis deſcribebatur, qua unuſquiſq; ſuam declarabat uoluntatem de aliquo Magiſtratu creando, aut reo damnando. Initio autem uoce & palàm ferebantur, ut nunc quoq; fit, donec ferrentur tabellariæ Leges, quæ ſuffragia tabellis deſcribi uoluerunt.

Aliquando tamen ſuffragium pro auxilio accipitur, ut in Tit. C. De ſuffragi. Nam quod in Nouellis legitur: Vt Iudices ſine quoquo ſuffragio fiant, inſulſiſsimè uerſum eſt è Græco Iuſtiniani Codice. Sed à Gregorio Haloandro homine doctiſsimo, & de Republica optimè ſemper merito, ſic reſtitutum eſt: Vt Præſides abſq; ulla datione pecuniæ, ad officia mittantur.

INTERPRETATIO.

¶ Creatio Magiſtratuum & Iudicia populi iuſſa, uetita, quum Senatus ſuffragio conſciſcentur: optimatibus nota, plebi libera ſunto.] Primum loquitur hæc Lex de ſuffragijs, idq; principaliter, quum dicit, Populi iuſſa: deinde de interceſsione, quum adijcit, Vetita.

Intercedere enim, poſt alia ſignificata, accipitur pro inhibere, coërcere, uetare. Vnde interceſsionem uulgò oppoſitionem dicimus. Et propriè intercedere fuerat Tribunorum plebis, quibus Ius intercedendi concedebatur. Nam in hoc creatos dicit Gellius, non ut Ius dicerent, ſed ut intercederent opponerentq; ſeſe iniurijs ac uiolentijs. Cæſar bell. Ciuil. j. Refertur ſtatim (ait) de interceſsione Tribunorum.

Cum itaq; uel Senatus iudicia, uel populi iuſſa aut interceſsiones ſuffragijs conſciſcentur (ſic enim legendum puto) tunc debent ſine Tabellis colligi. Vulgo nũc uota dicunt huiuſmodi ſuffragia.

¶ Optimatibus nota, Plebi libera ſunto.] Ita mehercle attendi, nec ſatis intellexi quid ſibi Lex, aut quid uerba iſta uellent, inquit Atticus apud Ciceronem. Quare & nobis eſt curandum, ne aberremus in tam lato campo. Nam multa ac uaria ſub his paucis uerbis Lex, ut ſolet, complectitur. Tollit autem omnem occaſionem ferendæ Legis, ſcilicet de tabellis, per quas inſinuarentur ſuffragia, introducendis: ſicut poſtea contra hanc ſanctionem multæ tabellariæ Leges latæ ſunt. Quamobrem (ait Cicero) ſuffragandi nimia libido in non bonis cauſis, eripienda fuit potentibus. Non latebra danda populo, in qua bonis ignorantibus, quid quiſq; ſentiret, tabella uitioſum occultaret ſuffragium. Et infrà: Sic enim (inquit) à me Lex eſt recitata de ſuffragijs: Optimatibus nota, plebi libera ſunto. Quæ Lex hanc ſententiam continet, ut omnes Leges tollat, quæ poſtea latæ ſunt, quæ tegunt omni ratione ſuffragium, ne quis inſpiciat tabellam, ne roget, ne appellet.

DE QVÆSTORIBVS.
Caput XIII.

AT ſi quid erit quod extra magiſtratus coærario æſuſsit, qui coæret populus creato, eiq; Ius coærendi dato.

INTERPRETATIO.

¶ At ſi quid erit.] Videtur mihi uerum quod Riuallius dicit, hunc locum de Quæſtura accipiendum eſſe, de qua poſt has tabulas ex Pomp. dicetur. Interim hoc ſolũ obſeruandũ eſt à Tyronibus Iuris, quòd Lex priſcis appellationibus utatur, dicatq; coærarium, pro ærarium, ut nunc uocamus, & coærare pro ærare: ſicut confiſcandi uerbum hodie nobis eſt familiare. Proinde Æſuſsit dictum eſt, pro æris aliquid cedere, uel deferri Fiſco. Ideoq; ſine aſpiratione ſcribendum puto, quoniam nihil hic ad rem facit uerbum cohæreo, res, rere. Item coæret hoc loco, coniunctiuus eſt à coæro, ras, rare. Vt ſit ſenſus: Si extra Magiſtratus functionem delatum aliquid fuerit ærario: id qui proprio quodam officio in Fiſcum redigat, à populo creari debet, quò magis Ius publicæ pecuniæ tali modo tractandæ, publica autoritate Ius habeat. Nam Quæſtores inde ſunt dicti, quòd publicæ & Vrbanæ pecuniæ, Ærarijq; curam gererent: quorum originem antiquiſsimam eſſe, & penè ante omnes Magiſtratus, Vlpianus tradit in. l. j. ff. De offici. Quæſtor.

QVIBVS IVS SIT CVM
populo agendi, aut cum ſenatu.
Caput XIIII.

CVm populo Patribúſque agendi ius eſto.

Conſuli, Prætori, Magiſtro populi equitumq́: eiq; quem prodant patres conſulum rogandorum ergô,

Tribuniſq;, quos populus rogaſſit, Ius eſto cum Patribus agendi.

Idem ad plebem quod cenſuerint ferunto.

INTERPRETATIO.

¶ Agendi ius eſto.] Cum Populo aut cum Patribus agere uocat, quod Gellius lib. 14. cap. 7. Populum aut Senatum conſulere dicit. Hoc autem quibus liceret, Lex iſta recenſet, ne paſsim omnes ob quaſcunque cauſas Senatum moleſtarent. Cn. Pompeius ius initurus primum Conſulatum, M. Varronem amicum ſuum rogauit, ut ei ſcriberet introductorium, quid facere dicereq; deberet, cum Senatum conſuleret.

Cæterum, ut commodam incidente neceſsitate, Senatus conſulendi occaſionem haberent, conceſſum præterea his fuit Ius habendi Senatus, ſeu (ut nunc dicunt) conuocandi.

¶ Eiq; quem produnt Patres.] De Interrege loquitur Lex, quem Patres prodere, magis quàm creare extra ordinem tempore neceſsitatis ſolebant. Interreges autem initio dicebantur Centum Patres, qui mortuo Romulo, donec alius Rex crearetur, Rempublicam gubernabant, quiſq; duntaxat quinque diebus per ordinem. Verum poſtea Interregis creandi hæc fuit ratio. Cum Reipub. cauſa abeſſent Coſs. nec habendis comitijs intereſſe poſſent, ſiue ſiquando Coſs. uitio creati eſſent,

eſſent, nec placuiſſet, aut non expediuiſſet comitiorum duntaxat gratia Dictatorem dici. Item, ſi graues diſcordiæ incidiſſent, tunc res ad Interregem deducebatur, qui Conſularia comitia haberet, teſte Feneſtella. Et de hoc Interrege loquitur iſta Lex, quem Patres creabant, ut comitia haberet, ac ſententias loco Conſulis rogaret.

PRÆCEPTA IVRIS DE MAgiſtratu. Caput XV.

Quæ cum Populo, quæ cum Patribus agentur, modica ſunto.

Senator, qui nec aderit, aut cauſa, aut culpa eſto.

Loco ſenator, & modo orator, cauſas populi tenento.

Vis in populo abeſto.

Par, maióruе poteſtas, plus ualeto.

Aſt qui turbaſſit in agendo, fraus autoris eſto.

Interceſſor rei malæ, ſalutaris ciuis eſto.

Qui agent, auſpicia ſeruanto.

Auguri publico parento.

Hanc enim lectionem ſequor.

Cicero iſtam Legem dicit præclaram eſſe. Continet enim egregia quædam Iuris præcepta de Magiſtratu, nec certè multum diſsimiliter, quàm Iuſtinianus librū quendam Mandatorum ſcripſit ad Præſides Prouinciarum, quem G. Haloander uir ad reſtituendas Leges à Deo Germaniæ donatus, eleganter inſcripſit Nouell. Præcepta Præſidum: cum hactenus, De mandatis Principum, legeretur.

INTERPRETATIO.

¶ *Quæ cum patribus agentur.*] *Modica ſunto, id eſt, modeſta atq; ſedata, dicit Cicero: ſubijciens tria iuſſa ad Senatum quæ ex Lege colliguntur.*

I *Vt adſit uocatus. Nam grauitatem (inquit) res habet, cum frequens ordo eſt.*

II *Vt loco dicat, hoc eſt, rogatus.*

III *Vt modo: ne ſit infinitus. Nam breuitas, non modò Senatoris, ſed etiam Oratoris magna laus eſt in ſententia. Nec eſt unquam longa oratione utendum, niſi magna rerum neceſsitas, uel utilitas euidens exigat.*

¶ *Senator qui nec aderit.*] *Hoc enim eſt primum iuſſum, ut adſit Senatus, qui aut legitima cauſa abſentiam purgabit, aut culpæ reus habebitur. Vnde non aberrant, qui nunc in Ciuitatibus pœnam adijcere ſolent in abſentes Decuriones, aut etiam tardius aduenientes. Hæc enim diſciplina in publicis functionibus modeſtiam retinens, mirum in modum laudabilis eſt.*

¶ *Loco Senator.*] *Secundum præceptum, ut loci & ordinis habeatur ratio in Senatu, ob euitandam confuſionem. Qua ratione in Titu. ff. De alb. ſcriben. Vlpianus diligentiſsimè tractat de ordine Decurionum obſeruando. Itaq; Senator, loco & ordine deſignato, dicere debet ſententiam ſuā, & non niſi rogatus. Nam nihil magis obſtat conſultationibus, quàm ſi promiſcuis interruptisq; uocibus, more rixantium, temerè profundantur ſententiæ. Profectò uſus mutuorum colloquiorum, menſæ quidem deſeruire poteſt ad exhilarandos animos: uerum cum ſerijs deliberationibus publicarum rerum in Senatu pugnat ex diametro, nec permittit liberum eſſe animi iudicium. Itaq; multò magis nunc in Principum aulis præſcriptum huius Legis retinendum eſt, ubi non niſi de maximis Reipublicæ rebus tractari ſolet.*

¶ *Et modo Orator.*] *Tertium iuſſum addit. Senator enim eſt, cum loco & ordine dicit in Senatu. Orator autem, cum ſententiam dicit cauſæ appoſitam, cum rationes adnectit, cum utilitatem publicā oſtendit, cum ſingulis addit iuſtam opinionis ſuæ comprobationem. Quæ omnia, modo fieri oportet & concinna breuitate, ut cæteri quoq; admittantur, ad dicendum, & ne tempus inutiliter pereat exequendis ijs quæ dicuntur. Certè, modus eſt pulcherrima uirtus, præſertim in publicis conſultationibus.*

Obſerua igitur hoc loco, bone lector, quàm eleganti compendio Lex, adeoq; tribus penè uerbis explicet tria præcepta latiſsimè patentia. Noſtri nunc ingenti uerborum copia (ſi modò copiam rectè dixerimus tam inanem uerborum congeriem) non ſatis uidentur explicare ea quæ tum priuatim, tum publicè tractant.

¶ *Cauſas Populi tenento.*] *Eſt Senatori (inquit Cicero) neceſſarium noſſe Rempublicam, idq; latè patet. Quid habeat militum: quid ualeat ærario, quos ſocios Reſpublica habeat, quos amicos, quos ſtipendiarios, qua quiſq; ſit Lege, conditione, fœdere: tenere conſuetudinem decernendi, noſſe exempla maiorum. Vides iam, qua ſcientia oporteat Senatorem eſſe inſtructum, ut cauſas Reipublicæ, oratione ſua in conſultationibus rectè tractet? Nam pertinent iſta omnia ad inuentionem, quam primam eſſe debere, nemo dubitauerit.*

¶ *Vis in Populo abeſto.*] *In actionibus cum Populo, primum & maximum eſt, ut uis abſit. Nihil eſt enim (ait Cicero) exitioſius Ciuitatibus, nihil tam contrarium Iuri & Legibus, nihil minus ciuile eſt & humanum, quàm compoſita & conſtituta Republica quicquam agi per uim. Et pertinet hæc clauſula ad actiones cum Populo, ſicut præcedens accipitur quando cum Senatu agitur.*

¶ *Par maióruе poteſtas plus ualeto.*] *Hoc eſt, ſi par aut maior Magiſtratus interceſſerit bonis rationibus ductus, obtemperandum eſt, & proprio errori cedendum. Parère iubet interceſſori (ait Cicero) quo nihil præſtantius. Impediri enim bonā rem melius, quàm concedi malè. Qua ratione ex multis Tribunis prædurius aliquid uolentibus, unus ſe opponens, præferebatur. Et bonus ille Cato, cuius & Cicero cum magna laude meminit, ſæpè interceſsit oratione ſua in Senatu, ne Reſpublica læderetur, & ſummis periculis ſe tandem expoſuit.*

¶ *Aſt qui turbaſsit in agendo.*] *Nihil tam præclarum eſt, quin ſi abutaris, fiat in Republica pernicioſum. Conceſſum autem eſt Iure, ut cum Populo agatur. At ſi quis turbauerit publicam tranquillitatem, & commo-*

commouerit ignobile uulgus ad ſeditionem, quod oratori adſectus mouenti facilimum fuerit, is de fraude ſua teneatur, uelut autor ſeditionis.

Ex hoc fonte promanarunt Tit. C. *De ſeditioni.* Et *l. Capitalium.* §. *Solent item. l. Si quis aliquid. ff.* De *pœn.* Et. *l.* Qui *cœtum, in princ. ff.* Ad Leg. Iul. *de ui public. Sic & Conſtantinus* Imperat. *in. l.* Quoniam. C. *eod.* Tit. *conſtituit eum eſſe puniendum, qui cauſam malorum præbuit inter multos.*

¶ *Interceſſor rei malæ, ſalutaris ciuis eſto.*] *Quis non ſtudioſe Reipublicæ ſubuenerit, hac tam præclara Legis uoce laudatus? dicit Cicero. Profectò magnam ſalutem adfert Reip. is, qui malæ rei ſeſe opponit, quantum in eo eſt. Solon igitur non ſine cauſa tulit Legem ſuis Athenienſibus: Vt qui orta ſeditione, non ſumeret arma, is grauiter puniretur. Prima fronte ea Lex in qua uidetur, quæ ad arma trahit, cum reprimere potius ac manibus excutere debuiſſet: ſed ratio, quæ Solonem mouit, ex hoc fonte conſtat. Si enim mali, ſoli ad ſeditionem proſilirent, bonis interim deliteſcentibus, quis rogo intercederet malorum hominum pernicioſis conatibus? Proinde uoluit ſapientiſſimus Legislator, ut omnes ſumerent arma ad intercedendum pro Republica.*

¶ *Qui agent, auſpicia ſeruanto.*] *In publicis inſtitutis, ſiue cum Senatu, ſiue cum Populo agatur, Lex uult ſeruari auſpicia, quibus rati ſunt ſemper fore, ut res feliciter ſuccederet, & imminens malum euitaretur. Nam qua dignitate reputati ſint Augures olim apud Romanos ac alias Gentes, ſuprà diximus. Vt iterum admoneamur, quantò nos magis oporteat omnia facere in nomine Chriſti ſeruatoris noſtri. Sunt enim omnia id genus pſeudoreligionis deliramenta per poſteriores Imperatores rectè ſublata, in Tit. C. De pag. & ſacrifici. Item, De malefic. & mathema. Illud prætereundum non eſt, & nobis deſeruire poteſt, Quòd Gentes tametſi ueram Religionem ignorarent, ac in idololatria prorſus eſſent demerſi, donec à Chriſto, & Apoſtolis eius, præſertim Paulo, ueritatem acciperent: attamen lumine quodam naturali intelligebant, magnam ſuperſtitionem damnandam eſſe, hoc eſt, ea præſtigia quæ extra publicum ritum certis quibuſdam incantationibus, & neſcio quibus ineptijs faciebant. Vnde Auguſtinus de Ciuitate Dei, ſcribit, in XII. Tabulis fuiſſe legem, quæ magicas impoſturas prohibebat, cum & Ciceroni uehemẽter diſpliceant. Et Dido apud Vergili. Æneid. 4. ſic dicit:*

Teſtor chara Deos, & te germana, tuumq́;
Dulce caput, magicas inuitam accingier artes.

De his intelligi uult Vlpianus in. l. j. §. Medicos. ff. De uari. & extra. cognitio. Non tamen (inquiens) ſi incantauerit, ſi imprecatus eſt, ſi (ut uulgari uerbo in poſterum utar) exorcizauit. Non ſunt enim iſta Medicinæ genera: tametſi ſint qui hos ſibi profuiſſe, cum prædicatione adfirment.

Pudet me hic referre, quàm Gentes in ſuo errore nos uicerint, & quantopere confundamur, quoties eorum memoria nobis obijcitur: Videlicet, quia tam frequentes nunc ſunt incantationum ac Diuinationum præſtigiæ, ut plus illis ferè quàm noſtræ Religioni tribuamus, fruſtrà reclamante Apoſtolo per omnes ſuas Epiſtolas. Sed de hoc magis mirandum: quòd Magiſtratus iſta ferant aliquando conniuentibus oculis, quibus oro ut Chriſtus uerum donet Spiritum, & oculos uidendi tales impoſturas Satanæ.

DE PROMVLGATIONE LEgum: De Priuilegijs: De ſingulis rebus agendis. Cap. XVI.

PRomulgata propoſita, in ærario cognita ſunto.

Nec plus, quàm de ſingulis rebus ſemel conſulunto.

Rem Populum docento: doceri à Magiſtratibus priuatisq́ patiuntor.

Priuilegia ne irroganto.

De capite ciuis, niſi per maximum comitium, olloſq́ quos cenſores in partibus populi locaſsint, ne ferunto.

Donum ne capiunto, neue danto, neue petenda, neue gerenda, neue geſta poteſtate.

Quiſquis earum rerum migraſſit, noxiæ pœna par eſto.

Cenſores fidè Legem cuſtodiunto: priuati ad eos acta referunto: nec eò magis Lege liberi ſunto.

Has Leges Cicero præclariſſimas uocat, tranſlatasq́; de XII. Tabulis: præſertim eas, quæ priuilegia tollunt, & quæ de capite ciuis rogari, niſi maximo comitio uetant. Nec certè contemnenda ſunt nobis in noſtro foro omnia quæ Lex iſta præcipit.

INTERPRETATIO.

¶ *Promulgata propoſita.*] *Rectè conſtitutum eſt, ut promulgatæ Leges agerentur in Ærarium, ac diligenter cuſtodirentur. Primum, ne periret exemplar: deinde, ne quis fortè fraudem corrumpendo admittere poſſet. Qua ratione moti Romani: Leges XII. tabularum in æs inciſas, repoſuerunt in Ærariũ, ut Tranquill. ſcribit in uita Iulij.*

Hinc ſumitur mos in Ciuitatibus, nec certè repudiandus, quòd Statuta ſua in publicam cuſtodiam reponant. Veruntamen meminiſſe oportet: ne cuſtodiantur ſolum Leges, ſed ut obſeruentur etiam. Ipſa literarum monumenta recludi debent in Ærarium, at obſeruatio palàm circumferri debet per totam Rempublicam.

¶ *Nec plus quàm de ſingulis rebus.*] *Habet enim talis inconſtantia, ſi eadem res per nouas conſultationes ſæpe immutetur, multa incommoda. Primum: non contingit ſine motu & turbatione, mutatio rerum publicarum: Deinde, datur anſa leuioribus hominibus ad nouationem procliuis, ut ſub prætextu emendandæ rei, ſæpè tentent inconſueta ſtatuere, quod Ariſtoteles in Politicis uehementer improbat. Optima igitur*

ratione hæc Lex uult non amplius quàm ſemel de ſingulis rebus per conſultationem aliquid conſtitui. Interim tamen loquens regulariter, non tollit arbitrium boni uiri, ut foro ſeruatur, & temporum conditioni, ac rerum inopinato accidentium.

¶ Priuilegia ne irroganto.] Tota uia errauerit, ſi quis putet hanc Legem prohibere omnia priuilegia: ſed cum maximo delectu atq; conſilio concedi uoluit. Sic enim & Cicero intelligit: In priuatos homines (inquiens) Leges ferri noluerunt, id eſt enim priuilegium, quo quid eſt iniquius? Cum Legis hæc uis ſit, ſcitum & iuſſum in omnes ferri: de ſingulis, niſi centuriatis comitijs, noluerunt. Audis, Leges non eſſe ferendas de ſingulis. Item, comitia eſſe adhibenda maxima, ut certa ratione concedantur priuilegia? Veriti enim ſunt prudentiſsimi uiri, ne paſsim ſine delectu concederentur priuatæ Leges indigniſsimis hominibus, & ne tandem per hanc occaſionem, totius Iuris obſeruatio diſſolueretur, facerentq; uiliſsimi quiq; quid uellent, confidentia priuilegiorum.

Multò minus igitur eleuare uult hæc Lex priuilegia, quæ ſumma quadam æquitate certis hominum generibus conceſſa ſunt, quæ Iuriſconſulti adpellant Ius ſingulare, ut Paulus in.l. Ius ſingulare. ff. De Legibus. Nam his ſublatis, bona & certè melior pars Iuris tolleretur. Exempla autem pruilegiorum de quibus loquitur iſta Lex, adferre huc potes ex.l.j.§. Planè.ff. De conſtitut. Princ. Et ex. §. Sed & quod Principi. Inſtit. De Iure natura. Genti. & Ciuili. Nam talia indulta, ſi non ex plena cognitione præſtentur, ſummam habent iniquitatem.

¶ De capite ciuis, niſi per maximum comitium.] Grauiſsima priuilegij cauſa eſt, cum de capite priuati ciuis aliquid ſtatuitur: Ideo Lex requirit ea in re maximum comitium, ut iudicia totius Populi ſuffragijs conſciſcerentur. Accipit autem Cicero maxima comitia, hoc eſt, centuriata, ſicut apparet latius in oratione pro P. Seſtio. Sed & hoc loco ſatis id declarat. Deſcriptus enim (inquiens) Populus cenſu, ordinibus, ætatibus, plus adhibet in ſuffragium conſilij, quàm fuſe in tribus conuocatus.

Perpende igitur rogo te, bone Lector, quanti olim æſtimauerint cenſuram & cognitionem de priuilegijs, cuius nunc ferè non habetur ratio. Priuilegia hodie dicimus, aliâs beneficia, aliâs indulta, aliâs diſpenſationes: & interim non perpendimus, quàm magna res ſit relaxare Ius & ordinationem Dei per huiuſmodi conceſsiones, niſi grauiſsima cauſa ſuadeat. Extat in Iure Pontificio Tit. De priuile. Nos latius in lib. De Iure ſingulari, tractauimus.

¶ Donum ne capiunto, néue danto.] De captis pecunijs & ambitu, tractant hæ leges, autore Cicerone. Nam uirtuti ultrò ſunt offerendæ, non autem pecunia redimendæ dignitates & publicæ adminiſtrationes. Neq; igitur in deſignando, neq; in gerendo, neque in deponendo Magiſtratu pecuniaria corruptio interuenire debet. Initio autem Magiſtratum precibus ambire licebat, deinde cœperunt pecunia redimi ſuffragia, quod hac Lege prohibetur. Tandem quum ambitio & largitiones miſcerentur, utrunque ſublatum fuit, ut in Titulo, ff. & C. Ad Legem Iuliam de ambit.

In Magiſtratu autem pecuniam capere, ac uenalem habere Iuſticiam, ſemper abominabile fuit. Vnde eſt Tit. ff. & C. Ad Leg. Iuli. repetund. Ex eodem Iure factum eſt Plebiſcitum, cuius meminit Modeſtinus in Tit. De offici. Præſid. Plebiſcito (inquiens) continetur, ne quis præſidum, munus domumue caperet, niſi eſculentum potulentúmue, quod intra dies proximos prodigatur. Vlpianus autem latius explicans hoc temperamentum, in. l. Solet. ff. De offici. Proconſ. Non uerò (inquit) in totum xenijs abſtinere debebit Proconſul, ſed modum adijcere, ut neque moroſe in totum abſtineat, neq; auarè modum xeniorum excedat. Quam rem Diuus Seuerus, & Imperator Antoninus, elegantiſsima Epiſtola ſunt moderati, cuius Epiſtolæ uerba hæc ſunt: Quantum ad xenia pertinet, audi quid ſentimus. Vetus prouerbium eſt: οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων. Nam ualde inhumanum eſt, à nemine accipere: ſed paſsim, uiliſsimum eſt: & per omnia, auariſsimum. Demum ſubdit: Sed nec xenia producenda ſunt ad munerum qualitatem. Tractatur etiã hæc materia in Tit. C. De Sportul.

¶ Quiſquis earum rerum migraßit.] Hoc eſt, quiſquis exceſſerit aliquid horum ſtatutorum (ſic enim migraßit, pro exceſſerit, dictum eſt) noxiæ pœna par eſto. Nam qua quis pœna ſit adficiendus ob contemptam hanc Legem, Iudicijs magis quàm uerbis ſanciendum eſt, ut in ſuo uitio (ait Cicero) quiſque plectatur: Vis, capite: auaritia, mulcta: honoris cupiditas, ignominia ſanciatur. Obſerua, rogo, diligenter has ſententias, quæ ad multa tibi deſeruient in Republica.

¶ Cenſores fidè Leges cuſtodiunto.] Cura Legis ſeruandæ Cenſoribus data fuit, præter ea quæ ſuperius dicta ſunt de moribus hominum conſeruandis. Cicero autem pulchrè. Hæc detur (inquit) cura Cenſoribus, quandoquidem eos in Republica ſemper uolumus eſſe: apud eoſdem qui Magiſtratu abierint, ædant & exponant, quid in Magiſtratu geſſerint, deq; ijs Cenſores præiudicent. Vult itaque hæc Lex, eos qui Magiſtratu functi ſunt, publico Iure rationem referre, cauſamq; exponere Cenſoribus, ſi quid fortè deliquerint in officio, attamen accuſatori priuato, integram dictandi Iudicij facultatem ſeruari.

Ex hoc fonte eſt Tit. C. Vt omn. Iudic. tam Ciuil. quàm mili. Et Nouell. Vt Præſi. abſq. ull. dati. pecun. §. Neceßitatem. Vbi conſtituitur, quòd omnes Magiſtratus poſt depoſitam adminiſtrationem, per quinquagintadies, in Ciuitatibus uel alijs locis permanere, ac fraudum ſuarum rationem reddere debeant. Vulgò ſubire Syndicatum appellant: Latinè cauſam dicere, nuncupandum eſt.

Hoc munus autem cuſtodiendæ Legis, Romani à Græcis ſunt mutuati. Cicero: Græci (ait) hoc diligentius, apud quos νομοφύλακες creantur: nec ij ſolum literas (nam id apud maiores quidem etiam noſtros erat) ſed etiam facta hominum obſeruabant, ad Legesq; reuocabant.

Hactenus igitur ſit diſputatum ex hac lege de Magiſtrati-

giſtratibus, quæ poſt Religionem, *publici* Iuris *altera pars eſt:ut proinde totum iam breuiter uideas eius* Iuris *ordinem, nihilq; deſiderare poßis, quàm ſi nomina* Magiſtratuum *exactius aliquantò uolueris intueri in foro huius ſeculi, uel ſi plura de origine eorum uidere placeat: quorum utrunq; pro uiribus in ſcholijs ad* Pomponij *Legem infrà præſtabimus*. Interim *uideamus ea, quæ de* Iure *priuato reliqua ſunt, ex* Duo*decim* Tabulis.

DE IVRE PERSONARVM: *De patria poteſtate*: De Tutoribus *& curatoribus.*

TIT. III.

VT Iuris *priuati quotcunq; tandem* Leges *apud nos extant* Græcarum *tabularum, ordine quodam explicemus* (Nam *cur non etiam in quibuslibet reliquijs* Legum *methodus fuerit ſeruanda?*) *primum à patria poteſtate exordiemur, ut* Iura *perſonarum primo loco tractemus, iuxta ordinem. l. ij. ff.* De *ſtat. homin.* Et. *§. ulti.* Inſti. De Iur. Natura. Gent. *&* Ciuil.

Vendendi filium, patri poteſtas eſtò.
Tutores liberis in poteſtate, teſtamento parentes danto.
Si non ſint dati: adgnati qui ſucceſſionem ſperant, tutores ſunto.
Sed ſi aliqua ſit inſidiarum ſuſpicio, apud alios pupillus educator.
Tutor cum pupillorum matre, ne habitato.
Prodigo, bonorum ſuorum adminiſtratio, interdicta eſto.
Si furioſus exiſtet, adgnatorum gentiliumq; in eo, pecuniaq; eius, poteſtas eſto.
Suſpecti tutores remouentor.
Filius arte carens patris incuria, eidẽ neceſſaria uitæ ſubſidia ne præſtato.
Alioqui, parentes educare cogitor.
In decimo menſe, legitimus infans naſcitor.
Vendendi ſtatu liberos, ius poteſtásque eſto.

INTERPRETATIO.

¶ *Vendendi filium.*] *Putant plerique* Romulum *conceßiſſe primum parentibus poteſtatem uendendi liberos, idq; poſteà relatum fuiſſe in* XII. *tabulas, teſte* Dionyſio Halicar. *lib. ij.* Certè *ex. l. ij.* C. De *patr. qui fili. ſuos diſtraxe. apparet: uſq; ad uitæ & necis arbitrium, porrectam fuiſſe poteſtatem patriam, quam natura tamen pietate quadam non ad talem introduxit tyrannidem.* Sed *quid non tentauit hominum inſatiabilis dominandi cupido, quæ nec ſanguini pepercit?* Idem *conſtat ex. l.* In *ſuis hæredibus, in fi. ff.* De *liber. & poſthum.* Et *l. ulti.* C. De *patri. poteſtat.*

Qua *ratione, tum* Imperatores, *tum* Iuriſconſulti *paulatim huic tam præduro* Iuri *detraxerunt, & ad naturalem æquitatem reduxerunt, ut in. l.* Qui *filios.* C. Quæ *res pig. obliga. poſſ. uel non. l.* Diuus Adrianus. *ff.* Ad Leg. Pomp. *de paricid.* Et in Tit. C. De *his qui paren. uel liber. occider. Solum enim parentibus honeſta relinquitur emendatio, & ex maxima cauſa exhæredatio, ut.* C. De *emenda. propinquo.* Et Nouel. Vt *cum de appella. cognoſci.* §. Aliud *quoq;*.

Imò, *ſi parentes intolerabili iniuria adfecerint liberos, quanquàm actione iniuriarum non teneantur. l.* Prætor *edixit. §.* Præterea. *ff.* De *iniuri.* Poſſunt *tamen liberi officium* Iudicis *inuocare, ut compellantur tam iniqui parentes ad emancipationem. l. ult. ff.* Si *à parentib. quis manumiſſ. fuer.*

Ex *hac* Lege *promanarunt omnes* Tituli Inſtit. *&* C. De *patri. poteſta. ff.* De *his qui ſunt ſui uel alien. iur.* De *adoptioni. & emancipati.* Item, De *agnoſcen. lib.* De *lib. exhibend.* Et *reliqui id genus.*

¶ Tutores *liberis in poteſtate.*] *Secundum naturam fit uериſimile, neminem diligentius de bonis tutoribus cogitaturum, quàm parentes ipſos.* Ideo Lex *permittit ac ſuadet, ut parentes in teſtamentis ſuis dent liberis impuberibus tutores, ne poſt mortem illorum, incerta ſit eius rei ſolicitudo.* Quare Caius *in. l. j. ff.* De *teſtament. tutel.* Lege XII. *tabularum (inquit) permiſſum eſt parentibus, liberis ſuis, ſiue maſculini, ſiue fœminini ſexus (ſi modò in poteſtate ſint) tutores teſtamento dare.* Extant Tit. C. De *teſtamenta. tutel.* Et Inſtit. Qui *teſta. tuto. dar. poſſ.*

Sed quid de teſtamento matris? Item, *quid de naturalibus liberis?* Reſpondeo: *Si mater tutorem dederit: aut ſi naturalibus liberis datus fuerit, confirmari eum oportet, idq; cum inquiſitione, ut ſatisfiat regulæ huius* Legis *quæ poteſtatem exigit. l. j. & l. ulti.* C. De *confirman. tutor. l. ij. ff. eod. tit.*

Formam *autem inquiſitionis longè elegantißimam & breuem tradit* Hermogenianus *in. l.* Naturali. *ff.* De *confirman. tuto. Si quæratur (inquiens) an ex inquiſitione rectè datus ſit tutor, quatuor hæc conſideranda ſunt: an & hic dederit, qui dare potuerit: & ille acceperit, cui fuerat dandus: & is datus, cuius dandi facultas erat: & pro tribunali decretum interpoſitum ſit.*

¶ *Si non ſint dati: adgnati qui ſucceßionem ſperant.*] Quibus *autem (inquit* Iuſtinianus) *teſtamento tutor datus non eſt: his ex* Lege XII. *tabularum adgnati ſunt tutores, qui uocantur legitimi.* Sunt *autem adgnati, cognati per uirilis ſexus cognationem coniuncti, quaſi à patre cognati: ueluti frater ex eodem patre natus, fratris filius, nepóſue ex eo:* Item *patruus, & patrui filius, nepóſue ex eo.* At *qui fœminini ſexus perſonas cognatione iunguntur: adgnati non ſunt, ſed aliás naturali* Iure *cognati.* Itaq; *amitæ tuæ filius non eſt tibi adgnatus, ſed cognatus: & inuicem tu illi eodem* Iure *coniungeris.* Quia *qui ex ea naſcuntur, patris, non matris familiam ſequuntur.* Inſtitut. De *legit. adgnat. tutel.*

Sed ne fallamur in ui ac poteſtate huius Legis, *ſic*

ſubdit Iuſtinianus in dict. Tit. Quod autem Lex XII. tabularum ab inteſtato uocat ad tutelam adgnatos: nō hanc habet ſignificationem, ſi omnino non fecerit teſtamentum is, qui poterat tutores dare: ſed ſi quantum ad tutelam pertinet, inteſtatus deceſſerit. Quod tunc quoque accidere intelligitur, cum is, qui datus eſt tutor, uiuo teſtatore deceſſerit.

Rationem autem huius Legis tractans Vlpianus in l. j. in princ. ff. De legiti. tuto. Hæc (inquit) ſumma prouidentia: ut qui ſperarent hanc ſucceſsionem, ijdem tuerentur bona, ne dilapidarentur. Profectò, hanc prudentiæ rationem, Ciuiliter & urbanè metitus eſt Vlpianus ex utilitate pecuniaria. Cæterum, uera ratio ex Iure naturali colligenda eſt, quia ſcilicet adgnatus cum proximum ſanguinis & ſucceſsionis locum teneat, natura exigit ab eo, ut pueri quoq; tutelam ſuſcipiat, etiamſi nulla ſint eius bona. Nam tutela (autore Seruio) eſt uis atq; poteſtas in capite libero, ad tuendum eum, qui propter ætatem ſe defendere nequit: Iure Ciuili data ac permiſſa. Vnde appellantur tutores, quaſi tuitores ac defenſores perſonæ potius, quàm bonorum. l. j. ff. De tutel. Inſtit. eod. Tit. §. j.

Denique ex hac Lege decem tabularum ſciendum eſt: libertorum & libertarum tutelam, ad patronos liberosq; eorum pertinere. Quæ & ipſa Legitima tutela uocatur, non quia nominatim in ea Lege de hac tutela caueatur, ſed quia perinde accepta eſt per interpretationem, ac ſi uerbis Legis introducta eſſet. Eo enim ipſo quòd hæreditates libertorum libertarumq;, ſi inteſtati deceſsiſſent, iuſſerat Lex ad patronos liberóſue eorum pertinere, crediderunt ueteres, uoluiſſe Legem, etiam tutelas ad eos pertinere. Inſtit. De Legiti. patro. tutel. Vnde Vlpianus in. l. Nominis. ff. De uerbo. ſignifi. Verbum (inquit) ex Legibus, ſic accipiendum eſt: tam ex Legum ſententia, quàm ex uerbis. Et hic eſt uerus ſenſus. l. j. ff. De legi. tuto. dum dicit: Item patronis. Nam hæc Lex patronorum non meminit ſpecialiter, iuxta. l. Tutela legitima. ff. eod. Tit.

Quo autem ordine ſecundum ſucceſsionis gradus deferatur tutela, ſatis explicatur per Iuſtinianum, Nouell. De hæredib. ab inteſtat. uenientib. §. Ex his. Fit etiam mentio Legis decem tabularum in. l. j. C. De legit. tutel.

¶ Tutor cum pupillorum matre ne habitato.] Omnes Legislatores magnam egerunt curam, ne pueri in ea ætate qua ſeipſos tueri non poſſunt, ullo modo læderentur. Quod ſanè tametſi in contractibus multis modis fieri ſoleat: unde Ius ſingulare illud reſtituendi in integrum, à Prætore introductum fuit, de quo alibi ſcripſimus: tamen omnium maximè lædi poſſent pueri orbati parentibus, in ipſa educatione, de qua tum hic grauiter, tum in Tit. ff. Vbi pupil. educa. uel mora. debe. diligentiſsimè tractatur. Solet Prætor (inquit Vlpianus in. l. j.) ſæpiſsimè adiri, ut conſtituat, ubi filij uel alantur uel morentur: non tantum in poſthumis, uerum omninò in pueris. Et ſolet ex perſona, ex conditione, ex tempore ſtatuere, ubi potius alendus ſit: & nonnunquàm à uoluntate patris recedit Prætor. Deniq;, cum quidam teſtamento ſuo cauiſſet, ut filius apud ſubſtitutum educaretur: Imperator Seuerus reſcripſit: Prætorem exiſtimare debere, præſentibus cæteris propinquis liberorum. Id enim agere Prætorem oportet, ut ſine ulla maligna ſuſpicione alatur partus & educetur. Idem Vlpianus in. l. penult. Eo. Titul. Si diſceptetur (inquit) ubi morari uel educari pupillum oporteat: cauſa cognita, id Præſidem ſtatuere oportebit. In cauſæ cognitione uitandi ſunt, qui pudicitiæ impuberis poſſunt inſidiari. Ecce, quàm diligenter Iuriſconſulti, præſcripta huius Legis decem tabularum uelut normam mathematicam, ſuis reſponſis adhibuerunt.

¶ Prodigo, bonorum ſuorum.] Vlpianus in. l. j. ff. De curato. furio. Lege (inquit) duodecim tabularum prodigo interdicitur bonorum ſuorum adminiſtratione. Quod moribus quidem ab initio introductum eſt. Sed ſolent hodie Prætores, uel Præſides, ſi talem hominem inuenerint, qui neque tempus, neque finem expenſarum habet, ſed bona ſua dilacerando, & diſsipando profundit: curatorem ei dare, exemplo furioſi. Et tamdiu erunt ambo in curatione, quamdiu uel furioſus ſanitatem, uel ille ſanos mores receperit.

Quod autem Vlpianus dicit: hoc Ius ab initio moribus fuiſſe introductum: Accurſius more ſuo uarians, oſtendit ſe non intellexiſſe, cum utraq; ſententia idem dicat. Nos ſuprà oſtendimus ſecundum Ciceronem: Romanos à Græcis multa accepiſſe, quæ in more eſſent, tum etiam de ſuis obſeruationibus pleraq; in Tabulas adieciſſe, ut eſt uidere ex. §. Et non ineleganter. Inſtit. De Iur. Natura. Genti. & Ciui. Videlicet ſi eum locum conferas cum Lege Pomponij, quam infrà tractabimus. Quare admonet nos Vlpianus: ab initio fuiſſe conſuetudinem, quæ tam iuſta fuerit uiſa, ut XII. tabulas deſcriberetur pro Lege.

¶ Si furioſus exiſtet.] Iuſtinianus Inſtit. De curato. Furioſi quoq; (ait) & prodigi, licet maiores uigintiquinque annis ſint: tamen in curatione ſunt adgnatorum ex Lege duodecim tabularum. Sed ſolent Romæ Præfectus urbi, uel Prætores, & in prouincijs Præſides, ex inquiſitione eis curatores dare. Sed & mente captis, & ſurdis, & mutis, & qui perpetuo morbo laborant (quia rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt) curatores dandi ſunt.

Sed qui ſciet Magiſtratus qualis quiſque ſit, utrum ſobrius adminiſtrator rerum ſuarum, an dilapidator? utrum ſanus, an furioſus? Reſpondeo: Poſſunt matres & propinqui petere, ut illis bonorum adminiſtratione interdicta, curatores dentur. Vlpianus in. l. ij. ff. Qui pet. tuto. uel cura. Quæ autem de matre (inquit) prædicta ſunt, oſtenduntur ex Epiſtola Seueri, cuius uerba ſubiecta ſunt: Diuus Seuerus Vlpio Rufino: Omnem me rationem adhibere ſubueniendis pupillis, cum ad curam publicam pertineat, liquere omnibus uolo. Et ideò mater, quæ uel non petierit tutores idoneos filijs ſuis, uel prioribus accuſatis reiectiſue, non confeſtim aliorum nomina ediderit, Ius non habeat uindicandorum ſibi bonorum inteſtatorum liberorū. Idem Vlpianus in. l. His qui. ff. eod. Titul. Diuus Pius (ait) matris querelam de filijs prodigis admiſit, ut curatorem accipiant, in hæc uerba: Non eſt nouum, quoſdā, etſi men-

etſi mentis ſuæ uidebuntur compotes eſſe, tamen ſic tractare bona ad ſe pertinentia, ut niſi ſubueniatur his, deducantur in egeſtatem. Eligendus itaq; erit, qui eos conſilio regat. Nam æquum eſt, proſpicere nos etiam eis, qui quod ad bona ipſorum pertinet, furioſum faciunt exitum. Iam te rogo, bone Lector, adeoq; obteſtor, ut bona fide diſpicias, num ſatius ſit has grauiſſimas maiorum ſententias & fontes ad uerba ſic recenſere, quàm barbaras illas commentariorum altercationes? Vide autem quàm hæc pulchrè conueniant cum diuino Dauidis oraculo: Pupillum & uiduam ſuſcipite. Poſſet'ne aliquid propius ad naturalis Iuris formulam accedere? Faceſſant igitur deliramenta fabularum in Ciuili diſciplina: & ſimus aliquando germani, quibus germana placeat Iuſtitiæ Religio, conſtansq; & perpetua uoluntas.

¶ Suſpecti tutores remouentor.] Vult Lex remouendos eſſe ſuſpectos tutores & curatores (nam utrumq; eadem eſt ratio) nec expectandum eſſe finitæ adminiſtrationis tempus, quo ſera fortaſſis fuerit pœnitentia. Vlpianus in.l.j.ff. De ſuſpect. tutor. Hæc clauſula (inquit) frequens eſt, & perquàm neceſſaria. Quotidie enim ſuſpecti tutores poſtulantur. Et paulò pòſt: Sciendum eſt, ſuſpecti crimen ex Lege Duodecim tabularum deſcendere. Hoc eſt, per Legem decernitur delictum eſſe, & nos omnia peccata per Legem cognoſcimus. Quia ſi Lex non diceret, non eſſet delictum, ut eleganter Apoſtolus ad Roman. explicat. Verum, ſi Vlpianus uideret hoc ſeculum noſtrum, diceret certè id, quod Cicero de cuſtodia Legum ſcribit: Extremæ Leges ſunt, nobis non uſitatæ, Reipublicæ neceſſariæ: Legum cuſtodiam nullam habemus. Certè; nec nos hodie ſuſpecti criminis iudicia exercemus: & cum omnia tribunalia ſcateant litibus, nullam tamen de ſuſpecto tutore cauſam reperias, quaſi nulli nunc uiuant ſuſpecti tutores: quod utinam uerum eſſet. Itidem & Tituli De excuſationib. tutor. & curat. raro admodum perducuntur in forum noſtrum. Quis enim nunc uelit excuſari à tutela locupletis pupilli? Imò, quis non potius intendat apud Iudicem ſe, ad tutelam proximiorem eſſe, quàm aduerſarium? Sic corrumpuntur hominum mores auaritia, omnium uitiorum matre.

Suſpectus autem tutor quis cenſeri debeat, diffinit Iuſtinianus ex reſponſo Iuliani, Inſtit. De ſuſpect. tutori. Suſpectus autem eſt (ait) qui non ex fide tutelam gerit, licet ſoluendo ſit, ut Iulianus quoq; ſcripſit. Et infrà: Suſpectum etiam eum putamus, qui moribus talis eſt, ut ſuſpectus ſit. Enimuero tutor uel curator, quãuis pauper eſt, fidelis tamen & diligens, remouendus non eſt quaſi ſuſpectus. Idem dicit Vlpianus in.l. Suſpectum.ff. De ſuſpect. tutorib.

¶ Filius arte carens, patris incuria.] Maximè ſecundum naturam eſt, quòd ſicut parentes alere debeant liberos: ita rurſus liberi egenis parentibus alimenta ſuppeditent, ut elegantiſſimè tractat Vlpianus in l. Si quis à liberis. ff. De agnoſcen. uel alend. liber. Et hanc eandem regulam, ſequente clauſula iſta Lex breuiter ſancit. Attamen ſi pater deſidia ſua ſic negligat filium, ut nulla eum arte curet educari, unde poſſit uitæ neceſſaria ſibi comparare: tunc nec uiciſſim tenebitur patrem alere.

Si fortè cui dura hæc Lex uiſa fuerit, is meminiſſe uelit: quàm impius, quàm crudelis ſit pater, qui filium à Deo donatum, & à ſe genitum tam turpiter contemnat, ut nulla arte expolitum, obbruteſcere patiatur. Optimi autores diffiniunt, necari propemodum liberos, qui nulla imbuantur diſciplina: cui ſententiæ multum accedit.l. Necare.ff. De agnoſcen. & alend. liber. Itaque cum aduerſus naturæ Legem peccet parens uel inſulſus uel perfidus, meritò naturæ beneficijs priuatur & alimentis.

Et hoc quidem tempore quo pacto educentur liberi, quibus imbuantur artibus (ut interim de literarum ſtudijs nihil dicam) quibus moribus inſtituantur: res ipſa demonſtrat. Tandem cum per talem neglectam liberorum educationem tota Ciuitas corrumpitur: tum execramur tempora, incuſamus cœlum & terram, nihilq; niſi omnium rerum expectamus interitum, non animaduertentes interim, noſtra culpa id fieri, non temporum iniuria, & nobis (Deo autore) in manu eſſe, quo malum hoc emendare liceat, ſi præſcriptum huius Legis honeſtatisq; præcepta in educandis liberis ſequamur. Audio multos quotidie deſiderare priſca illa & aurea Romanorum ſecula, quæ tamen rediri non poſſunt: ſed cur non priſcam & auream liberorum educationem imitamur, quam faciliter adſequi poſſemus? Profectò, ſi quis uineam habeat adulterinis uitibus corruptam, unde nihil fructus redeat, nónne paucis annis ad fructũ eam redegerit, ſi iuſtas uites ſupponat in locum demortuarum? Id ruſtici non ignorant, cur ciues nolunt doceri? Sed ſurdis canimus, niſi Deus aures donare uelit.

¶ E meretrice natus, patrem non alito.] Quò magis Lex inuitaret homines ad iuſtas nuptias, deterretq; ab illicito coitu: conſtituit, ne filius meretricis aleret patrem. Sed in naturalibus liberis, & qui utcunq; patrem ſciunt, quadam humanitatis ratione receptum poſteà fuit, ut decernerentur parentibus alimenta. Vlpianus in.l. Si quis à liberis. §. j. ff. De agnoſcen. & alend. liber. Ergo & matrem (inquit) cogemus, præſertim uulgò quæ ſitos liberos alere: nec non ipſos eam. Tractatur latius in Titul. C. De naturalib. liber.

¶ In decimo menſe legitimus infans naſcitor.] Magnæ olim diſceptationes naſcebantur ex obſeruatione temporis nati partus. Nam aliàs pater cauſabatur præmaturè fuiſſe natum, ideoq; filium ſuum non eſſe ex uxore, quam ante nuptias grauidam fuiſſe putaſſet: aliàs eueniebat, quòd morte ſoluto matrimonio, uel fortè diuortio, partus poſt tempus à natura datum diceretur editus: ideoq; filium legitimum recuſabant, ſicut & noſtris temporibus utrunq; accidit ſæpiſſimè. In hac igitur opinionum diuerſitate, ut certa eſſet forma ad quam caſus iſtos exigere liceret, ſic ſtatutum fuit. Si poſt contractas nuptias ſeptimo menſe partus naſceretur, legitimum filium cenſeri. Paulus in Titul. ff. De ſtat. homi. Septimo menſe (inquit) naſci perfe-

ſtum partum, iam receptum eſt, propter autoritatem doctiſsimi uiri Hippocratis. Et ideo credēdum eſt eum, qui ex iuſtis nuptijs ſeptimo menſe natus eſt, iuſtum filium eſſe.

Rurſus, ſi aut poſt mortem, aut poſt diuortium naſcatur decimo menſe, cenſendus eſt legitimus infans, hoc eſt, iuſtus & uerus mortui patris filius, ut hic. Vlpianus in. l. Inteſtato. §. ult. ff. De ſuis & Legi. Poſt decem menſes mortis (inquit) natus non admittetur ad legitimam hæreditatem. De eo uerò, qui centeſimo octogeſimo ſecundo die natus eſt, Hippocrates ſcripſit, & Diuus Pius Pontificibus reſcripſit, iuſto tempore uideri natum. Hinc Iuſtinianus Nouell. De reſtitutio. dotal. rer. §. Alterum uerò illud. Nam nondum (ait) elapſo anno, ſub finem undecimi menſis peperit, ut nequaquàm ex defuncto fœtum ſuſceptum queamus dicere, neq; uerò fœtura ipſa in tam longum tempus protenſa eſt. Tractat de his multa Gellius lib. 3. cap. 16.

Huc pertinent omnes Tituli. ff. De liber. agnoſcen. De uen. inſpicien. Et reliqui ferè Titul. in lib. 25. 26. & 27. Vt inde diſcant ſtudioſi Iuris, ex quantulo fonte tam multi promanarint riuuli Legum, quibus cauſarum circumſtantiæ ſuccedentibus ſeculis, docente experientia, ſint determinatæ, atque in certam formam diffinitæ.

¶ Vendendi ſtatuliberos, Ius poteſtáſque eſto.] Multa haud dubiè in duodecim tabulis de Iure perſonarum & ſeruitute ſcripta fuerunt, ſed eas totas non habemus. Verum, quando de ſtatuliberis præcipuè dubitari poterat, num uendi poſſent: quoniam interim fauore quodam, ac ſi ad libertatem perueniſſent, reputandi uiderentur: Ideo de his permittitur uendendi facultas. Modeſtinus in Tit. ff. De ſtatulibe. Statuliberos (inquit) uenundari poſſe, Leges duodecim tabularum putauerunt. Duris autem conditionibus in uenditione minime onerandi ſunt: ueluti ne intra loca certa ſeruiant, néue unquam manumittantur.

Statuliber autem eſt (autore Paulo in. l. j. ff. eodem Tit.) qui ſtatutam & deſtinatam in tempus uel in conditionem habet libertatem. Fiunt autem ſtatuliberi conditione, bifariàm: uidelicet expreſſa, uel ui ipſa, hoc eſt, tacita. Conditione expreſſa quomodo fiant, manifeſtum eſt: ut relinquo Titio ſeruo libertatem, ſi Sempronius Bononia redierit. Vi ipſa fiunt, cum creditoris fraudandi cauſa manumittuntur. Nam dum incertum eſt, an creditor iure ſuo utatur, ſtatuliberi ſunt, hoc eſt, ſi re uera & conſilio manumittentis, fraudati non ſint creditores, erunt liberi, alioqui non ualebit data libertas. Quoniam fraus cum effectu, in Lege Ælia Sentia accipitur. §. In fraudem. Inſtit. Quibus ex cauſ. manum. non liceb.

De ſeruis autem, quin uendi poſſent, nulla prorſus erat dubitatio: quoniam Domini, in eos uitæ & necis habebant poteſtatem. §. In poteſtate itaq;. Inſtitut. De his qui ſunt ſui uel alien. Iur. Donec tam prædura ſeruitutis forma, & à Iure naturali in totum recedens, paulatim ad humaniores effectus per Imperatorias Leges, & nunc tandem per bonam conſuetudinem ſatis emendata fuit.

DE SVIS ET LEGItimis Hæredibus.

TIT. IIII.

INteſtatorum hæreditates, primò ſuorum hæredū, uelínt nolíntue, ſunto. His deficientíbus, adgnatus proximus famíliam habeto.

Quemadmodum teſtandi cauſa, ex uoluntate relinquentis bona ſua dependet: Ita ſucceſsio ab inteſtato, gradus habet, ne tota cognatio ſimul irruat in bona. Primus itaq; gradus ſuccedentium ab inteſtato, ſecundum naturam quam hæc Lex ſequitur, eſt eorum qui ſui dicuntur: quia domeſtici hæredes ſunt, & uiuo quoque patre, quodammodo Domini exiſtimantur. §. Sed ſui quidem. Inſtit. De hæred. quali. & differen. Modeſtinus in. l. j. ff. Quis ord. in bono. poſſ. ſeruet. Inteſtatorum gradus (inquit) hi uocantur, primum ſui hæredes, ſecundo legitimi, tertio proximi cognati: deinde, uir & uxor. Apoſtolus quoque dixit: Si filius eſt, ergo hæres.

INTERPRETATIO.

¶ Inteſtatorum hæreditates.] Iuſtinianus hunc locum citat in. §. j. Inſtit. De hæred. quæ ab inteſta. deferun. Inteſtatorum autem (inquiens) hæreditates, ex Lege duodecim Tabularum, primum ad ſuos hæredes pertinent. Sui autem hæredes exiſtimantur (ut ſuprà diximus) qui in poteſtate morientis fuerint: Veluti filius filiáue: nepos neptisue ex filio: pronepos proneptisue ex nepote, ex filio nato: prognatus prognatáue, quaſi in futurum & per prognationem natus natáue. Sic enim priſci prognatas dicebant, ſicut nunc, deinceps nati, appellantur. Inſtituta De patria poteſtate, in fine. & alibi ſæpè. Adi Nouell. De hæredibus ab inteſtato. §. j.

Inteſtati autem propriè dicuntur: primum qui cum poſſent teſtamentum facere, teſtati non ſunt: deinde, qui teſtamentum fecerunt quidem, ſed hæreditas ex eo non eſt adita, uel ruptum, uel irritum eſt. Planè, qui teſtari non potuerunt, propriè non ſunt inteſtati: puta, impubes, furioſus, uel cui bonis interdictum eſt. Sed hos quoq; pro inteſtatis accipere debemus, ſicut etiam captum ab hoſtibus & ibi defunctum, autore Vlpiano in. l. j. in prin. ff. De ſuis & legi.

Ex hoc itaq; loco, ut rectè teneas uetuſtiſsimi ac ſummi Iuris differentias, illud obſerua: Quòd Lex duodecim Tabularum ſtricto quodam Iure utebatur, præponebatq; maſculorum progeniem: & eos qui per fœminini ſexus neceſsitudinem ſibi iungebantur, prorſus non agnoſcebat: adeò, ut ne quidem inter matrem & filium filiámue, ultro citróque hæreditatis capiendæ Ius daret, donec Prætores hoc ad Æquitatem reducerent poſt alios Principes. Inſtitut. De Senatuſcon. Tertyllia. Sic enim Iuriſconſultiſsimus G. Haloander reſtituit.

¶ Velint

¶ Velint nolintúe.] Secuta Lex xij. tabularum regulam prædictam ſummi Iuris, cōſequens eſſe duxit, ut qui dicerentur ſui, iidem & neceſſarij eſſent, ne fluctuaret ac incerta uideretur ſucceßio. Voluerunt enim priſci, in hoc conſtantiam quandam eſſe, & inflexibilem Iuris ordinem. Et propterea aberrarunt: quia non oportet ex una regula ſic metiri omnes caſus, ut pro ratione & circumſtantia non diſcedatur ab ea paululum.

Quemadmodum igitur in hoc nimis à natura diſcedebant, quòd diſcrimen tam magnum inter maſculos & fœminas, quatenus ad bona paterna attinet, conſtituerent. §. Cæterum. Inſtitut. De legit. agna. ſucceſ. l. Maximum uitium. C. De lib. præter. Ita rurſus in eo hallucinati ſunt, quòd liberos tam arcto uinculo ad ſucceßionem adſtringebant: etiā ſi iuſta eos ratio nonnunquam uoluerit exemptos eſſe neceßitati. Quare meritò per Prætorem & Principes emendatum eſt: poteſtate deliberandi liberis conceſſa, ut ſi maluerint abſtinere bonis paternis, non detur in eos creditoribus actio. §. Sui autem. Inſtitu. De hæred. qualit. & differen. l. Ei qui ſe. ff. De acquiren. hæred. l. j. C. Si ut ſe ab hæred. abſtine. Tractatur in Tit. C. De Iur. deliberan.

Habet autem magnum fructum, ut hos fontes ueteris & præſentis politiæ perluſtres, ſobria quadam & forenſi diſputatione. Primum, ut diſcas inueſtigare fontes Legum, quibus nunc utimur: Deinde, ut uideas errorem Gentium, & cauſam erroris, teneasq́; ueram condendæ Legis rationem, ne uel reſpondendo, uel iudicando, uel etiā docendo aberres à ſcopo. Habent enim omnia iſta imaginem quandam ferendæ Legis: cum & Magiſtratus, & Iudex, & Doctor, eaſdem ſemper formulas honeſtatis præ oculis habere debeant, quilibet in ſuo functionis genere. Vt ecce, quid ſciremus, utrum Ius noſtrum ſit optimum in ſucceßione, niſi collatum cum Veteri, exigamus ad notitias & principia Iuris naturalis? Et quomodo id in alia re faciemus, niſi hoc exemplo diſcamus ad ſimilia procedere, ac æquum ab iniquo diſcernere?

¶ His deficientibus, adgnatus.] Iuſtinianus Inſtit. De legit. adgna. ſucceß. in princ. Si nemo (inquit) ſuus hæres, uel eorum, quos inter ſuos hæredes Prætor uel conſtitutiones uocant, exiſtat, qui ſucceßionem quoquo modo amplectatur: tunc ex lege duodecim tabularum ad agnatum proximum pertinet hæreditas. Et ibi in. §. j. declarat qui ſint adgnati.

Obſerua autem, quòd hæc Lex ſimplicitatem, Iuſtitiæ amicam amplexa: non diſtinguit inter adgnatos maſculos & fœminas, ſed omnes ex æquo ad ſucceßionem uocat: certè in hoc laudanda, quoniā proximè ad naturam directa fuit: quippè cum ſucceßio, ſicut & alimentorum ratio inter uiuos, ex æquitate deſcendat charitateq́; ſanguinis, ut dicit Vlpianus in l. Si quis à liberis. §. Vtrum autem. ff. De agnoſcen. & alend. lib. Sed ecce, ſuccedentibus autoribus, qui in Iure ſe peritiores putabant, diſplicuit iſta ſimplicitas Legis, & cœperunt ſubtili quadam excogitata ratione adgnatos diſtinguere. Tandem Iuſtinianus hanc Legem xij. tabularum, & eius ueſtigia ſecutus eſt in eod. titu. §. Et hæc quidem Lex. Vbi collige, Iuris tempora nobis tria proponi: uidelicet tempus duodecim Tabularum: tempus mediæ Iuriſprudentiæ, per quam Tabulæ fuerunt auctæ: & tempus Imperialium & Nouellarum conſtitutionum.

Familiam autem hic appellat hæreditatem. Vnde eſt Titul. ff. Famil. erciſcund. hoc eſt, hæreditatis diuidendæ. Paulus in. l. Pronunciatio. ff. De uerb. ſignific. eleganter tractat huius uocabuli translationes, cuius uerba ſubſcribere, ut ſunt per G. Haloandrum reſtituta, operæpretium fuerit. Familiæ appellatio (inquit) qualiter accipiatur, uideamus. Et quidem uariè accepta eſt. Nam & in res, & in perſonas deducitur. In res: utpote in Lege Duodecim Tabularum, his uerbis: Adgnatus proximus familiam habeto. Ad perſonas autem refertur familiæ ſignificatio, ita quum de patrono & liberto loquitur Lex familiæ: In ea (inquit) familia: & hic de ſingularibus perſonis Legem loqui conſtat.

Familiæ appellatio refertur & ad corporis cuiuſdam ſignificationem, quod aut Iure proprio ipſorum, aut communi uniuerſæ cognationis continetur. Iure proprio familiam dicimus, plures perſonas, quæ ſunt ſub unius poteſtate, aut natura, aut iure ſubiectæ: utputa patremfamiliâs, matremfamiliâs, filiumfamiliâs, filiamfamiliâs, quiq́; deinceps uicem eorum ſequuntur, utputa nepotes, & neptes, & deinceps. Pater aūt familiâs appellatur, qui in domo dominū habet: recteq́; hoc nomine appellatur, quamuis filiū nō habeat. Non enim ſolam perſonam eius, ſed etiā ius demonſtramus. Deniq́; & pupillum, patremfamiliâs appellamus. Et cum paterfamiliâs moritur, quotquot capita ei ſubiecta fuerunt, ſingulas familias incipiunt habere. Singuli enim patrumfamiliarum nomen ſubeunt. Idemq́; eueniet in eo, qui emancipatus eſt. Nam & hic ſui iuris effectus, propriam familiam habet. Communi Iure, familiam dicimus omnium adgnatorum. Nam & ſi patrefamiliâs mortuo, ſinguli ſingulas familias habent: tamen omnes qui ſub unius poteſtate fuerūt, rectè eiuſdem familiæ appellabuntur: qui ex eadem domo & gente proditi fuerunt.

Seruitutum quoque ſolemus appellare familiam, ut in edicto Prætoris oſtendimus ſub titulo De furtis, ubi Prætor loquitur de familia publicanorum. Sed ibi non omnes ſerui, ſed corpus quoddam ſeruorum demonſtratur eius rei cauſa paratum, hoc eſt, uectigalis cauſa. Alia autem parte edicti omnes ſerui continentur, ut de hominibus coactis, & ui bonorum raptorum. Item redhibitoria, ſi deterior res reddatur emptoris opera, aut familiæ eius, & interdicto unde ui familiæ appellatio omnes ſeruos comprehendit. Sed & filij continentur.

Item, appellatur familia plurium perſonarum, quæ eiuſdem ultimi genitoris ſanguine proficiſcuntur: ſicut dicimus familiam Iuliam, quaſi à fonte quodam memoriæ. Mulier autem familiæ ſuæ, & caput & finis eſt. Hæc Paulus Iuriſconſultus.

DE SVCCESSIONE EX TEſtamento, & de Legatis.

TIT. V.

HÆreditates in teſtamento iure facto datæ, ratæ ſunto.

Vti quiſq; legaſſet ſuæ rei, ita ius eſto.

Qui erit teſtator, libripenſue fuerit, ſi graui crimine damnetur, in teſtimoniũ feriatur: improbus inteſtabilisq; eſto.

Hæc pertinent ad materiam teſtamentorum, ſicut præcedentia ad cauſam inteſtati.

INTERPRETATIO.

¶ *Hæreditates in teſtamento.*] *Sicut formulæ contractuũ Iure ſunt introductæ ad alienandas res inter uiuos: Ita Lex iſta confirmat ultimas uoluntates, quæ in teſtamentis ſcribuntur, ſcilicet quid quiſq; de rebus ſuis fieri uelit, quem earum uoluerit eſſe hæredem & dominum. Vlpianus in Tit. ff. De uerbo. ſignifi. Lege (inquit) obuenire hæreditatem, non impropriè quis dixerit, etiam eam quæ ex teſtamento defertur. Quia Lege duodecim tabularum, teſtamentariæ hæreditates confirmantur.*

Nihil aliud eſt hæreditas (inquit Caius. ff. De uerb. ſignific.) quàm ſucceßio in uniuerſum ius, quod defunctus habuit. Quo loco ne fallaris: Iuriſcon. ad uulgarem loquendi uſum reſpiciens, ut foro deſeruiret, aditionem magis hæreditatis, quàm ipſam hæreditatem diffinit. Nam cum hæreditas ſit relatio iuxta æqualitatem & inæqualitatem: ipſe definire maluit iuxta actionem & paßionẽ, ut eſt aditio. Quamobrem Vlpianus in. l. Pecuniæ. §. Hæreditas. ff. De uerbo. ſignifi. Et in. l. Hæreditas. ff. De petitio. hæredita. Hæreditas (inquit) nomen Iuris eſt, quod & acceßionem & deceßionem in ſe recipit. Et ſine ullo corpore, Iuris intellectum habet. Hanc rationem quum Bartolus non ſatis diſcerneret in Tit. ff. De adquiren. hæredita. non uidetur exitum inuenire interpretationis ſuæ admodum curioſæ.

¶ *Vti quiſq; legaſſet ſuæ rei.*] *Hoc eſt: Quemadmodum unuſquiſq; deliberaſſet ac decreuiſſet de re ſua poſt mortem ad aliũ transferenda: ita pro Iure ſeruandum fuerit. Iuſtinianus Nouell. De his qui nuptias iterant. ut excellentißimus G. Haloander nobis reſtituit, cum anteà De nuptijs, extra materiam planè legeremus. §. Atq; hoc primum. Sanciat enim (ait) quiſq; in rebus ſuis, ut dignum eſt, & pro Lege uoluntas eius eſto: quemadmodum nobis Lex etiã omnium uetuſtißima, & quæ prima ferè Romanis conſtituit Rempublicam, nempe duodecim tabularum, uetere & patria lingua his penè utens uerbis, inquit: Vti legaßit quiſque de re ſua, ita ius eſto: nemini facta poteſtate, ut in rebus alienis aliquid præter illius uoluntatem diſponat, neq; ſi ſacram imperet formam, aut quicquam omnium.*

Vides igitur quàm latè pateant hæc pauca uerba, quæ per poſteriores Legiſlatores determinationem acceperunt. Vnde Pompon. in Tit. ff. De uerb. ſignific. Verbis (ait) XII. tabularũ his, Vti quiſq; legaſſet ſuæ rei, ita ius eſto: latißima poteſtas tributa uidetur, & hæredes inſtituendi, & legata, & libertates dandi, tutelas conſtituendi. Sed interpretatione coanguſtatum eſt, uel Legum autoritate, uel Iura conſtituentium.

Legatum autem Modeſtinus. ff. De legat. ij. ſic definit: Legatum eſt quædam donatio teſtamento relicta. Iuſtinianus Inſtit. De legat. ſic ait: Legatum, eſt donatio quædam à defuncto relicta, ab hærede præſtanda. Florentinus deniq; nonnihil exactius rem conſiderans. ff. De legat. j. Legatum (inquit) eſt delibatio hæreditatis, qua teſtator ex eo quod uniuerſum hæredis foret, alicui quid colatum uelit. Vbi Accurſius ſe torquet circa deliberationem, cum non uideret corruptum eſſe locum.

Ex hac Lege prodierunt tres Libri. ff. De legatis, & reliqui omnes, in quibus de acquirenda uel amittenda hæreditate, tractatur.

¶ *Qui erit teſtator, libripenſue fuerit.*] *Senſus huius Legis eſt: Eum qui de graui atq; infami crimine damnatus fuerit, neq; ad teſtandum, neq; ad teſtificandum poſſe Iure admitti. Nam improbus eſt exiſtimandus, et inteſtabilis ita iudicatus. Et accipiendum eſt actiue & paßiue hoc uerbũ, Inteſtabilis: ſicut &, Teſtamenti factio. l. iiij. ff. De teſtamen. ubi Bartolus docet. De teſtimonio aũt probatur in. l. iij. §. Lege Iulia. ff. De teſtib. Iuſtinianus Inſtit. De teſtamen. Teſtes aũt (inquit) adhiberi poſſunt ij, cum quibus teſtamenti factio eſt. Sed neq; mulier, neq; impubes, neq; ſeruus, neq; furioſus, neq; mutus, neq; ſurdus, neq; is cui bonis interdictum eſt, neq; ij quos Leges iubent improbos inteſtabilesq; eſſe: poſſunt in numerum teſtium adhiberi.*

Teſtamentum autẽ in eodem Titulo dicit Iuſtinianus ex eo appellari, quòd teſtatio mentis ſit: alludẽs ſcilicet ad ipſam uerbi uocem, ut rem intelligamus commodè. Verum tamen, non eſt compoſitum, ſed ſimplex nomen, ut Gellius rectè probat lib. 6. cap. 12. Deinde hunc locum ibidem explicans: Sed ut nihil antiquitatis (inquit) penitus ignoretur: ſciendum eſt, olim quidem duo teſtamentorum genera in uſu fuiſſe: quorum altero in pace & ocio utebantur, quod calatis comitijs appellabant: altero, cum in præliũ exituri eſſent, quod procinctum dicebatur. Acceßit deinde tertium genus teſtamentorum, quod dicebatur per æs & libram: ſcilicet quod per mancipationem, id eſt, imaginariã quandam uenditionem agebatur: quinq; teſtibus, & libripende, ciuibus Romanis puberibus præſentibus, & eo qui familiæ emptor dicebatur. Scribit Gellius de his tribus generibus teſtamentorum libro decimo quinto, capite uigeſimo ſeptimo.

Libripens à libra & pendendo ſiue ponderando, dictus eſt quaſi ponderator. Veteres enim primum ære graui non ſignato uſi ſunt: neq; in emptione & uenditione precium numerabant, ſed precium appendebant. Itaq; emptor hæreditatis hæc uerba ſolennia dicebat: Huius ego familiã quæ mihi empta eſt, hoc ære æneaq; libra Iure Quiritum meam eſſe aio. Deinde ære percutiens librã, id æs dabat ei, à quo hæreditatẽ expectabat quaſi loco precij. Sic enim & ſeruorum & liberorum emancipationes fiebant. Imaginaria enim ſolennitas erat, quã Boetius in Topicis Ciceronianis, nexum appellatam

pellatam fuiſſe dicit. Porrò, uenditor nihil emptori tradebat, ſed hæredem eum tali modo conſtituebat, ſcilicet ut poſt mortē uenditoris, poſſet Iure hæreditatem adire. Sed abijt & hæc cærimonialis nimiaq; curioſitas in deſuetudinē, ſicut & præcedentia duo teſtamentorum genera. Solum hoc animaduertere licet manſiſſe, et quidem pulchrū eſt ſcitu: quòd ſeptem teſtibus teſtamenta ſcribi omnes Legiſlatores poſteà uoluerūt. Erant enim & in illa imaginaria uenditione ſeptem, uidelicet quinque ciues Romani, libripens, & emptor.

FAMILIÆ ERCISCVNDÆ.

TIT. VI.

Cohæredes à cōmunione diſcedere uolentes, agunto.

Pro hæreditaria parte, debitores hæredibus obligati ſunto.

Pro portionibus hæreditarijs, hæredes tenentor.

INTERPRETATIO.

¶ *Cohæredes à cōmunione.*] *Quandoquidem communio rerū ſolet diſcordiā parere, optima ratione Lex introduxit actionē, quā Familiæ erciſcundæ appellarūt Iuriſconſulti. Conſtituitur autem hæc actio per hoc uerbum quo Lex utitur (agunto) Vnde Caius in l. j. ff. Famil. erciſc. Hæc actio (inquit) proficiſcitur ex Lege xij. tabularū. Nanq; cohæredibus uolentibus à cōmunione diſcedere, neceſſariū uidebatur, aliquam actionem conſtitui, qua inter eos res hæreditariæ diſtribuerētur. Papinianus quoque commendat fratres, qui à lite propter communem hæreditatem ſuborta, per diuiſionem ultrò diſceſſerint.*

Eandem cauſam habent actiones Communi diuidundo, & Finium regundorū: de quibus in Pandectis ſunt Tituli. Et. §. Quædā actiones. Inſti. De actionib. Quocirca animaduerte: non aliam ob rationem has conſtiſtitutas fuiſſe actiones, quàm quia omnes res in noſtro cōmercio Iure gentiū, hoc eſt, naturali, ab initio ſunt diuiſæ, ut quiſque ſuum habeat dominium: quoniam communio nunquā ſineret Rempublicā eſſe tranquillam. l. Ex hoc Iure. ff. De Iuſti. & Iur. Multi iſta tractant ſicut pſitacus ſuum χαῖρε, *nec cauſa rei conſiderant.*

¶ *Pro hæreditaria parte.*] *Euidentiſſima ratio huius Iuris, quare debitores defuncti non teneantur hæredib. niſi pro portione hæreditatis: colligitur ex l. j. §. j. ff. Si pars hæredit. petat. Is qui hæreditatē (inquit Vlpianus) uel partem hæreditatis petit: ius ex eo non metitur quod poſſeſſor occupauit, ſed ſuo iure. Et ideo ſiue ex aſſe hæres ſit, totam hæreditatem uendicabit, licet tu unám rem poſſideas: ſiue ex parte, partem, licet tu totā hæreditatem poſſideas.*

¶ *Debitores hæredibus obligati ſunto.*] *Imperatores Diocletianus et Maximianus in l. ult. C. De hæred. actionib. Creditores (inquit) hæreditarios aduerſus legatorios non habere perſonalem conuenit actionem: quippè cum euidentiſſime Lex duodecim tabularū hæredes huic rei obnoxios faciat. Quem locum certè ſine his fontibus non intelliges, ſicut nec alias multas Conſtitutiones, ut. l. Pacto ſucceſſorū. C. De pact. l. Licet. Et l. Ea quæ in nominibus. C. Famil. erciſcun.*

¶ *Pro portionibus hæreditarijs.*] *Hinc eſt dict. Titulus. C. De hæred. actio. Pro hæreditarijs partibus (inquit Decius) hæredes onera hæreditaria agnoſcere, etiam in Fiſci rationibus placuit: niſi intercedat pignus uel hypotheca. Tunc enim poſſeſſor obligatæ rei conueniendus eſt.*

EPITOME SVCCESSIONIS AB INTESTATO.

QVò magis ſtudioſæ iuuentuti ſuppetias feram ad inueſtigandos ſucceſſionis inteſtatæ gradus, quorū iſta Lex uno aut altero uerbo ſuperius meminit, adieci Epitomen illius materiæ, quam Doctores noſtri inuoluunt, certè non explicant, opinionum nænijs. Res eſt quotidiana, & (niſi fallor) digna ut methodico quodam ordine breuiter tractetur. Proinde regulis aliquot totam rem expediam.

I *Cognatio ſanguinis, alia ſuprà numeratur parentum: alia infrà, liberorum: alia ex latere, fratrum, ſororum, & cæterorum. Ideoq; ſucceſſio ab inteſtato, quæ ex naturali cognatione cauſam trahit, in tres gradus diuiditur. Inſtit. De grad. §. j. Nouell. De hæred. ab inteſtat. uenien. in princi.*

II *Prima omnium ſucceſſio eſt filiorum naturalium & legitimorum ex eodem matrimonio, ſiue in poteſtate, ſiue emancipati ſint, iam nati, uel poſthumi, hoc eſt, poſt obitum patris nati. Et ſuccedunt in capita, iuxta illud Gala. iiij. Si filius, ergo hæres. Probatur etiam ſuperius. Et. §. j. Inſtit. De hæredib. ab inteſtat. deferun.*

III *Si ex pluribus filijs aliquis fuerit mortuus, relictis ex ſe filijs: hi ſuccedunt auo cum patruis, loco ſui patris in ſtirpes, ſeu Iure (ut uocant) repræſentationis, hoc eſt, quotquot ſunt, tantam partem accipiunt, quantam pater eorum ſi uiueret, accepturus eſſet. §. Si quis igitur deſcendentiū. Nouell. De hæred. ab inteſtat. uenien. l. ult. §. Hoc etiam cognitum. C. De Epiſc. & cler. l. Liberorum. ff. De uerbo. ſignificat. Monſtruoſus partus, non ſuccedit. l. Non ſunt. ff. De ſtat. homi.*

IIII *Liberi ſecundi uel ulterioris gradus, hoc eſt, nepotes, uel pronepotes, præ cæteris omnibus cognatis, ſuccedunt auo ſuo in ſtirpes, nō in capita, ſiue in linea æquali fuerint, ſiue inæquali, ſemper ſeruato Iure repræſentationis, ut quiſq; locū ſui patris præmortui obtineat. Vt ecce, auus habet duos filios: ex altero duos ponamus, ex altero ſex nepotes: moriūtur filij ſuperſtitibus nepotibus: mox auus. Quomodo iam ſuccedent auo nepotes? Certè, in ſtirpes: quia loco patrum ſuorum præmortuorum, hæreditatem in duas partes diuident: ſi patres fuiſſent quatuor uel plures, facerent itidem quatuor partes pro ſtirpe ſua nepotes. §. Item ſi ex duobus. Inſtit. De hæred. quæ ab inteſta. deferun. l. Vt liberis. C. De collat.*

V *Liberi diuerſarum nuptiarum, ſuccedunt parentibus ſuis præ omnibus alijs, in bonis dotalibus illius matrimonij*

trimonij ex quo nati ſunt. Vt ſi mater contracto matrimonio ſuſcipiat liberos, deinde mortuo marito eodéq; patre, nubat iterum, & ex eo quoq; coniugio naſcantur liberi: tum matri demum mortuæ ſuccedunt liberi, in ſui quotquot ſunt matrimonij dotibus & lucris nuptialib. Nouell. De his qui nupt. inter. §. Ne illud quoque. Et, Neq; uirū quod ex dot. §. Si uerò ueniat. Idem autem eſt de patre, iterum, uel tertium aut quartum contrahente nuptias.

VI In alijs bonis quàm dotalibus, liberi multarum nuptiarum, ſuccedunt parentibus æqualiter, ut probatur locis iam allegatis.

VII Liberi naturales tantum legitimati, propter Iuris autoritatem perinde ſuccedunt, ac ſi ex legitimo matrimonio nati fuiſſent. Nouel. Quibus mod. natura. effic. legit. Et Quibus mod. natur. effic. ſui. Vbi tractatur quædam differentia eorum, qui legitimantur per oblationem curiæ.

VIII Liberi legitimi tantum, ſiquidem auo materno, uel proauo in adoptionem ſint dati, ſuccedunt non aliter quàm naturales & legitimi: quia concurrunt duo uincula. Sin autem extraneo fuerint in adoptionem dati à parente qui eorum poteſtatem habet, tunc cum alijs illius filijs ſuccedunt æqualiter, ut eſt uerior Doctorum ſententia. Non extantibus uerò alijs liberis naturalibus, ſuccedunt parenti adoptiuo in omnibus bonis. §. Sed hodie. Inſtitut. De adopt. l. Cum in adoptiuis. §. Sed ne articulum. C. eod. tit. Iunct. l. Si te. C. De ſuis & legit. liber. Arrogati, ſine ulla differētia ſuccedunt arroganti, niſi emancipatio ſoluerit ius liberorum. l. ij. Et. l. Si arrogator. C. De adopt.

IX Liberi naturales tantū nec legitimati (utendum enim eſt uulgò notis uocibus) ex concubinatu, ſuccedunt parenti ſine legitimis liberis mortuo, in duabus uncijs, hoc eſt, in ſexta parte totius hæreditatis, unà cum matre ſua, uel etiam ſi mortua fuerit. In reliquis uerò bonis ſuccedunt proximi cognati. Quòd ſi legitimi ſuperſint, naturales repelluntur, alendi tamen ex bonis paternis arbitrio boni uiri. Nouell. Quib. mod. natural. effic. ſui. §. Si quis autem defunctus, &c. §. Si quis igitur habens.

X Matri autem ſuccedunt naturales unà cum legitimis liberis: niſi ſit illuſtris mulier. §. Nouiſſimè. Inſtit. De Senatuſ. Orphitia. l. Si qua illuſtris. C. eod. tit.

XI Spurij non ſuccedunt patri. §. Si aduerſus ea. Inſtit. De nupt. Hieronymus 34. diſtinct. c. Vidua. Matris uerò & auiæ (quoniam ſemper ſunt certæ) non eſt cur denegetur ſpurijs ſucceſsio. l. Ex libera. C. De ſuis & legit. l. Quia ſemper. ff. De in ius uocan. Vide gloſs. in. c. Cum Pridem. §. Perſonæ uerò. De renunciatio.

XII Inceſtuoſi liberi, ex cognatis: nepharij, ex deſcendentibus: adulterini, ex adulterio nati, nullam habent ſucceſsionem parentum. l. Si adulteriū, in prin. ff. Ad leg. Iul. de adulteri. l. Quinetiam. ff. De rit. nupt. Et. § Ergo non omnes. Inſtit. eod. tit. Alimentis quoq; non cenſentur digni Iure Ciuili. Nouell. Quib. modis natural. effic. ſui. §. ulti. 15. q. ulti. c. Cum multæ. Et 32. q. 4. c. Dicat aliquis. Sed Pontifices in hoc mitigarunt duritiem ſummi Iuris: nempè quòd iniquū ſit, infantem à Deo creatum, fame necari. c. Cum haberet. De eo qui dux. in uxo. quam pollu. per adulterium.

XIII Parentes naturales & legitimi, quorum ſucceſsio ſecunda poſt liberos eſt, ſuccedunt liberis ſuis præ cæteris omnibus cognatis, exceptis fratribus germanis, quos ſecum admittunt, ſiue filij de quorum ſucceſsione quæritur, ſint in poteſtate, ſiue ſint emancipati. Nec pater hodie præfertur matri, ut olim. l. ij. ff. Ad Senatuſcon. Tertyllia. Hanc regulam oportet intelligi de bonis filij mortui aduentitijs. Nam in illis quæ à patre ſunt profecta, aut à matre, uel per lineam paternam aut maternam: pater excludit matrem: & contrà, mater patrē, teſte Bartolo in. l. Quod ſcitis. §. Sin autem. C. De bon. quæ libe. Et in Auct. Itaque. C. Communi. de ſuc. Accedit. §. j. Inſtit. Per quas perſon. nob. acqui. Quæ enim (inquit Iuſtinianus) inuidia eſt: quod ex patris occaſione profectum eſt, hoc ad eum reuerti? Et hæc ſententia uerior eſt, quicquid rixetur Baldus.

XIIII Parentes legitimatorum liberorum, non aliter ſuccedunt eis, quàm naturalibus & legitimis liberis. Hoc ſolum intereſt, quòd mortuo filio legitimato per oblationem curiæ, oportebat olim curiæ in ſucceſſione ſeruare partem, ſcilicet quartam. Nouell. Quib. mod. natural. effic. ſui. l. j. & ij. C. Quan. & quib. quar. pars debe. lib. 10.

XV Parentes legitimi tantum, quales ſunt adoptiui, ſuccedunt liberis adoptatis, eiſdémq; ſanguine coniunctis, puta nepotibus ex filia. §. Sed hodie. Inſti. De adoptioni. Extraneis uerò liberis adoptatis, uel cognatis ex latere, qui extraneorum loco habentur, parentes adoptiui non ſuccedunt. l. Cum in adoptionis. §. Sed ne articulum. C. De adoptio. Quare de matre uel auia quæritur fruſtrà, quoniam neq; adoptare poteſt, neq; liberos in poteſtate habet. §. Fœminæ. Inſtit. De adoptio. l. Matrem. C. eod. tit.

XVI Parentes naturales tantum: ita ſuccedunt liberis ex concubinatu, ſicut liberi talibus parentibus ſuccedere, ſuprà dictum eſt regula IX. Nam eadem eſt inter eos relatio Iuris. §. De nepotibus. Nouell. Quib. mod. natura. effici. ſui. l. Non eſt parentibus. ff. De inoffici. teſtamen.

XVII Parentibus non datur ulla ſucceſſio liberorum ex damnato complexu, ſicut nec tales liberi ſuccedunt ipſis. Mater tamen, eadem ratione ſpurijs ſuccedit, qua ſpurij ſuccedunt matri, ut ſuprà. Niſi tamen filij ſpurij, liberos ex ſe reliquerint, qui matrem excludunt. l. ij. §. Itaq; etiam uulgò. ff. Vnd. cognat. l. ij. §. Liberi. ff. Ad Senatuſc. Tertyllia.

XVIII Fratres defuncti naturales & legitimi (nam poſt deſcendentes & aſcendentes, tertia ſucceſsio eſt cognatorum ex latere) ſuccedunt æqualiter in capita, ſecundum numerum perſonarum. Nouell. De hæred. ab inteſtat. uenien. §. Reliquum.

XIX Filij fratrū ſuccedunt cum fratrib. uel ſororibus, in ſtirpes loco patris ſui præmortui. Nouell. dict. tit. §. Si aūt defuncto. Quod tamen non ultra filios fratrum conceditur. Nouell. dict. tit. §. Huiuſmodi uerò.

XX Filij fratrū uel ſororū ſoli ſuperſtites, ſuccedūt patruo quoq; in ſtirpes, non in capita, ut probat Barto. in. l. j. §. ult. ff. Si pars hæred. petat. Accurſius in. §. Si igitur defunctus. Nouell. De hæred. ab inteſt. uen.

Vide l. 2. ff De Suis et legit. hæredib. item constitutionem Caroli quinti Imperatoris Anno 29 Spira edita

XXI Si fratres germani extent cum fratribus uel ſororibus conſanguineis uel uterinis defuncti: tunc fratres utrinque coniuncti, excludunt alios. Nouell. De conſang. & uter. fratr. §. Quia uerò hoc. Germani autem fratres dicuntur, ex utroq; parente: conſanguinei, ex eodem tantum patre, non etiam eadem matre: uterini contrà, ex eadem matre, & duobus patribus.

XXII Vbi ſunt fratres conſanguinei uel uterini unà cum filijs fratrum germanorum defuncti, ibi præferuntur filij fratrum, licet in tertio gradu ſint, & fratres conſanguinei uel uterini in ſecundo. Quod tamen Ius, non egreditur filios fratrum. §. Si autem defuncto fratres. Nouell. De hæred. ab inteſtat. uenientib.

XXIII Fratres conſanguinei ſoli uel uterini ſoli, ſuccedunt æqualiter & in capita. Filij autem præmortuorum, in ſtirpes. Nouell. De hæred. ab inteſtat. uenient. §. Illud palam eſt.

XXIIII Si defunctus habeat tam conſanguineos, quàm uterinos fratres, fortè etiam quorundam præmortuorum filios, tunc uidendum eſt quænam ſint bona defuncti. Nam in bonis paternis, hoc eſt, quæ ex linea paterna ad eum peruenerunt, fratres conſanguinei præferuntur. Et ex diuerſo, in bonis maternis, uterini præcedunt. In reliquis uerò bonis, utriuſque generis fratres ſimul ſuccedunt æqualiter. Filij præmortuorũ, in ſtirpes. Nouell. De conſang. & ueter. fratr. §. Quia uerò hoc agere. Iunct. l. De emancipatis. C. De legitimis hæredibus.

XXV Cum neq; fratres defuncti uiuunt, neque filij fratrum, tunc omnes deinceps à latere cognati ad hæreditatem admittendi ſunt, obſeruatis gradibus, ut proximi præcedant, pares ſimul admittantur. Nouell. De hæred. ab inteſtat. uenienti. §. Si uerò neq; fratres.

XXVI Fratrum legitimatorum, eadem eſt ſucceſsio quæ naturalium & legitimorum, de qua ſuperius in regula xviij. Cæterum, ipſi inter ſe inuicem ſibi non ſuccedunt, ſicut nec reliqui ex cognatione legitimati. Quod diligenter obſerua. §. Filium uerò. Nouel. Quibus mod. natu. effic. ſui.

XXVII Fratres legitimi tantum, ſi ab auo fuerint adoptati, ſuccedunt ſibi quoq; mutuo. Sin autem ab extraneo adoptētur, quanquàm parentis adoptiui ſucceſsionem habeant, ut ſuprà dixi: ipſi tamen inter ſe & ad totam adoptiui familiam, nullum ſuccedendi ius adquirunt. l. Cum in adoptiuis. §. Sed ne articulum. C. De adopt. Fratres autem legitimos ſeu adoptatos, neminem puto tam ſtultè interpretaturũ, ut opinetur poſſe quenquam loco fratris adoptari. Id enim cum natura pugnaret, quoniam nemo ex ſe gignat fratrem, ſed ita ſunt accipiendi fratres, ſi ab uno eodemq; auo adoptentur loco filiorum. l. Nec apud. C. De hæred. inſtituend. Inſtit. De adopt. §. Minorem. Et. §. Et tam filium.

XXVIII Fratres naturales tantum, ſiue conſanguinei ex eodē patre, ſiue uterini ex eadem matre: ſuccedunt ſibi mutuò. Niſi fratres naturales & legitimi, hoc eſt, iuſto thoro nati, conſanguinei uel uterini ſimul extent, qui illegitimos excludunt. Ratio: Quia nec legitimati per oblationem curiæ naturales, adquirunt ſucceſsionem adgnatorum uel cognatorum parentis. Nouell. Quibus modis naturales effici. ſui. §. Filium uerò. Nec obſtat quod dicitur in. §. ultimo. Inſtitut. De ſeruil. cognat. quòd fratres & ſorores licet capite deminuti, debeant cognatis præferri. Nam non pertinet ad naturales tantum, ſeu illegitimos.

XXIX Fratres ſpurij ex eadem matre, ſibi ſuccedunt inuicem, ſecus de his, qui ex eodem patre ſunt: puta ſi quis ex duabus meretricibus filios ſuſcipiat. §. Vulgò quæſitos. Inſtitut. De ſucceſs. cognato. l. ij. & l. Si ſpurios. ff. Vnde cognat. Ratio diuerſitatis eſt. Nam omnem ſucceſsionem oportet eſſe Legibus adiutam, aliàs non recipitur. Sed ſpurij, quatenus ad patrem attinet, prorſus reijciũtur. §. Si aduerſus ea. Inſtit. De nupt. Et. §. Si uerò effuſa. Nouell. Quib. mod. nat. effici. ſui.

XXX Fratrum inceſtuoſorum & qui ex damnato coitu procreãtur, nulla planè ſucceſsio eſt, ut ſuprà.

XXXI Vbi defunctus relinquit liberos uel parentes: ibi non eſt latius ad adgnatos uel cognatos ex latere reſpiciendum: præterquàm quod fratres germani cum patre & matre admittuntur, ut ſuperius eſt probatum.

XXXII Vbi neq; liberi, neque parentes ſunt: ibi circumſpiciendum eſt ad gradus reliquorum cognatorum. Modeſtinus in. l. Non facile, in princi. ff. De gradi. & adfinita. diffinit ſeptimum gradum: Quatenus (inquiens) ultra eum ferè gradum, rerum natura cognatorum uitam conſiſtere non patitur. Cui uidetur ſubſcribere Vlpianus in. l. j. §. Hæc autem bonorum poſſeſsio. ff. Vnde cognat. Sunt tamen qui exiſtimant ſucceſſionem, uſq; ad decimum gradũ porrigi in cognatis.

XXXIII Si defunctus, neq; liberos, neq; parentes, neque ullos cognatos habeat prædicti gradus, quod utique rarius fuerit: tunc ſucceſsio ad coniuges deuoluitur Iure Ciuili, ut ſcilicet uir uxori, & uxor uiro ſuccedat. l. j. C. Vnd. uir & uxo.

XXXIIII Prædictis omnibus deficientib. bona cenſentur uacantia, & fiſco cedunt. l. Vacantia. C. De bon. uacant. lib. 10. Extant Tit. C. De hæred. Decurio. Et, Si liberal. Imper. ſoci. lib. 10. de quib. ut multa dicamus, reor extra forum eſſe. De ſucceſsione autem clericorum, eſt Tit. in Iure Pontificio, De ſucceſsione ab inteſtat.

XXXV In ſucceſsionibus ab inteſtato, qui gradu ſanguinis fuerit proximus: is ad ſuccedendum quoque proximum locum tenet. l. Auunculo. C. Commu. de ſucceſs. Quæ regula in deſcendentibus & aſcendentibus plana eſt, ſed in cognatis ex latere, qui aliàs eiuſdem lineæ & ordinis, aliàs in diuerſa linea ſunt: Item in filijs præmortuorũ, qui patris ſui locum uendicant, ſæpè non obtinet. Imò, nonnunquam cognatus remotioris gradus, excludit proximiorem, ut declarat Iuſtinianus in. §. Repetitis itaq;. Inſtit. De ſeruil. ſucceſs.

XXXVI Serui olim ſucceſſorē ab inteſtato, præter dominum, non habebant. l. Seruus. Et. l. Ancillæ. C. Commun. de ſucceſsion. l. Quod attinet. ff. De regul. Iur. Sed hodie totum hoc, abolita tam prædura & inclementi ſeruitutis forma, prorſus immutatum eſt, & poſſunt teſtari omnes qui nunc imaginem ueteris ſeruitutis repræſentant, ut maximè agricolæ ſeu ruſtici noſtri temporis: pro diuerſitate tamen locorum.

XXXVII Adfinitatis Iure, nulla ſucceßio permittitur l. Adfinitatis. C. Communi. de ſucceß. Quid? eſtne iam dictum maritum uxori ſuccedere? Eſt quidem: ſed uir & uxor coniuges ſunt, & cauſam præſtant adfinitati, non ipſi adfines ſunt. Vnde Modeſtinus in. l. Non facile. ff. De grad. et adfinit. Adfines (inquit) ſunt, uiri & uxoris cognati, non autem dicit, uir & uxor. Adi. c. Quod ſuper his. De conſang. & adfinit.

XXXVIII Vbicunq; locum habere poteſt ſucceßio ex teſtamēto, ibi ceſſat inteſtati quæſtio. l. Quandiu. ff. De regul. Iur. l. Antequā. C. Comm. de ſucceßio.

XXXIX Quandoquidem qui naturæ beneficium expectat: oportet ut ſecundum naturam ſit gratus: ideo ſunt quædam cauſæ ex quibus liberi poſſunt à parentibus exhæredari, & contrà, parentes à liberis, ut Nouell. Vt cum de appellatio. cognoſci. §. Iuſtum autē perſpeximus. Sunt item nonnullæ quæ ſufficiunt ad excludendos cognatos, ut Nouell. De nupt. §. Ingratitudinis. Si quis ergo tam oblitus ſit omnis pietatis, ut ſic delinquat aduerſus aliquem ſanguine coniunctum: is neq; ab inteſtato poteſt ad ſucceßionem eius peruenire, ſi cauſa talis probata fuerit.

XL Multa ex his quæ ſuprà diximus, diſplicuerunt Ciuitatibus, uel quòd non ſatis intelligerent, uel quòd nimis dura quædam exiſtimarent: ideoq; mirum in modum hanc ſucceßionis materiam per Statuta ſua uariarunt, quæ utiq; cum ad Rempublicam aliquam perueneris, facile perluſtrare potes ut ſequaris, niſi naturæ nimis repugnent: qualia ſunt in multis locis, ne filius patris præmortui locum repræſentet. Quam obſeruationem Sacratißimi Principes noſtri ubique ſublatum eſſe, merito uoluerunt in maximis comitijs. Ego multa uidi in ciuitatibus Statuta, quæ à Iure Romanorum nihil diſcrepabant. Porrò hæc pertinent ad ordinem Iuris, quā ignorare non oportet, iuxta elegantißimam. l. De quibus. ff. De Legibus.

SINGVLARIA QVÆDAM ſucceßionis in Feudo.

I

Filij naturales & legitimi maſculi ſucedunt in feudis paternis, antiquis & nouis, æqualiter, iure repræſentationis ſeruato, hoc eſt, ut nepos loco patris ſui præmortui ſuccedat. c. j. De ſucceſſ. feud. c. j. De ſucceß. fratr. uel grad. ſucced. in feud. In uſib. feud. Vbi diffinitur feudum paternum, quod fuit illius parentis, qui eſt eius adgnationis communis: hoc eſt, à quo uelut communi ſtipite cœpit ea adgnatio. Sic antiquū eſt, quod maiores quoq; in eadem familia habuerunt. Nouum, quod in perſona mortui clientis beneficiarij primum cœpit.

II Liberi fœminini ſexus, uel maſculi quidem, ſed per lineam fœmineam deſcendentes, non ſuccedunt in feudis. Niſi inueſtitura, hoc eſt, conceßio illa ſolennis per quam feudum conceditur, ſit facta ſic nominatim, ut filiæ ſuccederent. Quo tamen caſu non aliter ſuccedunt, quàm ſi nullus extet maſculus. Semper enim filij excludunt fœminas, propter armorum expeditionem. c. j. §. Filia uerò. De ſucceßio. feud. c. j. §. Ad filias uerò. De ſucceß. fratr. c. j. §. Hoc autem notandum. Tit. primo, In uſib. feud. Et. c. j. §. Quinetiam. Tit. Epiſc. uel abba. uel abbatiſ.

III Liberi legitimati per ſubſequens matrimonium, nec ſoli, nec cum alijs legitimis liberis admittuntur. c. j. §. Naturales filij. Si de feud. conten. ſit inter domi. & adgna. uaſal. ubi gloſſ. tractat de legitimitatis per Principem.

IIII Liberi naturales tantum, multò minus ſuccedunt in feudis, cum nec legitimatis detur locus. Minime ergo aut ſpurij, aut ex damnato coitu poſſunt ad ſucceßionē peruenire. Et hæc ſuccedendi puritas in militaribus illis beneficijs, multum confert ad ingenuitatem, quam nobilibus noſtro ſeculo rectißimè tribuimus Iure gentium. Qui propterea nuncupantur ingenui, nobiles & gentiles homines, ut nunc quoque in Italia: quoniam maiores eorum illibatam ſeruarint natiuitatem, & nunquam ſeruitutem ſeruierint, itemq; immaculato ac legitimo quoque nati ſint thoro. Nec certè iſta ſunt ſomnia, ut quidam phanatici putant, confundentes iura perſonarum. Verum ſi his omnibus dotibus addant bonarum literarum ſtudia, & optimum uitæ ſpecimen: bone Deus quàm uerè tum dici poſſunt bis nobiles: quales ego multos hoc ſeculo adeoq; principes eſſe, Reipublicæ noſtræ congratulor.

V Liberi legitimi tantum ſeu adoptati, non ſuccedunt in feudis. c. j. §. Adoptiuus. Si de feud. defunct. conten. ſit inter domi. & adgnat. uaſall.

VI In feudis Marchiæ, Ducatus, uel Comitatus, non eſt omninò locus ſucceßioni, ſed per inueſtituram ab Imperatore denuo huiuſmodi feuda recipiuntur à liberis & adgnatis. c. j. De aliena. feud. Et. c. j. De feud. Marchi. uel Ducat. uel Comit. Vt autem harum appellationum cauſam rectè teneas, operæpretium fuerit ſubſcribere uerba doctißimi interpretis, qui apud Corne. Tacitum ſic ſcribit: A marca quod equum ſignificat, equorum ſeu ſtabuli magiſtrū Marcſtaller, etiamnum appellamus: & equitum præfectū, eyn Marcgrauen. Militaris enim dignitatis & officij nomen eſt utrunq;. Porrò, hodiernum Morauiæ uocabulum, Merenlandt, equorum regionem ſignificat, cum equas uulgò Merhen uocamus. Extant adhuc in Saxonibus duarum Marcarum nomina, ueteris & nouæ, quibus forſan equeſtris militia, huius appellationis cauſa fuit. Videntur enim equis olim Marcomani ualuiſſe, quemadmodum hodie Franci. Hæc ille.

VII Aſcendentium ordo, ad ſucceßionem in feudis planè nō admittitur. Peculiariter enim in his per uſum recipitur, ne ſuperiores ſuccedāt inferiorib. ut pater filio, auus nepoti. Sed cōtrà tantū inferiores ſuperiorib.

VIII Adgnati duntaxat admittuntur ad ſucceßionem feudorum, nō etiam cognati. c. j. §. Ad filias uerò. De ſucceſsio. fratr. Quod intellige de feudis paternis uel antiquis. d. c. j. §. His uerò deficientibus. Nam in nouis beneficijs, frater uel filius fratris nō ſuccedit, ſed feudum reuertitur ad dominum. c. j §. In alio uerò. De ſucceß. feud. Et. c. j. De benefic. fratr. & qual. fratr. in benefic. fratr. ſucceſs. Vbi traduntur aliquot exceptiones huius regulæ. Et animaduerte hic, quàm iſta conſuetudo accedat ueteri Romanorum Iuri, in excludendis cognatis fœminini ſexus.

Illud deniq; nullo modo eſt ignorandum: Quòd ſi quis bona habeat feudalia & non feudalia (ut uulgatis uocibus utar) fœmina à feudis ſecluſa: utique ad alia parentis admittitur, ut ſunt pecuniarij reditus, nomina, ueſtes, ac reliqua ſupellex.

DE IVDICIIS, DE IN IVS *uocando, de Dilationibus.*

TIT. VII.

Iudicem arbitrúmue Iure datũ, qui ob rem dicendam accepiſſe pecuniã conuictus eſt: capite punito.

Ioue tonante fulguranteue, Comitia ne ſunto.

Quodcunq; poſtremũ Populus iuſſerit, id Ius ratumq; eſto.

Si quis in ius uocatur, ſi morbus æuitásue uitiũ extitit: qui in ius uocabit, iumentũ dato: ſi nolit, arcerã ne ſternito.

Si ſtatus dies ſit cum hoſte, uenito.

Aduerſus hoſtẽ, æterna autoritas eſto.

Si Iudex uel alteruter ex litigatoribus morbo ſontico impediatur, dies Iudicij diffuſus eſto.

Tractemus nunc rem Iudiciariam, quam Lex iſta breuiter quidem: ſed grauiſsimè ſtatuit.

INTERPRETATIO.

¶ *Iudicem arbitrúmue.*] *Peſsimum certe delictum eſt uenalem habere Iuſtitiam, fonsq; omniũ malorum rectè uocatur à Iuſtiniano.* Nouel. *Vt Iudic. ſine quoq. ſuffra.* §. *j. Igitur rectè Lex xij. tabularum tam ſeueram conſtituit pœnam, nempè capitis. Vult enim Iudicem & arbitrum puras habere manus, ne quid ob rem dicendam, hoc eſt, ob adminiſtrandam Iuſtitiam & ueritatẽ tuendã, pecuniæ accipiat. Nã qui Ius dicit, nihil magis curare debet, quàm ut rem ipſam dicat ſine ullo fuco iniquitatis aut calumniæ. Inſtit.* De offic. *Iudic. in princ.* Et *ſcripſi in formula inueſtigandæ actionis.*

Arbitrum autem Iure datum eleganter dicit, ne putemus hic tractari de receptis arbitris, de quibus extat Tit. *in lib.* Pandect. *iiij. Enimuero intelligi hic uult, quem nunc dicimus Iudicem delegatum & commiſſarium, cum aliás tota cauſa, aliás quædã litis pars mandatur, cum Iudex ipſe adeſſe nequeat.* Et *huius arbitri frequẽs eſt mentio in Iure. l. Arbitro ff.* Qui *ſatiſdar. cogant. l.* Pro *ſocio. ff.* Pro *ſoc. Receptorum uerò arbitrorum duo genera, eleganter explicãtur à* Proculo *in. l. Societatem. Et. l. In propoſita. Et à* Paulo *in. l.* Veluti. *ff.* Pro *ſoci.* Nam *hoc modo arbiter à litigatoribus electus, qui totius rei poteſtatem habeat, ab arbitrando, hoc eſt, cenſendo & exiſtimando, dictus eſt.*

Pœnam uerò corrupti Iudicis, poſterius ſeculum nonnihil uariauit, ut in Tit. C. *& ff.* Ad *Leg. Iul. repetund.* Marcellus *in. l. Lege Iulia.* §. *ult. ſic ait:* Hodie *ex Lege repetundarum extra ordinem puniuntur, & pleriq;, uel exilio puniuntur, uel etiam durius, prout admiſerint. Quid enim ſi ob hominem necandum pecuniam acceperint, uel licet non acceperint, calore tamen inducti interfecerint, uel innocentem, uel quẽ punire non debuerunt? Capite plecti debent, uel certè in inſulã deportari, ut pleriq; puniti ſunt.* Vtitur aũt Lex *Iulia quoq; hoc uerbo* Arbiter, *pro* Iudice *delegato.*

¶ *Ioue tonante uel fulgurante.*] *Multa ſuperius diximus de* Augurum *diſciplina, quæ inter cætera hoc quoq; continebat, ne quid comitiorum aut rerũ publicarum ageretur, ubi audita fuiſſent tonitrua, uel uiſa fulgura: quoniã ea quæ tunc fierent, interpretabantur* Dijs *iratis nõ placere.* Erant *omnia tum ſuperſtitionis plena, cuius exempla congerere, quorſum pertinet?*

¶ *Quodcunq; poſtremum populus iuſſerit.*] *Cum Senatus aut* Populus *Romanus multa iuſſerit, quæ ſimul ſeruari non poſſunt, quoniam ex diametro inuicem pugnant, tũc poſtremum pro Iure ſeruandum eſt. Sic ubi Leges ſunt ſcriptæ, quæ nullo modo conciliari poſſunt: ſemper ultimam ſequi debemus.* Vt *ſunt nouiſsimæ* Imperatorum *Conſtitutiones.*

Alioqui ſi prima quidem facie uideatur repugnantia, quæ tamen facili negocio, circumſpectis rerum & perſonarum circumſtantijs, placari ac in concordiam reduci poſsit, certè non protinus eſt pronuncianda Legum correctio uel mutatio. Quia ſæpè priores accommodantur ad determinationem poſteriorũ: & contrà, poſteriores interpretantur priores, non tamen tollunt. Paulus *in. l.* Non *eſt nouũ.* Et *in. l. Sed & poſteriores. ff.* De Legib.

Rectè igitur Bartolus *in. l.* Marcellus, *in princ. ff.* Ad Senatuſ. *Trebellian. alijsq; locis, probat: etiã ex eadem ratione, non poſſe colligi correctionem Legum, per interpretationẽ, niſi & uerba accedant expreſſa.* Ratio *eſt: Quia mutationem Legum, ſequitur mutatio morum & nouitas, quæ mouere ſolet & cõquaſſare* Rempublicam. *Quare* Ariſtoteles *lib.* Politic. *ij. probat, receptas Leges nõ eſſe mutandas, etiamſi quid incommodi habeant.* Et Vlpianus *in. l. ij. ff.* De conſtitu. Princ. *In rebus (inquit) nouis conſtituendis, euidens eſſe utilitas debet.* Euidens *autẽ utilitas diffiniri rectè poteſt, ut ſi Lex uel conſuetudo, niſi mutetur, aut tollatur, paulatim ſit occaſionẽ datura ad corrumpendam naturæ rationem: ſicut in prædura ſeruitutis forma, alijsq; multis rebus immutatis uidemus.*

¶ *Si quis in Ius uocatur.*] Religionem *Iudiciorũ, maiores uoluerũt eſſe præcipuã, ne Magiſtratus cõtineretur, qui miniſter Legis eſt, mediãte Iudiciaria cognitione. Quapropter hæc Lex ſancit, ut etiã morbo aut alio uitio, non tamen mortali nec rebus agendis obſtante, adfectus, ueniat ad Iudicem: etiam ſi ire aut ambulare admodum cõmodè non poſsit: uidelicet, ne differatur Iuris cognitio. Sed interim quò magis uenire poſsit, additum eſt temperamentum, ut is qui aduerſarium in Ius uocauit, det ei iumentum, hoc eſt, uectabulum, quod à pecoribus trahatur ſeu iumentis. Quòd ſi tam delicatus fuerit in ius uocatus, ut nolit uulgari uectabulo uti: certè uocans nõ eſt adeò grauandus, ut ſternat ei arceram, id eſt, uectabuli genus undique tectum in formam arcæ, quale etiam nunc uidemus apud diui-*

tes in uſu haberi. Sic enim Sex. Cæcilius hunc locũ intelligit: non autem de ſimplici iumento, ueluti equo uel mula ad equitandi uſum conceſſo, ſicut Phauorinus uidetur hanc Legem exaudire. Nam quilibet morbus uel leuißimus, poteſt eundi & equitandi commoditatem adimere, ut tamen uehi poßit æger.

Ergo non hoc uoluit iſta Lex, ut graui morbo laborantes ueniant ad Iudicem: quia inhumanum plane id eſſet: ſed hoc intendit, ne quoduis uitium homini facile in ſingulas horas accidens, impediat ſtatim ſacroſanctam Iuris executionem. Alioqui cum Lex xij. tabularum de grauiore morbo loquitur, ſemper adijcit hanc uocem Sonticus, ut paulò inferius apparebit. Iulianus morbum ſonticum definit in.l. Quæſitum.ff. De re iudicat. Modeſtinus in.l. Morbus.ff. De uerb. ſignific. Certè magna in hoc Iure ſimplicitatis imago relucet, qua uſi ſunt ueteres. Nunc uerò, cum uictori reſtituantur litium ſumptus à uicto, nõ obtinet de dando iumento quod hic ſtatuitur, ut eſt Tit. C. De fruct. & liti. expen. §. Hæc aũt omnia. Inſtit. De pœn. temer. litig.

¶ Si ſtatus dies ſit cum hoſte, uenito.] Hoc eſt: Is qui Iudicio ſiſti promiſerit aduerſario, ſecũdum ſuam uel fideiuſſorum promißionem ſe ſiſtat ad diem ſtatutum. Hoſtis enim hic pro aduerſario accipitur. Cic. lib. Offic. j. Equidem illud etiam (inquit) animaduerto: quod in proprio nomine perduellis eſſet, is hoſtis uocaretur, lenitate uerbi triſtitiam rei mitigante. Hóſtis enim apud maiores noſtros is dicebatur, quẽ nunc peregrinum dicimus. Appellatus eſt autem hoſtis ab hoſtio, quod eſt æquo, quoniam peregrini ſuis, ut nos noſtris utentes Legibus, pares nobis uidentur. Et quia in conflictu, ex æqua cauſa pugnã adire ſolent: ideo concinna eſt translatio ad litigatores, qui pari Iure de eadem contendunt cauſa, ut uictoriã conſequãtur: ideoq; uictos & uictores nuncupamus. De hoſtib. ex bello indicto, loquitur Pomp. in.l. Hoſtes.ff. De uerb. ſignific.

¶ Aduerſus hoſtem, æterna autoritas eſto.] Id eſt: Facultas experiundi in iudicio cum aduerſario, ſit perpetua. Hoc enim eſt, quod Iuſtinianus Inſtit. De perpetu. & tempora. actionib. nos admonet: eas quidem actiones quæ ex Lege, Senatus'ue cõſulto, ſiue ex ſacris conſtitutionibus proficiſcuntur, perpetuò ſolere antiquitus competere, donec Imperatores actionibus certos fines dederunt. XXX. &. XL. annorum. Quoties igitur audis hanc uocẽ Perpetuò, cogita (quatenus ad actiones attinet) ex iſta Lege totius antiquitatis eſſe fontem, unde iam nũc æternas ſeu perpetuas Ciuiles actiones appellamus, tametſi certis finibus cõcluſæ ſint.

¶ Si Iudex uel alter ex litigatoribus.] Hunc locum Vlpianus ſatis interpretatur in.l.ij.ff. Si quis caution. Si quis (inquiens) in Iudicio ſiſti promiſit: & ualetudine, uel tempeſtate, uel ui fluminis prohibitus, ſe ſiſtere non potuit, exceptione adiuuatur: nec immeritò. Cum enim in tali promißione præſentia opus ſit, quemadmodum potuerit ſe ſiſtere, qui aduerſa ualetudine impeditus eſt? Et ideo etiam Lex duodecim tabularum, ſi Iudex uel alteruter ex litigatoribus morbo ſontico impediatur, iubet diem Iudicij eſſe diffuſum.

Diffundere autẽ diem olim dicebatur id, quod nos continuare terminum uſq; in diem craſtinum nuncupamus. Tria enim erant de differendis Iudicijs pronunciandi genera. Aut diffundebatur dies, id eſt, in poſterum diem reijciebatur: Aut comperendinabatur, hoc eſt, in tertiũ diem differebatur: Aut deniq; Iudex pronunciabat ſibi non liquere: quæ ampliatio uocabatur. Vlpianus in.l. Si de meis.ff. De recept. arbit.

DE RE IVDICATA. TIT. VIII.

Æris cõfeſsi, rebusq; iure iudicatis: triginta dies iuſti ſunto.

Pòſt deinde manus iniectio eſto: in ius ducito, ni iudicatum facit.

Aut qui pſeudo eo in iure uim dicit, ſecum ducito, uincito, aut neruo aut cõpedibus XV. pondo, ne minore: aut ſi uolet, maiore uincito.

Si uolet, ſuo uiuito.

Ni ſuo uiuit: qui eum uinctum habebit, libras farris in dies dato: ſi uolet, plus dato.

In uinculis ſexaginta dies habeto.

Inter eos dies, trinis nundinis continuis ad Prætorem in comitium producito, quantæq; pecuniæ iudicatus erit, prædicato.

Tertijs autem nundinis, ſi interea pactus nõ ſit, capitis pœnas dato, aut trans Tyberim peregre uenum ito.

Et ſi plures forent quibus reus eſſet iudicatus, tertijs nũdinis partes ſecãto.

Si plus minúsue ſecuerunt, ſine fraude eſto.

Qui falſum teſtimonium dixiſſe conuictus erit, è ſaxo Tarpeio deijcitor.

Hic locus tractat de his, qui uel ex confeßione ſua, uel alijs legitimis probationibus cõuicti per actorem, & condemnati per Iudicem fuerint: quód nam tempus habeant ad ſoluendum. Proinde, ſi quis fortè miretur, quare Lex tam crudelem capitis pœnam in debitores pecuniarios conſtituerit: is cogitet quàm graue ſit fallere fidem, quæ Iuſtitiæ fundamentum eſt, ut ait Cicero lib. Offic. j. Actum enim fuerit de humano cõmercio, ſi nulla fidei habeatur ratio, ſi nõ ſit aliquid quod pertimeſcãt improbi debitores, cum decipiendo plerunq; contrahant debita, tandemq; dicere ſoleant: ſe non habere unde ſoluant. Quare diligenter & cum iudicio hæc ſunt legenda.

INTERPRETATIO.

¶ Æris confeßi, rebusq; iure iudicatis.] Hoc eſt, pecuniæ quam per confeßionem aduerſarij in Iudicio factam, conſtiterit eſſe debitã, triginta dies iuſti ſunto. Nam confeſſus pro iudicato eſt: quia quodam modo ſua ſententia damnatur, dicit Paulus in.l.j.ff. De confeß. Item eius pecuniæ nomine, ob quam reus conuentus fuerit rite damnatus, ijdem dies legitimi ſint. Quia condemnatum accipere debemus eum, qui rite condemnatus ſit, ut ſententia ualeat. Cæterum, ſi aliqua ratione

tione

tione ſententia nullius momenti ſit, dicendum eſt condemnationis uerbum non tenere, autore Vlpiano in.l. iiij.§.Condemnatum.ff. De re iudicat. Porrò hæc uerba Æris confeßi, accipiuntur paßiuè, priſco & uulgari uſu loquendi.

¶ Triginta dies iuſti ſunto.] Iuſtos appellat Lex, ſicut nunc legitimos dicimus, quaſi Iure conceſſos debitoribus poſt condemnationem, ut interim aduerſus eos nihil agere liceat. Cœperunt aũt humanitate quadam duos menſes largiri poſteriores.l.Debitoribus.ff. De re iudicat. Sed & Imperatores, cum cæteris omnibus clementiores uideri uellent, duplicarũt id tempus, ut eſſet quadrimeſtre: quod iuſtũ tempus ſiue legitimũ nuncupatur.l.ij.& iij.§.ult.C. De uſu. rei iudic.

¶ Pòſt deinde manus iniectio eſto.] Id eſt, prehendi poteſt Iure priuato. Nam ſic uſa eſt Lex his uerbis Manus iniectio: ſicut & Valerius lib.5. Lucius uerò Philippus (inquit) Conſul, aduerſus eundem ordinem libertatem exercere non dubitauit. Nam ſegnitiem pro roſtris exprobrans, alio ſibi Senatu opus eſſe dixit. Tantumq; à pœnitentia dicti abſuit, ut etiam L.Craſſo ſummæ dignitatis & eloquentiæ uiro, id in curia grauiter ferenti, manum inijci iuberet. Ille reiecto lictore: Non es (inquit) mihi Philippe Conſul, quia nec ego tibi ſenator ſum.

Atqui manum inijcere, proprie olim dicebatur ille, qui nulla expectata Iudicis autoritate, rem ſuam aut ſibi debitam uendicare poſſet impunè, ut apud Quintilianum lib. 7. Vlpianus in.l.Sed ſi hac.ff. De in Ius uocand. Paulus in.l.penult.ff.De ſeru.exportand. Sic & recentiore Iure, creditori permittitur manus iniectio in debitorem fugientem, uel eum qui abſtulerit res alienas.l. Ait Prætor.ff. Quæ in fraud.credito. Si debitorem meum (inquit Vlpianus) & complurium creditorum conſecutus eſſem fugientem, & pecuniam ſecum ferentem, abſtuliſſem quod mihi debetur. Eodem modo adulterũ propria autoritate retinere licet.l.Capite quinto.ff. Ad Leg. Iul.de adulteri.

¶ Ni iudicatum facit.] Niſi expediat ea quæ comprehendũtur in ſententia Iudicis. Cicero pro Flacco: Itaq; recuperatores (inquit) contra iſtã rem minime dubiam, prima actione iudicarũt. Cum iudicatum non faceret, additus Hermippo, & ab hoc ductus eſt. Celſus in.l.ult.ff.Si cert.petat. At ſi iudicatum (inquit) fecerit Titius, nihil Seius tenebitur.

¶ Vincito, aut neruo, aut cõpedibus.] Priſca quadam ſimplicitate Lex curioſe deſcribit modũ uinciendi debitoris. Videlicet compedibus, XV.pondo, hoc eſt, quindecim libris. Eſt enim indeclinabile nomen neutrius generis, ferè ſemper plurale, quod & Feſtus olim pro libra acceptum fuiſſe ſentit. Tametſi pondo continebat proprie XII. libras, ſicut aßis XII. uncias. Vnde Liuius dixit: Argenti pondo bina. Si autem uoluerit creditor propter cauſæ magnitudinem, ut maiori pondo uinciatur debitor quàm quindecim librarũ, conceſſum id quidem eſt. Videtur enim Lex ſingulari huius uerbi numero uti, pro eo quod eſt maiori pondere. Porrò compedes, catenæ, nerui, manicæ, ſub uinculis continetur.

Poſterioribus uerò ſæculis, alia forma cuſtodiendorum reorum & carceris, recepta fuit, ut uidere licet ex Titul.ff.& C. De cuſtod.reor. Venuleius.ff. De uerb. ſignific. Vinculorum (inquit) appellatione, uel priuata, uel publica uincula ſignificantur: cuſtodiæ uero, tantũ publica cuſtodia. Vlpianus in.l.Verũ eſt. Caius in.l. Qui neq;.ff.eod.tit. Priuati uerò carceres maxima pœna prohibiti ſunt.C.De priuat. carceri.

¶ Ni ſuo uiuit.] Æquũ quidem illud eſt, ut ſi ſuo uoluerit uiuere uinctus debitor, omnino ſit audiendus. Cæterum, ſi uel inopia, uel alia ratione non poßit ſuo uiuere, iuſtũ Lex cenſet, ut is qui eum uinctũ habebit, libras farris in ſingulos dies porrigat, adeoq; plus, ſi uinctus pro conſuetudine & natura ſua exigat. Loquitur enim de chænice Græcorũ ſeu uictu quotidiano, quẽ ſecundũ libras decernere ſolebãt. Quò reſpexerũt etiam Honorius & Theodoſius Imperatores in.l.Iudices.C.De Epiſc.audient. Victualem (inquit) ſubſtantiam non habentibus, faciant miniſtrare libellis duobus aut tribus diurnis, uel quot exiſtimauerint cõmentarienſes, decretis. Libellis autẽ neutrius generis, à libum eſt diminutiuum. Accedit multum, quòd is qui uictum uel ſtratum perferri ad uinctos prohiberet, tenebatur actione iniuriarum.l. Si uictum aut ſtratum.ff. De re iudicat.

¶ In uinculis ſexaginta dies habeto.] Optima ratione tempus adijcit Lex, quo creditoribus liceat habere debitores ſuos uinctos. Nam carcer, ad cõtinendos homines, non ad puniendos haberi debet, dicit Vlpianus in.l. Aut damnum.§. Solent etiam.ff. De pœn. Multò minus creditores retinere debent ſuos debitores in compedibus priuatim.

¶ Inter eos dies, trinis nundinis.] Hoc eſt, in tertias nundinas. Siquidẽ nundinæ à nono die dictæ ſunt, quaſi nouendinæ. Tempus autem trium nundinarum, trinundinum, aut trinum nundinũ duobus uocabulis nuncupabatur. Rectè quidem inſtitutum: primum, ut ruſtici octo diebus in agris manentes, nono die repeterent Vrbem ad mercatum: unde iam nunc nundinas noſtras appellamus. Deinde, ut ſi quid ſuffragijs Populi Romani ferendum eſſet, id per ternas nundinas recitaretur, & quò magis omnes noſcerent, promulgaretur. Qua ratione apud Græcos fuit receptus mos, ut Leges trinundino promulgarentur, ſicut Iuſtinianus quoque nouas cõſtitutiones uult inſinuari, ut exinde poſt duos menſes ualeant. Nouell. Vt fact.nou. conſtitut.

¶ Ad Prætorem in comitium producito.] Vult Lex produci uinctum debitorem trinis nundinis ad Prætorem in comitiũ ſeu Iudicium, ut repetatur publicè, in quantam pecuniam fuerit creditori ſuo condemnatus debitor uinctus: fortè ſi quis familiaritate aut miſericordia ductus, ſoluere uoluiſſet eam pecuniã, hominemq; miſerum uinculis liberare. Item, ut conſtaret omnibus, uincto non fieri iniuriam, aut à creditore, aut à Iudice. Quam rationem Conſtantinus Imperator perpendit circa eos qui propter delictum publicè cuſtodiuntur, in.l.ij.C.De cuſto. reor. Ita enim (inquit) quaſi ſub publico teſtimonio, cõmemoratio admißi criminis fiet, ut Iudicibus immodicè ſæuientibus, freni quidem temperies adhibita uideatur. Comitium enim hic uocat, quod Paulus Ius appellat: hoc eſt, locũ

Iudicij ſolennem,ubi Prætor cum ſuis adſeſſoribus con uenire ſolebat.

¶ Tertijs autẽ nundinis.] Si intra id tempus trinundinũ,non fuerit pactus cum creditore de ſoluenda quouis modo pecunia:tum poſtea,aut capitis pœnas det,aut trans Tyberim uendatur,ut ex precio creditor debitum ſuũ conſequatur. Nam creditoribus planè addicebantur,hoc eſt, adiudicabantur tales debitores. Vnde addicti, obærati,ſeu nexi uocabantur. Sic & addicere,pro adiudicare accipitur in Tit.ff. De in diem addict. Et Tit.ff. De fideicommiſſa.libertat.

Poſteà uerò remedium ceſsionis bonorum introductum fuit,per quod euitaretur carceris neceſsitas, utq; ceſſarent iſtæ ob æs alienum nimis crudeles in ſeruitutem addictiones,quæ omnibus modis in deſuetudinem abierunt,ut eſt uidere in Tit.ff. De ceſsio.bono. Et C. Qui bon.cede. poſs.l.j.In hoc enim(inquit Alexander)tantummodo hoc beneficium eis prodeſt,ne iudicati detrahantur in carcerem.Igitur Ius cuſtodiendi in carcere,niſi cedant bonis,manet hodie,et frequens eſt: ne ſcilicet nimia priſtinæ ſeueritatis relaxatione,occaſio detur multis fraudibus,quas uidemus quàm callidè exerceant pleriq; aduerſus creditores ſuos.

¶ Et ſi plures forẽt.] Quæ dicta ſunt,accipi oportet de uno creditore, qui uinctum habeat debitorem. Quid ergo ſi plures fuerint creditores,quibus condemnatus ſit debitor in pecuniam? Reſpondet Lex,tertijs nundinis intra quas nõ ſit pactus,ſecundũ eſſe hunc debitorẽ in partes,quæ unicuiq; pro portione debiti dentur:nec fraudi fore, ſi quo modo plus minúsue ſecuiſſent creditores,quàm debiti portio eſſet.

Sed cum hæc pœna crudelis admodum adeoq; auditu horrenda ſit, refert Gellius lib. 20.cap.j. elegantem inter Sex.Cæcilium Iuriſcon.& Phauorinum philoſophum diſputationẽ de hac quoq; Legis particula. Tandem Cæcilius ſic diffinit:Ad terrorem peſsimorũ debitorum, qui addictionem quoque ſolam contemnerent, conſtitutum eſſe id genus pœnæ. Nihil profectò (inquit)immitius,nihil immanius:niſi (ut reipſa appareat) eo conſilio tanta immanitas pœnæ denunciata eſt, ne ad eam unquam perueniretur. Addici nanq; nunc atq; uinciri multos uidemus: quia uinculorum pœnam deterrimi homines contemnunt. Diſſectum eſſe antiquitus neminem equidem,neq; legi,neq; audiui.

¶ Qui falſum teſtimonium.] Saxum Tarpeium miræ altitudinis erat, à quo Lex uult deijci eum qui falſum dixerit teſtimonium. Sed hodie,non poteſt quis ſic damnari,ut de ſaxo præcipitetur,autore Modeſtino in.l. Si diutino.ff. De pœn. Eſt autem alijs pœnis utendum, pro qualitate admiſsi. Martianus in.l.j.in prin. Vlpianus in.l. Lege Cornelia.ff. Ad leg. Cornel. de falſ.l. Damus licentiam.C. eod.tit.

Profectò ſemper id obſeruatum animaduertere licet:quod propter frequentiam delictorum,pœnæ ſint exaſperatæ.l. Aut facta.§.ulti.ff. De pœn.l. Famoſi. ff. Ad Leg.Iuli.maieſta.l.j.§.Puniuntur.ff. De abige. Quocirca Marcellus optimum modum præſcribit omnibus Iudicibus, in.l. Reſpiciendum.ff. De pœn. An putas Phauorine (inquit Cæcilius) ſi non illa etiam ex XII. tabulis de teſtimonijs falſis pœna aboleuiſſet: & ſi nunc quoque ut antea, qui falſum teſtimonium dixiſſe cõuictus eſſet,è ſaxo Tarpeio deijceretur,mentituros fuiſſe pro teſtimonio tam multos,quàm uidemus? Acerbitas plerunq; ulciſcendi maleficij,bene atq; cautè uiuendi diſciplina eſt.

DE EMPTIONE, ET VENditione,de uſucapionibus.
TIT. IX.

Venditæ res & traditæ,poſt preciũ ſolutum,aut ſi alio modo ſatisfactũ exiſtat,emptori adquiruntor.

Furtiuæ res non uſucapiuntor.

Si libertus ab inteſtato moriatur,nullum hæredem ſuum relinquens, patronus ei ſuccedito.

INTERPRETATIO.

¶ Venditæ res & traditæ.] Hunc locum ſatis explicat Iuſtinianus Inſtit. De rer.diuiſio. Venditæ uerò res (inquit) & traditæ,non aliter emptori adquiruntur,quàm ſi is emptori precium ſoluerit,uel alio modo ei ſatisfecerit: ueluti ex promiſſore aut pignore dato. Quod quanquam cauetur ex Lege duodecim tabularum,tamen rectè dicitur & Iure gentium, id eſt, Iure naturali id effici. Ratio autem huius Iuris naturalis,eſt in.§. Per traditionem. Inſtit.eod.tit. Adi.l.j.ff. De contrahen. emptio.

Imaginaria autem, hoc eſt,ſimulata emptio, quæ hoc prætextu fit,ut aliquid habeatur,quod alioqui habere nõ liceret,neq; dominium transfert,neq; ullo modo ſubſiſtit. Nam nec reuera preciũ in ea interuenire ſolet. Vulgò ſimulatam dicimus, & inualidam ipſo Iure,ut Modeſtinus in.l.Contractus imaginarij.ff. De action.et obligat. Paulus in l. Nuda.ff. De contrahen. emption.l.Imaginaria.ff. De regul.Iur. Verum,quando in imaginariam uenditionem res licita deducitur, ad hoc ut modico tempore apud emptorem duret,tunc Iure permiſſa olim fuit,ut in manumittendis ſeruis & liberis,uel in faciendis teſtamentis,ut ſuprà. Non uidebant enim priſci ſeculi homines alium modum ſoluendæ dominicæ aut patriæ poteſtatis,quàm ut uterentur iſtius contractus formula,ad alienationem rerũ adcommodata. Porrò,indecorum eſſe putabant,ſi tanta poteſtas ſine magna ſolennitate remitteretur.

¶ Furtiuæ res,non uſucapiuntor.] Furtiuæ quoq; res (inquit Iuſtinianus Inſtit. De uſucapio.) & quæ ui poſſeſſæ ſunt: nec ſi prædicto longo tempore bona fide poſſeſſæ fuerint, uſucapi poſſunt. Nam furtiuarum rerum Lex XII. tabularum,& Lex Atilia inhibent uſucapionem: ui poſſeſſarum rerum, Lex Iulia & Plaucia, & cætera quæ ad declarationem huius regulæ Imperator ſubiungit.

¶ Si libertus ab inteſtato moriatur.] Olim (inquit Iuſtinianus) licebat liberto patronum ſuum impunè teſtamento præterire. Nam ita demum Lex duodecim tabularum ad hæreditatem liberti uocabat patronum,ſi inteſtatus mortuus eſſet libertus,hærede nullo relicto

relicto. Inſtit. De ſucceßio. liberto. Sed Prætor poſteà hoc Ius uariauit, uolens domino relinqui dimidiam bonorum liberti partem. Demum Iuſtinianus ſua conſtitutione diſtinguit inter bona liberti, utrũ ſint intra centum aureorũ ualorem, an uerò excedant. Non eſt operæpretiũ, ut curioſius hæc tractemus: plana eſt earum rerum lectio, non multum deſeruiens foro noſtro.

DE SERVITVTIBVS *& finibus regendis.*

TIT. X.

VIæ latitudo in porrectũ octo pedes: in anfractum, id eſt, ubi flexũ eſt, ſedecim habeto.

Si qui ſepem uel maceriam iuxta alterius regionem effoderint: terminum ne excedunto.

Si autem murum, pedem unum: ſi domum, duos pedes relinquunto.

Si uerò ſepulchrum aut foueam effoderint, quantum ſit profundum, tantundem relinquunto.

Si puteum, paſſum.

Oliuam autem aut ficum, nouem pedes ab extranea regione plantanto.

In cæteris autem arboribus, quinque pedes ſeruanto.

Si in agrum alterius arbor impendeat, uſque ad quindecim pedes à terra altius coercito.

Et ne umbra arboris uicino prædio noceat, quindecim pedes altius ramos arboris circumcidito.

Glandem in alienum fundum procidentem, colligere fas eſto.

Si aqua pluuia nocet, arceſto.

Seruitutum materia ex his Legibus admodum commodè colligi poteſt: quia tradunt regulas Iuris communis, contra quas ſi quis in ſuo ſolo permiſerit quicquam fieri, tunc conſtituitur ſeruitus.

INTERPRETATIO.

¶ *Viæ latitudo in porrectum.*] *Citat hunc locum ferè ad uerbum Caius in. l. Viæ latitudo. ff. De ſeruitu. ruſtic. præd. Via autem conſtitui poteſt, uel latior octo pedibus, uel anguſtior: ut tamen eam latitudinem habeat, qua uehiculum ire poteſt: alioqui iter erit, non uia, autore Paulo in. l. Via conſtitui. ff. eod. tit.*

¶ *Si qui ſepem uel maceriam.*] *Vetat Lex excedi terminum ſui ſoli ab ijs qui ſepem uel maceriam effodere uoluerint. Seps enim uel ſepes eſt, quæ obiecta introitum prohibet in agrum aut hortũ. Colum. lib. 10. Talis humus, uel parietibus, uel ſepibus, hirtis claudatur. Maceria autẽ uel maceries, murus eſt, ſiue paries, uel congeries lapidum, ad claudendũ uineas. Neutrum autem fieri commodè poteſt, niſi effodiatur primum locus, & paretur ſtructuræ ſepis aut maceriæ.*

Reliquæ Leges, quantum ad uerba attinet, nullam interpretationem deſiderant. Et de ſenſu earum latius diſputare, quàm quòd ſint fontes ſequentium Legum quæ in Pandectis extãt, noſtri non eſt inſtituti. Tractantur enim omnia hæc latius in Tit. ff. & C. De ſeruitut. urbano. & ruſtic. prædior. Caius autem Iuriſcon. in. l. ult. ff. Fini. regun. recenſet hanc Legem.

Illud obiter admonendum eſt: Quòd Imperatores hanc quinq; pedum præſcriptionem ſublatam eſſe noluerunt, ut ex locorum potius qualitate diſcernantur fines, quàm ex certa Lege, ſitq; libera finalis quæſtio. l. Quinq; pedum. C. Fini. regundo.

De glande legẽda Prætor edictum propoſuit, quod refert Vlpianus. ff. De gland. legend. Ait Prætor (inquit) glandem quæ ex illius agro in tuum cadit, quo minus illi tertio quoque die legere, auferre liceat, uim fieri ueto. Glandis nomine, omnes fructus cõtinentur, ut in. l. Qui uenenum. §. Glandis. ff. De uerbor. obligatio. Item, de aqua pluuia arcenda, eſt Tit. libro Pandectarum XXXIX.

DE INIVRIIS ALIISque *delictis.* TIT. XI.

DEfuncti iniuria non afficiuntor.

Si iniuriam alteri faxit, XXV. aſſes æris pœnæ ſunto.

Re, perſona, tempore, loco, atrociores iniuriæ iudicantor.

Si membrum ruperit meum, è pacto talio eſto.

Propter os uerò fractum, nummariæ pœnæ conſtitutæ ſunto.

Vim ingenuæ uirgini inferre, aut eã ſuaſione in tuam ſententiam trahere, caueto.

Sororem aut filiam in ſtupro depræhenſam, uendito.

Si puerum quis caſtrauerit, licet precioſiorem fecerit, quadruplũ præſtato.

Qui fruges excantaſſet, pœnas dato: neue alienam ſegetem pellexeris excantando.

Ne incantanto: ne agrũ defruganto.

Ne frugem aratro quæſitã, nocte furtim depaſcunto.

Puberes ſi ſecanto, Cereri eos ſuſpendunto.

Impuberes, arbitratu Prætoris uerberanto, ac noxam duplionemue decernunto.

Qui ſecus faxit, & terminum exaraſſit, ipſius & boues ſacri ſunto.

Matrimonia inter patres & plebeios, ſeparata ſunto.

Qui hoſteis cõcitauerit: quiue opem hoſti tradiderit, pœnam capitis dato.

Mœchũ in adulterio depræhenſum, necato.

Aſsiduo uindex aſsiduus eſto.

Proletario ciui, quiuis uolet, uindex eſto.

Si quadrupes pauperiem fecerit, animal quod cõmiſit noxã dato, aut noxæ æſtimationem ferto.

Videamus nũc de uarijs iniuriarum & delictorum generibus.

INTERPRETATIO.

¶ D*efuncti iniuria.*] N*on eſt pugnandũ cum* M*anibus, nec decet adfici iniuria eos qui hac uita ſunt defuncti.* N*am nihil nobis tum amplius cum illis commercij eſt. Si quid ex bonis controuerſiarum natum fuerit, hoc aduerſus hæredes expediendum eſt ciuiliter. Superius plura de hoc dicta ſunt, iuxta* Tit. Nouell. Ne *defunct. ſeu reliqui. eor.*

¶ *Si iniuriam alteri faxit.*] H*anc pœnã olim pro ſimplicitate temporum ueteres ſtatuerunt, quam in hodiernum diem multæ* C*iuitates ſequuntur, ut ex ſtatutis ſuis modica pecuniæ pœna, grauem iniuriam plectantur. Sed* P*ræ*tores *poſtea, permoti hominum malitia ſemper aucta, introduxerũt iniuriæ æſtimationem: præſertim ob unius inſignem improbitatem, quam apud* Gellium *lib. 20. cap. 1.* Phaucrinus P*hiloſophus refert, ubi & hanc legem impugnat:* Q*ui enim (inquiens) erit tam inops, quẽ ab iniuria faciẽda* XXV. *aſſes deterreant?* I*taque cum eam* L*egem* Q. *quoque* L*abeo ueſter in libris quos ad* XII. *tabulas conſcripſit, non probaret, inquit:* L. N*eratius fuit egregiè homo improbus, atque immani uerecundia.* I*s pro delectamento habebat, os hominis liberi manus ſuæ palma uerberare.* E*um ſeruus ſequebatur crumenã plenã aſsium portitans, & quæcunq; depalmauerat, numerari ſtatim ſecundum* XII. *tabulas,* V & XX. *aſſes iubebat.* P*ropterea* P*ræ*tores *poſteà hanc aboleſcere & relinqui cenſuerunt, iniurijsq́; æſtimandis recuperatores ſe daturos edixerunt.* R*ecuperatores autẽ dicebantur, quibus* P*ræ*tor I*uriſdictionem mandabat priuatarum cauſarum, à recuperando ſeu iterum acquirendo quod amiſſum erat, dicti, quos nunc* I*udices delegatos appellamus.* C*æcilius uerò* I*uriſconſultus ſic reſpondet philoſopho:* N*ec ideo contemnas* L*egum iſtarum antiquitates, quòd pleriſq; ipſis iam* P*opulus* R*oman. deſiuerit.* N*on enim profectò ignoras, legum oportunitates & medelas: pro temporum moribus, & pro rerum publicarum generibus, & pro utilitatum præſentium rationibus: proq́; itiorum quibus medendum eſt feruoribus, mutari atq; flecti.* A*d* l. j. & l. L*ex* C*ornelia. ff.* D*e iniuri.*

¶ R*e, perſona, tempore.*] V*lpianus in. l.* P*rætor edixit.* §. *ult. ff. eod. tit.* A*trocem iniuriã (inquit) quaſi contumelioſiorem & maiorem accipimus.* A*trocem autem iniuriam, aut pro perſona, aut tempore, aut re ipſa fieri,* L*abeo ait:* P*erſona atrocior iniuria fit, cum* M*agiſtratui, cum parenti, patronóue fiat.* T*empore, ſi in ludis & in conſpectu.* N*am in conſpectu* P*rætoris, an in ſolitudine iniuria facta fuerit, multum intereſſe ait: quia atrocior eſt quæ in conſpectu fit.* R*e, atrocem iniuriam haberi* L*abeo ait, utpote ſi uulnus illatum, os alicui percuſſum ſit.* V*ulneris magnitudo, atrocitatem facit.* E*t nonnunquam locus uulneris: ueluti oculo percuſſo.* I*dẽ refert* I*uſt. in.* §. A*trox iniur.* I*nſti.* D*e iniur.*

¶ *Si membrum ruperit meum.*] H*æc* L*ex (ut uides) ſtatuit pœnam talionis è pacto, hoc eſt, ſi ita maluerit inferens iniuriam, & niſi paciſcendo redemerit pecunia iniuriam, ut uel hinc uideas* G*ræcos* L*egiſlatores diligenter legiſſe tabulas* H*æbreorũ, ac in multis ſecutos eſſe.* N*ã &* M*oſaica lex talionẽ ſtatuit,* E*xod. 21.* S*inautem (inquiens) mors eius fuerit ſubſecuta, reddet animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manũ pro manu, pedem pro pede, aduſtionẽ pro aduſtione, uulnus pro uulnere, liuorem pro liuore.*

C*æcilius autem* I*uriſconſultus apud* G*ellium defendens & hanc* L*egis partem:* S*ed quoniam (inquit) acerbum quoque eſſe hoc genus pœnæ putas:* Q*uæ obſecro te iſta acerbitas eſt: ſi idem fiat in te, quod tu in alio feceris?* P*ræſertim, cum habeas facultatem paciſcendi, & non neceſſe ſit pati talionem, niſi eam tu elegeris?* Q*uod edictum autem* P*rætorium de æſtimandis iniurijs, probabilius eſſe his poteſt?* N*olo hoc ignores: hanc quoque ipſam talionem ad æſtimationem* I*udicis redigi neceſſariò ſolitã.* N*am ſi reus qui depaciſci noluerat,* I*udici talionem imperanti non parebat: æſtimata lite,* I*udex hominem pecuniæ damnabat: atque ita ſi reo & pactio grauis, & acerba talio uiſa fuerat, ſeueritas* L*egis, ad pecuniæ mulctam redibat.*

I*uſtinianus* I*nſtit.* D*e iniuri.* P*œna autem iniuriarum (ait) ex* L*ege* XII. *tabularum introducta eſt.* P*ropter membrum quidem ruptum talio erat: propter os uerò fractum, nummariæ pœnæ erant conſtitutæ, quaſi in magna ueterum paupertate.* S*ed poſtea* P*rætores permittebant ipſis, qui iniuriam paſsi ſunt, eam æſtimare: ut* I*udex, uel tanti reum condemnet, quanti iniuriam paſſus æſtimauerit: uel minoris, pro ut ei uiſum fuerit.* S*ed pœna quidem iniuriæ quæ ex* L*ege* XII. *tabularum introducta eſt, in deſuetudinem abijt: quam autem* P*rætores introduxerunt, quæ etiam* H*onoraria appellatur, in* I*udicijs frequentatur.* N*am ſecundum gradum dignitatis uitæq́; honeſtatem, creſcit aut minuitur æſtimatio iniuriæ.* Q*ui gradus condemnationis, & in ſeruili perſona non immeritò ſeruatur, ut aliud in ſeruo actore, aliud in medij actus homine, aliud in uiliſsimo uel compedito, ius æſtimationis conſtituatur.* S*ed &* L*ex* C*ornelia, de iniurijs loquitur, & iniuriarum actionem introduxit: quæ cõpetit ob eam rem, quòd ſe pulſatum quis uerberatum'ue, uel domũ ſuam ui introitam eſſe dicat.* D*omum autem accipimus, ſiue in propria domo quis habitet, ſiue in conducta, uel gratis, ſiue hoſpitio receptus ſit.*

¶ V*im ingenuæ uirgini.*] Q*uod hic* L*ex uim inferre dicit: alibi* I*mperatores raptũ appellant.* E*t quod cauendum eſſe iubet, uirginem ſuaſione in ſuam ſententiam trahere:* I*uriſconſulti, ſtuprũ ſine ui nuncupant.* Q*uò pertinet etiã ſi quis ut ad ſtuprum perueniat aſſectetur, uel alio modo pudicitiam tentet.* A*ſſectari enim eſt comitatum præſtare, non tantum foris, ſed & domi per urbem: quaſi aliquem præeuntem ſectari, uel officij, uel amicitiæ, uel alicuius commodi gratia, uti puer herum, filius patrem, diſcipulus præceptorem, cliens patronum, amator puellam,* C*icero de* O*ratore:* C*umq;*

maior

maior natu & conſularis Sergius Galba, aſſectaretur. Aſſectatio enim in re amatoria, principium eſſe ſolet ad ſtuprum.

Moſes Exod. 22. ſic præcipit: Si ſeduxerit quis uirginem nondum deſponſatam, dormieritq; cum ea: dotabit eam, & habebit eam uxorem. Si pater uirginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis, quam uirgines accipere conſueuerunt.

Iuſtinianus in eos etiam, qui non uſq; ad complexum peruenerint, ſed duntaxat tentare cœperint pudicitiam, actionem iniuriam conceßit. §. j. Inſtit. De iniuri. Et. l. Item apud Labeonem. §. Si quis uirgines. ff. eod. Titul.

Duplex igitur delictum eſt ea in re: alterum, quando ui rapitur: alterum, cum blandicijs quibuſdam expugnatur, pudicitia uirginum uel uiduarum. De priore quidem iam dictum eſt, & loquitur Iuſtinianus in §. Item Lex Iulia. Inſtit. De public. Iudic. Sed eadem (inquit) Lege Iulia, etiam ſtupri flagitiũ punitur, cum quis ſine ui, uel uirginem, uel uiduam honeſtè uiuentem ſtuprauerit. Pœnam autem eadem Lex irrogat peccatoribus: ſi honeſti ſint, publicationem partis dimidiæ eorum bonorum: ſi humiles, corporis coërcionem cum relegatione. De poſteriore uerò tractat inferius: Sin autem (inquiens) per uim raptus uirginis, uel uiduæ, uel ſanctimonialis, uel alterius fuerit perpetratus: tunc & peccatores, & hi qui opem huic flagitio dederunt, capite puniuntur, ſecundum noſtræ conſtitutionis diffinitionem. Ea autem conſtitutio eſt in. l. j. C. De rapt. uirgi. ſeu uidua. Raptores (ait) uirginum honeſtarum uel ingenuarum, ſiue iam deſponſatæ fuerint, ſiue non, uel quarumlibet uiduarum fœminarum, licet libertinæ uel ſeruæ alienæ ſint, peßima criminum peccantes, capitis ſupplicio plectendos decernimus: & maxime ſi deo fuerint uirgines uel uiduæ dedicatæ. Quod non ſolum ad iniuriam hominum, ſed ad ipſius omnipotentis Dei irreuerentiam committitur: maximè cum uirginitas uel caſtitas corrupta, reſtitui non poteſt. Et meritò mortis damnantur ſupplicio, cum nec ab homicidij crimine huiuſmodi raptores ſint uacui.

Pontificij uerò canones in ſtupro uirginum magis uidentur ſequi Moſen: ut aut ducat, aut dotet. Quod & humanius eſt. c. penulti. & ulti. De raptorib.

¶ *Sororem aut filiam.*] De hac Lege paulò pòſt.

¶ *Si puerum quis caſtrauerit.*] Vetat Lex caſtrari pueros, quod & poſteriores Legumlatores ſeueriore pœna prohibuerunt. Intelligi autem hic puerum poſſe pro ſeruo, non negauerim: iuxta Pauli reſponſum in. l. Puer. ff. De uerbor. ſignific. Ita tamen, ne quis dubitet multò magis & in liberis hominibus caſtrationem prohibitam eſſe.

Vlpianus in. l. Si ſeruus ſeruum. ff. Ad Leg. Aquili. Et ſi puerum quis (ait) caſtrauerit & preciosiorem fecerit: Iulianus ſcribit ceſſare Aquiliam, ſed iniuriarum erit agendum, aut ex Edicto Ædilium, aut in quadruplum ex Lege XII. tabularum. Triplex ergo competit actio. Sed tollitúrne altera per alteram in Iudiciũ productam? Reſpondeo: Ciuilis non tollitur per criminalem. l. j. C. Quand. ciuil. acti. crimi. præiudi. Sed criminalis per criminalem. l. Senatus. ff. De accuſati. Et ciuilis per ciuilem, niſi altera plus complectatur. l. j. ff. Vi bono. rapto.

Poſteà cum iſtæ actiones ad repellendum tantum crimen non ſufficerent, introducta fuit pœna Legis Corn. de ſicarijs. Marcell. in. l. iij. §. Qui hominem. Vlpianus in. l. iiij. ff. Ad Leg. Cornel. de ſicari. Tandem grauißima pœna, hoc eſt, capitis ultimum ſupplicium ab Imperatoribus eſt conſtitutum, in Tit. C. De eunuch. Sic enim accipienda eſt in. l. ij. eod. Titul. grauißima pœna, iuxta. l. Vltimum. ff. De pœn.

¶ *Qui fruges excantaſſet.*] Interdicit Lex magicis incantationibus, per quas alienæ ſegetes, aut impediuntur, aut pelliciuntur, alióue transferuntur. Hoc enim eſt quod ſequens clauſula generalis oſtendit: Ne agrum defruganto: quaſi dicat, nullo præſtigiarum genere fiat, ut ager ad ſterilitatem perducatur, ſcilicet ne fruges ferat ullas, uel non quales ſolebat anteà. Vergilius in Bucol.

Atq; ſatas aliò uidi traducere meſſes. Item:
Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.

Porrò, incredibile dictu eſt, quàm uarijs ſuperſtitionibus hoc etiam tempore ruſtici ſecundum eorum incredulitatem uexentur à Sathana, ut putent aliàs lac ademptum, aliàs fœtum, aliàs ſegetes, & uniuerſam agriculturæ rationem, non ad benedictionem Dei in uera fide: ſed ad meras præſtigias referunt. Quare meritò hæc Lex incantationes prohibet, ac uehementer damnat, ſicut ſuperius quoq; admonuimus, Gentes in hoc fuiſſe nobis aliquantò prudentiores adeoq; modeſtiores. Oportet autem Magiſtratus noſtros hoc malum non relinquere impunitum. Et propterea Vlpianus quoq; in. l. Item apud Labeonem. §. Si quis. ff. De iniur. dicit teneri conſtitutionibus Principum eos, qui aliquam illicitam diuinationem pollicentur, iuxta. l. Nemo habet. C. De mathema.

¶ *Ne frugem aratro quæſitam.*] Magna emphaſi Lex dicit: Aratro quæſitam frugem, quaſi uno uerbo comprehendens omnes ſudores rei ruſticæ, quos aratrum requirit. Quocirca literis proditum eſt elegans exemplum de C. Furnio Craſino. Is enim manumiſſus, cum multò plures fructus in paruo agello, quàm ex amplißimis agris uicinitas perciperet: in magnam inuidiam deuenit, tandemq; ceu ueneficijs & incantationibus aliorum fruges pelliceret, à Sp. Albino Curuli dies ei dicta eſt. Et cum Furnius timeret iniquius Iudicium: omne inſtrumentum ruſticum, graues ligones, ponderoſos uomeres, bouesq; ſaginatos in forum attulit, filiam item ualidam & bene ueſtitam. Hæc ſanè Quirites (inquit) mea ſunt ueneficia, cæterum uigilias & ſudores quos in excolendo agro pertuli, ob oculos ponere non poſſum. Quare ex hoc, omnium ſententijs abſolutus fuit.

Introducta autem fuit ex hac Lege actio, quæ de paſtu pecoris appellatur, cuius fit mentio in. l. Qui ſeruandarum. §. ulti. ff. De præſcript. uerb. Tametſi etiam utilis ex Lege Aquilia competat actio. l. Si boues. ff. Ad Leg. Aquil. l. ulti. C. eo. tit. Quòd ſi nõ alienam frugem, ſed glandem tuã depaſcas in alieno fundo cum uicini detrimento, conceditur actio præſcriptis uerbis, ut in. d. l. Qui ſeruandarum. §. ulti.

¶ *Puberes ſi ſecanto.*] *Adijcit pœnam pro rei & perſonarum qualitate. Nam ſi puberes ſecuerint fruges, ſuſpendi eos uult* Lex Cereri, *quam Deam frugum putauerunt, crimenq́; grauius quàm homicidium aut furtum alterius rei. Impuberes uerò iubet uerberari arbitrio Prætoris, qui & damni duplum decernere debet actori. Nec uideatur cuiquam de impubere iniquum quod hic dicitur: quia doli capaces ſunt intra eam ætatem, & furtum committere poſſunt. l. Impuberem. ff. De furt.*

Tenentur etiam furti actione tales contrectatores alienarum frugum. l. Verum eſt. Et. l. ſeq. l. Fullo. §. Frugibus. ff. dict. Tit. De arboribus item furtim cæſis inferius dicetur.

Illud autem prætereundum non eſt, quòd Lex priſco more duplionem dicit & ipſus, cum nos duplum dicamus & ipſe. Terentius ſæpè habet, ipſus. Et interim hoc loco animaduertere licet: Prætorem quoque tempore XII. tabularum fuiſſe. Quod ad cognitionem antiquitatis multum confert.

¶ *Qui ſecus faxit, & terminum exaraßit.*] *Quilibet ſui fundi terminos arando & colendo debet obſeruare, nec exarando excedere. Nam qui ſecus fecerit, ipſe cum iumentis ſit ſacer, & ultimo adficiendus ſupplicio, ſicut Numa primum conſtituit. Variata fuit tamen hæc pœna per ſuccedentes Legislatores, ut in Tit. ff. De termi. mot. Vbi Calliſtratus in. l. ij. Diuus Adrianus (inquit) in hæc uerba reſcripſit: Quin peſſimum factum ſit eorum, qui terminos finium cauſa poſitos protulerint, dubitari non poteſt: de pœna tamen eorum modus ex conditione perſonæ, ex mente facientis, magis ſtatui poteſt. Et refert deinde duas Leges agrarias Caij Cæſaris & Neruæ Imperatorum.*

¶ *Matrimonia inter patres.*] *Quò magis Veteres retinerent gradus perſonarum & dignitatem cum decoro, diſtinguebant diligenter Senatorium ſeu Patricium ordinem à plebeio: ideoq́; matrimonia inter Patres aut eorum liberos, & plebeias perſonas noluerunt contrahi, contractaq́; iuſſerunt ſeparari, ut hic uidemus. Iulianus. ff. De rit. nupt. Lege Papia (inquit) cauetur: omnibus ingenuis, præter Senatores eorumq́; liberos, libertinam uxorem habere licere. Accedit Paulus in. l. Lege Iulia. ff. eod. Tit. Et Imperator in. l. iij. C. De nupt. Verum, huic Iuri detrahitur, quatenus ad libertinos attinet. Nouell. Vt libert. de cæter. aure. annu. §. Si quis autem. Hodie certè nulla matrimonij differentia eſt conſtituenda, modo ut publica honeſtas & legitima forma ſeruetur.*

¶ *Qui hoſteis concitauerit.*] *Peßimum crimen eſt & pernitioſum, ſi quis ex ciuium numero hoſtes animet aduerſus patriam, aut opem ferat illis, conſilio uel quouis obſequio. Martianus in. l. iij. ff. Ad Leg. Iuli. maieſta. Lex duodecim tabularum (inquit) iubet eum, qui hoſtes concitauerit, qui ue opem hoſtibus tradiderit, capite puniri. Atq; utinam non domeſtica quoque huius mali exempla demonſtrari poſſent, de quibus aliàs plura.*

¶ *Mœchum in adulterio deprehenſum.*] *Superius dixit: Sororem aut filiam in ſtupro deprehenſam, uendi debere. Hic uerò permittit Lex mœchum in adulterio deprehenſum, necari. Quod cum per Legem Iuliā repetitum eſſet, pulchrè interpretantur, Pomponius in l. Patri. Vlpianus in. l. ſeq. Et Papinianus in. l. Nec in ea Lege. ff. Ad Leg. Iuli. de adulte. Ideo autem (inquit) patri, non marito, mulierem & omnem adulterum permiſſum eſt occidere: quod plerunq; pietas paterni nominis conſilium pro liberis capit. Cæterum, mariti calor & impetus facile ſæuientis, fuit refrenandus. Et Vlpianus in. l. ſeq. Quòd ait Lex: (inquit) cum in filia adulterum deprehenderit, non ocioſum uidetur. Voluit enim ita demum hanc poteſtatem patri competere, ſi in ipſa turpitudine filiam cum adultero deprehendat. Labeo quoq; ita probat, & Pomponius ſcribit, in ipſis rebus Venereis deprehenſum occidi. Et hoc eſt quod Solon & Draco dicunt* ἐν ἔργῳ. *Qui locus ſanè corruptißimus, ab Haloandro noſtro reſtitutus eſt. De marito tractat Martianus in. l. Marito quoque. ff. eod. Tit.*

Verum huic occidendi licentiæ, cum mirum in modum abuterentur pleriq;, detractum fuit poſterioribus Legibus, ut potius locum habeat id, quod de retinendo adultero teſtandæ eius rei gratia, eleganter ſcribit Vlpianus in. l. Capite quinto. ff. dict. Titul. Tractatur à Iuriſperitis recentioribus in. l. Gracchus. C. eod. Tit.

Illud obſeruandum eſt, Quòd tametſi adulterium in nupta admittatur: ſtuprum in uidua uel uirgine, iuxta. l. Stuprum. ff. Ad Leg. Iul. de adulteri. ſæpè tamen hanc aut ſimilem differentiam, Leges non ſequuntur, foro deſeruientes.

¶ *Aßiduo, uindex aßiduus eſto.*] *Hoc eſt: Locupletis cauſam & iniuriam, locuples uindicandam tueatur damq́; ſuſcipiat. Pauperis uerò litem, quilibet ciuis agendi, facultatē habeat, ne poßit ei inopiæ exceptio opponi. Sic enim Cicero ipſe interpretandam hanc ſententiam in Lege Ælia Sentia, quæ eadem ex XII. tabularum mutuata fuit, in Topicis teſtatur.*

Aßiduus enim pro locuplete accipitur, & ab aßibus, id eſt, ære dando, quoties tēpora Reipublicæ exigerent, dictus eſt. Item, ab aßiduitate muneris publici, quod non niſi diuites ſubire poſſent, ut Gellius quoque tractat lib. 16. cap. 10.

Vindex autem eſt, qui alterius cauſam ſuſcipit uindicandam, ueluti quos nunc procuratores uocamus, ut dicit Boetius in dicto loco Ciceronis. Proletarius item quis dicatur, Paulus Poeta apud Gelliū explicat: Qui in plebe (inquit) Romana tenuißimi pauperrimiq́; erant, neque amplius quàm mille quingentum æris in cenſum deferebant, proletarij appellati ſunt. Qui uerò nullo aut perquàm paruo ære cenſebantur, capite cenſi uocabantur.

¶ *Si quadrupes pauperiem fecerit.*] *Vlpianus: Si quadrupes (inquit) pauperiem feciſſe dicatur, actio ex duodecim tabulis deſcendit. Quæ Lex uoluit, aut dari quod nocuit, id eſt, id animal quod noxiam commiſit, aut æſtimationem noxiæ offerre. Noxia enim eſt ipſum delictum. Et rurſus: Pauperies (ait) eſt damnum ſine iniuria facientis datum. Nec enim poteſt dici animal iniuriam feciſſe, quod ſenſu caret. l. j. ff. Si quadru. pauperi. feciß. dic.*

DE FVR-

DE FVRTIS. TIT. XII.

FVrem qui manifeſto furto præhenſus erit: ſi furtum, aut noctu faciat, aut interdiu cum præhēderetur, ſe telo defendat, occidito.

E cæteris manifeſtis furibus, liberos uerberato, & ei cui luci factum furtum erit, ſi ſe telo non defendat, addicito.

Seruos autem manifeſto furto præhenſos, uerberibus adficito, & è ſaxo præcipitato.

Pueros impuberes, Prætoris arbitratu uerberato, noxamq; ab his factam ſarciri facito.

Furta quæ per lancem liciumq; concepta erunt, ſicut manifeſta uindicator

Tignum alienũ furtiuum ædibus uel uineis ſuis iniunctum, ne quis eximere cogitor: ſed duplum pro eo per actionem de tigno iniuncto, præſtare compellitor.

Si tibi furtim arbores cæſæ ſint, agito.

INTERPRETATIO.

¶ *Furem qui manifeſto furto præhenſus erit.*] *Furtum (inquit Paulus) à furuo, id eſt, à nigro dictum Labeo ait: quod clàm & obſcurè fiat & plerunq; noctè: Vel à fraude, ut Sabinus ait, & à ferendo, id eſt, auferendo: Vel à Græco ſermone, quòd* φῶρας *apellant fures. Imò & Græci à ferendo* φῶρας *dixerunt. Furtum, eſt contrectatio fraudulòſa, lucri faciendi gratia, uel ipſius rei, uel etiam uſus eius poſſeßioniſue, quod Lege naturali prohibitum eſt admittere. l. j. ff. de furt.*

Furtorum autem genera ſunt duo, manifeſtum, & nec manifeſtũ. Sic enim olim loquebantur, ſicut nunc dicimus non manifeſtum. Caius in. l. ij. Item Vlpianus in. l. iij. Fur (inquit) manifeſtus eſt, quem Græci ἐπ' αὐτοφώρῳ *adpellant, hoc eſt, qui depræhenditur cum furto. Et parui refert, à quo depræhendatur, utrum ab eo cuius res fuit, an ab alio. Sed utrum ita demum fur ſit manifeſtus, ſi in faciendo furto depræhendatur, an uerò & ſi alibi fuerit depræhenſus? Et magis eſt (ut & Iulianus ſcripſit) & ſi non ibi depræhendatur, ubi furtum fecit: attamen eſſe furem manifeſtum, ſi cum re furtiua fuerit adpræhenſus, priuſquam eo loci pertulerit, quo deſtinauerat. Paulus in. l. iiij. Quò deſtinauerit (ait) quis auferre, ſic accipiendum eſt, quò deſtinauerit eo die manere cum eo furto. Ex quibus ferè Iuriſconſultorum reſponſis, totam huius Legis ſeriem intelligere licet.*

Quatenus uerò ad pœnas attinet quibus furta coerceantur, mirum in modum Legiſlatores ab initio uariè ſtatuerunt, & crediderim in nullo delicti genere toties mutatam eſſe pœnam. Qua in re primum audiamus Gellium lib. XI. cap. XVIII. Draco Athenienſis (ait) uir bonus, multaq; eſſe prudentia exiſtimatus eſt: Iuriſq; diuini & humani peritus fuit. Is Draco Leges, quibus Athenienſes uterentur, primus omnium tulit. In illis Legibus, furem cuiuſcunq; modi furti, ſupplicio capitis puniendum eſſe, & alia pleraq; nimis ſeuerè cenſuit ſanxitq;. Eius igitur Leges, quoniam uidebantur impendio acerbiores, non decreto iuſſuq;, ſed tacito illiteratoq; Athenienſium conſenſu, obliteratæ ſunt.

Poſteà Legibus alijs mitioribus à Solone compoſitis uſi ſunt. Is Solon ex ſeptem illis inclytis ſapientibus fuit. Is ſua Lege in fures, non (ut Draco antea) mortis, ſed dupli pœna uindicandum exiſtimauit.

Decemuiri autem noſtri, qui poſt Reges exactos, Leges quibus populus Romanus uteretur, in XII. tab. ſcripſerunt: neq; pari ſeueritate in puniendis omnium generum furibus: neq; remiſſa nimis lenitate uſi ſunt. Nam furem qui manifeſto furto præhenſus eſſet, tum demum occidi permiſerunt: ſi aut cum faceret furtum, nox eſſet: aut interdiu ſe telo, cum præhenderetur, defenderet. Hæc Gellius, referens penè uerba iſtius Legis de furto puniendo.

Sed iterum nonnihil diſceſſum fuit à pœna X uirorum, reducta pœna Solonis pecuniaria. Cui Prætor adiecit pœnam quadrupli in furto manifeſto, ut eſt uidere in. §. Pœna. Inſtit. De obliga. quæ ex delict. naſc. §. In duplum. Et. §. Quadrupli. Inſtit. De acti. Quæ pœna Moſaicis quoque Legib. ferè accedit, Exo. 22. Hinc eſt, quòd actionem furti nec manifeſti, appellant Ciuilem: quia ex Legibus Solonis habet pœnam dupli, cum ad rem ipſam quoq; ſecundum Solonis ſententiam, & ſic in triplum competeret. Sed duriore interpretatione quam requirebat hoc delictum, fuit receptum, ut triplum totum eſſet pœna, alijs actionibus ad rem ipſam conceßis. §. ulti. Inſtit. De obliga. quæ ex delict. naſcun. Quamobrem Iuſtinianus in. §. j. Inſtit. De noxa. acti. Sunt autem cōſtitutæ (ait) noxales actiones, aut Legibus, aut edicto Prætoris. Legibus ueluti furti ex Lege XII. tabularum. Actionem uerò ex furto manifeſto, quoniam quadruplum continet, incognitum planè Draconi & Soloni: Prætoriam nuncupāt. §. j. Inſtit. De perpe. & tem. acti. Furti quoq; (inquit Iuſtinianus) manifeſti, quamuis ex Prætoris iuriſdictione proficiſcatur, tamen perpetuò datur.

Deinde, cum furta uehementer nocere uiderentur omnibus, adeò diſplicuerunt, ut rurſus à pœna pecuniaria diſcederetur ad corporis caſtigationem. Et cœperunt pleræq; Gentes membra furibus abſcindere, cuius iam nunc imaginem retinemus, cum abſcinduntur aures, uel lingua, aut cum effodiuntur oculi. Sed hoc cum Iuſtiniano diſpliceret, permiſit quidem aliud caſtigandi genus: membri tamen diſſolutione interdicta. Nouell. Vt null. Iudic. lic. hab. loc. ſerua. § ulti. Fures autem (inquit) uocamus, qui occultè & ſine armis huiuſmodi delinquunt. Alios uerò graſſatores, & cum ablatione rerum, armatam uim coniungentes, legitimis relinquit pœnis, quæ ſunt in. l. Capitalium. §. Famoſos. ff. De pœn. Quem locum inſulſe multi torquent, nec percipiunt.

Illud autem ſemper obtinuit & nominatam immutationem non habuit, quòd fur nocturnus, aut interdiu compræhenſus telo ſe defendens, rectè poſſet occidi, ſicut hac Lege XII. tabularum ſecundum X uiros

ſancitum

ſancitum fuit. Ratio: quia utroq; caſu, homicidij mala copulari uidebantur cum delicto furti, nempe quòd noctu ſæpe occiderentur homines, ne clamore facto furibus ſe opponerent. Et is, qui ablatis rebus ſe aduerſus dominum repoſcentem furta defendit armis: quid aliud facit, quàm quod delictum duplicat, uolens & rebus & corpori nocere? Subſcribit ergo huic Iuri Vlpianus in l. Si pignore. §. Furem. ff. De furt. Et in l. Furem nocturnum. ff. Ad Leg. Cornel. de ſicari.

Tandem cum experientia doceret, nullam pœnam pecuniariam in hoc delinquendi genere malitijs hominum ſufficere: Fridericus Imperator eius nominis primus conſtituit: eum qui rem quinque ſolidis æſtimandam furaretur, laqueo ſuſpendendum: Si minus, ſcopis caſtigandum eſſe. §. ult. De pac. tenend. & eius uiolato. In uſib. feudo. Quanquã idem Fridericus altero Tit. De pac. tenend. Iniuria (inquit) ſeu furtum legitimè puniatur. Quibus uerbis plerique Doctores putant ſuperiorem conſtitutionem exauthoratam eſſe: quaſi iſtud Legitimè, non pertineat ad ſuas, ſed ad alias Romanorum Leges. Verum, quid prohibet etiam de ſua eum Lege loqui? Porrò, ſi conſuetudinem adhibeamus interpretem, conſtat receptam eſſe uelut Iure gentium pœnam furcæ apud omnes.

Non poſſum hic non adſcribere ea, quæ Gellius in loco ſuperius citato referens: Id etiam (inquit) memini legere me in libro Ariſtonis Iureconſulti, haud quaquàm indocti uiri: Apud ueteres Ægyptios (quod genus homines conſtat in artibus reperiendis ſolertes extitiſſe, & in cognitione rerum indaganda ſagaces) furta omnia fuiſſe licita & impunita.

Apud Lacedæmonios quoq; ſobrios illos & acres uiros (cuius rei non adeò ut Ægyptijs, fides longinqua eſt) non pauci, neq; ignobiles ſcriptores, qui de moribus Legibusq; eorum memoriam condiderunt: ius atque uſum fuiſſe furandi dicunt. Idq; à iuuentute eorum, non ob turpia lucra, neque ad ſumptum libidini præbendum, comparandamúe opulentiam, ſed pro exercitio diſciplinaq; rei bellicæ factitatum. Quòd & furandi ſolertia & adſuetudo, acueret obfirmaretq; animos adoleſcentium: & ad inſidiarum aſtus, & ad uigilandi tolerantiam, & obrependi celeritatem. O ſtultam Gentium prudentiam, quæ putat ex uitijs parari uirtutem.

Rectius certè M. Catonem dixiſſe, idem Gellius ſcribit: Fures priuatorum furtorum, in neruo atque in compedibus ætatem agere, fures publicos, in auro atq; in purpura.

¶ Furta quæ per lancem liciumq;.] Ingenioſa eſt hominum malicia ad peccandum. Quare & fures ut propoſitam alienarum rerum contrectationem interdiu commodius expedirent, non operta facie domum intrabant: ſed licio ſeu filo cincti, lancem duobus foraminibus aptatam ante oculos habebant: ut matres familiarum, aut uirgines, aliæ'ue ancillæ in domo fortè fortuna obuiæ terrerentur, fugerentq; potius, quàm quòd de cognoſcendo uel obſeruando fure eſſent ſolicitæ, ac interim illi res ſubriperent.

Lanx enim uas eſcarium paulò minus quàm patella excauatum, dicebatur. Erant autem lances maximæ, mediæ, minimæ: quarum fit mentio in l. Qui lancem. Et in l. Veſtis. ff. De aur. & argent. legat. l. Si in rem aliquis agat. ff. de Rei uendicat. Cæterum, lances pro ſtateris more antiquo, quod ad lancium formam ſtateræ fieri ſolerent, accipiuntur in. l. Cum quis. C. De naturalib. liber.

Teli ſignificatio hic comprehendit omne quod mittitur manu. l. Si caluitur. §. Telum. ff. De uerbo. ſignific. Sic enim Haloãder rectè legit, à caluo, caluis, quod eſt decipio. Noxa autem, omne quidem delictum & damnum ex eo datum ſignificat: hic tamen ad furtum pertinet. l. Plebs eſt. §. ulti. ff. eod. Tit.

¶ Tignum alienum furtiuum.] Vlpianus: Lex duodecim tabularum (inquit) neque ſoluere permittit tignum furtiuum ædibus uel uineis iniunctum: neq; uendicare. Quod prouidenter Lex efficit, ne uel ædificia ſub hoc prætextu diruantur, uel uinearum cultura turbetur. Sed in eum, qui conuictus eſt iunxiſſe, in duplum dat actionem. Tigni autem appellatione continetur omnis materia, ex qua ædificium conſtet, uineæq; neceſſaria. l. j. ff. de tign. iniunct.

¶ Si tibi furtim arbores.] Paulus hunc locum pulchrè declarans: Si furtim (inquit) arbores cæſæ ſint, & ex Lege Aquilia, & ex Lege duodecim Tabularum, dandam actionem Labeo ait. Sed Trebatius ita utranq; dandam ait: ut Iudex in poſteriorem deducat id, quod ex prima conſecutus ſit, & ex reliquo condemnet eum. l. j. ff. Arbo. furt. cæſar. Caius ſic addit in l. ij. Sciendum eſt autem eos qui arbores, & maximè qui uites ceciderint, etiam tanquam latrones puniri. Seruatur hodie hæc pœna diligenter apud multos, ut uitam certa pecunia redimere teneatur, arborem cædens.

Prætor quoq; edictum propoſuit de arboribus cædendis: ut niſi dominus arborem in alienas ædes aut fundum impendentem, adimere uelit interpellatus, liceat tunc ei, cui arbor officit, ſuccidere eam, lignaq; tollere. Deinde ait Prætor: Quæ arbor ex agro tuo in agrum illius impendeat, ſi per te ſtat quo minus pedes quindecim à terra eam altius coerceas, tunc quo minus illi ita coercere lignaq; ſibi habere liceat, uim fieri ueto. Quod ait Prætor (inquit Vlpianus) & Lex XII. Tabularum efficere uoluit: ut quindecim pedes altius rami arboris circumcidantur. Et hoc idcirco factum eſt, ne umbra arboris uicino prædio noceret. Differentia duorum capitum hæc eſt. Siquidem arbor ædibus impendeat, ſuccidi eam præcipitur. Si uerò agro impendeat, tantum uſque ad quindecim pedes à terra coërceri.

AD LECTOREM.

HÆc habui quæ in has XII. tabularum Leges ſcribenda operæprecium duxi, ſcilicet ad interpretationem Iuris foro noſtro deſeruientem, & fontes Legum Romanarum magis reſpiciens, quàm ad multa priſci ſeculi exempla. Nam ſi hæc requiras, adi Liuiũ, Valerium, & alios antiquitatis hiſtoriographos, qui ſyluam adeò exemplorum tibi exhibebunt. Interim, bone lector, non tam quid ueteres egerint, quàm quid nos hodie facere oporteat imitatione uirtutis, ſis curioſus, & fruere his tabulis.

D. IA-

D. IACOBVS SPIEGEL LECTORI S. D.

IN hac æditione, Riualliana omiſſa, ſecutus ſum Oldendorpianam ſeriem aptè coherentem: nec ea contentus, ſcholia quoq; Oldendorpiana, ceu uberiora meis Scholiolis, quæ in cap. 1. tituli, & aliquot. 2. adieceram, ut merebantur, antepoſui: quòd ex illis per ocium repetitis non pauca, eademq; obſeruatione digna indicauimus duntaxat, huc candidum Lectorem remittendo.

EIVSDEM SCHOLIA IN LEGES Duodecim Tabularum.

DE RELIGIONE. TIT. I.

De cultu Deorum Cap. I.

AD *diuos adeunto.] Vide Cyllenium Tibulli interpretem, Eleg. 1. lib. 2. in princ. ſuper illud, Caſta placent ſuperis. Porrò haud multum abludit, quòd Dominus apud Matth. cap. 5. pronunciat Deum ſibi propitium habituros, qui eum ſimplici puroq; corde, hoc eſt, abſq; omni hypocriſi & dolo colit. Nihil enim ad rem, teſte Aretio, quæ nonnulli de caſtitate in illum tranſtulerunt: quamuis nec hæc damnanda ſit, quum animi modo cultus Deo longè gratiſsimus adſit. Tales enim cultores quærit pater, qui in ſpiritu adorēt, cum ipſe ſit ſpiritus. Itaq; fac quantum potes, à corpore te abducas, & ad illum quantum potes accedas, & gratiſsimum immolaris ſacrificium. Obſerua quòd in Paganiſmo homines in Deorum numerum relati & Dei & Heroes & Diui uocabantur, quanquam inter eos differentia. Sed & alij diuos deis prætulerunt, alij contrà Deos præſtare diuis arbitrati ſunt. Fuere enim qui deos perpetuos, Diuos ex hominibus fidos dicerent, ut eſt apud Seruium. Varronis tamen & Teij autoritate, Diui perpetui credebantur, Dei propter conſecrationem timebantur. Heroes autem Diuis minores habebantur: unde Horat. in Arte. Intererit multum diuus ne loquatur an heros. Plato in. 4. de Legibus, tres ordines Deorum ponit: Deos, Dæmones, & Heroes: ſed hi poſtremi, ad deos uidentur pertinere. Heſiodus primus omnium, quatuor rationalis naturæ ordines, primos deos, hinc dæmones, tum Heroas, infimos homines, è quibus Dæmones & Heroes fiant, ſi bene uixerint.*

¶ *Caſte.] Pie, religioſe: ne putes uni tantum uirginitati uerè Dei cultum attribuendum.*

¶ *Opes amouento.] Huic lumen adfert, quod Seruator Luc. 14. ait, Non poſſe ſuum diſcipulum eſſe, niſi qui omnibus, quæ poſsidet, renunciauerit. Aptè monet hic Oldend. Dominum noſtrum pauperes ſpiritu etiam uelle in medijs diuitijs, cuiuſmodi Abraham, & Dauid, ac alios ſanctos fuiſſe conſtat: tametſi ditiſsimi ſecundum carnem fuerint, ac uixerint ſæpius commodiſsimè: animus illorum nihil iſta carnalia morabatur.*

De Templis & Lucis. Caput II.

DE*lubra] Ligna ſunt delibrata, hoc eſt, decorticata raſaq;, pro ſimulachris deorum ueteri more poſita, ut ſcribit Verrius. At Aſconius hanc Verrij ſententiam damnauit. Alij delubra ſtatuunt ea templa, in quibus ſunt delubra corporum abluendorum, more Dodonei Iouis, aut Apollinis Delphici: in quorum delubris Lebetes Tripodesq; uiſuntur. Templa & delubra ſimul, ſæpe dicit Cicero. Aſconio Pediano in Ciceronis diuinationem autore, ſunt qui templa eſſe dicant ſingulorum locorum dijs attributorum, delubra multarum ædium ſub uno tectò à diluuio pluuiæ munitarum. Vide Parrhaſi. Comment. 1. in Raptum Proſerpinæ Claudiani.*

¶ *Larium ſedes.] Lares eoſdem eſſe, quos Genios Apuleius ſentit, quod facit, Viue teſte, ex multorum ueterum autoritate: ſicut Cenſorinus probat in lib. de Die Natali. Hos Genios & Lares Capella etiam præſtites uocat, & angelos. Volunt unicuique hominum appoſitum Dæmonem bonum, & malum: hoc eſt, rationem, quæ ad meliora ſemper hortatur, & libidinem, quæ ad peiora. Hic eſt Larua & Genius malus, ille bonus Genius & Lar. Si Larua traxerit ad ſe totum hominem, is ab ea poſt uitam damnatur, & ſuæ ſtulticiæ dat pœnas, ſin Lari fuerit audiens dicto, purgatus purusq; in Beatorum loca ſedesq; remigrabit, ductus ab eo, quem in uita ſecutus eſt Lare. Hinc deo irato meo, apud Terentium in Phormione: & rurſus propitio, apud Næuiū in Stalagmonis, teſte Donato. Eadem propè eſt ſententia Platonis, in ultimo de Rep. quum animos ad iudicium ferri dicit. Quin & noſtrates Theologi ueteres, ut opinatur Eraſ. ſecuti, duos unicuique Genios, quos angelos uocant, ab ipſo protinus exordio uitæ adſcribunt: amicum, qui commoda noſtra procuret: malum, qui modis omnibus in exitium noſtrum immineat. Vide Marſilium Ficinum in Argumento lib. 9. iam citatum. Adiq; Chiliades Eraſ. & Alexand. cap. 4. lib. Sexti Genialiū dierum. Rhodig. cap. 24. lib. 1. Lection. Antiq. Io. Lud. Viuē, qui diligentiſsimè de Genijs & Laribus in cap. 11. lib. 9. de Ciuitate dei, apud D. Auguſtinum non pauca admonuit.*

De duplici Deorum genere. Caput III.

HEſiodus,teſte Euſebio,triginta millia Deorum in terris fuiſſe teſtatur, quorum mortes & ſepulturas Euhemerus collectis undiq; ipſorũ Epitaphijs conſcripſit,teſtis Cicero & Lactantius.

¶ Et eos, qui cœleſtes ſemper habiti.] Romani quoſdam Deos ſummos nominabant,medioxumos alios,alios heroes infimos,quaſi terreſtres,ab ἔρα, quam ueteres terram dicebant,ut Capella perhibet. Medioxumos dixere, quos merita incœlum uocarunt,ut ſcribit Cicero in Legibus:hoc eſt,ſemideos, uelut Hybridas quoſdam ex mortali & immortali progenitos, ut Herculem,Liberum,&c. Heroes ſunt ex utroq; mortali parente nati,qui meritis fœliciorem quandam nocti ſunt ſortem, quàm uulgus generis humani. Addunt quidam Semones.

¶ Herculem.] Cicero lib.3.de Nat.Deorum dicit, fuiſſe ſex Hercules à ueteribus celebratos. M. Varro quatuor & quadraginta Hercules recenſet. Seruius quatuor Hercules facit. 8. Æneid. Itaq; de numero non conſtat. Tacitus Annal.lib.2.ſcribit,Lybies dicere antiquiſsimum Herculem natum apud ſe, eosq́; qui pari uirtute fuerint, in cognomentum eius adſcitos. Mirum eſt quod de Herculis ſimulachro ex Tyro ſponte ſua profecto narrat hic Leonicus cap.11. lib.1. De uaria hiſtoria, Quòd Heraclides Ponticus ſcriptum reliquit,Hercules quatuor cubitis & pede longior fuit. Eius uerò ſtaturam,qua ratione Pythagoras deprehenderit, Gellius ex Plutarcho refert. Vide Parrhaſ. in Præfation.lib.2.ad finem.

¶ Liberum.] Seneca in lib.de Tranquillitate uitæ: Bacchum Liberum eſſe dictum interpretatur, non ob linguæ licentiam,ſed quia liberat ſeruitio curarũ animum:& aſſerit,uegetiorem, & audaciorem in omnes conatus facit. Idcirco liberalius interdum potandum. Verum Eraſmica Moria minimè ſtulte monuit, ſimul atq; uillum,inquiens,edormieris,protinus albis(ut aiunt)quadrigis recurrunt animi moleſtiæ.

¶ Æſculapium.] Cicero lib. 2.de Nat. Deorum, tres commemorat Æſculapios, quorum primus Apollinis filius,quem Arcades colunt. Secundus ſecundi Mercurij,Valentis & Pheronidis filij frater, is fulmine percuſſus dicitur humatus eſſe Cynoſuris. Tertius Arſippi & Arſinoæ, qui primus purgationem alui, dentisq́; euulſionem(ut ferunt)inuenit: cuius in Arcadia non longè à Luſio flumine ſepulchrum & lucus oſtenditur. Corn. Celſus Æſculapium illum nobilem medicum in Deorum numerum receptum tradit,cum medicinam adhuc rudem paulò ſubtilius excoluiſſet.

¶ Caſtorem,Pollucẽ.] Iuuenes fuiſſe inſignes,omnis teſtetur antiquitas, & ante alia legitur eos ex Argonautis fuiſſe. Vide Bocatium cap.7.lib. 11. de Genealog. Deorum. Lactantius,omnium miſerrimos,non Deos fuiſſe oſtendit,cap. 10. lib.1. Lege & Viuem in cap.14.lib.18.de Ciuit. Dei.

¶ Quirinum.] Romulum,de quo plura Bocatius cap.ult. lib. 9. Huius translationem in Deum narrat Ouidius in fine quarti & decimi Metamorph. Cæterum ut nomen Deorũ falſo adſcribitur Dijs Gentium, ita tamen & Angelis ſanctis & hominibus iuſtis commune eſt:nam D.Cyprianus autor eſt, Deos participatione plures eſſe neminem negare, & Boetius omnem beatum ait Deum eſſe,ſed natura unicum eſſe Deum,participatione nihil prohibere plures eſſe. Ac profectò data eſt nobis per Chriſtum facultas, ut filij dei ſimus.Lege cap.ult.lib.9.de Ciuit. Dei.

De Ferijs. Cap. IIII.

IN Lexico,de Ferijs non pauca indicauimus, quibus adde,quod Feriæ Latinæ non alibi, quàm in monte Albano fiebant:quemadmodum ſacra Paraſceues non niſi Hieroſolymis celebrare fas erat.

¶ Patratis, id eſt,perfectis.] Papinius, Sceleriſq́; patrati ſupplicium expendunt curæ. Priſci enim patrare,non ſolum cum opera liberis daretur, ſed etiam cum aliud quidpiam iam incœptum,ad finem perduceretur,uſurparunt. Hinc Patres patrati dicti, quòd ad patrandum,id eſt,peragendum iuramentum,ubi de fœderibus conuenerat,mitterentur.

De Hoſtijs & Officijs ſacerdotum. Caput V.

FLamines ſunto.] Adde quæ annotat Viues,in caput 15.lib.2.de Ciuit. Dei.

¶ Virgines Veſtales.] Vide eundem Viuem,in cap. 10.eiuſdem operis.

De duobus Sacerdotum generibus. Caput VI.

PVblici Augures.] Augurum diſciplina antiquiſſima eſt,ex Aſia in Græciam: hinc in Hetruriam allata,& ad Aborigines Latij,inde Romam. Romulus Augur fuit,& tres Augures inſtituit, ut Dionyſius perhibet. Idem Liuius,qui unicuiq; Tribuum ſuum augurem datum ſcribit. Additus eſt quartus, procedente tempore. Pòſt quinque adiecti, ut eſſent nouem. Non autem alij conſtituebantur à Romanis,quàm illuſtres uiri Augures,ut fuerunt Marcellus,Cicero & alij ſimiles.

¶ Regionibus ratis.] Hunc locum explicat latius ex Liuio Riuallius.

¶ Diſceptanto.] Vide in Lexico.

¶ Aruſpices.] Vide ibidem,Haruſpices.

¶ Fœciales.] Vide Nonium. Ab horum officio Zaſ.putat emerſiſſe uſum Repreſſaliarum, quas Bart. uoluit noua conſuetudine inductas.

¶ Oſcina pianto.] Hoc uerbum pro,colere & cuſtodire,accipi Nonius probat,è Plauti Aſinaria locum citans. Inde piaculum pro ſacrificio & cultu, interdum ponitur:ut apud Virgil. Ea prima piacula ſunto. Idem pro criminibus & flagitijs uſurpat, quum canit, Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem. Plinius omnes aues quæ canunt,dici exiſtimat Oſcines:unde Oſcinum,id eſt,auium Augurium.

De noctur-

De nocturnis mulierum ſacrificijs, ac ludis. Cap. VII.

GRæco ſacro.] De quo Parrhaſius, Commentar.1.in Proſerpinæ Raptum. Franc. Picus,in Hymno ſecundo. Macrob. in Saturnal. & Seruius. 1. Georgic.illo loco,Cuncta tibi Cererem pubes agreſtis adoret. Porrò eiuſmodi uidetur fuiſſe apud Romanos ſacrum Bonæ Deæ, quàm eandem C. Baſſus apud Lactantium Fatuam appellatam tradidit. Nam hoc & noctu & inoperto fiebat,et excluſis maribus. Neque expiari poterit,hoc eſt, purgari, purificari. Vnde piatrix ſacerdos,quæ expiare ſolita erat.

¶ Ludis publicis.] Lege cap. 19. lib. 6. Genial. Dier. Alexand. Neapolit. qui de Ludis exactißimè ſcripſit. Vide & Viuem in cap. 20. lib. 7. de Ciuit. Dei, in quo B. Auguſtinus meminit ſacrorum Cereris Eleuſinæ. Extat & cap. de Cerealibus in Miſcellaneis Politiani,quo idem Viues probat eum & hominem,hoc eſt,quòd aliquot locis ſit falſus.

De Sacrilegio,Periurio, Inceſtu. Caput VIII.

IDeæ matris.] T. Liuius autor eſt undetrigeßimo, Ideam matrem deportatam eſſe Romam à Peſinunte oppido Phrygiæ, carmine in libris Sibyllinis inuento: Pelli Italia alienigenam hoſtem poſſe,ſi mater Idea deportata Romam eſſet. Vide Parrhaſium. 1. Comment.ſuper illud Claudiani: Sic ait,& fuluis ſerpentibus attigit Idam. Hic ædes anguſta deæ. Viuem, in cap.4.lib.2.De Ciuit.Dei:interpretes Ouidianos, in Faſtis, lib.4. Nebriſſenſ.in Romano omnium doctiß. noſtræ religionis Poetæ Prudentij, quem Parrhaſius ſubinde citare ſolet.

¶Præter Ideæ famulos.] Cauſam Ouidius eodem libro,ſcribit his uerbis: Dic, inquam, parua cur ſtipe quæris opes ? Contulit æs populus, de quo delubra Metellus Fecit(ait)dandæ mos ſtipis inde manet.

¶ Ne quis ſtipem cogito.] Si cui uacat, uideat & Viuem in cap. 26. lib.7. De Ciuit.Dei,& explicantem ſcitè hunc locum Riuallium.

De Sumptibus Funerum & Sepulchris. Caput IX.

IN Vrbe ne ſepelito.] Cineres tamen eius,qui triumphaſſet,aut Imperatoris,qui hoſtes bello domuiſſet, uel armis Rempub. auxiſſet,in Vrbem ferre licebat, quibus hoc honoris cauſſa, ut in foro conderentur, tributum eſt. Diuus Hadrianus reſcripto pœnam ſtatuit quadraginta aureorum in eos, qui in ciuitate ſepeliunt,quam fiſco inferri iuſsit: & in magiſtratus eandem ſtatuit,qui paßi ſunt,& locum publicari iuſſit,& corpus transferri, autor Vlpianus in.l.iij. ff.de Sepulch.uiolat.Olim Epiſcopi,ſacerdotes, & principes autores ſtructuræ, tantum intra templorum muros ſepeliebantur, hodie eò uentum eſt,teſte D.Beato Rhenano,ut quilibet cerdo in medio baſilicæ uelit humari,ut ædes ſacræ Chriſtianorum, quas mundas eſſe conueniebat, polyandria ſint, & cadauerum receptacula. Plutarchus autor eſt,à Lycurgo lege ſancitum,ut in urbe,& ſecus Deorum templa,ſepulchra conſtruerentur:quod inſtitutum uideri poſſunt Chriſtiani imitati. Lege poſt Alexandrum,qui cap.2.lib.3 Genial.dierum, refert gentium diuerſarum mores in defunctorum condendis corporibus,elegantem tractatum Lilij Gyraldi, quem de Sepulchris,inſcripſit.

¶ Néue urito.] Vel ex cap. de Sepultura, apud Plinium lib. 7. ſatis conſtat apud Romanos non unã, nec ſemper eandem ſepeliendi fuiſſe conſuetudinem, nec ab omnibus obſeruatam. Manſit uerò apud Romanos cremandi conſuetudo, ut à nonnullis obſeruatum eſt,uſq; ad Antoninorum Imperatorum tempora,quibus à pleriſq; deſitum eſt corpora cremare, & rurſus terra condere cœptum eſt. Quod ad nos attinet,extat inſignis locus de ratione ſepeliendi, apud Lactantium,cap.12.lib.6. Diuin. Inſtitut.

¶ Néue leſſum funeris ergò habento.] Rectè hìc Aymarus hunc morem perſtringit,quem & hodie in Sabinis & toto ferè Latio,& ſupra Latium obtinere ſcribit Greg.Gyrald.

¶ Ne oſſa legito.] Nam ea mox uſtulato cadauere collecta tradebantur amicis & cognatis circumſtantibus ſepulchro inferenda, poſtquàm Præfica nouißimum uerbum illud alta uoce pronunciarat ILICET, quod eſt, quaſi Ire licet : illatis autem oßibus extremum Vale, itidem alta uoce pronunciabat, VALE, VALE, VALE, Nos te ordine quo natura permiſerit, ſequemur.

¶ Ploratus & Lamentationes.] Athenienſibus Solon flebiles lamentationes,& cætera dolorem teſtantia,uelut inania & nihil uitæ proficientia ſuſtulit. Lycurgus Lacedæmonijs XI. dierum ſpacio luctum terminauit. Tempus uerò luctus Romani, ut erat à Numa conſtitutum, ſeruauere, qui puerum trimo minorem nec lugeri,nec plangi uoluit. Neque ultra menſes X. filios parentum, aut uxores uirorum mortem deflere ſtatuit. Quod lugendi tempus, patri & filio, æquè fratri & ſorori commune eſſe uoluit: ultra uerò non licuit: ne luctu indefeſſo,& lachrymis nunquam deſinentibus,domus & familia funeſtarentur: itaque poſt annum parentes filiorum & fratres ſororum funera deflere uetuit. Tametſi nullum lugendi tempus uiris legitimum fuiſſe nonnulli credant, annumq; fœminis tantum præfinitum ad deplorandum, infra quem alteri nubere haud licebat,& concepto nec dum edito partu uetabantur. M. tamen Antoninus Philoſophus ne ultra quinque dies lugerent Romani filium ſibi morte ſublatum edicto inhibuit. Luctus autem & mœror patrius intra lugendi tempora,ob plurimas minuebatur cauſſas. Vt ſi liberi naſcerentur:ſi pater aut filius, frater aut uir,ab hoſtibus capti reuertiſſent, aut quum propius affinis, quam qui lugeretur,domi natus foret, uel ſi puella dabatur nuptui. De luctu extat uenuſtus Dialogus Luciani, ab Eraſmo uerſus, qui rectißimè pronunciauit,in nobis inconſolabilem luctum ab impietate proficiſci. Dolere quidem nos mortem neceſſariorum,ut naturæ & charitatis erit,ita ſupra modum dolori nimio

indulgere, non poteſt non uitio uerti, quòd ſpes reſurrectionis negari quodammodo uideatur. Conſolationem enim habemus, qua Gentes carent, noſtros mortuos in Domino uiuere, & corpora eorum per Chriſtum reſtituenda eſſe. 1. Theſſ. 4.

DE MAGISTRATIBVS. TIT. II.

De Magiſtratibus Ciuilibus. Caput I.

NI par maióue poteſtas.] Aymarus ait, hoc ab Iure Ciuili & Pontificio alienum nō eſſe, quibus cauetur, ut duobus Iudicibus diuerſas ſententias proferentibus illam ſequi ſententiā debeamus, quæ reo fauet, aut in cauſſam fauorabilem tendit.

¶ Per populum mulctæ, pœnæ.] Vide Liuium in quinto ſecundi Belli Punici libro, & Ciceronem in Philipp. 11.

De Magiſtratibus Militaribus. Caput II.

PEriti Iuris plures in prælio ſunto.] Vide quæ in hunc locum Dominum Oldendorp. Attulit, ut cognoſcas quàm grauiter dixerit Iuſtinianus: Imperatoriam maieſtatem, non ſolum armis decoratam, ſed etiam Legibus oportet eſſe armatam. Tametſi quidam Ranciſcus notauit, uerba hæc non tantùm præter omnem Latinam proprietatem eſſe prolata (quod quidem tolerari poterat) ſed etiam neminem adhuc, quid ſit Legibus armare, quid armis decorare, conijcere potuiſſe: quod impudens mendacium eſt. Conſtāt enim non Latinos tantum Interpretes, ſed & Græcos percepiſſe, quid hiſce uerbis uoluerit Imperator, uel mauis Tribunianus, indicare.

De Ædilibus. Caput III.

AD honoris amplioris gradum.] Rectè hoc loco quoq; Oldendorp. expoſtulat cum iis, qui receptum in Academijs graduum ordinem improbant: quo nihil in ſtudijs, præcipuè correctioribus conducibilius eſt, ut luculenter oſtendunt Orationes doctiſsimorum uirorum. P. Melan. in ea, quam de Gradibus habuit, ac Viti Vuinſemij, quam is de ſtudijs Adoleſcentiæ inſcripſit.

De Cenſoribus. Cap. IIII.

IN tribus diſtribuunto.] Harum nomina 35. nuper in Lexicum tranſcripſimus ex Scholijs Pauli Manutij, quæ in Familiar. Epiſt. Ciceron. ſcripſit.

De Prætoribus. Caput V.

IVris Ciuilis cuſtos eſto.] Nam Papiniano autore, ſuis edictis Prætor Ius Ciuile adiuuat, uel ſupplet, uel corrigit, ut Exemplis demonſtrat Riuallius lib. III. Reliqua per Dominum Oldend. ita ſunt tractata, ut ne quidem doctioris me indigeant explanatione.

NOMINA

56. Frugem aratro q̄sitam furtim noctu si pauerit secueritue pubes suspensus Cereri necator. Impubes uerberator, noxiamq duplionemue p̄stato.

57. Si nox furtum faxit si im aliqs occisit iure cæsus esto.

58. Fur manifesto furto p̄hensus interdiu si se telo defenderet se im aliquis occisit, iure cæsus esto. Ex cæteris manifestis furibus liberi uerberantor, et ei cuj luci factum furtum erit si se telo non defendant addicantor: serui uerberib. affectj, de saxo p̄cipitantor

59. ~~Furta~~ Furta lance licioque concepta sicut manifesta iudicantor

60. De furto pacisci licitum esto.

61. Si membrum rupit mecum: e pacto: talio esto.

62. Si iniuriaz alterj faxit 25 aris pœnæ sunto.

63. Si seruus furtum faxit, noxiamue nocuit, sciente uiam dno, seruj noie ipso noxalis esto. Dominus, seruj nomine non tenetor.

64. Solis occasus, suprema tempestas esto.

NOMINA ATQVE
TEMPORA PRVDENTIVM,
EX QVORVM SCRIPTIS DIGESTORVM opus eſt concinnatum, per D. Oldend.

ALiás admonuimus, neceſſarium eſſe ut diligenter obſeruemus, quibus autoribus, & quo tempore leges Romanorum ſint ſcriptæ: quoniam ex his principia iuris dependent. Qui autem primordia cauſamq; efficientẽ ignorat, is rem ipſam nunquam percipiet: ſicut Caius eleganter argumentatur in. l. j. ff. de origi. Iuris.

Hinc uidemus, quàm grauiter Pomponius deſcribat originem iuris, & ſucceßionem prudentiũ, quamq; diſtinctim ſingulis legibus, ſingulorum autorum nomina adſcribantur. Variata enim eſt per ſecula hominum conditio, mutatæ ſunt reſpublicæ, mutata ſcribendi phraſis. In qua rerum uicißitudine nihilò felicius uerſaberis, quàm in Labyrintho ſine filo Theſei: niſi autores iuris diſcernas, & tempora. Quod Accurſianis ſæpè impoſuit. Itaq; uolui Iuriſconſultorum atq; Imperatorum obiter catalogum adijcere ſtudioſis, quo magis Index iſte non ſolùm locum oſtenderet, quem fortè deſiderant: ſed autorem & tempus loci: detq; anſam circumſpiciendi, num poſteriore aliquo iure mutatus ſit. Eam enim inueſtigationem, niſi cum Indice nectas, perdes lampadem & oleum.

Q. Mutius Scæuola

Pontifex maximus, P. Mutij filius, ex Scæuolarum familia, quæ celebres dedit Iuriſconſultos. Floruit anno ab urbe condita 637. Ante natiuitatem Chriſti ſeruatoris noſtri 114. Fuit & alius Q. Mutius Scæuola augur, quem Cicero introducit cum L. Craſſo de Oratore differentem.

C. Aquilius Gallus

Non ex recentiore illa, ſed ex ueteri Gallorum familia, nobilis, & eques Romanus fuit. Ius didicit à Q. Mutio Scæuola Pontifice maximo, tam feliciter, ut ſcriptarum legum rationem nunquam ab æquitate ſeiungeret. De iure comiter reſpondebat omnibus: ſed ſi quando aliquis ad facti apud iudicem proponendi functionem eum uocaret: Ad Ciceronem, inquiebat: inſinuans, oratoris officium eſſe, facti ſeriem exornare. Erat autem Ciceroni familiaris & collega. Hunc Gallũ citat Scæuola, ſcilicet Serbidius ille, in. l. Gallus. ff. de liber. & poſthum.

M. Antiſtius Labeo

Patre Antiſtio Labeone ſapiẽtia illuſtri natus, ueteris Antiſtiorũ familiæ gloriã adauxit, Octauio Aug. imperante, ſub quo natus eſt Chriſtus. Sunt qui putant hunc Labeonem filium laudaſſe patris ſui ſententiam: uel certè poſteriorem aliquem Labeonem id ſcripſiſſe in. l. Quibus diebus. §. ulti. ff. De conditio. & demonſtra. Sed neutrum ſtatui poteſt ex illo loco, qui ſecundum ueram lectionem non eſt Labeonis, ſed Iaboleni. De hoc inferius plura.

Alfenus Varus

Cremonenſis, ſub eodem Octauio: primum ſutrinã

didicit, deinde Seruio Sulpicio præceptore iuri operam dedit, factusq; tandem eſt conſul, Anno Chriſti. 3.

Maſurius Sabinus

Claruit regnante Tiberio, Anno Chriſti 20.

M. Cocceius Nerua

Pater, & filius: uterq; Iuriſconſultus. Pater adfuit Tiberio Cæſari, qui cum pro libidine omnia cœpiſſet agere, Nerua per abſtinentiam cibi, mortis conſilium iniuit, Anno 25. Filius uerò, ex quo natus eſt Nerua optimus imperator, ſcripſit libros De uſucapionibus, & annò ætatis decimoſeptimo, de iure publicè reſponſitauit, teſte Vlpiano in. l. j. ff. De poſtul. Fuerunt & Syllij & Licinij Neruæ, ſed alterius familiæ.

Licinius Proculus

Othoni cum Vitellio de imperio concertanti, charus fuit, maximæq; autoritatis. Neruæ patris ſui ſcholam tanta laude excepit, ut ab eo Proculiani ſint dicti, ſicut à Sabino Iuriſconſ. Sabiniani appellantur, in. §. Cum ex aliena. Inſtit. De rer. diuiſio.

Priſcus Iabolenus

Sub Veſpaſiano quidem fuiſſe uidetur, ſed ad Antonini Pij imperium uſq; peruenit. Is ſæpè ſolet Labeonis autoritatem adducere in Pandectis.

P. Iubentius,

Vel, ut alij, P. Iuuentius Celſus, ex Iubentiorum clára admodum familia, patrem habuit eiuſdem nominis. Vterq; Traiano & Hadriano optimis principibus, magno fuit in precio. Anno 116.

Neratius Priſcus

Celſi patris ſui ſcholam excepit ijſdem temporibus. Hunc laudatiſſimus Imperator Traianus, ipſe quoque Iuriſconſultiß. tam charum habuit, ut ſucceſſorem imperij Romani relinquere in animo haberet.

Aburnius,

Vt alij, Alburnius Valens, ſub Hadriano & Antonino Pio fuit. Anno 134. Huius eſt. l. penulti. ff. De aliment. & ciba. legat.

Tertyllianus,

Eodem tempore.

L. Voluſius Metianus

Quem tunc quoq; fuiſſe teſtatur. l. Diui fratres. ff. de iur. patrona.

Saluius Iulianus

Cognomentò Seuerus, Mediolanenſis, Hadriano in iudicijs adſeſſor, deinde Antonino Pio, ac diuis fratribus admodum charus fuit. Anno 134.

Vlpius Marcellus

Cuius ætatem ab Antonino Pio, ad Seuerum uſque extendunt. Annò 160.

Serbidius Scæuola

Qui M. Antoninum Imperatorem, Philoſophi cognomine decoratum, & ante Imperium priuatim inſtituit, & poſtea adiuuit conſilijs, Anno autem Chriſti. 173.

Æmilius Papinianus

Hoſtilij Papiniani filius, Septimio Seuero intimus fuit, & præfectus prætorio. E cuius ſchola tanquã ex equo Troiano multi Iuriſperiti prodierunt. Vndè Iuris aſylum appellatus eſt. Tandem iuſſu ſceleratiſsimi imperatoris Antonini Baſsiani Caracallæ, quòd illius parricidium excuſare nollet, crudeliter occiſus traditur, Anno 204.

Herennius Modeſtinus

Papiniani diſcipulus perquàm celebris fuit.

T. Caius

Sub Caracalla, qui per ſcelus imperium obtinuit, à multis creditur fuiſſe circiter Annum 217. Cæterum, quando Gellius facit mentionem alterius quoq; Caij: utrius ſint reſponſa in Pandectis, ambiguum manet. Pompon. in. l. ij. ff. De orig. Iur. inter Seruij auditores Caium adnumerat. Vlpianus Caium Caſsium citat, in l. Quid ergo. ff. De uſufruct.

Domitius Vlpianus

Clariſsimus poſt Papinianum, Iuris & æquitatis conſultus, elegantiæ autem cum primis ſtudioſus: Phœniciæ urbe Tyro (ut ipſe fatetur, in. l. j. ff. De cenſibus) oriundus fuit. Alexandro, principi optimo, primum tutor, mox conſiliarius, tandem præfectus prætorio deſignatus eſt, Anno 230.

Iulius Paulus

Patauinus, Vlpianum & uirtute & fortuna propemodum æquauit. Ann. 232. Huius meminiſſe uidetur Labeo, non ille Antiſtius, ſed alius quidam poſterior, in. l. penulti. ff. De exceptioni. niſi corruptum ſit exemplar. Nam pleriq; codices hoc principium, Paulus, non habent. Et ferè ubiq; Paulus Labeonem allegat. l. Quamuis. ff. De in ius uocan. Referunt tamen quendã Labeonem Domitium, uel quacunq; progenie fuerit, Hadriani temporibus floruiſſe.

Iulius Mauritianus

Cui D. Haloander tribuit, Ad leges libros ſex. Alij teſtantur quendam Martianum Mauritianum, quem Didius Iulian. Imperator iuſſerat occidi, ſed elapſus, poſtea à conſilijs Alexandro fuit. Sex & decem Inſtitutionum, alioſq; multos ſcripſit libros.

Sextus Pomponius

Gentis Pomponiæ, clariſsimus fuit Iuriſconſ. qui ſcripſit. l. ij. ff. De origine Iur. Ne interim quiſpiam hallucinetur, nos loqui de Pomp. Grammatico, aut de Pomponio Mela, uel de Pomp. Læto. Fuit autẽ hic noſter Pomp. ſub felici imperio optimi principis Alexandri, & quidẽ magno in honore & autoritate, An. 232.

¶ Multi præterea ſunt Iuriſconſ. quorũ ætates in tanta rerum uarietate certò non poſſumus habere compertas, præterquàm quòd ab imperio Seueri, ad Maximini uſque monarchiam fuiſſe eos conſtat: hoc eſt, ab Anno 196. uſq; ad annum 238. Quales ſunt hi:

Tarrantinus Paternus.
Æmilius Macer.
Ælius Martianus.
Terentius Clemens,

Diſcipulus Papiniani inſignis.

Arrius Menander.
Aurelius Arcadius, qui & Chariſius,

Author. l. ff. De teſtibus.

Licinius Rufinus.
Papyrius Fronto, ſiue Iuſtus,

Qui allegatur in. l. Nauis. ff. Ad. l. Rhodi. de iact.

Anthius, uel P. Furius Anthinus.
Maximus.
Hermogenianus.
Africanus,

Huius reſponſa plerunq; ſunt obſcura. Vnde prouerbium natum: Africani Lex, hoc eſt difficilis.

Florentinus.
Claudius Triphoninus.
Claudius Saturninus

Autor. l. Aut facta. ff. De pœnis.

Calliſtratus.
Venuleius Saturninus.
Iulius Aquila

Non admodum claruit, ſcripſit tamẽ reſponſorũ lib. 1.

Ælius Gallus.

¶ Iſti propèmodũ omnes, Papiniani fuerũt auditores, imperium Alexandri mirum in modum illuſtrantes. Nam ſub nullo alio Cæſare tot Iuriſconſ. eodem tempore claruiſſe traduntur.

IVRE CONSVLTORVM LAVS, EX PROOEMIO lib. 3. Elegantiarum Laurentij Vallæ, tametſi is alicubi iniquior eis fuiſſe uideri poſſit.

PErlegi proximè quinquaginta Digeſtorũ lib. ex pleriſq; Iuriſconſultorum uoluminibus excerptos, & relegi cum libenter, tum uerò quadam cum admiratione. Primum, quòd neſcias, utrum diligentia, ánne grauitas, prudentia, an æquitas, ſcientia rerum, an orationis dignitas præſtet, & maiori laudi danda eſſe uideatur. Deinde, quòd hæc ipſa ita in unoquoq; illorum omnia ſunt egregia & perfecta: ut uehementer dubites, quem cui præferendum putes. Cui ſimile quiddam (ut de ultima tantũ parte, quæ ad nos pertinet, dicam) in Epiſt. Cic. admirari ſolebam, quæ cum à plurib. ſcribantur, omnes tamẽ ab uno eodemq; (audacius dixerim) ſi perſonas ſuſtuleris, ab uno Cicerone ſcriptæ iudicẽtur: ita uerba, ac ſententiæ, characterq; ipſe dicendi, ubiq; ſui eſt ſimilis. Quòd eò magis in Iureconſ. eſt admirandum, quòd illi eadem ætate cuncti extiterunt, in eodem quaſi ludo ac ſchola inſtituti. Hi uerò inter ſe etiam ſeculis diſtant, licet poſt Cic. ideoq; quibuſdam in uerbis ab eo differentes, quales omnes uſq; à Vergilio, atq; à Liuio fuerunt. Nam Seruij ſulpitij, ac Mutij Scæuolæ nil extat, ſed alterius Mutij recentioris. Et priſci illi quidẽ Iureconſ. quales, quantiq; in eloquendo fuerint, iudicare nõ poſſumus, quippè quorũ nihil legimus. His autẽ qui inter manus uerſantur, nihil eſt (mea ſententia) quod addi, uel adimi poſſe uideatur, nõ tam eloquentiæ, quã quidẽ materia illa nõ magnoperè patitur, quàm Latinitatis, atq; elegantiæ, ſine qua cæca omnis doctrina eſt, & illiberalis, præſertim in Iure ciuili. Accedit Zaſ. enarratione. l. ij. de Orig. Iur. Quàmuis Cic. inquiens, Iuris Ciuilis ſcientiam,

*entiam,pro commodo fortè ſuo,modò cõmendare,mo-
dò eleuare,id eſt,premere,uel certè ſi cubi poterat,ſub
mordere uideatur:tamẽ ex his uerbis.§. Poſt hos Q.
Mutius, cumq; eum ſibi de Iure reſpondentem parum
intellexiſſet, argumento egregio euinci poſſe tradidit,
Iur.Ciui. ſcientiam, & eſſe profundam, & paucis ex
fundamento cognitã. Nec quenquàm, quod idem Cic.
in Orat.pro Murena,Legales doctrinas tanquàm cog
nitu non difficiles,attenuare uideatur,mouere debeat,
quòd tempori, ut Orator inſeruierit, & non tam ex Iu
dicio, quàm ex cliẽtis cõmodo locutus fuiſſe uideatur.
Siquidem alibi Ius Ciuile uehementer laudauit, necdũ
perfectum. Quòd illud poſteriores Iureconſ.qui ab ex-
ceſſu diui Neruæ floruerunt,abſoluiſſe putantur.Quo
rum uolumina,quæ non ſolùm Iuris,ſed & aliarum do
ctrinarum ſtudioſis uſui eſſe potuiſſent,niſi prioris æui
negligentia interijſſent. Fuere enim ex his pleriq; ſum
mi Philoſophi,ſummi Oratores:in nonnullis tam abſo
luta Hiſtoriæ,atq; omnis antiquitatis cognitio, ut faci
lè creditu ſit,ex his ſolis autorib.uirum ſapientem, &
Ciuil.rebus aptum,formari potuiſſe.Exiſtimat Alciat.
ſi Iuriſconſ. opera extarent, nec Iuſtiniani iniquiſſi-
mo illo (ut ait) edicto ſublata fuiſſent, Accurſij,& qui
poſt eum ſcripſerunt,minimè neceſſarias futuras fuiſ-
ſe lucubrationes, quas immenſa illa Doctorum Com-
mentaria ſecuta ſunt: quæ Zaſ.noſter, cui eruditus ac
iuxta prudens uir Carolus Girardus Caſtilioneñ. ſub-
ſcribit,coercenda putauit, quòd & plus oſtentationis
præ ſe ferant,quàm doctrinæ: & quòd eorundem pela
go, Aduocatorum nequitiæ nutriantur,qui fora,ut ip-
ſe ait, uenenant,Iudices ludificantur,quietem turbant,
Rerumpub.collegia,ſtatum,ordinem, inſtituta, euer-
tere contendunt, Dijs exoſi, & hominib. Nec abs re
quæritur alicubi, Doctores, qui alioqui in multis &
ingenio ualuerunt,& doctrina,hac una re,tam obuer-
ſo fuiſſe animo,ut quicquid Accurſio in buccam uene-
rat,ſæpenumerò pro ueritate, ſine altiori diſquiſitione
ſequerentur,& ita orbem replerent erroribus, adeoq;
ueritatis amatoribus tantum negocij ueritatis reducen
dæ tribuerent, eosq; graui fatigatione Iuris perpur-
gandi,onerarent.*

IN EOS, QVI SERMONIS proprietatem negligentes,rem ip-ſam ſpectare ſe dicunt, cenſura.

*ZAſius in Oratione quadam, Pandectæ,inquit,om-
nem propè Philoſophiam continent, & quæ na-
turæ ſit,& quæ morum, quæúe ratione conſiſtat,illic
Dialecticis,Rhetoricisq; & locis, & argumentis re-
ferta omnia uides. Sed & poetici modi, ſchemata,figu
ræ in eis quàm appoſitè uſurpantur,& ut uerbo dicã,
qui Pandectarum libros exquiſitè legerit, acuteq; pen
ſitauerit,is tam uariarũ doctrinarũ ueſtigia uelut im-
preſſa illic experietur:ut eam Vitruuij ſententiam,qua
inter ſcientias rerum quandã coniunctionem,cõmuni-
cationemq; eſſe dicebat,facilè ſit comprobaturus. Nec
tamen in eis integræ illæ ſunt doctiſſimorũ hominum
traditiones,ſed ueluti à ſolidis corporibus diuulſa diſſe
ctaq; membra,ita ab Archetypis Iuriſconſultorum li-
bris,uolumina noſtra decerpta,& centonis inſtar con
ſuta ſunt. Quantò ampliores in ueris codicibus ditio-
resq; diuitias, ſi eam nobis fortuna fœlicitatem nõ in-
uidiſſet,conſpiceremus. Quod ſanè non ſine mœrorè
proloquor:intercidiſſe enim tot illuſtres labores, plus
propè iacturæ poſteritati contulit,quàm cõmodi addi-
derit Tribuniani lucerna:quod tamen aliàs latius tra-
ctamus. Hoc credo, in præſentia diffiteri nemo auſit
Iuris noſtri ſcientiam, quæ latiſſimis illis finibus ex-
tenditur,triuialibus ingenijs nõ eſſe temerè aſſerendã,
quam uix quiſquã ex ueritate profitebitur, niſi aliarũ
quoq; doctrinarum loca haud parum multa tractaue-
rit. Vt non immeritò à uia illi mihi declinare uidean-
tur, qui poſt Accurſianas Gloſſas, uulgatis quorundã
Cõmentarijs,tantam Legis amplitudinem metiuntur,
ſolitariaq; eorum lectione ſuffarcinati, de portu, de
brauio,de ſtatione glorientur:ea enim res,errorũ non-
nunquam fomenta non modica nutriuit.Cum enim re-
licta elegantiſſima Textuum proprietate,à Commen-
tarijs, uelut à fune pendetur,illeq; ab alio arbitrariæ
opinionis ſenſa inſuxerit,quæ & uel refragante Tex-
tu,in ſui magiſtri uerba iuratus,tueri pergat:fieri uidè
mus,ut ſæpenumerò non tam attendatur quid legis uè
ritas exigat, quàm quid communis prætendat opinio:
quod certè Iuris noſtri claritatẽ craſſiorib.nebulis of-
fundit. Quòd ſi eas opinionum factiones diſſimulaue
ris (non enim poteſt par omniũ eſſe conſenſus) hoc ta
men quis uenia dignum eſſe dixerit: quòd ex eorum nu
mero,qui ciuilia ſibi defendunt,non pauci cæteras ar-
tes,quæ tamen in eis deſyderantur,& maximè rei La-
tinæ ſynceritatem oppugnare pergunt:negantes uerbo
rum proprietatem obſeruari oportere, dum ſenſu con
ſtet,medullas enim perdi,dum de uerborũ iure diſcep-
tes? Quo quid poteſt prætendi abſurdius? Quid do-
ctis uiris minus dignum? Quomodo enim ſenſum Le-
gis colligas,niſi uerba obſerues? An te ex Dodonæo lè
bete aliquis afflauit ſpiritus, qui mentẽ Legis extraria
diuinatione colligas? Ergo Labeo Iuriſconſultus erra-
uit,qui,ut eſt apud Gell.lib. 13. de Vocum origine,&
ratione,ad pleroſque Iuris laqueos enodandos uteba-
tur. Ergo totus de Legatis liber tertius concidet, qui
tantoperè uerborum proprietates eſt conſectatus, ut
etiam quid chartæ,quid lanæ appellatione ueniret,nõ
tacuerit. Sed & iugulum fœlicibus animis Pompo-
nio,Vlpiano,Paulo,& cæteris imminebit,qui uerbo-
rum proprietates ita obſeruauere, ut ex eorũ doctri-
nis,inſignis de Verb.ſig.Tit. noſtris Pandectis ſymbo
lum dederit. Vadant proindè,& in angulum ſe contru
dant,ſi qui ſint miſocali,qui has blactire ineptias non
uerentur,& diſcant aliarũ artium:in primisq; rei Lati
næ cognitionem ita eſſe neceſſariã Iura Ciuilia profite
ri uolenti,ut qui ſecus ad lucernas Legales aduolaue-
rint,nihil mirum faciant ſi improuido pyrauſtæ more
amburantur. Vos igitur Auditores integerrimi,ex ani
mo hortor,ut humanas literas nõ deſerentes, clariſſi-
mam illam Iuris Ciuilis ſcientiã, in qua Reipub.gu-
bernacula,pacis præſidia,imò & ſalus uiuentium con
tinetur,& quæ(Pindaro teſte) omnium ſit & domina
& regina,pienter ueneremini: eamq; ſtudijs comple,*

ctamini. Cur autem Iuriſprudentia præ cæteris Artibus tam uideatur obſcura, Oldend. cuius Iſagogem planè auream, tyro ſanctiſsimi ſtudij Legalis familiarem non tantùm habere, ſed ediſcere debet, euidenter demonſtrat Tit. j. admonens ſimul, hanc magna grauitate, atq; ad captum Iuuentutis ſimpliciter & craſſè tractandam, obſeruata Methodo, ut prius fontes, quàm riuuli perſpiciantur, & prius diuini, quàm humani Iuris formula, concinna quadam breuitate, ſtudioſis proponantur. Quod an unquàm nobis expectandum ſit, ab Italis quidem potiſsimum, haud ſcio: quòd nec hodiè à corrupto illo ſuo docendi modo, longè abeſſe uideantur.

QVO TEMPORE ROMANORVM LEGES INtroductæ, ac rurſus oppreſſæ, tandemq; reſtitutæ ſint: Ioanne Oldend. autore.

I.

VRbs Roma princeps orbis, quæ dei deſtinatione optimas nobis uiuendi Leges dedit, condita fuit, Anno mundi 4450. Ante Chriſtum natum annos fermè ſeptingentos. Vſa eſt initio monarchia, hoc eſt, unius dominatione: non tamen omnibus numeris abſoluta, quoniam ſcriptis carebat (quoto pus eſſet) Legibus. Imperarunt autem reges urbi magis, quàm orbi. Nam uix ad decimumquintum uſque lapidem Romana extendebatur ditio, cùm eijcerentur. Annos regnarunt 240. uel, ut alij tradunt, 242.

II.

Exactis deinde regibus, experti ſunt Romani Ariſtocratiam, hoc eſt, optimatium dominationem: & mixtim democratiam, id eſt, multitudinis imperium: quæ tamen mox priuatis commodis corrupta fuit ad oliarchiam. Creati enim ſunt duo Conſules annui ex patribus. Mox plebs tumultuans ſuos magiſtratus adiecit, Anno ab Vrbe condita 240. Mundi uerò, 4654. Et hic quidem ſtatus durauit uſq; ad Iulium Cæſarem, annis ferè 464.

III.

Interim cùm publica pax & concordia ſine ſcriptis legibus retineri non poſſet, non multo tempore poſt eiectos reges, ſecundum Pomponium, annis 20. adlatæ ſunt ex Græcia leges duodecim tabularum. Anno poſt conditam urbem 302.

IIII.

Cùm iam imperio ſingulari Iulij Cæſaris, reſpublica Romana ad monarchiam rediſſet, multiplicatis mirum in modum legibus, & à diuerſis ſcholarum autoribus in diſputationem plus æquo perductis, maioris uidebatur negocij, Leges tam immenſas componere, quàm fuerat olim deſcribere. Sic humana fragilitas in utramq; ſemper peccat partem: aut nihil, aut nimium facit, non curat medium. Iuſtinianus itaq; Cæſar 79. omnia Romanorum ſcripta in unum conſarcinauit opus, quod indè Græcis Pandectas, Latinis Digeſta nuncupauit: ut utriſq; in commune obſeruantiam autoritate ſua promulgari oſtenderet. Vſus eſt ad hoc opera præcipuè Triboniani, hominis admodum gloriabundi. Anno Chriſti 529.

V.

Non multis annis poſt imperium Iuſtiniani, cum per bellicos inſultus continuos in Italiam leges Romanæ tantummodo oppreſſæ iacerent, regnantibus tum iniquiſsimis Langbartorum, aliarumq; gentium conſtitutionibus: Vuernherus quidam in Italia apud reginã Mechtildim, obſitos iam pulueribus in Bibliothecis, Pandectarum libros in lucem reduxit. Hos Lotharius II Dux Saxonum, Cæſar Germanicus 18. perpendens æquitatem iuxtà & humanitatem Romanarum legum, iuſsit in ſcholis atq; iudicijs publicè tractari. Anno 1127.

VI.

Huius nouæ rei ſtudio (ut fieri ſolet) mirum in modum excitati ſunt cum Vuernhero (quem Irnerium uocant) pleriq; alij, præſertim Azo: ut illuſtratæ iuriſprudentiæ gloriã reportarent. Paulò pòſt Hugolinus, Martinus, Placentinus, Ioannes, Vldericus, gloſſas ſuas Pandectis adiecerunt, Anno 1190. Idq; profectò infeliciter. Nam quum ſumma illo ſeculo eſſet linguarũ inopia, non potuit fieri, ut barbari perciperent Romanos.

VII.

Tandem ſucceſsit Accurſius, auditor Ioannis & Azonis, attingens Friderichi II. Imperium, Anno 1226. Is repetitis omnium prædictorum gloſsis & opinionibus, ſuas adiecit, mirabili quadam inconſtantia: ſicq; præclaram Iuris diſciplinam imprudens corrupit. Non enim fidem eius & ſcribendi conſilium arguo: ſed culpam dantis damnum imperitia, probare nemo poteſt ſanæ mentis. Ipſe ſibi placens, gloſſemata ſua commendat in. l. Facta. §. Si in danda. ff. Ad ſenatuſconſult. Trebell. Et in Nouell. Vt prapona. nomen Imperato.

VIII.

Poſtremò, cum gloſſandi materiam uiderent eſſe conſumptam, cœperunt commentandi functionem turmatim amplecti in totum Ius ciuile, aut uerius in omnes gloſſas Iuris ciuilis. Non enim uerba textus, ſed uerba gloſſarum, & opiniones ſequuntur, ſicut pueri coruos. Ibi tum ſuperioris ſeculi altercationes, nouis (ſi Dijs placet) intellectibus multiplicatæ ſunt in infinitum. Et in primis cõmentatus eſt in Pandectas Dynus Muxellanus. Deinde Petrus de Bella Pertica, Burgundus, & Iacobus de Arena, Parmenſis: quorũ Bartolus ſæpè facit mentionem. Cynus item diſcipulus Dyni, Anno 1300. Tum Iacobus de Butrigarijs, & Reinerus de foro Liuij, Anno 1320. Mox Bart. ipſe, cui inter omnes illius ſeculi Iuriſperitos principatũ rectè tribuũt. Vixit ſub Henricho 7. Lucelburgenſi, Cæſare Germano 30. Cùm autẽ iudex eſſet maleficiorũ, perturbatus quorundam calumnia, redijt ad ſtudia Iuris in ſolitudine, ſecundo à ciuitate Bononienſi lapide, rurſusq; ad profitendũ accerſitus, moritur, Ann. 1355. Et medius fidius ſepulta cum eo fuit uera Iuris cognitio. Negas? Audi rationem: Ius ut ſciatur, & certũ, & finitum eſſe debet in foro. Sed hactenus ius in uſu neque certum neq; finitum fuit. Ergò ius rectè intelligi nõ potuit. Reſponde citra calumniam, ſi quid habes.

IX.

Hoc autem ſæculo prælucente Chriſti uerbo, omnes bonæ artes in Germania noſtra primùm renatæ ſunt. Nam (quod ad iuris diſciplinā attinet) Pandectarum lectionem optima fide ac multo labore (ut Apellus quoque uir magnæ eruditionis teſtatur) reſtituit nobis doctiſſimus Haloander, anno 1529. Cui pfectò & Nurenbergenſi reipublicæ, totus orbis Romanus nunquā parem referre poteſt gratiam, ſi magnitudinem beneficij rectè expendat. Atq; ô utinam Deus uirum illum aliquantò diutius nobis commodare uoluiſſet, ad reſtaurandam æqui & boni notitiā. Proindè ſi reliquos eiuſdem farinæ anteſignanos uidere uolueris, adi clariſſimum D. Iacobum Spiegeliū, qui in erudito at incomparabilis utilitatis Lexico ſuo, reſtitutis Romanis uocibus ex optimis quibuſq; autoribus, neminem ſua laude uoluit defraudatū, ipſe uel eo nomine laudatiſſimus. Hunc uirum Germaniæ noſtræ optimum ciuem, quidam Floridus Italus, cuius anteà memini, amarulento admodū ſtylo nuper inſectatus eſt. Verùm (ita me deus amet) arenā ſpargens, ſeipſum fœdè commaculat. Aut enim ingratiſſimus homo ille inuidet reipublicæ bonarum literarum & ciuilis diſciplinæ reſtitutam utilitatem, tentans abſterrere omnes ab hac opera: Aut certè ad agnatos eſt deducendus, ut qui communi ſenſu carens, non uidet rei literariæ maieſtatem, quæ nunc tandem ad nos redit: hominum quidem opera uelut mercenaria, ſed diuino prorſus miraculo. Nam quòd Deus ſingulari clementia (quam nos tamen ægrè agnoſcimus) uoluerit hoc ſeculum rurſus illuſtrari: nullo magis, pro mea ſimplicitate, moueor argumento, quàm quòd palàm eſt, omnia bonarum artium dona puritati genuinæ nunc tandem reſtitui. Siquidem quando ex frequenti comitatu primatum, ſolemus magni alicuius principis præſtantiam æſtimare: quis ſanæ mentis negauerit in tam ſplendidis rebus diuinam uerſari uirtutem? iuxta illud:

Ecce renaſcentis teſtatur gratia mundi,
Omnia cum domino dona rediſſe ſuo.

Faceſſant itaq; ineptiæ Floridi (ut parcè dicam) quem ne Italiæ quidem boni ciues probabūt ſic tumultuantem, & agnoſcamus Spiegelij, aliorumq; præceptorum in nos beneficia. Tandem enim nihil reſtare uideo, quàm ut unanimi conſenſu optimam Iuris & æquitatis artem obuijs manibus amplectamur: cuius ductu uita hac mortali tranſacta, poſtremus ille dies apud tribunal Chriſti iuſtiſſimum, lætos ſiſtat nos omnes.

DE EADEM RE SPIEGEL.

Lotharius II. Aug. non modò commendatur ob inſignem fortitudinē in rebus bellicis gerendis, quibus & Germaniæ & Italiæ res læta pace compoſuit: ſed etiam propter religionem, & optimarum Legum ſtudium. Fuit eius temporibus in Italia uir magnæ eruditionis Vuernherus, quem Accurſ. Irnerium ſæpè nominat, apud Reginam Mechtildim, is obſitos iam pulueribus in Bibliothecis. L I. Romanorum libros reperit, & in lucē reduxit. Mandauit hos publicè in Scholis tractari Lotharius, & iterum ſecundùm eas Leges Ius dici in Iudicijs Imperialibus. Itaq; per hanc occaſionē, reuocatus eſt is theſaurus, quo neq; utilior, neq; precioſior alius eſſe poteſt: nimirùm ex quo innumeræ commoditates defluxere. Primùm enim certū, & humanæ rationi conſentaneum Ius, reſtitutum eſt uniuerſæ Europæ. Nam omnes regiones, & omnes aliæ Leges (ut Carion atteſtatur) utuntur hoc Romano Iure, tanquàm amuſſi quadam in æquitate cognoſcenda. eſt enim publicæ Honeſtati proximè accōmodatum. Deinde ad hoc quoque conducunt non mediocriter reſtaurata hæc Iura Romana: quòd ea de communibus officijs huius uitæ, et optimis morib. præcepta tradūt: quæ nuſquam alibi ferè reperiūtur, ut interim taceam, & puritatē Latinæ linguæ, ex reparato hoc Iure, iterum ueluti renatā florere cœpiſſe. Porrò inſtituto hoc ſtudio Iuris, ſtatim magni & multi præclari Iuriſconſulti extiterunt, quibus & interpretari Leges, & in publicum uſum reuocare hæc Iura, curæ fuit. Equidem mirari ſatis non queo (idem ait) tantam illius temporis homines cognitionem eſſe cōſecutos, quo uſus Latinæ linguæ, hiſtoriæ, omnes deniq; Romanæ diſciplinæ ueteres erant intermiſſæ: ita ut facilè æſtimare poſſis, primos illos Iuriſcon. non ſolùm ſummæ diligentiæ & ſedulitatis homines, in ſtudijs, ſed magnos atq; prudentes quoq;, & uſu rerum publicarum uiros exercitatiſſimos fuiſſe. Nam ſine exercitatione ea, ne poſſibile quidem fuiſſet, Leges Romanas cognoſcere. Itaq; illi ipſi doctores Iuris, nihilo inferiores cenſendi ſunt ueterib. illis Iuriſperitis, Vlpiano, Seruio, & reliquis. Azo, qui præcipuus eſt inter Cōmentatores Iuris, uixit temporibus huius Lotharij: poſt hūc Accurſius, & is tempora Friderichi ſecūdi attigit. Sub Henricho Lucelburgen. multi & præclari Doctores fuerunt, Bartolus, & alij. Gratianus, qui Decretorum lib. congeſſit, etiam Lotharij temporibus fuit. Erant autem & antea quoque tales libri. Nam huius generis libellus quidam conſcriptus erat ab Epiſcopo Vuormacienſi quodam, qui tum erat in manibus hominū, & nos eum uidimus noſtra hac ætate. Cæterùm floreſcentibus iam iam ubiq; Legum ſtudijs, eaq; doctiſſimis quibuſq; (quemadmodum in re noua fieri ſolet) amplectentib. uidentes Monachi ſcripturæ ſacræ cognitionem frigeſcere, & contemni præ ſtudio Iuriſconſ. & ipſi quoq; Theologicū ſtudium auſpicari cœpere: atq; exemplo Iuriſconſultorum, diſputationes ſcholaſticas de rebus ſacris inſtituerunt. Initium hoc habuit ſcholaſtica Theologia.

QVÆ AD ÆQVITATIS COGNItionem requirantur, cur Iuris ciuil. diſciplina, Iuriſprudētia nominatur, de commentarijs Doctorum ac dignitate ueterum Interpretum Iuris.

Ad cognitionem atq; interpretationem æquitatis, quatuor maximis rebus eſt opus, Ingenio, iudicio, eruditione, uariarū rerum uſu, atq; experientia. Neq; enim oculos facilè immittet in arcanū illud & ſanctum naturæ lumen, niſi homo Ingenioſiſſimus: nec qui uiderit, diſcernet & cenſebit, niſi maximi & acerrimi Iudicij. tum in utroq; opus eſt uſu, atq; experimentis, ne

quamuis egregium,atq́; excellens ingenium,nouitate rei fallatur. Deniq; ad ea,quæ ab alijs ſunt obſeruata, & ad lucem omnino maiorem,opus eſt uaria noticia Antiquitatis: quæ Prudentia adiuuatur:res una,in negocijs uitæ omnibus incomparabiliter neceſſaria. His rebus maximis fulti priſci illi Veteres, de Iure audebant reſpondere : ad quos olim,& in foro ambulantes,& in ſolio ſedentes, domi ſic adibatur:quod eſt à Cicerone memoriæ proditũ,ut nõ ſolum de Iure Ciuili ad eos,uerumetiã de filia collocanda,de fundo emendo,de agro colendo,de omni denique aut negocio, aut officio referretur, de Diuinis & humanis rebus uniuerſis. Iidem & in Senatu,& apud Populũ,& in cauſis amicorũ,& domi, & militiæ conſiliũ ſuũ,fidemq́; præſtabant. Illi demũ uerè erant Iuriſconſulti, & Æquitatis ſacerdotes,atq; antiſtites. Hoc erat pulcherrimum in ciuitate munus, & utiliſsimũ,ſuis ciuibus præſtare. Illi uerò,hoc tanto merito ſuo, Prudẽtiæ nomine decorati ſunt. Prudentes enim & habiti ſunt ſemper Iuriſconſ. & nominati,eaq́; ipſa diſciplina, Iuriſprudentia,& reſponſa prudentum,quippè eam profeßionem non ſunt rati,abſq; Prudentia tueri ſe,ac præſtare ſuæ Ciuitati poſſe. Nam quis æquitatem rerum uideat,aut definiat,ſine magna prudentia? Cæterum,quòd Carion æquet ueteribus Iuriſconſ. Doctores Iuris,quibus familiare eſt,de priuatis rixis ſexcentas citare Leges,uno ſpiritu,ut Eraſ. dixit:ſed tamen nec illas rectè intellectas,longè alienum eſt à ſententia clarißimi Iuriſcon. Oldendorpij: cui ut nobiliter uerſato in hoc ſtudio, magis accedendum eſt. Sentit is,& rectè quidem, illos primò non rectè docuiſſe ab aliquot annis,partim uanæ ambitione gloriæ, partim ignorantia ſeducti. Tum id quod in una ac ſimplici cognitione erat,in infinita torſerunt,ut nulla hominis ætas ſufficiat lectioni uel ſolius Baldi,aut Iaſonis. Deinde non obſeruarũt forum, hoc eſt,traditiones ſuas non exegerunt ad uſum forenſem:nec perpenderunt,quid huic ſeculo conueniret,quid obſeruandum eſſet,quid mutatum,aut abolitum uideretur, idq́; breuiter. Deniq; non adhibuerunt methodum,ſed omnia confuſe tractarũt. Imò in quibus maxima uis erat gubernandæ Reip. & Legũ interpretandarũ,de his aut nihil,aut erronea tradiderũt. Contrà, quæ obliterãda potius erãt,ſcripſerũt ſæpius,ordinem planè inuertentes. Idẽ prætereà perpendendũ admonet, ꝙ ocioſæ ſint diſputationes Doctorum, de Act. de Nupt. alijsq́; multis ſpecieb. humanarũ ſanctionum, utrũ ſint de Iure Naturali,an Gentiũ,uel Ciuili. Quorſum enim attinet iſta,inquit, tam nudis argutijs controuertere? An non totum Ius Ciuile habet cauſam in natura poſitam per omnes ſanctiones? Certè fatuus fuerit,aut impudẽtißimus,qui id neget. Igitur hoc erat potius quærendum,quomodo quælibet Ciuilis determinatio,uel conſtitutio,aut mos conueniat cum aliquo capite Iuris naturalis,et ceu ſtructura reſpondeat ad perpendiculum. Num adeò recedat à natura,ut nullã eius certam rationem inire poßimus:an tolerandum ſtatutum ſit,uel non ſit? Item quæ nam Leges propè accedunt ad formulam naturalis honeſtatis,uel ad notitiã mentis,ut hæ ſint aliarũ Legum duces,utq́; ex his conſequentius trahamus latè patẽtes,reliquas uerò in ſuis tantum ſeruemus repagulis? Hic eſt fructus,quem tractare debent Doctores noſtri. Sic enim uerè intelligendus eſt Vlp. in. l. nam ut ait: cum iij. ll. ſeq. ff. de Legib. Enimuero ſi Ius eſt, ut dicit Vlp. in. l. j. de Iuſt. & Iur. ars boni & æqui,neceſſe eſt,eam ex præceptis conſtare. Sed præcepta oportet eſſe certa. Igitur non ex opinione hominum uaga,ſed ex præſcripta diuinitus ratione naturali colligenda ſunt. Sic Imp. Iuſtinian. tractaturus Romanum Ius,repetit præcepta Iuris naturalis pauca admodum, ſcilicet ſecutus artem docendi quam ipſe tradidit. Iuris,ait,præcepta ſunt hæc. Honeſtè uiuere, Alterũ non lædere, Ius ſuũ cuiq; tribuere. Quàm uerò referantur huc omnes humanæ Leges,demonſtrat in Iſagoge Iuris Oldend. qui unus & uidit,& aperuit (nec abſq; ſingulari dei munere) quæ cunctos hactenus latuerunt Commentatores,ſine quibus impoßibile fuerit,aut Romanas Leges,aut quaslibet fori diſputationes intelligere,& ne quidem umbram Iuſtitiæ ſine his perſpici poſſe. Hæc ſi candidatus Iuris ſatis intellexerit,tum fuerit opportunũ,ut Ius Romanũ, & ſi quid boni prætereà adferat Bartolus, perluſtret. Nam illi tribuit,ut certè inter omnes facilè principi,commodas factorum, & caſuum diſtinctiones,nec immodicè diſputare,niſi Accurſii erroneis præiudicijs prouocatus.

ORATIO PVBLICE HABITA IN PROMOTIONE CVIVSDAM DOCTOris Iuris, de Scripto Iure, & dignitate ueterum interpretum Iuris.

VTiliter inſtitutum eſt, ut in quadam frequentia omnium ordinum, & totius Scholaſtici cœtus decernantur gradus & doctrinæ teſtimonia. Primum ut publica ſuffragiorum noſtrorum renũciatio plus autoritatis haberet: Deinde ut in hac frequentia iuuentus de ſtudiorũ dignitate atq; utilitate admoneatur. Itaq; alij ſumma cum grauitate hic ſæpe de legũ dignitate, & de hoc toto genere doctrinæ dixerunt, ac oſtenderũt hæc noſtra ſtudia præcipue ad Rempub. pertinere, ſecuturamq; ingentem cõfuſionem ac barbariem uitæ hominum, ſi hæc eruditior doctrina Iureconſultorum deleretur. Nec uerò quicquam honeſtius eſt, & omnibus bonis uiris, ac præcipue noſtro ordine dignius, quàm propugnare leges aduerſus furorem uel populi, uel Tyrannorũ. Nullæ uictoriæ, nulli triumphi plus ueræ laudis merentur, quàm hæc defenſio propugnatioq; Iuris & doctrinæ, quæ eſt Reipub. neceſſaria. Quanquam autem hæc cauſa ſummis eloquentiæ uiribus ornanda erat, tamen omnium laudanda eſt uoluntas, qui etiamſi nõ poſſunt parem eloquentiam tantæ cauſæ adferre, mediocriter declarant ſuum ſtudium & iudicium. Alij plus adferunt uel autoritatis uel facultatis, ſed tamen quia mihi nunc hæ partes dicendi à uiro clariſſimo Decano Collegij noſtri, domino Doctore Hieronymo, præceptore noſtro ſumma obſeruantia, fideq; colendo, mandatæ ſunt: æquũ eſt, uos quoq; propter autoritatem Collegij, me bona cum uenia audire, etiamſi non poſſum pro dignitate hanc noſtram doctrinam ornare.

Suetonius ſcribit, Caligulam, qui uerius fuit immanis quædam belua quàm Imperator, ſi uixiſſet, aboliturum fuiſſe omnia ſcripta Iureconſultorum. Sunt autem non pauci hoc tempore, qui ſimiliter oderunt Ius ſcriptum, ſed præcipue tamen Iureconſultorũ doctrinam, ac mallent res iudicari arbitrijs potentũ, non ſcripto Iure, quemadmodum hodie dicuntur Scythæ aut aliæ barbaræ nationes, tegere ſuas ciuitates, & iudicia exercere ſine ſcripto Iure. Horũ errorẽ breuiter refutabo.

Quæ ſunt aũt cauſæ quare potentes oderũt Ius ſcriptũ? Prior eſt, quia nolũt legũ uinculis coerceri, nolũt ſuas cupiditates frenari autoritate certi Iuris, ſed expetunt Tyrannicã licentiam, & faciendi & decernendi quicquid libet. Altera cauſa eſt, quod nonnulli fremũt, ſe ſuis Iureconſultis in Republica tanquã mutas perſonas eſſe, quod uelut in aliena tutela eſſe, & ad alienum præſcriptum decernere cogantur. Hanc ſeruitutem, ut ipſis eſſe uidetur, ægreſcrunt, præſertim ſi qui ſunt ferocioribus ingenijs præditi. Nam ut natura alij temperantiores, facilius patiuntur iuſtas leges, alij intemperantes minus eis ſunt morigeri: ita in genere fit: aliæ naturæ magis contumaces ſunt, & minus patientes freni. Hi ſunt odij fontes quos dixi. Quod cum ſit iniuſtum, & noceat Reipub. repugnare, bonos & prudentes omni ſtudio decet, ne abolita doctrina Iureconſultorum, infinita tyrannis ac barbaries ſequatur.

Vetus eſt autem diſputatio, utrum magis expediat, regi ciuitates arbitrijs gubernatorum, an ſcripto iure. Sed cum oporteat ius eſſe certum, uoluntates autem gubernatorum ſint incertæ, ſæpe etiã prauæ: neceſſe eſt, extare certã regulam, quæ dominetur in iudicijs & gubernatione. Ideo præſtãtiſſimæ Reſpub. etiamſi primũ tantum conſilijs Principum adminiſtratæ ſint, tamen poſtea ſcriptũ ius expetiuerũt, id eſt, Attica & Romana, ut certi Iuris autoritate tuta eſſet libertas. Quàm pauci ſint boni Principes, dictum Claudij cuiuſdam indicat, qui ait: Omnium bonorũ Principũ imagines in uno annulo ſculpi poſſe. Deinde & boni facilè deprauantur inter tot corruptelas. Nec de nihilo eſt, qd' ille in Tragœdia ait: Vt nemo doceat fraudes, & ſceleris uias, regnum docebit. Sæpe uero optimis & uigilantibus, tamen falſa recti ſpecies imponit. Ideo conſenſus prudentũ teſtatur, melius eſſe uti ſcripto iure: Atq; ita pronunciat Ariſtoteles, cuius uerba tanquã oraculum inculcari, præſertim noſtræ ætatis hominib. oportuit: ſic enim ait, Qui legẽ uult dominari, uult præeſſe Deũ & leges: qui autem hominis arbitrio uult regi ciuitatem, ſæuiſſimam beluam addit. Nam cupiditates & ira gubernatores deprauant, etiamſi fuerint optimi uiri: quare lex, eſt mens ſine cupiditate. Nec diſputabo de re manifeſta prolixius, nemo enim ſanus non uidet melius eſſe uti certo iure, quantum fieri poteſt, quàm incerto.

Quanquã aũt illi, qui noſtræ doctrinæ iniqui ſunt, non prædicant ſe hoc uelle, ut nullæ extent ſcriptæ leges, ſed illas longas doctorum diſputationes, & molem Commentariorum improbare ſe dicunt. Scio hac in re multos errare, etiã ex Scholaſticis, qui imaginãtur Iuris ſcripti poſſeſſionem ſine diſputatione interpretũ retineri poſſe, ſed longè falluntur. Tollere doctrinam, eſt in uniuerſum abolere ius ſcriptum: nec enim leges ſine illis lumen habere poſſunt, neq; natura patitur, ut ullũ uſquam ius extet ſine diſputationibus, ſicut grauiſſime dictum eſt à Pomponio indigeſtis legibus latis naturali cet euenire, ut interpretatio deſideret prudentiũ autoritatem, & neceſſariam diſputationem. Hæc ſententia, cum ſit ueriſſima, gratia potius habenda eſt peritis, qui illuſtrauerunt leges ſuis lucubrationibus, quàm reprehendenda induſtria. Semper omnib. ſeculis, in ciuitatibus bene moratis, diſputationes de legibus extiterunt: ſcribuntur enim leges de moribus & hominum actionibus, quibus nihil eſt flexibilius & magis uarium. Non proponuntur, ut in Geometria, ſententiæ de menſura aliqua immutabili figurarũ, et tamen opus eſt regula & arte, quæ negocia ad fontes reuocet: ut id quod naturæ propius eſt decernatur. Videtis in Theologicis præceptis, tametſi pauca et tantũ uniuerſalia ſint

tamen

tamen adhibendam eſſe explicationem. Nam dicta de facultatum deſertione, de non uindicando, quantũ parerent abſurditatis, ſi non accederet erudita interpretatio? Quanto magis opus eſt interpretatione in hac uarietate forenſium ſententiarum, quæ colligunt multa particularia.

Fuerũt igitur ſtatim initio poſt natas leges, qui adderent interpretationes, & Athenis à certis Magiſtratibus interpretatio petebatur. Laudanda eſt igitur prudentia ſummorum uirorum, qui poſtquam Imperatoris Lotharij tempore rurſus ex bibliothecis prolatæ ſunt humanæ leges, & in forum, ac curiã reuocatæ, ſtatim addere cõmentarios cœperunt. Vt autem ſingulari beneficio dei arbitror tunc reſtitutum eſſe ius Romanum, ita non potuit fieri niſi diuinitus, ut ſimul tot præclara ingenia exorirentur, quæ operam cõtulerunt, ad illam ueterem doctrinam illuſtrandam. Qua in re ſi quis cogitat quanta fuerit difficultas initio, non poterit non uituperare ſtultitiam, atq; ingratitudinem eorum, qui hos Herculanos labores, non magnipendũt. Vetus conſuetudo fori ac iudiciorum Romanorũ fuerat antiquata, erant ignotæ hiſtoriæ ueteres, quæ & ipſæ lumen ſæpe afferũt legibus, lingua uetus corrupta erat. In his tantis impedimentis, tamen ingenti animo Irnerius, & deinde alij cœperunt conferre textus, quærere ſententiam ex ipſis legibus, ideam totius ueteris Reipublicæ animo informare, & quaſi imaginem quandam imperij reſtituere: ita cœpit lingua uetus fieri notior.

Magna gloria eſt Solonis & aliorum, qui ciuitatibus leges ſcripſerũt, & Reſpublicas ſapientes conſtituerunt: nec dubiũ eſt eiuſmodi opus inter humana omnium longe difficilimum & utiliſſimũ, diuinitus regi. Sed non minor gloria debetur meo iudicio Irnerio, & cæteris qui illius glorioſi laboris ſocij fuerunt. Neceſſe eſt enim ſcriptores illos, non ſolum ingenijs, ſed etiam uſu & peritia adminiſtrandæ Reipublicæ excelluiſſe. Nec ſine acerrimo ſtudio ars integra comprehendi animis potuit. Multa monebat illos peritos uiros uſus, quẽ habuerãt in adminiſtratione: nam Irnerius longo tempore ferè totam Italiam rexit. Sed tamen uſus ſine diligentia, ſine ſtudio, non ſufficiebat. Tanto labore patefactas & illuſtratas leges rurſus obruent æternis tenebris, iſti qui interpretes aboleri uolunt.

Vſitata querela eſt non intelligere homines præſentia bona, ita eſt profecto. Si deeſſent ueterum cõmentarij, quis nunc intelligere artem poſſet? Quare cum ſit opus ſcripto iure, & cõſeruari has Romanas leges omnes prudentes optent, neceſſe eſt etiam his interpretes adhibere, ac ſequi tanquam artifices & monſtratores uiæ. Sapientiſſimè inquit Conſtantinus in Codice de iudicijs, lege Placuit: Æquitatem ſcriptam anteferendam eſſe ſtricto iuri. Cum enim multi habeãt in ore nomen æquitatis, & hãc uelint anteferri legibus, Imperator illa iudicia laxat, ac reuocat nos ad ſcriptum, idq; pronunciat æquiſſimũ eſſe, quod ſcriptum eſt. Fortaſſis autem hanc uocem Conſtantini reprehendent aliqui, qui dicent æquitatem eſſe moderationẽ ſcripti, ut uult Ariſtoteles, non ipſum ſcriptum. Sed hæc cauillatio facile dilui poteſt. Regulariter ea quæ lege conſtituta ſunt in eo caſu, de quo principaliter lex loquitur, ſunt æquiſſima. Vt cum lex recens furem capitali ſupplicio puniri iubet, loquitur principaliter de eo, qui atroci conſilio furatus eſt, nõ de eo, qui uel ætate lapſus eſt, uel fame impulſus. Iudex igitur in caſu, de quo lex principaliter loquitur, non diſcedat à lege. Nam cum legitimis imperijs obedire nos iuſſerit Deus, neceſſe eſt etiam, parere uoci legum. Deinde quorſum attineret proponi ius ſcriptum, ſi liceret Iudici priuato arbitrio diſcedere à ſcripto quoties uellet? Hæc licẽtia quid eſſet, niſi legum diſſolutio & abrogatio? Sed cum incidit caſus, de quo lex non principaliter loquitur, propter aliquas circũſtantias: ibi locus eſt illi moderationi, de qua Ariſtoteles loquitur.

Lex de Sabbato, præcipiebat uacationem, uidelicet ut populus audire doctrinam cœleſtem poſſet. At cum Antiochus in Sabbato ceſſantes Iudæos adoriebatur, nec iam populus audire conciones poſſet, ſed defendere armis ueram religionem deberet: ne funditus interiret, recte fecerunt ductores populi, qui non obſeruata uacatione Sabbati, hoſtes depulerũt ac profligauerũt. Nam lex de Sabbato non complectitur hunc caſum neceſſitatis. Regula eſt igitur: Scripta æquitas ſemper in ijs caſibus, de quibus ſcriptum loquitur, nec ab ea regula diſcedendum eſt. Sed omnino hanc diſputationem, illud tantum moneo adoleſcentes, ut infigant animis hãc uocem Conſtantini de ſcripta æquitate: ſciantq; hunc eſſe interpretum ſcopum, ut illam ſcriptam æquitatem collatis textibus ac rationibus colligant.

Extãt in præceptis politicis multæ grauiſſimæ ſententiæ, quæ prohibent non neceſſariam legum mutationem. Sed recitare plura teſtimonia longũ eſſet, tantum commemorabo unum quoddam exemplum, quod extat apud Demoſthenem. Locris ait legem fuiſſe, ne aut præſentes leges abrogarẽtur, aut nouæ ferrẽtur. Sed ſi quis eſſet aut abrogaturus aliquam, aut nouam laturus, proponeret ſuam ſententiam publicè, ſtans collo inſerto in laqueum, ut ſi lex placuiſſet populo, dimitteretur autor laxato laqueo: ſin autem diſplicuiſſet, laqueo conſtricto mox ſtrangularetur autor. Nihil eſt incertius populi iudicijs, ideo annis ducẽtis, nemo auſus eſt ſubire huius iudicij periculũ, nec ulla noua lex propoſita eſt, præter unam, Vt ambo oculi effoderentur iſti, qui unoculo effodiſſet unum illum oculum. Videte quanta ſeueritate ueteres legumlatores cauere temerarias legum mutationes uoluerunt. Prouidit idem callidè Lycurgus, qui cum exponeret ciuibus ſe conſulturum oraculum de legibus promulgatis, ac peteret ut iuſiurandum darent, ſe interim dum abeſſet, non immutaturos eſſe leges. Diſcedens igitur, non eſt reuerſus, ut perpetuò obligatos religione iuramenti tenet. Ita durauerũt leges illæ annos quingentos. Hæc atq; alia multa à doctis proponuntur, ne iura uerò conſilio recepta, temerè mutentur. Præcipue uerò Chriſtianos decet cauere, non neceſſarias diſputationes, cum propter deũ legibus & uniuerſæ politiæ reuerentiã debeant. Nec dubiũ, quin ſi amitteretur hæc erudita Iuris doctrina, magna confuſio & barbaries in iudicijs & moribus ſecuta eſſet: quam ut prohibeat Deus, qui eſt autor boni ſtatus politici, opto. Dixi.

CATALOGVS OMNIVM REGVM ET IMPERATORVM ROMANORVM, AD IVRIS COGNItionem, propter nominum & temporum rationem ualde neceſſarius, à Domino Oldendorpio ſcriptus.

Anni ante Chriſtum natum,		Numerus regum,	Anni regũ,
	REGES,		
871	*Romulus*	1	37
714	*Numa Pompilius*	2	41
673	*Tullus Hoſtilius*	3	32
641	*Ancus Martius*	4	23
618	*Tarquinius Priſcus*	5	35
583	*Seruius Tullius*	6	34
549	*Tarquinius Superbus, eiectus regno ob uiolatã à filio Sex. Tarquinij Lucretiæ pudicitiam.*	7	35

¶ *Longa Conſulum nomenclatura, à L. Iunio Bruto ſcilicet, ad M. Bibulum inſerenda hic eſſet, ni inſtitutum noſtrum hoc uetaret.*

		Numerus imperatorum,	Anni imperij,
	IMPERATORES,		
46	*C. Iulius Cæſar*	1	5
40	*C. Cæſar Octauianus Auguſtus*	2	55
Anni à Chriſto nato,			
16	*Claudius Tyberius Cæſar*	3	23
39	*C. Cæſar Caligula*	4	4
43	*Tyberius Claudius Cæſar*	5	13
55	*Claudius Domitius Nero Cæſar*	6	14
69	*Seruius Sulpitius Galba Cæſar*	7	1
	Mar. Syluius Otho	8	
	A. Vitellius	9	
70	*Flauius Veſpaſianus Pater*	10	10
81	*T. Veſpaſianus filius*	11	2
83	*Fl. Domitianus*	12	15
88	*Cocceius Nerua*	13	2
100	*Vlp. Traianus*	14	19
119	*Ælius Hadrianus*	15	21
140	*T. Aurel. Fulu. Antoninus pius.*	16	23
162	*M. Ælius Antoninus Philoſophus, & L. Ælius Commodus Verus diui fratres, duo A A. ſimul.*	17	
172	*M. Ælius Antonin. philoſophus, ſolus*	18	6
178	*M. Ælius pater, & Commodus, filius Antonini A A.*	19	3

181	*Antoninus Commodus ſolus*	20	13
194	*P. Ælius Pertinax*	21	2
	Didius Iulianus	22	
195	*L. Septimius Seuerus pater, & M. Baſſanus Antoninus Caracalla filius*	23	18
213	*M. Antoninus Caracalla ſolus*	24	6
219	*Opilius Macrinus*	25	1
220	*M. Antoninus Heliogabalus*	26	4
224	*Aurelius Alexander Seuerus*	27	13
237	*Iulius Maximinus cum filio*	28	3
240	*Gordianus iunior*	29	6
246	*M. Iul. Philippus*	30	5
251	*Decius cum filio Cæſare*	31	2
253	*Gallus Hoſtilianus, Voluſianus filius*	32	2
255	*Licinius Valerianus & Gallienus*	33	7
262	*Gallienus & Valerian. Iun.*	34	5
267	*Gallienus ſolus*	35	3
270	*Fl. Claudius*	36	2
272	*Valer. Aurelianus*	37	6
277	*Ann. Tacitus*	38	1
	Florianus	39	
278	*Aurelius Probus*	40	6
284	*Carus, Carinus, & Numerianus*	41	1
285	*Carinus & Numerianus*	42	1
286	*Diocletianus Iouius*	43	1
287	*Dioclet. Iouius, & Maximianus Herculius*	44	21
308	*Conſtantius Chlorus, & Maximian. Galerius*	45	2
310	*Maximi. Galer. & Conſtantinus*	46	3
313	*Conſtantinus, Maxentius, Licinius & Maximinus*	47	2
315	*Conſtantinus, Licinius & Maximinus*	48	4
319	*Conſtantinus & Licinius*	49	8
327	*Conſtantinus ſolus*	50	13
340	*Conſtantinus, Conſtantius & Conſtans*	51	3
343	*Conſtantius & Conſtans*	52	10
353	*Conſtantius ſolus*	53	11
364	*Claudius Iulianus*	54	2
366	*Iouinianus*	55	1
367	*Fl. Valentinianus, & Flauius Valens*	56	3
370	*Fl. Valentin. Fl. Valens, & Fl. Gratian.*	57	8
378	*Fl. Valen, Fl. Gratianus, & Valentinianus II*	58	3
381	*Gratianus & Valentinianus II*	59	1
382	*Gratian. Valen. II. & Theodoſ.*	60	5
387	*Theodoſius ſolus*	61	1

Theodo-

387	*Theodoſius & Arcadius*	62	6
389	*Valent.II.Theodoſ.& Arcad.*	63	6
395	*Theodoſ. Arcadius & Honorius*	64	3
398	*Arcadius & Honorius*	65	7
405	*Arcadius, Honorius & Theodoſius Iunior.*	66	21
426	*Theodoſius Iun. ſolus*	67	2
428	*Theod. Iun. & Valentinian.* III.	68	25
453	*Valentin.* III. *& Martianus*	69	5
458	*Martianus ſolus*	70	2
460	*Leo & Maiorianus*	71	4
464	*Leo & Seuerus*	72	4
468	*Leo & Anthemius*	73	4
472	*Leo ſolus*	74	4
476	*Leo Iunior, & Zeno Iſauricus*	75	1
477	*Zeno Iſauricus, ſolus*	76	17
494	*Anaſtaſius*	77	27
521	*Iuſtinus*	78	8

529 *Iuſtinianus, Autor componendi Iuris, & Nouellarum conſtitutionum. Habes iam Imperatores, quorum fit mentio in Pandectis & Codice. Sub illis enim qui ſequuntur, imperium Romanum cum Legibus propè fuit extinctum: præſertim ſub Foca. Sic Deus, uiciſsitudine continua inconſtantiam huius mundi nobis ob oculos ponit, ut diſpliceat, ne cor apponamus: ambientes ſemper æternam uitam & immutabilem, fide ſcilicet in Chriſtum, & beneficijs erga proximum.* 79 38

566	*Iuſtinus* II	74	10
576	*Tiberius* II	75	7
584	*Mauritius*	76	20
604	*Focas*	77	8
612	*Heraclius*	78	29
641	*Conſtantinus* II	79	
642	*Heracleonas*	80	2
643	*Conſtans* II	81	27
670	*Conſtantinus Pogonatus* III	82	17
687	*Iuſtinianus* II *expulſus*	83	10
697	*Leontius*	84	3
700	*Tiberius Abſimarus* III	85	7
707	*Iuſtinianus* II *reuocatus ad imperium*		6
713	*Philippicus Bardeſanes*	86	2
715	*Anaſtaſius* II	87	2
717	*Theodoſius* III	88	1
718	*Leo* III	89	24
742	*Conſtantinus* IIII	90	34
777	*Leo* IIII	91	5
783	*Conſtantinus* V	92	15
798	*Nicephorus*	93	4

¶ *Sequuntur nunc Germani Imperatores, quorum non minor uirtus, certè maior fides rerum agendarum & modeſtia, quàm ſuperiorum fuit.*

801	*Carolus Magnus, ſub quo tranſlatum fuit ad Germanos imperium.*	94	14
815	*Lodouicus* I	95	26
841	*Lotharius*	96	15
856	*Lodouicus* II	97	20
876	*Carolus Caluus* II	98	5
881	*Carolus Craſſus* IIII	99	10
891	*Arnolfus*	100	12
903	*Lodouicus* III	101	10
912	*Cunradus*	102	2
920	*Henrichus Auceps*	103	17
938	*Otho* I	104	36
974	*Otho* II	105	10
984	*Otho* III	106	19
1003	*Henrichus Claudus* II	107	22
1025	*Cunradus* II	108	15
1040	*Henrichus Niger* III	109	17
1057	*Henrichus* IIII	110	50
1107	*Henrichus* V	111	20
1127	*Lotharius*	112	13
1140	*Cunradus* III	113	14
1152	*Friderichus Barbaroſſa, autor Conſtit. Habita. C. Ne fil. pro pat.*	114	37
1186	*Friderichus Barbar. & Henr.* VI *filius*	115	4
1190	*Henrichus* VI *ſolus*	115	7
1198	*Philippus*	116	10
1209	*Otho* IIII	117	4
1213	*Friderichus* II	118	37
1250	*Cunradus* IIII	119	4
1154	*Vuilhelmus*	120	2

Interregnum ab anno 1256. durauit ad annum 1273.

1273	*Rudolphus*	121	19
1292	*Adolphus*	122	6
1298	*Albertus*	123	10
1309	*Henrichus* VII	124	5
1314	*Lodouicus* IIII	125	31
1346	*Carolus* IIII	126	33
1378	*Vuencelaus*	127	22
1400	*Rupertus*	128	10
1410	*Sigiſmundus*	129	27
1438	*Albertus* II	130	2
1440	*Friderichus* III	131	46
1486	*Friderichus* IIII. *A. & Maximilianus filius C.*		8
1494	*Maximilianus ſolus*	132	25
1519	*Carolus* V	133	
1520	*Carolus* V. *A. & Ferdinandus C. fratres*	134	

ANNI ET VITAE IMPERATORVM QVORVM CONSTITVTIONES XII. LIB. CODICIS SVNT INſertæ, breuiter annotati à Spiegelo.

A NATO CHRITO, Hadrianus CXX.

NVLLI poſt Auguſtum probitate ſecundus. Vtebatur his Iureconſultis: Iul. Celſo, Nerat. Priſco, Salu. Iuliano. Indoctos literarum profeſſores exautorauit, ſed ſuis beneficijs aluit interim, ne egerent: & eruditos ac utiles ad docendum, in locum eorum ſuffecit. Regnauit annis uiginti.

Diui fratres, ſiue M. Antoninus & Verus.

¶ Horum frequens eſt mentio in Iure Ciuili, quorum tamen nomina plerique non perceperũt. Primum in. l. de qua re. ff. de Inoffic. Teſtam. cum Paul. dicit, conſtitutionem extare diuorum fratrum: Accurſius quaſi nihil addubitans, ſubijcit: Seueri, & Antonini: cum tamen ueritas refragetur: quia fratres non fuerũt. Sic in. §. nõ tantũ. Inſtit. de Codic. cum Iuſtinian. haud dubium ſcriptum reliquerit. Sed diui Seuerus & Antoninus, audaculus quidam exemplaribus multis adiecit, Diui fratres: quod rurſus non ſubſiſtit. Enimuerò fratres fuerũt, M. Ælius Antonin. & Verus Commodus: Marcus enim Antoninus eximiæ doctrinæ ac probitatis Princeps, hunc Cõmodum fratrem ſuũ, ex adoptione Pij Antonini Principis, Imperij conſortem fecit, & primi omnium Imperatorum, bini regnare cœperunt, Anno ſalutis CLXIII. Quos deinde multi ſunt imitati: adeò, ut terni nonnunquàm Imperarent. Sed Marcus Commodo non multo pòſt mortuo, cum filio Commodo Imperauit, homine peſsimi ingenij, & omnibus incommodo. Quare Vlpian. in. l. congruit. de Offic. Præſid. refert, Diuos fratres reſcripſiſſe de furioſo, qui admiſiſſet parricidiũ. Et Macer in. l. ſeq. recenſens uerba reſcripti, Diuus Marcus, inquit, & Commodus, Scapulo Tertyllio reſcripſerunt. Igitur Macer exprimit nomina fratrum, quorum Vlpian. meminit, de eodem reſcripto loquens. Eódem pertinet, quod Calliſtratus in. l. diuus Pius. ad Leg. Cornel. de Falſ. loquens de pœna ſummo Iure indicenda ei, qui protuliſſet inſtrumenta, quæ uera probare non poſsit. Sed Diuus Marcus (inquit) cum Diuo fratre ſuo, pro ſua humanitate hanc rem temperauit.

M. Ælius Antoninus ſolus.

¶ Is & cum fratre Lucio Vero, qui non multo tempore uixit, & ſolus adminiſtrauit Imperiũ annis xviij. præter Leges, quæ extant in Pandectis, integros quoque libros edidiſſe fertur. Carion ſe uidiſſe illos teſtatur.

Ælius Pertinax, CXCV.

¶ Confoſſus à Didio Iuliano iuris doctiſsimo: qui cùm Cæſareo nomine à militibus empto, regnaſset mẽſes ſeptem, à Seuero occiſus eſt.

Seuerus, & Antoninus Caracalla. CXCVI.

¶ Cum legis apud Iuriſconſultos, patrem cum filio, item Diuus Antoninus cum patre reſcripſit, hi accipiendi ſunt, qui & Magni ſunt cognominati. Paulus in. l. ult. de Priuileg. ueteran. Veteranos, inquit, diuus magnus Antoninus. Martian. in. l. j. de Requir. reis. Diui Seuerus, ait, & Antoninus Magni, reſcripſerunt. Vlp. de Don. int. uir. & uxor. l. Cum hic ſtatus eſſet donationum inter uirum & uxorem, quem antè retulimus, Imperator noſter Antoninus ante exceſſum Diui Seueri patris ſui, oratione in Senatu habita, autor fuit Senatui cenſendi. Is autẽ filius Seueri fuit, ſed certè pœnitendus. Nam cum inter cætera ſcelera, fratrem ſuum Getam occidiſſet, Papinianum interfici iubebat: quòd parricidium eius excuſare noluiſſet. Dicebat nanque Papinianus, non tam facilè defendi poſſe, quàm perpetrari tam grande delictũ. Seuerus Imp. regnauit annos xviij. Ant. Caracalla Cæſar, annos vj.

Antoninus Caracalla ſolus, CCXIIII.

Antoninus Heliogabalus, CCXXI.

¶ Nullam de ſe, niſi fœdiſsimæ beſtiæ memoriam reliquit.

Alexander, CCXXV.

¶ Ex Arcena, Syriæ ciuitatis, ob uirtutis ſtudium, magnæ eius laudes prædicantur. In rebus omnib. unius Vlpiani Iuriſconſulti conſilio uſus eſt, & præter hunc unum, neminem ſolum ad colloquiũ admiſit: quem & ut ſuprà relatũ eſt, à militibus mortem illi minitantibus protexit ſuo pallio, ut intelligerẽt milites, ſalutem Vlpiani Cæſ. curæ eſſe. Regnauit annos xiiij.

Maximinus, CCXXXVIII.

¶ Gotho fuit patre, & matre Alana natus, Cæſar

ab exercitu, poſthabita autoritate Senatus, electus eſt. Germaniam domauit uſq; ad Herciniam ſyluam, & ſuperiorem eius partem, uſque ad Francos. Sexagenario maior, unà cum filio à militibus apud Aquileiam necatur. Regnauit annos tres.

Gordianus. CCXLI.

¶ *Optimus & nobiliſsimus Princeps, ſexto Imperij anno, dolo Philippi præfecti militum, interficitur.*

Philippus, CCXLVII.

¶ *Inter Cæſares primus, qui ob ſuſceptum Baptiſmum, & profeſsionem Chriſtiani nominis, opera Decij fertur eſſe interfectus, anno Imperij eius quinto.*

Decius, CCLIII.

¶ *Si iniuriam à Chriſtiana pietate ſuſtuliſſet, in quam ſæuijt, inter optimos Princeps annumerari poſſet. Imperauit biennium.*

Gallus, & Voluſianus, CCLV.

¶ *Pater & filius infelicißimè Imperium per duos annos, & menſes octo rexere.*

Valerianus, & Gallienus, CCLVII.

¶ *Prænomine Licinius, pater Gallieni, præfuit Imperio annos VI. Filius poſt captum patrem, regnauit annos nouem. Eruditus in bonis artibus fuit, ſed per luxum & ſocordiam Imperium afflixit, externis hoſtibus adeò Romanis inſultantibus, ut fœminæ Imperium occuparint. Vixit Valerianus ſeptuagenario maior, ante Imperium ſummis honoribus functus, & in his cum ſumma laude, ac uirtutis opinione uerſatus. In Germania noſtra ſuperiori Cæſar ab exercitu electus eſt. Et id Senatus confirmauit.*

Gallienus, & Valerianus iunior, CCLXII.

¶ *Sub his maiores noſtri Rauennam uſq; peruenerunt. Valerianus Iunior ab auo Licinio Cæſ. appellatus eſt. Porrò Gallienum cum fratre Valeriano, milites Aureoli, qui dux erat Illyricani exercitus, prope Mediolanum interfecerunt.*

Gallienus ſolus.

¶ *Pater iam dictorum Fratrum interfectorum.*

Claudius, CCLXXII.

¶ *Præfuit biennio nõ integro, quo tamen maximas laudes, ob inſignes & uerè heroicas uirtutes, meruit.*

Aurelianus, CCLXXIIII.

¶ *Imperauit annis V. & menſibus ſex. Acerrimus Chriſtiani nominis perſecutor. Francos noſtros non longè à Moguncia uicit graui pugna: poſtea & Gotthos ſimiliter in Illyrico.*

Probus, CCLXXX.

¶ *Per ſex annos, & menſes quatuor regnauit: uir pacis, belliq; artibus longè clariſsimus. Tyranni per hunc omnes ſublati, pax uniuerſo orbi terrarum reſtituta. Celebris uox eius hæc: Non neceſſarios amplius fortè milites dum hoſtes deſunt (quos nuſquam uirtute ſua futuros, mox ſibi promittebat) plurimũ ei obfuit. Nam dum morã trahit in Syrmienſi agro, natali ſolo, tumultu militari occiſus eſt.*

Carus, Carinus, & Numerianus, CCLXXXVII.

¶ *Secundo Imperij anno, ictus fulmine, concidit Carus, factis prius iuxta ſe filijs ſuis Carino & Numeriano Imperatoribus.*

Carinus, & Numerianus.

¶ *Numerianus & probitate & eruditione clarus fuit. Carinus flagitioſiſsimi Principis nomen reliquit. Hi fratres extincto patre, uix annum expleuerunt.*

Diocletianus, CCLXXXVIII.

¶ *Optimis æquandus Principibus, ſi à Chriſtianorum perſecutione abſtinuiſſet. Diuinos honores Impp. Augg. dare præcepit, & adorari uoluit: edicto ſanciens, uti omnes, ſine generis diſcrimine, proſtrati pedes exoſcularent. Regnauit annos XX.*

Conſtantinus, & Maximianus Galerius, CCCVIII.

Diocletianus, & Maximianus Herculeus.

¶ *Vterq; depoſita adminiſtratione Imperij, ad priuatæ uitæ tranquillitatẽ reuerſi ſunt ultrò, exemplo ad hanc ætatẽ incognito. Diocletianus cõſtantius in propoſito permanſit. Maximianus dum Imperiũ affectat iterum, quo in eo Maxentium filiũ ſucceſſorẽ haberet, iuſſu generi ſui Conſtantij, apud Maßiliam necatur.*

¶ *Dicti antea Cæſares à Dioclet. & Maximiano: de quibus diligenter ſcripſit Pomponius Lætus in Diocletiano, admonens qui legerint pro Maximino in quibuſdã codicib. Maximianũ eſſe, & deinde Maximinũ et Seuerũ ſimul imperaſſe, quos ſibi Cæſares adſciuerat Galerius. Conſtantius Conſtantini Magni pater, benignus ac facilis, nec à uera pietate abhorrẽs. Vicit Francos, qui tum tam ſibi Germaniæ partem uſurparant, quæ circa Rhenum ſita eſt, & Alemannos, qui Germaniam primam, ſiue ſuperiorem tenebant: Maxim.*

Galerius

Galerius trux, ac propè immanis, Chriſtianiq́; ſanguinis appetentiſsimus.

Conſtantinus Magnus, CCCXII.

¶ *Imperauit* XXX *& amplius annos: tredecim uerò ex his ſolus.* De eo *ſic memoriæ proditum. decem primos annos, ut præſtantiſsimus diceretur. xij. ſequentibus latro, decem nouiſsimis pupillus, ob immodicas eius largitiones.* Vnde *apparet, non omnino uanam eſſe donationem illam* Rom. *Eccleſiæ factam: ſuper qua iudicium* Pighianum *à me in* Lexico *relatum eſt. Originē generis eius* Carion *deducit à* Fl. *Claudio, laudatiſsimi nominis* Imperatore: *à quo* Iuſtinianum *Auguſtum puto, more inſequentium* Conſtantinum *Principum, ſibi* Flauij *nomen uſurpaſſe.*

Conſtantinus iunior, Conſtantius, & Conſtans, CCCXLII.

¶ *Sub his tribus fratribus* Imperium, *quod per manus acceperunt, adeò debilitatum eſt, ut multis poſtea annis ad priſtinum robur redire non potuerit.* Conſtantinus *nondum triennio finito, cæſus eſt.*

Conſtantius & Conſtans.

¶ Conſtans *optimus* Princeps, *cum imperaſſet annos xiij. uixiſſet paulò plus triginta, dolo* Magnentij, *cui uitam in periculo ſeruauerat ſemel, oppreſſus eſt.*

Conſtantius ſolus.

¶ Conſtantius, *qui uicit flagitioſiſsimum autorem ſeditionis* Magnentiū, *qui* Deo *autore, ſeipſum interemit, regnauit annos xxiiij.*

Iulianus, CCCLXV.

¶ *Apoſtata, quo nomine notiſsimus* Chriſtianis, *quos impio quodam odio inſectatus, ut ſtudia & militiam hiſce interdixerit: pleroſq́; præmijs & illecebris, quaſi machinis à uera pietate auerterit, alioqui inter egregios* Principes *annumerandus. Solus annū unum, menſes tres imperauit. Septimo uerò, ex quo* Cæſar *à* Conſtantio *factus eſt, uitæ autem annos agens alterum & trigeſimum, cum ſpiritus deficeret, poſt concionem, qua diſſeruit mortem eſſe ſummū præmium, epota frigida aqua, defunctus eſt. Tradunt alij, ſagitta è cœlo miſſa uulneratum, animamq́; iam agentem, manum ſanguine plenam ad cœlum proieciſſe, & dixiſſe:* Viciſti tandem Galilee. *Chriſtum ſignificans, quem* Galilæum *appellabat.*

Iouinianus, CCCLXVII.

¶ Huic *fuit* Pannonia *patria, perijt octauo* Imperij *menſe.* Pietate Princeps *inſignis fuit.* Pomponius Lætus Iuuianum *uocat.* Hoc *ei germanum fuiſſe nomen inde apparet, quòd primò* Imperator *ſalutatus, anteſignani* Iuuianū *clamauerunt, qui in medio, quiq́; poſtremi erant, opinati* Iulianum *reuixiſſe, ingenti lætitia effuſi, choreas ducebant.* Epiſcopos *à* Conſtantio *&* Iuliano *proſcriptos reuocauit: iuſsit etiam* Eccleſis *ſuas decimas perſolui.*

Valentinianus, & Valens, CCCLXVIII.

¶ *Imperauit annos duodecim,* Valentin. *fratrem ſuum* Valentem Imperij *conſortem conſtituit, qui poſt defunctum* Valentinianum, *imperauit annos tres,* Arrianæ *impietatis adſertor.* Huius *inſignes pœnas dedit, quando à* Gotthis *prope* Conſtantinopolim *uictus, acie uictā,* Imperiumq́; *amiſit, igne intra tuguriū, in quod confugerat, iniecto.*

Iidem, & Gratianus.

¶ Hic Valentiniani *maximus natu filius, uiuente adhuc patre in* Imperij *communionem aſcitus eſt, pietate in ſuos egregius.* Nam *mortuo patre, iuniorem ſuum fratrem* Valentinianum, *unà ſecum* Imperatorem *delegit.* Princeps *erat probitate & eruditione iuxtà clarus, ſyncerus item* Chriſtianæ *religionis cultor.* Ipſe *dum è* Gallia *in* Italiam *properaret, dolis* Maximi *tyranni, qui in* Britannia *ab exercitu* Imperator *factus erat, interfectus eſt, anno ætatis undetrigeſimo,* Imperij *ſexto.* Hos *cum patre & patruo* Flauiorum *nomen habuiſſe, teſtatur* Romæ *ueteris adhuc pontis, ab eis ædificati, inſcriptio.*

Valens, Gratianus, & Valentinianus II.

Gratianus, & Valentinianus II.

Iidem, & Theodoſius, CCCLXXXVIII.

¶ *Genere* Hiſpanus, *diuino in ſomnis monitu hoc nomen ſortitus dicitur, à* Gratiano *cōſors* Imperij *aſcitus, morib. & corpore* Traiano Principi *ſimilis.* Summa *in eo clementia, incredibilis in ſuos pietas.* Rei *militaris ſagax, nec à literis alienus, ſimplicium ingeniorum admirator.* Pietatis *noſtræ adeò obſeruator, ut ſumma ciuilitate ab* Ambroſio Antiſtite *caſtigatum ſe, adytisq́; prohibitum, tulerit: qui & illi fuit autor, ut unà cum cōſortibus legem de* Dilatione *uindictæ conderet: eo quòd eius iuſſu, ob uindictā unius militis multa ciuium interfecta millia* Theſſalonicæ *ferebatur.* Extat *in. l. ix.* C. *de* Pœnis. *l. ſi uindicari. & in* Tripartita, *cap. 30. itidem lib. 9.* Hic *cum* Honorium *filium ſuum* Cæſarem Romæ *dixiſſet, ſuaſit* Senatui, *qui religionem priſcam ſtuderet retinere, ut decepti & inducti in errores, reſipiſcere, &* Chriſtianam *religionem, in qua omnium ſcelerum abolitio denunciaretur, amplecti uellent.* Sed *nemo motus omni oratione illius dicitur: quòd negarent ſe facere poſſe, ut* Maiorum *ſuorum inſtituta & tradita, nouitijs* Chriſtianorū *inuen-*

tis poſtponerent, cũ illorũ cuſtodia Vrbem incolumem propè mille ducentis annis conſeruaſſet: quib. ſi alia potiora duxiſſent, ignorare ſe, quæ ſit fortuna cõſeruatura. Inſtitit tum prius Princeps, & Rempub. ſumptibus Sacrorũ grauari dixit: quos cum Senatus tueri nõ poſſet, ſuſtulit Theodoſius, & autoritatem Senatus admodum diminutã reliquit. Obijt ipſe Mediolani anno ætatis quinquageſimo, Imperij undecimo. D. Ambroſius mortem eius lamentatus eſt, atque inter reliqua ſic inquit: Dilexi uirum, qui cum corpore ſolueretur, magis de ſtatu Eccleſiarũ, quàm de ſuis periculis angebatur.

Valentinianus II. Theodoſius, & Arcadius.

Theodoſius, & Arcadius.

Iidem, & Honorius.

¶ Theodoſius, cum Honorio & Arcadio F F. quos pueros Imperij conſortes fecerat, annis tribus imperauit. Arcadius cum fratre annis tredecim. Neuter magnoperè Reipub. curis ſe afflixit. Placidæ & molles animæ, requi ſiuerunt admodum quietem & tranquillitatẽ, in qua ipſi educati eſſent. Omnino leuitas, & inertia quædam optimorum, & pietate præſtantiũ Principũ ualdè nocuit Reipub. Honorius deceßit Romæ, qui & uiuente, & mortuo fratre, cui ſuperſtes, uixit, poſtquàm regnaſſet annos triginta duos.

Arcadius, & Honorius, CCCXCVIII.

Iidem, & Theodoſius iunior.

¶ Arcadij filius, Honorio defuncto, Valentinianũ conſortẽ Imperij conſtituit, beneq; res geſta eſt, quoad Pulcheriæ ſororis uſus eſt prudentia. Cum nouæ leges, quæ à Conſtantino, & reliquis ſuccedentibus primordium acceperant, permiſtæ, & inordinatæ eſſent, ad ſimilitudinem Gregoriani, & Hermogeniani, in Codicem unum Theodoſius, ſub proprio cuiuſq; Imperatoris titulo, eas diſpoſuit, quem de ſuo nomine Theodoſianum uocauit. Poſtquàm imperaſſet annos quadraginta octo, Conſtantinopoli febre ſolutus eſt.

Honorius, & Theodoſius iunior.

Theodoſius iunior ſolus, CCCCXXVII.

Idem, & Valentinianus, III.

¶ Idem, & Valentin. III.] Optimus ac clementißimus Princeps, tandem à Maximo, ciue potentißimo, potiundæ uxoris gratia (ut ait Procopius) eſt interfectus, quum imperaſſet annos triginta, uiginti quinq; cum ſocero, & quinq; cum Martiano. Cæterũ Valentiniano mortuo, Italia habuit Imperatores nouem, haud ſanè memorabiles, nec diu fuêre. nam infra uiginti annos alij ab alijs per occaſionem ſunt trucidati. Nomina illorum extant apud Volaterranum & Egnatium. Hiſtoria à pleriſq; mediæ ætatis ſcriptorib. eſt texta.

Valentinianus III. ſolus, CCCCLIIII.

Idem, & Martianus.

Martianus ſolus.

¶ Martianus.] Hic quanquam ſenex, & humili genere, præſtabat rebus geſtis, & arte militari. Pacem tamen quoad eius fieri potuit, coluit: illud ſæpè uſurpans: Dum in pace eſſe poſſumus, arma nõ induamus. Imperauit annos ſex.

Leo, CCCCLX.

¶ Primus hic Græcanici uir ſanguinis, Imperium tenuit per annos ſedecim. Is filium ſuum eiuſdem nominis (quidam nepotem ex filia Zenonis ſcribunt) Cæſarem creauit, qui ob iuuenilem ſuam ætatem Zenoni patri, alij uitrico ſuo, Imperij coronam impoſuit. Conſtitutiones partim à ſe, partim alijs quibuſdam Imperatoribus factas, in unum cõpoſuit Leo: qui & Leon. I. Liberq; ex eiſdem factus, Mart. Cõſtitutiones appellatus eſt, quæ interdum in Ciuili diſciplina referuntur.

Idem, & Anthemius.

¶ Hic quartus eorum numeratur Imperatorũ, qui poſt Valentinianum Romæ potiti ſunt rerum, Seruandum Galliarum præfectum, & patricium, Romæ Imperium inuadere conantes deleuit. Genſericum item in Italiam cum ingenti claſſe ex Aphrica uenientem, auxilio Baſiliſci à Leone Imp. mißi, ad Populoniam repulit. Poſt annos tandem quatuor, quàm imperare cœpiſſet, à Ricimere patricio, Romæ interficitur.

Leo iunior, & Zeno.

¶ Cum annum præfuiſſet, patrem, ſiue uitricũ pro ſe deinceps imperare iußit, impoſito illi, ut iam dictum eſt, diademate.

Zeno, CCCCLXXVI.

¶ Præfuit annis ſeptemdecim, nõ ut Auguſtus, ſed ut tyrannus. Sunt qui uiuum adhuc incluſum ab uxore ſepulchro tradant, fruſtraq; reſipiſcentem, & opem quæritantem obijſſe.

Anaſtaſius, CCCCXCII.

¶ Inter bonos Principes referri potuit, niſi Eutychianæ hæreſi adhæſiſſet. Poſt octogeſimum & octauum uitæ annum, Imperij xxvij. fulmine ictus perijt, ulciſcente grauiter impietatem toties ab impuro Principe uiolatam.

Iuſtinus, D.IX.

¶ Vtroq; parente ignobilis, à teneris annis ſuũ cuſtos,

ſtos,deinde boum,pòſt lignarij cuiuſdam miniſter,natus annos ſedecim militare cœpit, promptus manu,& doctus hoſtem ferire,ſortem mutauit,Princeps ordinis fuit,& hinc promotus,Comes factus eſt.Mortuo Anaſtaſio,ad eum Eunuchus quidā libertus,ſuperioris Auguſti,ditiſſimus uenit,magnam uim dans ei pecuniarū, ut Theocritianus Imperator deſignaretur.Verum Iuſtinus ſui commodi memor,effecit, ut ipſe Imperator crearetur. Anno Imperij eius nono,Cal. Aprilis, Iuſtin.ſororis ſuæ filium adoptauit, conſortem Imperij fecit: quarto pòſt menſe deceſſit.Imperauit annis nouē, menſibus duobus. Orthodoxus fuiſſe traditur.

Iuſtinus,& Iuſtinianus.

Iuſtinianus ſolus, D.XCVIII.

¶ Cum annum quartum & quadrageſimum ageret,Imperare cœpit,quod per annos undequadraginta adminiſtrans, ueterem Romani Imperij gloriā mirum in modum ampliauit.Maximus certè Princeps,niſi auariciæ,& delirij Eutychiani reus fuiſſet, & Belliſario,cuius opera res multò præclariſſimas confecerat, ex leui admodum ſuſpicione,circa culpam oculos iuſſiſſet effodi & profligaſſet eum,ut mendicando cibum quærere cogeretur. Iuſtinianus tandem affectus morbo,Iuſtinum ex filia nepotem Cæſarem fecit,ingraueſcensq; morbo,non ſanus mente deceſſit.

NOMINA CAESARVM GERMANORVM, IMPERATORUMQ́, quorum Conſtitutiones,atque Leges in Codice Iuſtiniani, ac in Placitis Feūdalibus,ſiue Feudorum uſi usb,atq; in Extrauagantibus, quæ & undecima Collatio uulgò dicitur, continentur.

LOtharius,reſtitutor ille Legum Romanarum, Saxonum dux,Imp. ſuprà nominatus.Chunradus III.Italis ſecūdus,gente Sueuus, Oſtrofrancorum dux.de quo uide Othon.Friſingen.

¶ Fridericus I. cognomento Barbaroſſa,Sueuus, fortitudine, iuſtitia, liberalitateq; in egenos clariſſim. Princeps.Hic in gratiā ſtudioſorum promulgauit Conſtit.Habita.C. Ne fil.pro patre.Cuius tria ſunt capita. Primum, Quòd omnes qui cauſa ſtudiorum peregrinantur,& maximè diuinarū,atq; Sacrarū Legum Profeſſores,ad loca in quibus literæ exercentur,tum ipſi, tum eorū nuncij ueniāt,ac inibi habitent ſecurè.Secundum, Quòd nullus debeat ſtudioſis inferre iniuriā:nec ob alterius delictum damno eos grauare, hoc eſt, non poſſunt capi Repreſſalijs. Tertiū, Quòd ſi quis litem ſtudioſis inferre uoluerit, datur ijs optio, utrum apud Præceptorem ſuum, an uerò apud Epiſcopum loci, maluerint conueniri. Doctores addunt tertium Iudicem,quem eligere poſſunt, uidelicet Ordinarium Iudicem,ſeu Magiſtratum. Vide Oldendor. de Priuileg. illuſtr. perſon.

¶ Henrichus VI. huius Friderichi filius, regno Neapolis, Siciliæq; potitus.

¶ Friderichus II. Imp.Henr. VI.filius. Autorem hunc aiunt inſertorum Iuſtiniano Codici Autent.quorum Epitome extat beneficio Gregorij Haloandri. Quanquam non eſt noua querela,quòd quiſquis is fuerit,qui uel huius Principis, uel alius (puta Friderichi aui ſui iuſſu,quod mihi magis uerum eſſe uidetur,Autenticorū Iura,Codici ſuis locis inſeruerit) eadem non ubique fideliter tranſcripſerit. Sic enim ab Accurſio taxatur, ne putes illum nouiter hoc nomine ab aliquot & in ſequenti,& noſtra ætate clariſſimis Ciuilis diſciplinæ Interpretibus malè audire.

¶ Henrichus VII. Lucemburg.In huius Principis Conſtitut. Bartolus Comment. ſcripſit, qui laudatiſs.habentur.

¶ Ludouicus IIII.Bauarus, iniquè ferens & excellentiam Imp.& Imperij Iura per Rom. Pont.infringi, maturo conſilio, etiam eorum, qui illius ſæculi literarum ſacrarum antiſtites habiti ſunt, inter hos Marſilius Patauin. & Ocamus fuerant, de Imperatoris præcellentia, Iuribusq; Imp. Conſtit.ſanciuit: quæ tamen recepta nō eſt,imò potius ceu hæretica,à Rom. Pontif. qui diui Petri ſedem per annos Imperij eius inſederūt,execrata eſt. Volebant illi,penes ſe ſummam autoritatem,& Ius eſſe, tam approbandi, quàm deponendi Imperatoris: quod tandem ipſe rei exitus ſatis probauit. Nam Clemens Papa, eius nominis Sextus, primò poſt renouata illatæ Excommunicationis tela contra Ludouicum, & deinde poſt damnationem, & priuationis ſententiam prolatam in eundem, Electores Imperij monuit,& requiſiuit,ut alium Imperatorem deligerent: alioquin ipſe ſuppleturus eſſet eorum defectum,& negligentiam. Itaque repudiato Bauaro, Carolus IIII. Ioan. Boemiæ regis F. Cæs. delectus eſt. Porrò Hieronymus Balbus,Epiſcopus Gurcenſis, in libro quem nuper de Coronatione edidit,apud Bononiam Italiæ, prædictæ Conſtitut. meminit uerbotim,& quod mirari poſſis, ex ea adſertionis ſuæ uendicat robur.

¶ Friderichus III. Auſtriacus, ut Haloander indicat,Feudorum conſuetudines,quas ueteres appellare ſolebant Iura Militiarum,& Imp. nominat ϛρατείας, ad preces Bononieñ. Collegij confirmauit. Nos dubio procul iam haberemus eas ordini ſuo reſtitutas,nimirum,quo Principi per tam celebre Collegium fuerunt exhibitæ,ſi per inuidiam Fati licuiſſet,ne quid grauius dicam, de immatura morte Haloandri noſtri, quem Oldendorpius, Doctor ille præcellens,nunquā non ornat titulis inſignibus.

ROMANORVM LEGES A LANGBARTICIS ET FRANCICIS, AD TEMPVS OPPRESSAS.

SVNT qui Lotharium Imperatorem haud minore laude uehendum, quàm diuũ Iuſtinianũ exiſtimant: quòd is Leges Romanorum infinitis uoluminibus antea diſperſas, autoritate Iuſtiniani in Quinquaginta Libros Digeſtorũ contractas, Inſtitutionum lib. Quatuor editos, Codicemq́; inuulgatum: ſanctiore cura, ſtudioq́;, non multò poſt Iuſtinianum, per Iura Langbartorũ & Francorum, Germanicarum gentium oppreſſos, in lucem reuocarit. Equidem theſaurum mox periturum inuenire, non admodum magni referre: ſed inuentum, ad liberalem uſum conſeruare poſſe, hoc demum magno in precio habendum eſſe, & ipſe cenſeo. Quanquam in Tranſpadana regione, certa capita Langbarticarum Legum etiamnum ſeruentur: quod ſatis notum fit ijs, qui uolumina Interpretum Iuris Ciuilis uerſant. Accedunt quæ & hodie in precio habentur, clarorum Iuriſperitorum Scholijs illuſtratæ Cõſtitutiones Imperatoris Friderichi, eius nominis II. qui Bononienſe gymnaſium, quia Ciues imperata non ſtatim feciſſent, Patauium tranſtulit: & quod Imperij Maieſtatem ſarctam, tectamq́; cupiebat, à Rom. Pontificib. anathematis ſpiculo diſtrictus eſt: & quem, quod demirandũ, eruditi quidam Guelphos, ac Gibellinos, pernicioſiſſima Italiæ nomina, primum inuexiſſe tradunt: quod falſum eſſe, & in Lexico, & alibi, ſecuti Autores bonæ fidei, demonſtrauimus: indicantes palàm, Francis aliquot Legibus ad hanc quoq; diem ſuum ſtare uigorem in inclyto Siciliæ regno, quod uulgò Neapolitanũ uocatur, cuius poſſeſſio, ſi modò tam Legibus, quàm armis regna acquirerentur, ad nullam Gentem magis pertineret, quàm Alemanicã, hoc eſt, Sueuicam: quòd ultimus nobiliſſ. eius nationis Princeps Chunradinus, naturalis, legitimus, uerusq́;, & certus regni huius tum hæres, tum dominus, per ſummũ ſcelus, atque nephas, ut plerique Annales referunt, autore Romano Pontifice, ſecuri percuſſus eſt. Si in acie cecidiſſet, ferri lenius potuiſſet. Extant & Annales, quibus euidenter oſtendi poteſt, quàm tunc aliquot Epiſcopis Germaniarũ, factum ſummi Pontificis fuerit plauſibile. Qua de re aliquantò latius diſſerui pridem, tum nuper in Scholijs, quæ edidi tumultuariè in Ant. Panormitam, & Aeneã Syluium: ſcripta in hoc tantum, ut memoria rerum, Patrum noſtrorum memoria geſtarum, utcunq; poſteris traderetur, haberetq́; anſam iuſtam ſcribendi hiſtoriam, uel unus ex tam multis, qui in hac noſtra & ætate, & natione, mihi & ingenio, & dicendi facultate præſtant. Sanè utcunque hoc interpretetur factum, ſatis norunt, quibus uera pietas erga deum, cultusq́; Eccleſiaſticus cordi eſt: quòd quicquid cum Religione noſtra & pietate pugnat, id quoque cum Iure naturali: à quo Gentes falſa perſuaſione aberrarunt, pugnare, & iniuſtum eſſe, etiã ſi in ſpeciem prima fronte uideatur aliquam præ ſe ferre utilitatem. Idq́; ad uarias interpretationes, teſte Oldendorpio, deſeruiet, & Legum, & Opinionem conciliationem ſuppeditabit: ut inſpicias, utra ſententia ſit Religioni conuenientior.

IOAN-

IOANNES OLDENDORPIVS ORNATISSIMIS AVDITORIBVS ſuis S. D.

VIdemus quotidie, & experimur, ornatiſſimi auditores, in diſciplina ciuili, unico Reipublicæ præſidio, iam indè ab aliquot annis degeneraſſe omnia: nihilq; genuinæ puritati relictum eſſe. Nam, ut de corruptis codicibus Iuris, de periſſologia formularum, de altercationibus & barbarie commentatorum taceam, Indicem quoque in Pandectas, rem certè non ita contemnendã, ſeculi ſuperioris incuria deprauauit. Nam cum Iuſtinianus Cæſar, compoſitas à ſe Romanorum leges in ſeptem partes diuiſiſſet, deinde partes in libros, & hos rurſus in titulos, non alia ratione, quàm ut lector cuiuslibet loci commoda inſpectione ad iudicium de rebus ipſis prouocaretur, cœperuntq; tandem Indices non ex partibus & libris, ſed ex ſimplici paginarum numero deſcribi.

Et quanquam in perquirendis capitibus aut uocabulis (ne quis hinc calumnietur) dinumeratio chartarum ſuo fungitur officio: in iure tamen ſententias legum foliatim tantum perquirere, non minus eſt ridiculum, quàm quòd Athenienſes olim uullum intelligebant pecuniæ uſum, niſi ad numerandum. Vndè factum eſt, ut foliorum obſeruatores, foliatim quoq;, & (ut ipſi uocant) ſuperficialiter intelligerent leges, non admoniti per Indicem, in qua parte Iuris, in quo libro, in qua materia uerſarentur.

Hinc natus primùm eſt error, per quem tres Digeſtorum tomos appellarunt, Vetus, Infortiatum, Nouum. Deindè uidemus, Titul. De iudicijs, adiectum eſſe libro quinto: quum ſit, Titulus ſecundæ partis Pandectarum generalis. Quomodo &, Titulus De rebus creditis, adſcriptus fuit libro duodecimo: quum ad tertiam partem totius operis pertineat. Hæc portenta ex neglectu ordinis, ſecundum quem Index erat deſcribendus, profecta ſunt. Siquidem non aliter hactenus uſi ſumus Indice, quàm ſi quis Romam proficiſcatur ſolo urbis uidendæ, aut etiam minoris negocij ſtudio: cæterum, quæ nam ciuitates ſint in itinere, qui hominum mores, quæ locorum conditiones, quid Roma nunc ſit, quid olim fuerit, prorſus nihil animaduertens: domum tandem & rerum & pecuniarum uacuus redeat.

Operæ precium itaq;, & ex profeſſoris officio facturum me exiſtimaui, ſi uos optimæ ſpei adoleſcentes, aliosq; Iuris ſtudioſos omnes, ad priſcam inueſtigandarum legum grauitatem (quatenus in me eſt) reuocarem. Nam tali conſcientia, quæ mihi mille teſtes eſt, ſcripſi hunc Indicem, adiecto Imperatorum ac Iuriſconſultorum Catalogo.

Vos autem, quæ à doctiſſimis hodie præceptoribus, inter quos minimus ego ſum, ſtudijs ueſtris exhibentur, boni conſulite, & fœlicibus nunc temporibus fruamini.

ORDO LIBRORVM
huius Indicis.

Inſtitutæ.
Pandectæ: ſeu Digeſtum uetus, infortiatum, & nouum.
Codex.
Nouellæ.

D. IOANNIS OLDENDORPII INDEX IN OMNES LIBROS ET TITVLOS IVRIS CIVILIS.

TITVLI INSTITVTIONVM.

	Libri	Tituli
A		
¶ Adoptionibus	1	11
Atiliano tutore, & eo, qui ex lege Iulia & Titia dabatur	1	20
Autoritate tutorum	1	21
Ademptione legatorum, & translatione eorum	2	21
Adſignatione libertorum	3	9
Adquiſitione per adrogationem	3	11
Actionibus	4	11
B		
¶ Bonorum poſſeßionibus	3	10
C		
¶ Capitis deminutione	1	16
Curatoribus	1	23
Codicillis	2	25
D		
¶ Donationibus	2	7
Duobus reis ſtipulandi	3	17
Diuiſione ſtipulationum	3	19
E		
¶ Excuſationibus tutorũ uel curatorũ	1	25
Exhæredatione liberorum	2	13
Eo, cui libertatis cauſa bona addicuntur	3	12
Emptione & uenditione	3	24
Exceptionibus	4	13
F		
¶ Fiduciaria tutela	1	19
Fideicommiſſarijs hæreditatibus, & ad ſenatuſconſultum Trebellianum	2	23
Fideiuſſoribus	3	21
G		
¶ Gradibus cognationum	3	6
H		
¶ His, qui ſui, uel alieni iuris ſunt	1	8
Hæredibus inſtituendis	2	14
Hæredum qualitate & differentia	2	19
Hæreditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur	3	1
I		
¶ Iuſticia & iure	1	1
Iure naturali, gentium, & ciuili	1	2
Iure perſonarum	1	3
Ingenuis	1	4
Inofficioſo teſtamento	2	18
Inutilibus ſtipulationibus	3	20
Iniurijs	4	4
Iis, per quos agere poſſumus	4	10
Interdictis	4	15
L		
¶ Libertinis	1	5
Lege Fuſia Caninia tollenda	1	7
Legitima adgnatorum tutela	1	15
Legitima patronorum tutela	1	17
Legitima parentum tutela	1	18
Legatis	2	20
Lege Falcidia	2	22
Legitima adgnatorum ſucceßione	3	2
Literarum obligationibus	3	22
Locatione & conductione	3	25
Lege Aquilia	4	3
M		
¶ Militari teſtamento	2	11
Mandato	3	27
N		
¶ Nuptijs	1	10
Noxalibus actionibus	4	8
O		
¶ Obligationibus	3	14
Obligationibus ex conſenſu	3	23
Obligationibus, quæ quaſi ex contractu naſcuntur	3	28
Obligationibus, quæ ex delicto naſcuntur	4	1
Obligationibus, quæ quaſi ex delicto naſcuntur	4	5
Officio iudicis	4	17
P		
¶ Patria poteſtate	1	9
Per quas perſonas cuiq; adquiritur	2	9
Pupillari ſubſtitutione	2	16
Per quas perſonas nobis obligatio adquiritur	3	29
Perpetuis & temporalibus actionibus & quæ ad hæredes, & in hæredes tranſeunt	4	12
Pœna temerè litigantium	4	16
Publicis iudicijs	4	18
Q		
¶ Quibus ex cauſis manumittere non licet	1	6
Quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur	1	12
Qui teſtamento tutores dari poſſunt	1	14
Quibus modis tutela finitur	1	22
Quibus alienare licet, uel non	2	8
Quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum	2	12
Quibus modis teſtamenta infirmentur	2	17
Quibus modis re contrahitur obligatio	3	15
Quibus modis tollitur obligatio	3	30

Quod

Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, negocium geſtum eſſe dicetur 4 7

R

Rerum diuiſione, & adquirendo ipſarum dominio 2 1
Rebus corporalibus & incorporalibus 2 2
Replicationibus 4 14

S

Satiſdatione tutorum uel curatorum 1 24
Suſpectis tutoribus uel curatoribus 1 26
Seruitutibus prædiorum 2 3
Singulis rebus per fideicommiſſum relictis 2 24
Senatuſconſulto Tertylliano 3 3
Senatuſconſulto Orfitiano 3 4
Succeſſione cognatorum 3 5
Seruili cognatione 3 7
Succeſſione libertorum 3 8
Succeſſionibus ſublatis, quæ fiebant per bonorum uenditiones, & ſenatuſconſulto Claudiano 3 13
Stipulatione ſeruorum 3 18
Societate 3 26
Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur 4 9
Satiſdationibus 4 11

T

Tutelis 1 13
Teſtamentis ordinandis 2 10

V

Vſufructu 2 4
Vſu & habitatione 2 5
Vſucapionibus, & longi temporis præſcriptionibus 2 6
Vulgari ſubſtitutione 2 15
Verborum obligationibus 3 16
Vi bonorum raptorum 4 2

SEPTEM PARTES PANDECTARVM, ſecundum diuiſionem Iuſtiniani.

I.

TA πρῶτα nuncupatur: hoc eſt, primaria, qua nihil eſt anterius. Continet enim principia Iuris, quod à iuſtitia homini diuinitus inſita uirtute, deſcendit: oſtendens omnium magiſtratuum & prudentium circa tractãdas leges officia, utq; his rectè imperantibus obtemperetur. Habet lib. IIII.

II.

De iudicijs: continet materiam actionum quotidianarum, de rebus tum uniuerſalibus, tum ſpecialibus. Nam omne ius pertinet aut ad perſonas, diſtribuendo unicuiq; functionem ſuam: aut ad res, ratione quadam ad utilitatem perſonarum commutandas: aut ad actiones, quibus incidentes rerum cõtrouerſiæ iudicantur, ac certa forma celeriter dirimuntur. Habet lib. VII.

III.

De rebus creditis: in qua formulæ cõtractuum proponuntur, quibus homines inter ſe, alter alterius fidem ſecuti, res ipſas, uel earum utilitatem, æqualitate quadam obſeruata, cõmunicant: loco illius abſolutæ communionis, quæ propter corruptam Adæ lapſu hominis naturam, pernicioſa eſſet futura. Habet lib. VIII.

IIII.

ὀμφαλὸς, ſeu umbilicus dicitur: quaſi locus in iure tractando medius. Complectitur autem primum materiam pignoraticiam, deinde ordinationes Ædilium Curulium ualdè utiles. De uſuris item, & fructibus, & acceſſionibus rerum tractat. Tum addit regulas probationum, quæ iudicijs deerant: ſcilicet, quomodo iudici ſit facienda fides eorum, quæ apud eum proponuntur. Poſtremò, matrimonij forma, dotes, & donationes, & puerorum ex matrimonio procreatorum tutelæ definiuntur. Habet libros VIII.

V.

De teſtamentis: continet materiam ultimæ & nunquam rediture uoluntatis: ut quandoquidem anima eſt immortalis, regnet etiam hominis uoluntas extincto corpore. Per ultimam enim uoluntatem admittitur etiam poſt mortem liberalitas erga proximum, inſtitutionibus, legatis, ſubſtitutionibus, fideicommiſſis, purè, uel ſub conditione, pro cuiuslibet arbitrio. Idq; militantibus, & defendentibus Rempublicam aliquantò liberius, propter occupationes, conceditur. Habet libros IX.

VI.

Abſoluit de ultimis uoluntatibus tractationem: expoſitis prætorum edictis, per quæ Iuris ciuilis aliquando nimis dura autoritas redigitur ad æquitatem. Deinde, libertatis cauſa proponitur. Tum de adquirendis per uſucapionem rerum dominijs certa ratione ſtabiliendis, ne cuilibet ſit liberum ſemper de illis controuertere, ac publicam tranquillitatem turbare. Poſtremò, interdicta prætorum per ordinem recenſentur, quibus controuerſiæ hominum celeritatem quandam deſiderantes, mirum in modum commodè ſolent extingui. Habet libros VIII.

VII.

Continet reliquã tractationem de ſtipulationibus, ut certè ſint formæ, per quas homines ſeſe uerbis obligent, ne omnibus paſſim colloquijs conſtringantur. His adnectit fideiuſſiones, ſolutiones, omneſq; nouationes: hoc eſt, cum placet hominibus contractas inter ſe obligationes in nouam formam mutare. Poſtremò, ciuilibus explicatis negociorum formulis, delinquentium pœnæ adijciuntur, aduerſus malos, ut boni fruantur pace. De publicis quoq; functionibus aliquid obiter explicatur. Et ne quis exiſtimet, ipſas uoces legum, quaſi cuiuſdam hiſtoriæ legendas eſſe, ac non uim potius & poteſtatem, in tam magna negociorum uarietate excutiendam: ideò primùm uerborum ſignificationes, ex quibus phraſim Iuriſconſultorum colligamus, explicat: deinde regulas ſubijcit, ac theſes, quarum ductu uniuerſi Iuris cognitionem liceat faciliter adſequi, & pro uſu incidentium quotidie negociorum exercere. Habet libros VI.

VSVS INDICIS.

QVum itaq; proponitur tibi ſpecies, cuius definitionem ex iure deſideres, cogita tecum, in qua parte Pandectarum tractetur genus propoſitæ tibi materiæ: tum perge, quoto libro ſit, ut propius accedas ad ſpeciem. Sic tandem perquire Titul. & ſub titulo Legem. Mox autem lege reperta, uide à quo ſit ſcripta, & tum ex poſteriore Catalogo, qui nomina habet Legislatorum, collige tempus Iuriſconſulti uel Imperatoris, qui legem ſcripſit. Deniq; circumſpice, ſit'ne locus ille ſuccedente ſeculo mutatus. Quorſum enim attinet allegare legem mutatã? Imò puniendus eſt, qui id facit. Quare mutationes iuris ex Nouellis Iuſtiniani conſtitutionibus adieci, ut omnia ſtatim habeas ob oculos. Proinde, ſi hunc tenueris modum, ſenties te uehementer adiutum: & auſim dicere, ſummariam legis cognitionem conſequeris antea, quàm ad uerborum interpretationem peruenias.

Hoc enim conſilio uſus eſt Vlpianus in. l. j. ff. Si cert. peta. E re eſt (inquiens) prius quàm ad uerborũ interpretationem perueniamus, pauca de ſignificatione ipſius tituli referre. Quaſi ſic dicat: Mirum in modum conducet ad ſpecialem cognitionem legum uerbo tenus tractandarum, ſi primum explicetur generalis Titulus totius partis, De rebus creditis: ut intelligat lector materiam futuræ tractationis. Quem ſaluberrimum ſenſum Doctores cum non percepiſſent, in abſurdas torſerunt ſententias, ſuo more.

TITVLI DIGESTORVM SEV Pandectarum.

A

Primæ partis.	Libri	Tituli
Adoptionibus, & emancipationibus, & alijs modis, quibus patria poteſtas ſoluitur	1	7
Alienatione iudicij mutandi cauſa facta	4	7
II partis.		
Ad legem Aquiliam	9	2
Ad exhibendum	20	4
Aleatoribus	11	5
III partis.		
Ad legem Rhodiam, de iactu	14	2
Ad ſenatuſconſultum Velleianum	16	1
Actionibus empti & uenditi	10	1
Æſtimatoria	19	3
IIII partis.		
Ædilitio edicto, & redhibitoria actione, & quantò minoris	21	1
Agnoſcendis, uel alendis liberis, uel parentibus, uel patronis, uel libertis	35	3
Adminiſtratione & periculo tutorum & curatorum, qui geſſerunt, uel non: & de agentibus, uel conueniendis uno, uel pluribus	26	7
Autoritate & conſenſu tutorum & curatorum	26	8
V partis.		
Adquirenda uel omittenda hæreditate	29	2
Annuis legatis & fideicommiſſis	33	1
Alimentis uel cibarijs legatis	34	1
Auro, argento, mundo, unguentis, ueſte, uel ueſtimentis, & ſtatuis legatis	34	2
Adimendis uel transferendis legatis, uel fideicommiſſis	34	4
Ad legem Falcidiam	3	52
Ad ſenatuſconſultum Trebellianum	36	1
VI partis.		
Adſignandis libertis	38	4
Ad ſenatuſconſultum Tertyllianum & Orphitianum	38	7
Aqua, & aquæ pluuiæ arcendæ	39	5
Ademptione libertatis	40	6
Adquirendo rerum dominio	41	1
Adquirenda uel amittenda poſſeſſione	41	2
Aqua quotidiana & æſtiua	43	19
Arboribus cædendis	43	26
VII partis.		
Acceptilatione	46	4
Arborum furtim cæſarum	47	7
Abigeis	47	14
Accuſationibus & inſcriptionibus	48	2
Ad legem Iuliam maieſtatis	48	4
Ad legem Iuliam de adulterijs coercendis, & ſtupro	48	5
Ad legem Iuliam de ui publica	48	6
Ad legem Iuliam de ui priuata	48	7
Ad legem Corneliam de ſiccarijs & ueneficis	48	8
Ad legem Pompeiam de parricidijs	48	9
Ad legem Corneliam de falſis, & de ſenatuſconſulto Liboniano	48	10
Ad legem Iuliam repetundarum	78	11
Ad legem Iuliam de annona	48	12
Ad legem Iuliam peculatus, & de ſacrilegijs, & reſiduis	48	13
Ad legem Iuliam de ambitu	48	14
Ad legem Flauiam de plagiarijs	48	15
Ad ſenatuſconſultum Turpilianum, & de abolitionibus criminum	48	16
Appellationibus & relationibus	49	1
A quibus appellare non licet	49	2
Appellationibus recipiendis, uel non	49	5
An per alium cauſæ appellationum reddi poſſint	49	9
Apud eum, à quo appelletur, aliam cauſam agere compellendum	49	12
Ad municipalem, & de incolis	50	1
Albo ſcribendo	50	3
Adminiſtratione rerum ad ciuitates pertinentium	50	8

B

Sextæ partis.

Bonorum poſſeßionibus 37 1
Bonorum poſſeßione, furioſo, infanti, muto, ſurdo, cæco competenti 37 3
Bonorum poſſeßione contra Tabulas 37 4
Bonorum poſſeßione ſecundum Tabulas 37 11
Bonorum poſſeßione ex teſtamento militis 37 13
Bonis libertorum 38 2

VII partis.

Bonis damnatorum 48 20
Bonis eorum, qui ante ſententiam uel mortem ſibi conſciuerunt, uel accuſatorem corruperunt. 48 21

C

Primæ partis.

Conſtitutionibus principum 1 4
Calumniatoribus 3 6
Capite minutis 4 5

II partis.

Communia prædiorum, tam urbanorum quàm ruſticorum 8 4
Communi diuidundo 10 3

III partis.

Condictione cauſſa data, cauſa non ſecuta 12 4
Condictione ob turpem, uel iniuſtam cauſam 12 5
Condictione indebiti 12 6
Condictione ſine cauſa 12 7
Condictione furtiua 13 1
Condictione ex lege 13 2
Condictione triticiaria 13 3
Conſtituta pecunia 13 5
Commodati, uel contrà 13 6
Compenſationibus 16 2
Contrahenda emptione, & de pactis inter emptorem & uenditorem compoſitis, & quæ res uenire non poßint 18 1

IIII partis.

Concubinis 25 7
Confirmando tutore uel curatore 26 3
Contraria tutelæ, & utili actione 27 4
Curatoribus furioſo, & alijs, extra minores dandis 27 10

V partis.

Conditionibus inſtitutionum 28 7
Conditionibus, & demonſtrationibus, & caußis, & modis eorum, quæ in teſtamento ſcribuntur 35 1

VI partis.

Collatione bonorum 37 6
Coniungendis cum emancipato liberis eius 37 9
Carboniano edicto 37 10
Colluſione detegenda 40 16
Confeßis 42 2
Ceßione bonorum 42 3
Curatore bonis dando 42 8
Cloacis 43 22

VII partis.

Concußione 47 13
Collegijs & corporibus 47 22
Cuſtodia & exhibitione reorum 48 3
Cadaueribus punitorum 48 24
Captiuis, & de poſtliminio reuerſis, & de redemptis ab hoſtibus 49 15
Caſtrenſi peculio 49 17
Cenſibus 50 15

D

Primæ partis.

Diuiſione rerum & qualitate 1 8
Dolo malo 4 3

III partis.

Depoſiti, uel contrà 16 3

IIII partis.

Diſtractione pignorum & hypothecarum 20 5
Donationibus inter uirum & uxorem 24 1
Diuortijs & repudijs 24 2

V partis.

Dote relegata 33 4

VI partis.

Dotis collatione 37 7
Damno infecto, & de ſuggrundis, uel protectionibus 39 2
Donationibus 39 5
Diuerſis temporalibus præſcriptionibus, & acceßionibus poſſeßionum 44 3
Doli mali & metus exceptione 44 4

VII partis.

Duobus reis conſtituendis 45 2
Decurionibus, & filijs eorum 50 2
Decretis ab ordine faciendis 50 9
Diuerſis regulis iuris antiqui 50 17

E

Primæ partis.

Eo, per quem factum erit, quo minus quis in iudicio ſiſtat 2 10
Edendo 2 13
Ex quibus cauſis maiores in integrum reſtituantur 4 6

III partis.

Eo, quod certo loco dari oportet 13 4
Exercitoria actione 14 1

IIII partis.

Ex quibus cauſis pignus uel hypotheca tacite contrahitur 20 2
Euictione, & duplæ ſtipulatione 21 1
Exceptione rei uenditæ 21 3
Excuſationibus tutorum, & temporibus earum 27 1
Eo, qui pro tutore, proúe curatore negocia geßit 27 5

VI par-

VI partis.
Exceptionibus, præſcriptionibus, & præiudicijs 44 1
Exceptione rei iudicatæ 44 2
VII partis.
Extraordinarijs criminibus 47 11
Effractoribus & expilatoribus 47 18
Expilatæ hæreditatis 47 19
Eum, qui appellauerit, in prouincia defendi 49 11
Extraordinarijs cognitionibus, & ſi iudex litem ſuam feciſſe dicetur. 50 13

F

Primæ partis.
Ferijs, & dilationibus, & diuerſis temporibus, & quibus cauſis feriæ nõ impediãtur. 2 12
II partis.
Fideicommiſſaria hæreditatis petitione 5 6
Finium regundorum 10 1
Familiæ erciſcundæ 10 2
Fugitiuis 11 4
IIII partis.
Fide inſtrumentorum, & amiſsione eorum 22 4
Fundo dotali 22 5
Fideiuſſoribus, & nominatoribus, & hæredibus tutorum & curatorum 27 7
VI partis.
Fideicommiſſarijs libertatibus 40 5
Fluminibus, ne quid in flumine ripáue eius fiat, quo peius nauigetur 43 11
Fonte 43 21
VII partis.
Fideiuſſoribus & mandatoribus 46 1
Furtis 47 2
Furti aduerſus nautas, caupones, ſtabularios 47 5
Furibus balnearijs. 47 17

G

Sextæ partis.
Gradibus & adfinibus, & nominibus eorum 38 10
Glande legenda 48 27

H

Primæ partis.
His, qui ſui uel alieni iuris ſunt 1 6
His, qui notantur infamia 3 2
II partis.
His, qui deiecerint, uel effuderint 9 3
III partis.
Hæreditate, uel actione uendita 18 4
V partis.
His, quæ in teſtamento delentur, inducuntur, uel inſcribuntur 28 4
Hæredibus inſtituendis 28 5
His, quæ pœnæ cauſſa relinquuntur 34 6
His, quæ pro non ſcriptis habentur 34 8
His, quæ ut indignis auferuntur 34 9

I

Primæ partis.
Iuſticia & iure 1 1
Iuriſdictione 2 1
In ius uocando 2 4
In ius uocati ut eant, uel ſatiſdent 2 5
In integrum reſtitutionibus 4 1
II partis.
Inofficioſo teſtamento 5 2
Interrogationibus in iure faciendis, & interrogatorijs actionibus ſublatis 11 1
III partis.
Iureiurando, ſiue uoluntario, ſiue neceſſario, ſiue iudiciali 12 2
In litem iurando 12 3
Inſtitoria actione 14 3
In rem uerſo 15 3
In diem addictione 18 2
IIII partis.
Iuris & facti ignorantia 22 6
Iure dotium 23 3
Impenſis in rebus dotalibus factis 25 1
Inſpiciendo uentre, cuſtodiendoq; partu 25 4
V partis.
Iniuſto, rupto, irrito facto teſtamento 28 3
Iure deliberandi 28 8
Iure codicillorum 29 7
Inſtructo, uel inſtrumento legato 33 7
VI partis.
Iure patronatus 37 14
Iure aureorum anulorum 40 10
Interdictis, ſeu extraordinarijs actionibus, quæ pro his competunt 43 1
Itinere actuq; priuato 43 18
VII partis.
Iudicatum ſolui 46 7
Incendio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata 47 9
Iniurijs & famoſis libellis 47 10
Interdictis, & relegatis, & deportatis 48 22
Iure fiſci 49 14
Iure immunitatis 50 6

L

Primæ partis.
Legibus, ſenatuſq; conſultis, & longa conſuetudine 1 3
III partis.
Lege commiſſoria 18 3
Locati & conducti 19 2
IIII partis.
Legitimis tutoribus 26 4
V partis.
Liberis & poſthumis hæredibus inſtituendis, uel exhæredandis, uel præteritis 28 2
Legatis & fideicommiſsis, liber primus 30
Legatis & fideicommiſsis, liber ſecundus 31
Legatis & fideicommiſsis, liber tertius 32
Liberatione legata 34 3

VI partis

VI partis.

Legatis præſtandis contra Tabulas bonorum poſſeßione petita 37 5
Libertis uniuerſitatum 38 3
Liberali cauſſa 40 12
Locis & itineribus publicis 43 7
Loco publico fruendo 43 9
Libero homine exhibendo 43 28
Liberis exhibendis, item ducendis 43 29
Litigioſis 44 6

VII partis.

Libellis dimiſſorijs, qui apoſtoli dicuntur 49 6
Legationibus 50 7

M

Primæ partis.

Minoribus uiginti quinque annis 4 4

II partis.

Mortuo inferendo, & ſepulchro ædificando 11 8

III partis.

Mandati, uel contrà 17 1

IIII partis.

Magiſtratibus conueniendis, & eorum hæredibus 27 8

V partis.

Militari teſtamento 29 1

VI partis.

Mortis cauſſa donationibus, & capionibus 39 6
Manumißionibus 40 1
Manumißis uindicta 40 2
Manumißionibus, quæ ſeruis ad uniuerſitatem pertinentibus imponuntur 40 3
Manumißis teſtamento 40 4
Migrando 43 31

VII partis.

Muneribus & honoribus 50 4

N

Primæ partis.

Ne quis eum, qui in ius uocabitur, ui eximat 2 7
Negociorum geſtorum 3 5
Nautæ, caupones, ſtabularij, ut recepta reſtituant 4 9

II partis.

Noxalibus actionibus 9 4

IIII partis.

Nautico fœnore 22 2

VI partis.

Noui operis nunciatione 39 1
Natalibus reſtituendis 40 11
Ne de ſtatu defunctorum poſt quinquennium quæratur 40 15
Ne uis fiat ei, qui in poſſeßionem miſſus erit 43 4
Ne quid in loco ſacro fiat 43 6
Ne quid in loco uel itinere publico fiat 43 8
Ne quid in flumine publico, in'ue ripa eius fiat, quo aliter aqua fluat, atque priore æſtate fluxit 43 12

VII partis.

Nouationibus & delegationibus 46 2
Nihil innouari appellatione interpoſita 49 7
Nundinis 50 11

O

Primæ partis.

Origine Iuris, & omnium magiſtratuum, & ſucceßione prudentium 1 2
Officio conſulis 1 10
Officio præfecti prætorio 1 11
Officio præfecti urbi 1 12
Officio quæſtoris 1 13
Officio prætoris 1 14
Officio præfecti uigilum 1 15
Officio proconſulis & legati 1 16
Officio præfecti Auguſtalis 1 17
Officio præſidis 1 18
Officio procuratoris Cæſaris uel rationalis 1 19
Officio iuridici 1 20
Officio eius, cui mandata eſt iuriſdictio 1 21
Officio adſeſſoris 1 22

II partis.

Operis ſeruorum 7 7

V partis.

Optione uel electione legatà 33 5

VI partis.

Obſequijs à liberis & libertis, parentibus & patronis præſtandis 37 15
Operis libertorum 38 1
Obligationibus & actionibus 44 7

VII partis.

Operibus publicis 50 10

P

Primæ partis.

Pactis 2 14
Poſtulando 3 1
Procuratoribus & defenſoribus 3 3

II partis.

Petitione hæreditatis 5 3
Poſſeſſoria hæreditatis petitione 5 5
Publiciana in rem actione 6 2

III partis.

Pignoraticia actione, uel contrà 13 7
Peculio 15 1
Pro ſocio 17 2
Periculo & commodo rei uenditæ 18 6
Præſcriptis uerbis, & in factum actione 19 5

IIII partis.

Pignoribus & hypothecis, qualiter ea contrahantur, & de pactis eorum 20 1
Probationibus & præſumptionibus 22 3
Pactis dotalibus 23 4

G

V partis.

Peculio legato 3 8
Penu legata 33 9

VI partis.

Publicanis & uectigalibus, & commiſsis 39 3
Pro ſoluto 41 4
Pro emptore 41 5
Pro hærede uel poſſeſſore 41 6
Pro donato 41 7
Pro derelicto 41 8
Pro legato 41 9
Pro dote 41 10
Pro ſuo 41 11
Priuilegijs creditorum 42 6
Precario 43 25

VII partis.

Prætorijs ſtipulationibus 46 5
Priuatis delictis 47 1
Præuaricatoribus 47 15
Popularibus actionibus 47 23
Publicis iudicijs 48 1
Pœnis 48 19
Pollicitationibus 50 12
Proxenetis 50 14

Q

Primæ partis.

Quod quiſque Iuris in alterum ſtatuit, uti ipſe eodem iure utatur. 2 2
Qui ſatiſdare cogantur, uel iuratò promittant, uel ſuæ promiſsioni committantur 2 8
Quod cuiuſcunq; uniuerſitatis nomine, uel contra eam agetur 3 4
Quod metus cauſſa geſtum erit 4 2

II partis.

Quando dies uſusfructus legati cedat 7 3
Quibus modis uſusfructus uel uſus amittatur 7 4
Quemadmodum ſeruitutes amittantur 8 6
Quibus rebus ad eundem iudicem eatur 11 2

III partis.

Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, geſtum eſſe dicetur 14 5
Quando actio de peculio annalis ſit 15 2
Quod iuſſu 15 4

IIII partis.

Quæ res pignori uel hypothecæ datæ obligari non poſſunt 20 3
Qui potiores in pignore, uel hypotheca habeantur, & de his, qui in priorum creditorum locum ſuccedunt 20 4
Quibus modis pignus uel hypotheca ſoluitur 20 5
Qui petant tutores uel curatores, & ubi petantur 20 6
Quando ex facto tutoris, uel curatoris minores agere, uel conueniri poſsint 26 9
Quod falſo tutore autore geſtum eſſe dicetur 27 6

V partis.

Qui teſtamentum facere poſsint, & quemadmodum teſtamenta fiant 28 1
Quando dies legatorum, uel fideicommiſſorum cedat 36 2

VI partis.

Quibus non competit bonorum poſſeſsio 38 13
Quis ordo in bonorum poſſeſsione ſeruetur 38 15
Qui ſine manumiſsione ad libertatem perueniunt 40 8
Qui, & à quibus manumiſsi liberi non fiant, & ad legem Æliam Sentiam 40 9
Quibus ad libertatem proclamare non licet 40 13
Quibus ex cauſis in poſſeſsionem eatur 42 4
Quæ in fraudē creditorum facta ſunt, ut reſtituantur 42 9
Quorum bonorum 43 2
Quod legatorum 43 3
Quod ui aut clàm 43 23
Quarum rerum actio non datur 44 5

VII partis.

Quæſtionibus 48 18
Quis à quo appelletur 49 3
Quando appellandum ſit, & intrà quæ tempora 49 4
Quæ ſententiæ ſine appellatione reſcindantur 49 8

R

Primæ partis.

Receptis, qui arbitrium receperunt, ut ſententiam dicant 4 8

II partis.

Rei uindicatione 6 1
Religioſis, & ſumptibus funerum, & ut funus ducere liceat 11 7

III partis.

Reſcindenda uenditione, & quando non liceat ab emptione diſcedere 18 5
Rerum permutatione 19 4

IIII partis.

Ritu nuptiarum 23 2
Rerum amotarum 25 2
Rebus eorum, qui ſub tutela uel cura ſunt, ſine decreto non alienandis, uel pignori obligandis 27 9

V partis.

Rebus dubijs 34 5
Regula Catoniana 34 7

VI partis.

Re iudicata, & de effectu ſententiarū, & de interlocutionibus 42 1

Rebus iudicis autoritate poßidendis, uel uendundis 42 5
Ripa munienda 43 14
Riuis 43 20
Remißionibus 43 24

VII partis.

Rem pupilli ſaluam fore, uel adoleſcentis 46 6
Ratam rem haberi, & de ratihabitione 46 8
Receptoribus 47 16
Requirendis reis, nec abſentibus damnandis 48 17
Re militari 49 16

S

Primæ partis.

Statu hominum 1 5
Senatoribus 1 9
Si quis ius dicenti non obtemperauerit 2 5
Si quis in ius uocatus non ierit, ſiue per eum cauerit, per quem ex edicto non debuit 2 6
Si ex noxali cauſſa agatur, quemadmodum caueatur 2 9
Si quis cautionibus in iudicio ſiſtendi cauſſa factis, non obtemperauerit 2 11

II partis.

Si pars hæreditatis petatur 5 4
Si ager uectigalis uel emphyteuticarius petatur 6 3
Si uſusfructus petatur, uel ad alium pertinere negetur 7 6
Seruitutibus 8 1
Seruitutibus urbanorum prædiorum 8 2
Seruitutibus ruſticorum prædiorum 8 3
Si ſeruitus uindicetur, uel ad aliũ pertinere negetur 8 5
Si quadrupes pauperiem feciſſe dicetur 9 1
Seruo corrupto 11 3
Si menſor falſum modum dixerit 11 6

III partis.

Si certum petatur condictione 12 1
Senatuſconſulto Macedoniano 14 6
Seruis exportandis, & ſi ita mancipium uenierit, ut manumittatur, uel contrà 18 7

IIII partis.

Sponſalibus 23 1
Soluto matrimonio, quemadmodum dos petatur 24 3
Si uentris nomine muliere in poſſeßionem miſſa, eadem poſſeßio dolo malo ad alium translata eſſe dicatur 25 5
Si mulier uentris nomine in poſſeßionem calumniæ cauſſa eſſe dicetur 25 6
Suſpectis tutoribus & curatoribus 26 10

V partis.

Si quis omiſſa cauſſa teſtamenti, ab inteſtato, uel alio modo poßideat hæreditatem 29 4
Senatuſconſulto Silaniano, & Claudiano, quorum teſtamenta nec aperiantur 29 5
Si quis aliquem teſtari prohibuerit, uel coëgerit 29 6
Seruitute legata 33 3
Supellectile legata 33 10
Si cui plus, quàm per legem Falcidiam licuerit, legatum eſſe dicatur 35 3

VI partis.

Si tabulæ teſtamenti extabunt 37 2
Si à parente quis manumiſſus fuerit 37 12
Si quid in fraudem patroni factum ſit 38 5
Si tabulæ teſtamenti nullæ extabunt, Vnde liberi 38 6
Succeſſorio edicto 38 9
Suis & legitimis hæredibus 38 16
Statu liberis 40 7
Separationibus 42 7
Superficiebus 43 17
Saluiano interdicto 43 32

VII partis.

Stipulatione ſeruorum 45 3
Solutionibus & liberationibus 46 3
Si is, qui teſtamento liber eſſe iuſſus erit, poſt mortem domini ante aditam hæreditatem ſubripuiſſe quid dicetur 47 4
Si familia furtum feciſſe dicetur 47 6
Sepulchro uiolato 47 12
Stellionatus 47 20
Sententiam paßis, & reſtitutis 48 23
Si tutor, uel curator, uel magiſtratus creatus appellauerit 49 10
Si pendente appellatione mors interuenerit 49 13

T

Primæ partis.

Tranſactionibus 2 15

III partis.

Tributoria actione 14 4

IIII partis.

Teſtibus 22 5
Tutelis 26 1
Teſtamentaria tutela 26 2
Tutoribus & curatoribus datis ab his, qui ius dandi habent: & qui, & in quibus cauſis ſpecialiter dari poſſunt 26 5
Tutelæ, & rationibus diſtrahendis, & utili curationis cauſſa actione 27 3

V partis.

Teſtamenta quemadmodum aperiantur, inſpiciantur, & deſcribantur 29 3
Tritico, uino, & oleo legato 33 6

VI partis.

Tabulis exhibendis 43 5

VII partis.

Tigno iniuncto 47 3

Termino moto 47 21

V

Secundæ partis.

Vbi quis agere uel conueniri debeat 5 1

Vſufructu, & quemadmodum quis utatur uel fruatur 7 1

Vſufructu adcreſcendo 7 2

Vſufructu earum rerum, quæ uſu conſumuntur, uel minuuntur 7 5

Vſu & habitatione 7 8

Vſufructuarius quemadmodum caueat 7 9

IIII partis.

Vſuris, & fructibus, & cauſis, & omnibus acceßionibus & mora 22 1

Vbi pupillus educari uel morari debeat, & de alimentis ei præſtandis 27 2

V partis.

Vulgari & pupillari ſubſtitutione 28 6

Vſu, & uſufructu, & reditu, & habitatione, & operis per legatum, ſeu fideicommiſſum datis 33 2

Vt legatorum, ſeu fideicommiſſorum ſeruandorum cauſſa caueatur 36 3

Vt in poſſeßione legatorum, uel fideicommiſſorum ſeruandorum cauſſa eſſe liceat 36 4

VI partis.

Ventre in poſſeßionem mittendo, & curatore eius 37 8

Vndè legitimi, & undè adgnati 38 7

Vndè cognati 38 8

Vndè uir & uxor 38 11

Veteranorum & militum ſucceßione 38 12

Vt ex legibus ſenatúsue conſultis bonorum poſſeßio detur 38 14

Vſucapionibus, & uſurpationibus 41 3

Via publica, & ſi quid in ea factum eſſe dicatur, & de ea ex edicto ædilium curulium à ſingulis reficienda 43 10

Vt in flumine publico nauigare liceat 43 13

Vi, & de ui armata 43 15

Vti poßidetis 43 16

Vtrubi 43 30

VII partis.

Verborum obligationibus 45 1

Vi bonorum raptorum, & de turba 47 8

Veteranis 49 18

Vacatione & excuſatione munerum 50 5

Verborum ſignificatione 50 16

PANDECTARVM INdicis Finis.

TITVLI XII LIBRORVM CODICIS.

	Libri	Tituli
A		
Apoſtatis	1	7
Adſeſſoribus, & domeſticis, & cancellarijs iudicum	1	47
Annonis & capitu adminiſtrantium, uel adſeſſorum, aliorúm ue publicas ſollicitudines gerentium, & eorum qui aliquas conſecuti ſunt dignitates	1	48
Aduocatis diuerſorum iudiciorum	2	7
Aduocatis fiſci	2	8
Alienatione iudicij mutandi cauſa facta	2	54
Ad exhibendum	3	42
An ſeruus pro ſuo facto poſt manumißionem teneatur	4	14
Actionibus hæreditarijs	4	16
Actione pigneraticia	4	24
Ad ſenatuſconſultum Macedonianum	4	28
Ad ſenatuſconſultum Velleianum	4	29
Actionibus empti & uenditi	4	49
Ædilitijs actionibus	4	58
Alendis liberis ac parentibus	5	25
Adminiſtratione tutorum & curatorum, & de pecunia pupillari fœneranda, uel deponenda	5	37
Alimentis pupillo præſtandis	5	50
Arbitrium tutelæ	5	51
Autoritate præſtanda	5	59
Actore à tutore ſeu curatore dando	5	61
Ad legem Falcidiam	6	49
Ad ſenatuſconſultum Tertullianum	6	55
Ad ſenatuſconſultum Orfitianum	6	56
Adſertione tollenda	7	17
Adquirenda & retinenda poſſeßione	7	32
Annali exceptione Italici contractus tollenda, & diuerſis temporibus, & exceptionibus, & præſcriptionibus, & interruptionibus earum	7	40
Alluuionibus, & paludibus, & paſcuis ad alium ſtatum translatis	7	41
Appellationibus & conſultationibus	7	62
Ædificijs priuatis	8	10
Acceptilationibus	8	44
Adoptionibus	8	48
Accuſationibus & inſcriptionibus	9	2
Ad legem Iuliam maieſtatis	9	8
Ad legem Iuliam de adulterijs & ſtupro	9	9
Ad legem Iuliam de ui publica ſeu priuata	9	12
Ad legem Corneliam de ſicarijs	9	16
Ad legem Fauiam de plagiarijs	9	20
Ad legem Viſcelliam	9	21
Ad legem Corneliam de falſis	9	22

Ad legem

Ad legem Iuliam de ambitu	9	26
Ad legem Iuliam repetundarum	9	27
Abigæis	9	37
Abolitionibus	9	42
Ad ſenatuſconſultum Turpilianum	9	45
Annonis & tributis	10	16
Apochis publicis, & de deſcriptionibus curialium, & de diſtributionibus ciuilibus	10	22
Athletis	10	53
Auri publici perſecutoribus	10	72
Auro coronario	10	74
Argenti precio, quod theſauris infertur	10	76
Annonis ciuilibus	11	24
Alexandriæ primatibus	11	28
Adminiſtratione rerum publicarum	11	30
Aquæductibus	11	42
Agricolis, & cenſitis, & colonis	11	47
Agricolis & mancipijs dominicis, uel fiſcalibus Reipublicæ, uel priuatæ	11	67
Agentibus in rebus	12	20
Apparitoribus præfectorum prætorio, & priuilegijs eorum	12	53
Apparitoribus præfecti urbi	12	54
Apparitoribus magiſtrorum militum, & priuilegijs eorum	12	55
Apparitoribus proconſulis & legati	12	56
Apparitoribus comitis Orientis	12	57
Apparitoribus præfecti annonæ	12	59

B

Bonis libertorum & iure patronatus	6	4
Bonorum poſſeßione ſecundum tabulas	6	11
Bonorum poſſeßione contra tabulas, quam prætor liberis pollicetur	6	12
Bonorum poſſeßione contra tabulas liberti, quæ patronis uel liberis eorum datur	6	13
Bonis maternis, & materni generis	6	59
Bonis, quæ liberis in poteſtate conſtitutis, ex matrimonio, uel aliter adquiruntur, & eorum adminiſtratione	6	60
Bonis autoritate iudicis poßidendis, ſeu uenundandis, & de ſeparationibus bonorum	7	72
Bonis proſcriptorum ſeu damnatorum	9	49
Bonis eorum, qui mortem ſibi conſciuerunt	9	50
Bonis uacantibus, & de incorporatione	10	10

C

Contractibus iudicum, uel eorum, qui ſunt circa eos, & inhibendis donationibus in eos faciendis, & ne adminiſtrationis tempore proprias ædes ædificent	1	49
Cauſis, ex quibus infamia alicui irrogatur	2	11
Communi diuidundo	3	37
Communia utriuſq; iudicij, tam familiæ erciſcundæ, quàm communi diuidundo	3	38
Conſortibus eiuſdem litis	3	40
Condictione indebiti	4	5
Condictione ob cauſam datorum	4	6
Condictione ob turpem cauſam	4	7
Condictione furtiua	4	8
Condictione ex lege, & ſine cauſa, uel iniuſta cauſa	4	9
Conſtituta pecunia	4	18
Commodato	4	23
Compenſationibus	4	31
Contrahenda emptione & uenditione	4	38
Communium rerum alienatione	4	52
Commercijs & mercatoribus	4	63
Concubinis	5	26
Confirmando tutore	5	29
Contrario iudicio tutelæ	5	58
Curatore furioſi & prodigi	5	70
Carboniano edicto	6	17
Collationibus	6	20
Codicillis	6	36
Communia de legatis & fideicommiſſis, & de in rem mißione tollenda	6	43
Conditionibus inſertis tam in legatis, quàm fideicommißis, & libertatibus	6	46
Caducis tollendis	6	50
Communia de ſucceßionibus	5	58
Communi ſeruo manumiſſo	7	7
Communia de manumißionibus	7	15
Colluſione detegenda	7	20
Communia de uſucapionibus	7	30
Comminationes, epiſtolas, programmata, ſubſcriptiones autoritatem rei iudicatæ non habere	7	57
Confeßis	7	59
Contrahenda & committenda ſtipulatione	8	38
Creditorem euictionem non habere	8	46
Cuſtodia reorum	9	4
Crimine peculatus	9	28
Crimine ſacrilegij	9	29
Crimine expilatæ hæreditatis	9	32
Crimine ſtellionatus	9	34
Calumniatoribus	9	46
Conueniendis fiſci debitoribus	10	2
Capiendis & diſtrahendis pignoribus tributorum cauſa	10	21
Canone largitionalium titulorum	10	23
Conditis in publicis horreis	10	26
Collatione donatorum, uel reuelatorum, aut translatorum, ſeu adæratorum	10	28
Collatione æris	10	29
Claßicis	11	12
Curialibus urbis Romæ	11	13
Collegiatis & chartopratis & numularijs	11	17
Canone frumentario urbis Romæ	11	22
Capitatione ciuium cenſibus eximenda	11	48

Colonis Palæſtinis 11 50
Colonis Thracenſibus 11 51
Colonis Illyricianis 11 52
Cenſibus, & cenſitoribus, & peræquatoribus, & inſpectoribus 11 57
Collatione fundorum patrimonialium, & emphyteuticariorum 11 64
Conductoribus, & procuratoribus, ſiue exactoribus prædiorum fiſcalium & domus Auguſtæ 11 71
Collatione fundorum fiſcalium, uel rei priuatæ, uel dominicæ, uel ciuitatis, uel templorum 11 73
Cupreſsis ex luco Daphnenſi, uel Perſeis per Ægyptum non excidendis, uel uendendis 11 77
Conſulibus, & non ſpargendis ab his pecunijs, & de patricijs 12 3
Comitibus conſiſtorianis 12 10
Comitibus rei militaris 12 12
Comitibus & archiatris ſacri palatij 12 13
Comitibus, qui prouincias regunt 12 14
Curioſis & ſtationarijs 12 23
Caſtrenſiarijs & miniſterianis 12 26
Caſtrenſi omnium palatinorum peculio 12 31
Caſtrenſi peculio militum, & præfectis annonæ 12 37
Commeatu 12 43
Curſu publico, & angarijs, & parangarijs 12 51
Cohortalibus, & principibus, cornicularijs, ac priuilegijs 12 58

D

Diuerſis reſcriptis & pragmaticis ſanctionibus 1 23
Defenſoribus ciuitatum 1 51
Dolo malo 2 20
Dilationibus 3 11
Depoſiti, uel contrà 4 34
Donationibus ante nuptias, uel propter nuptias, & ſponſalicijs 5 3
Dotis promiſsione, & nuda pollicitatione 5 11
Dote cauta non numerata 5 15
Donationibus inter uirum & uxorem, & à parentibus in liberos factis, & ratihabitione 5 16
Diuortio facto, apud quem filij nutriantur 5 24
Diuidenda tutela, & pro qua parte quiſque tutorum conueniatur 5 52
Dediticia libertate tollenda 7 5
Diſtractione pignorum 8 28
Debitorem uenditionem pignorum impedire non poſſe 8 29
Duobus reis ſtipulandi & promittendi 8 40
Donationibus 8 54
Donationibus, quæ ſub modo, uel ſub conditione, uel ex certo tempore conficiuntur 8 55
Delatoribus 10 11
Diſcuſſoribus 10 30
Decurionibus, & filijs eorum, & qui decuriones habentur, & quibus modis à fortuna curiæ liberentur 10 31
Decretis decurionum ſuper immunitate quibuſdam concedenda 10 45
Debitoribus ciuitatum 11 32
Diuerſis prædijs urbanis & ruſticis templorum, & ciuitatum, & omni reditu ciuili 11 69
Dignitatibus 12 1
Domeſticis & protectoribus 12 17
Decanis 12 27
Deſertoribus & occultatoribus 12 46
Diuerſis officijs, & apparitoribus iudicum, & probatorijs eorum 12 60

E

Epiſcopis & clericis, orphanotrophis & xenodochis, & ptochotrophis, & aſcetrijs, & monachis, & priuilegijs eorum, & caſtrenſi peculio, & de redimendis captiuis, & de nuptijs clericorum uetitis, ſeu permiſsis 1 3
Epiſcopali audientia, & diuerſis capitulis, quæ ad curam pertinent epiſcopalem 1 4
Edendo 2 1
Errore calculi 2 5
Errore aduocatorũ, & libellos, ſeu preces concipientium 2 9
Etiam per procuratorem cauſam in integrum reſtitutionis agi poſſe 2 48
Ex delictis defunctorum, in quantum hæredes conueniantur 4 17
Exercitoria & inſtitoria actione 4 25
Eunuchis 4 42
Eo, qui pro tutore negocium geſsit 5 45
Excuſationibus tutorum & curatorum, & de temporibus earum 5 62
Excuſationibus ueteranorum 5 65
Edicto D. Hadriani tollendo, & quemadmodum ſcriptus hæres in poſſeſsionem mittatur 6 33
Executione rei iudicatæ 7 53
Etiam ob chirographariam pecuniam pignus teneri 8 27
Exceptionibus & præſcriptionibus 8 36
Euictionibus 8 45
Emancipationibus liberorum 8 49
Exhibendis & tranſmittendis reis 9 3
Emendatione ſeruorum 9 14
Emendatione propinquorum 9 15
Exactoribus tributorum 10 19
Excuſationibus munerum 10 47
Excuſationibus artificum 10 64
Expenſis publicorum ludorum 11 41
Equeſtri dignitate 12 32
Erogatione militaris annonæ 12 38

Excoctione, & tranſlatione militaris annonæ	12	39
Executoribus & exactoribus	12	61

F

Filio familiâs minore	2	22
Fideiuſſoribus minorum	2	23
Ferijs	3	12
Familiæ erciſcundæ	3	36
Finium regundorum	3	39
Fide inſtrumentorum, & amiſsione eorum, & apochis, & antapochis faciendis, & de his, quæ ſine ſcriptura fieri poſſunt	4	21
Fundo dotali	5	23
Fideiuſſoribus tutorum ſeu curatorum	5	57
Furtis & ſeruo corrupto	6	2
Fideicommiſsis	6	42
Falſa cauſa adiecta legato uel fideicõmiſſo	6	44
Fideicommiſſarijs libertatibus	7	4
Fructibus & litium expenſis	7	51
Fideiuſſoribus & mandatoribus	8	41
Falſa moneta	9	24
Famoſis libellis	9	36
Fide inſtrumentorum, & iure haſtæ fiſcalis, & de addictionibus	10	3
Fiſcalibus uſuris	10	8
Filij familiârum, & quemadmodum pro his pater teneatur	10	60
Fabricenſibus	11	9
Frumento urbis Conſtantinopolitanæ	11	23
Frumento Alexandrino	11	27
Fundis limitrophis, & terris, & paludibus, & paſcuis, & limitaneis, & caſtellorum	11	59
Fundis patrimonialibus, & ſaltuenſibus, & emphyteuticis, & eorũ conductoribus	11	61
Fugitiuis colonis patrimonialibus, ſaltuenſibus, & emphyteuticis	11	63
Fundis rei priuatæ, & ſaltibus diuinæ domus	11	65
Fundis & ſaltibus rei tamiacæ	11	66
Filijs officialium militarium, qui in bello moriuntur	12	48

G

Generali abolitione	9	43
Gladiatoribus	11	43
Grege dominico	11	75

H

Hæreticis, & Manichæis, & Samaritanis	1	5
His, qui ad eccleſias confugiunt, uel exclamant, & ne quis ab eccleſia extrahatur	1	12
His, qui in eccleſia manumittuntur	1	13
His, qui ad ſtatuas confugiunt	1	25
His, qui potentiorum nomine titulos prædijs adfigunt, uel eorũ nomina in litem prætendunt	2	14
His, quæ ui, metúsue cauſa geſta ſunt	2	19
His, qui ueniam ætatis impetrauerunt	2	44
Hæreditate uel actione uendita	4	39
Hæredibus tutorum	5	54
Hæredibus inſtituendis, & quæ perſonæ inſtitui non poſſunt	6	24
His, quibus ut indignis auferũtur hæreditates, & Senatuſconſulto Silaniano	6	35
His, quæ pœnæ nomine in teſtamento uel codicillis ſcribuntur uel relinquuntur	6	41
His, quæ ſub modo legata, ſeu fideicommiſſa relinquuntur	6	45
His, qui ante apertas tabulas hæreditates tranſmittunt	6	51
Hæreditatibus decurionum, nauiculariorum, cohortalium, militum, & fabricenſium	6	61
His, qui à non domino manumiſsi ſunt	70	10
His, qui propter metum iudicis non appellauerunt	7	67
His, qui in priorum creditorum locũ ſuccedunt	8	19
His, qui parentes uel liberos occiderunt	9	17
His, qui ſibi adſcribunt in teſtamento	9	23
His, qui latrones, uel alijs criminibus reos occultauerint	9	39
His, qui ex publicis rationibus mutuam pecuniam acceperunt	10	6
His, qui ſe deferunt	10	13
Honoribus & muneribus non continuandis inter patrem & filium, & de interuallis	10	40
His, qui ſponte publica munera ſubeunt	10	43
His, qui à principe uacationem acceperunt	10	44
His, qui numero liberorum, uel paupertate excuſationem meruerunt	10	51
His, qui non impletis ſtipendijs ſacramento ſoluti ſunt	10	54
His, qui in exilium dati, uel ab ordine moti ſunt	10	57
His, quæ ex publica collatione illata ſunt, non uſurpandis	10	73
Honoratorum uehiculis	11	19
His, qui ex officio, quod adminiſtrarunt, conueniuntur	11	37

I

Iudæis & cœlicolis	1	9
Iuris & facti ignorantia	1	18
In ius uocando	2	1
In integrum reſtitutionibus minorum uiginti quinq; annis	2	21
In quibus cauſis in integrum reſtitutio neceſſaria non eſt	2	40
In integrum reſtitutione poſtulata, ne quid noui fiat	2	49

Iuris formulis, & impetratione actionum ſublata	2	57
Iureiurando propter calumniam dando	2	58
Iudicijs	3	1
Iuriſdictione omnium iudicum, & de foro competenti	3	13
In quibus cauſis militantes fori præſcriptione uti non poſſunt	3	25
Inſficioſo teſtamento	3	28
Inofficioſis donationibus	3	29
Inofficioſis dotibus	3	30
Iure emphyteutico	4	66
Inceſtis & inutilibus nuptijs	5	5
Interdicto matrimonio inter pupillam & tutorem, ſeu curatorem, filioſq; eorum	5	6
Iure dotium	5	12
In quibus caſibus tutorem habenti tutor uel curator dari poßit	5	36
In litem dando tutore uel curatore	5	44
In litem iurando	5	53
Iure aureorum anulorum, & natalibus reſtituendis	6	8
Inſtitutionibus, & ſubſtitutionibus, ſeu reſtitutionibus ſub conditione factis	6	25
Impuberum, & alijs ſubſtitutionibus	6	26
Iure deliberandi, & adeunda uel adquirenda hæreditate	6	30
Indicta uiduitate, & de lege Iulia miſcella tollenda	6	40
Ingenuis manumißis	7	14
In quibus cauſis ceſſat longi temporis præſcriptio	7	34
Interdictis	8	1
In quibus cauſis pignus tacitè contrahitur	8	65
Iure dominij impetrando	8	34
Inutilibus ſtipulationibus	8	39
Ingratis liberis	8	50
Infantibus expoſitis liberis & ſeruis, & de ijs, qui ſanguinolentos nutriendos acceperunt	8	52
Infirmandis pœnis cœlibatus, & orbitatis, & de decimarijs ſublatis	8	58
Iure liberorum	8	59
Iniurijs	9	35
Iure fiſci	10	1
Indictionibus	10	17
Immunitate nemini concedenda	10	25
Imponenda lucratiuis deſcriptione	10	35
Incolis, & ubi quis domicilium habere uidetur, & de his, qui ſtudioru͂ cauſa in alia ciuitate degunt	10	39
Infamibus	10	57
Irenarchis	10	75
Iure reipublicæ	11	29
In quibus cauſis coloni cenſiti dominos accuſare poſſunt	11	49

L

Legibus & conſtitutionibus principum	1	14
Litis conteſtatione	3	9
Lege Aquilia	3	35
Locato & conducto	4	65
Legitima tutela	5	30
Libertis, & eorum liberis	6	7
Liberis præteritis, uel exhæredatis	6	28
Legatis	6	37
Legitimis liberis, & ex filia nepotibus ab inteſtato uenientibus	6	54
Legitimis hæredibus	6	57
L. Fuſia Caninia ſublata	7	3
Latina libertate tollenda, & per certos modos in ciuitatem Romanam transfuſa	7	6
Liberali cauſa	7	16
Longi temporis præſcriptione, quæ pro libertate, & non aduerſus libertatem opponitur	7	22
Liberis exhibendis, ſeu deducendis, & de libero homine exhibendo	8	8
Luitione pignoris	8	31
Litigioſis	8	37
Libertinis	10	56
Legationibus	10	63
Locatione prædiorum ciuilium, uel fiſcalium, ſiue templorum, ſiue rei priuatæ, uel dominicæ	11	70
Littorum & itinerum cuſtodia	12	45
Lucris aduocatorum, & confuſione officiorum ſeu apparitorum	12	62

M

Mandatis principum	1	15
Modo mulctarum, quæ à iudicibus infliguntur	1	50
Magiſtratibus municipalibus	1	52
Mandati, uel contrà	4	35
Monopolijs, & conuentu negociatorum illicito, uel artificum, ergolaborum, necnon balneatorum prohibitis illicitis pactionibus	4	59
Magiſtratibus conueniendis	5	75
Mortis cauſa donationibus	8	57
Mulieribus, quæ ſe proprijs ſeruis iunxerunt	9	11
Maleficis, & mathematicis, & cæteris ſimilibus	9	18
Mutatione nominis	9	25
Municipibus & originarijs	10	38
Muneribus patrimoniorum	10	41
Mulieribus, in quo loco munera ſexui congruentia, uel honores agnoſcāt	10	62
Metallarijs, & metallis, & procuratoribus metallorum	11	6
Murilegulis, & gynæciarijs, & procuratoribus gynæcij, & de monetarijs, & baſtagiarijs	11	7
Metropoli Beryto	11	21
Mendicantibus ualidis	11	25
Maiuma	11	45

Mancipijs

Mancipijs, & colonis patrimonialium, & ſaltuenſium, & emphyteuticorum fundorum 11 62
Magiſtris ſacrorum ſcrineorum 12 9
Menſoribus 12 28
Militari ueſte 12 40
Metatis & epidemeticis 12 41

N

Ne ſanctum baptiſma iteretur 1 6
Nemini licere ſignum ſaluatoris Chriſti humi uel in ſilice, uel in marmore ſculpere aut pingere 1 8
Ne Chriſtianum mancipium hæreticus uel paganus, aut Iudæus, uel poſſideat, uel circumcidat 1 10
Ne rei militaris omnibus uel tribunis lauacra præſtentur 1 43
Ne liceat potentioribus patrocinium litigantibus præſtare, uel actiones in ſe transferre 2 13
Ne fiſcus, uel reſpublica procurationem alicui patrocinij cauſa illicitè præſtet 2 17
Negociorum geſtorum actione 2 18
Ne quis in ſua cauſa iudicet, uel ſibi ius dicat 3 5
Noxalibus actionibus 3 41
Ne uxor pro marito, uel maritus pro uxore, nel mater pro filio conueniatur 4 12
Ne filius pro patre, uel pater pro filio emancipato, uel libertus pro patrono conueniatur 4 13
Non numerata pecunia 4 30
Nautico fœnore 4 33
Nundinis & mercationibus 4 60
Nuptijs 5 4
Ne fideiuſſores uel mandatores dotium dentur 5 20
Ne pro dote mulieri bona mariti addicantur 5 22
Naturalibus liberis, & matribus eorum, & ex quibus cauſis iuſti efficiantur 5 27
Ne tutor uel curator uectigal conducat 5 41
Neceſſarijs, & ſeruis hæredibus inſtituendis, uel ſubſtituendis 6 27
Ne de ſtatu defunctorum poſt quinquennium quæratur 7 21
Nudo iure Quiritum tollendo 7 25
Ne rei dominicæ uel templorum uindicatio temporis præſcriptione ſubmoueatur 7 38
Ne liceat in una eademq; cauſa tertiò prouocare, uel poſt duas ſententias iudicū, quas definitio præfectorum roborauerit, eas retractare 7 70
Nouationibus & delegationibus 8 42
Nili aggeribus non rumpendis 9 38
Ne ſine iuſſu principis certis iudicibus liceat confiſcare 9 48
Ne fiſcus rem, quam uendidit, euincat 10 5
Ne operæ à collatoribus exigantur 10 24
Nauicularijs ſeu naucleris publicis ſpecies tranſportantibus, & de tollenda luſtralis auri collatione 11 1
Nauibus non excuſandis 11 3
Ne quid oneri publico imponatur 11 4
Naufragijs 11 5
Nulli licere in frenis, equeſtribus ſellis, & balteis margaritas, ſmaragdos, & hiacynthos aptare, & de artificibus palatinis 11 11
Nauticis Tyberinis 11 26
Ne quis liber inuitus actum reipublicæ gerere cogatur 11 36
Ne ruſticani ad ullum obſequium deuocentur 11 54
Non licere habitatoribus metrocomiæ loca ſua ad extraneum transferre 11 55
Negociatores ne militent 12 35
Numerarijs, actuarijs, & chartularijs, & adiutoribus, ſiue ſcrinearijs, & exceptoribus ſedis excelſæ cæterorumq; iudicum, tam militarium, quàm ciuilium 12 50

O

Officio præfecti prætoriorum Orientis & Illyrici 1 26
Officio præfecti prætorio Africæ, & de omni eiuſdem diœceſeos ſtatu 1 27
Officio præfecti urbi 1 28
Officio magiſtri militum 1 29
Officio quæſtoris 1 30
Officio magiſtri officiorum 1 31
Officio comitis ſacrarum largitionum 1 32
Officio comitis rerum priuatarum, ſacri palatij, ſacriq; patrimonij 1 33
Officio proconſulis & legati 1 34
Officio comitis Orientis 1 35
Officio præfecti Auguſtalis 1 36
Officio uicarij 1 37
Officio prætorum 1 38
Officio rectoris prouinciæ, & ut nulli patriæ ſuæ adminiſtratio ſine ſpeciali permiſſu principis permittatur 1 39
Officio præfecti uigilum 1 40
Officio ciuilium iudicum 1 41
Officio militarium iudicum 1 42
Officio diuerſorum iudicum 1 44
Officio eius, qui uicem alicuius uel præſidis obtinet 1 46
Officio iuridici Alexandriæ 1 53
Ordine iudiciorum 3 8
Obligationibus & actionibus 4 10
Operis libertorum 6 3
Obſequijs patrono præſtandis 6 6
Ordine cognitionum 7 19
Operis noui nunciatione 8 11

Operibus

Operibus publicis 8 12
Omni agro deſerto, & quando ſteriles fertilibus imponuntur 11 58
Oblatione uotorum 12 49

P

Precibus Imperatori offerendis, & de quibus rebus ſupplicare liceat, uel nõ 1 19
Pactis 2 3
Poſtulando 2 6
Procuratoribus 2 12
Pedaneis iudicibus 3 3
Plus petitionibus 3 10
Petitione hæreditatis 3 31
Prohibita ſequeſtratione pecuniæ 4 4
Probationibus 4 19
Plus ualere, quod agitur, quàm quod ſimulatè concipitur 4 22
Per quas perſonas nobis adquiratur 4 27
Pro ſocio 4 37
Patribus, qui filios ſuos diſtraxeruut 4 43
Periculo & commodo rei uenditæ 4 48
Pactis inter emptorem & uenditorem compoſitis 4 54
Pactis conuentis tam ſuper dote, quàm donatione ante nuptias, & paraphernis 5 14
Periculo tutorum & curatorum 5 38
Prædij & alijs rebus minorum ſine decreto non alienandis uel obligandis 5 71
Poſthumis hæredibus inſtituẽdis, uel exhæredandis, uel præteritis 6 29
Peculio eius, qui libertatem meruit 7 23
Præſcriptione longi temporis, decem uel uiginti annorum 7 33
Præſcriptione triginta uel quadraginta annorum 7 39
Pœna iudicis, qui malè iudicauit, uel eius, qui iudicem uel aduerſarium corrumpere curauit 7 49
Priuilegio fiſci 7 73
Priuilegio dotis 7 74
Precario, & Saluiano interdicto 8 9
Pignoribus & hypothecis 8 14
Prætorio pignore, & ut in actionibus etiam debitorum miſsio prætorij pignoris procedat 8 22
Partu pignoris, & omni caſu 8 25
Pactis pignorum 8 35
Patria poteſtate 8 47
Poſtliminio, & redemptis ab hoſtibus 8 51
Priuatis carceribus inhibendis 9 5
Pœnis 9 47
Pœnis fiſcalibus creditores præferri 10 7
Petitionibus bonorum ſublatis 10 12
Prædijs decurionum ſine decreto non alienandis 10 33
Præbendo ſalario 10 36
Profeſſoribus & medicis 10 52
Periculo ſucceſſorum parentis 10 61
Potioribus ad munera nominandis 10 63
Ponderatoribus, & auri illatione 10 71
Prædijs, & omnibus rebus nauiculariorum 11 2
Priuilegijs corporatorum urbis Romæ 11 14
Piſtoribus 11 15
Priuilegijs urbis Conſtantinopolitanæ 11 23
Periculo nominatorum 11 33
Periculo eorum, qui pro magiſtratibus interuenerunt 11 34
Paſcuis publicis & priuatis 11 60
Prædijs tamiacis, & his, qui ex colonis tamiacis, alijsq́; liberæ conditionis procreantur 11 68
Priuilegijs domus Auguſtæ, uel rei priuatæ, & quarum collationum excuſationem habent 11 74
Palatijs & domibus dominicis 11 76
Prætoribus, & honore præturæ, & collatione, & gleba, & claui, & pholi, & ſeptem ſolidorum functione ſublata 12 2
Præfectis prætorio, ſiue urbi, & magiſtris militum in dignitatibus exæquandis 12 4
Præpoſitis ſacri cubiculi, & de omnibus cubicularijs, & priuilegijs eorum 12 5
Primicerio, & ſecundicerio, & notarijs 12 7
Præpoſitis & tribunis ſcholarum 12 11
Profeſſoribus, qui in urbe Conſtantinopolitana docentes, ex lege meruerunt comitiuam 12 15
Præpoſitis laborum 12 18
Præpoſitis ſacrorum ſcriniorum, cæteriſq́; qui in ſacris ſcrinijs militant 12 19
Præpoſitis agentium in rebus 12 21
Principibus agentium in rebus 12 22
Palatinis ſacrarum largitionum, & rerum priuatarum 12 24
Priuilegijs eorum, qui in ſacro palatio militant 12 29
Priuilegijs ſcholarum 12 30
Perfectiſsimatus dignitate 12 33
Primipilo 12 63
Publicæ lætitiæ, uel conſulum nunciatores, uel inſinuatores conſtitutionum, & aliarum ſacrarum, uel iudicialium literarum ex deſcriptione, uel ab inuitis, ne quid accipiant immodicum 12 64

Q

Quando libellus principi datus litis faciat conteſtationem 1 20
Qui & aduerſus quos in integrum reſtitui non poſſunt 2 41
Quibus ex cauſis maiores in integrum reſtituantur 2 53
Qui pro ſua iuriſdictione iudices dare, da-

re, dariue poſſunt	3	4
Qui legitimam perſonam ſtandi in iudicio habent, uel non	3	6
Quando Imperator inter pupillos & uiduas, uel alias miſerabiles perſonas cognoſcit, & ne exhibeantur	3	14
Quando liceat unicuiq; ſine iudice uindicare ſe, uel publicam deuotionem	3	27
Quando fiſcus uel priuatus debitoris ſui debitores exigere poßit	4	15
Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, negocium geſtum eſſe dicetur, uel de peculio, ſeu quod iuſſu, uel de in rem uerſo	4	26
Quæ res uendi non poſſunt, & qui uendere, uel mercari uetantur	4	40
Quæ res exportari non debeant	4	41
Quando liceat ab emptione diſcedere	4	45
Qui petant tutores uel curatores	5	31
Qui dare tutores uel curatores poſſunt, & qui dari non poſſunt	5	34
Quando mulier tutelæ officio fungatur	5	35
Quando facto tutoris uel curatoris minores agere uel conueniri poſſunt	5	39
Quando tutores uel curatores eſſe deſinant	5	60
Qui numero liberorum ſe excuſant	5	66
Qui morbo ſe excuſant	5	67
Qui ætate ſe excuſant	5	68
Qui numero tutelarum ſe excuſant	5	69
Quando decreto opus non eſt	5	72
Qui ad bonorum poſſeßionem, & infra quod tempus admittantur	6	9
Quando non petentium partes petentibus adcreſcunt	6	10
Qui teſtamenta facere poſſunt, uel non poſſunt	6	22
Quemadmodum teſtamenta aperiantur, deſcribantur, & inſpiciantur	6	32
Quando dies legati uel fidei commißi cedit	6	52
Qui manumittere non poſſunt, & ne in fraudum creditorum manumittantur	7	11
Qui non poſſunt ad libertatem peruenire	7	12
Quibus ex cauſis ſerui pro præmio libertatem accipiunt	7	13
Quibus ad libertatem proclamare non licet, & de rebus eorum, qui ad libertatem proclamare non prohibentur	7	18
Quibus non obijcitur longi temporis præſcriptio	7	35
Quadriennij præſcriptione	7	37
Quomodo, & quando Iudex ſententiam proferre debeat præſentibus partibus, uel una parte abſente	7	43
Quibus res iudicata non nocet	7	56
Quando prouocare non eſt neceſſe	7	64
Quorum appellationes non recipiuntur	7	65
Qui bonis cedere poſſunt	7	71
Quorum bonorum	8	2
Quorum legatorum	8	3
Quæ res pignori obligari poſſunt, uel non, & qualiter pignus cõtrahatur	8	17
Qui potiores in pignore habeantur	8	18
Quæ ſit longa conſuetudo	6	53
Qui accuſare non poſſunt	9	1
Quando ciuilis actio criminali præiudicet, & an utraq; ab eodem exerceri poßit	9	31
Quæſtionibus	9	41
Quando, & quibus quarta pars debetur ex bonis decurionum, & de modo diſtributionis eorum	10	34
Quemadmodum ciuilia munera indicuntur	10	42
Quibus muneribus uel præſtationibus memini liceat ſe excuſare	10	48
Qui ætate uel profeßione ſe excuſant	10	49
Qui morbo ſe excuſant	10	50
Quibus muneribus excuſantur hi, qui poſt impletam militiã uel aduocationem per prouincias ſuis commodis uacãtes cõmorantur, & de priuilegijs eorum, & de conductoribus uectigalium fiſci	10	55
Quo quiſq; ordine conueniatur	11	35
Quibus ad conductionem prædiorum fiſcalium accedere non licet	11	72
Quæſtoribus, & magiſtris officiorum & comitibus ſacrarum largitionum & rei priuatæ	12	6
Qui militare poſſunt, uel non, & de ſeruis ad militiæ dignitatem adſpirantibus, & ut nemo duplici militia, uel dignitate & militia ſimul utatur	12	34

R

Reputationibus, quæ fiunt in iudicio in integrum reſtitutionis	2	47
Reſtitutione militum, & eorũ, qui reipublicæ cauſa abſunt	2	50
Receptis arbitris	2	55
Rei uindicatione	3	32
Religioſis & ſumptibus funerum, & aleæ luſu, & aleatoribus	3	43
Rebus creditis, & iureiurando	4	1
Reſcindenda uenditione	4	44
Rebus alienis non alienandis, & de prohibita rerum alienatione, uel hypotheca	4	51
Rem alienam non interdici rerum ſuarum alienatione	4	53
Rerum permutatione, & præſcriptis uerbis	4	64
Rei uxoriæ alienatione in ex ſtipulatu actionem transfuſa, & de natura dotibus præſtita	5	13

Repudijs, & iudicio de moribus ſublato	5	17
Rerum amotarum	5	21
Repudianda bonorum poſſeßione	6	19
Repudianda uel abſtinenda hæreditate	6	31
Re iudicata	7	52
Res inter alios acta, uel iudicata alijs ne noceat	7	60
Relationibus	7	61
Reuocandis ijs, quæ per fraudem alienata ſunt	7	75
Ratiocinijs operum publicorum, & patribus ciuitatum	8	13
Remißione pignoris	8	26
Reuocandis donationibus	8	56
Raptu uirginum, ſeu uiduarum, nec non ſanctimonialium	9	13
Requirendis reis	9	40
Reis poſtulatis	10	58
Re militari	12	36

S

Summa trinitate, & fide catholica, ut nemo publicè de ea contendere audeat	1	1
Sacroſanctis eccleſiis, & de rebus ac priuilegijs earum	1	2
Sacrificijs paganorum, & templis	1	11
Senatus conſultis	1	16
Si contra ius uel utilitatem publicam, uel per mendacium fuerit aliquid poſtulatum, uel impetratum	1	22
Statuis & imaginibus	1	24
Si tutor uel curator interuenerit	2	24
Si in communi eademq; cauſa in integrum reſtitutio poſtuletur	2	25
Si aduerſus rem iudicatam reſtitutio poſtuletur	2	26
Si aduerſus uenditionem	2	27
Si aduerſus uenditionem pignoris	2	28
Si aduerſus donationem	2	29
Si aduerſus libertatem	2	30
Si aduerſus tranſactionem uel diuiſionem in integrum minor reſtitui uelit	2	31
Si aduerſus ſolutionem à tutore, uel à ſe factam	2	32
Si aduerſus dotem	2	33
Si aduerſus delictum ſuum	2	34
Si aduerſus uſucapionem	2	35
Si aduerſus fiſcum	2	36
Si aduerſus creditorem	2	37
Si ſe abſtinuit hæreditate	2	38
Si ut omiſſam hæreditatem, uel bonorum poſſeßionem, uel quid aliud adquirat	2	39
Si minor ſe maiorem dixerit	2	42
Si ſæpius in integrum reſtitutio poſtuletur	2	43
Si maior factus ratum habuerit	2	45
Satiſdando	2	56
Sportulis, & ſumptibus in diuerſis iudicijs faciendis, & de executoribus litium	3	2
Seruitutibus & aqua	3	34
Si certum petatur	4	2
Suffragio	4	3
Si ſeruus extero ſe emi mandauerat	4	36
Si propter publicas penſitationes uenditio fuerit celebrata	4	46
Sine cenſu uel reliquis fundum comparari non poſſe	4	47
Si quis alteri uel ſibi ſub alterius nomine, uel aliena pecunia emerit	4	50
Si ſeruus exportandus ueneat	4	55
Si mancipiũ ita uenierit, ne proſtituatur	4	56
Si mancipium ita fuerit alienatum, ut manumittatur, uel contrà	4	57
Sponſalibus, & artis ſponſalicijs, & proxeneticis	5	1
Si rector prouinciæ, uel ad eum pertinentes, ſponſalicias dederint arras	5	2
Si quacunq; præditus poteſtate, uel ad eum pertinentes, ad ſuppoſitarum iuriſdictioni ſuæ nuptias tentauerit adſpirare	5	7
Si nuptiæ ex reſcripto petantur	5	8
Secundis nuptijs	5	9
Si ſecundo nupſerit mulier, cui maritus uſum fructum reliquit	5	10
Soluto matrimonio, quemadmodum dos petatur	5	18
Si dos conſtãte matrimonio ſoluta fuerit	5	19
Si ex pluribus tutoribus uel curatoribus, omnes uel unus peragere rem minoris, uel conueniri poßint	5	40
Suſpectis tutoribus uel curatoribus	5	43
Si mater indemnitatem promiſit	5	46
Si contra matris uoluntatem tutor datus ſit	5	47
Si tutor non geſſerit	5	55
Si tutor uel curator falſis allegationibus excuſatus ſit	5	63
Si tutor reipublicæ cauſa aberit	5	64
Si quis ignorans rem minoris eſſe, ſine decreto comparauerit	5	73
Si maior factus uenditionem factam ſine decreto ratam habuerit	5	74
Seruis fugitiuis, & libertis, mancipijsq; ciuitatum artificibus, & ad diuerſa opera deputatis, & ad rem priuatam, & dominicam pertinentibus	6	1
Si in fraudem patroni à libertis alienatio facta ſit	6	5
Succeſſorio edicto	6	16
Si quis aliquem teſtari prohibuerit, uel coegerit	6	34
Si omiſſa ſit cauſa teſtamenti	6	39
Senatuſconſulto Trebelliano	6	48
Seruo pignori dato manumiſſo	7	8
Seruis reipublicæ manumittendis	7	9
Senatuſconſulto Claudiano tollendo	7	24

Si ad-

Si aduerſus creditorem præſcriptio opponatur	7	36
Sententijs præfectorum prætorio	7	42
Sententijs ex breuiculo recitandis	7	44
Sententijs & interlocutionibus omnium iudicum	7	45
Sententia, quæ ſine certa quantitate profertur	7	46
Sententijs, quæ pro eo, quod intereſt, proferuntur	7	47
Si à non competente iudice iudicatum eſſe dicatur	7	48
Sententiam reſcindi non poſſe	7	50
Si plures una ſententia condemnati ſunt	7	55
Si ex falſis inſtrumentis uel teſtimonijs iudicatum ſit	7	58
Si pendente appellatione mors interuenerit	7	66
Si unus ex pluribus appellauerit	7	68
Si de momentaria poſſeßione fuerit appellatum	7	69
Si per uim, uel alio modo abſentis poſſeßio turbata ſit	8	5
Si aliena res pignori data ſit	8	16
Si antiquior creditor pignus uendiderit	8	20
Si communis res pignorata ſit	8	21
Si in cauſa iudicati pignus captum ſit	8	23
Si pignus pignori datum ſit	8	24
Si uendito pignore agatur	8	30
Si unus ex pluribus hæredibus creditoris uel debitoris, partem ſuam debiti ſoluerit uel acceperit	8	32
Si pignoris conuentionem numeratio pecuniæ ſecuta non ſit	8	33
Solutionibus & liberationibus	8	43
Si reus uel accuſator mortuus fuerit	9	6
Si quis Imperatori maledixerit	9	7
Si quis eam, cuius tutor fuerit, corruperit	9	10
Sepulchro uiolato	9	19
Seditioſis, & de ijs, qui plebem audent contra rempublicam colligere	9	30
Sententiam paßis & reſtitutis	9	51
Sententijs contra fiſcum latis retractandis	10	9
Si liberalitatis imperialis ſocius ſine hærede deceſſerit	10	14
Superindicto	10	18
Superexactoribus	10	20
Si ſeruus aut libertus ad decurionatum adſpirauerit	10	32
Si curialis relicta ciuitate reus habitare maluerit	10	37
Si propter inimicitias creatio facta ſit	10	66
Sumptuum recuperatione	10	67
Si poſt creationem quis deceſſerit	10	68
Suſceptoribus, præpoſitis, & arcarijs	10	70
Suarijs, & ſuſceptoribus uini, & cæteris corporatis	11	16
Studijs liberalibus urbis Romæ & Conſtantinopolitanæ	11	18
Sumptus inuicti muneris ad omnes collegas pertinere	11	37
Solutionibus & liberationibus debitorum ciuitatis	11	39
Spectaculis, & ſcenicis, & lenonibus	11	40
Silentiarijs, & decurionibus eorum	12	16
Statoribus	12	25
Salgamo hoſpitibus non præſtando	12	42

T

Tranſactionibus	2	4
Temporibus in integrum reſtitutionis tam minorum, aliarumq́; perſonarum, quæ reſtitui poſſunt, quàm hæredum eorum	2	52
Teſtibus	4	20
Teſtamentaria tutela	5	28
Tutoribus uel curatoribus illuſtrium uel clarißimarum perſonarum	5	33
Tutore uel curatore, qui ſatis non dedit	5	42
Teſtamento militis	6	21
Teſtamentis, & quemadmodum teſtamenta ordinentur	6	23
Teſtamentaria manumißione	7	2
Temporibus & reparationibus appellationum ſeu conſultationum	7	63
Tabulis exhibendis	8	7
Theſaurus	10	15
Tabularijs, ſcribis, logographis, & cenſualibus	10	69
Tyronibus	12	44
Tractatorijs & ſtatiuis	12	52

V

Vetere iure enucleando, & de autoritate Iuriſprudentium, qui in Digeſtis leguntur	1	17
Vt lite pendente, uel poſt prouocationem, aut definitiuam ſententiam nulli liceat Imperatori ſupplicare	1	21
Vt omnes iudices tam ciuiles, quàm militares poſt adminiſtrationem depoſitam quinquaginta dies in ciuitatibus certis locis permaneant	1	45
Vt quæ deſunt aduocatis partium, Iudex ſuppleat	2	10
Vt nemo priuatus titulos prædijs ſuis uel alijs imponat, uel regalia uela ſuſpendat	2	15
Vt nemini liceat ſine iudicis autoritate ſigna rebus imponere alienis	1	16
Vbi, & apud quem cognitio in integrũ reſtitutionis agenda ſit	2	46
Vxoribus militum, & eorum, qui reipublicæ cauſa abſunt	2	51
Vt nemo inuitus agere uel accuſare cogatur	3	7
Vbi de criminibus agi oportet	3	15
Vbi de poſſeßione agi oportet	3	16

Vbi fideicommiſſum peti oportet 3 17
Vbi conueniatur, qui certo loco dare promiſit 3 18
Vbi in rem actio exerceri debeat 3 19
Vbi de hæreditate agatur, uel ubi hæredes ſcripti in poſſeſsionẽ mitti poſtulare debeant 3 20
Vbi de ratiocinijs tam publicis, quàm priuatis agi oporteat 3 21
Vbi cauſas ſtatus agi oporteat 3 22
Vbi quis de curiali, uel cohortali, aliáue conditione conueniatur 3 23
Vbi ſenatores, uel clariſsimi ciuiliter, uel criminaliter conueniantur 3 14
Vbi cauſa fiſcalis, uel diuinæ domus, hominumq́; eius agantur 2 26
Vſufructu, uſu, & habitatione, & miniſterio ſeruorum 3 33
Vt actiones & ab hæredibus, & contra hæredes incipiant 4 11
Vſuris 4 32
Vectigalibus & commiſsis 4 61
Vectigalia noua inſtitui non poſſe 4 62
Vbi petantur tutores uel curatores 5 31
Vt cauſæ poſt pubertatem adſit tutor 5 48
Vbi pupilli educentur 5 49
Vſuris pupillaribus 5 56
Vnde liberi 6 14
Vndè legitimi, & undè cognati 6 15
Vnde uir & uxor 6 18
Verborum ſignificatione 6 38
Vſuris, uel fructibus legatorum ſeu fideicommiſſorum 6 47
Vt in poſſeſsionem legatorum, uel fideicommiſſorum ſeruandorũ cauſa mittatur, & quando ſatiſdari debeat 6 53
Vindicta, & apud concilium manumiſſione 7 1
Vſucapione pro emptore, uel pro tranſactione 7 26
Vſucapione pro donato 7 27
Vſucapione pro dote 7 28
Vſucapione pro hærede 7 29
Vſucapione transformanda, & de ſublata differentia rerum mancipi, & nec mancipi 7 31
Vſuris rei iudicatæ 7 54
Vnde ui 8 4
Vti poßidetis 8 6
Vi bonorum raptorum 9 33
Vt intra certum tempus criminalis quæſtio terminetur 9 44
Venditione rerum fiſcalium cum priuatis communium 10 4
Vt nemini liceat in emptione ſpecierum ſe excuſare, & de munere ſitoniæ 10 27
Vocatione publici muneris 10 45
Veſtibus holobaris, & auratis, & de tinctione ſacri muricis 11 8
Veteris nomiſmatis poteſtate 11 10
Vendendis rebus ciuitatis 11 31
Venatione ferarum 11 44
Vti armorum uſus inſcio principe inſit 11 46
Vt nemo ad ſuum patrocinium ſuſcipiat ruſticanos, uel uicos eorum 11 53
Vt nullus ex uicaneis pro alienis uicaneorum debitis teneatur 11 56
Vt dignitatum ordo ſeruetur 12 8
Veteranis 12 47

TITVLI NOVELLARVM CONSTItutionum.

A

Conſtit.

Armenijs, ut & ipſi per omnia Romanas ſequantur leges 21
Appellationibus 23
Adiutoribus quæſtoris 35
Apud quem oporteat appellationes in quinq; prouincijs, Caria, Cypro, Cycladibus inſulis, Myſia, & Scythia interpoſitas examinari 41
Apud quos oporteat litigare monachos, & aſcetrias 79
Armis 85
Appellationibus, ut ſi mota apud appellationis iudicem cauſa, litigatores ad arbitros deueniant, intereaq́; temporis biennium decurrat, & contingat denuò cauſam ad appellationis redire iudicem: ne biennij decurſus obijciatur 93
Æqualitate dotis & donationis ante nuptias. Habet autem & alia capita 97
Alienatione, & emphyteuſi rerũ eccleſiaſticarũ 120
Argentariorum contractibus 136

C

Comite Iſauriæ 27
Clericis, qui à ſuis deſtiterunt eccleſiis: item de his, qui oratoria ædificant 58
Conſtitutio, quæ per dignitates & epiſcopale munus filios liberat poteſtate patria 81
Conſanguineis & uterinis fratribus 84
Conſulibus 105
Conſultationibus 62

CONSTITVTIO SEX habet capita.

115

I. Vt cùm de appellationibus, & retractationibus, & relationibus iudicum cognoſcitur, ſecundum illas leges controuerſiæ decidantur, quæ tempore latæ ſententiæ & ſuggeſtionis obtinebant, non quæ poſtea promulgatæ ſunt.

II Si altera litigantium pars, renunciet ſe allegationibus contentã fore, altera uerò differat, quaſi non contenta: iudex dato unius, item & alterius, & tertij menſis dilationem: his autem præteritis non amplius

plius expectato, ſed proferto ſententiam.
III Quæ cauſæ ingratitudinis rationabiliter filijs obijci poßint à parentibus.
IIII Quæ rurſum cauſſæ ingratitudinis rationabiliter poßint parentibus obijci à filijs.
V Vt lugentes, & qui genere illis proximi ſunt, nulla de cauſa intra nonum diem prehendantur, uocenturq; in ius.
VI De conſtitutæ pecuniæ obligatione & ſponſionibus, ſi quis ita pecuniam conſtituat aut ſpondeat, Satis tibi facio: aut, Satis tibi fiet à me, & hoc & illo: aut, Satis tibi fiet à me, aut hoc, aut illo.

D

Defenſoribus ciuitatum 15
Deſcriptione quatuor præſidum Armeniæ 31
Decurionibus, ut filijs ſuis decurionibus dodrantem relinquant 38
Decurionibus, ut accepta dignitate præfectoria, tunc demum curia liberentur, cùm in actu poſitam acceperint
Donatione mortis cauſa facta à decurionibus 87
Depoſito, & atteſtatione ad inquilinos facta: item de ſuſpenſione erogationis panum ciuilium 88
Duobus reis promittendi, qui uice mutua fideiuſſores accepti ſunt 99
Decurionibus 101
Diuerſis capitulis & ſolutione matrimoniorum 117

E

Eccleſiis conſtitutis in Africa 37
Eccleſiaſticarum rerum immobilium alienatione & ſolutione 46
Exequijs, quas fieri oporteat in defunctorum funerationibus 59
Executoribus, & his qui conueniuntur & reconueniuntur 96
Extremis uoluntatibus, & bonorum in filios diuiſionibus 107
Edictum de formula artificum 122
Eccleſiaſticis diuerſis capitulis 123
Exemplum ſacræ formæ de appellationibus 126
Eccleſiaſticis canonibus, & priuilegijs, quæ ſacroſanctas reſpiciunt eccleſias 131
Edictum de fide 132
Edictum de his, qui luxuriantur contra naturam. 141
Ea, quæ raptori ſuo nubit 150
Exemplum ſacræ pragmaticæ formæ de uſuris 160

F

Filijs ante dotalia inſtrumenta natis 19

G

Generalis forma de proſpectu in mare, ſcripta dominico glorioſiſsimo prætoriorum præfecto 165

H

Hæredibus & falcidia 1
His, qui nuptias iterant 22
His qui mutuum dant agricolis 32
Hortulanis 64
His, quæ relicta ſunt eccleſiæ Myſiæ 65
Hæc conſtitutio interpretatur priorem conſtitutionem, quæ de his lata eſt, qui ingrediuntur monaſteria, & ſubſtantias ſuas conſecrant, & ex quo ipſam tempore ualere oporteat 75
His, qui eunuchos faciunt 142
Hebræis, quo modo oporteat eos Scripturas legere 146
His, qui in Oſdrohena illicitas contrahunt nuptias 154
Hæredibus 164

I

Iuſiurandum, quod præſtari ſolet ab ijs, qui officia ſuſcipiunt 9
Inceſtis & nefarijs nuptijs 12
Iureiurando, quod moriens de modo ſui patrimonij præſtitit 48
Iudicibus, & ne cum iureiurando deligãtur: & ut iudices modis omnibus appellationes ſuſcipiant: item ne iudices ſacræ alicui formæ, quæ lite pendente facta ſit de hoc, quomodo litem decidi oporteat, attendant 28
Immenſis donationibus collatis in filios 29
Iura adgnationis & cognationis tollit, & præſcribit ſucceßiones ab inteſtato 118
Iudicibus 125
Interpretatione à principe facta: & ut uſuræ particulatim ſolutæ duplum ſortis non excedant 138
Indulgentia tributariorum reliquorum 148
Infantibus expoſitis 153

L

Liberis, quomodo eos oporteat uel legitimos, uel naturales intelligi, & de indotatis nuptijs 74
Litigioſis, & de cautione, quæ ante reorum citationem præſtari debet ab actoribus, & quando actor priuilegio uti nequeat, quòd inuitus agere non compellatur 112
Litigatoribus, & de ſportulis, et ut quæ iubentur, referendarij compleant, neq; ſe cauſæ immiſceant, & per ſe exequantur 124

M

Monaſterijs, & monachis, & eorum antiſtitibus 5
Moderatore Helenoponti 28
Moderatore Arabiæ 102
Mulieribus fide hæreticis 109
Militibus 116
Monachis, & aſcetrijs, & eorum conuerſatione 133
Muliere raptum paſſa 143

N

Ne mulieres, quæ nuptias iterant, electionem habeãt, in quem filiorum donationem ante nuptias conferant, deq; alijs capitulis 2
Non alienandis, aut permutandis rebus eccleſiaſticis immobilibus, aut in ſpecialem hypothecam dandis

creditoribus, ſed ut ſufficiant generales hypothecæ 7
Ne quo in loco per imperium Romanum lenones ſint 14
Ne quis mutuum dans agricolæ, terram eius teneat. Item quàm magnas uſuras creditores ab agricolis debeant percipere 32
Ne quis quòd agricolæ mutuam pecuniam dedit, illius terram detineat, & quem uſurarum modum creditores accipere debent ab agricolis 34
Ne Iudæi, Samaritani, & hæretici, per cauſam religionis & cultus ſui curiali fortuna liberentur: ſed quum curialibus muneribus ſubdantur, priuilegijs eorum non perfruantur. Item, ut ijdem poßint contra orthodoxos, qui curiali fortunæ ſubditi ſunt, teſtimonium dicere, ut qui præclare pro orthodoxa republica teſtimonium perhibeant 45
Ne à mulieribus, quæ ſe proſtituunt, fideiuſſor aut iuſiurandum exigatur, quòd hoc genus uitæ deſertur æ non ſint 12
Ne perſonæ, uel rei, uel auri alterius pro altero oppignorationes fiāt, ſed oppignoratione oblæſo eius quadruplū reſtituatur. Item, ne pro eo, qui uel percußit, uel alioqui damnū irrogauit, alius percutiatur, aut qualitercunq; damnū ſentiat. Et ne donatio à priuato in imperatorem facta indigeat actorum publicorum confectione 52
Ne defuncti, ſeu reliquiæ eorum à creditoribus adficiantur contumelia. Et ne adſeſſores cognitionem cauſarum abſq; iudicibus ſuſcipiant 60
Nouis operibus contra proſpectum in mare 63
Ne quis oratorium citra ſcientiam epiſcopi ædificet, & ut prius definiat, quæ ad curā & inſtitutionem oratorij ædificandi neceſſaria futura ſint. Et ne epiſcopi abſint à ſuis eccleſiis, ac de alienatione immobilium rerum eccleſiaſticarum. 67
Ne libertini de cætero iure aureorum anulorum & reſtitutorum natalium opus habeant. Item, ut dotalium inſtrumentorum confectio in libertinabus ipſo etiam facto legitimas reddat nuptias, & ſuos patri filios. Si fortè ea ancilla ſit, ut & ipſa dotis confectione libera exiſtat, & nuptiæ legitimè, & ex ea progeniti filij patri ſui ſint 78
Naturalibus liberis 89
Ne uir ex dote, aut mulier ex damnatione ante nuptias proueniens lucrum proprietatis iure teneāt, ſed conſeruent dominium filijs ſuis: uel ſi ad ſecundas nuptias non ueniant, in lucro ſolum uſumfructum obtinentes. Et ut qui diuortio matrimonium dirimunt, ſi dotem aut ante nuptias donationem lucrentur, ſimiliter & ipſi dominium filijs conſeruent: perſona, quæ uſumfructum habet, cogenda filios alere. Si uerò bona gratia ſoluatur matrimonium, & uideantur quædam occaſione damni dati detenta eſſe, ut hac arte perempta, ea quæ detinentur, reſeruentur filijs 98
Ne in medio litis fiant ſacræ formæ, aut ſacræ iußiones, ſed ſecundum generales leges cauſæ decidantur. Et ut præſens cōſtitutio ante perſonarū in iudicio confirmationem inſeratur actis iudiciarijs 113
Ne quis cogatur bonis cedere 135
Ne decurio, aut cohortalis perducatur in ius, ſiſtatúrue iudicio citra iußionem principis, quæ inſinuctur præfectis 151
Ne ſacræ formæ, quæ de caußis procedunt publicis, aliter robur accipiant, quàm glorißß. prætoriorum præfectis inſinuatæ ſint, uel fuerint, illicq; habeantur ratæ 152

O

Officijs, quæ miniſtrant in ſacris appellationibus 10
Officinis, ſiue tabernis Conſtantinopolitanæ urbis. Et ut mille tantum & centum officinæ ſacroſanctæ maioris eccleſiæ excuſentur: omnes reliquæ, ad quemcunq; dominum pertineant, conſueta obeant munia 43

P

Plebeis prætoribus 13
Præcepta præſidum 17
Præſide Piſidiæ 24
Prætore Lycaoniæ 25
Prætore Thraciæ 26
Prætore Paphlagoniæ 29
Proconſule Cappadociæ 30
Proconſule Palæſtinæ 103
Prætore Siciliæ 104
Publicis tributis expediendis, & ſoluendis, neque non alijs capitulis 128
Prole partienda inter ruſticos 156
Prouinciarum præſidibus 161

Q

Quomodo oporteat epiſcopos & cæteros clericos ad ordinationem perduci, & de expenſis eccleſiarum 6
Quod conſtitutio, quæ ex adſcriptitio & libera natos liberos eſſe uult: non his qui ante, ſed qui poſt conſtitutionem nati ſunt, proſit: & ut uenerabilium domuum œconomi, immobilium adinuicem rerum eccleſiaſticarum cōmutationes faciant, decreto prius interpoſito, excepta ab hoc maiore eccleſia 54
Quomodo inſtrumentis, quæ apud iudices inſinuanda ſunt, fidem apponere oporteat 73
Quæſtore 80

R

Referendarijs ſacri palatij 11
Reſtitutione dotalium rerum, & ad donationem ante nuptias pertinentium. Item de ea, quæ undecimo menſe poſt obitum mariti parit 39
Reis, qui ingrediuntur ad expediendam appellationem. deq; inſtrumentis priuata manu conſcriptis, prolatis ab eo, qui cum agitur. Item de iuramento delationis, ut iuramento calumniæ connectatur, quod ſemel tantum pro omni probatione præſtari ſolet 50
Reſtitutionibus 108
Remißio pœnæ illicitæ contractarum nuptiarum 139

Ruſticis, qui in alienis prædijs nuptias contrahunt 157
Releuatione tributorum publicorum 163

S

Succeſſoribus eorum, qui in Africa degunt 36
Sacris iuſsionibus 114
Samaritanis 144
Sacra forma tranſmiſſa Dominico glorioſiſs. prætoriorum Illyricianorum præfecto, de diuerſis capitulis 162

T

Tabellionibus, & ut protocolla relinquant in chartis 44
Teſtibus 90
Tempore non numeratæ dotalis pecuniæ 100
Tempore actionum, quæ ſacris locis competunt 111
Tranſitu militum 129

V

Vt determinatus ſit numerus clericorum ſanctiſs. maioris eccleſiæ, neque non cæterarum ſanctiſs. eccleſiarum huius auguſtiſsimæ urbis 3
Vt creditores primum adgrediantur principales debitores, mox illis ſoluendo non exiſtentibus, ſecundo loco mandatores etiam, aut conſtitutæ pecuniæ reos, aut fideiuſſores 4
Vt præſides abſque ulla datione pecuniæ ad officia mittantur 8
Vt eccleſia Romana centum annorum gaudeat præſcriptione 10
Vt clerici ex una Eccleſia in aliam transferantur ad ſupplendum deficientium ſtatutum numerum 16
Vt ſi plures filij non ſint, quàm quatuor, legitima portio cenſeatur triens: ſi ultra quatuor, ſemis. Et ut naturales liberi, nulla exiſtente prole legitima, unà cum matre ab inteſtato ſextantem accipiant: & ut collatio tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato competat, niſi expreſsis uerbis teſtator id prohibeat. Et de diuiſione bonorum in liberos facta à parentibus: & de eo, qui propriũ chirographum inficiatur. Deq; alijs capitulis. 28
Vt Anthinus, Seuerus, Petrus, Zooras, & reliqui hæretici eccleſiaſtico gradu detrahantur 42
Vt Imperatoris nomen in inſtrumentis & actis publicis præponatur, & ut tempora, quæ Latinis deſignantur literis, manifeſtius ſcribantur 47
Vt qui prouincialem hominem extra territoriũ ſuum in ius producit, cautionem præbeat, quòd niſi litem obtineat, præſtaturus ſit, quantum iudex eum, qui calumnia tentatus eſt, accipere ſtatuerit: item ut qui libellum ſuſcipit, ad deliberandum, an iudicio diſceptare uelit, aut datum tolerare iudicem, uiginti dierũ ſpatium habeat. Præterea quòd qui poſt iuratoriam cautionem in iudicio non comparet, omnem litis impenſam debeat actori perſoluere, & deinceps cauſam dicere datis fideiuſſoribus. Inſuper de hypothecis militiarum, quæ ex caſu uocantur, quæ perſonæ & quando hoc ius habeant. Poſtremò & de indotatis uxoribus, ut & ipſæ quartam partem in ſubſtantia uiri habeant, & item uir in ſubſtantia uxori, quando inops eſt, qui ſuperſtes manſit. 53
Vt de cætero commutationes eccleſiaſticarum rerum non fictæ fiant ad pijſsimum Imperatorem, & hoc modo ad alias perſonas legitimas tranſeant res, ſed hæc tantummodo fiant ad imperialem domum, & ut liceat perpetuas emphyteuſes agi ab oratorijs in oratoria, decreto uidelicet interpoſito, excepta ab hoc maiore eccleſia: ne tamen in priuatam perſonam tranſeat emphyteuſis 55
Vt ea, quæ uocantur inſinuatiua, ſuper clericis in maiore quidem eccleſia dentur, in alijs autem eccleſiis penitus non dentur 56
Vt in priuatis domibus ſacra myſteria non fiant 57
Vt res immobiles donationis ante nuptias à marito, ne conſentiente quidem uxore, uel pignori obligari, uel omnino alienari liceat, niſi poſtea æquè illi ſatisfieri poſsit, utq; eadem & in dote obtineant 61
Vt nouæ conſtitutiones poſt alios duos menſes, quàm inſinuatæ fuerint, obtineãt. Item parcit his, qui ſubtilitatem conſtitutionum in teſtamentis non obſeruant, relinquendo quadrantem, & hæredis nomen aut non inſcribendo, aut non nuncupando 66
Vt omnes prouinciarum magiſtratibus obtemperent, ſiue de criminibus, ſiue de pecunijs agatur: & ut cauſæ illic examinentur, nemine prorſus exempto per aliquod priuilegium, abſque ſacra pragmatica forma 68
Vt illuſtres in pecuniarijs omni modo per procuratores cauſas agant. cùm uerò de iniuria criminaliter agitur, duntaxat ſecundum priuilegium ipſis ad hoc conceſſum. Clariſsimis autem tam per ſe, quàm per procuratores liceat pecuniarias cauſas agere 71
Vt qui ſe res minorum obligatas habere perhibent, aut eis obligati ſunt, penitus ad illorum gubernationem & tutelam non accedant. Et ut curatores nullo modo ceſsiones ſuſcipiant aduerſus eos, quorum curam gerunt, geſſerũt ue: & ut hæc generaliter in omni curatione ualeant, in quibus caſibus Leges curatores dari præcipiunt: item de adminiſtratione pecuniarum illis competentium, & quando eas deponi oporteat, aut reditus ex eis comparari 72
Vt qui contra naturam luxuriantur, & per deum adiurant: item blaſphemias in Deum ingerunt, adficiantur ſupplicio 77
Vt clerici apud proprios epiſcopos primum conueniantur, & poſt hoc apud ciuiles iudices 83
Vt præſides, qui interpellantis allegata audire differunt, compellantur id facere ab epiſcopis: & ut ſi quis præſidem ſuſpectum habet, in cognitionem litis adhibeat, ſocietq; etiam ciuitatis Epiſcopum. Item ut qui à præſide offenſionem patiuntur & iniuriam, adeant ea de re epiſcopum. Deq; alia cau-

tela, quæ abepiſcopis omnino corroborari, fieri uerò debet à præſidibus. 86

Vt primæ & ſecundæ dotis exactione inſtante, nempe uiro ad ſecundas digreſſo nuptias, prior uxor, aut ex priore matrimonio ſuſcepti liberi præferantur. utq; ſi uxor, aut is, qui dotem pro ea conſcripſit, in dotem conſcripta tradere uoluerit, & maritus ea ſuſcipere differat: ſoluto matrimonio nihilominus ab eo per ipſum conſcripta exigatur donatio ante nuptias: & ne donationem ante nuptias præſtet, qui quò minus dotem acciperet, in cauſa non fuit 91

Vt ſine ullo impedimento matres filiorum tutelam ſuſcipiant, licet eos ſibi habeant obnoxios, aut etiam ipſæ illis obnoxiæ ſint, quamuis iuſiurandum non præſtent, quòd nuptias iteraturæ non ſint 94

Vt magiſtratus à depoſita adminiſtratione quinquaginta dies commorentur in ſuis prouincijs, ſiue militarem, ſiue ciuilem functionem geſſerint 59

Vſuris nauticis 10 & 130

Vt donatio propter nuptias ſpecialis contractus ſit, & de alijs capitulis 119

Vt particulares uſurarum ſolutiones in duplum computentur 121

Vt fratrum filij ſuccedant pariter ad imitationem fratrum, aſcendentibus etiam extantibus. & ut mulieres non inſinuata ante nuptiali donatione non lædantur: non inſinuans autem uir, & ſi competat nuptiale lucrum, eo non fruatur, & rurſus ut mulieres non ſecundò nubentes, dominæ ſint partis ſponſalitiæ largitatis, quantum pars facit unius filij: & ut ſimiles ſint pœnæ utriuſq; ſexus, dum ſine cauſa rationabili repudium mittitur 127

Vicarijs, ſeu locum tenentibus: item de mulieribus adulterium committentibus, & alijs capitulis 134

Vt nullam de cætero licentiam dux aliquis, aut cohibendis uiolentijs præpoſitus habeat ad utranque Phrygiam accedendi, aut quoſdam ſibi coniunctos eò dirigendi, ut aliquos compræhendant. Sed neque earum prouinciarum incolæ ad eos, qui tales magiſtratus in Lycaonia & item Lydia gerunt, decurrant, apudq; ipſos contra aliquos querelam inſtituant: quum ciuiles magiſtratus abunde ſufficiant ad huiuſmodi emergentes caſus perſequendos 145

Vt ea, quæ præfectis, aut largitionibus, aut rebus priuatis, aut ſacro patrimonio debentur in reliquis, in quacunque ſpecie uſque ad præteritam ſeptimam indictionem & ipſam indulgeantur 147

Vt matres etiam tutelæ rationibus obnoxiæ ſint 155

Vt deliberandi ius etiam ad impuberes tranſmittatur 158

Vt reſtitutiones fideicommiſſi uſque ad unum gradum conſiſtant 159

TITVLORVM NOVELLARVM iuxta caſtigatiorem æditionem, finis.

TITVLI NOVELLARVM CONSTITVTIONUM, ſecundum literarum ordinem, prout uulgò allegantur ex æditione uetere.

Conſtit.

A

Adminiſtrantibus officia in ſacris appellationibus 20
Adminiſtratoribus 95
Æqualitate dotis & propter nuptias donationis 97
Alienatione & emphyteuſi 120
Appellationibus 93
Appellationibus, & intra quæ tempora 23
Apud quos oporteat cauſas dicere 79
Armis 85

C

Collatoribus & alijs capitulis 128
Conſanguineis & uterinis fratribus 84
Conſtitutio, quæ de dignitatibus 81
Conſtitutio, quæ ex adſcriptitio 54
Conſulibus 105

D

Defenſoribus ciuitatum 15
Depoſito & denunciatione inquilinorum 88
Duobus reis promittendi 99

E

Eccleſiaſticis titulis 131
Eccleſiaſticarum alienatione 46
Executoribus, & de his qui conueniuntur, & reconueniuntur 96
Exhibendis & introducendis reis 53

F

Fideiuſſoribus & mandatoribus 4
Filijs ante dotalia inſtrumenta natis 19

H

Hæc conſtitutio interpretatur priorem conſtitutionem 75
Hæc conſtitutio innouat conſtitutionem 111
Hæredibus ab inteſtato uenientibus 118
Hæredibus & falcidia 1
His qui ingrediuntur ad appellationem 50

I

Immenſis donationibus 92
In medio litis non fieri ſacras conſtitutiones 113
Inceſtis & nefarijs nuptijs 12
Inſtrumentorum cautela & fide 73
Interdictis collegijs hæreticorum 132

Iuſiu-

Iuſiurandum, quod præſtatur ab his 9
Iureiurando à moriente præſtito 48
Iudicibus, & ut nullatenus cum iureiurando eligantur 82

L

Lenonibus 14
Litigioſis, & decima parte litis 112

M

Mandatis principum 17
Menſura ordinandorum clericorum 16
Monachis 5

N

Nauticis uſuris 110
Neq; uirum, quod ex dote eſt 98
Non alienandis aut permutandis rebus Eccleſiaſticis 7
Non eligendo ſecundò nubentes mulieres 2
Noui operis nunciatione maritimi adſpectus 63
Nullum credentem agricolæ 34
Nuptijs 22

P

Priuilegijs dotis, hæreticis mulieribus non præſtandis 109

Q

Quæſtore 80
Quibus modis naturales efficiuntur ſui 74
Quibus modis naturales filij efficiuntur legitimi 89
Quomodo oporteat epiſcopos & cæteros clericos ad ordinationes perduci 6

R

Raptis mulieribus, quæ raptori nubunt 143
Referendarijs ſacri palatij 11
Reſtitutione fideicommiſſi 159
Reſtitutionibus 108
Reſtitutionibus, & ea quæ parit in undecimo menſe 39

S

Sanctiſſimis epiſcopis, & deo amabilibus, & reuerendiſſimis clericis, & monachis 123
Scenicas non ſolum ſi fideiuſſores præſtent 51

T

Tabellionibus 44
Tempore non ſolutæ pecuniæ ſuper dote 100
Teſtibus 18
Teſtamentis imperfectis 107
Triente & ſemiſſe 18

V

Vſuris nauticis 130

Vt ab illuſtribus, & qui ſuper eam dignitatem ſunt, omnimodò, &c. 71
Vt clerici apud proprios epiſcopos primùm conueniantur 83
Vt clerici ex una eccleſia in aliam transferantur ad ſupplendum 16
Vt clerici, qui recedunt, alijs pro eis ſubrogatis, &c. 58
Vt creditores primùm aggrediantur principales debitores 4
Vt cùm de appellatione cognoſcitur 115
Vt de cætero commutationes eccleſiaſticarum rerum, non fortuitæ fiant 66
Vt defuncti ſeu funera eorum 60
Vt deliberandi ius etiam ad impuberes tranſmittatur 158
Vt determinatus ſit numerus clericorum ſanctiſſimum maioris eccleſiæ 3
Vt differentes iudices 86
Vt diuinæ iuſſiones ſubſcriptionem habeant 114
Vt donatio propter nuptias contractus ſit 119
Vt ea, quæ uocantur Inſinuatiua 56
Vt eccleſia Romana centum annorum gaudeat præſcriptione 10
Vt exactione inſtante dotis primæ 91
Vt factæ nouæ conſtitutiones 66
Vt fratrum filij ſuccedant 127
Vt hi, qui obligatas ſe habere perhibent 92
Vt immobilia ante nuptialis donationis 61
Vt imperatoris nomen in inſtrumentis publicis 47
Vt in priuatis domibus ſacra myſteria non fiant 57
Vt iudices non expectent ſacras iuſſiones 125
Vt iudices ſine quoquam ſuffragio fiant 8
Vt liberti de cætero aureo non indigeant anulo 78
Vt liceat matri & auiæ 117
Vt litigantes iurent in exordio litis 124
Vt neq; miles, neq; fœderatus 116
Vt non fiant pignorationes pro alijs perſonis 52
Vt nouæ conſtitutiones poſt alios duos menſes, quàm inſinuatæ fuerint, obtineant 4
Vt nullus fabricet oratorij domos 67
Vt nullus mutuans agricolæ, teneat eius terram 32
Vt nulli iudicum liceat habere loci ſeruatorem 134
Vt omnes obediant iudicibus prouinciæ 68
Vt ordinariæ præfecturæ 69
Vt præponatur nomen Imperatoris documentis 47
Vt primæ & ſecundæ dotis exactione inſtant 91
Vt ſine prohibitione matres 94
Vt ſi plures filij quàm quatuor 18
Vt ſponſalicia largitas ſpecialis ſit contractus 119
Vt qui contra naturam luxuriantur 77

TITVLORVM NOVELLARVM
Conſtitutionum iuxta
uulgatã æditionẽ
finis.

TITVLI QVAE ET RVBRICAE VVLGO NVNCVPANTVR, IN VNIVERSVM IVS CIVILE, EX G. HALOANDRI

recognitione adſcripti.

REdegimus autem eos, non abſq; labore, ad hanc nouam (quam conſpicis) Alphabeti ſeriem: quæ non tantùm Noricæ, ſed etiam cuiuis æditioni reſpondere poteſt. Cæterùm, numerus notis, quæ ſequuntur, ſingulis additus, Libros cuiuſque uoluminis, iuxta diſtinctionem, nomenclaturamq́ uſu receptam, tametſi parum probam; ſequens uerò numerus Titulum indicat. Notæ, hoc canone declarantur.

CANON.

V.	*ff. Vetus.*	*Inſt.*	*Inſtitutiones.*
Inf.	*ff. Infortiatum.*	*A.*	*Autentica.*
N.	*ff. Nouum.*	*F.*	*Feudorum uſus.*
C.	*Codex.*	*t.*	*Titulus.*

A

ABigeis N.47.t.14.C.9.t.37
Abolitione generali C.9.t.43
Abolitionibus C.9.t.42
Acceptilatione, uel Acceptilationibus N.46.t.4. C.8.t. 44
Accuſationibus & Inſcriptionibus N.48.t.2.C.9 tit. 2
Actionibus Inſt.4.t.6
Actionibus empti & uenditi V.19.t.1.C.4 tit. 49
Actionibus hæreditarijs C.4.t.16
Actionibus & obligationibus C.4.10.N.44.7
Actione pigneraticia C.4.t.24
Actore à tutore, ſeu curatore dando C.5.t.61
Ademptione legatorum Inſt.2.t. 21
Ademptione libertatis N.40.t.6
Ad exhibendum V.10.t.4.C.3.t.42
Adimendis, uel transferendis legatis, uel fideicommiſſis Inf.34.t.4
Adiutoribus quæſtoris A.35
Ad legem Aquiliam V.9.t2
Ad legem Corneliam de ſicarijs C.9.t.16
Ad legem Falcidiam Inf.35.t.2.C. 6 tit. 49
Ad legem Corneliam de falſis & de ſenatuſconſulto Liboniano C.9.t.22 N. 48 tit. 10
Ad legem Fauiam de plagiarijs. N.48.t.15.& C.9 tit. 20
Ad legem Iuliam de adulterijs coercendis, & ſtupro N.48.t.5. & C.9 tit.9
Ad legem Iuliam de ambitu N.48.t.14.C.9.t.26
Ad legem Iuliam de annonis N.48.t.12
Ad legem Iuliam maieſtatis N.48.t.4.C.9.t.8
Ad legem Iuliam peculatus, & de ſacrilegijs, & reſiduis N.48.t.13
Ad legem Iuliam repetundarum. N.48.t.11. &.C.9 tit. 27
Ad legem Iuliam de ſicarijs & ueneficis N.48.t.8
Ad legem Iuliam de ui publica N.48.t.6
Ad legem Iuliam de ui priuata N. 48.t.7
Ad legem Iuliam de ui publica, ſeu priuata C.9
Ad legem Pompeiam de parricidijs N.48.t.12.t.9
Ad legem Rhodiam de iactu V.14.t.2
Ad legem Viſcelliam C.9.t.21
Adminiſtratione rerum ad ciuitates pertinentium. N.50 tit.8
Adminiſtratione rerum publicarum C.11.t.30
Adminiſtratione tutorum, & curatorum, & de pecunia pupillo fœneranda, uel deponenda. C.5.t.37
Adminiſtratione & periculo tutorum & curatorum qui geſſerunt, uel non: & de agentibus, uel conueniendis uno, uel pluribus Inf.26.t.7
Adoptionibus Inſt.1.t.11.&.C.8.t.48

Adoptioni-

Adoptionibus, & emancipationibus, & alijs modis quibus patria poteſtas ſoluitur V.1 tit. 7
Adquirenda, uel amittenda hæreditate Inf. 29.t.2
Adquirenda, & retinenda poſſeßione C.7.t.32
Adquirenda, uel amittenda poſſeßione N. 41 tit. 2
Adquirendo rerum dominio N.41.t.1
Adquiſitione per adrogationem Inſt.3.t.11
Ad municipalem, & de incolis N.50.t.1
Ad ſenatuſconſultum Macedonianum C.4.t.28
Ad ſenatuſconſultum Orficianum C.6.t.56
Ad ſenatuſconſultum Tertullianum C.6.t.55
Ad ſenatuſconſultum Tertyllianum, & Orficianum Inf.38 tit.17
Ad ſenatuſconſultum Trebellianum Inf.36.t.1
Ad ſenatuſconſultum Turpilianum C.9.t.45
Ad ſenatuſconſultum Turpilianum, & de abdicationibus criminum N.48.t.16
Ad ſenatuſconſultum Velleianum V.16.t. 1. C. 4 tit. 29
Adſertione tollenda C.7.t.17
Adſeſſoribus, & domeſticis, & cancellarijs Iudicum C.1 tit.47
Adſignandis libertis Inf.38.t.4.*ſeu adſignatione libertorum* Inſt.3. tit. 9
Aduocatis fiſci C.2.t.8
Aduocatis diuerſorum Iudiciorum C.2.t.7
Ædificijs priuatis C.8.t.10
Ædilitijs actionibus C.4.t.58
Ædilitio edicto, & redhibitoria actione, & quanto minoris V.21.t.1
Æqualitate dotis, & donationis ante nuptias. Habet autem & *alia capitula* A. 97
Æſtimatoria actione V.19.t.3
Agentibus in rebus C.12.t.20
Agnoſcendis, uel alendis liberis, uel parentibus, uel patronis, uel libertis Inf.25 tit. 3
Agricolis, & cenſitis, & colonis C.11.t.47
Agricolis, & mancipijs dominicis, uel fiſcalibus Reipublicæ *uel priuatæ* C.11 tit. 67
Albo ſcribendo N.50.t.3
Aleatoribus V.11.t.5
Alendis liberis ac parentibus C.5.t.25
Alexandriæ primatibus C.11.t.28
Alienatione feudi F.1.t.13
Alienatione, & emphyteuſi rerum Eccleſiaſticarum A.120
Alienatione paterni feudi F.2.t.39
Alienatione iudicij mutandi cauſa facta. V.4.t.7.C.2 tit. 54
Alimentis, uel cibarijs legatis Inf.34.t.1
Alimentis pupillo præſtandis C.5.t.50
Allodijs F.2.t.54
Alluuionibus, & paludibus, & paſcuis ad alium ſtatum translatis C.7 tit. 41
An agnatus, uel filius defuncti, poßit retinere feudum, repudiata hæreditate F.2.t.45
An apud iudicem, uel curiam domini, quæſtio feudi debeat terminari F.2 tit. 46
An ille qui interficit fratrem domini ſui, feudum amittat. F.2 tit.37
An maritus ſuccedat uxori in beneficio F.1 tit. 15
An mutus, uel aliàs imperfectus feudum retineat. F.2 tit. 36
An per alium cauſæ appellationũ reddi poßint. N.49 tit. 9
An remoueri debeant teſtes, qui patres eſſe deſierunt F.2.t.19
An ſeruus pro ſuo facto poſt manumißionem teneatur C.4.t.14
Annali exceptione Italici *contractus tollenda, & de diuerſis temporibus, & exceptionibus, & præſcriptionibus, & interruptionibus earum* C.7 tit. 40
Annonis, & captu adminiſtrantium, uel adſeſſorum, aliorúmue publicas ſollicitudines gerentium, & eorum qui aliquas conſecuti ſunt dignitates. C. 1 tit. 48
Annonis ciuilibus C.11.t.24
Annonis & tributis C.10.t.16
Annuis legatis, & fideicommißis Inf.33 tit. 1
Apochis publicis, & de deſcriptionibus curialium, & de diſtributionibus ciuilibus C.10 tit. 22
Apoſtatis C.1.tit.7
Apparitoribus præfectorum prætorio, & priuilegijs eorum C.12.t.53
Apparitoribus præfecti urbi tit.54
Apparitoribus magiſtrorum militum, & priuilegijs eorum C. 12.tit.55
Apparitoribus proconſulis, & Legati C.12 tit. 56
Apparitoribus comitis Orientis C.12.t.57
Apparitoribus præfecti annonæ C.12.t.59
Appellationibus A.23
Appellationibus, ut ſi mota apud appellationis Iudicem *cauſa, litigatores ad arbitros deueniant, intereáq; temporis biennium decurrat, & contingat denuò cauſam ad appellationis redire iudicem: ne biennij decurſus obijciatur* A.93
Appellationibus, & conſultationibus C.7 tit. 62
Appellationibus, & relationibus N.49.t.1
Appellationibus recipiendis, uel non N.49 tit. 5
Apud eum à quo appellatur, aliam cauſam agere compellendum N.49.t.12
Apud quem, uel quos cõtrouerſia feudi definiatur. F.1 tit. 18
Apud quem oporteat appellationes in quinq; prouincijs, Caria, Cypro, Cycladibus *inſulis,* Myſia, & Scythia *interpoſitas examinari* A.41

Apud

Apud quos oporteat litigare monachos, & aſcetrias A. 79
Aqua quotidiana, & æſtiua N.43.t.19
Aqua, & aquæ pluuiæ arcendæ N.39.t.3
Aquæductibus C.11.t.42
A quibus appellare non licet N.49.t.2
Arbitrium tutelæ C.5.t.51
Arboribus cædendis N.43.t.26
Arborum furtim cæſarum N.47.t.7
Argentariorum contractibus A.136
Argenti precio, quod theſauris inferunt C.10 tit. 76
Armenijs, ut & ipſi per omnia Romanas ſequantur leges A.21
Armis A.85
Aſsignatione libertorum Inſt.3.t.9
Athletis C.10.t.53
Attiliano tutore Inſt.1.t.20
Auro, argento, mundo, ornamentis, unguentis, ueſte, uel ueſtimentis, & ſtatuis legatis Inf.34.t.2
Auro coronario C.10.t.74
Auri publici perſecutoribus C.10.t.72
Autoritate præſtanda C.5.t.59
Autoritate tutorum Inſt.1.t.21
Autoritatę & conſenſu tutorum, uel curatorum. Inf.26 tit.8

B

¶ Beneficio fratris, & qualiter frater in beneficium fratris ſuccedat F.1.t.20
Bonis autoritate Iudicis poſsidendis, ſeu uenundandis, & de ſeparationibus bonorum. C.7 tit. 72
Bonis damnatorum N.48.t.20
Bonis eorum, qui ante ſententiam, uel mortem ſibi conſciuerunt, uel accuſatorem corruperunt. N.48 tit.21
Bonis eorum, qui mortem ſibi conſciuerunt. C.9 tit. 50
Bonis libertorum. Inf. 38.t.2. & Iure patronatus C.6 tit. 4
Bonis maternis, & materni generis C.6.t.59
Bonis proſcriptorum, ſeu damnatorum. C.9 tit. 49
Bonis quæ liberis in poteſtate conſtitutis, ex matrimonio, uel aliter adquiruntur, & eorum adminiſtratione C.6.t.60
Bonis uacantibus, & de incorporatione. C.10 tit. 10
Bonorum poſſeſsionibus Inſt.3.t.10. & Inf.37 tit. 1
Bonorum poſſeſsione, furioſo, infanti, muto, ſurdo, cæco competente Inf.37.t.3
Bonorum poſſeſsione contra tabulas Inf.37.t.4
Bonorum poſſeſsione ſecundum tabulas. Inf.37.t.11 C.6 11
Bonorum poſſeſsione contra tabulas, quam prætor liberis pollicetur C.6.t.12
Bonorum poſſeſsione contra tabulas liberti, quæ patronis uel liberis eorum datur C.6.t.13
Bonorum poſſeſsione ex teſtamento militis. Inf.37 tit. 13

C

¶ Cadaueribus punitorum N.48.t.24
Caducis tollendis C.6.t.50
Calumniatoribus V.3.t.6.C.9.t.46
Canone frumentario urbis Romæ C.11.t.22
Canone largitionalium titulorum C.10.t.23
Capiendis, & diſtrahēdis pignoribus tributorum cauſa C.10.t.21
Capitaneo qui curiam uendidit, an intelligatur beneficium uendidiſſe F.2.t.51
Capitatione ciuium cenſibus eximenda C.11.t.48
Capite minutis V.4.t.5
Capitis diminutione Inſt.1.t.16
Capitulis Conradi F.2.t.40
Captiuis, & de poſtliminio, & de redemptis ab hoſtibus N.49.t.15
Carboniano edicto Inf.37.t.10.C.6 tit. 17
Caſtrenſi peculio N.49.t.17
Caſtrenſi omnium palatinorum peculio C.12 tit. 31
Caſtrenſi peculio militum, & præfectis annonæ. C.12 tit. 37
Caſtrenſiarijs, & miniſterianis C.12.t.26
Cauſis ex quibus infamia alicui irrogatur C.2.t.11
Cenſibus N.50.t.15
Cenſibus, & cenſitoribus, & peræquatoribus, & inſpectoribus C.11.t.57
Ceſsione bonorum N.42.t.3
Claſsicis C.11.t.12
Cloacis N.43.t.22
Clerico qui inueſtituram facit F.2.t.35
Clericis, qui à ſuis deſtiterunt Eccleſijs: item de his, qui oratoria ædificant A.58
Codicillis Inſt.2.t.25.C.6.t.36
Cohortalibus, & principibus, cornicularijs, ac priuilegijs C.12.t.58
Collatione bonorum Inf.37.t.6
Collatione donatorum, uel releuatorum, aut tranſlatorum, ſeu adæratorum C.10.t.28
Collatione æris C.10.t.29
Collatione fundorum fiſcalium, uel rei priuatæ, uel dominicæ, uel ciuitatis, uel templorum C.11 tit. 73
Collatione fundorum patrimonialium, & emphyteuticariorum C.11.t.64
Collationibus C.6.t.20
Collatoribus, & alijs capitibus A.128
Collegiatis, & chartopratis, & nummularijs. C.11 tit. 17
Collegijs & corporibus N.47.t.22
Colluſione detegenda N.40.t.16.C.7
Colonis Illyricanis C.11.t.52
Colonis Palæſtinis C.11.t.50
Colonis Thracenſibus C.11.t.51
Comite Iſauriæ A.27

Comitibus & archiatris ſacri palatij C.12.t.13
Comitibus conſiſtorianis C.12.t.10
Comitibus rei militaris C.12.t.12
Comitibus qui prouincias regunt C.12.t.14
Commeatu C.12.t.43
Commercijs, & mercatoribus C.4.t.63
Comminationes, epiſtolas, programmata, ſubſcriptiones autoritatem rei iudicatæ non habere. C.7 tit. 57
Commodati, uel contrà V.13.t.6
Commodato C.4.t.23
Communi diuidundo V.10.t.3.C.3.tit.37
Communi ſeruo manumiſſo C.7.t.7
Communia de legatis, & fideicommiſsis, & de in rem miſsione tollenda C.6.t.43
Communia de manumiſsionibus C.7.t.15
Communia prædiorum, tam urbanorum, quàm ruſticorum V.8.t.4
Communia de ſucceſsionibus C.6.t.58
Communia utriuſque Iudicij, tam familiæ erciſcundæ, quàm communi diuidundo C.3.tit.38
Communia de uſucapionibus C.7.t.30
Communium rerum alienatione C.4.t.52
Compenſationibus V.16.t.2.C.4 tit. 31
Concubinis Inſ.25.t.7.C.5.t.26
Concuſsione N.47.t.13
Condictione ex lege V.13.t.2
Condictione cauſa data, cauſa non ſequuta. V.12. tit. 4
Condictione ex lege, & ſine cauſa, uel iniuſta cauſa C.4. tit.9
Condictione furtiua V.13.t.1.C.4.t.7
Condictione indebiti V.12.t.6.C.4.t.5
Condictione ob cauſam datorum C.4.t.6
Condictione ob turpem cauſam C.4.t.7
Condictione ob turpem, uel iniuſtam cauſam. V.12 tit. 5
Condictione ſine cauſa V.12.tit.7
Condictione triticiaria V.13.t.3
Conditionibus & demonſtrationibus, & cauſis, & modis eorum, quæ in teſtamento ſcribuntur. Inſ.35 tit. 1
Conditionibus inſertis, tam in legatis, quàm fideicommiſsis, & libertatibus C.6.t.46
Conditionibus inſtitutionum Inſ.28.t.7
Conditis in publicis horreis C.10.t.26
Conductoribus, & procuratoribus, ſiue exactoribus prædiorum fiſcalium, & domus Auguſtæ. C.11. tit. 71
Confeſsis N.42.t.2.C.7.t.59
Confirmando tutore C.5.t.28.
uel curatore Inſ.26.t.3
Coniungendis cum emancipato liberis eius. Inſ.37 tit. 9
Conſanguineis, & uterinis fratribus A.84
Conſortibus eiuſdem litis C.3.tit.40
Conſtituta pecunia V.13.t.5.C.4 tit. 18
Conſtitutio, quæ per dignitates, & epiſcopale munus filios liberat poteſtate patria A.81

Conſtitutio. A.115. ſex habet Capita:

I Vt cùm de appellationibus, & retractationibus, & relationibus Iudicum cognoſcitur, ſecundum illas Leges controuerſiæ decidantur, quæ tempore latæ ſententiæ, & ſuggeſtionis obtinebãt, non quæ poſtea promulgatæ ſunt.

II Si altera litigantium pars, renunciet ſe allegationibus contentam fore, altera uerò differat, quaſi non contenta: Iudex dato unius, item & alterius, & tertij menſis dilationem: his autem præteritis, non amplius expectato, ſed proferto ſententiam.

III Quæ cauſæ ingratitudinis rationabiliter filijs obijci poſsint à parentibus.

IIII Quæ rurſum cauſæ ingratitudinis rationabiliter poſsint parentibus obijci à filijs.

V Vt lugentes, & qui genere illis proximi ſunt, nulla de cauſa intra nonum diem præhendantur, uocenturq; in Ius.

VI De conſtitutæ pecuniæ obligatione, & ſponſionibus, ſi quis ita pecuniam conſtituat, aut ſpondeat, Satis tibi facio: aut, Satis tibi fiet à me, & hoc & illo: aut, Satis tibi fiet à me, aut hoc, aut illo.

Conſtitutiones feudales Domini Lotharij Imperatoris, quas ante ianuam beati Petri, in ciuitate Romana condidit, obſeruandas F.1.t.19
Conſtitutiones Friderichi. II. Imperatoris. Appendix lib. feud.
Conſtitutionibus principum V.1.t.4
Conſuetudine recti feudi F.2.t.33
Conſulibus A.105
Conſulibus, & non ſpargendis ab his pecunijs, & de patricijs C.12.t.3
Conſultationibus A.62
Contentione inter dominum, & fidelem, de inueſtitura feudi F.1.t.10
Contentione inter me & dominum, de portione feudi fratris mei defuncti F.1.t.12
Contentione inter dominum & uaſallum de inueſtitura feudi F.1.t.23
Contractibus Iudicum, uel eorum qui ſunt circa eos, & inhibendis donationibus in eos faciendis, & ne adminiſtrationis tempore proprias ædes ædificent C.1.t.49
Contrahenda emptione, & uenditione C.4.t.38
Contrahenda emptione, & de pactis inter emptorem & uenditorem compoſitis, & quæ res uænire non poſsint V.18.t.1
Contrahenda, & committenda ſtipulatione. C.8.t.38
Contraria tutelæ, & utili actioni Inſ.27.t.4
Contrario iudicio tutelæ C.5.t.58
Controuerſia inter epiſcopum & Vaſallum. F.2 tit. 20
Controuerſia feudi apud pares terminanda. F.2 tit. 16

Controuerſia inter uaſallum & alium, de beneficio. F.2 t.43
Controuerſia inter maſculum & fœminam de beneficio F.2.t.41
Controuerſia inter dominum, & emptorem feudi.F.2 tit. 42
Conueniendis fiſci debitoribus C.10.t.2
Creditorem euictionem pignoris non habere. C.8.tit.46
Crimine expilatæ hæreditatis C.9.t.32
Crimine peculatus C.9.t.28
Crimine ſacrilegij C.9.t.29
Crimine ſtellionatus C.9.t.34
Curatore bonis dando N.42.t.8
Curatore furioſi & prodigi C.5.t.70
Curatoribus Inſt.1.t.23
Curatoribus furioſo, & alijs extra minores dandis Inſ.27 tit.10
Curialibus urbis Romæ C.11.t.13
Curioſis, & ſtationarijs C.12.t.23
Curſu publico, & angarijs, & parangarijs. C.12 tit.51
Cuſtodia reorum C.9.t.4
Cuſtodia & exhibitione reorum N.40.8.t.3
Cupreſſo ex luco Daphnenſi, *uel* Perſeis, *per* Ægyptum *non excidendis, uel uendendis* C.11.t.77

D

¶ Damno *infecto, & de ſuggrundis, uel protectionibus* N.39.t.2
Debitoribus *ciuitatum* C.11.t.32
Debitorem *uenditionem pignorum impedire non poſſe* C.8.t.29
Decanis C.12.t.27
Decretis *ab ordine faciendis* N.50.t.9
Decretis *decurionum ſuper immunitate quibuſdam concedenda* C.10.t.46
Decurionibus A.101
Decurionibus, *& filijs eorum* N.50.t.2
Decurionibus, *& filijs eorum, & qui decuriones habentur, & quibus modis à fortuna curiæ liberentur* C.10.t.31
Decurionibus, *ut filijs ſuis decurionibus dodrantem relinquant* A.38
Decurionibus, *ut accepta dignitate præfectoria, tunc demum curia liberentur, cum in actu poſitam acceperint* A.69
Dedititia *libertate tollenda* C.7.t.5
Defenſoribus, *& occultatoribus* C.12
Defenſoribus *ciuitatum* C.1.t.51.A.15
Delatoribus C.10.t.11
Depoſiti, *uel contra* V.16.t.3.C.4.t.34
Depoſito, *& atteſtatione ad inquilinos facta: item de ſuſpenſione erogationis panum ciuilium* A.88
Deſcriptione *quatuor præſidum* Armeniæ A.31
Deſertoribus, *& occultatoribus* C.12.t.46
Dignitatibus C.12.t.1
Dilationibus C.3.t.11
Diſcuſſoribus C.10.t.30
Diſtractione *pignorum* C.8.t.28
Diſtractione *pignorum, & hypothecarum.* V.20 tit.5
Diuerſis *capitulis, & ſolutione matrimoniorũ.* A.117
Diuerſis *officijs, & apparitoribus* Iudicum, *& probatorijs eorum* C.12.t.60
Diuerſis *prædijs urbanis & ruſticis templorum, & ciuitatum, & omni reditu ciuili* C.11.t.69
Diuerſis *regulis* Iuris *antiqui* N.50.t.17
Diuerſis *reſcriptis, & pragmaticis ſanctionibus.* C.1 tit.23
Diuerſis *temporalibus præſcriptionibus, & acceſſionibus poſſeßionum* N.44.t.3
Diuidenda *tutela, & pro qua parte quiſque tutorum conueniatur* C.5.t.52
Diuiſione *ſtipulationum* Inſt.3.t.19
Diuiſione *rerum, & qualitate* V.1.t.8
Diuortijs, *& repudijs* V.24.t.2
Diuortio *facto, apud quem filij nutriantur.* C.5.t.24
Dolo *malo* V.4.t.3.C.2.t.20
Doli *mali, & metus exceptione* N.44.t.4
Domeſticis, *& protectoribus* C.12.t.17
Donationibus C.8.t.54.N.39.t.5.Inſt.2.t.7
Donationibus *ante nuptias, uel propter nuptias, & ſponſalitijs* C.5.t.3
Donationibus *inter uirum & uxorem* V.24.t.1
Donationibus *inter uirum & uxorem, & à parentibus in liberos factis, & ratihabitione* C.5.t.16
Donatione *mortis cauſa facta à decurionibus.* A.87
Donationibus *quæ ſub modo, uel ſub conditione, uel ex certo tempore conficiuntur* C.8.t.55
Dote *relegata* Inſ.33.t.4
Dote *cauta non numerata* C.5.t.15
Dotis *collatione* Inſ.37.t.7
Dotis *promißione, & nuda pollicitatione* C.5.t.11
Duobus *fratribus à capitaneo inueſtitis* F.2.t.18
Duobus *reis promittendi, qui uice mutua fideiuſſores accepti ſunt* A.99
Duobus *reis ſtipulandi* N.45.t.2
Duobus *reis ſtipulandi, & promittendi.* Inſt.3.t.17 C.8.tit.40

E

¶ Ea *quæ raptori ſuo nubit* A.150
Eccleſiaſticarum *rerum immobilium alienatione, & ſolutione* A.46
Eccleſiaſticis *canonibus, & priuilegijs, quæ ſacroſanctas reſpiciunt* Eccleſias A.131
Eccleſiaſticis *diuerſis capitulis* A.123
Eccleſijs *conſtitutis in* Aphrica A.37
Edendo V.2.t.13.C.2.t.1
Edicto *diui* Hadriani *tollendo, & quemadmodum ſcriptus hæres in poſſeßionem mittatur.* C.6.t.33
Edictum *de fide* A.132
Edictum *de formula artificum* A.122
Edictum *de his, qui luxuriantur contra naturam* A.141
Effractoribus, *& expilatoribus* N.47.t.18
Emancipationibus *liberorum* C.8.t.49
Emendatione *ſeruorum* C.9.t.14
Emendatione *propinquorum* C.9.t.15

Emptio-

Emptione & uenditione Inſt.3.t.24
Eo qui fecit finem agnato de feudo paterno. F.2 tit. 49
Eo qui ſibi, uel hæredibus ſuis maſculis & fœminis inueſtituram accepit F.2.t.17
Eo, qui pro tutore negocium geſſit C.5.t.45
Eo, qui pro tutore, pro ue curatore negocia geſſit. Inſ.27 tit.5
Eo, quod certo loco dare oportet V.13.t.4
Eo, per quem factum fuerit, quo minus quis in iudicio ſiſtat V.2.t.10
Eo, cui libertatis cauſa bona addicuntur Inſt.3.t.12
Epiſcopali audientia, & diuerſis capitulis, quæ ad curam pertinent pontificalem C.1.t.4
Epiſcopis & clericis, orphanotrophis, & xenodochis, & prochotrophis, & aſceterijs, & monachis & priuilegijs eorum: & caſtrenſi peculio, & de redimendis captiuis, & de nuptijs clericorum uetitis, ſeu permiſſis C.1.t.3
Epiſcopum, uel abbatem, uel abbatiſſam, uel dominum plebis, feudum dare non poſſe F.1.t.6
Equeſtri dignitate C.12.t.32
Erogatione militaris annonæ C.12.t.38
Errore calculi C.2.t.5
Errore aduocatorum, & libellos, ſeu preces concipientium C.2.t.9
Etiam ob chirographariam pecuniam pignus teneri C.8 tit.27
Etiam per procuratorem, cauſam in integrum reſtitutionis agi poſſe C.2.t.48
Euictionibus C.8.t.45
Euictione, & dupla ſtipulatione V.21.t.2
Eum qui appellauerit, in prouincia defendi V.49 tit.11
Eunuchis C.4.t.42
Exactoribus tributorum C.10.t.19
Exceptionibus Inſt.4.t.14
Exceptione rei iudicatæ N.44.tit.2
Exceptione rei uenditæ V.21.t.3
Exceptionibus, & præſcriptionibus C.8.t.36
Exceptionibus, & præſcriptionibus, & præiudicijs V.44 tit.1
Excoctione, & translatione militaris annonæ C.12 tit.39
Excuſationibus artificum C.10.t.64
Excuſationibus munerum C.10.t.47
Excuſationibus tutorum, & curatorum Inſt.1.t.25
Excuſationibus tutorum, & curatorum, & de temporibus earum Inſ.27.t.1.C.5.t.62
Excuſationibus ueteranorum C.5.t.65
Ex delictis defunctorum quantum hæredes conueniantur C.4.t.17
Executione rei iudicatæ C.7.t.53
Executoribus, & exactoribus C.12.t.61
Executoribus, & his, qui conueniuntur, & reconueniuntur A.96
Exemplum ſacræ formæ de appellationibus A.140
Exemplum ſacræ pragmaticæ formæ de uſuris. Ibid.
Exequijs, quas fieri oporteat in defunctorum funerationibus A.59
Exercitoria actione V.14.t.1
Exercitoria, & inſtitoria actione C.4.t.25
Exhæredatione liberorum Inſt.2.t.13
Exhibendis, & tranſmittendis reis C.9.t.3
Expenſis publicorum ludorum C.11.t.41
Expilatæ hæreditatis N.47.t.19
Ex quibus cauſis maiores in integrum reſtituantur. V.4 tit.6
Ex quibus cauſis pignus, uel hypotheca tacitè contrahitur V.20.t.2
Extraordinarijs cognitionibus, & ſi Iudex litem ſuam feciſſe dicetur N.50.t.13
Extraordinarijs criminibus N.47.t.11
Extremis uoluntatibus, & bonorum in filios diuiſionibus A.107

F

¶ Fabricenſibus C.11.t.9
Falſa cauſa adiecta legato, uel fideicommiſſo C.6 tit.44
Falſa moneta C.9.t.24
Familiæ erciſcundæ V.10.t.&C.3.t.36
Famoſis libellis C.9.t.36
Ferijs C.3.t.12
Ferijs, & dilationibus, & diuerſis temporibus, & quibus cauſis feriæ non impediantur V.2.t.12
Feudi cognitione F.2.t.1
Feudo ſine culpa non amittendo F.1.t.21
Feudo non habente propriam feudi naturam F.2 tit.48
Feudo marchiæ, uel ducatus, uel comitatus F.1.t.14
Feudo fœminæ F.2.t.30
Feudo dato in uicem legis commiſſoriæ reprobando. F.1 tit.27
Feudo Guardiæ, & Caſtaldiæ F.1.t.2
Feudis datis minimis ualuaſoribus, quid Iuris ſit. F.1 tit.16
Fideicommiſſis C.6.t.42
Fideicommiſſaria hæreditatis petitione V.5.t.6
Fideicommiſſarijs libertatibus N.40.t.5.&.C.7 tit.4
Fideicommiſſarijs hæreditatibus, & ad ſenatuſconſultum Trebellianum Inſt.2.t.23
Fideiuſſoribus Inſt.3.t.21
Fideiuſſoribus minorum C.2.t.23
Fideiuſſoribus tutorum, ſiue curatorum C.5.t.57
Fideiuſſoribus & mandatoribus. N.46.t.1.C.8.t.51
Fideiuſſoribus, & nominatoribus, & hæredibus tutorum, & curatorum Inſ.28.t.7
Fide inſtrumentorum, & amiſſione eorum. V.22.t.4
Fide inſtrumentorum, & amiſſione eorum, & apochis, & antapochis faciendis, & de his, quæ ſine ſcriptura fieri poſſunt C.4.t.21
Fide inſtrumentorum, & iure haſtæ fiſcalis, & de adictionibus C.10.t.3
Fiduciaria tutela Inſt.1.t.19
Filijs familiarum, & quemadmodum pro his pater teneatur C.10.t.60
Filijs ante dotalia inſtrumenta natis A.19
Filijs natis ex matrimonio ad Morganaticam con-

tracto F.2.t.29
Filijs Officialium militarium, qui in bello moriuntur C.12.t.48
Filiofamilias minore C.2.t.22
Finium regundorum V.10.t.1.C.3.t.39
Fiſcalibus uſuris C.10.t.8
Fluminibus, ne quid in flumine, ripáue eius fiat, quo peius nauigetur N. 43.t.11
Fonte N.44.t.21
Forma fidelitatis F.2.t.6
Fratribus de nouo beneficio inueſtitis F.2.t.12
Fructibus, & litium expenſis C.7.t.51
Fuumento Alexandrino C.11.t.27
Frumentis urbis Conſtantinopolitanæ C.11.t.23
Fugitiuis V.11.t.4
Fugitiuis colonis patrimonialibus, ſaltuenſibus, & emphyteuticis C.11.t.63
Fundo dotali V.23.t.5.C.5.t.23
Fundis limitrophis, & terris, & paludibus, & paſcuis, & limitaneis, & caſtellorum C.11.t.59
Fundis patrimonialibus, & ſaltuenſibus, & emphyteuticis, & eorum conductoribus C.11.t.61
Fundis rei priuatæ, & ſaltibus diuinæ domus C.11 tit. 65
Fundis & ſaltibus rei Tamiacæ C.11.t. 66
Furtis N.47.t.2
Furtis, & ſeruo corrupto C.6.t.2
Furti aduerſus nautas, cauponas, ſtabularios N.47 tit. 5
Furibus balnearijs N.47.t.17

G

¶ Generali abolitione C.9.t.43
Generalis forma, de proſpectu in mare, ſcripta Dominico glorioſiſsimo Prætoriorum præfecto. A.165
Gladiatoribus C.11.t.43
Glande legenda N.43.t.27
Gradibus cognationum Inſt.3.t.6
Gradibus, & adfinibus, & nominibus eorum. Inf.38 tit. 10
Grege dominico C.11.t.75

H

¶ Hebræis, quomodo oporteat eos ſcripturas legere A. 146
Hæc Conſtitutio interpretatur priorem conſtitutionem, quæ de his lata eſt, qui ingrediuntur monaſteria, & ſubſtantias ſuas conſecrant, & ex quo ipſam tempore ualere oporteat A.75
Hæredibus A. 164
Hæredibus, & falcidia A.1
Hæredibus inſtituendis Inſt.2.t.14.Inf.28.t.5.& quæ perſonæ inſtitui non poſſunt C.6.t.24
Hæredibus tutorum C.5.t.54
Hæredum qualitate, & differentia Inſt.2.t.19
Hæreditate, uel actione uendita. V.18.t.4.C.4.t.39
Hæreditatibus decurionum, nauiculariorum, cohortalium, militum, & fabricenſium C.6.t.61
Hæreditatibus quæ ab inteſtato deferuntur. Inſt. 3.t.1
Hereticis, & Manicheis, & Samaritanis C.1.t.5
Hic finitur lex: deinde Conſuetudines regni incipiunt F.2. t.28
His qui propter metum Iudicis non appellauerunt. C.7 tit.67
His, per quos agere poſſumus Inſt.4.t.10
His, quæ ex publica collatione illata ſunt, non uſurpandis C.10.t.73
His qui ex officio quod adminiſtrarunt, conueniuntur C.11.t.38
His, qui in priorum creditorum locum ſuccedunt. C.8 tit. 19
His, qui ſe deferunt C.10.t.13
His, qui deiecerint, uel effuderint V.9.t.3
His, qui ad Eccleſias confugiunt, uel exclamant, & ne quis ab Eccleſia extrahatur C.1.t.12
His, qui in Eccleſia manumittuntur C.1.t.13
His, quæ relicta ſunt Eccleſiæ Myſiæ A.65
His, qui Eunuchos faciunt A. 142
His, qui in exilium dati, uel ab ordine moti ſunt. C.10 tit. 57
His, qui numero liberorum, uel paupertate excuſationem meruerunt C.10.t.51
His, qui feudum dare poſſunt, & qui non: qualiter acquiratur, & retineatur F.1.t.1
His, quæ ut Indignis auferuntur Inf.34.t.9
His, quibus ut Indignis auferuntur hæreditates, & ſenatuſconſulto Syluaniano C.6.t.35
His, qui notantur infamia V.3.t.2
His, qui ſui, uel alieni Iuris ſunt Inſt.1.t.8.V.1.t.6
His, qui latrones, uel alijs criminibus reos occultauerint C.9.t.39
His, quæ ſub modo legata, uel fideicommiſſa relinquuntur C.6.t.45
His, qui ſponte publica munera ſubeunt C.10.t.43
His, qui ex publicis rationibus mutuam pecuniam acceperunt C.10.t.6
His qui mutuum dant agricolis A. 33
His, qui in Oſdrohena illicitas contrahunt nuptias. A. 154
His, qui nuptias iterant A.22
His, qui à non domino manumiſſi ſunt C.7.t.10
His, qui parentes, uel liberos occiderunt C.9.t.17
His, qui pœnæ cauſa relinquuntur Inf.34.t.6
His, quæ pœnæ nomine in teſtamento, uel codicillis ſcribuntur, uel relinquuntur C.6.t.41
His, qui à principe uacationem acceperunt C. 10 tit. 44
His, qui ad ſtatuas confugiunt C. 1.t. 25
His, qui non impletis ſtipendijs Sacramento ſoluti ſunt C.10.t.54
His, quæ pro non ſcriptis habentur Inf.34.t.8
His, qui ante apertas Tabulas hæreditates transmittunt C.6.t.51
His, qui ſibi adſcribunt in teſtamento C.9. t.23
His, quæ in teſtamento delentur, inducuntur, uel inſcribuntur Inf.28.t.4
His, qui potentiorum nomine Titulos prædijs adfigunt, uel corũ nomina in litẽ prætendunt. C.2.t.14
His, qui ueniam ætatis impetrauerunt C.2.t.44
His, quæ ui, metúsue cauſa geſta ſunt C.2.t.17

Honora-

Honoratorum uehiculis C.11.t.19
Honoribus,& muneribus non continuandis inter patrem & filium,& de Interuallis C.10.t.40
Hortulanis A. 64

I

¶ Impenſis in rebus dotalibus factis Inf.25.t.1
Imponenda lucratiuis deſcriptione C.10.t.35
Impuberum,& alijs ſubſtitutionibus C.11.t.26
Immunitate nemini concedenda C.10.t.25
Immenſis donationibus collatis in filios A. 92
Incendio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata. N. 47 t.9
Inceſtis,inutilibus,& nefarijs nuptijs.C.5.t. 5. A. 12
Incolis,& ubi quis domicilium habere uidetur,& de his,qui ſtudiorum cauſa in aliena ciuitate degunt. C.10 tit.39
Indicta uiduitate,& de Lege Iulia Miſcella tollenda. C.6 tit. 40
Indictionibus C.10.t.17
In diem addictione V.18.t.2
Indulgentia tributariorum reliquorum A.148
Infamibus C.10.t.57
Infantibus expoſitis A.153
Infantibus expoſitis liberis, & ſeruis, & de his, qui ſanguinolentos nutriendos acceperunt. C. 8.t.52
Infirmandis pœnis cœlibatus,& orbitatis, & de Decimarijs ſublatis C.8.t.58
Ingenuis Inſt.1.t.4
Ingenuis manumiſsis C.7.t.14
Ingratis liberis C.8.t.50
Iniurijs Inſt.4.t.4.C.19.t.35
Iniurijs,& de famoſis libellis N.47.t.10
In Ius uocando V.2.t.4.C.2.t.2
In Ius uocati ut eant,uel ſatiſdent V.2.t.5
Iniuſto,rupto,irrito facto teſtamento Inf.28.t. 3
In integrum reſtitutione poſtulata, ne quid noui fiat C.2 tit.49
In integrum reſtitutionibus V.4.t.1
In integrum reſtitutionibus, minorum uigintiquinque annis C.2.tit.21
In litem dando tutore,uel curatore C.5.t.44
In litem iurando V.12.t.3.C.5.t.53
Inofficioſis donationibus C.3.t.29
Inofficioſis dotibus C.3.t.30
Inofficioſo teſtamento Inſt.2.t. 18.V.5.t. 2.C.3 tit. 28
In quibus cauſis coloni cenſiti dominos accuſare poſſunt C.11.t. 49
In quibus cauſis feudum amittatur F.2. t.23
In quibus cauſis militantes fori præſcriptione uti non poſſunt C.3.t.25
In quibus cauſis pignus tacitè contrahitur C.8 tit. 15
In quibus caſibus tutorem habenti, tutor uel curator dari poſsit C.5.t.36
In quibus cauſis in integrum reſtitutio neceſſaria nō eſt C.2.t.40
In quibus cauſis ceſſat longi temporis præſcriptio. C.7 tit.34
In rem uerſo V.15 t 3
In quibus cauſis tutorem habenti, tutor uel curator dari poſsit C.5.t.36
Inſpiciendo uentre, cuſtodiendoq; partu. Inf. 25. t. 4
Inſtitoria actione V.14.t.2
Inſtitutionibus, & ſubſtitutionibus, ſeu reſtitutionibus ſub conditione factis C.6.t.25
Inſtructo,uel inſtrumento legato Inf.33.t.7
Interdictis Inſt.4.t.15.C.8.t.1
Interdictis,ſeu extraordinarijs actionibus,quæ pro his competunt N 43 t.1
Interdictis,& relegatis,& deportatis N.48. t.22
Interdicto matrimonio inter pupillum,& tutorem,ſeu curatorem,filiosq; eorum C 5 t 6
Interrogationibus in Iure faciendis,& de interrogatorijs actionibus ſublatis V.11.t. 1
Interpretatione à principe facta: & ut uſuræ particulatim ſolutæ,duplum ſortis nō excedant.A.138
Inueſtitura de re aliena facta F.2.t.8
Inueſtitura in maritum facta F.2.t.15
Inueſtitura, quam Titius accepit à Sempronio F. 2 tit. 13
Inutilibus ſtipulationibus Inſt. 3 t. 20.C. 8.t. 39
Irenarchis C.10.t.75
Itinere actuq; priuato N 43.t.18
Iudæis,& cœlicolis C.1.t. 8
Iudicatum ſolui N.46.t.7
Iudicibus A.125
Iudicibus,& ne cum iureiurando deligantur. Et ut Iudices modis omnibus appellationes ſuſcipiant. Itē, ne Iudices ſacræ alicui formæ, quæ lite pendente facta ſit de hoc,quomodo litem decidi oporteat,attendant A.82
Iudicijs C 3 t.1
Iura adgnationis & cognationis tollit, & præſcribit ſucceſsionem ab inteſtato A.118
Iure aureorum annulorum N.40. t.10, & natalibus reſtituendis C.6.t.8
Iure Codicillorum Inf.29.t.7
Iure deliberandi,& adeunda, uel adquirenda hæreditate C. 6. t.30
Iure deliberandi Inf.28. t.8
Iure dominij impetrando C.8.t.34
Iure dotium V.23.t. 3.C. 5.t.12
Iure emphyteutico C 4 t.66
Iure fiſci N.49.t.14.C.10. t.1
Iure immunitatis N.50.t.6
Iureiurando propter calumniam dando C. 2.t.58
Iureiurando, quod moriens de modo ſui patrimonij præſtitit A.48
Iureiurando,ſiue uoluntario,ſiue neceſſario, ſiue iudiciali V.12.t.2
Iure Liberorum C. 8.t.59
Iure Naturali,Gentium,& ciuili Inſt. 1.t.2
Iure Patronatus Inf.37.t.14
Iure Perſonarum Ibi. Inſt. 1.t 3
Iure Reipublicæ C.11.t.29
Iuris formulis,& impetratione actionum ſublata C.2 tit. 57
Iuriſdictione V.2.t.1

Iuriſdictione omnium Iudicum, & de foro competenti C.3.t.13
Iuris & facti ignorantia V.22.t.6.C.1.t.18
Iuſticia & Iure Inſt.1.t.1.V.1.t.1
Iuſiurandum, quod præſtari ſolet ab his, qui officia ſuſcipiunt A.9

L

¶ Latina libertate tollenda, & per certos modos in ciuitatem Romanam transfuſa C.7.t.6
Legationibus N.50.t.7. C.10.t.63
Legatis Inſt.2.t.20.C.6.t.37
Legatis & fideicommiſsis liber primus Inf.30
Legatis & fideicommiſsis liber ſecundus Ibi.31
Legatis & fideicommiſsis liber tertius Ibi.32
Legatis præſtandis contra Tabulas, bonorum poſſeſſione petita Inf.37.t.5
Lege Aquilia Inſt.4.t.3.C.3.t.35
Lege commiſſoria V.18.t.3
Lege Conradi F.2.t.34
Lege falcidia Inſt.2.t.22
Lege Fuſia Caninia tollenda Inſt.1.t.7.C.7.t.3
Legibus, & conſtitutionibus principum C.1.t.14
Legibus, ſenatusq; conſultis, & longa conſuetudine V.1 tit.3
Legitima agnatorum tutela Inſt.1.t.15
Legitima agnatorum ſucceſsione Inſt.3.t.2
Legitima tutela C.5.t.30
Legitimis hæredibus C.6.t.57
Legitima parentum tutela Inſt.1.t.17
Legitima patronorum tutela Inſt.1.t.18
Legitimis liberis, & ex filia nepotibus ab inteſtato uenientibus C.6.t.54
Legitimis tutoribus Inf.26.t.4
Liberali cauſa N.40.t.12.C.7.t.16
Libellis dimiſſorijs, qui apoſtoli dicuntur. N.49.t.6
Liberatione legata Inf.34.t.3
Liberis, quomodo eos oporteat uel legitimos, uel naturales intelligi, & de indotatis nuptijs A.74
Liberis exhibendis, item ducendis N.43.t.29
Liberis exhibendis, ſeu deducendis, & de libero homine exhibendo C.8.t.8
Libero homine exhibendo N.43.t.28
Liberis præteritis, uel exhæredatis C.6.t.28
Liberis, & poſthumis hæredibus inſtituendis, uel exhæredandis, uel præteritis Inf.28.t.2
Libertinis Inſt.1.t.5.C.10.t.56
Libertis, & eorum liberis C.6.t.7
Libertis uniuerſitatum Inf.38.t.3
Literarum obligationibus Inſt.3.t.22
Litigatoribus, & de ſportulis, & ut quæ iubentur, referendarij compleant, neq; ſe cauſæ immiſceant, & per ſe exequantur A.124
Litigioſis N.44.t.6.C.8.t.37
Litigioſis, & de cautione, quæ antè reorum citationem præſtari debet ab actoribus, & quando actor priuilegio uti nequeat, quòd inuitus agere nō compellatur A.112
Litis conteſtatione C.3.t.9
Littorum, & itinerum cuſtodia C.12

Locatione, & conductione Inſt.3.t.25
Locati & conducti V.19.t.2
Locato & conducto C.4.t.65
Locatione prædiorum ciuilium, uel fiſcalium, ſiue templorum, ſiue rei priuatæ, uel dominicæ C.11.t.70
Locis, & itineribus publicis N.43.t.7
Loco publico fruendo N.43.t.9
Longi temporis præſcriptione, quæ pro libertate, & non aduerſus libertatem opponitur C.12.t.22
Lucris aduocatorum, & commiſsione officiorum, ſeu apparitorum C.12.t.62
Luitione pignoris C.8.t.31

M

¶ Magiſtratibus conueniendis C.5.t.75.
& eorum hæredibus Inf.27.t.8
Magiſtratibus municipalibus C.1.t.52
Magiſtris ſacrorum ſcriniorum C.12.t.9
Maleficis, & mathematicis, & cæteris ſimilibus. C.9 tit.18
Mancipijs, & colonis patrimonialium, & ſaltuenſiū, & emphyteuticorum fundorum C.11.t.62
Mandati, uel contra V.17.t.1.C.4.t.35
Mandato Inſt.3.t.27
Mandatis principum C.1.t.15
Manumiſsionibus N.40.t.1
Manumiſsionibus, quæ ſeruis ad uniuerſitatem pertinentibus imponuntur N.40.t.3
Manumiſsis teſtamento N.ff.t.4
Manumiſsis uindicta N.ff.t.2
Maiuma C.11.t.45
Mendicantibus ualidis C.11.t.25
Menſoribus C.12.t.28
Metallarijs, & metallis, & procuratoribus metallorum C.11.t.6
Metatis, & epidemeticis C.12.t.41
Metropoli Beryto C.11.t.21
Migrando N.43.t.31
Milite uaſallo, qui contumax eſt F.2.t.22
Militibus A.116
Militari teſtamento Inſt.2.t.11. Inf.29.t.1
Militari ueſte C.12.t.40
Minoribus uigintiquinque annis V.4.t.4
Moderatore Arabiæ A.102
Moderatore Helenoponti A.28
Modo mulctarū, quæ à iudicibus infliguntur C.1.t.50
Monachis, & aſceterijs, & eorū cōuerſatione. A.133
Monaſterijs, & monachis, & eorum antiſtitibus. A.5
Monopolijs, & conuentu negociatorum illicito, uel artificum, ergolaborum, necnon balneatorum prohibitis illicitis pactionibus C.4.t.59
Mortis cauſa donationibus N.39.t.6. &. C.8. tit.57
Mortuo inferendo, & ſepulchro ædificādo. V.11.t.8
Muliere raptum paſſa A.143
Mulieribus fide hæreticis A.109
Mulieribus, quæ ſe proprijs ſeruis iunxerunt. C.9 tit.11
Mulieribus, in quo loco munera ſexui congruentia, uel honores agnoſcant C.10.t.62

Muneribus, & honoribus N.50.t.4
Muneribus patrimoniorum C.10.t.41
Municipibus, & Originarijs C.10.t.38
Murilegulis, et gynæciarijs, & procuratoribus gynæcij, & de monetarijs, & baſtagiarijs C.11.t.7
Mutatione nominis C.9.t.25

N

¶ Natalibus reſtituendis N.40
Natura feudi F.1.t.7
Natura ſucceßionis feudi F.2.t.50
Naturalibus liberis A.89
Naturalibus liberis, & matribus eorum, & ex quibus cauſis iuſti efficiantur C.5.t.27
Naufragijs C.11.t.5
Nauibus non excuſandis C.11.t.3
Nauicularijs, ſeu naucleris publicis, ſpecies tranſportantibus, & de tollenda luſtralis auri collatione. C.11 tit.1
Nauticis Tyberinis C.11.t.26
Nautæ, caupones, ſtabularij, ut recepta reſtituant. V.4 tit.9
Nautico fœnore V.22.t.2.C.4.t.33
Ne ſanctum baptiſma iteretur C.1.t.6
Ne quis cogatur bonis cedere A.135
Ne decurio, aut cohortalis perducatur in Ius, ſiſtatúrue iudicio citra iußionem principis, quæ inſinuetur præfectis A.151
Ne defuncti, ſeu reliquiæ eorum à creditoribus afficiantur contumelia, & ne adſeſſores cognitionem cauſarum abſq; Iudicibus ſuſcipiant A.60
Ne de ſtatu defunctorum poſt quinquennium quæratur N.40.t.15.C.7.t.21
Ne rei dominicæ, uel templorum uindicatio, temporis præſcriptione ſubmoueatur C.7.t.38
Ne pro dote, mulieri bona mariti addicatur. C.5.t.22
Ne filius pro patre, uel pater pro filio emancipato, uel libertus pro patrono conueniatur C.4.t.13
Ne fideiuſſores, uel mandatores dotium dentur. C.5 tit. 20
Ne fiſcus, uel Reſpublica procurationem alicui, patrocinij cauſa, illicitè præſtet C.2.t.17
Ne fiſcus rem, quam uendidit, euincat C.10.t.5
Ne ſacræ formæ, quæ de cauſis procedunt publicis, aliter robur accipiant, quàm glorioſißimis Prætoriorum præfectis inſinuatæ ſint, uel fuerint, illicq; habeantur ratæ A.152
Ne quid in flumine publico, in úe ripa eius fiat, quo aliter aqua fluat, atq; priore æſtate fluxit. N.43 tit. 12
Ne Iudæi, Samaritani, & hæretici per cauſam religionis & cultus ſui, curiali fortuna liberentur, ſed cũ curialibus muneribus ſubdantur, priuilegijs eorum non utantur. Item, ut ijdem poßint contra orthodoxos, qui curiali fortunæ ſubditi ſunt, teſtimonium dicere: ut qui præclare pro orthodoxa Repub. teſtimonium perhibeant A.45
Ne quis in ſua cauſa iudicet, uel ſibi Ius dicat. C.3 tit. 5
Ne quis eum, qui in Ius uocabitur, ui eximat. V.2 tit. 7
Ne quis liber, inuitus actum Reipublicæ gerere cogatur C.11.t.36
Ne libertini de cætero iure aureorum annulorum, & reſtitutorum natalium opus habeant. Item, ut dotalium inſtrumentorum confectio in libertinabus ipſo etiam facto legitimas reddat nuptias, & ſuos patri filios. Si fortè ea ancilla ſit, ut & ipſa dotis cõfectione libera exiſtat, & nuptiæ legitimæ, & ex ea progeniti filij patri ſui ſint A.88
Ne in medio litis fiant ſacræ formæ, aut ſacræ iußiones, ſed ſecundum generales leges cauſæ decidantur: & ut præſens conſtitutio ante perſonarum in iudicio confirmationem inſeratur actis iudiciarijs A.113
Ne quid in loco ſacro fiat N.43.t.6
Ne quid in loco, uel itinere publico fiat N.43 tit. 8
Ne quo in loco per Imperium Romanum Lenones ſint A.14
Ne Chriſtianum mancipium hæreticus, uel paganus, aut Iudæus uel poßideat, uel circumcidat C.1. tit. 10
Ne rei militaris comitibus, uel tribunis lauacra præſtentur C.1.t.43
Ne à mulieribus, quæ ſe proſtituunt, fideiuſſor, aut Iuſiurandum exigatur: quòd hoc genus uitæ deſerturæ non ſint A.51
Ne quis quòd agricolæ mutuam pecuniam dedit, illius terram detineat: & quem uſurarum modum creditores accipere debent ab agricolis A.34
Ne quis mutuum dans agricolæ, terram eius teneat: item quàm magnas uſuras creditores ab agricolis debebant percipere A.32
Ne mulieres, quæ nuptias iterant, electionem habeant, in quem filiorum donationem ante nuptias conferant: deq; alijs capitulis A.2
Ne quid oneri publico imponatur C.11.t.4
Ne operæ à collatoribus exigantur C.10.t.24
Ne quis oratorium citra ſcientiam epiſcopi ædificet, & ut prius definiat, quæ ad curam & inſtitutionẽ oratorij ædificandi neceſſaria futura ſint. Et ne Epiſcopi abſint à ſuis Eccleſijs: ac de alienatione immobilium rerum Eccleſiaſticarum A.67
Ne perſonæ, uel rei, uel auri alterius pro altero oppignerationes fiant, ſed oppigneratione ob læſo, eius quadruplum reſtituatur. Item, ne pro eo, qui uel percußit, uel alioqui damnum irrogauit, alius percutiatur, aut qualitercunq; damnum ſentiat. Et ne donatio à priuato in Imperatorem facta, indigeat actorum publicorum confectione A.52
Ne liceat potentioribus patrocinium litigantibus præſtare, uel actiones in ſe transferre C.2 tit. 13
Ne ſine iuſſu principis, certis Iudicibus liceat confiſcare C.9.t.48
Ne liceat in una, eademq; cauſa tertiò prouocare, uel poſt duas ſententias Iudicum, quas definitio præfectorum roborauerit, eas retractare C.7 tit. 70

Ne ruſticani ad ullum obſequium deuocentur. C. 9 tit. 54
Ne tutor uel curator uectigal conducat C.5.t.41
Ne uir ex dote, aut mulier ex donatione ante nuptias proueniens, lucrum proprietatis Iure teneant, ſed conſeruent dominium filijs ſuis: uel ſi ad ſecundas nuptias non ueniant, in lucro ſolum uſumfructum obtinentes. Et ut qui diuortio matrimonium dirimunt, ſi dotem, aut ante nuptias donationem lucrentur, ſimiliter & ipſi dominium filijs conſeruent, Perſona quæ uſumfructum habet, cogenda filios alere. Si uerò bona gratia ſoluatur matrimonium, & uideantur quædam occaſione damni dati detenta eſſe: ut hac arte perempta, ea quæ detinentur, reſeruentur filijs A.98
Ne uis fiat ei, qui in poſſeßionem miſſus eſt. N.43 tit. 4
Ne uxor pro marito, uel maritus pro uxore, uel mater pro filio conueniatur C.4.t.12
Neceſſarijs, & ſeruis hæredibus inſtituendis, uel ſubſtituendis C.6.t.27
Negociatores ne militent C.12.t.35
Negociorum geſtorum actione V.3.t.5.C.2 tit. 18
Nemini licere ſignum ſaluatoris Chriſti, humi, uel in ſilice, uel in marmore ſculpere, aut pingere. C.1 tit. 8
Nihil innouari appellatione pendente N.49. tit. 7
Nili aggeribus non rumpendis C.9.t.38
Non alienandis, aut permutandis rebus Eccleſiaſticis immobilibus, aut in ſpecialem hypothecam dandis creditoribus, ſed ut ſufficiant generales hypothecæ A.7
Non eligendo ſecundò nubentes uxores A.2
Non licere habitatoribus metrocomiæ, loca ſua ad extraneum transferre C.11.t.55
Non numerata pecunia C.4.t.30
Notis feudorum F.2.t.58
Noua forma fidelitatis F.2.t.7
Nouationibus, & delegationibus. N.46.t.2. & C.8 tit. 42
Noui operis nunciatione N.39.t.1
Nouis operibus contra proſpectum in mare A.63
Noxalibus actionibus Inſt.4.t.8.V.9.C.3.t.41
Nudo iure Quiritum tollendo C.7.t.25
Nulli licere in frenis, equeſtribus ſellis, & balteis, margaritas, ſmaragdos, & hiacynthos aptare, & de artificibus palatinis C.11.t.11
Numerarijs, actuarijs, & chartularijs, & adiutoribus, ſiue ſcriniarijs, & exceptoribus ſedis excelſæ, cæterorumq; Iudicum, tam militarium, quàm ciuilium C.12.t.50
Nundinis N.50.t.11
Nundinis, & mercatoribus. C.4.t.60
Nuptijs Inſt.1.tit.10.C.5.t.4

O

¶ Oblatione uotorum C.12.t.49
Obligationibus Inſt.3.t.14
Obligationibus, & actionibus C.4.t.10.& N 44 tit. 7
Obligationibus ex conſenſu Inſt.3.t.23
Obligationibus, quæ quaſi ex contractu naſcuntur. Inſt.3 tit.28
Obligationibus, quæ ex delicto naſcuntur. Inſt.4.t.1
Obligationibus, quæ ex quaſi delicto naſcuntur. Inſt.4 tit.5
Obſequijs à liberis, & libertis, parentibus & patronis præſtandis Inf.37.t.15
Obſequijs patrono præſtandis C.6.t.6
Officio aſſeſſoris V.1.t.22
Officio comitis Orientis C.1.t.35
Officio comitis rerum priuatarum ſacri palatij, ſacriq; patrimonij C.1.t.33
Officio Conſulis V.6.t.10
Officio comitis ſacrarum largitionum C.1.t.32
Officio Iudicis Inſt.4.t.17
Officio ciuilium Iudicum C.1.t.41
Officio diuerſorum Iudicum C.1.t.44
Officio eius, cui mandata eſt Iuriſdictio V.1.t.21
Officio militarium Iudicum C.1.t.42
Officio eius, qui uicem alicuius Iudicis, uel præſidis obtinet C.1.t.46
Officio Iuridici V.1.t.20
Officio Iuridici Alexandriæ C.1.t.53
Officio eius, cui mandata eſt Iuriſdictio V.1.t.21
Officio magiſtri militum C.1.t.29
Officio magiſtri officiorum C.1.t.31
Officio præfecti Auguſtalis V.1.t.17.C.1.t.36
Officio præfecti pretorio V.1.t.11
Officio præfecti uigilum V.1.t.15.C.1.t.40
Officio præfecti urbi V.1.t.12.C.1.t.28
Officio præfecti pretoriorum orientis & Illyrici. C.1 tit. 26
Officio præfecti pretorio Aphricæ, & de omni eiuſdem diœceſeos ſtatu C.1.t.27
Officio præſidis V.1.t.18
Officio prætoris V.1.t.14
Officio prætorum C.1.t.38
Officio procuratoris Cæſaris, uel rationalis. V.1.t.19
Officio proconſulis, & legati V.1.t.16.C.1.t.34
Officio quæſtoris V.1.t.13.C.1.t.30
Officio rectoris prouinciæ, & ut nulli patriæ ſuæ adminiſtratio, ſine ſpeciali permiſſu principis permittatur C.1.t.39
Officio uicarij C.1.t.37
Officijs, quæ miniſtrant in ſacris appellationib. A.20
Officinis, ſiue tabernis Conſtantinopolitanæ urbis, & ut mille tantum & centum officinæ ſacroſanctæ maioris Eccleſiæ excuſentur: omnes reliquæ ad quēcunq; dominum pertineant, conſueta obeant munia A.43
Omni agro deſerto, & quando ſteriles fertilibus imponuntur C.11.t.58
Operis noui nunciatione C.8.t.11
Operibus publicis N.50.t.10.C.8.t.12
Operis libertorum Inf.38.tit.1.C.6.t.3
Operis ſeruorum V.7.tit.7
Optione, uel electione legata Infort.C.3.t.5

Ordine

Ordine cognitionum C.7.t.19

Ordine iudiciorum C.3.t.8

Origine iuris, & omnium magiſtratuū, & ſucceſſione prudentum V.1.t.2

P

¶ Pace Conſtantiæ cōpoſita inter Friderichū, & filiū eius Henrichū, et quoſdam nobiles Alemanniæ, & ciuitates Lombardiæ, & Romādiolæ F.2

Pace tenenda, & eius uiolatoribus F.2.t.27

Pace tenenda inter ſubditos, & iuramento firmanda, & uindicanda: & pœna iudicib. appoſita, qui eam uindicare, & iuſtitiā facere neglèxerint. F.2.t.53

Pactis V.2.t.14.C.2.t.3

Pactis dotalibus V.23.t.4

Pactis conuentis, tam ſuper dote, quàm donatione ante nuptias, & paraphernis C.5.t.14

Pactis inter emptorē, et uenditorē cōpoſitis. C.4.t.58

Pactus pignorum C.8.t.35

Palatinis ſacrarum largitionum, & rerum priuatarum C.12.t.24

Palatijs, & domibus dominicis C.11.t.76

Partu pignoris, & omni caſu C.8.t.25

Paſcuis publicis & priuatis C.11.t.60

Patria poteſtate Inſtit.1.t.9. C.8.t.47

Patribus, qui filios ſuos diſtraxerunt C.4.t.43

Peculio V.15.t.1

Peculio legato Inſ.33.t.8

Peculio eius, qui libertatem meruit C.7.t.23

Pedaneis iudicibus C.3.t.3

Penu legata Inſ.33.t.9

Periculo & cōmodo rei uenditæ. V.18.t.6.C.4.t.48

Periculo tutorum, & curatorum C.5.t.38

Periculo ſucceſſorum parentis C.10.t.61

Periculo nominatorum C.11.t.33

Periculo eorum, qui pro magiſtratibus interuenerunt C.11 tit.34

Per quas perſonas nobis adquiritur C.4.t.27 Inſt.2 tit.9

Per quas pſonas nobis obligatio acqritur. Inſt.3.t.29

Per quos fiat Inueſtitura, & per quos recipiatur. F.2 tit.3

Perfectiſſimatus dignitate C.12.t.33

Perpetuis, & temporalibus actionibus, & quæ ad hæredes & contra hæredes tranſeunt Inſt.4.t.12

Petitionibus bonorum ſublatis C.10.t.12

Petitione hæreditatis V.5.t.3.C.3.t.31

Pignoratitia actione, uel contra V.13.t.7

Pignoribus & hypothecis C.8.t.14

Pignoribus, & hypothecis, qualiter ea contrahantur, & de pactis eorum V.20.t.1

Pignori dato feudo, quid iuris ſit F.1.t.11

Piſtoribus C.11.t.15

Plebeis prætoribus A.13

Plus petitionibus C.3.t.10

Plus ualere quod agitur, quàm quod ſimulatè concipitur C.4.t.22

Pœna iudicis, qui malè iudicauit, uel aduerſariū corrumpere curauit C.7.t.49

Pœna temerè litigantium Inſt.4.t.16

Pœnis N.48.t.19.C.9.t 47

Pœnis fiſcalibus creditores præferri C.10.t.7

Pœnis proſcriptorum N.49

Pollicitationibus N.50.t.12

Ponderatoribus, & auri illatione C.10.t.71

Popularibus actionibus N.47.t.23

Poſſeſſoria hæreditatis petitione V.5.t.5

Poſtliminio, & redemptis ab hoſtibus C.8.t.51

Poſthumis hæredibus inſtituendis, uel exhæredandis, uel præteritis C.6.t.29

Poſtulando V.3.t.1.C.2.t.6

Potioribus ad munera nominandis C.10.t.65

Præbendo ſalario C.10.t.36

Precario N.43.t.25

Precario, & Saluiano interdicto C.8.t.9

Præcepta præſidum A.17

Precibus imperatori offerendis, & de quibus rebus ſupplicare liceat, uel non C.1.t.19

Prædijs, & alijs rebus minorum, ſine decreto non alienandis, uel obligandis C.5.t.71

Prædijs decurionū ſine decreto non alienandis. C.10 tit. 33

Prædijs, & omnibus rebus nauiculariorum. C.11.t.2

Prædijs Tamiacis, & his, qui ex colonis Tamiacis, alijſq; liberæ conditionis procreantur. C.11.t.68

Præfectis prætorio, ſiue urbi, & magiſtris militum in dignitatibus exæquandis C.12.t.4

Præpoſitis agentium in rebus C.12.t.21

Præpoſitis laborum C.12.t.18

Præpoſitis ſacri cubiculi, et de omnibus cubicularijs, & priuilegijs eorum C.12.t.5

Præpoſitis ſacrorum ſcriniorum, cæteriſq; quæ in ſacris ſcrinijs militant C.12.t.19

Præpoſitis, & tribunis ſcholarum C.12.t.11

Præſide Piſidiæ A.24

Præſcriptione longi temporis, decem, uel uiginti annorum C.7.t.33

Præſcriptione triginta, uel quadraginta annorum. C.7 tit.39

Præſcriptis uerbis, & in factum actione V.19.t.5

Prætore Siciliæ A.104

Prætore Lycaoniæ A.25

Prætore Paphlagoniæ A.29

Prætore Thraciæ A.26

Prætoribus, & honore præturæ, & collatione, & gleba, & claui, & pholi, & ſeptem ſolidorum functione ſublata C.12.t.2

Prætorio pignore, & ut in actionibus etiam debitorum miſſio prætorij pignoris procedat C.8.t.22

Prætorijs ſtipulationibus N.46.t.5

Præuaricatoribus N.47.t.15

Primicerio, & ſecundicerio, & notarijs C.12.t.7

Primipilo C.12.t.63

Principibus agentium in rebus C.12.t.22

Priuatis carceribus inhibendis C.9.t.5

Priuatis delictis N.47.t.1

Priuilegijs domus Auguſtæ, uel rei priuatæ, & quarum collationum excuſationem habent C.7.t.74

Priuilegio dotis C.7.t.74

Priuilegijs corporatorum urbis Romæ C.11.t.14

Priuilegijs creditorum N.42.t.6
Priuilegijs urbis Conſtantinopolitanæ C.11.t.20
Priuilegijs fiſci C.7.t.73
Priuilegijs eorũ,q in ſacro palatio militãt. C.12.t.29
Priuilegijs ſcholarum C.12.t.30
Probationibus C.4.t.19
Probationibus,& præſumptionibus V.22.t.3
Proconſule Cappadociæ A.30
Proconſule Palæſtinæ A.103
Procuratoribus C.2.t.12
Procuratoribus,& defenſoribus V.3.t.3
Pro derelicto N.41.t.8
Pro donato N.41.t.7
Pro dote N.41.t.10
Pro emptore N.41.t.5
Profeſſoribus,& medicis C.10.t.52
Profeſſoribus,qui in urbe Conſtantinopolitana docentes,ex lege meruerunt comitiuam C.12.t.15
Pro hærede,uel poſſeſſore N.41.t.6
Prohibita feudi alienatione per Lotharium. F.2.t.52
Prohibita feudi alienatione per Friderichũ. F.2.t.55
Prohibita ſequeſtratione pecuniæ C.4.t.4
Pro legato N.41.t.9
Prole partienda inter ruſticos A.156
Pro ſocio. II. V.17.t.2.C.4.t.37
Pro ſoluto N.41.t.4
Pro ſuo N.41.t.11.& C.4
Prouinciarum præſidibus A.161
Proxenetis N.50.t.14
Pupillari ſubſtitutione Inſt.2.t.16
Publicæ lætitiæ, uel Conſulum nunciatores, uel inſinuatores conſtitutionum, & aliarum ſacrarum, uel iudicialium literarũ ex deſcriptione, uel ab inuitis,ne quid accipiant immodicum C.12.t.64
Publicis iudicijs Inſt.4.t.18.N.48.t.1
Publicis tributis expediendis, & ſoluendis, neq; non alijs capitulis A.128
Publiciana in rem actione V.6.t.2
Publicanis,& uectigalibus & commiſsis. N.39.t.4

Q

¶ Quadriennij præſcriptione C.7.t.37
Quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi. F.2.t.24
Quæ in fraudem creditorum facta ſint, ut reſtituantur N.42.t.9
Quæ res exportari non debeant C.4.t.41
Quæ res pignori, uel hypothecæ datæ obligari non poſſunt V.20.t.3
Quæ res pignori obligari poſſunt, uel non: & qualiter pignus contrahitur C.8.t.17
Quæ res uendi non poſſunt, & qui uendere, uel mercari uetantur C.4.t.40
Quæ ſit longa conſuetudo C.8.t.53
Quæ ſint regaliæ F.2.t.56
Quæ ſententiæ ſine appellatione reſcinduntur. N.49 tit. 8
Quæſtionibus N.48.t.18.C.9.t.41
Quæſtore A.80
Quæſtoribus, & magiſtris officiorum, & comitibus ſacrarum largitionum,& rei priuatæ. C.12.t.6
Qualiter olim poterat feudum alienari F.2.t.9
Qualiter iurare debeat uaſallus dño fidelitatẽ. F.2.t.5
Qualiter dñs proprietate feudi priuetur F.2.t.47
Quando actio de peculio annalis ſit V.15.t.2
Quãdo appellãdũ ſit,et intra quæ tẽpora. N.49.t.4
Quando ciuilis actio, criminali præiudicet: & an utraq; ab eodem exerceri poſsit C.9.t.31
Quando decreto opus non eſt C.5.t.72
Quando dies legatorum, uel fideicommiſſorum cedit Inf.36 tit.2.C.6.t.52
Quando dies uſusfructus legati cedat V.7.t.3
Quando ex facto tutoris,uel curatoris,minores agere,uel conueniri poſſunt Inf.26.t.9.C.5.t.39
Quando fiſcus, uel priuatus debitoris ſui debitor æs exigere poſsit C.4.t.15
Quando Imperator inter pupillos,& uiduas,uel alias miſerabiles perſonas cognoſcit: & ne exhibeantur C.3 t.14
Quando libellus principi datus, litis faciat conteſtationem C.1.t.20
Quando liceat ab emptione diſcedere C.4.t.45
Quando liceat unicuiq; ſine iudice uindicare ſe, uel publicam deuotionem C.3.t.27
Quando mulier tutelæ officio fungatur C.5.t.35
Quando non petentiũ partes, petentibus adcreſcunt C.6 tit.10
Quando prouocare non eſt neceſſe C.7.t.64
Quando,& quibus quarta pars debetur ex bonis decurionũ,et de modo diſtributionis eorũ. C.10.t.34
Quando tutores uel curatores eſſe deſinant. C.5.t.60
Quarum rerum actio non datur N.44.t.5
Quemadmodum ciuilia munera indicũtur. C.10.t.42
Quemadmodũ feudum ad filiam pertineat. F.1.t.24
Quemadmodum ſeruitutes amittantur V.8.t.6
Quemadmodum teſtamenta aperiantur,deſcribantur, atq; inſpiciantur C.6.t.32
Qui accuſare non poſſunt C.9.t.1
Qui ad bonorum poſſeſsionem, & infra quod tempus admittuntur C.6.t.9
Qui bonis cedere poſſunt C.7.t.71
Qui dare tutores uel curatores poſſunt: et qui dari nõ poſſunt C.5.t.34
Qui ætate C.5.t.68. uel profeſsione ſe excuſant C.10 tit.49
Qui pro ſua Iuriſdictione Iudices dare, dariue poſſunt C.3.t.4
Qui legitimam perſonam ſtandi in iudicijs habeant, uel non C.3.t.6
Qui non poſſunt ad libertatem peruenire C.7.t.12
Qui manumittere non poſſunt,& ne in fraudem creditorum manumittantur C.7.t.11
Qui,& à quibus manumiſsi liberi non fiant: & ad legem Æliam Sentiam N.40.t.9
Qui ſine manumiſs. ad libertatẽ perueniũt. N.40.t.8
Qui militare poſſunt, uel non: & de ſeruis ad militiæ dignitatem adſpirantibus: & ut nemo duplici militia,uel dignitate et militia ſimul utatur. C.12.t.34
Qui morbo ſe excuſant C.5.t.67 & lib.10.t.50
Qui numero liberorum ſe excuſant C.5.t.66
Qui numero tutelarum ſe excuſant C.5.t.69

Qui petant tutores,uel curatores C.5.t.31
& ubi petantur Inſ.206
Qui potiores in pignore habeantur C.8.tit.18
Qui potiores in pignore,hypothecáue habeantur,& de his,qui in priorum creditorum locum ſuccedunt V.20 tit.4
Qui ſint Rebelles F.2
Qui, & aduerſus quos in integrum reſtitui non poſſunt C.2.t.41
Qui ſatiſdare cogantur,uel iurato promittāt,uel promiſsioni ſuæ committantur V.2.t.9
Qui Succeſſores teneantur F.1.t.9
Qui Succeſſores Feudum dare teneantur F.1.t.3
Qui teſtamenta facere poſſunt,uel non poſſunt. C.6 tit. 22
Qui teſtamentum facere poßint, & quemadmodum teſtamenta fiant Inſ. 28. tit.1
Qui teſtamento tutores dari poſſunt Inſt.1.t.14
Qui teſtes ſunt neceſſarij ad nouam inueſtituram probandam F.2.t.32
Quibus alienare licet uel non Inſt.2.t.8
Quibus ad conductionem prædiorum fiſcalium accedere non licet C.11.t.72
Quibus muneribus excuſantur hi, qui poſt impletam militiam,uel aduocationē,per prouinciā ſuis commodis uacantes, commorantur: & de priuilegijs eorū,& de conductorib.uectigaliū fiſci.C.10.t.55
Quibus muneribus,uel præſtationibus nemini liceat ſe excuſare C.10.t.48
Quibus modis Feudum conſtitui poßit F.1.t.25
Quibus modis Feudum amittatur F.1.t.5 & 17
Quibus rebus ad eundem Iudicem eatur V.11.t.2
Quibus ad libertatem proclamare non licet. N. 40 t.13. Et de rebus eorum,qui ad libertatem proclamare non prohibetur C.7.t.18
Quibus ex cauſis ſerui pro præmio libertatem accipiunt C.7.t.13
Quibus ex cauſis manumittere non licet. Inſt. 1.t.6
Quibus modis tollitur obligatio Inſt.3.t.30
Quibus modis re contrahitur obligatio Inſt.3.t.15
Quib.modis Ius patriæ poteſtatis ſoluitur.Inſt.1.t.12
Quib.modis pignus,uel hypotheca ſoluitur.V.20.t.6
Quibus ex cauſis in poſſeßionem eatur N.42.t.4
Quibus non competit bonorum poſſeßio Inſ.38 tit. 13
Quibus non obijcitur longi temporis præſcriptio C.7. tit.35
Quibus res iudicata non nocet C.7.t.56
Quibus ex cauſis maiores in integrum reſtituantur C.2 tit.53
Quibus modis tutela finitur Inſt.1.tit.22
Quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum. Inſt.2 tit. 12
Quibus modis teſtamenta infirmentur Inſt.2.t.17
Quibus modis uſusfructus,uel uſus amittatur.V.7.t.5
Quid iuris, ſi poſt alienationem feudi,uaſallus id recuperauerit F.2.t.2
Quid ſit inueſtitura F.2.t.44
Quid præcedere debeat, an inueſtitura, uel fidelitas? F.2 tit.4
Quis à quo appelletur N.49.tit.3
Quis ordo in bonorū poſſeßione ſeruetur.Inſ.38.t.15
Quis dicatur dux,comes,marchio,capitaneus, uel ualuaſor F.2. tit.10
Quo tēpore miles inueſtiturā petere debeat. F.1.t.22
Quo quiſq; ordine conueniatur C.11.tit.35
Quòd conſtitutio, quæ ex adſcriptitio & libera, natos liberos eſſe uult: non his qui antè, ſed qui poſt conſtitutionem nati ſunt,proſit. Et ut uenerabilium domuum œconomi,immobilium adinuicem rerum Eccleſiaſticarum cōmutationes faciant, decreto prius interpoſito,excepta ab hoc maiore eccleſia A.54
Quod quiſque iuris in alienum ſtatuit, uti ipſe eodem iure utatur V.2.t.2
Quod iuſſu V.15. t 4
Quod metus cauſa geſtum erit V.4.t.2
Quod cum eo,qui in aliena poteſtate eſt,negocium geſtum eſſe dicetur. Inſt.4.t.7. V.14.t.5. Vel de peculio,ſeu quod iuſſu, uel de in rem uerſo. C.4.t.26
Quod falſo tutore autore geſtū eſſe dicetur.Inſ.27.t.6
Quod ui,aut clam N.43.t.23
Quod cuiuſcunq; uniuerſitatis nomine, uel cōtra eam agatur V.3.t.4
Quō oporteat epiſcopos, & cæteros clericos ad ordinationem perduci, & expenſis eccleſiarum. A.6
Quomodo inſtrumentis, quæ apud Iudices inſinuanda ſunt,fidem apponere oporteat A.73
Quomodo in læſæ maieſtatis crimine procedatur.F.2
Quomodo,& quando Iudex ſententiam proferre debeat præſentibus partibus, uel una parte abſente C.7 tit. 43
Quorum appellationes non recipiuntur C.7.t.65
Quorum bonorum N.43.t.2.C.8.t.2
Quod legatorum N.43.t.3. C.8.t.3
Quot teſtes ſunt neceſſarij ad probandam feudi ingratitudinem F.2. t.57

R

¶ Raptu uirginum,ſeu uiduarū,necnon ſanctimonialium C.9.t.13
Ratam rem haberi, & de ratihabitione N.46.t.8
Ratiocinijs operum publicorum, & patribus ciuitatum C.8.t.13
Re iudicata. C.7.t.52. Et de effectu ſententiarum,& de interlocutionibus N.42.t.1
Re militari N.49.t.16.C.12.t.36
Rebus alienis non alienandis, & de prohibita rerum alienatione,uel hypotheca C.4.t.51
Rebus corporalibus, & incorporalibus Inſt.2.t.2
Rebus creditis,& iureiurando C.4.tit.1
Rebus dubijs Inſ.33.tit.5
Rebus eorum,qui ad libertatem proclamare non prohibentur C.7.t.18
Rebus eorum,qui ſub tutela uel cura ſunt,ſine decreto non alienandis,uel pignori obligandis Inſ.27 tit. 9
Rebus iudicis autoritate poßidendis, uel uendundis N. 42 tit.5
Rei uendicatione V.6.tit.1.C.3.t.32

Rei uxoriæ actione, in exſtipulatu actionem transfuſa, & de natura dotibus præſtita C.5.tit.13
Reis *poſtulatis* C.10.t.58
Reis, *qui ingrediuntur ad expiendam appellationem: deq; inſtrumentis priuata manu conſcriptis, prolatis ab eo, qui cum agitur.* Item de Iuramento *delationis, ut iuramento calumniæ connectatur: quod ſemel tantũ ꝓ omni ꝓbatione præſtari ſolet* A.50
Rem *alienam gerentibus, non interdici rerum ſuarum alienatione* C.4.tit.53
Rem *pupilli ſaluam fore, uel adoleſcentis* N.46.t.6
Rerum *amotarum* Inſort.25.C.5 t.21
Rerum *permutatione* V.19.t.4
Rerum *diuiſione, & acquirẽdo ipſarũ dñio* Inſt.2.t.1
Rerũ *permutatione, & præſcriptis uerbis* C.4.t.64
Receptis *arbitris* C.2.t.55
Receptis, *qui arbitrium receperunt, ut ſententiam dicant* V.4.t.8
Receptoribus N.47.t.16
Referendarijs *ſacri palatij* A.11
Regula Catoniana Inf.34.t.7
Relationibus C.7.t.61
Relatione *tributorum publicorum* A.163
Religioſis, *& ſumptib. funerũ, et ut funus ducere liceat.* V.11.t.7. *Et aleæ luſu, & aleatorib.* C.3.t.43
Remiſſionibus N.43.t.24
Remiſſione *pignoris* C.8.t.26
Remiſſio *pœnæ illicitè contractarũ nuptiarũ* A.139
Replicationibus Inſt.4.t.14
Repudianda *bonorum poſſeſſione* C.6.t.19
Repudianda, *uel abſtinenda hæreditate* C.6.t.31
Repudijs, *& iudicio de moribus ſublato* C.5.t.17
Reputationibus *quæ fiunt in iudicio, in integrum reſtitutionis* C.2.t.47
Requirendis *reis* C.9.t.40
Requirẽdis *reis, nec abſentib. damnandis.* N.48.t.17
Res *inter alios acta, uel iudicata, alijs ne noceat.* C.7 tit. 60
Reſcindenda *uenditione.* C.4.t.44. *Et quando non liceat ab emptione diſcere* V.18.t.5
Reſtitutionibus A.108
Reſtitutione *dotalium rerum, & ad donationem ante nuptias pertinentium.* Item *de ea quæ undecimo menſe poſt obitum mariti parit* A.39
Reſtitutione *militum, & eorum qui* Reipubl. *cauſa abſunt* C.2.t.50
Reuocandis *donationibus* C.8.t.56
Reuocãdis *his, quæ per fraudẽ alienata ſunt.* C.7.t.75
Ripa *munienda* N.43.t.14
Ritu *nuptiarum* V.23.t.2
Riuis N.43.t.20
Ruſticis, *q in alienis prædijs nuptias cõtrahũt.* A.107

S

¶ *Sacra forma tranſmiſſa* Dominico *glorioſiſſ.* Prætorum. Illyricanorũ *præfecto, de diuerſis capitulis*
Sacris iuſſionibus. A. 114 (A.162
Sacrificijs Paganorũ, *& templis* C.1.t.11
Sacroſanctis Eccleſiis, *& de rebus, ac priuilegijs earum* C.1.t.2
Salgamo hoſpitibus non præſtando C.12.t.41
Saluiano interdicto N.43.t.32
Samaritanis A.144
Satiſdando C.2.t.56
Satiſdationibus Inſt.4.t.11
Satiſdatione tutorũ, uel curatorum Inſt.1.t.24
Secundis nuptijs C.5.t.9
Seditioſis, & de ijs, qui plebem audent contra Rempub. *colligere* C.9.t.30
Senatoribus V.1.t.9
Senatuſconſultis C.1.t.16
Senatuſconſ. Claudiano *tollendo* C.7.t.24
S.C. Liboniano N.48
S.C. Macedoniano V.14.t.6
S.C. Orphiciano Inſt.3.t.4
S.C. Syllaniano, *&* Claudiano, *quorũ teſtamenta nec aperiuntur* Inf.29.t.5
S.C. Tertulliano Inſt.3.t.3
S.C. Trebelliano C.6.t.48
S.C. Turpillianum, *& de abolitionib. criminũ.* N 48
Sentẽtia, quæ ſine certa quãtitate profertur. C.7.t.46
Sententiam reſcindi non poſſe C.7.t.50
Sententiam paſſis, & reſtitutis N.48.t.23.C.9.t.51
Sententijs contra fiſcum latis, retractandis. C.10.t.9
Sententijs ex breuiculo recitandis C.7.t.44
Sententijs Præfectorum *prætorio* C.7.t.42
Sententijs, & interlocutionibus omniũ Iudicum. C.7 tit. 45
Sententijs quæ pro eo quod intereſt, proferuntur. C.7 tit. 47
Separationibus N.42.t.7
Sepulchro uiolato N.47.t.12.C.9.t.19
Seruili cognatione Inſt.3.t.7
Seruo corrupto V.12.t.3
Seruo pignori dato manumiſſo C.7.t.8
Seruis fugitiuis, & libertis, mancipijsq; ciuitatum, artificibus, & ad diuerſa opera deputatis, & ad rem priuatam, & dominicam pertinentibus. C.6.t.1
Seruis Reipub. *manumittendis* C.7 t 9
Seruitutibus V. 8. t.1
Seruitutibus ruſticorum prædiorum V.8.t.3
Seruitutibus urbanorum prædiorum V.8.t.2
Seruitutibus ruſticorum, & urbanorum prædiorum Inſtit. 2 tit. 3
Seruitutibus & de aqua C.3.tit. 34
Seruitute legata Inf.33.t.3
Seruis exportandis, & ſi ita mancipium uænierit, ut manumittatur, uel contrà V.18.t.7
Si à non competente Iudice *iudicatum eſſe dicatur* C.7 tit. 48
Si à parente quis manumiſſus fuerit Inf.37.t.12
Si aduerſus rem iudicatam reſtitutio poſtuletur. C.2 tit. 26
Si aduerſus uenditionem C.2.t.27
Si aduerſus uenditionem pignoris C.2.t.28
Si aduerſus donationem C.2.t.29
Si aduerſus libertatem C.2.t.30
Si aduerſus tranſactionẽ, uel diuiſionem in integrum minor reſtitui uelit C.2.t.31
Si aduerſus ſolutionẽ à tutore, uel à ſe factã. C.2.t.32

Si aduerſus

Si aduerſus dotem C.2.t.33
Si aduerſus delictum ſuum C.2.t.34
Si aduerſus uſucapionem C.2.t.35
Si aduerſus fiſcum C.2.t.36
Si aduerſus creditorem C.2.t.37
Si ſe abſtinuit hæreditate C.2.t.38
Si ut omiſſam hæreditatem, uel bonorũ poſſeſsionem, uel quid aliud adquirat C.2.t.39
Si aduerſus creditorẽ præſcript. opponatur. C.7.t.36
Si ager uectigalis, uel emphyteuticar. petatur V.6.t.3
Si aliena res pignori data ſit C.8.t.16
Si antiquior creditor pignus uendiderit C.8.t.20
Si certum petatur C.4.t.2
Si certum petatur condictione V.12.t.1
Si communis res pignorata ſit C.8.t.21
Si contra Ius, uel utilitatem publicã, uel per mendaciũ fuerit aliquid poſtulatum, uel impetratũ. C.1.t.22
Si contra matris uoluntatem tutor datus ſit. C.5.t.47
Si cui plus, quàm per Falcidiam licuerit, legatum eſſe dicetur Inf.35.t.3
Si curialis relicta ciuitate, rus habitare maluerit C.10 tit. 37
Si de Feudo defuncti contentio ſit inter dominum, & agnatos uaſalli F.2.t.26
Si de Feudo uaſallus ab aliquo interpellatus fuerit, & dominus eum defendere noluerit F.2.t.25
Si de Inueſtitura Feudi controuerſia fuerit F.1.t.4
Si de Inueſtitura inter dominum & Vaſallum lis oriatur F.1.t.26
Si de momẽtaria poſſeßione fuerit appellatũ C.7.t.69
Si dos conſtante matrimonio ſoluta fuerit C.5.t.19
Si ex falſis inſtrumentis, uel teſtimonijs iudicatum ſit C.7 tit.58
Si ex noxali cauſa agatur, quemadmodum caueatur V.2 tit.9
Si ex pluribus tutorib. uel curatorib. omnes, uel unus peragere rem minoris, uel cõueniri poßint. C.5.t.40
Si familia furtum feciſſe dicetur N.47.t.6
Si in cauſa iudicati pignus captum ſit C.8.t.23
Si in communi, eademq; cauſa in integrũ reſtitutio poſtuletur C.2.t.25
Si in fraudem patroni à libertis alienatio facta ſit C.6 tit.5
Si is, qui teſtamento liber eſſe iuſſus erit, poſt mortem domini ante aditam hæreditatem ſubripuiſſe quid dicetur N.47.t.4
Silentiarijs, & decurionibus eorum C.12.t.16
Si liberalitatis Imperialis ſocius, ſine hærede deceſſerit C.10.t.14
Si libertus ingenuus eſſe dicetur N.40.t.14
Si maior factus ratum habuerit C.2.t.45
Si maior factus, uenditionem factam ſine decreto ratam habuerit C.5.t.74 & 8
Si mancipium ita uænierit, ne proſtituatur C.4.t.56
Si mancipium ita fuerit alienatum, ut manumittatur, uel contrà C.4.t.57
Si mater indemnitatem promiſit C.5.t.46
Si menſor falſum modum dixerit V.11.tit.6
Si minor, ſe maiorem dixerit C.2.t.42
Si mulier uentris nomine in poſſeßionem miſſa, calumniæ cauſa eſſe dicetur Inf.25.t.6
Sine cenſu, uel reliquis fundum comparari non poſſe C.4 tit.47
Singulis rebus per fideicõmiſſum relictis. Inſtit.2.t.24
Si nuptiæ ex reſcripto petantur C.5.t.8
Si omiſſa ſit cauſa teſtamenti C.6.t.39
Si pars hæreditatis petatur V.5.t.4
Si pendente appellatione mors interuenerit N 49 tit.13 C.7.t.66
Si per uim, uel alio modo abſentis poſſeßio turbata ſit C.8.tit.5
Si pignoris conuentionem numeratio pecuniæ ſecuta non ſit C.8.t.33
Si pignori dato Feudo, quid Iuris ſit F.1
Si pignus pignori datum ſit C.8.t.24
Si plures una ſententia condemnati ſunt C.7.t.55
Si propter inimicitias creatio facta ſit C.10.t.66
Si propter publicas Penſitationes uenditio fuerit celebrata C.4.t.46
Si poſt creationem quis deceſſerit C.10.t.68
Si quacunq; præditus poteſtate, uel ad eum pertinentes ad ſuppoſitarum Iuriſdictioni ſuæ nuptias tentauerit aſpirare C.5.tit.7
Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur Inſt.4 tit.9 V.9. tit.1
Si quid in fraudem patroni factum ſit Inf.38. t.5
Si quis aliquẽ teſtari prohibuerit, uel coegerit Inf 29 tit.6 C.6.tit.34
Si quis alteri, uel ſibi, ſub alterius nomine, uel aliena pecunia emerit C.4.tit.50
Si quis cautionibus in Iudicio ſiſtendi cauſa factis, non obtemperauerit V.2.t.11
Si quis eam, cuius tutor fuerit, corrupuerit C.9.t.10
Si quis ignorans rem minoris eſſe, ſine decreto comparauerit C.5.tit.73
Si quis Imperatori maledixerit C.9.t.7
Si quis Ius dicenti non obtemperauerit V.2.t.3
Si quis in Ius uocatus non ierit, ſiue per eum cauerit per quem ex edicto non debuit V.2.t.6
Si quis omiſſa cauſa teſtamenti, ab inteſtato, uel alio modo poßideat hæreditatem Inf.29.t.4
Si Rector Prouinciæ, uel ad eum pertinentes, Sponſalitias dederint arrhas C.5 t.2
Si Reus, uel Accuſator mortuus fuerit C.9.t.6
Si ſæpius in integrum reſtitutio poſtuletur C.2.t.43
Si ſecundò nupſerit mulier, cui maritus uſumfructum reliquit C.5.t.10
Si ſeruitus uindicetur, uel ad alium pertinere negetur V.8. tit.5
Si ſeruus exportandus uæneat C.4.t.55
Si ſeruus extero ſe emi mandauerat C.4.t.36
Si ſeruus, aut libertus ad decurionatum adſpirauerit C.10 tit.32
Si tabulæ teſtamenti extabunt Inf.37.t.2
Si tabulæ teſtamenti nullæ extabunt, unde liberi Inſort.38 tit.6
Si tutor non geſſerit C.5.tit.55
Si tutor uel curator interuenerit C.2.t.24
Si tutor uel curator falſis allegationibus excuſatus ſit C.5 tit.63

Si tutor

Si tutor reipublicæ cauſa aberit C.5.t.64
Si tutor, uel curator, uel Magiſtratus creatus appellauerit N.49.t.10
Si uaſallus feudo priuetur, cui deferatur F.2.t.31
Si uendito pignore agatur C.8.t.30
Si mulier uentris nomine, in poſſeßionē calumniæ eſſe dicetur Infort.25.t.6
Si uentris nomine muliere in poſſeßionē miſſa, eadem poſſeßio dolo malo ad alium translata eſſe dicatur Inf.25.t.5
Si unus ex pluribus appellauerit C.7.t.68
Si unus ex plurib. hæredibus creditoris, uel debitoris, partem ſuā debiti ſoluerit, uel acceperit C.8.t.32
Si uſusfructus petatur, uel ad alium pertinere negetur V.7.t.6
Societate Inſt.3.t.26
Solutionibus, & liberationib. N.46.t.3. & C.8.t.43
Solutionibus, & liberationibus debitorum ciuitatis C.11. tit.39
Soluto matrimonio, quemadmodū dos petatur V.24 tit 3. Inf.25.C.5. tit.18
Spectaculis, & ſcenicis, & lenonibus C.11.t.40
Sponſalibus V.23.t.1
Sponſalibus, & arrhis ſponſalitijs, & proxeneticis C.5 tit.1
Sportulis, & ſumptibus in diuerſis iudicijs faciendis, & de executoribus litium C.3.t 2
Statoribus C.12.t.25
Statu hominum V.1.t.5
Statuis & imaginibus C.1.t.24
Statuliberis N.40 t.7
Stellionatus N.47.t.20
Stipulatione ſeruorum Inſtit.3 t.18. N.45.t.3
Studijs liberalibus urbis Romæ, & Conſtantinopolitanæ C.11.t.18
Suarijs, & ſuſceptoribus uini, & cæteris corporatis C.11 tit.16
Succeßione cognatorum Inſt.3.tit.5
Succeßione libertorum Inſt 3.t.8
Succeßione feudi F.1.t.8
Succeßione fratrum, uel gradibus ſuccedentium in Feudo F.2.t.11
Succeßionibus, quæ fiebant per bonorū uenditiones, & ex ſenatuſconſ. Claudiano, ſublatis. Inſt.3.t.13
Succeſſorio edicto Inf.38.t.9. & C.6.t.16
Succeſſoribus eorum, qui in Aphrica degunt A.36
Suffragio C.4.t.3
Suis, & legitimis hæredibus Infort.38.tit.16
Summa Trinitate, & fide catholica, ut nemo publicè de ea contendere audeat C.1.t.1
Sumptus iniuncti muneris, ad omnes collegas pertinere C.11.tit.37
Sumptuum recuperatione C.10.t.67
Superactoribus C.10.t.20
Superficiebus N.43 t.17
Superindicto C.10.t.18
Supellectile legata Inf.33.t.10
Suſceptoribus, præpoſitis, & arcarijs C.10.t.70
Suſpectis tutoribus Inf.26.t.10
Suſpectis tutorib. uel curatorib. Inſt.1.t.26.C.5.t.43

T

¶ Tabellionibus, & ut protocolla relinquant in chartis A.44
Tabularijs, ſcribis, logographis, et cenſualibus C.10. tit. 69
Tabulis exhibendis N.43.t.5.C.8.t.7
Tempore actionū, quæ ſacris locis competunt A.111
Tempore non numeratæ dotalis pecuniæ A.100
Temporibus in integrum reſtitutionis, tam minorum, aliarumq; perſonarum, quæ reſtitui poſſunt, quàm hæredum earum C.2.t.52
Temporibus, & reparationibus appellationum, ſeu conſultationum C.7.t.63
Termino moto N.47.t.21
Teſtamentis, & quemadmodum teſtamenta ordinentur C.6.t.23
Teſtamentis ordinandis Inſt.2.t.10
Teſtamenta quemadmodum aperiantur, inſpiciantur, & deſcribantur Infort.29.t.3
Teſtamentaria tutela Inf.26.t.2.C.5.t.28
Teſtamentaria manumiſsione C.7.t.2
Teſtamento militis C.6.t.21
Teſtibus V.22.t.5.C.4.t.20.A.90
Theſauris C.10.t.15
Tigno iniuncto N.47.t.3
Tractatorijs, & ſtatuis C.12.t.52
Tranſactionibus V.2.t.15.C.2.t.4
Tranſitu militum A.129
Tributoria actione V.14.t.4
Tritico, uino, & oleo legato Infort.33.t.6
Tutela, & rationibus diſtrahendis, & utili curationis cauſa actione Infort.27.t.3
Tutelis Inſt.1.t.13.Inf.26.t.1
Tutore, uel curatore, qui ſatis non dedit C.5.t.42
Tutoribus & curatoribus datis ab his qui ius dandi habent: & qui, & in quibus cauſis ſpecialiter dari poſſunt Infort.26.t.5
Tutoribus, uel curatoribus illuſtrium uel clariſsimarum perſonarum C.5.t.33
Tyronibus C.12.t.44

V

Vacatione, & excuſatione munerum N.50.t.5
Vacatione publici muneris C.10 tit.45
Vaſallo decrepitæ ætatis, qui feudum refutauit, ut filij inueſtirentur F.2.t.14
Vaſallo milite, qui arma bellica depoſuit F.2.t.21
Vaſallo, qui contra Conſtitutionem Lotharij, beneficium alienauit F.2.t.38
Vbi quis agere, uel conueniri debeat V.5.t.1
Vbi cōueniatur, qui certo loco dare promiſit. C.3.t.18
Vbi de criminibus agi oportet C.3.t.15
Vbi quis de curiali, uel cohortali, aliáue conditione conueniatur C.3.t.23
Vbi fideicommiſſum peti oportet C.3.t.17
Vbi cauſa fiſcalis, uel diuinæ domus, hominumq; eius agantur C.3.tit.26
Vbi de hæreditate agatur, uel ubi hæredes ſcripti in poſſeßionem mitti poſtulare debeant C.3.t.20
Vbi de poſſeßione agi oportet C.3 t.16

Vbi

Vbi pupilli educentur C.5.t.49
Vbi pupillus educari, uel morari debeat, & de alimentis ei præſtandis Infort.37.t.2
Vbi de ratiocinijs tam publicis, quàm priuatis agi oporteat C.3.t.21
Vt in rem actio exerceri debet C.3.t.19
Vbi, & apud quem cognitio in integrum reſtitutionis agenda ſit C.2.t.46
Vbi ſenatores, uel clariſsimi ciuiliter, uel criminaliter conueniantur C.3.t.24
Vbi cauſas ſtatus agi oporteat C.3.t.22
Vbi petantur tutores, uel curatores C.5 tit. 32
Vectigalibus, & commiſsis C.4.t.61
Vectigalia noua inſtitui non poſſe C.4.t.62
Venatione ferarum C.11.t.44
Vendendis rebus ciuitatis C.11.t.31
Venditione rerum Fiſcalium, cum priuatis communium C.10.t.4
Ventre in poſſeſsionem mittendo, & curatore eius Infort. 37.tit.8
Verborum ſignificatione N.50.t.16 C.6 tit.38
Verborum obligationibus Inſtit.3.t.16 N.45 tit.1
Veteranis N.49.t.18.C.12.t.47
Veteranorum, & militum ſucceſsione Inf.38 tit. 12
Vetere iure enucleando, & de autoritate Iuriſprudentium, qui in Digeſtis leguntur C.1.t.17
Veteris nomiſmatis poteſtate C.11.t.10
Vi, & ui armata N.43.t.15
Vi bonorum raptorum C.9.t.33
Vi bonorum raptorum: & de turba N.47.t.8 Inſtit.4 tit.2
Via publica, & ſi quid in ea factum eſſe dicatur: & de ea ex edicto Ædilium curulium à ſingulis reficienda N.43.t.10
Vicarijs, ſeu locum tenentibus. Item de mulieribus adulterium cõmittentibus: & alijs capitulis. A.134
Vindicta, & apud concilium manumiſsione C.7.t.1
Vnde ui C.8.t.4
Vnde cognati Inf.38.t.8
Vnde legitimi, & unde cognati. Inf.38.t.7.C.6.t.15
Vnde liberi C.6.t.14
Vnde uir & uxor Inf.38.t.11.C.6.t.18
Vſu & habitatione Inſt.2.t.5.V.7.t.8
Vſu, & uſufructu, & reditu, & habitatione, & operis per legatum uel fidei commiſſum datis Inf.28 tit. 2
Vſu Mediolanenſium ſecundum quoſdam F.1.t.28
Vſucapionibus N.41.t.3
Vſucapionibus, & longi temporis præſcriptionibus Inſt.2 tit.6
Vſucapione pro emptore, uel pro tranſactione C.7 tit. 26
Vſucapione pro hærede C.7.t.29
Vſucapione pro donato C.7.t.27
Vſucapione pro dote C.7.t.28
Vſucapione transformanda, & de ſublata differentia rerum mancipi, et nec mancipi C.7.t.31
Vſufructu Inſt.2.t.4
Vſufructu adcreſcendo V.7.t.2
Vſufructu, & quemadmodum quis utatur, fruatur. V.7 tit.1
Vſufructu, uſu, & habitatione, & miniſterio ſeruorum C.3.t.33
Vſufructu earum rerum, quæ uſu conſumuntur, uel minuuntur C.7.t.5
Vſufructuarius quemadmodum caueat V.7.t.9
Vſuris C.4.t.32
Vſuris, & fructibus, & cauſis, & omnibus acceſsionibus & mora V.22.t.1
Vſuris, uel fructibus legatorum, ſeu fideicommiſſorum C.6.t.47
Vſuris nauticis A.110
Vſuris pupillaribus C.5.t.56
Vſuris rei iudicatæ C.7.t.54
Vt actiones & ab hæredibus, & contra hæredes incipiant C.4.t.11
Vt quæ deſunt aduocatis partium, iudex ſuppleat. C.2 tit.10
Vt nemo inuitus agere, uel accuſare cogatur. C.3.t.7
Vt clerici apud proprios epiſcopos primum conueniantur, & poſt hoc apud ciuiles iudices A.83
Vt clerici ex una Eccleſia in aliam transferantur ad ſupplendum deficientium ſtatuũ numerum. A.16
Vt determinatus ſit numerus clericorum ſanctiſs. eccleſiæ, neque non cæterarũ ſanctiſs. eccleſiarum huius auguſtiſsimæ urbis A.3
Vt de cætero commutationes eccleſiaſticarum rerum, non fictè fiant ad pijſsimum Imperatorem, & hoc modo ad alias perſonas legitimas tranſeant res, ſed hæc tantummodo fiant ad imperialem domum. Et ut liceat perpetuas emphyteuſes agi ab oratorijs in oratoria, decreto uidelicet interpoſito, excepta ab hoc maiore eccleſia: ne tamen in priuatam perſonam tranſeat emphyteuſis A.55
Vt nouæ conſtitutiones poſt alios duos menſes, quàm inſinuatæ fuerint, obtineant. Item parcit his, qui ſubtilitatem conſtitutionum in teſtamentis non obſeruãt, relinquendo quadrantẽ, & hæredis nomen aut non inſcribendo, aut non nuncupando A.66
Vt creditores primum aggrediantur principales debitores: mox illis ſoluendo non exiſtentibus, ſecundo loco mandatores etiam, aut conſtitutæ pecuniæ reos, aut fideiuſſores. A.4
Vt intra certum tempus criminalis quæſtio terminetur C.9.t.44
Vt deliberandi Ius etiam ad impuberes tranſmittatur A.158
Vt dignitatum ordo ſeruetur C.12.t.8
Vt donatio propter nuptias ſpecialis contractus ſit: & de alijs capitulis A.119
Vt primæ & ſecundæ dotis exactione inſtante, nempè uiro ad ſecundas digreſſo nuptias, prior uxor, aut ex priore matrimonio ſuſcepti liberi præferantur: utq; ſi uxor, aut is qui dotem pro ea conſcripſit, in

dotem conſcripta tradere uoluerit, et maritus ea ſuſcipere differat: ſoluto matrimonio nihilominus ab eo per ipſum conſcripta exigatur donatio ante nuptias. Et ne donationem ante nuptias præſtet, qui quo minus dotem acciperet, in cauſa nõ fuit. A.91

Vt eccleſia Romana centum annorum gaudeat præſcriptione A.10

Vt nemini liceat in emptione ſpecierum ſe excuſare: & de munere Sitoniæ C.10.t.27

Vt in flumine publico nauigare liceat N.43.t.13

Vt Anthimus, Seuerus, Petrus, Zooras, & reliqui hæretici, Eccleſiaſtico gradu detrahantur A.42

Vt illuſtres in pecuniarijs omnimodo per procuratores cauſas agant: cum uerò de iniuria criminaliter agitur, duntaxat ſecundum priuilegiũ ipſis ad hoc cõcuſſum: clariſſimis aũt tam per ſe, quàm per procuratores liceat pecuniarias cauſas agere A.71

Vt imperatoris nomen in inſtrumentis, & actis publicis præponatur: & ut tempora, quæ Latinis deſignantur literis, manifeſtius ſcribantur A.47

Vt lite pendente, uel poſt prouocationem, aut definitiuam ſententiam, nulli liceat imperatori ſupplicare C.1 tit.21

Vt ea quæ uocantur Inſinuatiua, ſuper clericis in maiore quidem eccleſia dentur: in alijs autem eccleſijs penitus non dentur A.56

Vt omnes iudices, tàm ciuiles, quàm militares, poſt adminiſtrationem depoſitam, quinquaginta dies in ciuitatibus certis locis permaneant C.1.t.45

Vt nemini liceat ſine iudicis autoritate ſigna rebus imponere alienis C.2.t.16

Vt legatorum, ſeu fideicommiſſorũ ſeruandorũ cauſa caueatur Inf.36.t.3

Vt in poſſeßione legatorum, uel fideicommiſſorum ſeruandorum cauſa eſſe liceat Inf.36.t.4

Vt ex legibus, ſenatúsue conſultis bonorum poſſeßio detur Inf.38.t.14

Vt ſi plures filij non ſint quàm quatuor, legitima portio cenſeatur triens: ſi ultra quatuor, ſemis. Et ut naturales liberi, nulla exiſtente prole legitima, unà cum matre ab inteſtato ſextantem accipiant. Et ut collatio tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato competat, niſi expreßis uerbis teſtator id prohibeat. Et de diuiſione bonorum in liberos facta à parentibus: & de eo, qui proprium chirographum inficiatur: deq; alijs capitulis A.18

Vt nullam de cætero licentiã dux aliquis, aut cohibendis uiolentijs præpoſitus habeat ad utramq; Phrygiam accedendi, aut quoſdam ſibi coniunctos eo dirigendi, ut aliquos comprehendant. Sed neq; earum prouinciarum incolæ ad eos, qui tales magiſtratus in Lycaonia, et item Lydia gerũt, decurrãt, apudq; ipſos contra aliquos querelam inſtituant: cum ciuiles magiſtratus abunde ſufficiãt ad huiuſmodi emergentes caſus perſequendos A.145

Vt qui contra naturam luxuriantur, & per deum adiurant: item blaſphemias in deum ingerunt, afficiantur ſupplicio A.77

Vt omnes prouinciarum magiſtratibus obtemperent, ſiue de criminibus, ſiue de pecunijs agatur. Et ut cauſæ illic examinentur, nemine prorſus excepto per aliquod priuilegium, abſq; ſacra pragmatica forma A.68

Vt magiſtratus à depoſita adminiſtratione quinquaginta dies cõmorentur in ſuis prouincijs, ſiue militarem, ſiue ciuilem functionem geſſerint A 95

Vt qui ſe res minorum obligatas habere perhibent, aut eis obligati ſunt, penitus ad illorum gubernationem & tutelam non accedant. Et ut curatores nullo modo ceßiones ſuſcipiant aduerſus eos, quorum curam gerunt, geſſerunt ue. Et ut hæc generaliter in omni curatione ualeant, in quibus caſibus, leges curatores dari præcipiunt. Item de adminiſtratione pecuniarum illis competentium, & quando eis deponi oporteat, aut reditus ex eis comparari. A.72

Vt mulieres, quæ nuptias iterant, electionem non habeant, in quem filiorum donationem ante nuptias conferant: deq; alijs capitulis A.2

Vt nemo ad ſuum patrocinium ſuſcipiat ruſticanos, uel uicos eorum C.11.t.53

Vt in poſſeßionem legatorum, uel fideicommiſſorum ſeruandorum cauſa mittatur, & quando ſatiſdari debeat C.6.t.53

Vt ea quæ præfectis, aut largitionibus, aut rebus priuatis, aut ſacro patrimonio debentur in reliquis, in quacunque ſpecie uſque ad præteritam ſeptimam indictionem & ipſam indulgeantur A.147

Vt præſides abſq; ulla donatione pecuniæ ad officia mittantur A.8

Vt præſides, qui interpellantis allegata audire: differunt, compellantur id facere ab epiſcopis. Et ut ſi quis præſidem ſuſpectum habet, in cognitionem litis adhibeat, ſocietq; etiam ciuitatis Epiſcopum. Item, ut qui à præſide offenſionem patiũtur, & iniuriam, adeant ea de re epiſcopum. Deq; alia cautela, quæ ab epiſcopis omnino corroborari, fieriue debet à præſidibus A.86

Vt qui prouincialem hominem extra territorium ſuum in ius producit, cautionem præbeat: quòd niſi litem obtineat, præſtaturus ſit, quantũ iudex eum qui calumnia tentatus eſt, accipere ſtatuerit. Item, ut qui libellum ſuſcipit ad deliberandum, an iudicio diſceptare uelit, aut datum tolerare iudicem, uiginti dierum ſpacium habeat. Præterea, quòd qui poſt iuratoriam cautionem in Iudicio non comparet, omnẽ litis expenſam debeat actori perſoluere, & deinceps cauſam dicere datis fideiuſſorib. Inſuper, de hypothecis militiarum, quæ ex caſu uocantur, quæ perſonæ, & quando hoc ius habeant. Poſtremo & de indotatis uxoribus, ut & ipſæ quartam partem in ſubſtantia uiri habeant, & item uir in ſubſtantia uxoris, quando inops eſt, qui ſuperſtes manſit A.53

Vt res immobiles donationis ante nuptias à marito, ne conſentiente quidem uxore, uel pignori obligari, uel omnino alienari liceat: niſi poſtea æquè illi ſatisfieri poßit, atq; eadẽ & in dote obtineant. A.61

Vt reſtitutiones fideicommißi, uſq; ad unum gradum conſiſtant

conſiſtant A.159
Vt in priuatis domibus ſacra myſteria non fiant. A. 57
Vt fratrum filij ſuccedant pariter ad imitationem fratrum, aſcendentibus etiam extantibus: & ut mulieres, non inſinuata antenuptiali donatione non lædantur: non inſinuans autem uir, & ſi competat nuptiale lucrum, eo non fruatur. Et rurſus, ut mulieres non ſecundò nubentes, dominæ ſint partis ſponſalitiæ largitatis, quantum pars facit unius filij: & ut ſimiles ſint pœnæ utriuſq; ſexus, dum ſine cauſa rationabili repudium mittitur A.127
Vt nemo priuatus titulos prædijs ſuis, uel alijs imponat, uel regalia uela ſuſpendat C.2.t.15
Vt matres etiam tutelæ rationibus obnoxiæ ſint. C. 155
Vt ſine ullo impedimento matres filiorum tutelam ſuſcipiant, licet eos ſibi habeant obnoxios, aut etiam ipſæ illis obnoxiæ ſint: quamuis iuſiurandum non præſtent, quòd nuptias iteraturæ non ſint A.94
Vt cauſæ poſt pubertatem adſit tutor C.5.t.48
Vt nullus ex uicaneis, pro alienis uicaneorum debitis teneatur C.11.t.56
Vicarijs, ſeu locum tenentibus. Item, de mulieribus adulterium committentibus, & alijs capitulis. A. 134
Vt particulares uſurarum ſolutiones in duplum computentur A.121
Vſuris nauticis A.130
Vti armorum uſus, inſcio principe in interdictus ſit C.11 tit.46
Vti poßidetis N.43. C.8.t.6
Vtrubi N.43.t.30
Vulgari ſubſtitutione Inſt.2.t.15
Vulgari, & pupillari ſubſtitutione Inſort.28 tit. 6
Vxoribus militum, & eorum qui Reipublicæ cauſa abſunt C.2.t.51

TITVLI CONSTITVTIONVM EXTRAuagantium.

QVI ſint Rebelles. Eſt Henrichi ſeptimi, à Bartolo Gloßis illuſtrata. Tit.2. Collat.11
Quomodo in læſæ maieſtatis crimine procedatur. Eſt eiuſdem Imperatoris, & à Bartolo quoque expoſita tit.1. ibidem
Pace, Conſtantiæ condita: à Friderìcho primo, & filio ſuo Henricho ſexto, per Baldum nobiliter explanata. Eſt liber Singularis, quo Volumen clauditur.
Statutis, & conſuetudinibus, contra libertatem eccleſiæ editis: & immunitate locorum religioſorum ubique morantium, & Fori priuilegio, & Gazaris, & Patarenis, & alijs Hæreticis, eorumq; ſucceſſoribus, & nauigijs peregrinis, & aduenis, quocunq; locorum hoſpitantibus, eorumq; ſucceſſoribus: & de agricolarũ ſecuritatibus. Eſt Friderichi ſecundi, & appendix libri Feudorum.

Finis.

OMNIVM TITVLORVM LEGVM FINIS.

NOMENCLATVRA IVRISPERITORVM, QVI IN IVRE CIVILI ET PONTIFICIO NOMEN SVNT ADSECVTI.

ANTE Innocentium tertium, qui Decretales compoſuit, annis ferè centum, in Iure ciuili,

Irnerius, ſiue Guarnerius quidam (nobis eſt Vuernher) apparuit primus ferè qui leges aperuit, ut autor eſt Odofredus in eius commentarijs. Deinde quem

Placentinum appellant. Huius in Lexico memini, in dictionibus Azo, & Perſona.

Boſianus item, & Martinus, ambo Cremonenſes, in ea facultate ſcripſerunt (dominus Oldendorpius fatetur ſeſe Martini opiniones in diſputationibus maximarum rerum uerißimas experiri). Poſt hos

Azo Bononienſis, qui teſtimonio Baldi Peruſini, maximum legibus attulit lumen. Eius diſcipuli

Odofredus Beneuentanus, & Accurſius Florentinus. Hic iam quadragenarius, imperante Friderico ſecundo, cœpit Bononiæ huic ſcientiæ operam dare: adeoq; profecit, ut Odofredum præcellentem tunc doctorem, longè ſuperaret. Poſtremò ſe ſolitudinem recipiens, Iuris libros Gloſſematis adnotauit, quibus nunc utuntur. Poſt

Cyprianum, antiquum ſanè enarratorem, erant Bononiæ duæ tunc eius artis factiones: Qui

Bulgarium, & qui

Martinum Geſiam ſequerentur: quos omnes ipſe ſcientiæ fama ad ſuam ſcholam cõuertit. Deceßit anno uitæ ſeptuageſimo octauo, Salutis milleſimo ſeptuageſimo nono. Sepultus Bononiæ apud ædem Minorum loco celebri: relicto

Franciſco Accurſio, qui & ipſe doctor inſignis, quædam patris addidit ſcriptis.

Bartolus è Saxoferrato, Cyni auditor, deceßit anno milleſimo treceteſimo quinquageſimo quinto, ætatis uerò quinquageſimo. Hic præter omnes, Iuris ciuilis ſcientiam maximè illuſtrauit. Quod ſic dictum accipiendum exiſtimo, ut ſuperius ex Oldendorpio ſententia retulimus. Bartoliſtas nanque, quos nec ipſe nunc agnoſceret, & Zaſius noſter ueritatis cauſſa, ſua ſubinde taxat libertate, ualere ſinamus, ceu per omnia illi dißimiles. Bartolus enim, teſte Zuichemo Iureconſulto omnifariàm erudito, nec Hebraicè quidem diſcere grauatus eſt, quantò minus Græcis literis operã dare detrectaſſet, ſi præſentem earum utilitatem ſenſiſſet. Spiegel.

Bartholomæus Brixienſis, edidit præter Iuris Commentarios, etiam temporum hiſtoriam. Hos ſecutus

Bernardus Compoſtellanus, iuſſu Innocentij quarti in Deretales, quem uocant Apparatum, conſcripſit.

Henrichus, cardinalis Oſtien. adhortante Alexandro quarto, in totos Decretales. Succeſſere

Odofredus, alter à ſuperiore, q in Iure ciuili ſcripſit, et Guido, Archidiaconus Bononienſis: &

Garſias, Hiſpanus, in Decretales.

Dynus, deinde Mugellanus, poſt Accurſiũ emicuit: qui cum plures annos Bononiæ docuiſſet, uocatus à Bonifacio octauo, componendo Sexto Decretaliũ libro, præcipuam impendit operam. Deinde muneribus tantum quibuſdam donatus, Bononiã redibat, mœſtus animo, quòd ſpe honoris maximi, ac cardinalatus, qua uenerat, fruſtratũ ſe uidiſſet, in itinere ſubitum incidit morbũ, quo perijt. Poſt hunc uerò

Iacobus Neapolitanus.

Albertus, Odofredi auditor.

Richardus Malumbra, Cremonenſis, Iacobi de Arena diſcipulus (qui Cyno teſte) Iura maximè aperuit.

Lampertus de Ramponibus.

Ioannes Andreæ, patre Andrea presbytero, & matre concubina natus, apud Mugellum agri Florentini oppidum, Iuris ſciẽtia, uirtutibusq; alijs, natalium pudorem contexit. Nam domi apud patrem prima edoctus literarum rudimenta, Bononiam admodum adoleſcens uenit: ubi ob paupertatem Pædagogum geßit, Scarpectam filium Mainardi Vbaldini erudiendo. Cuius ſanè fretus ope atque amicitia, Iuri pontificio ocioſe uacauit: breuiq; effecit, ut in ea facultate facilè princeps haberetur, atq; in eodem loco propè quadragintaquinque annis profiteretur. Tanta alioqui uitæ abſtinẽtia, ut annos uiginti pelle tectus urſina, citra lecti delicias noctibus cubitaret, frequentibusq; uigilijs, ſupplicijsq; inuigilans. Iuuenis admodum, Gloſſema in Sextum Decretalium librum compoſuit: quapropter illa poſtea retractauit interpellauitq;. Deinde in Clementinas, poſtremò, in Decretales, quod opus Nouella inſcribitur: in quo ueterum ſcripta collegit, ordineq; digeßit. Addidit quoque Guilielmi Speculo, quæ ſibi ad eius operis perfectionem deeſſe uidebantur. Exceßit Bononiæ, anno milleſimo treceteſimo quadrageſimo ſeptimo. Sepultus in æde Dominici, Ludouico Bauaro imperante.

Cynus, Piſtorienſis, è familia Sinibaldorum, Dyni auditor, Ioannis Andreæ familiaris.

Oldradus, è Laudepompeia, aduocatus conſiſtorialis, Dyni etiã diſcipulus, Cõſilia ſcripſit. Hieronymus Balbus, epiſcopus Gurcenſis, in libro quẽ de coronatione ad Imp. noſtrũ Carolum V. ſcripſit: mox à relata conſtitutione Ludouici Bauari, de imperij Iuribus et excellentia: Oldradi mentionẽ fecit hiſce uerbis: Quibus igitur cruciatibus Oldradi manes torqueri credimus. qui in quodam ſuo non tam conſilio, quàm cõuitio adeò petulanter in Cæſares debacchatur, ut omnem eorum autoritatem radicitus euellere ſtudeat: quos non modo regib ſed uel plebeis magiſtratib. poſtponere audet: quo quidem nomine arguitur & imperij calumniator impudẽs, & de ſede

de ſede Apoſtolica non benemeritus. Quū enim Imperator ſit defenſor libertatis, propulſator iniuriarum, publice, priuatim, moderator, pater, cuſtos: unus Oldradus mortaliū omniū nequiſsimus eſt repertus, qui defenſorem libertatis, propulſatorē iniuriarum, moderatorem, patrem, cuſtodem proſcindere & ſugillare non eſt ueritus: qui & dum in humanis ageret, ut publicus parricida, ut maieſtatis reus culeo erat inſuendus: & nunc uita functus, perpetuò ac inextinguibili furiarū igne, proculdubio exuritur, in æternumq; exuretur. Spiegel.

Ioannes Calderinus, Bononienſis, Ioannis Andreæ diſcipulus, in Iure canonico ſcripſit & Conſilia.

Rainerius Foroliuiēſis, Bartoli magiſter, deceſsit anno milleſimo trecenteſimo quinquageſimo octauo.

Friderichus Petrucius, Senenſis.

Recuperius Miniatenſis.

Lapus Caſtilionenſis.

Franciſcus Tigrini, Piſanus, cuius uita ac mores doctrinam eius maximè ornauerunt.

Franciſc. de Albergottis, Aretinus, Bartoli familiaris.

Baldus Peruſinus, Bartoli diſcipulus, præceptor Gregorij undecimi ante pontificatū. Qui et cauſa fuit, ut ille longo poſtliminio ex Gallia ad urbē rediret. Deceſsit Ticini, ubi profitebatur, Anno milleſimo quadringenteſimo duodecimo. Cuius famam

Angelus Peruſinus, frater eius, & doctrina & ſcriptis in eadem facultate penè adæquauit.

Bartholomæus Salicetus M. C C C. X V I. ab Alberto Ferrariæ principe adcerſitus, uti nouā in ea ciuitate Scholam auſpicaretur.

Petrus Ancoranus, Bononienſis, Baldi auditor, ſcripſit in utroq; Iure, cuius maximè Conſilia laudantur.

Petrus de monte, Præſul Brixienſis, Iuris repertorium appellatum edidit.

Antonius Butrienſis, doctor Bononienſis, uir admodū bonus, in Iure item Pontificio Conſilia cōſcripſit.

Franciſcus Zabarella, patria Paduanus, ac Præſul Florentinus, in Iure item pontificio conſilia ſcripſit: in cuius funere Poggius orauit.

Raphael Fulgoſius, patria Placentinus, & alter Cumanus, in Iure ciuili clariſsimi. Hos Zaſius noſter alicubi tradidit, ſæpenumero induxiſſe ſubtilitates ſuperuacaneas.

Ioannes Imolenſis, qui Bononiæ deceſsit, ubi profitebatur, milleſimo quadringēteſimo trigeſimo ſexto.

Ludouicus Pontanus, quem Romanum nonnulli appellant, cuius in magna ſunt dignitate Cōſilia, uir ſummi laboris, & ſtudij, tum memoriæ ſingularis. Cæterum ineptus fuiſſe dicitur.

Nicolaus Catanienſis, Abbas Siculus appellatus, in Iure Pontificio complura ſcripſit. De his Æneas Sylvius cap. 11. lib. 2. Cōment. quos ego nuper apud nos (ni fallor) primus publicaui, ſic ſcribit: Ludouici Pontani, & Nicolai Siculi bella legatio, & digna tanto principe, niſi diſcordes animæ, & inuidia laborantes, neq; regi, neq; Concilio utiles extitiſſent. Fuimus & nos Baſileæ, notumq; nobis eſt, non minus occupatā fuiſſe Synodum, ad recōciliandos inter ſeſe regis legatos, quàm ut Bohemos ad eccleſiæ catholicæ conſenſum reduceret.

Paulus Caſtrenſis in Iure ciuili, diligens obſeruator Bartoli, deceſsit Paduæ, ubi profitebatur, anno M. C C C C. L X X X V I I. Huius Commentarios non eſſe negligendos, maximè candidatis Iuriſprudētiæ, cenſuit Alciatus cap. 42. lib. Pareg. 2.

Antonius Roſellus, Hetruſcus, ſcripſit in Iure ciuili: docuit Paduæ.

Benedictus Calla, Peruſinus, uir admodum facetus, docebat in patria. Scripſit in Decretales, & Cōſilia.

Andreas Barbatia, Siculus, Meſſanenſis, ex humili loco natus, celebrè nomen adeptus, memoriæ inuidæ fuiſſe perhibetur. Reliquit Conſilia, quæ putant haud tutò ſequenda eſſe. Neuizanus in ſylua quorundam, de illo iudicia profert.

Laurentius Calcaneus, Brixieñ. nonnulla etiā ſcripſit.

Alexander Imolenſis, Lucerna Iuris ciuilis appellatus: cenſentq; ab eius reſponſis, ſeu mauis Conſilijs, recedere, ferè nefas eſſe. Alciatus de eo cecinit,

Opinionum tutius Symplegadas
Superabis Alexandro duce.

Franciſcus Aretinus, ſua ætate Iuriſconſultorū princeps habitus, teſte Iaſone, in. l. ij. ff. de Iuriſd. om. Iudic. Alexandro ingenio præſtitit, ut ex eiuſdem Iaſonis colligitur uerbis, quibus in. l. ad diem, circa fin. ff. de Verb. oblig. indicat, Aretinum inhæſiſſe Textibus, Alexandrum uerò doctorum traditionibus. Rectè autem Iaſon inibi cenſuit: primum, plus ingenij: ſecundum, plus laboris oſtendere. Aretinū familiares ſibi feciſſe legales Textus, quum prius etiam liberales artes didicerit, quæ tum apud Italos aliquanto purius tradebantur, mirandum non eſt. Ego admodum adoleſcens, ſæpenumero audiui, Capnionem noſtrum, conuictores ſuos, apud Ioannem Vigiliū Iuriſconſultū Heidelbergenſem, operā Iuri dantes, admonentem: ut idem facerent quod de Aretino in memoriā poſteritatis literis traditum, adduximus. Dicebat ille, ſic dignos eos futuros, ut ſplendidos equos inſiderent: uix cæteris aſellos molendinarios adducēdos, quib. tantū ex Cōmentarijs interpretum, per omnem ætatem ſapere placuiſſet.

Bartholomæus Sozinus, Senenſis, Mariani Iuris peritiſsimi filius, clarus habetur Imperante Cæſare Maximiliano, ingentiq; ſalario Paduæ profeſſus eſt.

HOrum tantum Volaterranus meminit, præteritis aliquot etiā Italis: quod demirari licet: qui ſanè ſi non maiorem, æquam tamen nonnulli famam conſecuti eſſe uidentur. Inter quos iure locaueris Albericum roſatū, Bergomatem, qui floruit ſub Cæſare Ludouico quarto, qui uulgò Bauarus appellatur.

¶ Proinde, ex Tritenhemio noſtro, Neuizano, & alijs à Volaterrano prætermiſſorum, aliquot nomina doctorum adſcribam: & ſimul, qui poſt illum ſtudium noſtrum exornarūt: non quidem Volaterrani ordinem, quo ille tempus obſeruauit, ſed ſeriem literarū ſecutus, ſolaq; ferè nomenclatura contentus ero.

A

¶ Æmilius Perrotus, Pariſienſis, Iuris doctor & Ad-

uocatus in Senatu Pariſienſi, ſcripſit Repetitionem in.l. Gallus, in. §. Quid ſi tantũ. de lib. et poſthum.

Albertus Brunus, Aſtenſis.

Albertus de Ferrarijs, Placentinus.

Albertus Gandinus, Cremonenſis.

Alexander ab Alexandris, Neapolitanus.

Amadæus Iuſtinus à Caſtello.

Ambroſius de Vigniate, Taurinenſis.

Andreas Eſernitanis, nobilis Interpres Vſum Feudalium, interfectus ab eo, cõtra quẽ ſententiã tulerat.

Andreas Piſanus.

Angelus de Gambellionibus, Aretinus.

Angelus de Periglis, Peruſinus.

Antonius de Canario.

Antonius Corſetus.

Argentinus Foroliuienſis.

Arnoldus Ferranus, Brundigalenſis.

Aymarus Riuallius, Allobrox, doctor, regens Tholoſanus, Iuris Pontificij peritiſſimus habetur: cuius memoriam excellentem, & penè incredibilem, ſemper mirati ſunt, qui propius hominem nouerũt. Reliquit Commentaria in Concordata regis Franciſci & Leonis X. quæ ſæpè citantur à Petro Rebuffo, & ab alijs in illo argumento.

B

¶ Baldus Nouellus, à Bartolinis Peruſinus.

Baptiſta à ſancto Blaſio, Patauinus.

Bartholomæus Capranus.

Bartholomæus Chaſſanæus, ſcripſit Commentarios in Conſuetudines ducatus Burgundiæ, rel quitq; librum inſcriptum (ni fallor) Gloria mundi.

Bartholomæus Cepolla Veronenſis tradit Cautelas ad differendum iudicium: quem, teſte Oldend. reliqui ferè omnes ſecuti, artem docent iniquitatis, ſub prætextu proceſſus iudiciarij. Vt ueriſſimum ſit Pauli dictum: Plerunq; ſub autoritate iuris ſcientiæ pernicioſe erratur. in.l. ſi ſeruũ. §. Sequitur. de Verb. (obligat.

Bartolus de Hugutio, Gallus.

Benedictus Plumbinus.

Bernardus Landrianus, Mediolanenſis.

Bernardus Lauretus, Tholoſanus.

Bernardus Parmenſis.

Bertrandus Hiſpanus.

Bonaguidus Aretinus.

Bonifacius à Vitalinis, Mantuanus.

Bonifacius Amorbacchius, Baſilienſis, in patria leges profitetur, nullis non bonis literis inſtructus, pariq; doctrinæ ſapientia.

Bonicontus Andreæ, Bononienſis.

C

¶ Caluanus, doctor antiquiſſimus.

Cataldinus de Boncompagnis, à Viſo.

Chriſtophorus Hegendorphinus, Germanus, ijs Artibus (ut ex eius Lucubrationibus apparet) quæ ad maiores facultates adſpirantem, non tantũ ornant, ſed & ei maximè neceſſariæ ſunt, probè imbutus eſt. Deinde ita in Iuris ciuilis diſciplina proficit, ut poſt iuſtos in ea labores inſumptos, laurea doctoratus in utroq; Iure decoraretur. Audio illum Ius ciuile profiteri in præclara Francofortenſium cis Oderam Academia, magno auditorum plauſu. Certè pridem ex ijs, quæ mihi uidere contigit, ſatis conſtat, illum unà cum domino Ioanni Oldendorpio, et Ioanni Sichardo, eorũ quos noſtra ætate arcem tenere exiſtimant, gloriam & nomen non tam æquaturos tantũ, ſed ſuperaturos etiam, ſi perrexerint, ut feliciter cœperunt, uſq; in finem, Zaſiano exemplo, profeſſorio munere fungi. Quin uel hoc nomine iam eos præcedunt, quòd à recepto docendi more penitus recedentes, ſoli diſcipulorum profectui (qui uerè profeſſorum ſcopus eſt) obnixè ſtudent: tametſi impudenter quidã uociferantur, ipſos non rerum Interpretes eſſe, ſed uerborum tantum ipſarum legum, ſi illi utriuſq; linguæ periti ſunt, id non ueritatis, ſed uel inuidiæ, uel congerendæ magnis pecuniæ cauſa facere uidentur. Nam qui neglectis textibus, ex Commentarijs tantum ſapiunt, cæcorum, ut aiũt, duces ſunt cæci. Quanquã nec illi, quoties res poſtulat, Interpretes ſua laude defraudant.

Chriſtophorus Porcus.

Cl. Cantiuncula, Metenſis, ornamentum regij Senatus, in aula Cæſ. Ferdinandi, excellentibus ſcriptis ſuis in memoria poſteritatis uiuet.

Claudius Seyſellus.

Conradus Peutingerus, Auguſtanus, Reſponſa, ſiue Conſilia ſanè multa ſcripſit, quæ et luce digna ſunt.

D

¶ Dominicus de Sancto Geminiano.

E

¶ Egidius Bononienſis.

F

¶ Fabianus de monte ſancti Sauini.

Felinus Sandæus, Ferrarienſis.

Felix Malleolus, Germanus.

Florentius à Venningen, eques Germanus, me admodum adoleſcente, Leges Heidelbergæ profitebatur magna cum laude. Pòſt factus principalis aulæ cancellarius, eum Magiſtratum donec uixit, incolumi fama geſſit. Mira, & naturalis facundia uiguit in eo, nec eruditio illaudata. Reſponſa quæ ſcripſit magnis de rebus, & arduis, ualde commendantur ab ijs, quibus illa uidere contigit.

Florianus à ſancto Petro, Bononienſis.

Franciſcus Brunus, Sanctoſeuerinas.

Franciſcus Curtius, Papienſis.

Franciſcus Lucanus, Parmenſis.

Franciſcus Porcellinus.

Franciſcus Vercellenſis.

Friderichus à Scalis, Bononienſis.

Friderichus Nauſea, Blancicampianus.

Frideric. Schenck ex liberis Baronibus à Tautenberg.

G

¶ Georgius Amelius Morauus, honeſto loco natus, à primis rudimentis feliciter imbibitis, mox ſe libera libus

libus diſciplinis tradidit,quibus & ſe excoluit. Deinde poſt iuſtos labores in Iure Ciuili & Pontificio inſumptos,inſignia Doctoratus in utroq; Iure adbuc Iuuenis recepit. Amici,quòd eum ingenio, facundia,Iuriſperitia,iuncta dexteritate cæteros antecellere uidiſſent, Adſeſſorem Imperialis Conſiſtorij (Camerā uulgus appellat) qui honor imprimis celebris habetur,legi curarant. At ipſe neglectis Iudicis partibus, maluit docendi munus ſubire, quo fungitur hodie maxima laude in clariſsima Friburgenſium Briſigauorū academia,Pontificiarū Conſtitutionum Ordinarius elucidator. Reſponſa illius ualdè probari audio,& ſimul ipſum per ociū quædam lucubrare:nec dubito, quin illis olim editis, ſe poſteritati commendabit.

Georgius à Gemmingen,Præpoſitus Spirenſis.

Georgius Simlerus,Germanus,inſigni laude Leges ſub Cæſare Ferdinando, apud Tubingā profitebatur.

Gofredus Beneuentanus.

Gometius Hiſpanus,Iaſonis Mayni diſcipulus,in Tit. de Action.ſcripſit diligenter, ubi ſæpè refellit ea, quæ à Iaſone haud rectè tradita ſunt.

Gratianus Aretinus.

Guido Papæ, Delphinas.

Guido de Suſania,Mantuanus.

Guilhelmus Benedicti, quondā Caturcenſis Doctor, qui propter promptiſsimā.ll. ſupellectilē,à Regib. Galliarū ornatus eſt dignitate Senatoria in Burdegallenſi Senatu:poſtea Senator Tholoſanus:in qua ciuitate uitā clauſit. Reliquit is poſteris Repetitionem ab omnibus Iuriſperitis probatam,ad.c. Raynutius.de Teſtam.in Antiq.

Guilhelmus Bontus, Louanienſis.

Guilhelmus de Cugno, Tholoſanus inſignis Doctor, cuius pauca monimenta nunc extant in Iure,bellicarum calamitatum iniuria: ea tamen quæ extant, uiri docti amplectuntur.

Guilhelmus Durandus,Henrici Oſtienſis auditor,quē Speculatorē nūcupāt,claruit ſub Rudolpho Imp.

Guilhelmus de Monteferrato,Catolanus.

Guilhelmus de Montelauduno, ſuo tēpore apud Pictones uiguit,& ſuis elegantiſs. Cōmentarijs illuſtrauit Sextū lib.Decretal.ad cuius expoſitionē uidendus erit Aureolus,peritiſſimus Iuris Canonici Doctor,qui reliquit elaboratas additiones ad eundem. Is Aureolus fuit Doctor regens in Academia Tholoſana in Iure Canonico,habeturq; in illis regionibus omniū doctiſsimus.Is abdicauit ſeſe ſpontè profeſſorio interpretandi munere, cuius monimenta à Legis Pontificiæ candidatis,quæ nondum in lucem uenere, deſyderantur.

Guilhelmus Realis Lunera.

H

¶ Henricus Boicus,Brito.

Hermannus de Bare,Teuthonicus.

Hieronymus de Luca.

Hippolitus de Marſilijs.

I

¶ Iacobinus à S.Georgio.

Iacobus ab Archizono,Veronenſis,cōmentator Feud.

Iacobus ab Arena,excellentiſsim. Iuris Profeſſor apud Tholoſates,cuius opiniones & ſententiæ præclaræ Iuris autoritate nitentes, citantur à Bartolo legalis facultatis principe, de quo eundē uide in.l. unica.C. de Sentent.de eo quod inter. profer.

Iacobus de Beluiſio.

Iacobus Butrigarius,Bononienſis.

Iacobus Curtius,Brugenſis,Iuriſconſul. celebris:cuius iudiciū de Iure Ciuili per genera ſua diſponendo, ut certa illius aliquando tradendi ratio cōſtet, qui nō recipit,Theologaſtris eſt ſimilimus: qui diuinē Eraſmū ad rectiora uocantem,odio ſunt perſecuti. Lege ipſius Curtij elegantiſſimā epiſtolam,quā præmiſit Imperialiū Inſtitutionū libris, olim à Theophilo Anteceſſore diffuſe tranſlatis, & à ſe nuper è Græco in Latinum feliciter conuerſis.

Iacobus Iſolanus.

Iacobus Patauinus Aluarotus, qui inter Feudorum Commentatores nomen accepit præcipuum.

Iaſon Maynus,Mediolanenſis, qui in ſecundis nuptijs Cæſ. Maximiliani, ingenti aulæ applauſu orauit, ſi Alciato credimus.

Ordinis Iaſon,atque lucis nomine,
Videndus eſt properantibus.

Innocentius quartus,cuius Cōmentarij pro Lege habendi nō ſunt:cum nō eo animo ipſe ſcripſerit, ſed ut Interpretis ſolum officio fungeretur.

Ioannes Alexander Braſſicanus,Sueuus,qui apud clariſs. Viennā Auſtriæ Iurecōſultos purius enarrat.

Ioannes Ananius, qui & Archidiaconus, Bononien.

Ioannes Aquila Rotuilenſis, præceptor noſter, Syntagma ſcripſit de Ludo, non contemnendum.

Ioannes Baptiſta Caccialupus, Sanctoſeuerinas.

Ioannes Baptiſta, Peruſinus.

Ioannes Bertachinus à Firmo.

Ioannes Brunellus, Aurelianenſis.

Ioannes Campegius,Bononienſis.

Ioannes Cirierus, Pariſienſis.

Ioannes Fabri,omnium nationum teſtimonijs, habetur in utroq; Iure doctiſſimus,quem Angolimenſis dioceſis fuiſſe pleriq; aſſerunt. Is breues Cōmentarios,ſed magna eruditione refertos,reliquit in Cod. Iuſtiniani. uulgò appellantur,Breuiarium Io. Fab. Cui affixum nuper legimus Epiſtolā cuiuſdā Quadrigarij, qui ampliſſimè laudē Fabri dixit. Sed & Iaſon ipſum ſæpè appellat,perſpicaciſſimi ingenij Doctorem. Quamuis ſuperiori ætate Itali raro fauerint clariſſimis Germanorū & Gallorum ingenijs,& ipſi benè laudes ſuas audiant, ut ait Interpres in.l.ſi in aliquā ciuitatē.ff. de Offic. Proconſ. ubi dicit, Bononienſes maxima affici lætitia, dum quis illorum laudes celebrat.

Ioannes Feraldus,Cenomanus.

Ioannes Ferrarius Montanus,Teuthonicus.

Ioannes Franciſcus Balbus ab Auillana.

Ioannes Franciſcus, Pauinus.

Ioannes Franciſcus Ponzinibus, Placentinus.

Ioannes Garonius, Auenionenſis.

Ioannes Graſſus, Taurinenſis.

Ioannes Hugo, Seleſtadienſis.
Ioannes Iacobus à Canibus, Patauinus.
Ioannes Lignanus, Mediolanenſis.
Ioannes à Lopis.
Ioãnes Ludouicus Braßicanus. Huius uiri doctiſs. Cõment. in. ll. Ciceron. in tit. de Re militar. ac Inſtit. auidè expectamus. Apud Italos in precio habetur.
Ioannes Lupus Hiſpanus, Segobienſis.
Ioannes Monachus, Ciſtercienſis.
Ioannes Montagnæus, Gallus.
Ioannes Nauclerus, Germanus.
Ioannes Neuiſanus, Aſtenſis.
Ioannes Oldendorpius, apud ſuos, parentibus haud obſcuris natus, ſingularem illam noſtræ Germaniæ, perpetuoq; uirentem gemmã, Albertũ Crantiũ (cuius Metropolim uſq; hodie deſyderamus) auunculum refert. Ædis autẽ primariæ Canonicũ agere, apud nos ingenuæ originis ferè ſignũ eſt: utriuſque cum Linguæ, tum Iuris peritia maximè inſignis habetur. Siquidem dono Dei meliores præceptores adeptus, ſe illarũ artiũ cognitione excoluit, ſine quibus perfectus Iureconſul. nec formari, nec dici poteſt. Vnde nemini mirũ uideri debet, quòd & rectè docendo, & purè ſcribendo ſuperiores Cõmentatores uicerit, nec interim à uere pietatis ſtudio factus eſt alienus, in eo noſtrate uerbũ uetus, Ein Iuriſt, boſer Chriſt, locũ non habeat. Pietatẽ enim per omnem occaſionẽ Iuri Ciuili tractando, minimè abſurde cõiungit. O fortunatos auditores, quibus datum eſt ſub talibus olim præceptoribus in Reipub. utilitatẽ citra pietatis præiudiciũ inſtitui. Gratior certè, quæ ſuperueniet poſteritas, & illis, & uobis album calculũ adijciet, modò uos eum nõ reducatis. Fugite igitur eos, qui oſtentationẽ, quàm utilitatem magis cõſyderant, & quorũ ſtudiũ nõ aliud, quàm elenchos eſſe cõſtat. Hos Zaſius meritò reprehendit, ut illos ueneratur & adorat, qui Iuris ſcripti ueritate nituntur.
Ioannes Petrucius, Peruſinus.
Ioannes Petrus à Ferrarijs, Pariſienſis.
Ioannes à Platea.
Ioannes Pyrrhus Anglobermæus, Aurelienſis. Perijt ille uitiatis hauſtu pulueris præcordijs, quo tempore arx Mediolanenſis de cœlo tacta, oppreßis centum & uiginti cuſtodibus. Autor Alciatus, qui eius mortem lamentatus eſt cap. 7. lib. Parerg. 2.
Ioannes Quintus Heduus, Ius Canonicum docet Pariſiis cum laude.
Ioannes Regnaudus, Auenionenſis.
Ioannes Randæcus, Gallus.
Ioannes Reuchlinus, qui & Capnion, natione Sueuus.
Ioãnes Selua, Lemouicus, Senator Pariſien. frater integerrimi uiri primi Præſidis Pariſien. qui fuit antea primus præſes Burdegall. Senator, Aduocatusq; celebris in Senatu Tholoſano, & poſtea primus Præſes Rothomagen. Senat. Deinde primus Præſes Mediolan. Senatus: qui capto Rege, maxima documenta ſui præclari ingenij, eximiæq; uirtutis præbuit, dum eſſet legatus ad fœdus percutiendũ cum Carolo Cæſare: in cuius Comitatu erat Regia ſoror uidua Aenconiorũ Ducis, nunc Regina Nauarræ dicta: in quo & aderat Franciſcus à Turnone, Cardinalis: de quo magnam conceperunt opinionem omnes Galli, quòd maxima æquitate, & maximo fauore totius Galliæ Lugduneñ. & Allobrogum ſibi amicitiã conciliauit, dum is elapſis bellorũ tumultibus, Regias uices in his regionibus gereret. De totius domus à Turnone laudibus, & præclaris maiorum imaginibus, legito Pelizonem Grammaticũ & nõ infelicem Oratorem, in Panegyrico dicato dicto Cardinali Franciſco. Is Præſes à Selua cũ maximo theatro, & clarißimo Senatorũ concurſu, ac celebri applauſu, repetijt. L. fratris. C. de Iur. de liber. in Tholoſano emporio Legũ fonte uberrimo.
Ioannes Sichardus, Latinè, Græceq; doctus, in famigerato Tubingenſi Gymnaſio profeſſorio munere pluribus iam annis nomen ſuum celebre fecit, cuius in Lexico haud abs re meminimus. Lege dictionẽ, (Eccleſia.
Ioannes Teuthonicus.
Ioannes Thierius, Lingonenſis.
Ioannes Tirquellus de Fontanaio, repetiuit. L. ſi unquam. C. de Reuoc. donat. ſcripſitq; librum de Legibus Connubialibus.
Iodocus Loueringus, Tholoſan. Cæſar. noſtri Præſes Mechliniæ, qui non fuit Iuris profeſſor (Ferrono teſte) unus è multis, ſed potius inter multos propè ſingularis, iniquior manſuetiorib. literis, quarũ ſtudium publicã perniciem uocabat. Legũ in promptu magnam multitudinẽ tenebat, totidẽ quibus conſcriptæ ſunt uerbis referebat, copioſißime docebat, apertißimè exponebat, acerrimè refellebat, pertinaciterq; diſputabat.
Iuuenalis, ex nobilißima familia Vrſinorũ Pariſienſiũ, fertur Tractatus nõnullos ſcripſiſſe, qui Iuriſperitis placeant, mihi hactenus inuiſos.

L

¶ Lancelotus Decius.
Lancelotus Politus, Italus doctiſs. qui Iaſonis Mayni tempore in Italia floruit, magnũ edens ingenij ſui ſpecimen in pleriſq; Italiæ Academijs, ob mille circiter axiomata magnæ cũ eruditionis ſuæ ſignificatione defenſa: quod latè ipſe explicat in libro à ſe edito, qui inſcribitur, Tractatus Subſtitutionũ. Reprehenditur tamen tribus in locis à Ioanne à Boſſone, eximio Iurium profeſſore, uiro, ut apparet, ingenij acutißimi.
Lanfrancus, Brixienſis.
Lanfrancus, Lucenſis.
Laurentius à Pinu.
Laurentius à Rudolphis, Florentinus.
Laurus à Palatijs rubeis, Fanenſis.
Lazarus Bayfius, Iuriſconſultorũ nobilißimus, natalibus ortus clarißimis apud Andegauos, magna cum laude dicitur quadrienniũ apud Venetos munus Legationis obiuiſſe pro Galliarum Rege Franciſco: qui eius uirtutes eximias, uariasq; ingenij dotes ſuſpiciens, ipſum ſenatoria dignitate ornauit in Pariſienſi Senatu: hodie Magiſter Libellorũ, in Regia domo, quem Iureconſulti Magiſtratũ proximũ Sacris appellant. De quo meminit Pyrrhus Anglebermeus,

meus, in Additionibus ad Petrũ Rebuffum, in tres lib. Cod. Alij putant eos, qui hoc munere funguntur, Referendarios dici debere. Bayſij nomen, illuſtres à ſe editæ lucubrationes, uaria eruditione refertæ, cõmendant: tametſi is ore Eraſmi noſtri, in Ciceroniano maximè celebratus eſt, quem etiã acerrimum bonarũ literarum uindicẽ appellauit Ferrarius noſter Montanus, in Comment. tit. de Action. in uerbo, purpurã. Audio Carolum Stephanũ, Roberti Stephani typographi Pariſienſis celeberrimi fratrem, libros Dn. Bayſij in Epitomen redegiſſe.

Longouallius Picardus, Auditor in Senatu Pariſienſi, repetiuit. L. imperium. ff. de Iuriſdict. om. Iud.

Lucas à Penna, Gallus.

Ludouicus Bologninus, Bononienſis.

Ludouicus Montalcus, Siracuſanus.

Ludouicus Sardus, Ferrarienſis.

Ludouicus à Schora, Louanienſis.

Lupoldus Bebenburgius, cuius lib. alterum de Veterũ Germanorũ zelo, & feruore in Chriſtianã religionem: alterũ de Iurib. Imperij, auunculus meus publicauit.

M

¶ Marcus Antonius Bauerius, Bononienſis.

Marinus Brixienſis.

Marſilius à Mantigelis, Bononienſis.

Martagnus ab Aroguidis, Bononienſis.

Martinus à Caramanico.

Martinus, Fanenſis.

Martinus, Laudenſis.

Martinus, Senenſis.

Matthæus ab Afflictis, omnium Iuriſperitorũ calculis probatiſſimus, doctũ legendũ reliquit uolumen Cõſtitutionum Neapolitanarũ, ex quo multa piſcatus eſt Ioſſaneus Gallus, qui ſcripſit Cõmentarios Conſuetudinum Ducatus Burgundiæ: taxatur à multis ob id quòd non citarit autorem ex ſententia Iuriſconſulti, in. l. hæreditatũ. §. fin. ad L. Fal. ubi text. probat, occultatorẽ alienæ laudis, eſſe ſimilem furi.

Matthæus Matheſyllanus, Bononienſis.

Matthæus Pachus, nuper Iuris Canonici Interpres, apud Tholoſanos maximã fertur ſibi peperiſſe laudem, ob eximiã interpretandi felicitatẽ, quã ei omnes uno ore tribuebant. Nunc audio eum Locumtenentem eſſe in Ducatu Aleneoniorum apud Gallos. Scripſit de Mandatis Apoſtolicis.

Matthæus Romanus.

Michael Nigonius Garatarus, ex Comitatu Marchionum diœceſis Lemouicenſis, Iuris utriuſq; doctor, quàm diligentẽ nauauerit operã Iuri Ciuili, & Põtificia Tholoſæ, tùm apud Pictones, Germanis noſtris nuper in Conuentu Hagnoiano, Comitatũ Oratoris Gallorũ Regis, D. Lazari Bayſij, uiri multis nominibus illuſtris, exornans declarauit ipſe admiranda memoriæ felicitate: cuius beneficio herbã quoq; ei in Tholoſana Academia porrectã accepimus, & pòſt in Pariſiorũ Lutetia publicè reſpondiſſe de Iure, præſente Budæo, Galliarum lumine.

Michelotus, quidã Aduocatus nunc in Pariſien. Senatu, fertur utiliter ſcripſiſſe ſuper materiã Iuriſdict.

N

Nellus à ſancto Geminiano.

Nepos à monte Albano.

Nicaſius à Voerda, Mechlinienſis, Germanus, triennis oculis captus, ceu alter Didymus Alexãdrinus grande miraculum inclaruit. Imp. Friderichi tertij principatũ illuſtrauit. Vide Tritemiũ Spanhemenſ.

Nicolaus Boerius à Montepeſſulano, quæ ciuitas eſt celeberrima in Narbonenſi Gallia, à ueterib. nuncupata Agathopolis, teſte Ioanne Pino, ſtudioſiſſimo eloquentiæ. Boerius omnẽ conſumpſit ætatẽ in Iuriſconſultorum uoluminibus ediſcendis, & in ipſa Interpretũ Iuris farragine. Is tempore Ludouic. 12 Gallorum Regis, creatus eſt Conſiliarius in magno Conſilio Regis, propter illius excellentẽ & raram Iur. Ciuilis peritiam, quã omnes in eo etiamnũ oſculantur: tandẽ ornatus eſt dignitate Secundi Præſidis in Senatu Burdegall. qui uir optimus, idemq; integerrimus, magno cum luctu, proximo ab hinc anno mortuus eſt. In cuius locum ſubſtitutus eſt Senator Pariſien. cuius dignitate ornatur nepos Cancellarij Galliarum Pogetij.

Nicolaus Cremonenſis.

Nicolaus Furioſus, Gloſſator Placitorum Feudalium.

Nicolaus à Leſcut, haud obſcuris parentibus natus, ſe libero homine dignis tum artibus, tum moribus excoluit. Apud Principem ſuum magna cum laude in ijs negocijs hodie uerſatur, quæ illi domi, forisq; nominis famã extendunt, propter prudentiã, & in rebus agendis dexteritatẽ. Scripſit Tractatũ de Teſtium Examinatione, ad practicã forenſem utilem. Pridem omnium Actionum naturam, adhuc Iuuenis in Tabulas contraxit, non quidem ut ederentur (quod factum poſtea comperimus) ſed quas ſuæ tantum memoriæ parauerat cauſa.

Nicolaus à Neapoli, quem maximum fuiſſe Textualem, omnes uno ore dicunt.

Nicolaus Plonius, Poſnonienſis.

Nicolaus Superantius, Patricius Venetus.

Nicolaus ab Vbaldis, Peruſinus.

O

¶ Onofrius Bartholomæus, Peruſinus.

P

¶ Paris à Puteo, Neapolitanus.

Paulus Citadinus, Mediolanenſis, qui ad Cæſ. Maxim. ſcripſit, de Iure patronatus, inſignem Tractatum.

Paulus à Leazaris.

Petrus Andreas Gambarus, Bononienſis.

Petrus Antibolus, Allobrox.

Petrus de Bella Pertica, Burgundio, claruit ſub Cæſare Alberto, filio Rudolfi Habſpurgij Imperatoris.

Petrus à Biario, Nauarrenſis.

Petrus Carpentoractenſis, celebris habetur Iuriſperitus, reliquit doctiſſimũ uolumen Conſiliorum, quæ audio à Tholoſanis ſæpiſſimè citari, & probari.

Petrus Gratianus, Anconitanus.

Petrus Iacobus, à Montepeſſulano.

Petrus Le-

Petrus Lenaderius, Cadomienſis.
Petrus à Monte, Venetus.
Petrus Manducator.
Petrus Maurocenus, Venetus.
Petrus Rebuffus, Montepeſſulanus, laboribus penè Herculeis interpretatus eſt Iura Ciuilia in maximis Galliæ ciuitatibus. Legit enim Tholoſæ, tum apud Pictones, & in ciuitate Biturigarum, eo tempore quo Andreas tanto cum nomine Ius quoq; Ciuile profitebatur: cui aderat ampliſsimum Germanorum, Italorum, Anglorum, & exterarum nationum theatrum. Audio, Rebuffum uirum integritate præcellentem, magnaq; laude nunc apud Lutetiam Pariſiorum Ius pontificiū nullo labori parcendo, tradere ſtudioſæ iuuentuti, nec infeliciter aliquando dediſſe operam eloquentiæ ſtudijs.
Petrus à Saxonia.
Petrus Schottus, Argentoratenſis, cuius mortem admodum immaturam, auunculus meus ægerrimè tulit. Deceſsit anno ætatis ſuæ trigeſimo primo. Ex Reſponſis quæ ferè Iuuenis dedit, quantus futurus erat, ſatis æſtimare licet.
Petrus Stella, Aurelianenſis, Iuris utriuſque Doctor, Senator poſtea Pariſienſis, mortuus eſt præſes Inqueſtarum.
Petrus Vbaldus, Peruſinus.
Philippus Caſſola, Regienſis.
Philippus Cornæus.
Philippus Decius, Mediolanenſis, multos annos in Ticinenſi Academia legit Iura Ciuilia cum tanto honore, tum etiam honeſtiſsimo ſtipendio conductus à Gallis: munus profitendi obijt Valentiæ, ciuitate percelebri apud Gallos Delphinates, ubi aderat magnus Gallorum & Italorum concurſus. Vidit diſcipulos doctiſsimos, inter quos habuit præcipuos Ioannem à Selua Lemouicum, Chriſtophorum Longolium Mechlinienſem illum Ciceronianum, quem laureola Doctoratus inſigniuit: quo in loco Longolius inſigniter eloquentiæ neruos intendit in laudem Iuris Ciuilis. Porrò Decium, uiui, qui acerrimo præditi ſunt iudicio, teſtantur eſſe eruditionis maioris ipſo Iaſone, quod facilè docent illius monumenta.
Philippus Francus, Peruſinus.
Proſdoctinus, Patauinus.

R

¶ Riuallius Allobrox, multos annos in Gymnaſijs Galliæ, Italiæq;, habitus eſt ſemper celebratiſsimus, qui cum uideret ſe aliquem ſtudiorum ſuorum fructum facere poſſe, Gratianopolim conceſsit, totius Galliæ Delphinatus caput, in qua reſidet Senatus (ut accepi) æquitate, eruditioneq; excellenti nitens. Primum multos annos magna celebritate Laurētij Alamandi, Antiſtitis Gratianopolitani Officialis fuit, cuius ille uirtutē, Antoniusq; Pratianus, tunc Galliarū Cancellarius, cognoſcentes, feliciſsimo (ut aiunt) ingeniorum æſtimatori, regi Franciſco cōmendarūt: quibus audiens Rex, illū in ſenatu Gratianopolitano Conſiliariū elegit, maxima cum Reipub. utilitate. Expectatur ab eo Galliæ Allobrogū hiſtoria. Retulit enim mihi Nigonius Iuris Doctor inſignis, Riuallium eſſe adeò literarum amore ardentem, ut omnia illis libens poſtponat.
Rochus à Curte, Papienſis.
Rogerius.
Rolandinus Paſſagerius, Bononienſis.
Ruſeus Pariſienſis, Regius Cancellarius, olim illuſtris profeſſor Aurelianenſis, ſcripſit eruditè in Titul. Quæ ſint Regalia, in Vſibus Feudorum.

S

¶ Sebaſtianus Brantus, Argentoratenſis, quædam elegantia reliquit opuſcula, quibus memoriam ſui, poſteris cōmendauit. Quàm uerò noſtro uernaculo ſermone emicuerit, quod nunc extat, opus eius ſanè egregiū demonſtrat, cui nomen eſt Nauis ſtultifera.
Sebaſtianus Derrerus, Germanus, Legum profeſſor ordinarius in celeberrimo illuſtriſs. Archiducum Auſtriæ gymnaſio apud Friburgum Briſigauorum, ius Ciuile per Axiomata in artem contrahere exorſus eſt: nec infeliciter, ut operis, cui Iuriſprudentiæ titulum fecit, primus liber apertè demonſtrat. Vide in illum præfationem eruditam Petri Petremandi Veſuntinenſis, uiri & docti, & eruditi, de ſtudioq; noſtro per methodum tradendo rectè ſentientis aduerſus patronos infelicium Commentorum.
Signorellus de Homodeis, Mediolanenſis.
Simon Burrianus.
Stephanus Aufrerus, Tholoſanus.
Stephanus Coſta, Papienſis.
Stephanus Phedericus, Brixienſis.

T

¶ Tancredus Cornetanus.
Thomas Doxus, Senenſis, clarus Iuris Interpres.
Troilus Maluetius, Bononienſis.
Tyndarus.

V

¶ Vbertus de Bonacurte.
Vbertus Bobianus.
Vdalricus Tēglerus, Sueuus, inſignis operis, quod Speculum populare inſcripſit, autor: apud Superioris Boioariæ Principem magno in honore fuit.
Vdalricus Zaſius, patria Cōſtantienſis, Germanus, præceptor meus, qui ut ſua tēpora illuſtrauit, ita in poſteritatis memoria uiuet: uel ob id maximè, quòd primus ipſe apud nos docendo enixè cōtendit, ſuū nitorem adſerere priſcis Iureconſ. reuocans Iuuentutem ſacris Legibus dicatam, ad Textus: monſtrauitq; ſedulò, quibus modis ſibi uerā eorundē intelligentiam parare poſsit. Admodū ætate prouectus, quod illi cū Baldo cōmune, cœpit operam dare Iuri ciuili: ſed eo felicius quo Baldo, inſtructior bonis literis, ad auditoriū Iuris cōtulit. Deceſsit ſeptuagenario maior. Multa ſcripſit, è quibus excuſſa in manibus ſtudioſorū Iuriſprudentiæ uerſantur: nempe,

In primam Digeſtorum partem Paratitla, ſiue Titulariæ Annotationes.

In Le-

In legem ſecundam.ff.de Orig.Iuris,ſcholia.

Commentarij in aliquot Pandectarum Titulos,ipſe uulgato nomine Lecturas inſcripſit, in quibus ualdè probantur in Tit.Si certũ petatur:Item, de re Iudicata, ut & in Tit.de Verborum obligation.& de Exceptionibus,& qui ſequuntur.

Enarrationes in Tit.Inſtit.de Action.

Conſilia.

Intellectus ſingulares.

Reſponſa ſingularia.

Defenſio contra Petrum Stellam, Aurelianenſem.

Quæſtiones tres de Iudæis.

Apologia aduerſus Eckium.

Epitome in Vſus Feudorum.

Orationes.

Epiſtolæ,quæ iuſtum uolumen requirerent: ſi prodirent,quàm ſanctæ, piæq; hominis cogitationes innoteſcerent. Reliqua quæ partim in aliquot Cod. tit. partim ſingulariter Iuriſperitiæ dicauit, expectantur. Sanè multis profuit ſua prudentia, atq; eximia doctrina,à Fr. Florido ſuggillata, in quem nomine ipſius Zaſij,Budæi, Alciati,& cæterorum, titulo In Ranciſcum Olidum, accepimus Apologeticum,quod ſic habet:

Audent flagriferi matulæ, ſtupidiq; magiſtri
Bilem in nos olidi pectoris euomere.
Reddemúsne uicem opprobrijs? Sed nónne cicadam
Ala una obſtreperam corripere iſtud erit?
Quid prodeſt muſcas operoſis pellere flagris,
Negligere eſt ſatius,quod nequeas regere.

Vgolinus à Fontana, Parmenſis.

Viglius Zuichemus, Iuriſconſultus eloquentiſsimus, nec ulli,qui hodie profitentur, poſtponendus. Deprehendere licet iam in eo certas dotes, quibus Alciatis, Zaſijs, Salomonijs (cur enim non fatear quod uerum eſt?) æquari poteſt:ſuperaturus etiam eos,ubi Deus ei annos extenderit,& ipſe qua cœpit,uia perrexerit.

Vitalis Nemauſenſis.

CHRISTOPHORI HE-
HEGENDORPHINI CLARISSIMI
IVRISCONSVLTI EPITOME TYROCINII IVRIS ciuilis, ad Ioannem iuniorem Eberhauſen,Præfatio.

IAm decem anni ſunt & amplius eò,mi Ioannes,quod, rogatu dicam an flagitatione optimi & humaniſsimi uiri Mauricij Brenuleri Iuris utriuſq; Licentiati,rationem quandam diſcendi Iura ciuilia conſcripſi,& illius auſpicio in lucem edidi,quem libellum meum,ut uerum fatear,non ualde curaui ipſe,quod illum à me non ſatis perpolitum eſſe, & in multis locis parum emendatum,in publicum prodijſſe uidebam.Præterea non putabam me eam uiam Iuris ciuilis candidato indicaſſe,quæ alicuius Iuriſconſulti iudicio probari poſſet.Sed ecce tibi,cum nuper forte fortuna in Lexicon Iuris ciuilis,quod clariſsimus & doctiſsimus Iuriſconſultus Iacobus Spiegel & magno iudicio & prudenter congeſtum in lucem dedit,incidiſſem,libellum illum meum, unà cum interpretationibus Titulorum C.Iuſtiniani Lexico additum ac honeſto elogio prædicatum comperio. Quo elogio excitatus ilico libellum à capite ad calcem uſq; relegere cœpi, & cum illum tam præſtanti Iuriſconſulto non diſplicuiſſe uiderem, putaui me hanc operam non male collocaturum eſſe, ſi ea,quæ à me antea non ſatis expolita eſſent,& parũ emendate circumferrentur,diligentius expolirem,ac emendarem. Inſtitui igitur Epitomen illam Tyrocinij iuris retexere:eam autem ad te,mi Ioannes,mittere uolui,tum quod tibi Iuris ciuilis ſtudio deſtinato non infrugiferam fore ſpero:tum quod,cum olim me præceptorem tuũ ualde amaris,obſeruaris,colueris,æquũ eſſe duxi,mei uiciſſim erga te amoris ſpecimen,quiddam apud te extare. Ac quamuis domi tuæ habeas fratrem Henrichum Eberhauſen Iuriſconſultum clariſsimum,à quo, qua uia Iuris ciuilis ſtudia adeunda ſint, quotidie audire potes,tamen & hanc meam ſententiam,tibi non parum profuturam ſpero. Dicam autem primum,quid Iuuenis de Iuris ciuilis ſtudio ſentire debeat:deinde quibus rebus inſtructus,illud adeundum ſit.Præterea cum ſe Iuuenis ad hoc ſtudium contulit,quomodo ſe gerere,quibus præceptoribus uti,quæ legere & audire,quibus progymnaſmatis ſe exercere,quos interpretes ſibi comparare debeat. Ad extremum & alia quædam Iuris ciuilis ſtudioſo utilia futura,obiter adijciam.

EPITOME TYROCINII IVRIS CIVILIS.

CAPVT I.

Quid Iuuenis de Iuris ciuilis ſtudio ſentire debeat.

IVuenis, de Iuris ciuilis ſtudio (loquor autem de Iure ciuili Romanorum) hoc ſentiet, quod & ſanctum & pium ſit ſtudium, ac quod bona conſcientia excoli queat. Nam iura ciuilia Romanorum, ex legibus naturæ manarunt. Ecquid enim aliud quæſo in Iure ciuili præcipitur, uetatur, iubetur, probatur, improbatur, quàm quod Deus diuinitus omnium hominũ mentibus inſcripſit. Percurre totum ius ciuile, & comperies doceri & præcipi neminem in ullo contractu circumueniendum: neminem re ſua temerè ſpoliandum: neminem iniuria premendum: nemini uim adferendã, &c. An non eadem docent & præcipiunt: illæ προλήψεις καὶ ἐννοίαι, quas deus diuinitus, animis hominum inſeruit, non aliter atq; uis audiendi auribus, & uis uidendi oculis eſt inſita. Quis autem ſtudium inueſtigandi & cognoſcendi leges naturæ καὶ κοινὰς ἐννοίας, non pium, non ſanctum eſſe duxerit, & quod bona conſciẽtia pertractari queat? Etenim προλήψεις καὶ ἐννοίαι, illæ cõmunes ſunt ſapiẽtia dei, quais hominũ mẽtes, quã uis propter peccatum originis, denſis tenebris obſitas clementer illuſtrat, ut de moribus & honeſta uiuendi ratione rectè iudicare poßint. Sanctum igitur & pium ſtudium eſt, quod ad ius ciuile Romanorum diſcendum impenditur. Præterea ſi Euangelium omnes omnium τῶν πολιτικῶν leges ciuiles approbat: ergo etiam approbat leges Romanorum longe & humanißimas & æquißimas. Quod autem Euangelium approbet omniũ τῶν πολιτικῶν leges, manifeſtum eſt. Nam Euangelium, doctrina eſt de uita æterna & ſpirituali in corde. Interim patitur nos uti legibus omnium gentium, non aliter atq; ueſtitu omnium gentium uti permittit. Non ergo impium dicendum eſt ſtudium, quod in Iura ciuilia Romanorum collocatur, nec mala conſcientia illud excoli poterit. Quis enim ſibi creet conſcientiam de illa re, quam ab Euangelio, ad quod uelut ad amußim omnia exigere decet, approbari audit. Ad hæc, pietas eſt ſumma in illud diligenter incumbere, quod cõmunem tranquillitatem in rebuſpub. cõſeruat. Sed quis eſt, qui nõ intelligat leges uincula quædã eſſe, quibus ciues in rebuſpublicis inter ſe conſtringantur, & pax retineatur. Nam ſi leges è rebuſpublicis ſuſtuleris, illico uidebis meras ſeditiones, rapinas, cædes oriri. Pie ergo facit, qui ſtudium ſummum in Iura ciuilia Romanorum impendit. Etenim hæc cum ſint plenißima humanitatis & æquitatis, ad pacẽ Reipublicæ conſeruandam in primis faciunt. Ac proinde etiam bona conſcientia pertractari poſſunt. Hæc propterea in initio ſtatim huius libelli monere Iuuenes uolui, ut non tam impiè de ſtudio Iuris ciuilis ſentiant, quàm quidem ſentiunt. Nam non deſunt, qui hoc ſtudium noſtrum tanquam impium, & homine Chriſtiano prorſus indignum exiſtiment, & quod non unquàm bona conſcientia excoli poßit. In quam per noſtram opinionem multi ex illo, quod uulgo dici ſolet, adducuntur: nimirum, Ein Iuriſt, ein boſer Chriſt: hoc eſt, Iuriſconſultus, malus Chriſtianus. Perinde ac ſtudium Iuris ciuilis impios & à religione Chriſtiana alienos efficiat. Cum, ſi rem recta uia ſecum reputare uelint, ſtudium Iuris ciuilis moribus Chriſtianorum nihil officiat, imò, quod ad externam & ciuilem uitam attinet, moderatos & probos faciat. Nam ſi rectè Iura ciuilia introſpicias, certè ea & ſecundam tabulam Moyſi interpretari, & totius philoſophiæ Ethicæ præcepta aliqua complecti comperies. Quis uerò tam ſtupidus eſt, imò quis tam impudens eſt, qui aut ex Decalogi tractatione, aut ex philoſophia ethica rectè & ſobrie tractata, homines impios euadere dicere audeat? Quod uerò quidam Iuriſconſulti impij ſunt, id non Iuris ciuilis ſtudio, ſed improbitati hominum imputandum eſt. Niſi forſitan etiam theologiæ imputare uelis, quod ex ea pleriq; hæretici euaſerunt: ut Ariani, Sabellij, & alij quidam. Aut niſi medicinam peſtem hominum appellare uelis, quod ea quidam ad perniciem hominum abutuntur, ad uenena comparanda, ad partus in utero aut abigendos, aut interficiendos. Malitia hæc & improbitas hominum eſt. Quis uerò ſanæ mentis eà quæ hominum deſignat, ſcelerata improbitas artibus imputare poterit? Offendit multos, quod in Iure ciuili quædam permittuntur, quæ Euangelium Chriſti, & ſcripturæ ſanctæ prohibent, cuiuſmodi eſt, quod Florentinus Iuriſconſultus in L. 3. ff. de Iuſt. & Iu. ob tutelam corporis uim atq; iniuriam Iure propulſari aſſerit. Cum Chriſtus Matth. 5. præcipiat, ne reſiſtamus malo, & ſi quis nobis unam alapam impegerit, ei ut obuertamus alteram. Et Paulus ad Rom. 12 dicat: Non uoſmetipſos ulciſcentes charißimi, ſed date locum iræ. Ego uerò reſpondeo, quod uim ui repellere liceat: id Ius, natura comparatum eſſe, ut ait etiam Vlpianus de ſententia Caſſij L. 1. §. uim ui repellere. ff. de ui & ui arm. Et probat Caius in L. 4. ff. ad L. Aquil. Sed cum Ius ciuile ex legibus naturæ ortum ſit, quid mirum ſi id quod diuinitus mentibus hominum inſitum eſt, & cui aſſentiuntur omnes, etiam comprobet? Quid autem Euangelio Chriſti, & literis Apoſtolorum cum lege uel naturali uel ciuili, ut quæ utrunq; in ſuo ſtatu manere ſinunt, ita quod in regno Caroli Imperatoris iuſtum ſit uim ui perpulſare: in

regno uerò Chriſti iuſtum ſit, ne reſiſtamus malo: ne noſmetipſos uindicemus, nec Chriſtianus, ut Chriſtianus uim ui propulſat, ſed ut homo, qui ſub imperio uiuit Cæſaris. Vnde & Accurſius in. L. uim ui. ff. de Iuſt. & Iu. ſuper uerbo Iure, non incommode addit, Iure ſcilicet fori, non cœli: quaſi diceret, quod is, qui uim ui propulſat, id faciat, ut homo forenſis ſeu mundanus, non ut Chriſtianus: quanquàm ſunt, quorum ſententiam non improbo, qui hoc dictum intelligant de ui publica, hoc eſt, de ui, quam propulſat magiſtratus. Cum ſcilicet magiſtratus latrocinia exercentes, & armis & bello repellunt. Cum autem hæc uindicta publica ab Euãgelio approbetur, iuxta illud: Reddite Cæſari, quæ ſunt Cæſaris (nam hoc dicto Chriſtus & magiſtratus publicos confirmat, & ea, quæ eorum officium poſtulat, comprobat) quem quæſo hæc ſententia Iuris naturalis, à Iure ciuili recepta, ualde offendere poterit? Incurrit multis in oculos, quod Iura ciuilia permittunt concubinatum, L. in concubinatu, in fine. ff. de concubinat. & uſuras. ff. de uſuris, quorum utrunq; ab Euangelio prohibeatur. Reſpondeo quoq; paucis, quod cum Iura ciuilia in tantis hominum malis, omnibus mederi non poſſent, mala quæ minima & in ſpeciem tolerabilia uidentur, permiſerunt, ſed non præceperunt. Celebris uerò ſententia eſt Ariſtotelis, δεῖ γὰρ τὸ ἔλαττον κακὸν μᾶλλον αἱρετέον τοῦ μείζονος. Sic in multis urbibus publica proſtibula tolerantur, non quod ſcortationem approbent, ſed quod, cum ſit infrenata iuuenum libido, malunt urbes hæc loca tolerare, quàm facere, ut ciuium & uxores & filiæ paßim ad ſtuprum abripiantur. Quod ad uſuras attinet, non ignoro eas quoq; à legibus permitti, ſed illas approbari prorſus nõ concedo. Etenim cum (ut paulò ante dixi) leges omnia mala ſanare non poſſent, ad quædam conniuere, quædam etiam ad certam moderationem redigere coactæ ſunt. Sic Imperator in. L. eos qui. §. ſuper uſurarum, Cod. de uſur. præcipit, ut moderentur uſuræ pro perſonarum uarietate. Et Iura uetera nullo modo permittunt, ut uſuræ uſurarum à debitoribus exigantur. L placuit. ff. de uſur. & . L. ſi non ſortem, ff. de cond. indeb. L. & nullo modo C. de uſu. Hæc propterea pauca in initio ſtatim huius Epitomes præfari uolui, ut iuuentus de Iuris ciuilis ſtudio rectè & pie ſentiat, & non patiatur ſe ob paucula quædam mala, quibus Ius ciuile mederi non potuit, ab eius ſtudio abſterreri.

CAPVT II.

Quibus rebus inſtructus iuuenis, animum ad ius ciuile diſcendum adijcere debeat.

SEquitur ut Iuuenes moneam, à quibus rebus inſtructos eos eſſe oporteat, cum ad Ius ciuile, animum adiungere uolunt. Ac primum omnium Iuuenem Iuris ciuilis candidatum artibus iſtis leuioribus excultum eſſe uolo, Grammatica, Dialectica, Rhetorica. Nam Grammatica efficiet, ut certũ ordinem uerborum in legibus obſeruare, & earum ſenſum facilius aſſequi poßit, ac quod caput eſt, ut & uocum propriam & natiuam ſignificationem teneat. Tum, ſi aliquando tropi aliqui, quorum in legibus ſunt plurimi, occurrerint, Grammaticæ ope adiutus Iuuenis, illos ſine magno negocio & intelliget & implicabit.

Cæterũ, quando & leges argumentis uarij generis ſunt refertißimæ, bonam operam nauabit adoleſcens, ſi prius argumentorum rationes ex Dialectica didicerit, quàm Iura ciuilia adeat. At cum Dialectica ſit ars diſſerendi, ut eam finit Cicero in Topicis, hoc eſt, ordine de rebus quibuslibet diſputandi, Iuuenis, qui ab illa inſtructus eſt, & ipſe omnia ordine in legibus diſcere potuit, & cum aliquando aut publicè profiteri leges, aut de iure reſpondere & ſcribere uoluerit, omnia iuſto & recto ordine faciet. Id quod adduxit Seruium Sulpitium, quod ad Iuris ciuilis ſtudium Dialecticam adiunxit. Nam uidebat alios Dialectices ignaros, confuſe ad omnia reſpondere, & omnia agere. Proinde Dialectices cognitionem ſibi parabat, ut ea adiutus, iuſta methodo, ut inter reſpondendum de iure, & inter agendum in foro, uti poſſet. Quid? quod uix fieri poteſt, ut Iuriſconſultus, ſi ei uerba facienda ſint, aut ex loco inferiore, aut ſuperiore, non aut incertus animi ſit quid dicat, aut ubi dicere cœpit, in ipſo dicendi curſu non deficiat, ubi non ex Dialectica locos argumentorum, qui nobis qualibet de re dicendi materiam ſubminiſtrant, & quo ordine dicendum ſit, nos docent, in promptu habuerit. Ac quamuis quidam aut ſingulari ingenij fœlicitate, aut longißimo uſu, citra Dialectices ſtudium uel ex tempore, in quocunq; loco & apud quoſcunq; homines promptißimè & fœlicißimè dicant, tamen longe cum promptius tum fœlicius, ut mea fert ſententia, dicerent, ſi cum ingenij fœlicitate & uſu, artem quoq; Dialecticam coniunxiſſent. Venio ad Rhetoricã, cuius præceptiones, quando cum uulgaribus iſtis fori formulis, quæ paßim circumferuntur, non raro faciunt, profecto, Iuuenis optimè ſibi conſulet, ſi prius Rhetoricen quoque diſcat, quàm ſe Iuris ciuilis ſtudio applicet. Nam Rhetorices cognitio illi aliquando in forum prodituro, non parum prodeſſe poterit. Quod ſi, (ut non omnes ad forum apti ſumus) forum non unquam attingere uoluerit, ſed maluerit, aut profeßione publica legum contentus eſſe, aut aliquando alios conſilijs iuuare, Rhetorica cognita faciet, ut ſi, uel antinomiæ occurrerint, uel ſi contentio ſit ex ſcripto & ſententia, uel ut Iuriſconſultus Vlp. loquitur, ῥητοῦ καὶ διανοίας, ſit controuerſia, dexterius rem omnem expediat: uel ſi contentio ſit ex ambiguo, clarius omnia diſputet. Quid uerò hic commemorem, quod orationis & ornandæ & locupletandæ rationem Rhetorica quoq; oſtendit. Cum autem nihil adeò Iuriſconſultum, ſiue is in publico agat cauſas, ſiue doceat, commendet, quàm ſi & ornate & copioſe dicat: certe Rhetorica Iuriſconſulto futuro, etiam atque etiam diligenter diſcenda erit. Taceo hic, quod leges figurarum ac ſchematum omnis generis ſunt refertißimæ. Id quod cum ex Accurſij, Bartholi, & aliorum commentarijs, tum ex libro quarto Alcia-

ti de uerborum ſignificatio.colligimus. Quare Iuuenis Iuris ciuilis candidatus,prius ex Rhetorica figurarum rationes ſtudioſe cognoſcet, quàm Iuris ciuilis ſacris initietur. Cæterum, quantum utilitatis Grammatica, Dialectica, Rhetorica Iuris ciuilis candidato adferat, longa quadam oratione oſtendi,non eſt quod hic multis immorer. Nec uerò operam malè collocabit adoleſcens,ſi,antequàm Iura ciuilia adeat,ex optimis autoribus uel audiendis, uel priuato Marte legendis Latinæ linguæ cognitionem mediocrem ſibi comparauerit. Nam hi qui Pandectarum libros,uel primoribus labris attigerunt,intelligunt ueteribus Iuriſconſultis,(quorũ reſponſa & ſymbola in Pandectarum libris, extant) nihil elegantius,nihil purius fuiſſe. Quomodo ergo Iuuenis linguæ Latinæ rudis diuinam illam ueterum Iuriſconſultorum & elegantiam, & puritatem intelliget? Profecto non minus, quàm Midas artis Muſices imperitus,ſuauiſsimas cantilenas Apollinis intelligere potuit. Inde fit,quod bona pars ſtudioſorum Iuris ciuilis,quia Linguæ latinæ hoſpes eſt, relictis legibus, ad interpretes euoluẽdos, illico properat. Quare & multi,cum legum eſſe periti debeant,aut Baldi,aut Bartholi potius periti ſint,& ex his magis, quàm illis de Iure conſulti reſpondent. Non eſt, quod Iuuenes moneam, ut,ſi Iuris ciuilis ſtudia capeſſere uelint, linguæ quoq; Græcæ non expertes ſint, cum & ipſis hoc tempore non incognitum putem,in Pandectarum libris integra reſponſa Græca exiſtere,& ſubinde ex Platone, Ariſtotele,Homero, & alijs, præclara teſtimonia Græca produci, quæ omnia quomodo ignarus linguæ Græcæ rectè aſſequi poßit,nõ ſatis intelligo. Et ut maxime illa in Latinum ſermonem conuerſa ſunt, tamen præſtat, ut tuis potius quàm alienis credas oculis. Nam rarò Græca uertuntur, quin ab interpretibus, aut aliquid prætermiſſum,aut aliquid non ſatis commode Latinis uerbis redditum ſit. Quid? quod aliquando Græca nullis uerbis Latinis ſatis apte explicari poſſunt. Sed eſto,omnia aptiſsime reddita ſunt,quæ in Pandectarum libris extant, quid uerò faciet Iuuenis imperitus linguæ Græcæ,ſi in uoces Græcas literis Latinis exaratas,non rarò legibus aſperſas, & non Latinè redditas inciderit? Veluti eſt orphanotrophos, in L. xxx. C. de epiſc. & cler. & xenon in. L. ſi quis. C. eo. Titu. & L. unica. §. Sed ſumus. C. de latina liber. tol. & archigerontes dioicetæ, in. L. v. C. de Epiſcopa. audien. & epiſtalma in. L. bene. C. de quadrien. præſcriptione. Item, thlibias in L. hi quoq;. ff. ad. L. Corne. de ſicca. Item bupreſtis cantharides in. L. eiuſdem legis. ff. ad L. Corne. de ſicca. Præterea an non etiam Iuuenis libenter & legere & intelligere uolet Græca ſcripta, quæ hoc ſeculo cura, induſtria, uigilantia eruditorum in Iure ciuili eduntur? Cuiuſmodi ſunt Græcæ inſtitutiones Theophili,quæ non ita pridem diligentia & opera doctiſsimi Iuuenis Viglij Zuichemi in lucem exierunt,quæ profectò lectu ſunt digniſsimæ. Nam multa ualde luculenter & diſerte explicãt,quæ neſcio an ab ullis interpretibus Inſtitutionum hactenus recte intellecta ſint. Nec dubito, quin adhuc multa alia in Iure Græcè ſcripta,in publicum prodituta ſint,quæ ut ab omnibus Iuris profeſſoribus & legantur & intelligantur,digniſsima erunt. A quibus ſacris,propter linguæ Græcæ imperitiam arceri,longe eſt turpiſsimum. Sed hic forſitan aliquis φιλοχρήματος magis quàm φιλοδίκαιος dicet, quid hæc πρὸς τὰ ἄλφιτα, etiam ſi Græca & legas & rectiſsimè intelligas. Audi tu, ut maximè hæc ad parandas magnas opes non faciant, tamen digna ſunt quæ à Iuriſconſulto uero ſciantur. Neq; nos hic docemus, quæ ad opes congerendas, ſed ad ueram & ſolidam eruditionem comparandam uſui futura ſunt. Enimuero,hic monẽdus eſt adoleſcens,ut & quæ philoſophi de moribus, de politia, de œconomia ſcripſerunt,non negligat,antequam ad Ius ciuile diſcendũ ueniat. Nam ſi diligenter rem ipſam conſiderare uelis, in Iure ciuili plurima extant præcepta & Ethica, & Politica, & Oeconomica,quæ ex philoſophorum,qui de Ethica ſcripſerunt,libris manarunt. In hoc uerò ea, quæ de Ethica à philoſophis ſcripta ſunt,& hæc,quæ à Iuriſconſultis traduntur, diſcrepant: quòd philoſophi,præter quàm,quod ferè in genere diſputant,etiam res ad fontes reuocant,finitiones & cauſas rerum enarrant. Iuriſconſulti autem contenti ſunt in ſpecie res tradidiſſe. Ac ita à philoſophis traduntur Theſes, à Iuriſconſultis Hypotheſes. Verbi gratia: Philoſophi diſputant nõ licere alteri alterum occidere: hæc Theſes eſt. Iuriſconſulti uerò in libris ſuis, Hypotheſes tradunt, an & quando alteri liceat alterum occidere: ut eſt uidere in. L. Itaq; ſi ſeruum. ff. ad. L. Aquiliam, ut Caius Iuriſconſultus ait: Itaque ſi ſeruum tuum latronem inſidiantem mihi occidero,ſecurus ero. Nam aduerſus periculum naturalis ratio permittit ſe defendere. Lex duodecim tabularum furem noctu deprehenſum occidere permittit, ut tamen idipſum clamore teſtificetur &c. Sic in lege Quod ait lex. ff. ad. L. Iul. de Adult. Vlpianus ait, Ita demum patri competere, ut adulterum cum filia deprehenſum occidat, ſi in ipſa turpitudine filiam cum adultero deprehendat. Et in. L. marito, eodem Titulo, Macer dicit, marito quoque adulterum uxoris ſuæ occidere permitti, eum, quem domi ſuæ in adulterio uxoris ſuæ deprehendat, &c. Præterea in Philoſophorum libris traditur filios alendos eſſe. Cæterùm Iuriſprudentia docet, an, & quando liberi alendi, & quomodo alimenta illis ſuppeditanda ſunt: ut eſt cognoſcere in. L. necare, &. L. ſi quis à liberis: &. LL. alijs. ff. de liberis agnoſcendis & alendis, & in Titul. C. de alend. lib. à parentibus. Sed ut Hypotheſes Iuris ciuilis rectè intelligantur, iucundum: imò utile eſt ex philoſophorum libris cauſas illarum diligentiſsime inueſtigatas, cognoſcere. Quid? quod, quid ſit Ius uel naturale ſeu gentium, quid ſit Ius poſitiuum & politicum, quæ cuiuslibet Iuris ſint ſpecies, quæ propria, ſeu qui effectus, quomodo inter ſe diſcrepent, quomodo inter ſe conueniant: quid ſit iuſticia, uel uniuerſalis, uel particularis, quid ignorantia, quàm multiplex, quæ excuſationem mereatur, quæ nulla excuſatione digna ſit: quæ delicta ſint punienda, quæ toleranda, aut certe mitius punienda: in philoſophorum quoque libris, ut Platonis, Ariſtotelis, Ciceronis, exactiſsimè diſputantur.

Et auſim affirmare omnia,quæ paulo antè cõmemoraui & multo plura,longè exactius à philoſophis tractari,quàm à Iuriſconſultis ipſis. Proinde,ut illa & alia Iuuenis Iuris candidatus probè intelligat, optimè ſibi conſulet,ſi,priuſquàm animum ad Iura ciuilia appellat,in philoſophia morali aliquantum ponat operæ & ſtudij. Porrò in Iure ciuili aliquando fit mentio ueneficiorum,ut in L.eiuſdem legis.ff.ad. L. Corneliam de ſicca.Fit aliquando mentio abortionum,ut in L.Cicero.ff.de pœnis.Fit aliquando mentio earum rerum,quibus pigmentarij uti ſolent,ut in L.eiuſdem legis.§. alio ſenatuſconſulto.ff.ad L. Corn. de ſicca. Aliquando diſputatur quoto menſe perfectus naſcatur partus,L.ſeptimo menſe.ff.de ſtatu hominum. Aliquando quot liberi naſci poßint,& alia quædam τὰ φυσικὰ in LL. diſputantur,ut in L.ſi pater.ff.de ſolutio. Quare & iuueni Iuris ciuilis candidato leuiter,quæ medici de abortionibus, ueneficijs, ſuperfœtatione,& huiuſmodi rebus ſcripſere,& quæ à Dioſcoride & alijs de rebus ſimplicibus memoriæ prodita ſunt, deguſtanda erunt. Ad hæc aliquando in Iure ciuili aſſeritur quædam animalia eſſe natura fera,quædam manſueta,ut in.L.naturale autem.ff.de Acqui.rerum Domin. & in.L. ij. ff.ad L. Aquil. Diſputatur etiam aliquando in Iure ciuili, quæ pecudes gregatim, quæ non gregatim paſcantur, ut in.L.ij.ff.ad.L.Aquil.Idcirco, ut Iuuenis in huiuſmodi rebus certus ſit,ualde ei proderit, ſi ea, quæ & Ariſto.& Plin.de animalium naturis ſcripſerunt,non incognita habeat.Taceo hic hiſtoriarum cognitionem quæ iuueni ad multa in LL.intelligenda,utilißima futura eſt.Sed quid oblitus ſum,quod uel in primis iuuenẽ Iuris ciuilis candidatum monuiſſe debueram.Quid uerò hoc eſt? Audi in C.Iuſtiniani Imperatoris in Tit.de ſumma Trin.& fide Catholica,paucis recenſentur ea, quæ in Synodo Nicena de fide Catholica, conſtituta ſunt. Præterea recenſentur quæ in quatuor Synodis celebrioribus decreta ſunt, ſcilicet in Synodo , ut paulò ante dixi,Nicena,Cõſtantinopolitana,Epheſina,Chalcedonenſi,quæ omnia citra ſacrarum literarum ex quibus dictæ Synodi omnia ferè ſua decreuerunt,cognitionem rectè intelligi non poterunt. Idcirco iuuenis precium faciet operæ , ſi Iuris ciuilis ſtudium ingreſſurus, nec literarum ſacrarum prorſus rudis fuerit, ex quarũ cognitione intelliget etiam , quæ in Tit. C. ne ſacrum baptiſ. & in T.de Apoſt.& in T.de Iud.& Cœlicolis,& in T.de ſacrif. paga. & templ. tractantur.

Ad quæ omnia iam dicta intelligenda iuueni ualde etiam proderunt,ea quæ de hiſtoria Eccleſiaſtica luculenter ſcripta extant.En habes mi Ioãnes,à quibus rebus iuuenis,Iuris ciuilis ſtudio animum adiuncturus inſtructus eſſe debeat,quas res hic breui recenſere uolui, quod extat oratio mea, in qua ſatis prolixe de illis diſputaui.Ex his autem quæ hactenus dixi, facilè ſtulticia iſtorum palàm fiet,qui adoleſcentes,ubi uix nomina flectere,& uerba coniugare didicerunt,ſtudio Iuris ciuilis deſtinandos eſſe putant.Cum iam, ut ſpero, appareat adoleſcentes in ſtudio Iuris ciuilis infœliciter uerſaturos eſſe,niſi ad illud honeſtis diſciplinis, & rerum uariarum cognitione inſtructi accedant. Ac quãuis & olim fuerunt , & hodie ſunt quidam uiri præſtantes,quæ citra illarum rerum, de quibus paulò ante dixi,aut tenuem,aut nullam etiam cognitionem in Iuris ciuilis ſtudio inſignes progreſſus fecerunt:tamen,ut mea fert ſententia,ſi ab illis rebus, quarum feci mentionem,bene parati fuiſſent. Forſitan excellentiores Iuriſconſulti euaſiſſent,& minori negocio eò quò uoluerunt,perueniſſent. Nam ut & is,qui eques uiam, Romam uerſus ingreditur,& qui pedes incedit, Romam peruenit: ſed ille citius, hic uerò ſerius peruenit. Ita quoq; qui rebus illis,quibus ad Iura ciuilia opus eſt,ſeſe bene inſtruxerit,& qui illarum rerum, aut leuiter gnarus,aut etiam prorſus ignarus eſt,ad Iuris ciuilis cognitionem peruenit,ſed ille cum fœlicius, tum celerius: hic uerò infœlicius & tardius. Quanquàm, ut, quod mihi rectum uidetur,libere dicam,ualde pendeo animi, an is,qui illarum rerum,de quibus hoc in capite diſputaui,non mediocrem cognitionem ſibi peperit , uel ad qualemcunq; etiam Iuris Ciuilis ſcientiam peruenire, uel Iuriſconſulti nomen ſibi uindicare queat. Aduocati quidem & procuratores forenſes rerum prædictarũ ignari euadere poſſunt: Iuriſconſulti uerò an euadere poſſint,animo meo complecti nequeo. Hic tamen Azonis,Bartoli,Baldi,& aliorum præſtantium uirorũ exiſtimationi nihil detractum eſſe uolo. Nam quamuis illi non ab omnibus rebus, de quibus dixi, inſigniter inſtructi Iura ciuilia adierunt, tamen nec etiam illarum prorſus rudes fuerunt, id quod ex illorum commentarijs facile odorare licet. Et multa propter temporum infœlicitatem & præceptorum penuriam diſcere non potuerunt. Sed cum hoc tempore, Dei benignitate & literarum,& linguarũ ſtudia refloruerint,& præceptorum optimorum ubiq; locorum maxima ſit copia,dementia eſt extrema,ſi Iuuenis rerum illarũ, quæ ad Iura ciuilia probè intelligenda, & utiles,& neceſſariæ ſunt ignarus, Iuris prudentiæ ſtudijs ſe dicare uelit.

CAPVT III.

Qualis præceptor eligendus.

ORdo illorum,de quibus ſuperius diſputare inſtitui,poſtulat,ut etiam oſtendam,quomodo tandem Iuuenis,ubi animum ad Iuris ciuilis ſtudium adiecit,ſe gerere,quibus præceptoribus ſe excolendum dare,quæ legere & audire, quos Interpretes ſibi emere, & quo iudicio eos euoluere,& quibus ueluti σκιαμαχίαις ad futurum grauißimarum cauſarum certamen ſuſcipiendum proludere debeat, quæ omnia, ut & facilius intelligantur & memoriæ infigantur,ſeorſum,per quædam capita tradam. Cum ergo iuuenis, iam ſtudium Iuris ciuilis ingreſſus eſt,etiam atq; etiam uideat,ut eum ſibi præceptorem eligat, qui & optimarum literarum & linguarum peritus ſit,ac qui iudicij acrimonia excellat,& non tam ad uariam lectionem, & memoriæ fœlicitatem oſtentandam,quàm ad iuuandam utilitatem auditorum prælegat. In præceptore quoq; conſiderandum eſt,an ad inſignem Iuris cogni-

tionem uſum quendam forenſem adiunxerit. Nam talis præceptor inter prælegendum, & legum, quas profitetur, uſum auditoribus demōſtrare, & receptam fori conſuetudinem oſtendere poterit: Qualem præceptorem, cum adoleſcens nactus eſt, eum tanquàm patrē amet, obſeruet, colat, & eius lateri, quoad eius fieri poteſt, ſemper adhæreat: illum & è loco ſuperiore docentem & ex imo loquentem, diligenter audiat, & illi quàm ſimillimus eſſe omnibus uiribus contendat.

CAPVT IIII.

Quæ, & quo ordine primum legenda & audienda ſint candidato Iuris ciuilis.

PLato libro de Republ. ſexto ſcribit, principium totius negotij dimidium, prouerbio dici, ac quod bene cœpiſſe ab omnibus ubiq; laudetur. Proinde Iuuenis candidatus Iuris monendus eſt, quæ & quo ordine primum & legere & audire omnia, & ſic Iuris ſtudium auſpicari debeat. Nam hac ratione futurū arbitror, ut non ſolum laudetur, ſed & ſtudijs ſuis optime conſultum eſſe cognoſcat. Primum igitur omniū Iuris ſtudioſus & legat & audiat Titulum Pandectarum de Verborum ſignificatione. Nam ex illo ſignificatus uocum, quæ in Iure ciuili ſunt tritæ & uſitatæ, cognoſcet, & plurima tandem in legibus, ſine magno negocio, intelliget: Qui Titulus cum doctiſſimis & magno iudicio conſcriptis commentarijs Alciati illuſtratus ſit, ut nullus alius adſit præceptor à Iuuene honeſtis ſtudijs imbuto intelligi poterit. Cui Titulo iuuenis addet eruditiſſimum Lexicon Iuris Ciuilis, clariſſimi Iuriſconſulti Iacobi Spiegelij, ex quo etiam plurima, quæ ad leges recte intelligendas conducibilia eſſe poſſunt, cognoſcet.

Quòd ſi Iuuenis illis Lexicon Nebriſſenſis adiungere uoluerit, ei per me licebit. Simul ac autem iuuenis in his rebus aliquandiu diligenter uerſatus eſt, attingere poterit Inſtitutiones Iuſtiniani. Nam cum illæ ſint, ut Imperator ipſe ait, prima legum cunabula, & totius legitimæ ſcientiæ prima elemēta, merito à iuuene, qui iam uocum Iuris ciuilis non ignarus eſt, attinguntur, quibus Inſtitutionibus & audiendis & legendis Iuuenis ita ſe gerat. Primum, Titulorum rationem exacte teneat: deinde, ut quæ in ſingulis Paragraphis traduntur, quàm ſimpliciſſimè intelligat. Ad extremum ut Inſtitutiones uerbatim memoria complectatur. Quod ſi etiam Gloſſographos iuuenis adhibere uolet, adhibeat eos, qui illas quàm ſimpliciſſime explicarunt, inter quos facile primas tenent Ioannes Faber interpres uetus, & noſtro ſeculo Ioannes Ferrarius. Nam Angelus & alij quidam, plura iuſto & quidem ſine omni iudicio congerunt: quanquàm Inſtitutiones Græcæ Theophili, profectò facile omnes omnium interpretum commentarios ſuperant. Nam in illis nihil eſt ocioſum, nihil obſcurum: breuiter, nihil eſt, quod à diligente & erudito interprete requiras. Vbi autem iuuenis aliquantum temporis ſpacium diſcendis Inſtitutionibus impendit, Regulas Iuris in manus ſumat, in quibus quoq; non eſt, quod longos commentarios deſideret: ſatis ſit ei, ſi illas ſimpliciter intelligat. Quod ſi his, quæ à ſuo præceptore in illas dictari audit, etiam Scholia Philippi Decij accommodare uoluerit, non male ſtudium collocabit ſuum. Nam Decius in ſuis Commentarijs, adoleſcentibus rudibus conſulere uoluiſſe uidetur. Cum uerò iuuenis his in rebus aliquandiu oleum & operam ſuam abſumpſit, rectà codicem Iuſtiniani adeat, in quo uel audiendo, ſi ei præceptoris copia eſt, uel priuato Marte legendo, in hoc incumbat, ut Titulorum Elenchos intelligat. Etenim ſic futurum eſt, ut ſi aliquando aliqua de re controuerſia moueatur, mox illi in mentem ueniat, quo in Titulo Codicis de illa controuerſia aliquid ſcriptum extet. Quod ſi iam etiam aut Gloſſas Accurſii, aut aliorum iuuenis conſulere uoluerit, integrum illi eſt: ſed ea lege & conditione, ut ubi à Præceptore Gloſſas paucis explicatas habet, domum reuerſus, diligenter ſingulas leges, quæ à Gloſſis producuntur, ſecum expendat, an etiam, ſuo & loco & tempore productæ ſint. Qua in re, præterquàm quod iudicium ſibi comparabit, etiam leges, quæ à Gloſſis adferuntur & intelliget & memoriæ infiget. Nec obſto iuueni, quo minus, dum in Codice uerſatur, ſummam Azonis adhibeat. Etenim ex ea & Titulorum argumenta conſcet, & quæ in Titulis ſunt τὰ κεφάλαια obſeruare poterit. Extant quoque in codicem Placentini uetuſtiſſimi Iuriſconſulti παρατίτλα, id eſt, ſummæ & titulariæ expoſitiones, quæ iuueni etiam non parum frugiferæ eſſe poterunt. Cum autem iuuenis in Codice ſatis temporis contriuit, tum demum Pandectarum libros uel audiat, uel legat, in quibus hoc, quod in Codice, aut audiendo, aut legendo, monui, curabit, ut Titulos perſpectos habeat: ac quamuis hic uberioribus Commentarijs locus eſſe poſſit, tamen etiam illorum modum eſſe uelim. Nam ea, quæ à præceptoribus non dictantur, iuuenis aliquando priuato ſtudio, ſi uſus uenerit euoluere poterit. Ac hoc quidem ordine iuuenem in Iuris Ciuilis ſtudio progredi uolo. Verum hoc quoque iuuenis curabit, ut ſi præceptorem ex animi ſui ſententia nactus eſt, eo contentus ſit. Etenim inter profeſſores hoc non rarò accidit, ut alter ab altero de induſtria diſſentiat, & hoc ipſum, non tam ſtudio eruendi ueritatem, quàm ut ſe alter altero doctiorem oſtendat, aut auditorum etiam multitudinem ad ſe pertrahat. Cum uerò iuuenis hoc, quod ab uno adfirmari audiuit, ab altero infirmari audit: incertus animi fit utri potius habenda ſit fides, & non raro illa diſſenſio profeſſorum, aut prodigioſas opiniones parit, aut bona ingenia à ſtudio Iuris abſterret. Quis enim hoc ſtudium libenter urgere uolet, in quo tot & tantæ in una etiam lege explicanda, & alia quapiam re diſſenſiones oriuntur? Nec etiam iuuenis ſe uno die multis prælectionibus oneret, ſed una aut altera prælectione contentus, quod reliquum eſt temporis uel repetitioni, uel domeſticis progymnaſmatis impendat. Etenim ut Martialis inquit, Nuſquam habitat, qui ubique habitat. Ita quoque fieri non poteſt, ut in nouis ſtudioſus Iuris fructum laboribus ſuis dignum petat, qui ubique adeſt

auditor

auditor,& omnia auditoria perreptat.

Inter repetendum autem Iuuenis,qui iam uel codicem,uel Pandectarum libros audire & legere cœpit, ita ſe geret. Primum,ut dixi,uideat,an Titulum recte intelligat,Deinde ubi ad Leges uentum eſt,ſecum diligenter expendat,an thema,quod à præceptore ad Legem produci audiuit,recte quadret. Præterea uideat, ut legis uerba omnia probè percipiat: quod ſi aliquæ leges à gloſſa adductæ ſunt,illico ad leges accurrat,& accurate perpendat quàm apte,quàm in loco ſint productæ. Quod ſi aliquæ à præceptore excepit, quæ ad legem uel intelligendam uel illuſtrandam faciunt, ea quoq; ne negligat, ſed legat relegatq;. Ad extremum, ubi aliquandiu ita ſecum repetiuit omnia,ſurget,& inambulando ſecum cogitet, quid legerit,& tunc legem unam aut alteram memoriæ mandet, ac ſi quid præterea à præceptore uel dici audiuit,uel à dictante excepit,in memoriæ theſaurum deponat. Et quæ ſemel edidicit Iuuenis,ſubinde à ſe exigat,ut ſi forte illi exciderunt,in memoriã reuocare poßit. Hac ratione futurũ eſt,ut indies pauca ediſcendo,breui ampliſſimum & legum & aliarum rerum cumulum in memoria ſecum circumlaturus ſit.

CAPVT V.

Qui interpretes emendi,& quo iudicio legendi.

SOcrates apud Platonem in Protagora diſputat grauius eſſe periculũ in diſciplinis & libris,quàm in emendis cibis. Quod qui cibos emat,poßit eos uaſculis exceptos domum deferre, & priuſquàm utatur,diligenter ſecum expendere,& uti etiam medicorum conſilio,quibus utendum,quibus non utendum ſit. Cæterum qui diſciplinas & libros emat,non queat in uaſe aliquo excipere,ſed neceſſe ſit, ut,qui illos emit, animo imprimat, & relicto precio, abeat,quò fiat, ut ſæpe prius prauis & ineptis opinionibus mens noſtra inquinetur,quàm ſentiamus. Id quod in interpretibus Iuris ciuilis emendis non raro accidit. Nam dum quos libet,ſine omni delectu & iudicio, & ememus & legimus,fit,ut ſæpe ineptißimis opinionibus contaminemur,quas ſemel conceptas, non ullo tempore ex animo excutere poſſumus. Nam norunt hi, qui interpretes Iuris legerunt, quàm ineptæ & ſtultæ, & etiam prauæ opiniones non raro ab illis pertinacißimè ſub legum,miſere tortarum prætextu defendantur. Quare ne Iuuenis emendis quibuslibet interpretibus Iuris ciuilis,aut ſtolidas aut prauas etiam opiniones deuoret.Paucis hic illis oſtendere uolo, & qui interpretes inprimis emendi,& quo iudicio legendi ſunt. In priore meo Libello,quem de ratione diſcendi Iura conſcripſi,conſului Iuueni,ut paucos interpretes ſibi compararet,& nominaui Bartholum, Baldum, Paulum de Caſtro,Philippum Decium,Alciatũ,Zaſium.In præſenti addo Iaſonem & Alexandrũ Ymolenſem. Quod autem,quod ad primos tres attinet, non imprudenter antea conſului,& iam non imprudenter illis Iaſonem & Alexandrum addam doctißimi Alciati teſtimonio comprobare potero, qui in libro ſecundo τῶν παρέργων,hos uerſus conſcripſit:

In Iure primas comparatus cæteris,
Partes habebit Bartolus.
Deciſiones ob frequentes,actio
Baldum forenſis ſuſtinet.
Nõ negligẽda eſt maximè tyronibus
Caſtrenſis explanatio.
Opinionum tutius ſymplegedas
Superabis Alexandro duce.
Ordinis Iaſon atq; lucis nomine
Videndus eſt properantibus.
His ſiquis alios addiderit interpretes,
Onerat quàm honorat uerius.
Hæc ille.

Quid uerò de Alciato & Zaſio ſentiendum ſit,in præſenti pronunciare nolo. Nam uereor,ne mihi uitio uerti poßit, quod de tantis uiris pronunciare uelim. Porrò in interpretibus ueteribus legendis, hos canones obſeruet Iuuenis. Quorum primus eſt,quem etiam antea in libello priore produxi, Celſus Iuriſconſultus in.L.inciuile.ff.de LL.inquit,Inciuile eſt,niſi tota lege perſpecta,una aliqua particula propoſita, iudicare uel reſpondere. Ex hac lege Celſi Iuuenes admoniti in interpretibus ueteribus diligenter obſeruabunt,an etiã leges,quas in legibus enarrandis adferunt totas perſpexerint: an uerò unam aliquam particulam ex illis excerpſerint. Ac ſic Iuuenes facilè animaduertent,an aptè,an ineptè leges ab interpretibus perducantur.

SECVNDVS CANON.

IN interpretibus Iuuenis obſeruet, an in LL. etiam probè uerborum proprietatem intellexerint, quod ſi uerba ab illis non ſatis intellecta uel audierint,uel ipſi animaduerterint,non tutum eſt illorum interpretationi ſtare. Nam à propria uerborum ſignificatione non temerè recedendum eſt,niſi ex ea ſermonis uel abſurditas,uel ineptitudo,uel iniquitas oriatur:uel cum perſpicuè, quæ mens loquentis fuerit,colligamus per L. non aliter.de Legat.3.Tum proprietatem latini ſermonis in Iure ciuili mordicus tenendam eſſe probari poteſt argumento. L. Plautius. ff. de au.& arg. legato. Quod autem Celſus lib.29. Digeſtorum inquit: Scire leges non eſt uerba earum tenere, ſed uim & proprietatem,id nec ego nego,modo, quid ſit uerba legum tenere,quid uis, quid poteſtas legum ſit, rectè intelligatur. Sed his de rebus aliâs.

TERTIVS CANON.

IN interpretibus Iuuenis animaduertat,an etiam leges exemplo Sulpitij Iuriſconſulti æquitatem explicent,an magis Iuris conſulti,quàm Iuſticiæ ſint. Nam ſunt quidam ἀκριβοδίκαιοι, ut Ariſtotelis uerbo utar, qui plus æquo uerbis innitentes, mentem & uoluntatẽ

legum prorſus negligunt, qui profectò hac in re fugien di ſunt. Nam dum nimis Iuris ſtudioſi eſſe uolunt, in ſummam ſæpe iniuriam incidunt. Iuxta illud Terentij: Summum ius, ſumma iniuria. & illud Columellæ: Sum mum ius, ſumma crux.

QVARTVS CANON.

INterpretationes Bartoli, Baldi, & aliorum docto rum noſtræ ætatis Iuuenis eatenus recipiendas ſciat, quatenus aut lege aut ratione probantur, de ſententia Panorm. in cap. 1. de Poſtul. prælat. Cum qua ſententia facit gloſſa in lege Si de interpretatione. ff. de leg. & Gloſſ. in l. j. C. de leg. ubi aſſeritur doctorum noſtri ſeculi exegeſes probabiles, non neceſſarias.

QVINTVS CANON.

QVando doctorum uariæ occurrunt opiniones, tu tum eſt eas ſequi, quæ rationi quàm maximè ſunt conſentaneæ, de ſententia Ioannis Fabri in Inſtit. de iu re Naturali Gent. & Ciuili. §. reſponſa, qui allegat. L. Si quando. §. j ff. Si ſeruit. uind. & L. in ſubſtitutio ne. §. j. de uulg. & pupil. ſub. Cæterũ quando opinio aliqua communibus ſuffragijs approbata eſt, & ex le ge aliqua, uel ratione euidenti probari poteſt: nec conſtat, quod aut alicui legi, aut ratione euidenti aduerſe tur, ea ſanè mordicus tenenda, nec nouanda eſt per Gloſſ. in. L. Minime. ff. de leg.

SEXTVS CANON.

OPtima legum interpres conſuetudo eſt, per. L. ſi de interpretatione. ff. de LL. Quare ſi Iuuenis aut au diuerit, aut ipſe ſenſerit alicuius doctoris interpreta tionem à recepta conſuetudine recedere, non tutò il lam ſequi poterit.

SEPTIMVS CANON.

MInimè ſunt imitanda, quæ ſemper certam interpre tationem habuerunt. L. minime. ff. de leg. Proinde ſi Iuuenis, & legem aliquam ſemper certam quandam interpretationem habuiſſe, quamuis non aperto id ad quod allegatur aſſerat, compererit, non facile ab illa interpretatione deflectet: uerbi gratia: Lex ſi quando. C. de teſt. ita ſemper intellecta & expoſita eſt, quòd ue lit, ut teſtis, cum pars aduerſaria & uocata & præſtò eſt, iuret quidem, ſed remotis arbitris, & ſecretò teſti monium dicat: quæ lex, quamuis non aperto id aſſe rat, tamen cum ita ſemper intellecta fuerit, ea interpre tatio mutanda non eſt per Gloſſ. in. d. L. Minime. Sed circa hunc Canonem ego aliquantulum ſubſiſto.

OCTAVVS CANON.

NOn eſt tolerandus qui clara uerba legis pro ſuo ar bitrio interpretari uelit. L. Quidquid in reſpon ſo. ff. de uerb. obligat. Ex his canonibus, quos hic ordine recenſui, Iuuenis facilè intelliget, quo iudicio interpretes Iuris ciuilis legere debeat.

CAPVT VI.

Quæ progymnaſmata Iuueni Iuris ciuilis ſtudioſo amplectenda ſint.

VEgetius libro primo de Re militari, docet Tyrones & rudes milites prius uarijs ſtudijs & rebus exercendos eſſe, quàm ad iuſta prælia ad mittantur. Mea quoq; hæc eſt ratio: Iuuenes Iuris Ci uilis ſtudioſos uarijs progymnaſmatis, ueluti σκιαμαχίαις quibuſdam, in umbra proludere debere, priuſquàm in aciem prodeant. Nam infœliciter ferè, aut in foro cauſas agunt, aut in publico dicunt, aut etiam in ſcholis docent, qui non domeſticis exercitijs ſeſe ex coluerunt.

Proponam autem progymnaſmata quædam, quæ Iuuenibus qui aliquando aut cauſidicos, aut profeſſo res Iuris agere uoluerint, nõ parum profutura ſpero.

PRIMVM PROGYMnaſma.

NOn malè ſtudijs ſuis conſulent Iuuenes, ſi interdiu ſtato tempore inter ſe alicubi conuenerint, & quæ quiſq; aut à præceptore ſuo publicè audiuit, aut priua tim legit, in medium contulerint: & quo modo alij il la & acceperint, & accipienda putent, diligenter in quiſierint. Etenim hac ratione futurum eſt, ut unuſquiſque ea, quæ uel audiuit, uel legit ipſe, & rectius intel ligat, & tenacius memoriæ infigat. Ac ea quæ ab alijs proferuntur, lucri loco domum ſecum auferat.

SECVNDVM PROGYMnaſma.

ALiquando etiam Iuuenes ſtudioſi confluant, & the matibus propoſitis diſputationes priuatas inſtituãt. Eligant autem themata, quæ & minimè intricata ſunt, & ad uſum forenſem, ac ad dicendum in publico ipſis uſui eſſe poterunt: ueluti ſunt, ut docendi gratia pauca exempla ſubijciam:

I

Rectè dixit Celſus: Inciuile eſſe, niſi tota lege perſpecta, una aliqua particula eius propoſita, iudicare uel reſpondere. L. Inciuile. ff. de leg.

II

Nec minus rectè Bartolus & alij Doctores aſſe runt, eum qui ſtatuto in iudicio nititur, totum ſtatutũ proferre debere: quod fieri poßit, ut uerba ſequentia, ea quæ in initio ponuntur, aut reſtringant, aut tem perent.

III

In contractibus autem ſatis eſt, ſi ea contractus par ticula proferatur, quæ ad rem pertinet: per L. Argen tarius. §. edi ratio. ff. de Eden.

IIII

Quod ſi tamen ſeries contractus prorſus cohære at, totus cõtractus producendus eſt: de ſententia Doct. In. d. L. Inciuile. ¶ Interdũ Iuuenes etiam thema ali quot methodicè tractatum, inter ſe diſputent, uerbi gratia

gratia, ſit thema: Exceptio, hic inquirendum eſt.

I

Quid ſit Exceptio? Eſt autem Exceptio, actionis uel intentionis excluſio: de ſententia Panorm. in Rub. de Exception.

II

Cur exceptiones comparatæ? Sunt autem comparatæ defendendorum eorum gratia, cum quibus agitur. In inſtit. de Excep. in principio.

III

Quot ſpecies Exceptionum? Sunt autem uariæ: ut eſt uidere in Inſtit. de Exception. & apud Speculatorem, eod. Titul.

IIII

Quæ officia exceptionum?

V

In quibus exceptionum ſpecies inter ſe conueniant, in quibus uarient? ¶ Aliquando Iuuenes de uocibus aliquibus & orationibus à ueteribus Iuriſcōſultis uſurpatis inter ſe diſputent, ut quæ dicantur à Paulo Iuriſconſulto in. L. Quod ſi hæ. ff. de Impenſis: res promercales, & quis dicatur Paganus à Calliſtrato in. L. Milites. ff. de cuſtodia rerum. & quid ſit manu longa rem tradere apud Iabolenum in. L. Si pecuniam. ff. de ſolut. Item an proprie etiam Vlpianus in. L. j. ff. de ſeparat. dixerit, etſi non in aſſem, in aliquid tamen ſatisfacere.

TERTIVM PROGYMNASMA.

VAlde conducibile Iuuenibus Iuris ciuilis ſtudioſis eſſe reor, ſi aliquando leges quæ inter ſe pugnare uidentur, in concordiam redigere laborant: ad quam rem Iuuenibus plurimum proderint, eà quæ Fabius Quintilianus libro ſeptimo de Contrarijs legibus diſſerit. Quòd ſi ἀντινομία difficilior eſt, quàm ut à Iuuenibus diſſolui queat, præceptorem rogent, ut is illam in concordiam redigat & diſſoluat.

QVARTVM PROGYMNASMA.

IVuenes non ſolum priuatim, ſed etiam publicè inter ſe ciuiliter decernãt, & hoc ipſum præſentibus præceptoribus, qui ſi forſitan Iuuenes, aut leges non aptè produxerint, aut non ſatis prudenter ratiocinati fuerint, admoneant eos, & errantes in rectam uiam reuocent. Cæterum, ut Iuuenes, & ad priuatas & publicas diſputationes paratiores eſſe poſſint, uolo Topica Ciceronis bene cognita, & meditata habeant. Nam ex illis, qualibet re dicendi materiem, ſine magno negocio colligere poterint. Quod ſi uerò Iuuenes non ſemper inter anguſtos Dialecticorum limites inter diſputandum conſtricti eſſe, ſed latius paululum euagari, & populari dicendi genere auditorum animos delinire uolunt, id facere poterunt: modò, ut in peroratione caput argumenti in formam ſyllogiſticam redigãt: Nam hac ratione tam agonotheta, quàm auditores, & uim argumenti, & quæ ornatus gratia acceſſerint, clarius intelligent.

QVINTVM PROGYMNASMA.

NOn arbitror quoq; inutile Iuuenibus Iuris ciuilis ſtudioſis fore, ſi in dies ſingulos ueſperi conueniãt, & quæ unuſquiſq; illorum, iſto die, aut digna memoratu audierit, aut priuatim legerit, memoriter dicat. Etenim hoc exercitij genere Iuuenes, & memoriam, quam Craſſus apud Cic. in Iuriſconſulto præter cætera requirit, excolent: & quæ ab alijs in medium ueluti ſymbola, conferuntur, domum quoq; ſecum aſportabunt. In primis autem uolo, ut Iuuenes aut ex Inſtitutionibus Iuſtiniani aliquot Paragraphos, aut aliquot regulas Iuris, aut aliquot leges quotidie in medium conferant. Ferunt Titum Veſpaſianum, cum quodam die inter cœnam recordatus eſſet, quòd non ulli, illo die, quicquàm præſtitiſſet amicis, dixiſſe: Hodie diem perdidi. Sic Iuuenes ſe quoq; diem illum prorſus perdidiſſe credant, quo non aliquid ex legum penu in commune contulerint.

SEXTVM PROGYMNASMA.

VT Iuuenes aliquando in conſultationibus & priuatis & publicis ſe fœlicius gerant: ex re illorum fore puto, ſi ſe aliquando domi ſuæ declamationibus ſuaſorijs & diſſuaſorijs exerceant. Etenim umbratico hoc declamandi ſtudio, uires quaſdam ad ſuadendum in publico, colligent. Ac quando Iura ciuilia hac gratia ferè hoc præſertim ſeculo diſcuntur, ut aliquando in foro cauſas agere poſſimus, Iuuenes curabunt, ut aliquando uel præceptoribus ſuis cauſas agentibus, uel alijs facundis & peritis cognitoribus adſint, à quibus rationem & conſuetudinem forenſem quoq; diſcant. Cæterum ut Iuuenes aliquando in forum prodire poſſunt, illis ualde conducibile erit, ſi ratione forenſi utcunq; cognita, intra domeſticos parietes, inter ſe cauſas agere meditentur: ita quod unus actoris, alter rei partes defendat, conſtituto quodam iudice, qui tandem de cauſa ultro citroq; iactata, pronunciet. Ad quod exercitij genus cum uulgares practicæ, tum commentarij Zaſij in Tit. Inſtitut. de actionibus, ualde Iuuenibus πρὸς ὁδὸν futuri ſunt.

CAPVT SEPTIMVM DE LOCIS communibus comparandis.

IMperator Iuſtinianus in C. de uet. Iu. enucl. L. ij. §. ſi quid autem: omnium habere memoriã, inquit, diuinitatem magis, quàm mortalitatis eſt. Proinde cum Iuuenes, illorum omnium, quæ aut audiunt, aut legunt in Iure ciuili, meminiſſe non queant, optime ſibi conſulent, ſi locos quoſdam communes inſtruxerint: in quos & ea quæ audiunt, & priuatim legunt, cōgerere poſſint: & ex quibus ea, quæ obliti ſunt, ſine magno negocio expromant. Ac quamuis, quilibet pro ſuo ingenio Locos facile ſibi comparare queat, tamen ut Iuuenibus prorſus rudibus conſulam, locorum quorundam tumultuariam farraginem hîc congeram.

A

Actio.
Actor.
Actus.
Reus.
Exceptio.
Dominium.
Obligatio.
Abſentia.
Acceſſorium.
Accipere.
Adulterium.
Adulter.
Annulus.
Aſſeſſor.
Arma.
Annus.
Actus.
Arrogare.
Argumentum.
Approbare.
Arbiter.
Arbitrator.

B

¶ Bona.
Bona fides.
Beneficium.
Bellum.

C

¶ Ceßio bonorum.
Conſuetudo.
Cautio.
Commodum.
Conditio
Contractus.
Culpa.
Clàm.
Palàm.
Conceßio.
Cauſa.
Contrarium.
Conſtitutio.
Creditor
Contrahere.
Cautio.

D

¶ Dolus.
Definitio.
Damnum.
Delictum.
Donatio.

Iudex ordinarius.
Dominium.
Delegatus.
Subdelegatus.
Domicilium.
Domus.
Dos.
Donatio ob nuptias.
Damnare.
Abſoluere.

E

¶ Edere.
Error.
Expenſarum æſtimatio.
Emere.
Exceptio.
Vendere.
Ætas.
Electio.
Eccleſia.
Epiſtola.
Exhæreditatio.
Executio.

F

¶ Fallacia.
Fides.
Furtum.
Fœnerator.
Furioſus.
Filius.
Filiusfamilias.
Fideiuſſor.
Fœmina.
Frater.
Fiſcus.
Fama.
Feudum.

G

¶ Generalis.
Genus.
Grex.
Gratis.
Gradus.
Gloſſa

H

¶ Hoſtes.
Habitus.
Honeſtum.
Homo.
Hæreditas.
Hæres.

Impoßi-

I

¶ Impoßibile.
Impubes.
Intereſſe.
In ius uocare.
Iuriſdictio.
Infans.
Imperator.
Infamia.
Iuſiurandum.
Iudæus.
Incidens.
Emergens.
Informare.
Infinitum.
Ius.
Iura.
Iniuria.
Ignorantia.
Interdicta.
Interpretatio.
Impubes.
Indefinita propoſitio.
Inſtrumentum.
Imperium.
Iudicium.
Interruptio.
Ira.

L

¶ Ludus.
Legatum.
Teſtamentum.
Liberi.
Libertas.
Libertus.
Lex.
Libellus.
Labor.
Laus.
Locutio.
Legitimus.
Latinitas.
Litis conteſtatio.
Litera.

M

¶ Mandatum.
Matrimonium.
Mora.
Mors.
Manifeſtum.
Magiſtratus.
Minor.
Maior.
Mens.
Metallum.
Mater.
Mulier.
Meretrix.
Munus.
Maritus.
Moneta.
Medicus.
Mola.
Maior pars.
Mutuum.
Meum, tuum.
Mercator.
Medium.

N

¶ Nuncius.
Neceßitas.
Negocia.
Negatiua.
Nuptiæ.
Notorium.
Nox, dies.
Negotiorum geſtor.

O

¶ Odium.
Obligatio.
Officium.

P

¶ Poſſeßio.
Priuilegium.
Poſtulare.
Prohibitum.
Puer.
Procurator.
Patria.
Periurus.
Præſumptio.
Præſcriptio.
Peregrinus.
Probatio.
Pauper.
Patronus.
Presbyter.
Papa.
Pactum.
Promiſſum.
Permutatio.
Precia rerum.
Pecunia.
Princeps.
Pœna.
Poteſtas.
Prætor.
Prodigus.
Penſio.

R

¶ Res.
Roma.

Ratio

Ratio.
Ruſticus.
Rector.
Religioſus.
Renunciare.
Reus.
Repudium.
Reſcriptum.
Res publica.
Res priuata.
Redditus.
Reſtitutio.
Ratum.
Irritum.

S

¶ Senex.
Scriptum.
Sententia.
Simplex.
Seruus.
Socer.
Societas.
Sponſus.
Sponſalia.
Spoliatus.
Spurius.
Solutio.
Scriptor.
Scriptura.
Senatuſconſultum.
Sacerdos.
Succeßio.
Suſpicio.

T

¶ Tutor.
Tutela.
Teſtamentum.
Teſtes.
Tempus.
Totum.
Traditio.
Tranſactio.
Theſaurus.
Tributum.
Titulus.

V

¶ Vſus.
Vſusfructus.
Vnus.
Via.
Vſuræ.
Verba.
Valetudo.
Vitioſum.
Vitium.
Vir.
Vis.
Vxor.
Venditio.
Virtus.
Vaſallus.
Vidua.
Veſtes.
Voluntas.
Virgo.

Et quædam alia non pauca.

EN, habent Iuuenes miſcellaneam quandam Locorum communium Iuris ciuilis nomenclaturam, ex qua ipſi haud dubie locos alios, & quidem meliores facilè comparare poterunt. Locos autem uel iuxta literarum alphabeticarum ſeriem, uel ut contrarij contrarijs è regione opponantur, inſtruent. Porrò ut Iuuenes locorum, quos paulò antè confuſiſsimè congeßi, uſum quoq; cognoſcant: illos ſcire uolo quòd ad locum Abſens congeri poßint ea, quæ uel de abſente uel abſentia leguntur: ut quis dicatur abſens, quàm multiplex ſit abſentia per gloſſam. L. præſens. ff. de procurat. An quis abſens poßit contrahere &c. Ad locum communem Actor, contrahi poſſunt, quæ ſint actoris officia: an actor ſemper obligetur ſequi fori rei per. L. ij. C. de Iuriſdictione omnium Iudicum, qua pœna mulctandus actor contumax, &c. Quæ pœna ſit actoris temerè aliquem in ius uocanti, &c. Ad locum communem Adulter, colligi poſſunt, quæ pœnæ quondam adulteri & adulteræ fuerint, quæ pœna hodie de adultero & adultera expetatur aut ex nouellis conſtitutionibus aut legibus municipalibus: quando adulterum occidere liceat, an de adulterio tranſigendi aut paciſcendi detur, ex. L. tranſigere. C. de tranſactionib. Hæc propterea paucis hic oſtendere uolui, ut Iuuenes ex locorum aliquorum à me commemoratorum uſu, & ſuis locis, ſi quos inſtruxerit, rectè uti diſcant. Cæterùm, liberum erit iuuenibus & locos quoſdam amœniores parare, cuiuſmodi ſunt hæc quæ iam dabimus.

I

ELegantes loquendi rationes à Iuriſconſultis uſurpatæ.

I I

¶ Græciſmi à Iuriſconſultis uſurpati: ut cum Vlpianus in. L. iure gentium. §. utrum autem. ff. de pact. dicit, utrum autem in rem an in perſonam pactum factum ſit, non nimis ex uerbis quàm ex mente conuenientium æſtimandum ubi non nimis, Græcorum more, qui οὐ μᾶλλα δὲ dicunt pro non tam dixit, ut etiam Haloander annotauit.

I I I

¶ Voces iuris ciuilis propriè, quarum non paucas enumerat Alciatus in. L. iiij. ff. de uerborum ſignific. quibus & aliæ addi poterunt. Sic Martianus in. L. qui cœtu. §. qui uacantem. ad. L. Iul. de ui publica: uacantem mulierem pro uidua dixit. ſic pauperies in Tit. Si quadrupes paup. feciſſe dica. pro damno ſiue iniuria facientis dato accipitur. Sic in. L. ſi uxor. ff. de adult. Vlpianus uulgarem uxorem pro meretrice, Accurſio interprete dixit, uel ut Alciatus lib. ij. τῶν παρέργων interpretatur, ex aduentitio uulgo, non ex ciue Rom.

I I I I

¶ Παροίμιαι à Iuriſconſultis ueteribus uſurpatæ, quarum non parum multos etiam Alciatus in Lib. iiij. de uerborum ſignification. collegit, quibus Iuuenis addat manu longa tradere in. L. ſi pecuniam. ff. de ſolut. & illam Imperatoris Iuſtiniani παροιμίαν uento uiuere in. L. quod plerunq;. C. de alimen. pupill. præſt. pro quo Germani dicunt, von dem lufft leben.

V

¶ Tropus aliquis, cuiuſmodi eſt metaphora aliqua inſignis, ut ſigillare pudorem, in. L. ius quoq;. §. Prætor ait. ff. de in ius uoc. pro dehoneſtare: ſumpta metaphora ab his, qui alicuius faciem liuidis maculis contuſam dehoneſtant. Sic in. L. Iuris gentium. §. Vt puta. ff. de pact. ne ex pacto naſcatur actio. Item ſolēt & ea pacta, quæ poſtea interponuntur, parere exceptiones. Metaphora eſt in uerbis naſci & parere. Sic Paulus Iuriſconſultus in. L. de indebito. ff. de proba. dixit effundere & proijcere pecuniam. Item Metonymia, ut eſt in. l. Imperium. ff. de Iuriſdict. ubi inquit Vlpianus: Merum imperium, eſt habere gladij poteſtatem: tamen hic gladius per Metonymiam pro poteſtate pœnæ capitalis, uel quaſi irrogandæ accipitur.

Exempla καταχρήσεων plurima ſunt in Iure ciuili.

Item Synecdoches exempla, &c.

V I

¶ Figura aliqua inſignis.

V I I

¶ Aliqua argumentationis ſpecies, uel exemplum, uel dilemma, uel inuerſio & uiolatio Rhetorica, quorum exempla aliqua in Dialecticis meis legalibus, ex legibus recenſui.

V I I I

¶ Sententia aut Platonis, aut Demoſthenis à Iuriſconſulto producta.

I X

¶ Aliquid ex Ariſtotele à Iuriſconſulto citatum.

X

¶ Præcepta aut Oeconomica, aut Politica, aut Ethica à Iuriſconſultis præſcripta: uerbi gratia, ut Iuuenibus ad alia exempla obſeruanda & annotanda dux & autor ſim. Præceptum politicū eſt in. L. Nam ſalutem. ff. de Off. præfect. uig. dum Paulus Iuriſconſ. ait, ſalutem Reip. tueri nulli magis conuenit, quàm Cæſari. Item in. L. Præſes. ff. de Off. præſ. ubi Paulus Iuriſconſ. quoq; inquit: In mandatis principum, & ut curet is, qui prouinciæ præeſt, malis hominibus purgare prouinciam. Item Politicum præceptum eſt in. L. Congruet. ff. de Off. preſ. ubi Vlpia. ait: Congruet bono & graui præſidi curare, ut pacata atq; quieta prouincia ſit, quā regit. Politicū præceptū eſt in. L. j. §. ſumma. ff. de his qui deie. ubi Paulus inquit: Publicè utile eſt, ſine metu et periculo per itinera cōmeari. Oeconomicū præceptū eſt in. L. ut tantū, in principio. ff. de ſer. corrup. ubi Paulus inquit, intereſt noſtra, animū liberorū noſtrorū nō corrumpi. Item Oeconomicū præceptū eſt in. L. diuus Adrian. ff. ad. L. Pomp. de parric. Vbi ait Martian. Patria poteſtas in pietate debet, nō atrocitate cōſiſtere. Oeconomicū præceptū eſt in. L. Hoc edictū. ff. de his qui deie. Vbi Paulus inquit. Habitator ſuā ſuorumq; culpā præſtare debet. Ethicū in genere præceptum eſt illud in. L. parētes. ff. de in Ius uoc. ubi ait Paulus: Vnà eſt omnibus parentib. ſeruanda reuerētia. Et in. L. item ſi. §. Poteſt etiā. ff. de alienat. Iud. mut. cauſ. facta, ubi ait Vlp. Verecundia & cogitatio eius, qui lites execratur, non eſt uituperanda. Ethicū eſt & illud in. L. hoc edicto. ff. de conſt. pecu. in princip. cum Vlp. inquit: Grauè eſt fidem fallere. Et illud in. L. in commodato. §. ſicut autē. ff. cōmod. cū Paulus ait: Adiuuari quippe nos, nō decipi beneficio oportet, &c. Hæc exempla paucula produxi, ut quemadmodū paulò antè dixi, Iuuenibus ad ſimilia & obſeruanda & annotāda uiam quandā indicarē. Locis præcedentib. amœnioribus Iuuenes adijcere poſſunt themata memorabilia in aliqua lege excuſſa: quale eſt in. L. Itē ſi. §. Itē quæritur, & in. L. Si autē. §. Iulian. in. L. ex facto. ff. de neg. geſtis, in. L. Cum filiusfamilias. ff. Si cer. pet. &c.

X I

¶ Vbi Labeonis, ubi alterius Iuriſconſulti ueteris ſententia reprehēſa. Labeonis propterea hic feci mētionem, quod eius ſententia frequenter reijciatur, ut in. L. diem proferre. in prin. ff. de arb. & in. L. Sed an ultrò. §. Sed ut Celſ. ff. de neg. geſt. & in. l. j. §. inter cōmodatum. ff. Cōmodatū. in. L. ex me. ff. de ſeruit. præd. ruſt.

X I I

¶ Themata, in quibus diſcutiendis, Iuriſconſulti ueteres reſponſis uariarunt: cuiuſmodi eſt in. L. ſi idem. §. Si una actio. ff. de Iuriſdictione, & in. L. Cum fundus. §. ſeruum tuum. ff. Si cer. pet. &c.

X I I I

¶ Themata, de quibus Iuriſconſulti ueteres ſæpè dubitarunt, & nihil certi reſponderunt, ut in. L. j. §. ij. loco. ff. de poſt. ubi cum Vlpianus conſultus eſſet, an cæcus, magiſtratus gerere poſſet, reſpondit, de hoc deliberabimus. Exemplum eſt quoq; in. L. Si & me & Titium ff. ſi cert. pet.

PERO-

IN habes, mi IOANNES, rationem Tyrocinij Iuris Ciuilis: qua ſi uti uolueris, in ſpem uenio, te incœpto ſtudiorum tuorum curriculo, non infœliciter progreſſurum eſſe.

Fortaſſis erunt, quibus hæc mea uia non ſatis probabitur: quibus paucis reſponſum ſit, me eam rationem, quæ mihi & rectiſſima & utiliſſima uidetur, Iuuenibus ſtudioſis oſtendere uoluiſſe. Quòd ſi alij cuipiam, aliquid rectius & melius in mentem uenerit: id tantum abeſt, ut mihi moleſtum futurum ſit, ut etiam magni beneficij loco ſim ducturus. Nam non ignoro, quòd, ut itinerum monſtratoribus, non eadem uia ad unum etiam locum, æquè certa & compendioſa uidetur: ita etiam his, qui alijs ad eorundem ſtudiorum iter ingrediendum duces, καὶ ὁδοιγοὶ ſunt, non eadem uia capeſſenda putetur.

Benè Vale: & cura, ut ætatem tuam, in qua iam es, bene colloces. Nam noſti illud Heſiodi:

οὐκ αἰεὶ θέρος ἐσσεῖται, ποιεῖσθε καλιάς.

EPITOMES TYROCINII
IVRIS CIVILIS
FINIS.

CL. CANTIVNCVLAE IVRISCONS. DE RATIONE STVDII LEGALIS PARAENESIS AD AMICVM ANONYMVM.

ANXIAE preces tuæ,ſeu illæ opportunæ,ſeu importunæ fuerint,quantumuis renitentem, me tamen impellũt, quo tibi morem geram abeunti: ut quemadmodum diu deſyderatos, oblato quopiam amicitiæ ſymbolo, humaniter excipere ſolemus: ita nunc tandem moræ impatientem, non aliter te dimittam, quàm tradita ſimul amicitiæ teſſera, quæ te nonnunquam abſentis mei abſentem moneat. Neque uerò me (*quod dixi*) *renitentem alio nomine intelligis, quàm quòd ea, quæ tam diu à me poſtulaſti, ab alijs primæ claſsis, maiorumq; gentium* Iureconſultis *petenda fuerant. Sunt enim alij non pauci hodie clari* Iuris Ciuilis *profeſſores: qui ſi hanc ſibi delegiſſent prouinciolam, longè feſtiuioribus literis adornatam exhibuiſſent: quippe libris nihil dedicaturi, aut in exemplum edituri fuerant, niſi terſum ac limatum, & ad legem ac regulam compoſitum. Sed parco nominibus uiuentium: ueniet eorum laudi fuſius celebrandæ ſuum tempus: ad poſteros enim uirtus illorum durabit, non perueniet inuidia. Verùm cum de me plura ac meliora ſis meritus, quàm ut hac in re preces tuæ repulſam apud me patiantur: atque adeò cùm tua & ſtudioſorum cauſa, non mea, hoc qualecunque fuerit aggrediar: merebitur ſpero hic labor (etiam ſi, quod aiunt,* Iudi*ces artis habeat artifices) nonnulla ex parte ueniam, ſicubi in præcipitato negocio hallucinati fuerimus. Eſt certè humani ingenij, lapſis quidem, ſed pro uirili annitentibus, benignè condonare, in ancipitibus boni conſulere, ac candidè omnia interpretari.* Hoc enim *noſtrum incœptum perfunctorium, non iuſtam, plenamq; operam profitemur.* Accipe igitur, *& boni conſule, quas pro temporis anguſtia ſtudendi rationes exhibeo: ſaltem præbituras anſam, qua plures, & abſolutiores inuenire poßis.*

Sitq; hæc prima ratio: ut Iuri Ciuili *daturus operam, ne (quod dicitur) impingat in limine, primùm omnium* Numinis *diuini auxilium precetur, & in illius gloriam, ſuorum ſtudiorum finem, ceu ad ſcopum referat.* Debent *ſiquidem humanæ leges ab hoc archetypo peti, & illarum ſcintillæ ab eo lumine ſumi: quamuis aliter reluceat æternæ ueritatis fulgor in leui terſoq; ſpeculo, aliter in ferro, aliter in lympidiſſimo fonte, aliter in aqua ſubturbida. Quemadmodum nos iuſto opere poſt hæc fortaſſe futuro, ſimul cum alijs tumultuario labore nunc emißis, copioſius exequemur.* Deinde *meminerit, ſe non rem plebeiam, aut unius, uel alterius ſolùm autoritate nitentem, ſed* Sacroſanctam (*non quidem ſanctitate* Pontificia, *ſed qua olim* Tribunitia *poteſtas, principesq;* Romani *ſacroſancti dicebantur) & à uiris, uita, moribusq; probatißimis, ac in omni ſcibili exquiſitißimis, multo labore concinnatam, atque adeò illotis manibus non eſſe tractandam.* Sed *hunc ego* Iuris *ſtudioſum peto, qui & uir bonus ſit, ciuiliterq; ſapiens ſit futurus, tum qui* La*tinè ſciat, ac meliorum autorum bonam partem excuſſerit: ne illum ſemper ab ijs qui* Accurſiani, *& nihil præterea ſunt, pendere oporteat.* Quamuis *enim hactenus inter amuſos, etiam* Corydi *ſeſe uenditarint, fuerintq; corui luſcinijs honoratiores: certè hæc fœlix ætas aliud poſtulat iudiciũ.* Tempus *adeſt, rerumq; nouus nunc uertitur ordo.* Quod *uirum bonum exigimus, mirabitur nemo, qui animaduerterit, prudentißimum, optimumq; eſſe, & haberi debere, qui ſententiæ ſuæ de utilibus atque honeſtis credere omnes uelit.* Nam *ſi* Iuris Ciuilis *peritia maliciam inſtruxerit, nihil erit publicis, priuatisq; rebus pernicioſius* Iuris *noticia: noſq; ipſi, qui pro uirili parte conferre aliquid ad facultatem* Iuris *ciuilis conamur, peßimè merebimur de rebus humanis, ſi latroni comparemus hæc arma, non militi.* Quid *de nobis loquor?* Ipſos Iuris Ci*uilis autores, non parentis, ſed nouercali genus humanum proſequutos animo fuiſſe, haud improbabili coniectura dicemus, ſi diſciplinam* Ciuilem, *ſociam ſcelerum, aduerſam innocentiæ, hoſtem ueritatis inuenerint.* Nam *& ipſa* Iuris *prudentia ſi in malos incidit, & ipſa dicendum eſt malum: peiores quippe facit, ſi illis contingat.* Quid *enim putamus, ex bono & æquo reſponſuras cupiditatem, auaritiam, inuidiam, quarum impotentißimæ cogitationes ſomnos etiam ipſos perturbant?* Nihil *eſt tam occupatum, tam multiforme, tot, ac tam uarij affectibus conciſum, ac laceratum, quàm mala mens.* Cum *inſidiatur, ſpe, curis, labore diſtringitur: cum ſceleris compos fuerit, ſolicitudine, pœnitentia, pœnarum omnium expectatione torquetur.* Quis *inter hæc æquo & bono cultus? non herclè magis, quàm frugibus in terra ſentibus ac rubis occupata.* Longius *tendit hoc iudicium meum.* Neque e*nim tantùm id dico, eum qui* Iuriſconſultus, *uirum bonum eſſe oportere: ſed ne futurum quidem* Iuriſconſul*tum, niſi uirum bonum.* Vereor, *ne magna nimium uidear exigere ab ijs, qui periti eſſe, quàm boni malint.* Sed *hi primùm renuncient ſibi, quàm breuis ſit inſtitutio uitæ honeſtæ.* Si *uita & moribus ad ſcopum illum*

Euangelicum, & uerè ſacram ancoram, quàm proximè accedere ſatagant, Ciuilemq́; diſciplinam, rem profectò ad communem uitæ ſocietatem (præſertim uti nunc ſunt hominum ingenia) neceſſariam, ſed quæ humanos affectus ſapiat, ex Euangelica Scriptura per occaſionem nuſquam non attemperent. Tum ipſam quoque Naturæ ſimplicitatem ſequantur ducem. Natura enim nos ad mentem optimam genuit: adeoq́;, ut uerè intuenti, mirum ſit illud magis, malos eſſe tam multos. Nam ut aqua piſcibus, ut ſicca terrenis, circũfuſus nobis ſpiritus uolucribus cõuenit: ita certè facilius eſſe oportebat, ſecundum naturam, quàm contra eam uiuere. Adde, quòd cœleſtis illa Chriſti Philoſophia non tollit, ſed prouehit ac perficit quos natura profert uirtutis igniculos. Ciuiliter uerò ſapientem futurum Iuriſconſultum optare nos diximus, qui publicarũ priuatarumq́; rerum adminiſtrationi accommodatus ſit, qui regere conſilijs urbes, fundare Legibus, emendare Iudicijs poßit. Neq; enim hoc conceſſerim, rationem rectæ honeſtæq́; uitæ (ut quidam putauerũt) ad Theologos, uel ad Philoſophos relegandam. Fuerunt hæc olim, eſſeq́; debent quemadmodum iuncta natura, ſic officio quoq; copulata, ut iidem Sapientes, atque Iuris periti haberentur. Hinc ſcriptum reliquit Vlpianus, boni & æqui Sacerdotes, hoc eſt, ipſos Iuriſconſultos, ueram Philoſophiam, non ſimulatam profiteri. Scidit deinde ſe ſtudium, atq; uel inertia, uel temporũ infelicitate factum eſt, ut Artes eſſe plures uiderẽtur. Erit igitur Iuriſconſultus uir talis, qualis uerè ſapiens appellari poſſit, qui ſe non ſecretis, aut ocioſis diſputationibus, ſed adminiſtrationi Reipublicæ dediderit, qui rerum experimentis uerè Ciuilem uirum exhibeat. A qua Ciuilitate togati quidam uulturij longißimè receſſerunt, qui Ciuilis diſciplinæ bonis ſic abutuntur, ut imaginẽ ipſam Legalis profeßionis, nõ aliter ob oculos ponant, quàm ſordidæ mercis negociatores, fructum ſuorum ſtudiorum ex arcæ nummariæ commodis tantùm ſpectantes, & ad ſordidum lucrum ſeſe nuſquam nõ accingentes. Tantùm abeſt, ut forenſem quandam aduocatorum operam, & mercenariam uocum harenam, uel (ut aſperioribus uerbis parcamus) litium concinnatores, aut redemptores, inſtituere cupiamus. Horum enim (de quibuſdam loquor rabulis, quos dominus Vdalricus Zaſius, uir doctißimus, Iuriſq́; Ciuilis illuſtrator egregius, in ſuis Scholijs ad Legem ſecundam, de Origine Iuris, ſuis atque accommodatißimis depinxit coloribus) horum, inquam, fit iniquitate, ut miſeri coloni ex agris in forum, atq; adeò ſæpißimè in forum (ut uocant) eccleſiaſticum traducantur, ab aratro ad ſubſellia, ab uſu rerum ruſticarum, ad inſolitam litem atq; iudicium. Hi cautelas omnes, uafricias captioſas, & inextricabilia quædam uerborum aucupia cõminiſcuntur: nunc clancularijs quibuſdã gryphis, ceu cuniculis, nunc perfricta fronte apertè Iudicem aggredientes, illiuſq́; animũ ſpe, metu, minis, admonitione, precibus, uanitate denique (ſi id profuturum credant) agitantes: duntaxat, ut uel hac uia, quantumuis firmum Ius dicentis animum, cõmoueant, & in ſuam trahant ſententiam: ut qui curſu parum ualent, flexa eludant. Quàm multa Deus Optime, ſuper his coruis (admoneo rurſus Lectorem, bonos uiros me lædere nolle) ſcribere & liceret, & liberet, ſi non digreßionem longiorem fugeremus. Tantùm id perſuaſum eſſe uolo, non eſſe quod rectè inſtituto Iuris tyroni, aut profeſſori tantopere diſpliceat, ſi inter iſtos, quos iam dixi, parum Iuriſconſultus habeatur: cum inter eoſdem ne Papinianus quidem, Legalis diſciplinæ theſaurus, plerunque habiturus ſit, quod reſpondeat, ac fortaſſe nec priſci omnes Iuris profeſſores. In culpa eſt, non ipſa Iuris Ciuilis diſciplina, quæ non ſic nata eſt, ſed quorundã tractatio, qui totã illam ad forenſis uenationis argutias detraxerũt. Erit enim Ciuilis prudentia, in Iuriſconſulto etiam tacente, qui imaginem ipſam Iuris Ciuilis, felici quadã mente conceperit, illamq́; rerum maieſtatem ad diuinæ ſcripturæ normam regere totis connitetur uiribus: et fructum non ex ſtipe Aduocationum, ſed ex animo ſuo, & contemplatione, ac ſcientia petet perpetuũ illum, nec fortunæ ſubiectum. Denique uir bonus, ſi uel propoſito, uel aliquo caſu impeditus, cauſas agere deſierit, nõ magis deſinet eſſe Iuriſconſultus, quàm Medicus, qui curandi finem fecerit. Nam eſt aliquis, ac neſcio an maximus etiam, ex ſecretis ſtudijs fructus, ac tum pura uoluptas literarum, cum ab actu, id eſt, opere receſſerunt, & contemplatione ſui fruuntur.

Porrò meliorum Authorum bonam partem euoluendam eſſe futuro Iuriſconſulto, non oſcitanter ab ijs dictum eſt, qui Ciuilem ſcientiam, orbem quendam doctrinarum (qui Encyclopædia dicitur) expoſcere putant. Neque id ab re. Nam Ciuilis prudentia, quamuis (poſt ſacratißimam, & ueram Theologiam) ars quædam ſit princeps, & architectonica, non aliter tamen, quàm ſuis comitata pediſſequis, Encyclopædiam illam conſecuta dici poterit. Quare iuuentus, imò omnis ætas (neq; enim rectæ uoluntati ſerum eſt tempus ullũ) totis mentibus huc tendat, in hoc elaboret, quo ductum illum ſcientiæ Ciuilis, ex multis diſciplinis conſertum, nanciſci ualeat. Semper ad optima nitendum eſt: quod facientes, aut euademus in ſummum, aut certè multos infra nos uidebimus. Hoc fecerunt plerique ueterum, qui & ſi nondum quenquam Sapientem repertum putabant, præcepta tamen Sapientiæ tradiderũt. Eſt certè aliquid conſummata ciuilis prudentia, neque ad eam peruenire, natura humani ingenij prohibet: quod ſi nõ contingat, altius tamen ibunt, qui conatũ hunc experti fuerint, quàm qui præſumpta deſperatione, quo uoluerint euadendi, protinus circa ima ſubſtiterint.

Neque tamen exactam adeò omnium diſciplinarum noticiam, à perfecto Iuris profeſſore petimus: ſatis eſt eum eſſe eius, de qua ſermo fuerit, non inſcium. In primis conueniet, haud ſegniter in Rhetorica uerſatum eſſe Iuris Ciuilis profeſſorem. Equidem magno & publico omnium conſenſu explodendam arbitror, impudentem quidem, hactenus tamen receptam uocem, quæ ab ipſis etiam Iuris cultoribus circunferri ſolet: Nullum eſſe Iuriſconſultum poſſe, qui Latinè loqui, & eleganter ſciat. Quamuis enim illa diſerta, & oratoria eloquentia, Iuris ſtudioſis noſtro ſeculo forſan neceſſaria non ſit, quòd ipſa Iuris materia ſuadelam hanc, ſtyliq́; blanditias non facilè recipiat, Latinitatem certè, et elegantiam, ſermoniſq́; puritatem admittit. Quam qui

dem

dem indignitatem D. Budæus, maximum Galliæ totius ornamentum, plus ſemel diutius non ferendam oſtendit. Non ignoro, multa eodem pertinentià dici poſſe, ſed poſt tam abſolutæ doctrinæ uirum, hac in parte tacere modeſtius fuerit. Locorũ etiam, præſertim eorum quos libri Legales cõmemorant, cognitio haud parum profuerit. Fit enim, ut agnitis ex Coſmographia regionibus, cogitatione ſequamur narrationẽ, ut rem ſpectare uideamur, non legere. Contrà, ſi locorum & regionum ſitus, ſi rerum naturaliũ proprietates, & uocabula ignoraueris, haud rarò cum ipſo Accurſio, uiro multis alioqui nominibus cõmendabili, infeliciter hallucinaberis. ſic, ut nõnunquam ex arbore facias quadrupedem, è gemma piſcem, ex oppido fruticem, & id genus ſexcenta, quæ in Accurſij Gloſſematis reperias. De Græcis quoq; literis tametſi mihi tam amicus Hercules nondum contigerit, ut eas uel à limine ſalutare licuerit: dicam tamen quod ſentio. Equidem quàm graue malum ſit in Iure Ciuili, Græcarum literarum ignorantia, non leuiculis coniecturis, ſed experimento deprehendi, et quotidie magno meo cum incommodo deprehendo. Nihil hac in parte præiudicatũ afferam, tantùm indicabo, quantus ſit in hac profeſsione Iuris, Græcarum literarũ fructus. Cos enim, licet exors ſecandi ſit, ferrum tamen acuit. Principio certum eſt, Tribunianum ea quæ à Iureconſultis Græcè ſcripta inuenit, eodem ſermone tranſcripſiſſe: quemadmodũ uel hodie extant pleraq; Iureconſultorum Græca reſponſa in emendatis codicibus, hoc eſt, in Florentinorum Pandectis. Quorum multa reſtituta legas in Diſpunctionibus D. Andreæ Alciati, quem Iuris Ciuilis apicem, & doctrinæ Legalis theſaurum appellare, ſuo merito poſſumus. Deinde ſcribit eminẽtiſsimus ille Budæus, quem dubito, ſcientia rerũ, an eloquendi ſuauitate, an inuentionum acumine clariorem putem: is, inquam, ſcriptũ reliquit totum penè titulũ de Excuſationibus tutorũ, à Iuris autoribus Græcè ſcriptum fuiſſe. Authentica ipſa Iuſtiniani (Collationes aliqui uocant) Græco etiam ſermone ædita fuiſſe, probat codex Authenticorũ Græcus, diligenter, & pro dignitate apud uirum clariſsimum, eius (quod ſperare licet) reſtauratorem futurum, aſſeruatus. Quid, quod ea quæ in tribus nouiſsimis libris Codicis leguntur, à Græcis ſumpta ſunt? & ob id ante D. Alciati æditas Annotationes, magna ex parte non intelligebantur. Iam uerò quæ à Iureconſultis Græco ſermone fuerant ædita, ac reſponſa, tandem indoctiore ſeculo quodã, cùm pauci iam Græcè ſcirent, in Latinum uerſa ſunt: ſed ab ijs, qui nec Græcè, nec Latinè ſatis ſcirent. Cuius rei teſtis eſt Authenticorum, & ducentorũ in Pandectis locorum ſtylus ſordidus & ſubobſcurus, & in tribus libris Codicis non admodum caſtigatum dicendi genus. Qua in parte in multis locis Iuris pernicioſe erratum eſt. Sed & quamuis pleraque huiuſmodi erratorum, ex Budæi & Alciati lucubrationibus emendari & ſarciri ualeant: ſunt tamen quædam ſic deprauata, quæ reſtitui niſi ex Pandectis Florentinis non poſsint. Illud uerò hic prætereo, quod nemo inficias ibit, Philoſophiam, atq; omnes ingenuas artes, ipſas deniq; duodecim Legum Tabulas, à Græcis eſſe acceptas. Hoc itaq; meum conſiliũ, Iuri deſtinatus adoleſcens uolo ſequatur, ut quod M. Tullius filiò ſuaſit, ad ſuam utilitatem ſemper cum Græcis Latina cõiungat. Quod & ipſum me aliquando, ſi per fata liceat, tentaturũ ſpondeo. Cur enim id quoq; nõ ſperem? cum ſi Ciceroni, ſi Quintiliano credimus, M. Cato Cenſorius, idem Orator, idem hiſtoriæ conditor, idem Iuris, idem rerum ruſticarũ peritiſsimus, inter tot operas militiæ, tantas domi cõtentiones, rudi ſeculo, literas Græcas ſenex etiam, ætateq; iam declinata didicerit. Cur ergo ſpem abijciamus, cum Deus Opt. Max. tot nos præceptoribus, tot exemplis inſtruxerit antiquitatis, ut poſsit uideri nulla fortè naſcendi ætas felicior, quàm noſtra, cui docendæ priores elaborauerũt? Iam hiſtorias habere cognitas, quantopere ſit Iuriſconſultis neceſſariũ, diſcere poſſumus unius D. Alciati exemplo, qui tot Antinomiarũ nodos, tot corrupta Iuris reſponſa, tot deniq; Leges, præſertim in ultimis Codicis, non aliunde quàm è fontibus, & rerum hiſtorijs expenſis diſſoluit, declarat, & ſuæ luci, hoc eſt, antiquæ, & ueræ lectioni reſtituit. Geometriæ uerò, et Arithmeticæ noticia, quantum fructus Ciuilis diſciplinæ ſtudioſo ſit allatura, nemo non intelliget, qui ſublime illud, & penè diuinũ opus Budæi de Aſſe & partibus eius euoluerit. Quid enim turpius, quàm ſi reſponſum Iuris daturus, circa ſummas trepidauerit? ſi digitorũ incerto, aut indecoro geſtu à cõputatione diſſentiat? Illa uerò linearis ratio, & ipſa quidem cadit frequenter in cauſis: ueluti ſi de terminis, menſuriſq; ſint lites. Quid cauſabitur Iuris interpres, huius artis ignarus, ſi imaginaria repræſentatione, Ruſticorum prædiorũ ichnographia, Iudex in rem præſentem perducẽdus erit? Num hic iudicabitur indoctus? Vt interim taceam infinitas ſupputationes, Legum intellectibus eruendis neceſſarias, quas ſine his artibus, & antiquitatis noticia, nemo confecerit, quantumuis acri ſit ingenio: id quod ſatis ac ſuper, ex eo de Aſſe opere deprehẽdere licet. Plurimũ etiam adiumenti adfert deguſtata Dialectica, quæ (ut uerbis utar Ciceronis) docet rem unam uniuerſam tribuere in partes, latentem explicare definiendo, obſcuram explanare interpretando: ambigua primùm uidere, deinde diſtinguere, poſtremo habere regulam, qua uera & falſa iudicarentur: & quæ quibus propoſitis eſſent, quæq; nõ eſſent cõſequentia. Sed circa eam ſummopere cauendũ eſt, ne radices nimis longas agat. Nam ſi Iuris campum occupauerit, obſtabit melioribus, & ſectas ad tenuitatẽ ſuam uires, ipſa ſubtilitate cõſumet. Itaq; reperias quoſdam in diſputando mire callidos: cum ab illa uerò cauillatione diſceſſerint, nõ magis ſufficere in aliquo grauiore actu, quàm parua quædam animalia, quæ in anguſtijs mobilia, in campo deprehendentur. Et ne ſingulas Artes perſequi ſit neceſſum, omnis generis bonos Autores euoluere, tam frugiferum futurum eſt, quàm honeſtũ, ei qui concentum illum doctrinarũ efficere uoluerit, qui diuinarum, atq; humanarum rerum noticia, iuſti atq; iniuſti ſcientia conſtat. Vereor autem, ne aut magna nimiũ uidear exigere, qui eundem uirum bonũ eſſe, ciuiliterq; ſapientem, & diuinarũ humanarumq; rerum noticia inſtructũ uelim: aut certe multa, qui tot Artes diſcendas, præter ea quæ de Iure Ciuili tradũtur, adiecerim,

atq; adeò, ne quidam pondus rei perhorreſcant, ac deſperent ante experimentum. Quod tamen Iuſtinianus ipſe, ne fieret, maximè curatum uoluit. Sed hi primùm renũcient ſibi, quanta ſit humani ingenij uis, quàm potens efficiendi quæ uelit: cum maria tranſire, ſyderum curſus numeroſq; cognoſcere, mundum ipſum penè dimetiri, minores, ſed difficiliores artes potuerint. Tum cogitent, quantam rem petant, quamq; nullus ſit hoc propoſito præmio labor recuſandus. Deniq;, etiam ſi quis ſumma ſe aſſecuturum deſperet (quod cur faciat, cui ingenium, ualetudo, facultas, præceptor non deerunt?) pulchrum tamen eſt, in ſecundis, tertijſq; conſiſtere. Neq; enim (ut Quintilianus ait) ſi quis Achillis gloriam in bellicis cõſequi non poteſt, Aiacis aut Diomedis laudem aſpernabitur. Haud paruæ difficultatis eſt hæc præſtare, fateor. At è regione conſyderandum eſt, rerum ipſam Naturam nihil uoluiſſe magnum effici cito, præpoſuiſſeq; pulcherrimo cuiq; operi difficultatem: quæ naſcendi quoq; hanc fecerit legem, ut maiora animalia diutius uiſceribus parentum continerentur. Nam quod ad illas, ueluti ancillantes artes attinet, quas Ciuilis prudentia ſibi ſuffectas habet, quæri ſolet, an eodem tempore percipi ualeant? Negant enim quidam, quia confundatur animus, ac fatigetur tot diſciplinis in diuerſum tendentibus, ad quas nec mens, nec corpus, nec dies ſufficiat. Sed cur etiam non negant, poſſe agricolas arua ſimul, & uineta, & oleas, & arbuſta colere, pratis, & pecoribus, & hortis, & aluearibus curam accommodare? Cur pari argumento, non refragantur, ſi quis dicat, ſe aliquid forenſibus negocijs, aliquid deſyderijs amicorum, aliquid rationibus domeſticis, aliquid curæ corporis, nonnihil uoluptatibus quotidie dare? quarum tamen nos una res quælibet, nihil intermittentes, fatigaret.

Profectò non ſatis perſpiciunt, quantum natura humani ingenij ualeat: quæ (Fabio teſte) ita eſt agilis, & uelox, ſic in omnem partem (ut ita dixerim) ſpectat, ut ne poſſit quidem aliquid agere tantùm unum: in plura uerò, nõ eodem die modò, ſed eodem temporis momento uim ſuam impendat. An uerò citharœdi non ſimul & memoriæ, & ſono uocis, & pluribus flexibus ſeruiunt? cum interim alios neruos dextra percutiunt, alios læua trahunt, cõtinent, probant: ne pes quidem ocioſus, certam legem temporum ſeruat. Quæ ſi uelut uno conatu tam diuerſa parent ſimul, cur nõ plurimis curis horas partiamur? cũ præſertim reficiat animos, ac reparet uarietas ipſa, lectioniſq; tædiũ uicibus leuetur, quamlibet multa egerimus, quodam tamen modo recentes ſumus ad id quod incipimus. Huc pertinet elegans illud Plinij Secundi carmen:

Vt laus eſt ceræ mollis, cedenſq; ſequatur,
Si doctos digitos, iuſſaq; fiat opus:
Et nunc informet Martem, caſtamq; Mineruam,
Nunc Venerem affingat, nunc Veneris puerum:
Vtq; ſacri fontes, non ſola incendia ſiſtunt,
Sæpe etiam flores, uernaq; prata lauant:
Sic hominum ingenium, flecti, duciq; per arteis
Non rigidas, docta mobilitate decet.

¶ Porrò de ipſius Iuris Ciuilis difficultate, ſunt qui in utramuis partem diſputarint, cõtendentibus nonnullis, miram eſſe eius difficultatem, tum ob uerborũ proprias quaſdam ſignificationes, tum ex ipſo plerunq; ſermonis habitu, quo Leges quædam ciuiles nobis traditæ ſunt: ad hæc trunca & mutila eſſe infinita propémodum Iuris reſponſa: poſtremò uideri opus eſſe tam ingenti librorũ mole, quam nulla bibliotheca, aut certè uix capiat. De mutilis Legibus, deq; librorũ numero paulo pòſt dicemus. Sermonis uerò Legalis ſtructurã, quantumuis difficilẽ, arbitramur eſſe prudẽtiſſimè concinnatam. Veteres enim illi Iureconſulti hac difficultate, uel ſua reſponſa, indoctis & imperitis operta, celataq; eſſe uoluerunt: ſic tamen, ut doctis & diligentibus ſcrutatoribus non intercluderetur aſſequendi ſpes: uel cognouerũt illa hoc pacto plus habitura maieſtatis, ſi ſub inuolucro proferrentur oculis, quàm ſi prorſus retecta uiſerentur. Nempe ſunt quæ gratius per cryſtallum pelluceant, quàm ſi nuda cõſpiciantur: uel certè ſegniciem noſtram exercere uoluerũt, quandoquidẽ utiliſſima eſt exercitationi difficultas. Nam & ipſa mens Legum ſic diligentius excutitur. Non enim eas lectione ſecura tranſcurrimus, ſed tractamus ſingula, & neceſſario conatu introſpicimus: ut poſtea gratior ſit fructus non ſine negocio quæſitus: gratior deniq; ueritas, quæ nos prius torſerit difficultatis alicuius inuolucro. Sunt è diuerſo qui affirment, Iuris Ciuilis ſtudium obuiæ facilitatis eſſe. Vnde Cicero lib. de Orat. 1. de facilitate perdiſcendi Iuris loquens: Omnia ſunt poſita, inquit, ante oculos, collocata in uſu quotidiano, in cõgreſſione hominũ, atq; foro: neq; ita multis literis ac uoluminibus magnis continentur. Et paulo pòſt: Accedit uerò quo facilius percipi, cognoſciq; Ius Ciuile poſſit (quod minimè plerique arbitrantur) mira quædam in cognoſcendo ſuauitas, & delectatio. Et quæ iſtic in eam ſententiam reliqua ſequuntur.

Verùm ego ſic exiſtimo, Iuris Ciuilis cognitionẽ, ſiue illam facilem, ſiue difficilẽ dixerimus, nõ multos annos, non multos etiam libros, ſed tres alias res neceſſarias poſcere, Naturam ſcilicet, Exercitationẽ, et Ordinem. Illud ergo in primis teſtandum eſt, nihil præcepta atq; artes ualere, niſi adiuuante natura: quapropter ei cui deerit ingeniũ, non magis ſcripta eſt I.C. cognitio, quàm de agrorũ cultu, ſterilib. agris. Hac de re fuſius à Cic. Quintilian. et alijs Rhetoricæ profeſſorib. diſceptatur, an ſcilicet in diſciplinis plus cõferat ars, an natura. Et ueriſſimũ eſt quod ipſe Quintil. lib. 2. tradit: Natura, inquit, etiam ſine doctrina multũ ualebit: doctrina nulla eſſe ſine natura poteſt: ſicut terræ nullã fertilitatẽ habenti, nihil optimus agricola profuerit: è terra uberi utile aliquid, etiam nullo colente, naſcetur. Eodem pertinet illud Cicer. pro Archia poeta: Ego multos homines excellẽti animo ac uirtute fuiſſe, et ſine doctrina, naturæ ipſius habitu propè diuino, per ſeipſos et moderatos, et graues extitiſſe fateor. Etiam illud adiungo, ſæpius ad laudẽ atq; uirtutẽ, naturã ſine doctrina, quàm ſine natura ualuiſſe doctrinã. Atq; idem contendo, cum ad naturã eximiã atq; illuſtrẽ acceſſerit ratio quædam, confirmatioq; doctrinæ: tum illud neſcio quod præclarũ ac ſingulare ſoleret exiſtere. Hactenus ille. Nihil itaq; perfectũ erit, niſi ubi natura cura iuuetur. In hoc cõſentio, primas partes eſſe naturæ: illud tamen

men aſſero, neminem eſſe repertum, qui ſit ſtudio nihil cōſecutus. Nec quiſquā adeò fidat ingenio, ut quod cupit, id ſibi ſperet incipienti ſtatim poſſe cōtingere: nam à paruis initijs paulatim, & gradibus quibuſdam uſu cōparatis, ad ſummum peruenire datur. Deuorandum quoq; initio tædiū illud, & ſcripta & lecta ſæpius reuoluendi, & quaſi eundem cibū remandendi. Tum uerò illud nemo expectet, ut alieno tantùm labore Iuris peritus euadat: uigilandū, pallendum, enitendū eſt. Studendum ſemper, & ubiq;. Neq; enim ferè tam ullus eſt dies occupatus, ut nihil operæ ad ſcribendū, aut ad legendum rapi aliquo momento temporis poſſit. Et rectè Plinius auunculus, perire omne tempus arbitrabatur, quod non ſtudijs impertiretur. At uide, quantum nunc temporis nobis pereat, quantulū ſtudijs impertiamur. Alias horas corporū nimia cura, & ſolicitior rei familiaris diligentia: alias datum fabulis ocium, alias uenandi uoluptas, alias conuiuia trahunt. Adijce tot genera ludendi, Muſiſq; infeſtiſſimos bellorum tumultus. Trahunt inde peregrinationes, rura, calculorū anxiæ ſolicitudines: multæ cauſæ libidinū, & uinum, ac flagitioſus omni genere uoluptatū animus. Tum uerò (ſi Dijs placet) computamus annos, non quibus ſtuduimus, ſed quibus uiximus. Quid eſt, ſi hæc non inſania eſt? Sed ut ad penſum noſtrum reuertamur. Duæ ſunt huius Exercitationis partes: una audiendi, altera legendi. Licet enim ſatis reſponſorum Iuris lectio ſuppeditet, tamen uiua illa (ut dicitur) uox alit plenius, præcipueq; Præceptoris, quem diſcipuli & amant, & uerentur. Alioqui ſicut fruſtra ſparſeris in agrū ſemina, niſi illa præmollitus fouerit ſulcus: ita Iuris cognitio coaleſcere nequit, niſi ſociata tradentis, accipientiſq; concordia. Ipſa autem lectio magni fructus eſt, quæ libertate fruitur, ubi ſiue dubites, ſiue memoriæ affigere uelis, repetere ſæpius licet. Legendus autem non niſi optimus quiſque, & qui credentem ſibi minimè fallat: nec per partes modò ſcrutanda omnia, ſed perlectus locus, aut liber, nonnunquam ex integro reſumendus. Celſus Iuriſconſultus tradit, inciuile eſſe, niſi tota Lege perſpecta, una aliqua particula eius propoſita, Iudicare, uel Reſpondere. Sed nos alio loco, qui legendi, quiq; ſequendi ſint, declarabimus. Atqui exercitationem ipſam multò faciliorem, leuioremq; reddet ſeruatus ordinati ſtudij modus. Neque enim minima negocij pars eſt, adeundi negocij uiam noſſe. Docet Seneca, non referre quàm multos libros legas, ſed quàm bonos. Varia (inquit) lectio delectat, certa prodeſt. Tu curas fortè, quàm diu quotidie libris hæreas, cura potius, quàm benè. Ergo mi amice, ut uiam habeas cōpendiariam, & certas aliquot ſtudendi rationes: hanc in primis obſeruabis: ut quicquid legas (præter ſacram Scripturam, quam uolo multū legas, & ex illius præiudicijs Leges Ciuiles moderari pro uiribus cōnitaris) cæterùm quicquid legas, id omne ad tui inſtituti ſcopū, hoc eſt, ad Iuris Ciuilis diſciplinam referas: locis etiam aliquot comparatis, & ordine tibi certo diſtinctis, neq; alia legas, quàm huc pertinētia. In eam ſententiā accipe Iſocratis autoris grauiſſimi teſtimoniū, Budæo interprete. Quomodo apes uidemus uidemus uarijs ſtirpium germinibus inſidentes, ab unoquoq; deſumere, quod ſibi maximè ſit uſui: ſic eos qui doctrinæ deſyderio capti ſunt, ut nihil intactum relinquere, ſic undiq; colligere, quod ſit operæprecium, conuenit.

Poſt eam rationem conſtitutam, proximum eſt: ut prouideatur, ne nouus tyro, Iuris campum ingreſſus, protinus ſeſe offerentibus animū addicat. Delectus enim habendus eſt, & ingenij Legum ſcitis non aſſueti, uires examinandæ. Quòd ſi quis iudicio falli timeat, Inſtitutiones Imperiales, ipſo Iuſtiniano autore ſibi deligat: breues illas quidem, ſed faciles & apertas. Eas diligentiſſimè perlegat, & ex integro ſemel atq; iterū relegere ne pigeat. Eſt enim latens quædā in his utilitas, quæ Pandectas uniuerſas redditura ſit dilucidiores. Atqui uideat, dum Inſtitutionibus operam nauat, uti nullius cōmentarijs, ſed ſolius ſui Præceptoris (ſicubi hæreat, uel addubitauerit) interpretatione utatur. Malum enim uenenū Iuris Ciuilis candidato, ſunt uulgarium ſcripturientiū Commentarij: quippe qui immanibus opinionum & allegationū plauſtris ſoleant bonæ ſpei iuuenes, quantūuis reluctantes, in tranſuerſum agere. cuius rei declinandæ gratia, præformatæ fuerant, quas dixi breues Inſtitutiones: ne uidelicet rerum aſperiorū tractatus, aut multitudo, cœpti ſtudij deſertorem efficiat. Etenim uia opus eſt incipiētib. ſed ea plana, et cū ad ingrediendū, tū ad demōſtrandū expedita.

Tertio loco Ciuilis diſciplinæ ſtudioſus, qui iam ſemel atq; iterum Inſtitutiones excuſſerit, & rerum ipſarum (nō enim ſola eſt agenda cura uerborū) guſtum aliquem ſenſerit, hunc ordinē ſeruabit, ut generaliores Iuris traditiones nō ſegniter adnotet, perdiſcat, et quatenus fieri poterit, memoriæ mandet. Illaſq; ab ea ſæpius repetat, donec incipiat eas ad manū, in promptu, ac in numerato habere. Huiuſmodi generaliores traditiones in treis partes ſectæ ſunt à Caio Iureconſulto. Omne, inquit, Ius, quo utimur, uel ad Perſonas pertinet, uel ad Res, uel ad Actiones. Cuilibet harū partiū certos menſes, aut (ſi tam felici fuerit ingenio) certos dies ſaltem dabit is, qui Iuri deſtinatus eſt, proq; ſua uirili annitetur, ne harum partium ſtudium, & tempora cōfundat. Auſpicantibus ſcribo. prouecti enim, & his rebus aſſueti, id in uniuerſum obſeruare nequeunt. Quandoquidem ſic ferè omnes Leges cohærent, ut æqui et boni norma ſeruata, omnes Leges dici ualeant una Lex. Verùm ut paulò clarius, quas diximus partes explicemus, tribuēdos cenſeo primos menſes Perſonarum cognitioni. Illa patriam, ac dominicā poteſtatem, tutelarē, eamq; multiplicē, ac magiſtratus, Iuriſq; ciuilis autores cōplectetur. Huc cōferendi ſunt omnes tituli de perſonis loquētes, quos mihi nouus Tyro obiter, et perfunctoriè quidē, ſed ſic tamen legat, ut generaliorum, ac magis uniuerſaliū doctrinarū habeat rationē, eaſq; in locos ſuos, quos parandos admonui, pro ſuo captu cogat. Verùm in his decernendis, colligendiſq; uideat, ne ſolū Accurſiū, aut qui eum ſequuti ſunt, ſæpius etiam ipſo Accurſio deteriores autores conſulat: ſed ubiq; fontes petat. Quemadmodū ſi legis ſecundæ, de Orig. Iuris, intellectū deſyderet, Liuium, Feneſtellā, Ciceronem, & alios priſcæ, hoc eſt, probioris monetæ autores adeat. Neq; formidet illos potius, quàm Accurſium, & totam ſuæ hæreſeos turbam ſequi & amplecti. In quo diligenti lectione & iudicio opus erit. Ne tamen Scyllam hac in re fugientes, In Charybdim inci

damus,reijciendum eſt præcox,& præmaturum iudicium: præſertim ſi quem nouarum opinionum morbus,nimiaq; libido teneat. Quamuis enim (ut Budæus ait) qui diſcendi cupidi ſunt,probatiſsimi cuiuſq; Scriptoris maieſtatem conſeruare debeant,ſi quid tamen in eorum cuiuſque libros irrepſerit, quod dubitationem moueat, adnotato loco hærendum erit: ut cunctatorũ more iudicium ſuſtineamus,potius quàm ut quicquam imprudenti arrogantia ſtatuamus de claſsicis autoribus,& citra controuerſiam receptæ autoritatis.

Sed & in antiquorum ſcriptis expendendis, temporum obſeruata uarietas, mirum in modum profuerit,ordine,& ſucceſſu quodam in hoc ſeruato: ut ſi de Iure Romanorum addubites: memineris,Lacædemoniorum,Athenienſiumq; Iura fuiſſe priora: deinde Leges XII. Tabularum poſt quas reliquum ius Ciuile & Prætorium. &c. Similiter ſi de patrum in liberos, aut dominorum in ſeruos poteſtate quæras,temporum ordinem ſeruabis. Hunc ordinem hiſtorici,præſertim qui de Cæſaribus,& Republica Rom.ſcripſere,miniſtrabunt: quibus potiſsimum adiunges Ciceronem, Pedianum,& Gellium: qui labor tanto minor erit,quanto uiri illi excellentiſsimi Budæus, & Alciatus, feliciorem quàm quiſquã alius,in hac re operam præſtiterũt. Ad huius partis,quæ perſonarũ ſtudiũ cõplectetur exemplum,facilè poterunt reliquæ duæ partes, quæ de rebus & actionibus tractant, in ſuam quoq; diſcendi rationem trahi. Hoc triplici ſtudio generaliori perfecto, reſumendæ erunt generales traditiones,quas in angulos,ſeu locos ſuos reijciendos præmonui, hæq; ad ſingulares Legum doctrinas applicandæ: ut ſi circa Titulum quempiam,aut materiam aliquam, generalem regulam in priore ſtudio exceperis, uideas,an omnes eiuſdem Tituli Leges, ad eam regulam poſsint referri: aut ſi quæ non poſsint,cur id fieri nequeat, quæq; ſit illius exceptionis ratio, diligenter attende: tum regulam tuam memoriæ commenda,exceptionemq; illam ſeparatim. Id cum præſtiteris, ſcias te illum Titulum rectè excuſsiſſe.

Poſt ſupradictas ſectiones,tametſi uariæ præceptiones,quæ in uniuerſum circa Ciuilem diſciplinã obſeruentur,tradi ualeant (optime amice) ex ea tamen farragine hunc centonem æqui boniq; facies. Principio ſpectare oportet, ut omnia Prudentum reſponſa, omnes deniq; Conſtitutiones ad ſimplicis æquitatis normam quoad eius fieri poterit,reflectamus. De Prætorum edictis nihil dico. quandoquidem id eis pronunciandi genus peculiare ſemper fuit, ad quorum exemplum ſatagendum eſt, ut quod Cicero de C. Aquilio ſcriptum reliquit, Iuris Ciuilis rationem nunquam ab æquitate ſeiungamus: ut non diſciplina ſolùm, ſed natura conſulti uideamur,ac ex Iure Ciuili,non ſcientia ſolùm, uerùm etiam ſi bonitas nata comprobetur: ut denique quicquid ex Iure haurimus,purum, liquidumq; ſit: niſi fortè multis graſſantibus opus ſit exemplo, aut aliqua ex circunſtantijs, de quibus paulo pòſt tractabimus,nos ad ſtrictioris Iuris obſeruationem compellat. Qua in parte uidendum erit,ne clementiæ,aut ſeueritatis gloriam affectemus: quin ubi dubio locus erit, pœnas molliamus potius,quàm exaſperemus. Immò uſque adeò uitanda eſt rigidioris interpretationis ſeueritas, ut prius quàm in re nonnihil ancipiti, atros calculos in urnam mittamus,ampliatione, uel comperendinatione uti debeamus, pronunciareq; nobis non liquere. Quo conſilio uſus eſt Gellius, ut ipſemet refert libro xiiij. Idem etiam tradit Pomponius Iuriſconſultus, libro xxxviij. ad Edict.

Illud quoq; generale fuerit, ut meminerimus, ſcire Leges,non hoc eſſe,uerba earum tenere,ſed uim ac poteſtatem habere. Verbum enim ex Legibus ſic accipiendum eſt,tam ex Legum ſententia,quàm ex uerbis. Circa quem articulum,diligentem lectorem cupio. Ne aut uerborum aucupijs (quæ Cicero pro A. Cecinna egregiè ludit, eleuat, ac reijcit) utatur, aut nimium in re clara à uerbis diſcedat,ſcriptiq; ſenſum aliò deflectat,quàm quò oporteat. Hinc enim oriuntur periculoſi illi loci, à ſcripto contra ſententiam, & à ſententia contra ſcriptum. Hinc etiam, ut barbariſsimæ, & nobili ingenio indigniſsimæ, ita uaferrimæ illæ Iuris cautelæ, præcipuum nunc forenſium Rabularum pabulum.

Immenſum uerò dubitationum mare,tribus potiſsimum è fontibus promananat. Primum, ex abuſu eorum locorum,quos iam dixi: dum quiſq; pro ſua libidine, aut etiam pro eorum neceſsitate, à quibus uultur aliquis prædam acceperit, uerba, ſententiaſq; Legum torquet,ac retorquet: quod non rarò in Concilijs (quæ uocant) accidit. Teſtis eſt copioſus And. Barbatia,ſi reliqui diſsimulent. Secundò, ex illis pronunciatis, ſeu notalibus (ut uerbo illorum utar) aut ut magis barbarè loquar,ex brocardicis illis,ſæpius ex unica ſimplici Lege,quæ nihil fortaſſe tale uoluerit, ſumptis. Et dictu mirum, quàm in hoc ſibi quidam acutuli, & ingenioſi uideantur,dum ueluti hydræ caput incidentes,ex uno articulo olim controuerſo,iam deciſo, & præiudicato, ſeptem,aut fortaſsis centũ alios nobis infelici fœcunditate pariunt. Et quod in his peſsimum eſt uenenum, non modò ſuum cuiq; pulchrum uidetur (ut ſua quoq; ſimiæ proles) ſed mutuũ etiam ſenes fricant, ſeq; inuicem ineptis eulogijs paſsim citant, & quaſi Delphica oracula proponunt. Imò alter ab altero integras lineas,paginas,aut certè nonnunquam integra folia,et uolumina ſumit,ſæpiuſq; repetit,uel mutuo,uel furto, clàm,uel precario: adiectis nouis opinionibus,aut interdum erroribus,ne nihil mali attuliſſe uideatur. Hinc illa ingentium uoluminum, quæ multi aſini clitellarij non ferant,uaſta multum,diuq; deplorata immenſitas, &c. Tertius opinionum fluctus hinc ſurgit, quòd non uno in loco Iuris textus mutili,trunci,& imperfecti uiſuntur: quod quidem nimis diligens Tribunianus præſtitit,qui nihil niſi repurgatum exhibere uolens,mancas,ieiunas,& aridas Leges non rarò tribuit. Quibus locis reſtituendis aliud nihil, quàm ſtudium antiquitatis,& hiſtoriarum cognitio mederi poteſt: tantum abeſt,ut in Accurſij ſcholijs cõſeneſcamus,quem aliquando uideas in uerbo plano, et Latinè ſciẽtibus dilucido, ceu in uerbo abſtruſiſsimo multũ eſſe: ita ut nec ſic quidem ſibi cõſtet,quadruplici expoſitione adducta. Idem reperies,ubi inuerſione unius dictionis,uel literæ,apertiſsimum Legis intellectum habere potes: quod ſcribentium uulgus non animaduertens,uix dici poſsit,ut ſeſe in leuicula retorqueant. Verùm enim uerò, quo magis aper-

apertiusq; ſemel in uniuerſum de Legum dubijs, de iureconſ. de illorum Commentarijs, & Opinionibus, deq; diuiſionibus, liberè quod ſentio proponam, ſingula capita paucis perſtringere libet. Principio, quod ad Iuris dubia ſpectat, uideo Legalium ambiguitatum duas eſſe radices. Vnam, quæ uitioſa ſit, quæ ſcilicet è tribus illis fontibus pauloante recitatis originem ducit. Alteram propemodum ineuitabilem, quod quidem ut omnes intelligant, ſciendum eſt, huius radicis, aut roboris complures eſſe ramos, in quibus diſtinguendis, & ubi opus eſt, æqui & boni falce putandis, latet bona pars Ciuilis prudentiæ. Poſthabitis igitur tribus illis priorum dubitationum fontibus, de radice poſteriore uideamus. Primum in confeſſo eſt, Legem omnem, litem habere, aut propter ſeipſam, aut propter alteram. Legem uerò in genere ſumptam uolo, ut quicquid in I.C. ſcriptum eſt, complectatur. Idem accipi uolo de teſtamentis, pactis, ſtipulationibus, omni deniq; ſcripto, & idem de uoce.

Quæſtio eſt aut in ſcripto, aut in uoluntate. Scriptum aut apertū eſt, aut obſcurū, aut ambiguū. Ex ſcripto et uoluntate, pars magna controuerſiarū Iuris pendet: nam uterque locus fulgentibus armis inſtrui poteſt. Id quod dudum à me declaratū eſt in Topicis meis. Super obſcuro ſcripto diſceptatur, ubi in lege aliqua ſit obſcuritas. Et in ea uel uterq; ſuā interpretationē confirmat, uel aduerſarij ſubuertit, ut hic: fur manifeſtus quadruplum ſoluat: duo ſurripuerūt pariter decem millia, petuntur ab utroq; quadragena: illi poſtulant, ut uigena conferāt. Huic litis generi proximū eſt illud, quod è legibus cōtrarijs oritur: quia cum lex legi obſtat, aut certè obſtare uidetur: utrinq; contra ſcriptū dicitur, & quæſtio eſt de uoluntate: in utraq; id ambigitur, an utiq; illa Lege ſit utendum. Sit enim dubio procul pleraq; in I.C. quæ pugnantia primis oculis appareāt, ſed quæ ſi ad medullam manū admoliaris, ex iuſto conciliari poßint: præſertim ſi celeberrimi dñi Zaſii prudens conſiliū ſecuti fuerimus, qui hac de re non minus uerè, quàm eruditè in Antinomiarū diſſolutionib. diſſerit. Neq; uerò id adeò mirum eſt, quandoquidē in Sacris etiā codicib. (in quibus tamen mirabilis ille orbis, & conſenſus utriuſq; Teſtamenti cōſpicitur) inuenias, quæ prima ſpecie pugnare inter ſe uideātur: qđ genus ſunt illa, Non reſurgēt impij in Iudicio: et, omnes quidem reſurgemus. Attendite, ne iuſtitiā ueſtram faciatis corām hominibus, ut uideamini ab eis. &, Videant opera ueſtra bona. & illud, Mea doctrina, non eſt mea, atq; eius notæ ſexcenta, quæ ſi quis uerborū ſummam modò cutem attendat, uidentur ſibi non conſtare. At quemadmodum in ſcriptura ſacra, huiuſmodi ſcrupi, ſi quando inciderint, non oportebit offendi, aut de fide ſcripti dubitare, ſed magno Eraſmo autore, penſitatis omnibus circumſtantijs, explicandæ difficultatis rationem quærere: ſic in legalib. ſcitis, ſi quid eſt quod parū cohærere uideatur, prouidendum id, ne aliquo ſit conſilio factum, quo exigentibus circumſtantiarū cōiecturis, apparentem contrarietatē diſſoluere oporteat. Sed de his plenius aliquantò dicemus, ſi paucis oſtenderimus, qualiter ex ambiguo ſcripto quæſtio ꝓponatur.

Ex ambiguo lis oritur, cum aut ſcriptæ legis ſtructus uariat, aut diuiſio cōiunctæ orationis, ſenſum ancipitem reddit, aut uaria uerborū poteſtas incidit: ut interim alias ſpecies tranſeamus, quæ, ſi Fabio credamus, ſunt innumerabiles. Is enim cap. 10. lib. 7. refert quoſdam fuiſſe, quibus nullū uidebatur eſſe uerbum, quod non plura ſignificare poſſet. Structus ſcripturæ ambiguus eſt, ſi accuſandi caſus cōcurrāt: ut, Aio te, Æacida Romanos uincere poſſe. Oratiōis cōiunctæ diuiſio, ambiguitatem parit: cum dubitatur, quæ dictio quò referri debeat: ut in illa cōtrouerſia, Quidam teſtamento iußit poni ſtatuā auream haſtam tenentem. Varia uerborum poteſtas propriè eſt in æquiuocis: qualia ſunt, curſus, canis, taurus, uerbum cerno, & id genus. Porrò autem, omnes hæ lites, ſiue ex obſcuro, ſiue à contrarijs legibus, ſiue ex ambiguo originem habent, ex ſcripti, & uoluntatis generali quæſtione. Sed & aliæ complures ſunt quæſtiones iſthinc fluentes: ueluti ſi dubitetur, an quod ſemel Ius eſt, idem et ſæpius, aut ſemper. An quod in uno, in plurib. Quod antè, an poſtea: quod in toto, an in parte, uel cōtrà. Quod in uno, an in alio. An quoties propria lex non eſt, ſimili ſit utendum: an quod affertur, ſimile ſit. In his omnibus uoluntatis eſt quæſtio, ſed æquitatis potißimum. Verum has quæſtiones ad ultimam ſpeciem, id eſt, ad ſingulas lites, controuerſiasq; perſequi non uacat: conabimur fortaßis aliquando, ſi quidem hæc minutula placido uultu, & candido, excepta fuiſſe cognouerimus. Ne tamen de diſſoluendis huiuſmodi dubijs nihil attuliſſe uideamur, libet nonnihil generali quadam ratione ſcribere.

Præcipuum erit, cōſiderare, quid æquitatis normà ſuadeat, idq; ex multis. Nam eſt in Tempore quæſtio: puta, æquum fuit, ſed non nunc. Et in Loco, non hic. Et in Perſona, non nobis, non contra hos. Et in genere Agendi, non ſic. Et in Modo, non in tantū. Videndum etiam, quæ cauſa ſcribentem, aut loquentem permouerit, quæ fuerint illius temporis dum ea ſcriberentur, aut Loci, aut Perſonarum circumſtantiæ. Quare intuebimur non rem tantum, ſed perſonam quoq;. Nam & multum intereſt, hominem puer occiderit, an profectæ uir ætatis: prudens, an imprudens. Ad qualitatem quoque frequenter pertinet locus: neque enim ubique idem aut licet, aut decorum eſt. Quinetiam refert, in qua ciuitate quicquam quæratur: moribus enim & Legibus haud rarò diſtant. Deinde quo modo factum ſit, ferro, an ueneno. Et quo tempore, bello, an pace. Huc etiam pertinet, quod Claudianus Iuriſconſultus reſpondit. Aut facta puniri, ut furta cædesq;: aut dicta, ut conuicia, & infidæ aduocationes: aut ſcripta, ut falſa, & famoſi libelli: aut conſilia, ut cōiurationes. Sed hæc quatuor genera conſideranda eſſe ſeptem modis, Cauſa, Perſona, Loco, Tēpore, Qualitate, Quantitate, Euentu. Itaq; regnat in hac parte circumſtantiarum, & coniecturarum acuta & æqua perſcrutatio, præſertim in ambiguo, quod quidem ſemper cōiectura explicari neceſſe eſt. Quia cum ſit manifeſtū, uerborū duplicē eſſe intellectū, de ſola quæritur uoluntate. Nō deerant plura quæ de his diceremus, ſed omnia complecti, neq; in hac parte, neq; in cæteris poſſumus: contenti, rationem maiora quæſituris oſtendiſſe. Tametſi,

cui hæc noſtra non ſatisfacient, perlegat Fabij librum ſeptimũ,profectò ad ambas uſq; aures implebitur. His confinia ſunt alia quædam,non tam obſcura uel ambigua,quàm à pleriſq; haud ſatis animaduerſa:quæ quidem ſegniorem lectorem frequẽtißimè fallere poßint.

Neque ea quæ de coniecturis,atq; ſcripti & uoluntatis rationibus dicta ſunt,præſtabunt, ut nuſquam in Iuris Ciuilis cognitione hæreas,niſi quæ ſequuntur ſimul comperta habueris. Inter hæc primus dabitur legum mutationi locus. Quamuis enim nulla Lex (ut Liuius ait)ſatis cõmoda omnibus eſſe poßit, & id modò quæratur,ſi maiori parti,& in ſummam proſit:& ex ijs Legibus,quæ non in tempus aliquod,ſed perpetuæ utilitatis cauſa in æternum latæ ſunt, nullam abrogari debere fateamur,niſi quam aut uſus coarguit,aut ſtatus aliquis Reipub.inutilem fecit. Sic quas tempora aliqua deſyderauerunt Leges, mortales (ut ita dicam) & temporibus ipſis mutabiles eſſe uidemus. Quæ in pace latæ ſunt,plerumq; bellum abrogat:quæ in bello, pax:non ſecus ac in nauis adminiſtratione, alia in ſecunda, alia in aduerſa tempeſtate uſui ſunt. Huic ſententiæ ſuffragatur,quod Cicero pro Cn.Plantio ſcriptum reliquit. At cum uideam (inquit) nauem ſecundis uentis curſum tenentem ſuum, ſi non ea eum petat portum,quem ego aliquando probaui,ſed aliũ non minus tutũ,atq; tranquillũ, cum tẽpeſtate pugnem periculoſe, potius quàm illi, ſalute præſertim propoſita, obtemperem & pareã? Ego uerò hæc didici,hæc uidi, hæc ſcripta legi, hæc de ſapientißimis & clarißimis, & in hac republica, & in alijs ciuitatibus monumẽta nobis literæ prodiderũt,nõ ſemper eaſdẽ ſententias ab eiſdem,ſed quaſcunq; Reipub. ſtatus, indignatio temporũ,ratio cõcordiæ poſtularet, eſſe defendẽdas. Idem Cicero Philip. 12. Quòd ſi eſt erratum P.C. ſpe falſa atq; fallaci,redeamus in uiam. Optimus eſt portus pœnitendi,mutatio conſilij. Itaq; ſunt in legibus permulta, quæ pro temporum illorum uſu inſtituta, pòſt obliterata ſunt,aut mutata: complura tum non obſeruata, quæ nunc iubemur obſeruare.

Verum hic perſpiciendum erit, aliã dici legem obliteratam,aliam immutatam. Obliteratur,quæ abrogatur,& in totum reuocatur: Immutatur,cui derogatur: quod contingit, ſi in aliqua parte mutetur. Quæ differentia non oſcitanter prætereunda eſt. Nam ut Modeſtin. Iuriſcon. autor eſt, falſi reus cenſetur, qui Lege abrogata ſe defendit, uel etiam derogata, in ea parte, quæ detracta & mutata eſt. Quapropter & hic,& in coniecturis perpendendis, acri & ſano iudicio opus fuerit,ne quis incerta pro certis habeat,uel temeritate quadam pronũciet. Solet enim temeritas hoc audacius pronũciare, quo minus exactè dijudicat,néue animum adferat ſordibus,gratia,ira,ſimultate, aut alijs priuatis corruptũ affectibus. Sed è diuerſo unumquenq; meminiſſe oportet Iuris profeſſorem, qui ſuper re controuerſa,aut nodo Iuris aliquo conſulitur, bonum uirum (quod initio diximus) eſſe debere: qui ut ab unguibus leo,de fructu arbor,ſic à ſuis reſponſis agnoſcetur.

Accedit ad hæc uerborum plurima in Iure diuerſitas,quæ Iuris ſtudioſum nonnunquã remorari poſſunt, & ob id maximoperè diſcernenda. Nam ipſorũ etiam uerborum(quanquã rerum maximè)habendam cenſeo rationem. Veterum enim Iuriſconſultorum,præſertim Vlpiani, ſummus circa uerborum proprietatem labor fuit. quòd uerba rerum ſint imagines,et ſenſuum inuolucra,quæ quàmmaximè effingi cõgruenter,& accommodatè rebus debent. Inde illud Gellij teſtimonium,de Labeone Antiſtio Iuriſconſulto Noct. Atti. lib. 13. cap. 10. Labeo (inquit) Antiſtius, Iuris quidem Ciuilis diſciplinam principali ſtudio exercuit, & conſulentibus de Iure publicè reſponſitauit,cæterarumq; bonarum artium non expers fuit,& in Grammaticam ſeſe, Dialecticam, literaſq; antiquiores penetrauerat,Latinarumq; uocũ origines, rationeſq; percalluerat: eaq; præcipuè ſcientia ad enodandos pleroſq; Iuris laqueos utebatur. Cura ergo uerborum,rerum erit ſolicitudo.

Sed iam de Verborũ differentijs dicamus. Quædam in Iure uerba ſunt mediæ ſignificatiõis,ut dolus, fides, uenenum,exauctorare,& ſimilia. Quædam plenioris ſignificationis,ut hæres,iuſtũ. Quædam à Græcis petita,& Latinitate donata: qualia ſunt, hypotheca, ſycophanta, theſaurus. Quædam à uetuſtate repetita,ut nexus,res mancipi,libripens, familiæ emptor, expenſum,acceptumq; ferre,redimere faciendum. Nonnulla in aliam ſignificationẽ tranſiere,ut fiſcus,hoſpes, perduellio,ordo pro ſtatu,publicum pro uectigali. Quædam ſunt peculiaria Iuriſconſultorũ,ab alijs Scriptoribus non recepta: ut repetita die repromittere,per aduerſionem locare,uel cõducere,caſtratus pro eunucho natiuo,ueſpertilio pro lucitioſo. Alia etiam autoribus alijs cõmunia,ſed à Iureconſultorũ uulgò perperã intellecta,ut annua,bima,trima die. Sed & alia ſunt Iuris uerba apud reliquos probatos autores,quæ in Pandectis(ut puto)non reperiantur: ſaltem in ſignificatione propria, ut fiducia,ſponſio, mancipatio, mancupi emptio,fictio. Interdum uerbum pluratiuũ pro ſingulari,uel contra,& tempus pro tempore poſitum legas. Quæ omnia diligenter expendere, & ſi quando inter legendum occurerint,annotare,uigilantis,frugiq; adoleſcentis fuerit. Sed ut hæc paucis indicari poſſunt, ita nimis prolixum fuerit ſingulatim explanare.

Nunc ad reliquas particulas accingamur. Si quæras de Iureconſultis,& ipſo Accurſio,quæ ſit mea ſententia,qui uidelicet potißimũ legendi,& quatenus eorum dicta ſequenda ſint. Sic habeto. Primũ omniũ non arbitror me interrogari de ueterib. illis Iureconſultis, qui Pandectis coaugmentandis ſua ſymbola contulere? quorũ nomina,et lucubrationes in quadã epiſtolarum ſuarum refert uir ætate ſua doctißim. Angelus Politianus. Hos enim fuiſſe conſtat uiros omni genere literarum inſtructißimos: gratuitam,non quæſtuariam Iuris prudentiam habentes: qui in publicum quotidie prodeuntes, unicuiq; ciui conſulendos ſe, antiquo inſtituto præbebant,& tanquam oracula iuſtitiæ promebãt, hoc eſt,reſponſa boni et æqui plena. De his nihil aliud iam dico,quàm deberi illis omnia,quæcunq; præclara ſunt in Ciuili prudentia. Quorum ſcripta,hoc eſt,Pandectas ipſas,ſi quis cum Accurſii, & aliorũ recentiorum(Alciatũ, & Zaſium,primi nominis Iureconſul-

tos

tos excipio) ſcholijs, gloſſematibus, & commentarijs conferat: uidebit illic aureum quoddam ire flumen: hic tenues quoſdam riuulos, eosq́; nec puros admodũ, nec ſuo fonti reſpondentes. Illic ſolidis fundamentis innixũ ædificium ſurgit in altum: hic futilibus interdum argutijs, aut etiam adulationibus (præſertim in Conſilijs, ut uocãt) ſuperſtructa machina tollitur in immenſum. Illic uelut in feliciſsimis hortis affatim tum oblectaberis, tum expleberis: dum hic inter ſpineta ſterilia (niſi ex loculorum tuorum arte qualibet augendorum compendio, ſtudium tuum metiri uelis) miſerè dilaceraris ac torqueris. Illic maieſtatis plena omnia: hic adeò nihil ſplendidum, ut pleraq; ſordida, parumq́; digna dignitate legali comperias.

Tametſi ipſum Accurſium, Bartholos, Baldos, & eius claſsis Interpretes, ſublimis ingenij, acerrimi etiam iudicij in Legũ ſententijs ueſtigandis (quatenus uidelicet ſine antiquitatis, ſine bonorum autorũ, ſine hiſtoriarum, aliarumq́; diſciplinarum notitia præſtare potuit) tum uerò memoriæ fideliſsimæ fuiſſe, nemo eſt qui iure negare ualeat. Atq; adeò, quicquid in eorum operibus uitiorum eſt, id omne illorum temporum infelicitati acceptum eſt ferendum. Perierant enim aſsiduis bellis non ſolum Græcæ literæ, ſed & Latinæ: nec eorum ingenia, ſed tempora degenerabãt. Imò ne illud quidem ibimus inficias, hos recentiores Interpretes, non tantum inutilium gloſſarũ congeſsiſſe, quin ſimul attulerint pleraq; honoris commendatione digna. Tenebris enim Iuris quantum potuêre, ſuccurrerunt, & inueniendi meliora, campum aperuerunt, ut etiam per illorum errores doceamur. Atqui fatendum eſt ingenue, eorum doctrinas, quoties declinarint à uia, uel diſtinguendas eſſe, uel cum temperamento accipiendas: ac tum illis eſſe auſcultandum, ubi Vlpianum, Papinianum, & alios ueterum Iuriſperitorum proceres, non modò ipſi auſcultaſſe, ſed etiam exaudiſſe uidebuntur.

Cæterum, opinionũ fluctus, aut uerius fumos, ſummo conatu Iuris Ciuilis ſtudioſus adoleſcens euitabit: non ſecus ac cypariſsi fructus, aut cæca inſomnia, ne quid durius dicam. Ipſe me in alia quàm prius habuerim opinione, nunc eſſe confiteor. Et fortaſſe minus uitiligatorũ hoc meũ opuſculum erat habiturũ, ſi nihil ex eo mutaſſem, quod multis annis nõ ſenſiſſem modò, uerumetiã probaſſem, ſed non ſuſtineo eſſe conſcius mihi diſsimulanti in ulla parte iudicij mei: in eo præſertim, quod ad bonorum Iuuenum utilitatem quantumuis tumultuariè congeſsi. Etenim ſuperuacuus foret in ſtudijs longior labor, ſi nihil liceret melius inuenire præteritis: atq; ob eam cauſam, poſt tot, ac tantos ſcriptores, non pigebit meã quibuſdam locis poſuiſſe ſententiam. Nec enim me cuidam ſectæ, uelut quadam ſuperſtitione imbutus addixi: nec in alicuius quantumlibet celebratæ famæ uerba iuraui. Sed ut de opinionib. dicam. Prima ſit curarum, ne id ſtatim legenti perſuaſum ſit, omnia quæ omnes Iuris profeſſores dixere, utique eſſe perfecta. Nam & ſæpè labant, et indulgent ingeniorũ ſuorũ uoluptati, & oneri cedunt ac fatigãtur, nec ſemper intendunt animum. Vnde ijs, qui quicquid apud illos repererunt, æqui & boni legem eſſe putant, accidit, ut deteriora imitẽtur (id enim eſt facilius) ac ſe abundè ſimiles putent, ſi uitia magnorũ conſequantur. Neq; minus habebit periculi, ſi quis ſeſe alicui, quẽ per omnia ſequatur, uelut religione quadã conſtringere uelit: ſic ut nefas ducat, à ſuſcepta ſemel perſuaſione diſſentire. Quod hodiè factitant complures, quorũ nonnulli adeò ſe addixere Bartoli placidis, aut Panormitani decretis, ut malint etiã aliquando falſa tueri, quàm ab horum dogmatis, latum (ut aiunt) unguem diſcedere: haud diſsimiles infantibus, præformatas literas perſequentibus: & ut quidam dicere ſolent, quem mater amictum dedit, ſolicitè cuſtodientibus. Eoq́; progreſſum eſt, ut pro ſuæ hæreſeos opinionibus acrius depugnare non pudeat, magno interim clientum & damno & malo.

Ob eas cauſas omnes, nolim Iuris auditorem in cuiuſquam iurare Leges. Maius enim opus, atq; præſtantius, ad quod ipſe tendit, & cuius eſt uelut candidatus: ſiquidem eſt futurus Ciuilis Iuris prudentiæ laude perfectus. Illud autem optauerim ut nouus tyro, huiuſmodi anfractibus omiſsis, ac purgatis, & arrectis auribus ſeſe ad Textuum intelligentiam cõferat. Quæ quidem ita comparabitur, ſi Iuris ſtudioſus, plurima rerum cognitione diues, & expenſis cum iudicio ijs, quæ de circumſtantijs, uoluntatis coniecturis, ac uerborum differentijs diximus, ſcita Legalia ad actus humanos, ſecundum æqui & boni regulam accommodare conſueſcat: ſic tamen ut Lesbios fabros non imitetur, plumbeam normam pro arbitratu (ut Budæus ait) flexibilem, & ſubinde immutabilem habentes, ut interdum ſi lapidis natura non facilè ad ſtructuram æquabilis peruicerit, normam ad ſtructuram inflectant: & ſtructuræ normam, non normæ ſtructuram coaptent: quo in Iuriſconſulti reſponſis, dictis, aut factis nihil iniquius eſſe poteſt.

Quin & illud admonendus eſt Ciuilis prudentiæ candidatus, ut appoſitè citare condiſcat ſcriptæ Legis teſtimonia, non è Summulis, aut Elenchis, aut ſordidis Indicibus, ſeu (ut uocant) Repertorijs, Repetitionibus, Conſilijs, Singularibus, aut alijs id genus collectaneis, iam ſexcenties aliundè alio confuſis ac refuſis, ſed ex ipſis fontibus. Neq; imitetur quoſdam, quos non pudet ſapientiſsima ueterum Iuriſconſ. Reſponſa uiolenter detorquere ad alienos ſenſus, aliquoties & ad cõtrarios. Sunt qui uel Bart. uel Iaſon. uel alicuius alterius decreta afferunt, & uulgaribus infecti opinionibus, his ſeruire cogunt, uel Prætorum edicta, uel æquiſsimas Iureconſul. interpretationes, cum ex his potius petenda ſit negocij controuerſi iuſtitia.

Poſtremũ eſt, ut de Iuris Ciuilis diuiſionibus nonnihil proferamus. Qui Iuris Ciuilis partes euoluerit, non dubiũ eſt, quin exploratũ habeat, frequentes eſſe in legali diſciplina diuiſiones: quandoquidẽ & multum ualent in ijs, quæ didicimus, cõtinendis, & faciliorem uiam ad ſingularum rerum intellectũ præparant. Nam qui rectè diuiſerit, nunquam poterit in rerum ordine errare. Certa ſunt enim in omni diuiſione, ſi modò rectè diſtinxerimus, prima, ac ſecunda, ac deinceps: co-

hæretq́;

hæretq́; iſthic diſtributa rerum computatio, adeò, ut ei nihil nec ſubtrahi ſine manifeſto intellectu, nec inſeri poßit. Erit autem *diuiſio primum aperta, atq; lucida.* Nam *quid ſit turpius, quàm id eſſe obſcurum ipſum, quod in eum ſolum adhibetur uſum, ne ſint cætera obſcura?* Tum *breuis, nec ullo ſuperuacuo onerata uerbo.* Nam *in diuiſionibus, non quid dicamus, ſed quid dicturi ſimus, oſtendimus. Obtinendum etiam, ne quid in ea deſit, ne quid ſuperſit.* Sic *etiam* Iuris *ſtudioſum reficit certo ſingularum partium fine: non aliter quàm facientibus iter, multum detrahunt fatigationis, notata in ſcriptis lapidibus ſpacia.* Nam *& exhauſtis laboribus noſſe menſuram, uoluptati eſt: & hortatur ad reliqua fortius exequenda, ſcire quantũ ſuperſit.* Nihil *enim longum uideri neceſſe eſt, in quod quid ultimum ſit, certum eſt. Atqui è regione prouidendum, ne quoſdam imitemur, qui inani diligentia, per minutißimas partes omnia ſecant.* Nihil *enim dilucidæ diuiſioni æquè contrariũ eſt, ac tenuis illa, & ſcrupuloſe in partes ſectæ diuiſionis diligentia.* In *qua re ubi ſunt* Iuriſtæ *noſtri? qui quanto plura membra diuidunt, & ſubdiuidunt, tanto uidentur inſigniores: cum interim propemodum aliud nil agant, quàm quod ſæpius in re alioqui aperta & conſpicua,* Cimmerias *tenebras, & confuſißimum chaos inuehunt.* Tum *uerò autoritati plurimum detrahunt minuta illa, nec iam membra, ſed fruſta: & huius gloriæ cupidi, quo ſubtilius & copioſius diuiſiſſe uideantur, & ſuperuacua aſſumunt, & quæ natura ſingularia ſunt, ſecant: nec tam plura faciunt, quàm minora.* Deinde, *cum fecerint mille particulas, in eandem incidunt obſcuritatem, contra quam diuiſio inuenta eſt.* Quæ *res quantumuis exiguum initio malum, eò progreſſa eſt, ut* Iuris *ſtudioſi toties diuidentes, & iterum atq; iterum ſubdiuidentes,* Mandrabuli *more, in deterius abeuntes, nõnunquam mirentur, ſe multa quidem legiſſe, & in eodem tamen luto (quod aiunt) hæſitare: ſicq́; hæſitare, ut nullus inter eos iure non ualeat aduerſus hos ſubtiles ſubdiuiſores,* Socratis *uti querimonia.* Is *apud* Platonem *in* Hippia *minore ſic ait: Circa hæc ſemper ſurſum, deorſum'ue reuoluor, nec in eadem perſiſto ſententia: neq; mirum eſt, me, rudesq́; alios ad contraria circumuagari, & ſi ſapientes uos oberretis.* Id *autem nobis graue malum, ſi neq; etiam ad uos profecti errare ceſſemus.* Hæc *ille.*

Sed quoniam Exercitatio *maxima eſt ars memoriæ, qua rectè compoſitis diuiſionibus plurimum fouetur: nõ erit inutile, ſi* Iuris Ciuilis *candidatus, ſeſe non ſolùm ijs diuiſionibus, quas in* Pandectis, *aut alijs* Iuris *uoluminibus repererit, ſed & illis, quas ipſe ſuo ſibi* Marte *comparauerit, effinxeritq́;, nonnunquam exerceat: ſic tamen, ut conetur diuiſionem coercere, ne extra numerum ternarium effluat: quod ea res plerunq; turbat & ordinem, & memoriam.* Qua *in parte ſubiectæ materiæ, quam partiri uolumus, ratio habebitur.* Neque *enim, ut* Fabius *docet, hoc numero uelut lege eſt alliganda diuiſio: cum poßit cauſa plures partes deſyderare.*

Verùm, ut aliquando uela complicemus, finem huius extemporarij laboris faciemus, ſi prius formulas aliquod reperiendarum Iuris *diuiſionũ oſtenderimus.* Ad *hunc igitur modum* Adoleſcens, *cui* Iuris Ciuilis *ſtudium cordi fuerit, aliquot ſibi* Iuris *partitiones præformabit.* Velut *ſi ſic dixerimus:* Omne Ius *aut eſt* Certum, *aut* Dubium. *Certum conſtat ſcripto, moribus. Scriptum uerſatur in uerborũ interpretatione, uel in recti, prauiq́; diſcrimine.* Vel *hoc pacto.* Quæſtio. Iuris *omnis continetur uerborum proprietate, æqui diſputatione, uoluntatis coniectura.* Aut *ita:* Ius Ciuile *quoddam eſt* Naturale, *quoddam legitimum, uel* Legale. At Legitimum, *uel eſt diſtributiuum, uel* Emendatiuum, *uel* Talionis. Porrò Diſtributiuum *honoris, pecuniarum, munerum, cæterarum rerum, quæ diſtribui inter eos poſſunt, qui eiuſdem ciuitatis conſortes ſunt.*

ROMANVM IVS ANTECEDERE LEGIBVS ALIARVM GENTIVM D. PHILIPPI MELANCTHONIS ORATIO.

NIHIL in uita utilius eſt, quàm inſerere atq; inſtillare animis bonam et honorificam opinionem de Legibus. Nec ulla maior eſt uitæ ac morti pernicies, quàm aſſuefacere animos ad leges contemnendas aut cauillandas. Hæc ſæpe inculcari adoleſcentiæ cum ſit utiliſſimum, recte fieri iudico, quod in his promotionum ſpectaculis ſæpe idem argumentum de dignitate legum repetitur. Quid & honeſtius eſt, quàm prædicare et ornare dona Dei, & ad earum rerum intellectum & reuerentiam exuſcitare imperitam adoleſcentiam, quæ ſunt in uita utiliſſimæ? Aut quarum rerum commemoratione potius perſonare doctorum cœtus debent, quàm his ſermonibus, qui proſunt ad ornandam gloriam Dei, & ad diſciplinam iuuentutis, præſertim cum indoctorum & malorum congreſſus abundent conuitijs legum? Ac mihi ſæpe in mentem uenit, hæc conuitia non tantum ex quadam hominum iuſtitia aut imprudentia oriri, ſed ſpargi à diabolo, tanquam ſpicula ad ſauciandas rudes mentes, ut legum reuerentia extinguatur, & ſequatur diſſipatio diſciplinæ, quæ & religioni & tranquillitati communi noceat. Eſt autem noſtri loci atque officij, reuellere illa ſpicula, hoc eſt, falſas perſuaſiones ex animis hominum, & cùm oratione, tum exemplis illuſtrare atq; ornare legum ac iuris dignitatem, ac retinere diſciplinam quantum poſſumus. Cum igitur in hoc loco alius uir clariſſimus D. Doctor Hieronymus, quem nō ſolum propter beneficia quæ in me priuatim contulit plurima, ſed etiam propter excellentem uirtutem & doctrinam ueneror, & tanquam patrem colo, grauiſſimè nos adhortatus ſit omnes ad reuerentiam legum, deinde etiam auditores noſtros ad diligentiam in diſcendo: ego hoc tempore aliud argumentum, & ſi uicinum, ſumam. Tractabo enim ſcholaſticam diſputationem utilem ſtudioſis. Quod Chriſtianis non ſit neceſſarium uti legibus Moſaicis, ſed quod liceat uti legibus, quæ iuri naturæ conſentaneæ ſunt, etiam ſi ab Ethnicis Magiſtratibus conditæ ſunt. Deinde oſtendam, Romanū ius antecellere legibus aliarum Gentiū, & uere quandam Philoſophiam eſſe. Scio enim ante aliquot annos, quendam Iudaico ingenio præditum, contendiſſe hic etiam publice, non licere Chriſtianis Ethnico iure uti, quia Chriſtianos oportcat uerbo Dei gubernari. Poſtea in publicis concionibus damnabant eius ſectatores pœnam uſitatam furti, & pleraq; alia inſtituta ciuilia Imperij horum temporum. Porrò hæ tribunitiæ, legum abrogationes & iniuſtæ ſunt, & concutiunt Reſpublicas, ut euentus in illo terribili motu uulgi ante annos tredecim oſtendit. Sunt et hodie in adminiſtratione ciuitatum non pauci, quorum conſcientiæ ſuperſtitioſis opinionibus cruciantur, quia nō recte inſtitutæ ſunt de rerum politicarum uſu. Nec hi errores nunc primum naſcuntur, uetera monachorum deliramenta ſunt, quæ diabolus nunc uelut ſopitum ignem rurſus exuſcitat, ut ſolet eaſdem hæreſes ſubinde renouare. Quare prodeſt iuuenes admonere, & ut de hac quæſtione rectius iudicent, & ut in dogmatibus iudicandis ueræ Eccleſiæ ſententias conſulant. Ac primum diluam argumentum quod opponitur, Chriſtianos gubernari debere uerbo Dei: quare contendunt, opus eſſe ſcriptura in iudicijs ciuilibus. Expedita & plana reſponſio eſt de corporali uita, ut de cibis, medicina, architectonica. Chriſtianos etiam gubernari uerbo Dei, ſed generali, quo ſinit uſum harum rerum approbatum eſſe à Deo, imò has ipſas res Dei dona eſſe, condita ad uſum noſtrum. Cæterum, ut Medicus ſeu Architectus non ſumunt præcepta ſuarum artium ex ſcripturis, ita nec Legiſlatorem de rebus politicis opus eſt, præter generalem regulam, ſumere ipſam artem ex ſcriptura. Nam Euangelium cum proprie concionetur de æterna & ſpirituali uita, non mutat, non labefacit œconomiam, aut politicam uitam, quæ collata ad interiores cordis motus, perſimilis eſt domui. Vt enim domus eſt ſingulari arte extructa, apte contignatis omnibus partibus, ac tegit hoſpitem aduerſus tempeſtatum iniurias, interea tamen hoſpitis animus non intra hos parietes cohercetur, ſed tacitus de Dei uolūtate & de æternitate cogitans, procul animū tanquam in cœlum ſubleuat: cōſiderat enim omniū ætatū mutationes, religionum ortus ac diſcrimina, Imperiorum uices, triſtes caſus quibus hæc humana natura obnoxia eſt, & è regione beneficia Chriſti: Denique & de hac ipſa domo cogitans, miratur opificium, & agnoſcit etiam corporali uitæ præſidia diuinitus donata eſſe. Ita uniuerſa politia ceu domus quædam eſt, mira arte diuinitus fabricata, legibus Magiſtratuum, ordine, contractibus, iudicijs, diſciplina, præſidijs armata, pœnis &c. His ſepti ac uallati muris, tamen Deum agnoſcere poſſumus, ac ſtatuere, hanc politiam, qua hæc uita defenditur, eſſe uelut domum diuinitus nobis conditam: nec intereſt uitæ ſpirituali ac æternæ, utrū hæc domus, id eſt, politia, ſit à Moyſe, an ab alijs Legumlatoribus (ut ita dicam) fabricata, modò ut ſit conſentanea iuri naturæ. Id primum hoc argumento confirmo:

firmo: Apoſtoli in Actis capite 15. pronunciant perſpicue, non eſſe onerandas Gentes lege Moyſi: Imò Petrus ſeuerè obiurgat diuerſum ſentientes, ac inquit, eos tentare Deum, quo durius nihil dici poterat. Nam tentare Deum, eſt illudere ei, ordinando aliquid prætextu diuinæ autoritatis. Quare Petrus eos, qui Eccleſiam ad legem Moyſi adigebant, non leuiter peccare oſtendit. Quia enim falſo prætexunt diuinam autoritatem, horribiliter illudunt Deo. Ac loquitur Petrus pariter de ceremonijs, & de politicis legibus, ſicut diſputatio integra teſtatur, ubi allegant teſtimonium Spiritus ſancti, quod Gentes prorſus alienas à politia Moyſi Deus uocauit, & tandem diſerte iubent nihil imponi Gentibus, præter ea quæ in illo decreto continentur: & allegant Apoſtoli ſcripturam Gentes ſaluas fore. Proprie autem nuncupantur Gentes quæ non habent politiam Moyſi. Quare non neceſſe fuit Gentibus legem Moyſi imponi. Addo et aliud teſtimonium, ad Ebræos ſcriptum eſt, Legem Moyſi inſtitutam eſſe uſq; ad tempus aduentus Chriſti. Ergo politia illa poſt id tempus non eſt neceſſaria. Diſcernit et Chriſtus ſuum regnum à corporali, cum ait: Regnum meum non eſt de hoc mundo. Imò ut milites Chriſtum ſpinis coronant & configunt & in purpura traducunt: ſic illi Chriſtum per contumeliam coronant, qui falſo prætextu authoritatis ipſius dilacerant & euertunt politias, et nouam conſtituere conantur. Qui eo etiam peccant, quod obſcurant & obruunt ſpiritualia beneficia & fidei exercitia, cum hominibus offundunt hanc ſpeciem, quod Chriſtus nihil niſi illa ciuilia officia Moyſi requirat. Ne tenebræ prorſus delent Euangelium. Poſtremo mandat Euangelium ut Magiſtratibus Ethnicis obtemperemus: quare neceſſe eſt legibus eorum obedire. Nam lex, eſt uox ipſa Magiſtratus. Nec aliud eſt obedire magiſtratui, niſi eius legibus et decretis obtemperare. Poſſem alia multa argumenta addere, ſed cum hæc perſpicua & firma ſint, non addam plura, præſertim cum ſacræ literæ etiam exempla multa proponant piorũ extra politiam Moſaicam. Vt enim non dicam de Patribus ante legem, poſtea etiam multi pij fuerunt inter Gentes & quidem gubernatores magnorum regnorum, Naaman, Nabugdonoſor, Darius, Cyrus. Nec Danieli apud Perſas licuit hæreditates diuidere Iudæorum legibus, quod Romani Centuriones ac milites in hiſtoria Euangelica laudantur. Quare nihil dubitemus placere Deo, etiam cæteras politias, ſi tantum, ut dixi, non pugnent cum iure naturæ, quod eſt, ut Paulus inquit, Ius Dei diuinitus inſcriptum humanis mentibus, ut à Deo haberent regulam quæ leges gubernaret & diiudicaret. Poſtquam igitur oſtendimus placere Deo etiam cæteras politias, bonæ mentes hoc diligenter conſiderent, illas quoq; eſſe Dei opificium ſeu fabricationem, ut ita dicam. Nam & Daniel expreſſe ait Deum conſtituere regna: & Paulus inquit, Imperia eſſe ordinationes Dei. Magnum igitur ſcelus eſt, legum uiolatione, quaſi telam diuinitus textam dilacerare, id quod diabolus miris modis conatur. Quid enim pulchrius, quid amabilius eſſet imperijs, ſi harmonia ſocietatis humanæ non interturbaretur? Si principes ueram religionem propagari curarent, ac defenderent, ſi mores ciuium diligenter regerent, ſi controuerſias cognoſcerent, & bonos tuerentur, ac proueherent, improbos uerò cohercerent ac punirent? Si ciues eſſent concordes & modeſte parerent, ſi Eccleſiæ eſſent tranquillæ, & rectè gubernarentur, ſi in ſcholis artes utiles traderentur, & diſciplina ſeuerè retineretur? An non talis ſtatus eſſet illa aurea ætas, quam Poetæ deſcribũt? Hic ordo eſt imperiorũ diuinitus inſtitutus, & quem Deus conſeruat, quatenus bona manent. Sed diabolus rabioſe hunc chorum interturbat, incitat tyrannos, ut tanquam Gygantes illaturi bellum cœlo, abolere religiones conentur, ut iniuſtis cædibus graſſentur in ciues, polluant flagitioſis libidinibus uniuerſam rerum naturam, licentiam ſcelerum confirment, deleant honeſta ſtudia, dilacerent Eccleſias. Talis ſtatus Romæ fuit, Neronis & ſimilium tyrannorum tempore. Sic diabolus corrumpebat harmoniam diuinæ ordinationis, & tamen interea Deus non patiebatur eam prorſus deleri, ac paulo pòſt eam reſtituebat extincto tyranno. Vt autem tyrannus ille erat diaboli organum diſſipantis diuinam ordinationem, ſic ſciant omnes legum contemptores, ſe diaboli organa eſſe, & daturos Deo pœnas, ſicut toties Deus minatur, et teſtantur exempla omnium ætatum. Cernit Deus omniũ uindex, & uel Magiſtratuum ſententijs præbet puniendos improbos, uel ipſe alijs horrendis pœnis eos excruciat. Non Magiſtratus cohercere Clodium poterant, Milo tandem cohercuit. Non Antonium leges, non Senatus authoritas, non fœdera ſanctiſſima retinere potuerunt, quo minus bella ciuilia moueret. Itaq; tyrannus tandem non impetrata uita à uictore, cum miſer uidiſſet reginam Cleopatram ſibi mortem conſciſcentem, ingenti dolore & ipſe ſeſe iugulat. Non hæc caſu fieri, Adoleſcentes, exiſtimemus: ſed ordinatione Dei, qui ſic ulciſcitur hominũ furorem, qui leges contemnunt, & harmoniam ſocietatis humanæ ab ipſo inſtitutam conturbant. Quare non tantum ex hiſtorijs exempla quærenda ſunt, ſed præſens uita ſuppeditat innumera Quare uereri leges, & amare tueriq; diſciplinam diſcamus: & ſciamus eos qui non obtemperant, non tantum cum hominibus, ſed cum Deo pugnare, & concutere, quaſi domum diuinitus fabricatam, hanc politiam qua continemur. Sed dicam nunc de altera parte, uidelicet de Romano iure, quare id potiſſimum amplexa ſit Reſpublica. Iudaicæ leges non niſi illi nationi conditæ ſunt, nec poſſunt conuenire pluribus gentibus. Aſſignant enim certas ſedes certis familijs, & has uetant mutari. Hoc non poteſt niſi in anguſto loco obtineri. Spartanæ leges non diuidunt agros, ſed iubent communiter coli, & poſtea fructus diuidi: ne hoc quidem niſi inter paucos obtineri poteſt. Habent & alia uitioſa inſtitũta de connubijs. Atticæ leges, propius ad Romanam formam accedunt, ſed Romanæ plus grauitatis habent in pleriſque delictis puniendis: melius etiam deſcribunt iura teſtamentorum, diſcernunt hæreditates, fideicommiſſa legata: denique uberior eſt doctrina Romanis. Sæpe enim miror inſolentiam quorundam, qui exiſtimant iuſta & æqua, ſine

arte

arte & ſine doctrina perſpici naturali quodam ſenſu, ſicut apes architectonicam norunt ſine doctrina, ſed hi tota uia errant. Etenim ut in alijs artibus initia quædam monſtrat natura, ut in menſuris admirãdis, deinde arti doctrina proficit, Ita in hac iuris & morũ gubernatione initia à natura eſſe fateor. Neceſſe eſt enim eſſe certa principia, ſed ex his fontibus duci regulæ ſine doctrina non poſſunt. Quoties affinitas decipit homines? Vt hoc tempore quàm turpiter prætexitur intereſſe, immanibus uſuris, interdum falſo prætextu ſocietatis, interdum ſimulatis emptionibus uoragines uſurarum teguntur. Hæc deprehendi & emendari ſine eruditione, doctrina, non poſſunt. Quæ tenebræ eſſent iudiciorum, quæ confuſio, ſi non eſſent arte tradita diſcrimina actionum? Quis ſine doctrina uideret, cur à rei uindicatione publicanũ diſtingui oporteat? & hoc genus alia multa? Res igitur cogit fateri, neceſſariam eſſe artem & eruditiorem doctrinam, ad dijudicanda iuſta & æqua, eamq; præcipuam eſſe partem moralis Philoſophiæ. Nihil eſt indignius homine docto, quàm artis ſuæ laudem augere aliarum artium uituperatione: ſunt enim omnes excellentia Dei dona, quare omnes uenerari & amare debemus. Sed cum ſit admirabile opus Dei in animis hominum, noſſe numeros et ordinem, unde exiſtunt multæ artes, Arithmetica & Dialectica, cur non etiã admiramur illas noticias, quæ diſcernunt iuſta & iniuſta, ac pariunt doctrinã iuris? Hæ notitiæ ſunt quædã imago Dei, & magis regunt uitam, quàm aliæ notitiæ ſeu ideæ artium. Ex hac admiranda luce & dei imagine, orta doctrina Iuriſconſultorum, non minus eſt ars, quàm cæteræ diſciplinæ. Itaque cum ſit arte aliqua opus, ad intelligenda & diſcernenda iuſta & iniuſta, quos alios artifices, niſi doctiſſimos, peritiſſimos homines, qui in ſapientiſſimis conſilijs ſummi imperij hoc diſputauerunt, ſequeremur? Recte igitur Romano iure utimur. Quantũ fuerit ſtudium doctrinæ inde uſq; ab Auguſto ad Iuſtinianum, multa ſunt perſpicua ſigna, ſed cætera omittam: Auguſtus cum quidẽ excelleret ciuili ſapientia in quæſtionib. iuris, quàm multa de Trebacij, Tuberonis, Labeonis, & Capitonis ſententijs cõſtituit? Labeoni etiã libere aduerſanti ſæpe ceſſit. Sed, ut ſunt moroſi interdum etiam leni & moderati Principes, Auguſtus & ſi non læſit Labeonem, tamen offendi ſe eius libertate ſignificauit, eoq; Capitoni minori natu conſulatum dedit. Retinuerunt Auguſti morem & poſt eum Principes, nec ſine Iuriſconſultis ultra decreta in ciuilibus quæſtionibus faciebant. Nerua & Caſſius adfuerunt Tyberio, Caſſius Veſpaſiano, Traiano & Adriano, Celſus, & pleriq; alij. Neq; tamen in conſiliũ admiſſi ſunt ulli, niſi iudicio Senatus Romani eſſent Principibus cõmendati. Poſtea Antonini Pius & Marcus multo etiam frequentius cõſilium Iuriſconſultorum habuerunt. Alexander Seuerus, cuius plurimæ extant in Codice leges, nullum decretum, niſi uiginti Iuriſconſultis adhibitis, ædidit. Hunc morem cum cogito, non poſſum non reprehendere negligentiam & barbariem noſtræ ætatis, qua tam multi ſummi reges et principes reſpondent, aut ſine doctis uiris, aut certe ſine frequentia & diſputatione doctorum. Ideo abſurda multa & diſſidentia à iure æduntur, quæ exiſtimationi principũ non leuiter officiunt. Cum igitur illi clariſſimi uiri artem effecerint, & omnia exquiſite complexi ſint, quæ ad tuendam ſocietatem humanam pertinent, perſonarum gradus, rerum diuiſiones, acquirendi modos, contractus, ſucceſſiones, hæreditates, obligationes, actiones, pœnas delictorum. Conuenit agere gratias Deo, quod tale ius imperio reddiderit. Neq; enim ſine Dei conſilio accidit, quòd cum poſt inclinationem Romani imperij etiam amiſſus eſſet uſus harum legum, & ſucceſſiſſent barbarici ritus iudiciorũ, tamen annis poſt Iuſtinianum quingentis, reuocatæ ſunt in forum & in ſcholas Romanæ leges. Hac reſtitutio multos mores barbaricos correxit, non modo in iudicijs, ſed etiam in reliqua uita. Profuit etiam ſtudijs: quare hoc tantum bonum propter communem utilitatem tot gentiũ tueamur. Nam ſcriptum ius eſt firmum præſidium aduerſus Tyrannidem, & quo eruditius eſt, eo plus continet æquitatis. Hoc muro ſepta eſt libertas populi aduerſus potentum cupiditates. Si tolleretur hoc ius, quæ ſecutura eſſet Tyrannis, cum pro legibus eſſent potentum affectus? Facile eſt enim fingere prætextus, & ſpecie aliqua affectum tegere. Recte inquit Cicero: Vbi diſceſſum eſt à iure, omnia ſunt incerta. Multo maior eſſet incertitudo, ſi prorſus nullum extaret ius ſcriptũ. Natura autem ita fert, ut incertitudo illa ac Tyrannides rurſus præberent occaſionem noui iuris ſcribendi: quod ſi fieret, ſcriberentur agreſtia & inerudita, ut nunc fit in aliquibus locis, & diſſimilia in ſingulis oppidis. Nunc non modo æquitas noſtri iuris prodeſt ad tranquillitatem, ſed illud etiam conducit, quod multæ gentes iuris ſimilitudine conſociantur. Quare hoc ius, quod à ſapientiſſimis uiris in Repub. præſtantiſſima ſcriptum eſt, quod magno conſilio ſummorum uirorum reſtitutũ eſt, quod eſt æquiſſimũ & maxime cõſentaneum rationi, quod munit uos aduerſus Tyrannidem, quod prodeſt ad bonos mores, retineamus, & omni ſtudio propugnemus. Tanta eſt enim æquitas, ut etiamſi in forum & curiam non eſſet receptum, tamen in ſcholis legi oporteret, ad diſcendam naturam iuſtitiæ & æquitatis. Nuſquam enim extat perfectior & illuſtrior imago iuſtitiæ, quàm in his legibus.

Quare etiam à Deo optare debemus, ut hanc doctrinã ad reipublicæ tranquillitatem conſeruet.

Dixi.

GRAVISSIMA EXACTISSIMAQVE CENSVRA DE LEGIBVS, AVTORE Philippo Melanchthone.

DEſiderant in me pluſculum fortaſſe pudoris aliqui, cũ aſsiduis declamationibus, & infantiam meam uulgo traduco, & humaniſsimis in hac ſchola, patientiſſimiſq; auditoribus toties odioſe obſtrepo. Ego uero agnoſco mearum uirium imbecillitatem, meoq; me pede metior, & cum de meipſo cenſuram ago, ſentio quàm non ſatisfaciam politiſsimis quorundam auribus. Verũ cum prouehendæ rei literariæ cauſa, hoc, quicquid eſt operæ, à me ſumatur, ſtudium meũ quæſo boni conſulite. Nam cum pars quædã publici muneris in hac ſchola mihi delegata ſit, parum meminiſſe uiderer, quam ſuſtineam perſonam, niſi de adoleſcentium officio nonnunquam dicerem. Quod cum pro uirili faciam, eaſq; diſciplinas iuuentuti cõmendem, quibus neglectis, cum religionem, tum res bonas alias labefieri neceſſe eſt, facile, ut ſpero, impetrabo, ne mea mihi ſedulitas fraudi ſit. Sunt enim fauore, ſtudijſq; omnium, iuuandi eorũ conatus, qui literis non peſsime conſultum uolunt. Neq; aliã ob cauſam modo dicere inſtituimus, quàm ut ijs qui hic ex more declamare ſolẽt, ſi qui forſan imbecilliores ſunt, meo exemplo non nihil animi addam, & tanquã claſſicum canam: Deinde, ut eruditos omnes publica uoce rogitem, ut in hanc arenam & ipſi aliquando deſcendant, cum pueris colluſuri. Socratem nihil puduit natu grandem, cum paruis filiolis equitare, ut ille ait, in arundine longa: quanto minus uobis uitio poterit uerti honeſtiſsimus conatus, ſi cum hoc grege de literis nonnunquam commentemini, quarum cauſa quicquid ſuſceperis, quando mortalia nihil diuinius habent, laudem meretur. Quæſo itaq;, ut ſcholæ operam ſuam ea in re candide impertiantur, quicunq; literis bene cupiunt. Sic enim ſtatuo præclare de rebus humanis mereri, qui puerilia ſtudia honeſtis exẽplis accendũt. Iam & meam facilitatem ita demum probari uobis iudicabo, ſi imitari cœperitis, quæ ſi ſilentio ueſtro damnata fuerit, bone Deus, quàm ipſi nobis diſplicebimus.

Sumus autem de legibus dicturi, deq; eo iure, quod in ſcholis hoc tempore, et in iudicijs, in bona Europæ parte regnat. Nam cæ literæ non nuper male audire cœperunt, cum alijs prophanarum legum parum pia profeſsio, indignaq; Chriſtianis uidetur, alij ſatius ducunt, ut iudicia nõ improbent prorſus: nam id nec Scythæ ſolent, res ex æquo & bono ſine ſcriptis legibus iudicare. Horum calumnias pro noſtri ingenij mediocritate, refellere conabimur, ut eos qui ad gerendam Rempub. olim acceſſuri ſunt, ad huius diſciplinæ ſtudium inuitemus. Prægrauant autem hanc cauſam mirifice hoc tempore Doctorculi quidam, qui cum fere ſint ἄθεοι, tamen Euangelij prætextu tyrannidem gerunt, & pro libidine cum humanas, tum diuinas leges figunt ac refigunt. A quibus ſi impetrari poterit, ut nobis dicendi poteſtatem faciant, ſunt enim perquàm mo

roſi, docebo breuiter, ſacris literis, non modo non improbari ciuiles leges, ſed præcipi etiã, ut religioſe ſancteq; colantur, qua laude nulla poteſt amplior legibus tribui. Vbi fidem fecero, ciuilem urbium ſtatum nihil pugnare cum religione, exponam quàm prudenter à maioribus factũ ſit, quod Romanas leges potiſsimum delegerunt, quas in conſtituendis ciuitatibus tanquam filum ſequerentur, eaſq; ſumma cura à nobis ſtudioq; conſeruandas eſſe oſtendam.

Quæ malum dementia tandem eſt, quis furor, falſo Chriſtiani nominis prætextu, ciuilium rerum ſtatũ labefacere & conuellere? Quæ barbaries, qui Scythæ iudicia, æqui & iniqui diſcrimen è medio tollunt? Et audent hoc Chriſto quidam, ſi ſuperis placet, Chriſtiani Doctores tribuere? Quid eſt, ſi hæc non eſt contumelia? Qui ex Gentilibus Philoſophis in Chriſtum ſtylo debacchati ſunt? Vnũ hoc fere cauſificatur, quod quædam leges parum uideantur aptæ ad ciuilem conſuetudinem, ſocietatemq; hominũ tuendam. Neq; cenſent ullo probro Chriſti dignitatem grauius lædi poſſe. Horum uincunt amentiam noſtri, qui in ipſo contemptu publicorum morum, & in euertendo uniuerſo ciuili ſtatu, pietatem collocant. Adeo de Chriſti nomine ſuperſtitio, peius, quàm qui ex profeſſo inſectantur, meretur. Nam cum uim pietatis ignoret, & pro ſuo arbitrio ſibi deos ſomniet, non modo nihilo rectius de Chriſto ſentit, quàm Ethnici, ſed pietatis etiam titulum fere priuatis uitijs prætexit, quo ſacrilegio nihil abominabilius fingi poteſt. Et quia uetuit Deus humano artificio imaginem ſui fingi, ſeq; è ſuo ſermone cognoſci uoluit, ubi ſe nobis uelut in tabula deliniauit. petemus & nos è ſacris literis, quid de ciuilibus legibus diuinus ſpiritus decreuerit: quas cum cœleſti uoce probari audietis, par fuerit, & cognoſcere diligentius, & obſeruare ſanctius. Seſe enim contemni Deus iudicabit, ſi ciuiles leges tantopere nobis commendatas uiolauerimus. Sed recenſeo locos qui legibus patrocinãtur, docentq; in rebus publicis iudicia eſſe conſtituenda, legeſq; rationi conſentaneas de rebus herciſcundis, de ſontium pœnis, & alijs hoc genus ferri poſſe.

Primum ius faciunt nobis ſacræ literæ, uel Gentilibus uel Moſaicis legibus in prophanis rebus iudicandis uti. Et cum iudicia ampliſsimo teſtimonio ornant, tum πολιτείας Moſaicam, & Gentilem iuxtà probant. Cum Baptiſtam milites, haud dubie de genere uitæ conſulturi, rogarent, quid à ſe fieri uellet, nihil hic exigit, niſi ut ſuis contenti ſtipendijs, neminem calumniarentur, aut concuterent. Porrò cum ſtipendijs iubet eſſe contentos, publicum munus, quod illis mandatum erat, planè approbat. Quis neſcit autem Magiſtratuum arma, leges & iudicia eſſe, quæ domi uim ac iniuriam à ciuibus prohibent? Quare non dubium eſt, quin tanti leges faciendæ ſint, quanti Magiſtratum Baptiſta facit. Paulus Magiſtratuum autoritatem prædicat, quum gladij uſum, ordinatio-

nem

nem dei uocat, & Magiſtratum, dei miniſtrum. A quo oraculo ex diametro diſsident hi, qui leges impietatis accuſant: Eſt enim hoſtis dei, non miniſter, quiſquis ea ſuſcipit, quæ diuinæ leges uetant. Qui alterius uxori uitium offert, qui res aliorum fraude interuertit, qui periurio fallit, qui bellum cum ſuperis gerit, non miniſter eſt: denique hoſtis eſt, cuiuſcunque functio proprie impia eſt. Quare cum Paulus Magiſtratum, Dei miniſtrum uocat, non hoſtem, negat eius prouinciam cum religione pugnare. Contra, qui Magiſtratus damnant, ſemel uno nomine omnes latrones & Dei hoſtes eſſe pronunciant: quod quàm non quadret ad Paulinam ſententiam, perſpicuum eſt. Quid enim tam diſsimile uoluit ille eſſe latrocinio, quàm Magiſtratum? Hunc tranquillitatis publicæ cuſtodem, nũcupat Paulus, cum gerere gladium ſcribit, ut bonos honore adficiat. Quod ſi latrocinium Magiſtratus eſt, cuſtodem bonorum qui cedo appellabit? Iubet item Paulus piorum uotis Magiſtratus Deo commendari, ut ſalui publicam tranquillitatem tueantur. Idemq; exulaturis Iudæis Hieremias præcipit. At incolumitatẽ latrocinio precari, nihilo magis fas eſt, quàm bene precari lupanaribus. Tam clarè diſcernit à latrocinio Magiſtratum ſcriptura: inter quæ ſi nihil intereſt, ſceleratus erat Ioſeph, cum in Ægypto imperaret, ſcelerati Cornelius & centurio, cuius fidem Chriſtus unice prædicat, pleriq; item alij qui reſpublicas & Gentilium legibus adminiſtrarunt. De Iudaicis regibus nondum dico, quos putãt minus poſſe ad noſtra cõparari, ſed hos quos recenſui, quæſo patiamini melioris notæ Chriſtianos fuiſſe, quàm hi ſunt, de quorum moribus poſtea quàm publicas leges contemnere cœperunt, paſsim male audit Euangelium. Sed unde tandem honorifica appellatio? Ecquid præcepit Deus de gladio? Primum miniſter Dei is eſt, qui eius iuſſum facit, quiq; ex eius ſe mandato comparat, cui qui auſcultat, is non modo nihil peccat, ſed quemadmodum ſacræ literæ docent, ſanctum etiam officium facit. Præcipit autem Deus morte mulctari eum qui hominem occiderit, quæ lex citra controuerſiam totam πολιτείαν complectitur. Etenim ut publicæ tranquillitatis cauſa fas eſt de capite hominis iudicare, ita & ad rerum diuiſionem, ad leuiora negotia tranſigenda, quando aliter publicæ paci conſuli non poteſt, conſtituere iudicia licuit. Extat lex in Geneſi ad Noe, uniuerſo mortalium generi lata, eſtq; cõfirmata Moſaicis edictis, quæ tametſi ſolis Hebræis propoſita ſunt, tamen arguũt Deum probare morem, cum iudicandi res, tum plectendorum ſontium. Nota enim Pauli uox eſt, Legem iniuſtis latam eſſe, quæ monet, ut qui ſpiritu Chriſti non frenantur, cum Hebræi, tum reliqui mortales, legibus coherceantur, & tanquam carcere ſepti teneantur, ne quem lædant, ne cuius rebus damnum dent. Eodem impios omnes numero cum Gentes, tum Iudæos habet, gladioq; ſeu legi ad unum omnes ſubdit. Suum autem quoddam Chriſti regnum eſt, qui cum non in hoc ſe nobis oſtenderit, ut humanam πολιτείαν conderet, mundi regnum non labefacit, imò in id extrudit eos, quos à turpitudine non dehortatur pietas, ut uis remoretur. Prodijt Chriſtus, ut cœleſtib. muneribus, ut immortalitate pauculos quoſdam, tanquam in alium eductos mundum, donaret, non ut ciuitates conſtitueret. Regibus hanc prouinciam reliquit, tenendam conſeruandamq; ocij tuendi cauſa. Ipſe in piorum pectora ſpiritum ſuum transfundit, ut diuinitatem cum ijs communicet. Ipſe uerbo renouat piorum mentes καὶ μετασχηματίζει. Nihil hæc ad mundi regnum, quod in componendis tantum moribus, in arcenda uiolentia uerſatur. Id quod non facile tantum fert Chriſtus, ſed probat etiã, cum & ſuos parere iubet, & miniſterium Dei eſſe fatetur. Quare qui ad reſpublicas acceſſuri ſunt, hos non modo non retrahit religio, ſed monet etiam pium officium facturos, ſi publica munera recte geſſerint, ſi ius candide dixerint. Qui ſecus docent, cum de prophanis legibus, tum de Chriſti nomine male merentur.

At litigare uetat Chriſtus. Quis negat? Iudicare uero non uetat. Quantum autem interſit inter iudicare & litigare, nemo non uidet. Nam ut uiatorem pulſare Deus uetat, non uetat obligare uulnus, ſi quod is fortè acceperit: ita quanquam odia mortalium inter ſe execretur, mederi tamen tam pernicioſis morbis patitur. Quare uitia damnari patiar, remedium par eſt, ut grato animo complectamur. Furit hic uindictæ cupiditate: Ille res alterius fraude occupat. Quos cum in uiam non reuocet pietas, iudicum autoritate furor comprimitur. Nihil Dauid, Moſes, Solomo peccarunt, quantumuis improbis nebulonib. alicubi ius dixerint. Proinde Chriſtus, ut litigantem ac uindictæ amore ardentem damnet, tamen ſuas iudicibus partes reliquit, ſiue ex Gentilibus legibus, ſiue ex Moſaicis ius dicant. Gentium res publicas adminiſtrarunt, Ioſeph, Daniel, Naaman, Centurio, qui, ſi flagitium eſt Rempub. gerere, uel Gentilibus legibus uti, ordine mouendi ſunt. Verum nolo hic longius immorari. Nam & aliàs accurate hæc excuſsimus, & pijs mentibus ij loci quos produximus ſatisfecerint. Tantum reclamant hi, qui nec ſacras nec prophanas leges penſi habent. Chriſtus optima fide cenſum Magiſtratui numerat, ut exemplum colendarum publicarũ legum proderet. Id adeo imitari oportebat eos, qui Chriſtianam libertatem ubique fortiter iactant. Et cum diuino ſuffragio ius publicum comprobatum ſit, pietas exigit, ut & diligenter cognoſcatur, & religioſe colatur & tractetur. Legum latores ueteres omnes, quo plus autoritatis ſuis legibus adderent, Deorum oraculis probatas adſeuerabant. Minos fingebatur nouem annorum ſpacio Iouis uſus familiari conſuetudine, ab eo conſtituendæ Reipublicæ rationem didiciſſe. Lycurgum ferunt & ab Apolline Deum appellatum eſſe, & ſua edicta ῥήτρας uocaſſe, quòd oracula uideri uellet. Numam aiunt ſimulaſſe nocturnos cum Egeria congreſſus. Fingebantur hæc, ut quum diuino iudicio approbatæ leges uiderentur, pluris fierent. Quanto ſanctius à nobis ius publicum coli debet, cum id non commentitia oracula, ſed certiſsimæ uoces diuinæ nobis grauiſsime commendarint?

Porrò cum conſtet, nihil pugnare cum Ciuilibus legibus religionem, & in rebus prophanis iudicandis fas

eſſe, uel Gentilibus uel Moſaicis legibus uti expoſtulabimus aliquanto liberius cum ijs qui publico iuri præter meritum iniquiores ſunt. Non ſatis, ita me bene ament Muſæ, conſiſtere poſſum, moroſi hi mihi uideantur tantum, an prorſus furere: nam ut illiberalem conuiuam eſſe cenſemus, qui apud amicum præſentem copiam nauſeat, ita qui præſentes mores, inſtituta ac leges temere faſtidit, opicus mihi & parum urbanus uidetur. Et cum in omni uita ſapientiſsimi homines præceperint, communibus moribus tanquam ſcenæ obſecundandum eſſe, ualde iniuſti ſunt, qui tanquam cum rebus humanis bellum geſturi, præter ſua, nihil probant. Sordidos ac plebeios animos ferè præſentiū pœnitet, qui, cum libidine ſua, non ratione omnia metiantur, miro quodam nouandi ſtudio tenentur. Neq; ullus Euripus, ullum fretum tam uarios habet æſtus, ac fluctus, quàm uarij uulgi motus ſunt. Quæcunq; commouerit tempeſtas, ſubito furit, miſcetq; omnia. Contra, generoſæ mentes cõmunibus ſe moribus attemperant, ſolentq; utcunq; & ubicunque opus fuerit, obſequi, quemadmodū ille Terentianus pater monet. Iam non ſimplex ruſticitas, ſed furor eſt planè, patrios mores, ac patria inſtituta odiſſe. Etenim cum patriæ ſanctum quendam amorem omnibus indiderit natura, prorſus obliti ſui uidentur, qui patrias leges tanopere auerſantur. Sapientiſsimus Poeta fingit Vlyſſem optare, ut uel fumum de patrijs exorientem focis uideat: hi leges contemnunt, ornamentum patriæ pulcherrimum, quarum beneficio ipſi & aluntur, & ſeruantur, ut ne naturæ quidem plus quàm his debeant. Mirū ni Vulturio plus eſt humani, quàm huic generi. Ego profectò, quoties defatigatum animum remittere, recreareq; libet, nulla in re ſuauius, atq; in patriæ recordatione acquieſco. Id quod fieri non poſſet, niſi mirum quendam eius amorem inſeuiſſet natura. Videor mihi iam agros peruagari, iam in hortis reptare, iam ad flumen deambulare. Hic naturæ opes, induſtriam colonorum meorum ciuium tacitus contemplor, admiror maiorum prudentiam, qui agros, qui oppidum ipſum diligentiſsime ornarunt & munierunt. Hæc cum animo conſidero, & propemodum intueor, mediocri ne me uoluptate perfrui cenſetis? Me uero cum loci amœnitas per ſeſe delectat, tum quia patriæ nomen accedit, ualde adficior. Nec minus tali patria capior, quàm ille Ithaca, qui quamuis ſterilem, & in aſperrimis ſaxis tanquam nidulum adfixam, pluris immortalitate fecit. Et cum tantopere ſolum ipſum ametur, non poſſum non fauere & legibus, quibus ciuium inter ſe ſtudia uoluntateſq; conciliantur & deuinciuntur, quæ domeſticam diſciplinam, bonos mores, populariū libertatem tuentur, quæ profectò non minus nos quàm lares noſtri delectant. Proinde cū inflammet nos natura, & adſuefecerit conſuetudo ad amandam colendamq; patriam, & ingrati erga benemerentem, & in penates ſuos impij, & alieni prorſus ab humanitate ſunt, quibus domeſticæ leges ſordent. Capitale eſt Magiſtratum pulſare, hi cum prorſus ex republica Magiſtratus, iura omnia exterminent, quod non ſupplicium merentur? Nolo hic cauſari, fruſtra eos niti, recepta non poſſe ferè priuato cuiuſquā arbitrio conuelli. Finge rem ſuccedere. Quid erit ciuitatibus noſtris calamitoſius? Quas, Deum immortalem, hæc nouitas dabit turbas? Nam ut ſine ualetudinis iactura nemo uictus rationem mutat, ita nec leges ſine publica perturbatione mutantur. Nec ad ciuitatum ocium, & ad concordiā ſtabiliendam quidquam perinde conducit, atque ueterum legum morumq; conſeruatio: quod cum urbium exempla paſsim teſtantur, tum monet aureus ueteris Poetæ uerſiculus:

Moribus antiquis res ſtat Romana uiriſq;.

Valeant igitur, qui uel adeò inciuiles ſunt, ut attemperare ſe communibus moribus nolint, uel adeò arrogantes, ut rectius ſe rebus publicis conſulturos confidant, quàm maiores, uel adeò ferrei, ut nullus rerum patriarum amor tangat. Etſi ita uidetur in νεφελοκοκκυγίαν commigrent, Senatui populoq; cuculorum imperaturi. Quanquam autem hæc abunde magna ratio bono uiro ſit, cur præſentes leges amplectatur, quod uſu receptæ ſint, & in mores peneq; in naturam noſtram uerterint. Stultum eſt enim cum publicis moribus dimicare, tamen excutiamus rem paulo accuratius, temere ne an conſulto maiores noſtri ex ſcriptis legibus iudicari res maluerint. Non nuper in ſcholis hac de re altercantur, utrum ſatius ſit ex ſcripto iure, an ex Magiſtratuum arbitrio res iudicare. Verum nos non quod ocioſi in ſcholis literatores ſomniant, ſed quod prudentiſsimi quiq; probarunt, qui Reſpub. tenuerunt, ſequemur. Nam cum humanæ prudentiæ ciuilia officia religio commiſerit, et prudentum exemplis, & communi ſenſu hanc cauſam metiemur. Quæ fuit autem uſquam Reſpub. mediocris ſine certis legibus conſtituta? Scripto iure uſi ſunt Ægyptij, Cretenſes, Athenienſes, Romani, addam etiam Iudæos. Et Lycurgus, tametſi nullas ſcripſerit leges, certas tamen quaſdam prodidit, nō tabulis, ſed ut uulgo notiores eſſent, memoriæ ciuium inſculpendas. Quare ut nihil ijs patrocinetur, qui hoc tempore ſcriptum ius tuentur, defendere eos tot gentium iudicia facile queant, quibus quo ore cedo, qua fronte reclamare audebitis? Et haud ſcio an hæc ueteribus illis legum latoribus conſilij ratio. Quum libertatis ac tranquillitatis publicæ cauſa conditæ ſint ciuitates, & conſtituta iudicia, ut in tuto ſint ſuæ cuiq; res & uita, & ſub iuris autoritate, tanquam ſub umbra lateant. Idq; præſidium non maiorum induſtria, non hominum conſpiratio compararit, ſed Deus oſtenderit, præſtandum eſt, ne ius ſit obſcurum, incertum, aut ambiguum. Quæ eſt enim iuris uis aut autoritas futura, ſi ſubinde Vertumni in morem uariet? Nemo formas ſuas uitamq; non ſatis exploratis aut infidis cuſtodibus tuto committi putant. Porro ubi Magiſtratuum arbitrio ſine certis legibus res iudicantur, cum in imperitorum, ſæpe etiam improborum poteſtate ius ſit, fit ut per imperitiam ſæpe Magiſtratus æqui & iniqui diſcrimen non perſpiciat. Quoties recti ſpecies decipit? quoties iudicio gratia aut maleuolentia officit? Neq; enim obſcurum eſt, quàm leui momento ab æquitate mediocrium hominum animi ſæpe abſtrahantur. Quid quod ea imperitorum pertinacia eſt, ut ad æquitatem flecti non poſsint, ubi non cogunt leges

eges. Cedo quid arbitrare ſumpturos ſibi Germanicos regulos, niſi leges prohiberent? Qui, ſi quando iuris ſpecies ſuffragaretur, citius omnia miſcerent quàm de ſententia, de poſſeßione decederent. Nunc cum reclament leges, deterret à flagitio nonnunquã pudor. Quotus enim quiſq; tam corneæ fibræ eſt, ut publicam legum uocem, omnium de ſe iudicium prorſus contemnat? At ſi nullæ obſtrepant leges, cum licentia ferè deteriores reddat, uideas aperta tyrannide graſſaturos, non aliter atq; ſolebant Athenis triginta illi, qui cum peßimo exemplo iudicia ſuſtuliſſent, perinde quaſi publicam carnificinam exercerent, optimum quenq; iugulabant. Itaq; quemadmodum in periculoſis tempeſtatibus non ſolet uentis temere committi nauis, ſed gubernator præficitur: qui arte regat: ita fluctuantes Principum animi certa lege frenandi, regendiq; ſunt, ne priuatæ cupiditates à iure, uelut à portu reijciãt. Et cum in cognoſcendis cauſis ſæpe non peßimis Magiſtratibus iuris ſpecies imponat, ſæpe tranſuerſos rapiat ambitio, ne periclitaretur libertas, æqui & iniqui formulas præſcribi oportuit, quas in conſilium adhiberent ius dicturi. Nam ſi Magiſtratui poteſtatẽ feceris quicquid libet ſtatuendi, uide in quam nos ſeruitutem conijcias? Iure poſſeßiones adſignauit, ſi aliud uidebitur, ius erit eripere, quod dictum eſt, indictum fuerit, quod modo erat ratum, irritum fuerit. Quicquid decreuerit, in uento & rapida ſcribere oportet aqua, uſq; adeò non conſtabit ſibi, & iure ſubinde mutato in aliam ſe formam πρότεως more uertet. Non domus, non liberi, non coniunx, quibus ne noſtra quidem uita nobis carior eſt, in tuto erunt. Res bonæ omnes, pietas, humanitas, doctrina, arteſq; uniuerſæ, quæ ocium, pacemq; amant, exulabunt. At cum his uitijs leges medeantur, nec libertatis ullus præterea fidelior ſit cuſtos, quid uetat legũ beneficio uti? Quæ Magiſtratibus fiduciariam tantum noſtri poteſtatem faciunt, ut ius noſtrum, quoties periclitamur repetere liceat. Ariſtoteles in ea demum Repub. quæ ſcripto iure regitur, deos imperare adfirmat, quod libertatẽ leges tueantur, qua haud ſcio an hæc uita nihil dulcius habeat. Quid enim felicius, quàm iniuriæ metu uacare, ſocietateq; hominum tuto frui? Proinde illéne bono quidẽ uiro ſine legibus rempublicam mandari patitur. Sed recita uerba.

Verum dicet aliquis maligne me de hominum ingenijs ſentire, cum nullius adeo exploratam fidem, ac uirtutem eſſe duco, cui tuto ciuitas committi poßit. Ego uero optarim paßiũ imperare Neſtoras, uerum uidemus quanta ſit optimorum Principum paucitas. Nec obſcurum eſt uetus illud dictum, Omnium bonorum Principum imagines in uno annulo ſculpi poſſe. Quare facile patior, in mediocribus, ut ſunt ferè, certo iure uim regi, & officij ſui, ſiqui ſunt imprudentes Magiſtratus, admoneri. Hæc mea eſt ratio: nec fœliciorẽ mihi Rempublicam ſomnio, quàm qualem exiſtere res humanæ ſinunt. Finge autem rerum ſummam ad Stoicos delatam eſſe, qui nec gratia, nec odio adficiantur, qui falli nequeant, quid ijs facies, qui, ut eſt uulgi improbitas, malunt legibus, quàm uel ſanctißimis Magiſtratibus credere? Eſt enim quorundam tanta rabies, tãtaq; pertinacia, ut æquitate fideq; iudicum ſatisfieri ſibi non patiantur, ſed cum ſummo iure contendant, extremaq; omnia experiantur, ſæpe infenſius cũ iudicibus, quàm cum aduerſario concertent. Hic uero Magiſtratuum auctoritas periclitabitur, niſi publice receptæ leges defendant. Adeo non modo aduerſus tyrannidem, in legibus innocentiæ præſidium eſt, ſed & Magiſtratibus aduerſus uulgi importunitatem. Hic tanquam aheneus quidam murus eſt, denique commune uinculum inter ſe Principum ac multitudinis eſt, ius ſcriptum, ad pacem tuendam comparatum. Iam & improbi ciues facilius in fortunas aliorum impetum facient, cum uel nullæ pœnæ certæ abſterrebunt, uel ius erit incertum. Contra, ut ij qui iter faciunt, cum uiam indicant Mercuriales ſtatuæ, nihil metuunt, necubi errent, Ita boni ciues cum certum ius propoſitũ eſt, ſecuri degunt, cum docent leges, & quid pro ſe quiſq; præſtare debeat, & quid cuiuſque ſit proprium, & improbis certum exitium minantur. Cum autem libertas nihil niſi inane uocabulum ſit, ſi bonis ſecuritatem demas, crudele fuerit ius ſcriptum è medio tollere, ſi quid ad ſecuritatem in bonorum animis alendam confert.

Accedit huc, quod ut modeſtißimi homines imperent, tamen futurum ſit, ut de iure ſæpe diſſentiant, niſi ex certis legibus res iudicentur. Quæ eſt autem peſtis ciuitatibus pernicioſior inteſtina diſcordia? Quas hæc urbes non funditus euertit? Quare nulla tam parua res eſt, quæ modo ad concordiam conſeruandam conducere uideatur, quæ negligenda ſit. Sæpe autem ex leuißimis iniurijs, non ſecus atque ex minutißima ſcintilla, grauißimum incendium oritur. Non raro & res grauißimæ, in diſceptationem ueniunt, ubi ſi Magiſtratibus de iure male conuenerit, ſtudijs factionibuſq; publica tranquillitas turbabitur, dum ſuæ quæque pars ſententiæ ſuffragatores, addo etiam uires, publicæ ſalutis oblita, comparat. Quam autem non ſolitudinem malis, quàm inteſtinis flagrantem odijs urbem colere? Proinde, cum Hebræos deus inter ſe quàm coniunctißimos eſſe, rectißimeq; conſentire uellet, certas leges tulit, ut ex præſcripto res iudicarẽt, ne quando ius controuerſum dißidium pareret. Pleriſque item alijs ciuitatibus uel principum tyrannis, uel ciuiles diſcordiæ impoſuere legũ condendarũ neceßitatẽ. Nam cum inter ſe Athenis, de iure publico, perpetuo conflictarentur, tres per id tẽpus factiones, homines, opinor, nõ peßimi, ſed male inter ſe, ut fit in imperio cohærentes, eaq; diſſenſio, morbo ciuitatis ingraueſcẽte, & gliſcentibus odijs uniuerſis exitiũ minaretur, reſpublica Soloni mandata eſt: is leges tulit, quibus libertatẽ & ocium urbi reſtituit. Et cum cerneret has unicũ eſſe concordiæ uallũ, conſtituit, ut qui ius diceret, cõceptis uerbis iuſiurandũ darẽt, ſe ex legibus res iudicaturos eſſe. Qui Magiſtratuum arbitrio ſimpliciter omnia cõmittunt, cum Solone, ſi libet, expoſtulẽt, non mecũ, qui ad conſociandos inter ſe ciuium animos tantũ facere momentum ſcriptas leges exiſtimauit, ut ex ſuo arbitrio Magiſtratus ius dicere uetuerit. Sed recita iuſiurandum ἡλιαστικόν, ſic enim Demoſthenes uocat. Fuerunt & hæ ferè cauſæ cur Romani, ſcripto iure uti ma

luerint. Nimium ſibi princeps ſumebant. Plebs non ſatis tuto creditam optimatibus libertatem exiſtimans, ſæpe imperiū auctoritatemq; detrectabat, de iure ſæpe diſſentiebant inter ſe etiā boni uiri. Hæc coegerūt tum plebis temeritatem, tum Magiſtratuum uim certis legibus moderari: ſuntq; duodecim illæ tabulæ, fons iuris noſtri, prudentiſſimorum hominum iudicio propoſitæ. Id iugum cupide uniuerſa ciuitas accepit, cum ſentiret urbem non diu futuram incolumem, niſi Legibus muniretur.

Porrò cum ciuitates orbis terrarum Principes, coegerit, neceſſitas penè Diomedea leges cōdere, quis furor eſt, apud nos iam uſu receptas uelle abrogare, ac inducere? Magna conſuetudinis uis eſt, quæ mores omnes, quibus aſſuefacti ſumus, ſine perturbatione publica mutari non ſinit. Quare leges uel hoc nomine, quod conſuetudini mos gerendus eſt, oportuit conſeruari. At cum de rebus humanis etiam bene mereantur, publicam tranquillitatem & libertatem tuētur, obſecro non inſaniunt, qui refigere iubent? Actum fuerit de religione, de humanitate, de rebus bonis omnibus, niſi cœtus hominum iure cogantur ac defendantur. Neque uero inter cætera Legum beneficia hoc prætereundum eſt, quod de expetendis, fugiendisq; rebus, rectas ciuibus opiniones inſerunt. Id adeo ad formandos mores, magnum habet momentum. Errant enim mortalium ingenia, niſi certis præceptis regantur, & ut quidq; maxime commodum in præſentia uidetur, ita maxime licere putāt, oculos mentemq; libido præſtringit, ut quod maxime cupimus, ſæpe (niſi dehortetur legum autoritas) optimum eſſe ducamus. Auarus nihil eſſe uitij in fœnore faciendo exiſtimat. At ſi ualerent leges, quæ fœneratoribus maiorem mulctam conſtituerunt, quàm furibus, quis non execraretur fœnus? Sunt quos parum pudet mentiri, At cum ex lege duodecim tabularum, è ſaxo Tarpeio deijciebatur, qui falſum teſtimonium dixiſſe conuictus erat, cane peius & angue mendacium oderat multitudo. Perpetuū otium nunc in lauta uitæ parte ponunt. At cum Atticis legibus capitalis eſſet deſidia, grauiter audiebat. Furem abominamur, quod in eum grauiſſime animaduertatur, angetq; crimen pœnæ atrocitas. Prædonis loco habes eum, qui debitoris rem aut pecuniam uſurpat, niſi ſponte datam. Peperit hanc opinionem lex, quæ pronūciat, uim eſſe, quoties quis id quod deberi exiſtimat, per iudicem repoſcit. Nihil autem cum opinionibus, tum moribus noſtris inſtabilius eſſet, niſi ex certis legibus cōpararentur. Nam ut nautæ curſum ad ea ſydera, quæ eodem ſemper loco circūaguntur, dirigunt, ita par eſt, ut ad leges, quæ à ſapientiſſimis hominib. latæ, & uirtutis uiam rectiſſime indicant, & ſui nunquam diſſimiles ſunt, opiniones noſtras exigamus. Sed ut nulla ratio ſit, cur ſcripto iure utamur, certe Romanæ leges merebantur, quas huc importaremus. Quare maiorū noſtrorum prudentiam laudo, quod Romanas potiſſimum leges delegerunt, quas in iure dicendo ſequerentur. Et quando hactenus benigne mihi audiendo, operam nauaſtis, fauete quæſo & reliquæ orationi. Expo nam enim breuiter, cur tantopere iuuet, à Romanis leges mutuari. Vetus hic mos eſt, ab optime cōſtitutis urbibus, exempla petere. Nihil puduit Atticos, Ægyptias quaſdam leges uſu capere, ut Herodotus teſtatur. Nemo Romanis uitio uertit, quod cum cogeret publica neceſſitas leges conſcribere, in Græciam legatos miſere, qui inde legū formulas adferrent, & de Repub. inſtituenda ſummos in Græcia homines conſulerent. Id & cum maiores noſtri fecerint, cum Romanæ Reipub. inſtituta ad nos attulerint, quid quæſo peccarūt? Quæ tandem ars ex liberalioribus illis domi nobis nata eſt? Literas, temporum diſcrimina, ſyderum ortus & occaſus, architectonicā, Muſicam exteri docuere, ſine quarum cognitione, uita planè manca eſt: in quibus ſi nihil offendit peregrinitas, quid uetat externis legibus uti? Quis dubitat noſtra cultiora eſſe, & literis & legibus Romanis aductis, quàm fuere priſco illo barbaro ſeculo, cum nec ingenuis artibus animi noſtrorū priuatim fingerentur, nec publico iure, aut certa diſciplina manſuefierent. Adeóne præſentium pœnitet, ut mutare cum ueterum barbarie libeat? quæ cuiuſmodi fuerit, uel ex eo poteſt æſtimari, quod humanis hoſtijs apud hos litatum eſt. Eant quos tantopere uetuſtas delectat, & glandibus etiam ueſcantur. Iam cum Romani literas nos artes aliasq; docuerint, quid fuit cur non illorū leges etiā imitaremur, cum nulla fuerit Reſpub. quæ aut plura nobis, aut illuſtriora uirtutis humanitatisq; exempla, aut humaniores leges proponere potuerit? Fuit illud omnino unicum uirtutis atq; humanitatis in terris domicilium. Longum fuerit recenſere, qui ibi iuxta & in toga & foris, & omnium belli paciſq; artium periti, clari fuere. Noti ſunt Camilli, Curij, Fabricij, Fabij, Claudij, Scipiones, Craſſi, Iulij, Cicerones, Sceuolæ. Didicerant hi Reſpub. regere, non in umbra, & in ocio, ut Græci, ſed in ſole ac puluere, uſu magiſtro, uim, inconſtantiam, uariasq; uoluntates uulgi, domi foriſq; toties experti, norant quibus artibus in officio retinenda tractandaq; ſit multitudo, norant quæ pharmaca ciuitatū morbis cōuenirent. Itaq; Vergilius cum alias artes alijs gentibus concedat, Romanis ſcientiam gerendæ Reipub. tribuit:

Tu regere imperio populos Romane memento
Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

Porrò cum hi qui Muſicæ operam daturi ſunt, ad nobiliſſimos ſe magiſtros cōferant, cum pictores optima ſibi exempla proponant, cur non & in gerenda Republica optime conſtitutæ urbis, tum exēpla, tum leges uſurparemus? Mileſias credo aut Sibariticas leges iſti, ut ſunt impuri, nobis ferent, qui Romanas tantopere oderunt. M. Cicero, cum de optimo ciuitatis ſtatu diſputat, non alias niſi Romanas leges fert, easq; naturæ maximè omnium conſentaneas eſſe cenſet: cui ſi quid credimus, à natura diſcedunt, qui à Romanis legibus diſſident. Vernaculo quodam iuri Saxones adhuc alicubi utuntur, in quo quàm multa ex Romanis legibus emendata ſunt? Quid fuit minus humanum, quàm quod uetuere Saxones, ne nepotibus amiſſo patre, auita hæreditas ueniret? Correcta lex eſt in comitijs populorum Germaniæ, latumq;, ut deinceps Romanum ius ea parte Saxones ſequerentur. Et municipalia

cipalia ſtatim ſtatuta, quoties æquitas poſcit: ſunt enim ferè barbara, Romanis legibus emendantur. Adeoq́; magno conſenſu ius Romanum tanquam oraculum, nationes omnes de æquitate conſulunt, ſentiuntq́; leges & placita omnia ad hanc regulam exigi debere, & in hoc extare uolunt, ut in dijudicandis penſitandisq́; omnibus quæ in publicis conſilijs decernuntur, gnomonis uice ſit. Tam ſanctam plurimarum gentium conſpirationem reprehendere, quid aliud eſt niſi inſanire? Et meo iudicio ſanè quàm multum interfuerit Reipublicæ ut maximè in foro apud nos non uerſarentur Romanæ leges, in Bibliothecis eas adſeruari, ut inde gerendæ Reipublicæ rationem æqui & iniqui iuſtum diſcrimen peterent, quicunq; ad publica munera tractanda animum adiecerunt. Quid enim furioſius eſt, quàm, quod ferè euenit, accedere ad Rempublicam nullis inſtructos literis, nulla præditos neq; humanitatis, neq; æquitatis ſcientia? In ſcenam nemo prodit, niſi hiſtrionicam probe meditatus: nemo fidibus ludit, niſi muſicã teneat. Quanto magis oportet eos, qui Reſpublicas capeſſunt, qui conſilium, qui opem innocentibus pollicentur, honeſtis artibus dedolari antea, & in ſchola bonarum rerum ſtudio, grauioribus negocijs præludere? Sunt enim hebetiores ferè in diſcernendis rebus communibus, quorum iudicium nullæ literæ acuerunt, aut confirmarunt, & feri magis impotentioresq́;, quorum pectora manſuetior diſciplina non mollijt. Belluam aliquam immani ſæuitia ex cauea in mediam multitudinem iures emiſſam eſſe, non imperare hominem, ſicubi in inculti imperitiq; Magiſtratus poteſtate Rempublicam eſſe uideris. Quare à doctiſſimis hominibus de regendis ciuitatibus, de iure, æquo ac bono multa conſcripta ſunt, ut uim uirtutis & iuſtitiæ Principum oculis ſubijcerent. Extant Platonis politici libri non pauci, extant eodem argumento & Ariſtotelici, depinxit graphice principem Xenophon, quem Scipio ſic amaſſe fertur, ut nunquam de manu poneret. Fateor de rebus humanis iſtos bene meritos eſſe, & multa utiliter monuiſſe, dignosq́; duco eſſe, qui in manibus, in ſinu geſtentur ab omnibus, apud quos in precio uirtus eſt: uerùm neſcio quo modo mihi adumbraſſe magis, quàm uiuis coloribus expreſſiſſe Reſpublicæ uidentur, dum à communi conſuetudine, & ciuilibus moribus longius recedunt, & pro ſuo quiſque ſtomacho ciuitatem ſibi ſomniat. Plato, ut cætera omittam, mulieres etiam militare iubet. Ariſtoteles dubitat, an oppida mœnibus cingenda ſint. Ad hæc frigidis argutijs fere immodice delectantur. Socrates apud Platonem, ex iuſtitia κλεπτικὴν facit. Ariſtoteles partim in Geometricis proportionibus, partim in Arithmeticis conſiſtere iuſtitiam ſcribit. Laus ingenij petitur his parergis, ad rem non ita multum faciunt. Abſolutam uerò ciuitatis effigiem eſt cernere in his legibus, quæ non in ſcholis natæ ſunt, ſed in curia, in foro, ut bonis profugium, & portus, & aduerſum improbos teli uice eſſent. Vt offendunt Mimi, niſi proxime repræſentent, quos imitari inſtituere, ita & leges parum probamus, à communi captu remotiores. Quare hoc mihi planè perſuaſi, utiliorem eſſe Romanarum legum cognitionem ijs qui Reſpublicas gerunt, quàm Philoſophicarum in hoc genere diſputationum. Grauiter, ciuiliter, & humanitus omnia conſtituta ſunt à legum autoribus, idq́; res cogebat. Erant enim ad ciuilem hominum conſuetudinem leges accommodandæ, non aliter atq; pharmacum attemperari oportet ægri corporis naturæ ac uiribus. Philoſophi ſibi in ſcholis quædam libere permiſere, quæ in gerendis rebus publicis non fuerit cõſultum ſequi. Sunt quædam in Europa gentes, quæ non iudicant res ex Romanis legibus, ſed uernaculis. Et tamen qui ibi Reſpublicas geſturi ſunt, ferè Romanas leges apud exteros diſcunt, qui, ut accipio, interrogati, quid, cum noſtrarum legum non ſit apud eos uſus, in eis cognoſcendis tantum operæ ponant, reſpondere ſolent, Animam ſe ſpiritumq́; legum, ſic enim loquuntur, excipere: hoc eſt, æquitatis uim ac naturam hinc decerpere, ut de patrijs legibus rectius iudicent. Laudo prudentiſſimam uocem, qua ſignificant omnia rectius perſpexiſſe ſummos illos uiros noſtri iuris auctores, & neminem ſatis inſtructum eſſe ad ciuitatem regendam, qui non in his cognoſcendis tyrocinium fecerit. Quid quod in his iureconſultorum literis bona pars antiquitatis reliqua eſt? Veteres mores, ſermonis Romani pleræq; figuræ, quas niſi hi explicarent, in alijs ſcriptoribus nonnunquam non aliter atq; in luto hæreremus, nec intelligi optimorum auctorum plerique inſignes loci poſſent. Quod ſi hiſtoria, ſi aliæ ueterum literæ nobis, ut debent, curæ ſunt, cum his paſſim lucem adferant Iurecõſulti, uel à Grammaticis et Rhetoribus eorum commentarios adſeruari oporteret. Itaq; niſi ſimul omnibus literis bellum indicemus, & plane in beluas degenerare iuuabit, non permittendum eſt, ut ſitu ac ſenio Romanæ leges emoriantur. Quoſdam nobilium urbium picturæ, quoſdam marmora, quoſdã ſtatuæ delectant, eaq́; ſumma cura conſeruant. Quæ, malum, barbaries eſt, leges, pluſquàm aureum pulcherrimæ urbis monumentum, & germanam εἰκόνα obliterare? Quidam clarorum hominum ſententijs unice capiuntur, parietibus inſcribunt, annulis inſculpunt, illinunt omnibus chartis, ſi qua inſigniter placuit. In his uoluminibus tot extant gnomæ, quot leges erutæ ex intimis ſapientiæ penetralibus, ex doctiſſimorum Poetarum, Oratorum, & Philoſophorum monumentis, & recitant doctiſſimos rerum humanarum omnium Imperatores & Iuriſconſultos noſtrorum rabularũ diſſimiliores, quàm ſunt Chiorum in talis Coi, ſed inſtructi literis, uſu Reipublicæ domi foriſq́; gerendæ exercitati: uel tantorum uirorum memoriæ hic honos debetur, ut tanquã exuuias, eorum ſcripta conſeruemus. Quod cum ſumma cura Maiores noſtri præſtiterint, æquius eſt illorũ nos exemplum imitari, quàm ijs obſequi, qui non modo legibus male propitij ſunt, ſed prorſus neq; ius, neq; bonum, atq; æquum ſciunt, melius, peius, proſit, obſit, nihil uident, niſi quod libet.

Poſcit hic locus, poſtea quàm ſententiam de legibus noſtram expoſuimus, aduerſariorum calumnias refutare: quæ quia leuiuſculæ, & penè ridiculæ ſunt, paucis à me perſtringentur. Mutilæ, inquiunt, legum

Rhapſodiæ ſunt. Publica ea calamitas eſt, quam inſectari minimè conuenit, miſereſcere erat humanius. Optarent autem boni omnes, ſi quid uotis proficitur, integra ueterum Iureconſultorum uolumina extare. Verùm cum hæc tantum fragmenta, fortuna nobis reliqua fecerit, impium fuerit, uelut ex naufragio receptis hoſpitibus, uitam inuidere, præſertim non malis. Nam qui hæc conſarcinarunt, integras tamen ſententias nobis, & legum capita, quantum ſatis erat, tradiderunt. De ſingulis caſibus anxie ſuperſtitioſeq; cōſtituere, nihil refert, ſatis eſt genera rerum & cōmunes quaſdā formulas, quemadmodū in alijs fit artibus, concipere, quibus ſimilia inter ſe facta metiamur, ne ſi res in immenſum creſcat, nemo conſequi poßit. Deinde in legibus omnibus res cogit breuitatem adfectare, ut animis facilius infigi poßint tanquā breuia ἀποφθέγματα,

Sed ogganniunt aduerſarij, obruta eſſe omnia & conſpurcata ſordidis interpretum commentarijs. Ego uerò Romanis legibus patrocinor, non neotericis interpretibus: quorum, ſi prodeſſe uoluere, laudandus eſt conatus, & tamen quicquid iſtic uitij eſt, id uniuerſum ſemel imputo inſcitiæ humanitatis & elegantium literarum: quibus qui non ſunt perpoliti, hi nihilo ad tractandas grauiores diſciplinas, magis adpoſiti ſunt, quàm ad lyram aſinus. Primum enim cum Romano ſermone conſcriptæ ſint leges, quomodo in eis uerſabitur, qui linguæ figuras ac uim non tenet? Iam, etiam ſi Scyticus legum ſermo eſſet, tamen pinguius iudicant, docent obſcurius, & imprudentius, quæcunq; de re dicere inſtituunt, dant ſine mente ſonum, quotquot dicendi artes non attigere. Magna uis eſt in humaniorū literarum ſtudio, quam animo rectius cernere, quàm oratione depingere poſſumus. Et exempla ſuperioris ætatis cōmonent, quid ſapiant, quotam mentis unciam reliquam habeant, ij qui ab iſtis artibus alieni ſunt. Vides quàm ineptè tradiderint ſuas artes Philoſophi, quanto conatu, quantas nugas docuerint. Nihilo ſaniores Iureconſulti fuere, qui diſputarunt de Lazaro, ualuerit ne teſtamentum, poſteaquam is reuixit, & hoc genus innumera. Solebat apud nos doctus quiſpiam homo, iſtorum ineptias feſtiuo commento ridere. Non procul oppidò quodam, aiebat, ad flumen piſtrinum, ex quo cum non ita multo ante aquatum aſinus deſcendiſſet, cum in extrema ripa ſeu lutulenta ſeu tenuiora aqua flueret, quàm ut os imbuere poſſet, in proximam cymbam fortè pergit, unde uberiorem iuſti amnis aquam hauriret. Porrò cum inſcendiſſet nauiculam, impetu detorquet à ripa in medium flumen, quo cum eſſet excepta, ſecundis uentis in ſcopulum defertur. Hic poſtquam impegit, fracta eſt, & imperitus ille nauclerus in undis perijt. Doluit molitori, ubi rem reſciuit, iactura, & piſcatorem in ius uocat, damnum dediſſe accuſat, quod eius nauigio iumentū auectum ſit. Contra ille factam ab aſino pauperiem, ſeq; damnum accepiſſe exclamat, quod nauigium amiſerit, in flumen ab aſino impulſum. Vtrinq; acerrime à conductitijs rabulis certatū eſt. Iudici cauſa uiſa eſt intricatior, quàm ut liceret, non cōſultis iuris profeſſoribus, pronūciare. Deferunt ad leguleios. His uerò negotiū mirum factū eſt, dum pro ſe quiſq; uindicare aſinum contendit, diſputationes uarias inſtruunt, rixantur de aſino in ſcholis et conciliabulis pertinacius, opinor, quàm Græcus ille de aſini umbra, & haud ſcio, an nondū etiam de ſumma rei decreuerint. Obſecro non inſanire tibi uideantur, ſi qui ſe in tam ridicula cauſa diu torqueant? Verùm, mihi crede, iſtorū diſputationes futiliores ſunt hac molitoris contentione. Quotus enim quiſq; de communibus rebus ciuiliter, & ex communi ſenſu iudicat? Ingenia in ſtultis formulariorū literis obbrutuerunt, haſq; in ſcholis & foro non aliter atque ſuas epodas Magi non intellectas recenſent. Nihil hic de Grammaticis et puerilibus erratis, de barbarie ſermonis queror, quam præſcriptione tuentur, iudicij inopiā accuſo, qua fit, ut nec ius nec fas in pleriſq; cauſis cernant. Aduerſus eam peſtem, dicendi artium ſtudio mens præmunienda eſt, perinde atq; aduerſus Circes uenena, Vlyſſem moly herba Mercurius præmunijt. Si quid iuris interpretes inſcitia literarum peccarunt, ueſtrum eſt, ueſtrum, inquam, honeſtißimā prouinciam repurgare, et exploſis indoctis cōmentarijs, à ſitu et ſqualore leges adſerere, et germano nitori reſtituere. Id humanius eſt, quàm leges ipſas neutiquam male meritas de nobis, obliterare.

Sed audio etiam de profeſſorum moribus nonnullos queri. Primum optarim hos cēſores in ſuis uitijs emendandis, nolo enim nunc quidquam acerbius dicere, tam eſſe acres, quàm ſunt in reprehendendis alienis oculati. Deinde cum ſint in hoc ordine pleriq; boni uiri, iniquum eſt legibus imputare, ſi quid adferunt uitij profeſſores. Iam ego ob hanc cauſam doctißimos & optimos quoſq; cupio legibus diſcendis operam dare, ut extruſis ueteratoribus & ſycophantis illis, iudicia, forumq; redeant aliquando in bonorum ac doctorum uirorum poteſtatem. Modo res iudicant indocti ferè, qui ne nihil ſapiant, unum aliquem ex uulgaribus pragmaticis in conſilium adhibent, in quibus ut quiſq; eſt indoctißimus, ita eſt audacißimus & nequißimus. Huius uident oculis, huius audiunt auribus reliqui omnes, quod hic ſomniarit, reliqui decernunt: Ait, aiunt: Negat, negant. Capita ſunt ſine linguis, ius ipſi et uim æquitatis ignorant. Leguleius ille naribus omnes tanquam bubulos trahit. In tanto iudicum ueterno, irrepunt in forum et uanißimæ rabulæ cauſas acturi, qui, quando is quæſtus eſt uberrimus, ex litibus lites ſerūt, clientes deglubunt, Reſpublicas depeculantur, indoctum iudicem nouis ſubinde technis ludificantur. Non poſſum adduci ut credam, Athenis unquam ſycophantas, qui ſic dicebantur, ullos noſtris impudentiores, nequiores ue fuiſſe. Auſim & hæc uitia inſcitiæ elegantium literarum imputare, quarum qui ſunt imperiti, neſcio quibus artibus ad honeſtatem flecti poßint, quando uim uirtutis, nullæ aliæ literæ perinde oculis noſtris ſubiecere, atq; hæ, quæ humaniores rectißime uocantur. Et cum ne leges quidem ipſas attingant iſti, tantum ex uerſutorum quorundam formulis ſapiant, ne poſſunt quidem contagione peſtilentißimarum literarum non infici.

Proinde cum nulla meliore diſciplina animi ad uirtutem aſſuefacti ſint, nihil pudet in quæſtu ius habere,

uitiare

uitiare leges, detorquere malitioſis interpretationibus, in quam uolunt partem. Solonem refert Demóſthenes, cum reum ageret quendam pernicioſæ legis autorem dixiſſe, Cum capitale ſit nomiſma adulterare, morte mulctandos eſſe etiam eos qui leges uitiant. Proptera quod ut in priuatis commercijs ac contractibus nomiſmate utimur, ita publicis commercijs & negocijs leges eſſe nomiſmatis uice. Recte Solon. Atque utinam eò redeat res, ut & in noſtris iudicijs petulantia, impudentiaq; rabularum coherceatur, mulctetur dolus. Id adeò fiet, ubi ad Rempublicam boni uiri adcedent, literis et cognitione iuris inſtructi, quibus iſti imponere nec auſint, nec poßint. Itaque Reipublicæ intereſt, ut optimi quiq; & uirtutis amantißimi ius perdiſcant, ut ſi quando publicum munus tractandum eſt, rectè gerendæ prouinciæ artes teneant. Videmus enim quos ludos Rebuſpublicis ubiq; Magiſtratus imperiti & indocti reddant, quos, ut boni ſint, neceſſe eſt multa incautos peccare, & tamen ferè ita fit, ut deteriores ſint, quo ſunt indoctiores.

Dixi de legibus, longius fortaſſe, quàm ferebat tempus, ſed omnino parcius, quàm & res poſcit, & ego uolebam. Reliquum eſt, ut eos qui in legibus uerſantur, adhorter, ut ſtrenuè pergant, nec è medio curſu re uocari ſe indoctorum uocibus patiantur. Nam cum iudicia adprobet religio, non modò non impium, ſed ſanctum etiam officium faciunt, qui rite de iure reſpondent, aut res iudicant. Pleriq; poſteaquam hanc induere perſuaſionem, uerſari ſe in re prophana, & quam Deus nihil moretur, minore fide curaq; munus ſuum obeunt. Hos meminiſſe uolo, Deum & iuris autorem eſſe, & uindicem futurum. Libra & pondus, inquit Salomon, iudicia Dei ſunt. Quare ſi quid iniquum ſtatueris, non hominum tantum mores uiolari credas, ſed Deum, à quo iudicia conſtituta ſunt, offendi ſentias. Non hominis, ait optimus Princeps Ioſaphat, exercetis iudicium, ſed Dei: adeſt ſpectator & arbiter conſiliorum ueſtrorum Deus: Sit timor Domini uobiſcum, ac curate rem gerite. Hoc uerò diuinus ſpiritus oraculum non illi tantū ſeculo, ſed omnibus qui ubiq; ius dicūt, prodidit. Nulla ſanctior in terris functio eſt, quàm οἰκονομία Eccleſiaſtica. Huic proxima eſt, ius dicere, quàm ſi recte geſſeris, nemo monachus, nemo eremita ſuperiore eſt apud Deum loco. Prophanum munus eſt, ſed quod non minus religioſe tractari oportet, quàm ad aram accedendum eſt ſacrum facturis: imò hic uere ſacrum facis, cum publicæ tranquillitati ac paci operam nauas. Quo pluris autē hoc officij Deus facit, eo ſunt execrabiliores, qui publicam in foro ſycophanticam exercent, bonorum extortores, legum contortores, qui uel ob hanc cauſam ferendi nō erant, quod à ciuitatibus horū flagitia Deum non rarò abalienent, grauiter ſuccenſentem conſtupratis iudicijs. Porrò cum non dißideant cum pietate leges, & uſu receptæ ſint, nihil moremur eos, qui ſe inſectandis ciuilibus moribus ad uulgus uenditant. Nam ſine publica calamitate receptas leges mutari non poſſe, & res docet, et ſapientißimi quiq; monuerunt. Extabat apud Locros in bene conſtituta ciuitate, ea de re lex, ut quiſquis aduerſus receptas leges rogationem ferret, is eam inſerto in laqueum collo ſuaderet: quæ ſi uidebatur è Republica eſſe, ſaluus euadebat autor: ſtrangulabatur autem conſtricto laqueo, ubi oratio diſplicuiſſet. Neque dubium eſt, quin id ita conſtitutum ſit, ne temere inducerentur uſu confirmatæ, probatæq; maiorum iudicio leges. Et Athenis νομοφύλακες erant, qui apud præfectos in omnibus publicis concilijs, candidis faſcijs coronati aßidebant, ut prohiberent, ne quid contra receptas leges decerneretur. Deniq; ut quæq; ciuitas optimè conſtituta fuit, ita minimè paſſa eſt leges antiquari. Proinde nos quoq; publicum ius diligenter tueamur, præſertim cum Romæ natum ſit, in principe orbis terrarum Republica, in prudentißimorum & doctißimorum hominum concilijs, quorum non modo literæ nos æqui & iniqui diſcrimen docent, ſed exempla etiam & res præclaræ geſtæ, ad uirtutis ſtudium adhortantur.

Dixi.

DE PERFECTO IVRISCONSVLTO.

EXTAT locus ualde inſignis in Philippica nona M. Tullij Ciceronis, cuius ergò eximius ille uir Chriſtophorus Hegendorphinus ſeſe eam potiſſimùm enarrandam ſuſcepiſſe teſtatur: quòd ſcilicet eo loci imago perfecti & ueri Iuriſconſulti ob oculos poſita uideatur. Itaque illum unà cum Hegendorphinæa expoſitione ceu plurimum inſtituto noſtro conuenientem, tranſcribendum duxi. Quod omnibus Iuris ſtudioſis (modò abſit inuidia) probatum iri exiſtimo. Nunc audi Ciceronem:

Nam reliqua Seruij Sulpitij uita multis erit præclarisq; monumētis ad omnem memoriam commendata. Semper illius grauitatem, conſtantiam, fidem, præſtantiam in Republica tuenda, curam atque prudentiam, omnium mortalium fama celebrabit. Nec uerò ſilebitur admirabilis quædam & incredibilis, & penè diuina eius in legibus interpretandis, æquitate explicanda ſcientia. Omnes qui ex omni ætate hac in ciuitate intelligentiam Iuris habuerunt, ſi unum in locum conferantur, cum Seruio Sulpitio non ſunt comparandi. Neq; enim ille magis Iuriſconſultus, quàm Iuſticiæ fuit. Itaq; quæ proficiſcebantur à legibus & à iure ciuili, ſemper ad facilitatem æquitatemq; referebat. Neque conſtituere litium actiones malebat, quàm controuerſias tollere. Ergo hoc ſtatuæ monumento non eget, habet alia maiora. Hæc enim ſtatua, mortis honeſtæ teſtis, erit illa memoria uitæ glorioſæ: ut hoc magis monumentum gratiæ Senatus, quàm clari uiri futurum ſit.

Hic Cicero quadā prolepſi rhetorica utitur. Nam cum dici poſſit: Ergo Sulpitius ob nullas res alias, quàm legationem ſuſceptam ad poſteros laudari poterit. Reſpondet Cicero, Sulpitium non adeò egere ſtatua, quod niſi ea ornaretur, nullis alijs monumentis ad poſteritatem commendatus eſſe queat. Nam & alia eſſe quædā Sulpitij decora, propter quæ ad poſteros memoria eius intermori nō poſſit. Et hic obiter laudem Sulpitij adſpergit. Atq; hic unus eſt locus propter quem hanc Philippicam paucis enarrandam ſuſcepi. Nam hoc in loco Cicero, ut mea quidem fert ſententia, ueri Iuriſconſulti imaginem ob oculos ponere uoluit. Quare & Iuuentus Iuris ciuilis ſtudioſa, mihi hic admonenda uiſa eſt, ut in ſtudio Iuris ſibi Sulpitium imitandum proponat. Etenim is tandem Iuriſcōſulti nomē merebitur, qui Sulpitij quàm ſimillimus fuerit. Nec, ut ego arbitror, quemadmodum orator Craſſi apud Ciceronem, ſic hic Iuriſconſultus Sulpitius à nullo unquam effingi et exprimi poterit. Nam ea quæ in Sulpitio Iuriſconſulto præclara fuiſſe ornamenta à Cicerone prædicantur, cura, labore, induſtria, exercitatione quotidiana etiam à iuuene aliquo Iuris ciuilis ſtudioſo comparari poterunt. Sed audiamus tandem, quæ uirtutes in uero Iuriſcōſulto eluceſcere debeant. Nolo autem hic totam Sulpitij uitam retexere. Nam id & longum, & moleſtum etiam lectum futurum eſſet, ſed ea tantum hic explicabo, quæ in Sulpitio præ cæteris Iuriſconſultis omnibus inſigniter enituiſſe, commemorantur, ut ex his iuuenes Iuris ciuilis ſtudioſi cognoſcant, quibus nam uirtutibus eos expolitos eſſe oporteat, ut Iuriſconſulti nomen, ſibi uindicare poſſunt. Sic autem, inquit M. T. Cicero. Nam reliqua Seruij Sulpitij uita, &c. hoc eſt reliqua Sulpitij uita, propter & multas, & quidem præclaras uirtutes apud poſteros ſemper commendabitur. Quæ autem illæ ſunt uirtutes Iuriſconſulto dignæ? En audi: Semper illius grauitatē, conſtantiam, fidem, præſtantiam, in republica tuenda curam atq; prudentiam omnium mortalium fama celebrabit. Grauitatem tribuit Sulpitio. Eſt autem hoc loco grauitas, firmitas quædam & conſtantia animi, ac in uultu, moribus, uerbis, rebus agendis quædam ſeueritas. Vbi iuuenis Iuris ciuilis ſtudioſus diſcet, ſibi elaborandum eſſe ut Iuris ciuilis cognitioni etiam grauitatem adiungat: ita quod omnia quæ agere cœpit porrò conſtanter agat, ac in uultu, moribus, uerbis, actionibus popularibus & rebus quibuſcunq; obeundis ſe ſeuerum præſtet. Quæ grauitas ad autoritatem conciliandam plurimū facit. Nam plus tribuere eis, & pluris facere ſolemus eos, qui ſe graues in rebus omnibus oſtendunt, quàm hos, qui facili momenti huc illuc impelluntur. Quid autem Cicero grauitatē dixerit, mox declarat: dum Sulpitium à conſtantia laudat, quaſi diceret, grauitatē, hoc eſt conſtantiā animi in Sulpitio, omnes mortales celebrabunt ſemper. Tribuit & Sulpitio fidem. Eſt autem fides autore Cicerone, dictorū conuentorumq; conſtantia, & fides ita dicta, quia fiat quod dictum eſt. Et hic cognoſcit Iuuenis Iuris ciuilis candidatus, fidem in uero Iuriſconſulto excellere debere, hoc eſt, ut id quod dicit, præmittit uerbis, rebus quoq; ipſis præſtet. Ac ut non tantum litigatoribus, quibus ſe ſuperfuturum receperit fidem datam, ſeruet, ſed etiam illos nō inanibus uerbis ſubducat, & cauſam quæ prorſus uincibilis non eſt, maximè uincibilem eſſe adfirmet. Nam quid hoc aliud eſt, quàm fallere litigatores? Quare iuuenes, iſtos ceu peſtes fugient, qui iactitant non ueros eſſe Iuriſconſultos eos, qui non cauſam quamlibet agendam ſuſcipiant, & litigatoribus de cauſa quamuis deplorata bonam ſpem adferāt. Nam id genus homines meri plani & impoſtores ſunt, non digni qui Iuriſconſultorum tabulis cenſeantur. Laudat Cicero et in Seruio Sulpitio præſtantiam. Præſtantiam uerò, ut

rò, ut mihi uidetur, hic appellat, quam Græci ἐξοχὴν appellare conſueuerunt, uirtutem qua alij alijs excellere ſolent. Sic quod Sulpitius nō unus ex multis fuerit, ſed uir præſtans & excellens. Vbi iuuenis diſcet, ueri Iuriſconſulti eſſe, ut alijs hominibus longè anteeat ſapientia & alijs uirtutibus, ut ſit ueluti exemplo bene & honeſte uiuendi: quales olim Iuriſconſultos quoſdā aliòs propter Sulpitium fuiſſe legimus. Laudat Cicero Sulpitiū à cura in tuenda Republica, hoc eſt, quod ſollicitus de Republica fuerit, & cum ſumma cura defenderit contra iſtos, qui cum latrocinijs inteſtinis lacerare & euertere contenderunt. At illud eſt, quod uel in primis à uero Iuriſconſulto requiritur, ut in Rempublicam defendendam ſumma cura incumbat, mortem prius oppetiturus, quàm ut eam in diſcrimen uenire patiatur. Neque uerò cura in Republica tuenda ſatis eſt, niſi etiam accedat prudentia, quæ eſt (autore Ariſtotele) habitus, qui ſecundum certam rationē iudicat & deliberat, uel (ut Cicero eam finit) eſt rerum expetendarum fugiendarumq; ſcientia: Græci φρόνησιν appellant. Cum cura ergo in tuēda Republica prudentiā copulauit Sulpitius, quod non temerè, non præcipitanter aliquid in Republica egerit, ſed diligenter proſpexerit ſemper, an id quod agere uellet Reipublicæ honeſtum, rectum, & laudabile eſſet. In Republica autem Romana hæc ferè Sulpitium egiſſe legimus. Cum quæſturam unà cum L. Murena peteret, prior renunciatus eſt, ac cū ſortitus eſſet prouinciā Hoſtienſem, nihil inſigne in ea addidit. Nam nulla occaſio aliquid memorabile agendi illi dabatur: deinde cum L. Murena quoque Præturam petens prior deſignatus eſt. Ac conſulatum unà cum Marco Marcello eius collega adeptus eſt, in qua præter alia multa, hoc cum primis dignum memoratu geſſit. Cum collega eius Marcellus Caium Iulium Cæſarem ex Gallijs domum reuocare et ei ſucceſſorem mittere uellet, ac nollet ut Cæſar abſens conſul deſignaretur: Sulpitius olfaciens hac ex re bellum ciuile accenſum iri, collegæ fortiter reſtitit, et toto tempore conſulatus ſui ſubinde Senatum monuit, bellum inteſtinum cauendum eſſe, quod illud ſecum omniū malorum agmen adferret. Sed cum fruſtra monuiſſet Sulpitius, & tandem bellum inter Pompeiū & Cæſarem ortum eſſet, & Cæſar ex Italia Pompeio eiecto, Romam ueniſſet, mira conſtantia uſus eſt Sulpitius. Non liberè dicebat, ſibi non probari, quod Cæſar cum Republica bellum gereret, & in Hiſpanas oppugnatum legatos Pompei proficiſci uellet, potius dandam eſſe operam, ut pax inter Pompeium & Cæſarem conciliari poſſet, ac Senatum, qui ferè totus ex urbe aufugerat, in Italiam & Romam reuocandum. Ad extremum, cum uicto Pompeio, Cæſar Romam rediſſet ab eo Græciæ profectus eſt Sulpitius, in qua prouincia, quanta ſuæ moderationis, iuſtitiæ, prudentiæ, integritatis documenta dederit, nemo ſatis pro dignitate uerbis explicare poterit. Hæc hic paucis commemorare uolui, ut iuuenes intelligant quomodo tandem Sulpitius ſummam curam & prudentiam in tuenda Republica Romana exhibuerit. Et hactenus quidem audiuimus Sulpitium laudari à uirtutibus his, quæ uero Iuriſconſulto profectò dignæ ſunt, & eſſe etiam debent in eo Iuriſconſulto, qui Reipublicæ (propter quam rectè gubernandam iura ciuilia diſcenda eſſe imperator Iuſtinianus in præfatione ſuarum Inſtitutionum Iuris ciuilis oſtendit) præfuturi ſunt. Nunc audiamus quomodo ſeuerus Iuriſconſultus in Legibus explicandis exemplo Sulpitij adductus, gerere debeat. Sed hic prius dicendum eſt quinam acciderit, quod Sulpitius Iuri ciuili animum adiunxerit. Sic autem accidit. Erat Sulpitio in foro cauſa quædam amici cuiuſdam agenda, quam ut felicius ageret, acceſſit Qu. Mutium Scæuolā præſtantiſſimum Iuriſconſultū, ut eum in cauſa amici conſuleret. Cum autē Q. Scæuola quid ſibi in cauſa propoſita uideretur reſpondiſſet, & Sulpitius reſponſum Scæuolæ parum intellexiſſet, iterumq; eum interrogaſſet, ac nec quod ſecundum à Scæuola reſponſum erat, ſatis aſſequeretur. Sceuola iratus ad Sulpitium dixit: Turpe eſſe patricio & nobili uiro, & cauſas oranti, ius, in quo uerſaretur, ignorare: quo dicto Sceuolæ, Sulpitius commotus, mox ſub Gallo Aquilio, Lucio Balbo, Sexto Papyrio, C. Iuuentio uiris conſultiſſimis operam Iuri dare cœpit. In quo quantum breui temporis ſpacio progreſſus ſit, Cicero mox oſtendet. Ac ab hoc uno Sulpitio facile intelligi poteſt, quàm turpiter errent, qui neminem Iuriſconſultum inſignem fieri arbitrantur, niſi eum qui à teneris, ut Græci dicunt, unguiculis, in Iura ciuilia incumbere incœperit. Certe Sulpitius iam diu in foro cauſas egerat, & ætatis iam prouectæ uir erat, cum ad Iura ciuilia diſcenda, animū adijceret, & tamen in illo ſtudiorum genere breui omnes excelluit. Quî uerò id factum ſit, poſtea dicetur, inquit, iam hic noſter Cicero. Nec uerò ſilebitur admirabilis quædam & incredibilis & penè diuina eius in legibus interpretādis, æquitate explicandis, ſcientia. Vbi audimus Ciceronē in Sulpitio hoc cum primis laudare, quod leges æquitate explicarit, de qua re mox uberius dicet. & ſubdit Cicero: Omnes, qui ex omni ætate hac in ciuitate intelligentiam Iuris habuerunt, ſi unum in locum conferantur, cum Seruio Sulpitio non ſunt conferendi. Et hic audimus quantum progreſſum Sulpitius, quamuis ſerò ad iura ciuilia ueniſſet, fecerit: ut qui omnes ſuæ ætatis & ſui ſeculi Iuriſconſultos adeò ſuperarit, ut omnes in unum collecti, cum illo uno conferri non potuerint. Cur uerò cum Sulpitio uno alij Iuriſconſulti omnes non comparandi fuerunt, Cicero mox oſtendit, dum inquit: Neq; enim ille magis Iuriſconſultus, quàm Iuſtitiæ fuit. Itaq; quæ proficiſcebantur à legibus, & à Iure ciuili, ſemper ad felicitatem æquitatemq; referebat. Quem locum Ciceronis, ut iuuenes intelligant, quædā hic dicenda ſunt. Ac primo ſciendum eſt, Ius hoc in loco appellari id, quod ab Ariſtotele in quinto Ethicorum nuncupatur ἀκριβοδίκαιον, id eſt, ſummum & exactum Ius, cum ſcilicet leges exactæ, pro eo atq; ipſorum uerba præ ſe ferunt, citra ullam circunſtantiæ alicuius animaduerſionē explicantur. Paulus Iuriſcōſultus in L. Si quis. ff. de cōſt. procu. uocat ſtrictum Ius, hac gratia, opinor, quod in ſe conſtringatur, & non aliquantulum ſeſe diffundat, ueluti æquum & bonum, ſeu æquitas & moderatio le-

tio le-

tio legum aliquando obiecta circunſtantia, facere ſolet, de qua paulo pòſt dicetur. Verbi gratia: Lex eſt, ut receptores latronum perinde puniantur atq; latrones. In. L. 1. ff. de recept. Iam finge apud Titium affinem quendam eius uel cognatum latronem conſeruari. An non igitur Titius perinde ac latro punietur. Certè ſi hic ſummo iure cum Titio agere iudex uolet, eum non minus acerbè quàm latronem cognatum punire poterit. Nam ita legis uerba ſunt: Receptores latronũ perinde puniantur atq; latrones. Sed Paulus Iuriſcõſultus in L. eos. ff. de recept. ſummum hoc & ſtrictum ius mitigat, & ait, eos apud quos affinis, uel cognatus latro conſeruatus eſt, neq; abſoluendos, neq; ſeuerè admodũ puniendos. Quod non par ſit eorum delictum, & eorum, qui nihil ad ſe pertinentes latrones recipiunt. Sic in nona hac Philippica, Seruilius ex ſummo iure Sulpitium in legatione uita functum non ſtatuæ honore ornandum eſſe, contendebat. Nam legem à maioribus de ſtatua legatis in legatione mortuis latam tantum loqui de legatis, qui in legatione ferro trucidati eſſent. Sulpitium autem non ferro in legatione trucidatũ, ſed mortem naturalem obijſſe. Eſt & aliud ſtrictum et ſummũ ius cum cum recta contra legis alicuius uoluntatem nitimur, uerba eius aut cauillando, aut calumniatoriè interpretando,, dicam an obliquo collo torquẽdo, de qua Sophiſtica legũ interpretatione uerba fecit Vlpianus in L. Fraus. ff. de leg. ubi inquit, fraus enim legi fit, ubi id fit, quod fieri noluit, fieri autem non uetuit, &c. Cuius exemplum aptiſſimum mihi uidetur eſſe in L. ad exhibendum. ff. ad exhibendum, ubi inquit Paulus, Ad exhibendum poſſunt agere omnes, quorum intereſt. Sed quidam conſulunt, an poſſit efficere hoc dicto, ut rationes aduerſarij ſui exhiberẽtur, quas exhiberi magni eius intereſſet. Reſpondet, non oportere Ius ciuile calumniari, neque uerba eius captare, ſed qua mente quid diceretur, animaduertere. Nam illa ratione etiã ſtudioſum alicuius doctrinæ poſſe dicere, ſua intereſſe, illos aut illos libros ſibi exhiberi, qui ſi eſſent exhibiti, cum eos legiſſet, doctior & melior futurus eſſet. Et hactenus quidem de ſummo et ſtricto iure diximus. Cæterùm iuſtitia hoc in loco apud Ciceronem appellatur æquitas naturalis, quæ germana & uera iuſtitia eſt. Ariſtot. appellat eam ἐπιείκειαν, hoc eſt, iuris ſummi et ſtricti ἐπανόρθωσιν, id eſt, emendationẽ, cum ſcilicet propter tempus, locum, perſonam, & alias circunſtantias rigor ſummi iuris emendatur & mitigatur. Accurſius in L. Placuit. C. de Iud. uocat conuenientiam, quod æquitas agit id quod conuenit locis, perſonis, temporibus, unde & ἐπιείκεια à Græcis nominatur. Nam ἐπὶ iuxta ſignificat, et εἰκὸς conueniens, unde ἐπιείκεια conuenientia. Vnde et Bal. in L. ſi defuerimus. C. de ſuis et legit. hære. æquitatem finit congruentiam eſſe quandã in principijs Iuris naturalis fundatam, cuius æquitas exempla ſint plurima in toto Pandectarum opere: imò quid aliud libri Pandectarum ſunt, quàm æquitatis penuria? Sic in l. Nihil intereſt, ff. ad L. Corneliam de ſicarijs dicitur, quod nihil intereſt occidat quis, an mortis cauſam præbeat, quod ius ſummum & ſtrictum mitigauit. Ignatius quidam proconſul Beticæ, cum quendam qui per laſciuiam cauſam mortis præbuiſſet, non lege Cornelia de ſiccarijs, capite plecti uoluit, ſed in quinquennium relegauit. quod factum Ignatij à diuo Adriano comprobatũ eſt, ut refert Vlpianus in L. Lege Cornelia. §. cum quidam. ff. ad L. Cornel. de ſicca. Vbi auditis, quod ſi Ignatius ſummo iure cum Titio, qui per laſciuiam Sempronio cauſam mortis præbuerat, agere uoluiſſet illum ultimo ſupplicio, ſeu pœna capitis mulctare potuiſſet, uerùm cum æquitatem conſuluiſſet, & compeiſſet Titium per laſciuiam & non opera dedita Sempronio cauſam mortis præbuiſſe, mitius Titium puniuit. Sic in exemplo, quod pauló ante produxi ex L. eos ff. de recept. Paulus Iuriſconſultus æquitate commotus ad finem uel cognatum, qui latronem ad ſe recepit, non tam acerbe puniendum reſpondit, quàm ipſum latronem, quæ æquitas ex perſona eius, qui latronem recipit, deriuatur. Sic in L. aut facta. ff. de Pœnis. Claudius Saturninus ex æquitatis regula. In delictis ſeptem conſideranda, dixit: perſonam, locum, tempus, qualitatem, quantitatem, euentum. Sed quid pauca exempla perſequor, quaſi non Pandectarũ libri his exemplis æquitatis ſint refertiſſimi, & quaſi non ius autore Vlpiano in L. 1. ff. de inſt. ſit ars cognitio æqui et boni. Doctores in L. 1. C. de leg. et in L. Placuit. C. de Iud. contendunt duplicem eſſe æquitatem, nimirum ſcriptam, quæ in libros Pandectarum relata ſit, ueluti edicta prætorum, quæ æquitatis ſunt, ueluti fontes. Non ſcriptam æquitatem: quando iudex leges duriores propter aliquam certam circũſtantiam mitigat & lenit, ueluti cum iura municipalia, quæ quidam ſtricti prorſus Iuris eſſe uolunt, probabili ratione in aliqua circunſtantia moderatur. Quæ iura municipalia etiam ad æquum & bonum exigenda & moderanda ſunt per Legem, Si ſeruum. §. ſequitur. ff. de uerborũ obligationibus. Vbi Celſus adoleſcẽs, ait: ſæpe perniciose errari ſub iuris ſcientia, niſi totum ad æquum & bonum redigatur. & in Lege Ita uulneratus. ff. ad L. Aquiliam, inquit Iulianus. Multa in Iure ciuili cõtra ſtrictam rationem pro communi utilitate receptas eſſe. Nec omnino inutilis eſt diſputatio Doctorum in d. L. placuit: quando æquitas rigori Iuris præferenda ſit, hoc eſt, quando à ſummo ſeu ſtricto Iure reſcripto diſcedere, et ſecundum æquitatem ſcriptam pronunciandum et iudicandum ſit. Et hæc eſt ferè diſputationis illius ſumma, Cum æquitas non eſt in ſcriptum redacta: rigor autem iuris in ſcripta redactus eſt, rigorem æquitati præſtare. C. proſpexit. ff. Qui & à quibus: ubi dicitur, quod ſi mulier adulterij rea agenda ſit, non poſſit ſeruos ſuos intra certum diem manumittere uel alienare, nec etiam eos qui extra miniſteriũ mulieris, fuerunt, uel in agro uel in prouincia: & addit Vlpianus, quod quidem durum eſt, ſed ita lex ſcripta eſt. Præterea cum æquitas ſcripta eſt in genere ueluti neminem debere locupletari cum aliena iactura: rigor autem in ſpecie ſcriptus eſt, ut in uſucapionibus & præſcriptionibus, & hac in ſpecie rigor æquitati anteponitur, ut ſpecies generi per L. 1. & quæ ibi adnotarunt Doctores ff. de uſucapio. cum L. Nam hoc natura, ubi Bart. ff. de condict. indeb. Deniq; cum rigor eſt comprehenſus

in L. po-

in L.poſteriori,anteferetur æquitati:quæ eſt comprehenſa in L.priori,de ſententia gloſſæ in c.extirpandæ.§. quia uerò. in gloſſa penult. Vbi Imol. de præb. cum qua gloſſa faciunt Alex. & alij in d.l.placuit. Ætiologia, qua nititur ſententia gloſſæ, eſt quod lex poſterior corrigat priorem. Quanquam ſunt qui in contrariam ſententiam eant. Sed quid dicemus ad L. placuit. C. de Iud. ubi Imperator Iuſtinianus diſerte ait: Placuit in omnibus rebus, præcipuam eſſe iuſtitiæ æquitatisq́;, quàm ſtricti Iuris rationem. Item ad L. in omnibus.de reg. iur. ubi dicitur: In omnibus quidem, maximè tamen in iure, æquitas ſpectanda eſt. Ad L. placuit, reſpondeo. Eam nõ uelle,ut à ſcripto iure recedatur in his ſpeciebus, de quibus ius ſcriptũ diſſerit. Cum & illud legislator non ab æquitate alienum eſſe iudicarit, ſed uelle ut in pronunciando & iudicando non nimis duriter, aut etiam callide & calumnioſe leges interpretentur, ſed magis uoluntatem legum ſequamur, quàm uerba earum ueteratorie & callide captemus. Ac ita hanc legem interpretatur Marius Salomonius in Commentario de æquo & bono. Verbi gratia: Conſtitutione duorum Principum Theodoſii & Valentiniani cauetur, ut quicquid maritus,uel uxor in poteſtate conſtituti inuicem ſibi reliquerunt, non patri acquiratur, ſed ad eorum ius pertineat. L.non ſine ratione. C.de bonis quæ lib. Iam finge uel ſponſum uel ſponſam in poteſtate conſtitutos aliquid inuicem ſibi relinquere,an illud etiam ad illorum ius pertinebit, an potius patri acquiretur? Certe ſi hac in ſpecie uerba conſtitutionis Imperatorum mordicus tenere uelis,reſpondendum erit, patri acquiri, non ad ius uel ſponſi, uel ſponſæ pertinere,Cum conſtitutio de marito & uxore uerba faciat. Maritus autem & uxor poſt cœptum matrimonium intelligantur. Sponſus & ſponſa ante matrimonium. Sed Imperator Iuſtinianus in d. l. non ſine, non tam uerba conſtitutionis retro principum Theodoſii & Valentiniani, quàm uoluntatem conſiderans,reſpondit: Quod quemadmodum acquiſita à marito uxor, non niſi quo ad uſumfructum patri acquirat,ita & ſponſa tam ſponſaliticam donationem, quàm hæreditatem, quam ſponſus ei relinquere uoluit:patri etiam, quo ad uſumfructum tantum acquirat, ſed ius & proprietas illorum penes ſponſam maneat.

Ac Imperator oſtendit ſe hac in ſpecie ſequi æquitati conuenientem opinionem Iuliani Iuriſconſulti,qui in tractatu de prædio dotali,ſcripſerit:quod lex Iulia, quæ de dotali prædio proſpexerit, ne id marito liceat obligare,aut alienare,etiam de ſponſo & ſponſa intelligenda ſit, ut eſt cernere etiam in L. Lex Iulia. ff. de fundo dotali. Ex his quæ hactenus dixi, facile poteſt intelligi, quid ſibi uelit d. l. in omnibus, ut quæ eſt ipſa haud dubie uult, non ut ſcripto iure temere recedamus,ſed ut cum in omnibus pactis, contractibus & alijs rebus,tum maximè in dicendo iure magis uoluntatem legum,quàm uerba ſpectemus,maximè ſi occurrat ſpecies,qua ſcripto iure comprehenſa non ſit:aut ſi occurrat caſus, de quo ius ſcriptum non proprie decernit: hic in primis adhibenda eſt æquitas, quæ legem ſcriptam aliquo modo,propter circũſtantiam aliquam oblatam,leniat, et acerbitatem eius ueluti condiat. Sed hic forſitan dices:Ergo æquum & iuſtum differunt in genere? Ariſtoteles in quinto Ethicorum reſpondet,eodem eſſe in genere iuſtum & æquum, & cum utrunq; laudandum ſit,melius tamen eſſe æquum. Vult autem Ariſtoteles æquitatem non differre in genere à iuſto, hoc eſt (ſic enim Philippus Melanchthon hæc uerba prudentiſſime interpretatur) à ratione,quæ regit omnia iuſta,ſed in circunſtantia aliqua. Nam æquitas aliquando mitigat pœnam propter circunſtantiam aliquam:aliquando legem benigne interpretatur, aut etiam legem prætermittit: interdum legibus contrarijs concurrentibus,eam anteponit,quæ præſtantior. Hinc & memorabilis uox eſt Accurſii in L.cotem ferro.§. fi.ff. de pub.cum dicit, legem eam præferendam, quæ & ex æquo & bono ſit:& legem, quæ æquitate uincit,alteram ſemper corrigere:id quod Imola animaduerſione dignum eſſe putat.Ex his opinor iam omnibus iuuenes intelligent,id quod Cicero hic in Sulpitio laudat,quod ſcilicet leges æquitate explicuerit,& non magis quàm Iuſtitiæ conſultus fuerit. Cæterùm Seruiũ Sulpitium æquitatis perſtudioſum fuiſſe, etiam eſt cognoſcere ex libris Pandectarum Iuris ciuilis, in quibus niſi fallor,aliquando reſponſa Seruij Sulpitij æquitatis pleniſſima referuntur. Nam in L. Mutius. ff.pro ſocio,narrat Paulus Iuriſconſultus,quod cum Mutius ſcripſiſſet non poſſe ſocietatem coiri,ut aliam partem damni,aliam lucri partem ſocius ferat,Seruius in notis Mutij,hanc Mutij ſententiã, ut quæ æquiſſima eſt comprobarit. In L. Iulianus. §.ſi uenditor. de actio. empti, commemorat Vlpianus, quod ſi uenditor habitationẽ exceperit,ut inquilino liceat habitare,uel colono, ut liceat perfrui ad certum tempus. Seruius putarit ex uendito actionem eſſe, quod reſponſum etiam æquiſſimum eſſe,nemo non,ut opinor,dixerit. In L.ordinata.ff.de liberali cauſa, oſtendit Paulus Seruium dixiſſe: In actionibus annuis,ex eo tempore,annum cedere,ex quo lis ordinata ſit. Quod dictum Seruij an non etiam ſummam æquitatem præ ſe fert? In L.Et hæc diſtinctio. ff. locati,commemorat & Africanus Iuriſconſultus ſententiam quandam Sulpitij pleniſſimam æquitatis: quæ ſententia quando longior eſt, quàm ut hic paucis referri poſſit,à me prætermittetur. Ex his paucis reſponſis Seruij,quæ de Pandectarum Iuris ciuilis penuario deprompſi,iuuenes quoq; facilè cognoſcere poterunt uerum eſſe quod hic in Seruio Sulpitio Cicero prædicat, quod ſcilicet,non magis Iuris quàm Iuſtitiæ conſultus fuerit. Sequitur in Cicerone:

Neque conſtituere litium actiones malebat, quàm controuerſias tollere.

Hoc eſt,maluit contentiones tollere, quàm conſtituere,& definire uel proponere actiones, quibus in foro experiundum & litigandum eſſet. Videtur Cicero hic alludere ad ueteres actionum formulas,quæ quondam in foro receptæ erant, & à Pontificibus litigaturo dabantur: quas ſi quis malè concepiſſet, cauſa ca-

debat, quæ actionum formulæ conſtitutione Iuſtiniani Imperatoris abrogatæ ſunt L. j. C. de formul. actio. Imp. Ac hic quoq; audiunt iuuenes, quid nam in perfecto Iuriſconſulto eſſe debeat: nempe, ut malit contentiones ſedare, quàm excitare, id quod ſi hodie à quibuſdam fieret, non tot litibus forum perſtreperet: non multi temere ad litigandum inducti, bonis omnibus euerterentur. Ac dictum eſt hactenus, cur nam cum Sulpitio omnes alij Iuriſconſulti eius ſeculi non comparandi fuerint, ſed Cicero in Bruto aliam rationem adfert. Sic autem, inquit: Sic, inquam Brute, exiſtimo, Iuris ciuilis magnum uſum apud Scæuolam, et apud multos fuiſſe, artem autem in hoc uno (Sulpitio ſcilicet) quod nunquam feciſſet ipſius iuris ſcientia, niſi eam præterea didiciſſet artem, quæ doceret rem uniuerſam tribuere in partes, latentem explicare definiendo, &c. Hic enim attulit hanc artem omnium artium maximam, quaſi lucem, ad ea, quæ confuſe ab alijs, aut reſpondebantur, aut agebantur. Et excipiēs hæc uerba Brutus, inquit, Dialecticam mihi uideris dicere: recte, inquam, intelligis, ſed adiunxit & literarum ſcientiam, & loquendi elegantiam, &c.

Ex quibus uerbis quoque cognoſcimus, Sulpitium propterea in Iure ciuili facilè principem fuiſſe, quod ad ius ciuile Dialecticam attulerit, cuius ope & auxilio, clarius & diſtinctius, quàm alij omnes & de iure reſponderit, & cauſas egerit. Vbi iuuenis, Iuris ciuilis ſtudioſus, audit perfectum Iuriſconſultum dialecticæ gnarum eſſe debere, quod ſine illa nemo perſpicue & diſtinctè aut reſpondere, aut cauſſas in foro agere poſſit. Id quod uerum eſſe, & quorundam ueterum commentarij, in Pandectarum libros editi, & quotidiana reſponſa & actiones noſtrorum, qui & dialecticam et omnes bonas literas aſpernantur, ſatis teſtantur. Nec contentus fuit Sulpitius Dialectica, ſed & ad Iuris ciuilis cognitionem abſolutiſsimam, & literarum ſcientiam, & loquendi elegantiam adiunxit. Vbi quoq; iuuenis obſeruabit, eum denique perfectum Iuriſconſultum eſſe, qui cum Iuris ciuilis cognitione & honeſtarum artium ſcientiam, & loquendi eleganti iam copulet. Nam ſine illarum & huius peritia, leges nec recte intelligi, nec explicari poſſunt.

Ridiculum ergo eſt, quod quodam loco Alexander Ymolenſis exiſtimat, malum & imperitum Iuriſtam eum præſumi, qui non utatur Latino Iuriſtis conſueto, hoc eſt, qui non ſpurciſsime & loquatur & ſcribat. Quanquam hic non probo etiam iſtos, qui recepta in Iure ciuili uocabula, aut mutant, aut nouant. Nam illi ſtulta ſua nouatione rem obſcurant, ut quod aut dicant, aut ſcribant, intelligi non poſsit. Ac cum quælibet diſciplina ſua peculiaria habeat uocabula, inſania eſt prorſus uoces Iuris ciuilis proprias, temere mutare & nouare. Quare, ut iuuenes Iuris ciuilis candidatos, iſtos temerarios uocum nouatores, imitari non uelim, ită illis autor ſum ut exemplo Sulpitij, elegantiam dicendi, hoc eſt, puram dicendi rationem ſibi parent.

Quanta autem in Sulpitio elegantia dicendi fuerit, ex duabus eius epiſtolis quas ad Ciceronem ſcripſit, iudicare licet. Nam illæ tam elegăter, tam pure ſcriptæ ſunt, ut lectori, quamuis moroſo & faſtidioſo ſatisfacere queant. Quanto uerò ſtudio elegantiæ & artis dicendi Sulpitius noſter flagrarit, & hoc arguit, quod autore Gellio, M. Varronem per literas rogarit, ut ſe certiorem faceret, quid nam ſibi uellet uerbum, quod in cenſorijs libris memoretur. Id uerò erat uerbum, Fauiſſæ Capitolinæ. Reſpondit autem M. Varro, ſe adhuc in memoria habere, à Q. Catulo dictum eſſe, quod uellet aream Capitolinam deprimere, ut per plures gradus in eam cōſcenderetur, ac ſuggeſtus pro faſtigij magnitudine altior fieret, ſed id non potuiſſe facere, quod Fauiſſæ impedimento fuiſſent. Eas eſſe cellas quaſdam, & ciſternas, quæ in area ſub terra eſſent, ubi reponi ſolerent ſigna uetera, quæ ex eo templo collapſa eſſent, et alia quædam religioſe donarijs conſecratis, etc.

Ex quo ſtudio Sulpitij, iuuenes ſtudioſi iuris quoq; facile cognoſcere poſſunt proprietatē uocum non tam Iuriſconſulti negligendam, quàm pleriq; hodie turpiter & negligant & contemnant. Nam niſi Iuriſconſultus tum uim, tum pondera uerborum in ff. intelligat, nō rarò tota uia aberret, neceſſe eſt. Vnde in Pandectarū titulis eſt de Verborum ſignificatione, quem propterea alijs titulis acceſsiſſe prorſus mihi perſuadeo, ut oſtenderetur cognitionē proprietate uocum Iuriſconſulto in primis eſſe neceſſariam. Quem titulum iuuenes ſtudioſi ante omnia diligenter diſcere et in manibus habere debent, ne ſi in profeſſores Iuris barbaros, & omnis eruditionis elegantioris ignaros, incidant, propter ignorantiă proprij ſignificatus uocum, à uero legum intellectu abducantur. Hactenus ergo à Cicerone noſtro audiuimus, nobis in Sulpitio omnibus modis perfectum & conſumatum Iuriſconſultum ob oculos proponi. Nam primum omnium quod ad uitam & mores Iuriſconſulto dignos attinet, audiuimus in uero Iuriſconſulto eſſe debere grauitatem, cōſtantiam, fidem, præſtantiam, in Republica tuenda curam atque prudentiam. Ego uerò etiam addo religionis Chriſtianæ ſtudium. Nam illud in primis efficit, ut Iuriſconſultus & in reſpondendo de iure, & profitendo iure, quod ſuum eſt officium, ſedulò faciat. Nam quod uulgò dicitur: Iuriſconſultus, malus Chriſtianus: nō eò ſpectat, quaſi nemo Iuriſconſultus, & idem Chriſtianus eſſe poſsit: ſed de quorundă moribus loquitur, qui dummodo opes magnas cumulent, in paruo ponunt diſcrimine, quomodo aut priuatim uiuant, aut quid conſulti reſpondeant, aut quomodo leges intelligant. Deinde quoque audiuimus perfecti Iuriſconſulti eſſe, ut exemplo Seruij Sulpitij, et optimarum literarum cognitione & elegantia dicendi bene inſtructus ſit. Ad extremum audimus quo pacto Iuriſconſultus cum aut de iure reſpondere, aut leges interpretari uult, ſe gerere debeat: nimirum, ut (quoad eius fieri poteſt) omnia ad facilitatem & æquitatem referat, ac ut magis controuerſias euellat, quàm ſerat. Ad hunc ergo Sulpitiū noſtrum, iuuenes Iuris candidatos ſemper reſpicere, & non prius quieſcere uelim, quàm illius ſunt facti quàm ſimillimi. Religionem Sulpitij hic excipio, quæ iuuenibus prorus aſpernanda et fugienda eſt. Nec uerò iuuenibus, hoc præſertim ſeculo, magnis laboribus conſtabit, ut

bit, ut Sulpitij ſint ſimiles. Nam cum hoc ſeculo bonæ literæ ubiq; locorum Chriſti benignitate refloruerint, & doctiſsimorum præceptorum, tam in Italia, quàm Germania ac Gallijs maxima ſit copia, iuuenes non prorſus mentis hebetis, breui temporis ſpacio, optimarum literarum cognitionem cōparare, elegantiam uerò dicendi, uſu tam ſcribendi quàm loquendi conſequi poterūt. Quod ad politicas uirtutes Sulpitij Chriſtiano quoq; Iuriſconſulto dignas, attinet, de illis quoque Iuuenis deſperare nō debet. Nam cum (etiam ſcriptura ſancta teſte) homini ſit attributa libertas efficiendi iuſtitiam politicam, et uirtutes politicas: iuuenis Iuris candidatus, politicas Sulpitij uirtutes, ſi modò uolet, efficere & præſtare poterit. Cæterùm, ne in his uirtutibus efficiendis, uel à naturali imbecillitate ſua uincatur, uel à diabolo omnis honeſtæ uitæ hoſte impediatur, Chriſtum imploret, ut ab ipſo & gubernetur, & contra diabolum cuſtodiatur: ut quod uerum & pium Iuriſconſultū præſtare decet, præſtare poßit. Ac cum paßim in locis multis Iuris ciuilis profeſſores quoque doctiſsimi ſint: ex illis iuuenes quomodo in Legibus interpretandis, æquum & bonū conſiderandū ſit, ſine magno negotio diſcere poterunt. Hæc propterea tam multis hoc in loco diſputare uolui, ut quum Cicero in Sulpitio perfecti Iuriſconſulti imaginem nobis proponere uoluerit, iuuenes ad illam & diligenter aſpiciendam, & etiam imitandam inuitarem.

HABES *iam Lucubrationis, ſiue Farraginis meæ finem: tametſi, nihil ferè eſt in ea meum, præter operam, quam nauaui: ut ea quæ ſparſim ab alijs uel tradita, uel dicta, uel explicata obſeruaram, meo calamo exſcripta, in unum ueluti corpus effingerem.*

FINIS.

IAC. SPIEGELIVS IVRIS CANDIDATIS S. P. D.

VISVM eſt quoq; non alienum ab inſtituto noſtro, ſi & integræ quum eruditi, tùm diligentis uiri Chriſtophori Hegendorphini Exegeſes, quas olim ædidit in Iuſtiniani CODICIS Titulos, Lexico noſtro adiungerētur, ceu Iuris candidatis magnopere conducturæ. Siquidem tam exactam Legalium Titulorum proponunt Explanationem, & id quidem tanta breuitate, quæ præcipuè in hoc docendi genere commendari ſolet: tum adeò facili ductu atque perſpicuitate, ut interim ferè nihil quod mireris, deſiderari poſsit. Boni præterea (niſi fallor) conſules, INDICEM Titulorum quoq; Alphabeti ſerie, pro leuando inquirendi labore plerunq; moleſto, paginarum numeris reſpondentem, eſſe adiectum. VALE.

IN TITVLOS CODICIS IVSTINIANI CHRISTOPHORI HEGENDORPHINI EXEGESES.

De nouo Codice faciendo.

IN hoc titulo, Iuſtinianus Imperator oſtendit, ſe nouum quendam Codicem componi procuraſſe: in quo, præter ſuas Nouas Conſtitutiones, etiam hæ quæ in Gregoriano, Hermogeniano, Theodoſiano Codice referantur, complexæ ſint.

De Iuſtiniano Codice confirmando.

SVmma huius tituli eſt: Imperator Codicem ſuum, ne ueluti Apocryphus habeatur, confirmat, & quàm utilis Reipublicæ Codex hic futurus ſit, monſtrat,

& ipſum inuulgari, & diligenter obſeruari mandat.

De emendatione Codicis domini Iuſtiniani, & ſecunda eius æditione.

QVum Imperator Iuſtinianus ſecundùm priorem Codicem, & multas Conſtitutiones ædidiſſet, et in priore pleraſq; correxiſſet: hę, quum in iam dictum Codicem relatæ non eſſent, iniunxit uiris nō minus ſapientibus, quàm eloquentibus, ut priorem Codicem interpollēt, & nuper inuentas ſanctiones inſerant: et pro eo, ac commodū eis uideatur, pleraſq; refingant, ac nouum Codicem in publicum ædant.

IN XII. LIBROS CODICIS D. IVSTINIANI IMP. EXEGESES HEGENDORPHINI.

LIBER I.

De ſumma Trinitate, & fide catholica, & ut nemo publicè de ea contendere debeat.

HIC Imperator docet, de ſacroſancta Trinitate ita credendum, ut Apoſtolica diſciplina, iuxta Euangelica doctrina ſtatuerit, nempe Deum patrem, Deum filium, Deum Spiritum ſanctum, unum quidem eſſe Deum, ſed perſonas tres. Ad hæc præcipit, ne quis ea, quæ de fide catholica ſacroſanctæ Trinitatis, iuxta Apoſtolicas expoſitiones, et inſtituta ſanctorum Patrum, qui in Nicena ſynodo fuerũt, diffinita ſunt, in publico diſputando conuellat: et quaſi nondum ſatis rectè diſcuſſa ſint, in dubium uocet. Porrò, hoc in iſto titulo memorabile eſt, quòd is, præter alia Concilia Nicenæ ſynodi, honorificam adeò mentionem facit, & quot patres ſancti ei interfuerunt, recenſet. Cæterùm, quandò paucis adeò conſtat, qui dicantur Archimandritæ monaſteriorum, quorũ ſit mentio. l.iiij. §.omnes uerò. nolim latere Iuris ſtudioſos, Archimandritas, Abbates quondã dictos: quòd olim monachi eremos incolẽtes, ἐν ταῖς μάνδραις, id eſt, ſpeluncis, & cauis montium habitarunt.

De ſacroſanctis Eccleſiis, & de rebus & priuilegijs earum.

¶ Ἐκκλησία, Græcis concionẽ, et congregationẽ ſignificat. In hoc titulo, Eccleſiæ nomine deſignantur, & loca Deo dicata, & homines, qui locis huiuſmodi præficiuntur, ut munia ſacra obeant: proinde hic titulus, & templorum, & perſonarum templis præfectorum iura ſingularia, hoc eſt, priuilegia oſtendit. In l. neminem, ſunt uoces Angariæ et Perangariæ, quæ quando pleriſq; caliginẽ ob oculos effundere poſſunt, eas obiter exponam. Angariæ, ſeu Perangariæ, dicuntur munia quæ capeſſunt incolæ in auehendis, reuehendisq; inſtrumentis belli. Dictæ Angariæ, Suida autore, quòd neceſſitate urgente illa munera ſubeantur.

De epiſcopis, et clericis, orphanotrophijs, et xenodochijs, et bephotrophiis, ptochodochijs, & aſſiſterijs, & monachis, & priuilegijs eorum, & caſtrenſi peculio: & de redimendis captiuis: & de nuptijs clericorũ uetitis, ſeu permiſſis.

¶ Cùm in iſto titulo uoces Græcæ adeò multæ ſint, et hæ magna ex parte corruptæ, eas prius exponã, & reſtituam, quàm quid Titulus complectatur, dicam: Orphanotrophiũ, appellatur domus, in qua nutriũtur orphani liberi, patre priuati, ἀπὸ τοῦ τρέφω, καὶ ὄρφανος. Xenodochium, domus in qua peregrini, & hoſpites accipiuntur: hodie Hoſpitale appellamus, ἀπὸ τοῦ δέχομαι, καὶ ξένος. In Titulo eſt, bephotrophijs: ſed legendum eſt Brephotrophijs. Eſt uerò βρεφοτροφεῖον, locus in quo aluntur infantes. Nam βρέφος, infantem Græcè ſonat. Eſt in Titulo, aſſiſterijs, pro Aſceterijs. Porrò ἀσκητήριον, appellatur locus, in quo moniales ſeruantur, & ad pietatis ſtudia exercentur. ἀσκέω, Græcis exerceo, & τηρέω, ſeruo, cuſtodio ſignificat. Iam ex his uocabulis & expoſitis, & reſtitutis, facilè eſt cernere, quid nam in iſto Titulo tradatur. nempe, de ætate, uita, moribus, priuilegijs epiſcoporum & clericorum: de priuilegijs Orphanotrophiorum, Xenodochiorum, Brephotrophiorum, Ptochodochiorum, Aſceteriorum, monachorum. Ad hæc, de caſtrenſi peculio clericorum, hoc eſt, de bonis clericorum diſſeritur: de redimendis captiuis: quid illis accidat, qui uel teſtatorem, uel cognatum è carcere redimere pòſt habent: per quem, quo pacto captiuorum fiat redemptio: quis pecuniam relictam ab aliquo in redemptione captiuorum exigere poſſit. Denique, quibus clericis licitum ſit matrimonium contrahere, quibus non licitum ſit.

De Epiſcoporum audientia, & diuerſis capitulis, quæ ad Ius, curamq́, & reuerentiam pertinent pontificialem.

¶ Hic Imperator diſſerit, de Epiſcoporum audientia, id eſt, Iuriſdictione, quam in audiendis cauſis, et his ſimilibus rebus ſibi ſumere poſſunt. Tum quarum rerum ſatagere debeant Epiſcopi: nimirũ quòd debeant ſatagere eorum, qui in carcere degunt: ſatagere, quo capti è uinculis aſſerantur, damnati ſupplicio afficiantur, & ſi quæ ſunt huius generis.

De hæreticis & Manicheis, & Samaritanis.

¶ In hoc titulo agit Imperator, nihil eorum priuilegiorum, quæ Chriſtianis conceſſa ſunt hæreticis, & in

primis Manicheis, & Samaritanis, conceſſa exiſtere. Porrò, Manichei, à Manete quodam hæretico dicti ſunt, qui tempore Felicis Romani pontificis uixit, gente Perſes, uita & moribus barbarus, homo multo omnium inſaniſſimus: quippe qui ſe modò Chriſtum agere conabatur oſtendere, modò ſe paracletum eſſe iactitabat: denique eò inſaniæ proceſſit, ut Chriſti more, duodecim diſcipulos aſſumeret, quos ad diſpergendum uaria à uarijs hæreticis accepta dogmata, emittebat. Hæc ferme tradit Euſebius Cæſarienſis, libro ſeptimo hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Cæterùm, Samaritani homines erant, qui ſeiuncti à Iudæis, diuerſa ab eis ſentiebant, ut indicat Suidas in Collectaneis Græcis. Vide & diuum Hieronymum ad Algadiam.

Ne ſanctum baptiſma reiteretur.

¶ *Hic titulus, &* τὸν ἀναβαπτισμὸν *prohibet: & oſtendit, quæ pœna tam rebaptizantem, quàm rebaptizatos maneat, nempe ultimum ſupplicium: quod, ut Accurſius hic affirmat, mors eſt. Accurſio ſuffragatur. l. Vltimum. ff. de Pœnis. Et hoc quidem uero accedit, ſi uterque eorum dolo fecerit: id eſt, ſi utrique exploratum fuerit, non integrum eſſe, ſi ſemel baptizatus ſit,* ἀναβαπτίζεσθαι. *Ita Azon, ne quem ſua gloria fraudem, exponit.*

De apoſtatis.

¶ ἀποστατέω, *Græcis deficio ſignificat: inde* ἀποστάτης, *defector, qui ſcilicet à fide Chriſtiana, ad Paganiſmum, uel Iudaiſmum deficit, & deſciſcit. l. finali, eodem titulo.*

In hoc titulo Imperator docet, quæ pœnæ de apoſtatis expetantur: nimirum, quòd illorum bona auctionentur: quod illis teſtimonij dictio non ſit: quòd ex teſtamento capiant nihil, nec in priſtinum ſtatum recipiantur: denique eijciantur ex urbibus, ſiue ſacris inaugurati ſint, ſiue prophani exiſtant.

Nemini licere ſignum ſaluatoris Chriſti humi, uel in ſilice, uel in marmore aut ſculpere, aut pingere.

¶ *Pietas Imperatoris hoc in titulo demonſtratur. Nam quum (ut conijcere licet) plerique ſignum ſaluatoris Chriſti deſpicatui haberent, & (ut eſt impietatis comes, audacia) pedibus humi obtererent, Imperator hac. l. unica, pœnam capitis minatur ijs, qui ſignum uindicis Chriſti, humi, aut in ſilice, aut marmore, uel ſculpi, uel pingi curent. Secus eſt, ſi Chriſti imago in pariete, uel alio loco honeſto aut ſculpatur, aut pingatur: nam hoc fraudi non eſſe poteſt, ut eſt in cap. perlatum. de Conſecrat. diſt. tertia.*

De Iudæis & cœlicolis.

¶ *Iudæi, quia ſecundum eorum Leges in rebus ſuis uiuere uolebant: nec ſe cœlicolarum, id eſt, Chriſtianorum legibus accommodare, Imperator in hoc titulo iubet, ac imperat, ut in contractibus Leges Chriſtianorum ſequantur: coram Iudicibus Chriſtianis litigent. Præcipitur quoq; Chriſtianis, ne aut Iudæos offendant, aut rebus eorum uiolentas manus iniiciant, et à Iudæorum matrimonio abſtineant.*

Ne Chriſtianum mancipium hæreticus uel Iudæus habeat, uel poſſideat, uel circuncidat.

¶ *Quid in hac Lege tradatur, cuiuis obuium eſſe poteſt. Hoc unum obſeruatione dignum, quòd ſi Iudæus mancipiū, id eſt, ſeruum Chriſtianū circuncidat, pœna exilij mulctandus ſit: id quod etiam aſtruit. l. Iudæi. ij. ſuprà de Iudæis. et c. ij. et in fin. ext. de Iudæis.*

De paganis, & ſacrificijs, & templis eorum.

¶ *Pagani dicuntur, quicunque à uera & orthodoxa fide aberrantes, peculiares Deos ſibi fingunt: in quos multa ſcripſit Gregorius Nazianzenus in libris aduerſus Gentiles: de quibus uide & hiſtoriam Eccleſiaſticam tripartitam, libro ſeptimo. Imperator ergo in iſto titulo prohibet, ne id genus hominum aut ſua ſacrificia peragat, aut templa ſua aperta habeat, ſub pœna capitis, & omnium bonorum confiſcatione.*

De his qui ad Eccleſiam confugiunt, uel ibi exclamant. & ne quis ab Eccleſia extrahatur.

¶ *Eccleſia in hoc titulo accipiatur pro loco rebus ſacris deſtinato. Iam Imperator hic docet, an ij qui ſceleris alicuius autores in loca ſacra cōfugiunt, ui extrahi poſſint. Qua de re pleniſſimè tractat l. præſenti, & cap. inter alia. extrà de Immunitatibus Eccleſiarum.*

De his, qui in eccleſijs manumittuntur.

¶ *Manumittere, eſt dare libertatē. §. Manumiſſio. Inſtit. de Libertinis. Imperator in tit. iſto agit: quòd in Eccleſia coram Epiſcopo, iuxta populi concionem manumiſſus, id eſt, libertate donatus, perinde habēdus ſit, atque ſi coram iudice manumiſſus eſſet. Qua de re uide & §. Multis autem modis. Inſtitut. de Libert.*

De Legibus, & Conſtitutionibus Principum.

¶ *Lex eſt, quòd populus Rom. ſenatorio Magiſtratu interrogante, ueluti conſule cōſtituebat. §. Lex. Inſt. de Iure Nat. Gent. & Ciu. Conſtitutio uerò eſt propriè, quodcunq; Imperator uel per epiſtolā conſtituit, uel cognoſcens decreuit, uel edicto præcepit. §. Quodcunq; igitur. Inſtit. de Iure Nat. Gen. et Ciu. Edictum,*

ſunt

ſunt literæ quibus Magiſtratus aliquid iubent, atq; imperant. His uocibus rectè perſpectis, haud difficilè eſt cognoſcere qd in iſto titulo tractetur. Tractatur enim, Priuilegia, non Legem generalem reddere. Tractatur, quæ ſint Leges generales, quæ ſpeciales: An principes Legibus latis obnoxij ſint: quis contra Legis mentem facit: Leges futuris negocijs dari. Tractatur, penes quē ſit Legum interpretatio.

De Mandatis Principum.

¶ Mandare, eſt alicui perſonæ gerendum aliquid, exequendumq; committere: inde de mandatis principum eſt hic titulus, quibus credi Imperator non uult, niſi ea ſcriptis probentur.

De Senatuſconſultis.

¶ Id quod Senatus conſtituit, atq; prohibet, Senatuſconſultum dicitur. §. Senatuſconſultum. Inſtitut. de Iure Nat. Gent. & Ciu. Hinc eſt titulus de Senatuſconſultis: quæ & diligenter obſeruari, & reſcripta aduerſus ea extorta, nullius momenti putanda eſſe, Imperator hic præcipit.

De ueteri iure enucleando, & de autoritate Iuriſprudentum, qui in Digeſtis referuntur.

¶ Ius uetus appellatur, quod ab urbe Roma condita, & à Romuli tempore ad ſeculum uſque Iuſtiniani, fermè per mille quadringentos annos confuſiſſimè ſparſum erat: id quod Iuſtinianus in hoc titulo, uiris quibuſdam non minus diſertis, quàm prudentib. enucleandum, id eſt, exponendum, & in certū librorum ordinem redigendum demandat. Ad hoc de autoritate Iuris prudentum, quædam diſſerit. Porrò in. l. ij. quædā Græcæ uoces in exemplaribus pleriſq; deſiderantur, quas Alciatus ita reponendas cenſet. Verba Imperatoris ſunt: Nec qui poſtea fuerint, audeant cōmentarios hiſdem Legibus annectere, niſi tamen ſi uelint eos in Græcam uocem transformare, ea conſequentia, ſub qua uoce Romana poſitæ ſunt, hoc quod Græci κατὰ πόδα, id eſt, iuxta pedem, id eſt, appoſitum, & uehementer accōmodatum, ut Eraſmus in prouerbijs exponit, dicūt: uel ſi quis forſitan per titulorum ſubtilitatem annotare maluerit, & ea quæ παρατιτλὰ nuncupantur, id eſt, ſummaria quædam, componere.

De Iuris & facti ignorantia.

¶ Hic titulus agit, quibus hominib. & quando officiat, uel iuris, uel facti ignorantia. Ignorantia facti eſt, ut ſi me fugiat eum obijſſe mortē, qui cognatione mihi iunctus fuit: aut nō fugit me, eum mortē obijſſe. Cæterū uel inteſtatum obijſſe, uel me hæredem inſtitutū, latet. Porrò, ſi compertum idem habeam, eum inteſtatum uita functū eſſe, ſed me Iure cognationis ſuccedēdi mihi copiam eſſe, ignoro: aut ſi aliū, qui non præponi queat, iri præpoſitum, mihi exiſtimo, Iuris ignorantia labor. ut. l. j. ff. eod. titulo.

De precibus Imperatori offerendis, & de quibus rebus ſupplicare liceat, & ubi.

¶ Imperator hic agit, quo pacto ſibi preces, hoc eſt, Supplicationes offerendæ ſint, & à quibus, & quibus de rebus. Et ſumma eſt, preces ſibi offerendas, & pro conſuetudine, & Iure. Cōſuetudine quidē, ut genua flectantur. Iure, ut paucis ſummam rei in libello quodam proferamus, omiſſis ijs, quæ ad rem nihil faciunt. ut eſt uidere in. l. ultima, eod. tit.

Quando libellus Principi datus, litis conteſtationem facit.

¶ In hoc titulo hoc aſſeritur, quòd Supplicatio Principi facta, ſimul ac Princeps ad eam reſcripſerit, litis conteſtationis uicem obtinet. Ad hoc, ut actio, aut in triginta, aut quadraginta annos, pro eo ac in litis conteſtatione fieri ſolet. l. j. C. de Annali except. perpetuetur & tranſeat ad hæredes. l. j. eod. tit.

Vt lite pendēte, uel poſt prouocationem, aut diffinitiuā ſententiam, nulli liceat Imperatori ſupplicare.

¶ Quid hic titulus cōplectatur, rubrica facilè indicat. Indicat uerò, pendente lite, uel prouocatione, antequàm ſententia diffinitiua feratur, neminem ſuper cauſa tali Principi ſupplicationē porrigere debere. Niſi forſitan uel actorum cōmunium, uel pronunciationis editio denegetur. ut. l. ij. eodem titulo.

Si contra Ius, uel utilitatem, uel per mendaciū fuerit aliquid poſtulatum, uel impetratum.

¶ Summa eſt. Nullum reſcriptum, nullam ſacrā annotationem, nullam pragmaticā ſanctionem, quæ Iuri communi, & utilitati publicæ aduerſari uidetur, ubiubi proferantur, aliquid momenti habere debere.

De diuerſis reſcriptis, & Pragmaticis ſanctionibus.

¶ Hic titulus tractat diuerſorum, & uariorum reſcriptorum rationes, & formulas: nimirum Annotationum, Pragmaticarum ſanctionum, & ſi quæ alia genera Reſcriptorum ſunt. Porrò, Annotatio in iure Ciuili dicitur reſcriptum Principis, quod ipſe ſuo ipſius conſilio adductus alicui impertit. Pragmatica ſanctio, eſt, quod Princeps è conſilio ſuorum procerum ſancit & ſtatuit, in cauſis uniuerſorum: ut in. l. uniuerſa reſcripta, eod. tit.

De ſtatuis & Imaginibus.

¶ Statuæ dicūtur opera ſculptilia & fuſilia: imagines uerò, opera picta: unde in hoc tit. Imperator ſtatuit

ne iudices, uel ſtatuas, uel imagines ſine principis conſenſu erigant: & ſtatuit, ut ſi quando principi ſtatua erigatur, iudex adſit: nec uult ſubditos in ſtatua principi faciunda, ulla pecuniarũ collatione grauari debere.

De his, qui ad ſtatuas confugiunt.

¶ Summa eſt. Qui confugiunt ad ſtatuas, hoc eſt, ſimulachra Imperatorum, iuſto metu commoti, Iure & Legibus uindicari debent. Cæterum eos, qui propter ſcelera, quæ deſignarũt, ad ſtatuas confugiunt, ab illis arripiendos, & uinculis mancipandos eſſe, Imperator præcipit.

De officio præfecti prætorio Orientis & Illyrici.

¶ Præfectus prætorio ſub Cæſaribus diſciplinæ militari præerat, & prætorio, id eſt, militibus, cohortibusq; prætorianis: is inſtar magiſtrorum equitum habebatur, niſi quòd magiſtrorum equitum poteſtas legitima erat, hoc eſt, Legibus populi Romani inuecta. Præfectos autẽ prætorio, Imperator ſuo arbitrio inuexit, id quod probat. l. j. ff. de Offic. Præfect. Præt. Porrò, Oriens dicitur illa pars mundi, unde Sol oritur, autore Pomponio Mela lib. 1. cap. 1. Illyria, uel Illyris, prouincia eſt, quæ longè lateq; patet, ut quæ intra Italiam, Germaniam ſuperiorem, Macedoniam, Thraciam, Epirum, ſinum Adriaticum, Danubiũ continentur. Vide Pomponium Melam lib. ſecundo, cap. de Macedonia. Iam in hoc Titulo Imperator diſſerit, quod officium eius ſit, qui Præfectum prætorio Orientis, & Illyrici agat, tum de quibus cauſis poſſit cognoſcere.

De officio Præfecti prætorio Africæ, & de omni eiuſdem diœceſeos ſtatu.

¶ Africa pars eſt mundi, cuius breuem deſcriptionem uide apud Melam libro primo, cap. 4. Cæterum, διοικῶ, Græcè eſt, guberno, diſpono: inde diœceſis, διοίκησις, id eſt, gubernatio, diſpoſitio. Summa ergo tituli eſt, quæ ſint partes, & munia Præfecti prætorio Aphricæ adminiſtrandæ, &c.

De officio Præfecti Vrbi.

¶ De Præfecto Vrbi, ita Pomponius Lætus in libello de magiſtratibus Romanis ſcribit, Romulus unũ elegit, quem urbanis negocijs præfecit, ut Dionyſius ait: hunc Præfectũ urbi fuiſſe ſatis cõſtat. Longo pòſt tempore, tantum ſibi Vrbis præfecturam uendicauit Cæſarum temporibus, ut crimina omniũ in Vrbe cognoſceret: & demum, cum Cæſares ab urbe abeſſent, Præfectus uelut alter Cæſar imperabat: de rebus omnibus, quæ ad Vrbem pertinebãt, cenſebat. Hæc ille. Ex quibus facilè cognoſcere Iuuenis poterit, quid in hoc titulo tradatur. Porrò in. l. ultima, eodẽ titulo, eſt uox Primicerius, ab Accurſio malè intellecta: proinde eius interpretationem obiter adijciam. Primicerius, notarius præfecti hic Vrbi (nam alioqui principis erat) dicitur, & honore inter notarios primus: ſicut ſequens, Secundicerius: κηρὸς enim, ceram ſignificat: κήρωμα, tabulam ceratam, in qua antiqui ſcribere ſolebant: ab huiuſmodi igitur tabulis dicti ſunt Primicerij. Hoc ex Alciato, ne quẽ ſua gloria fraudemus, tranſcripſimus.

De officio Magiſtri militum.

¶ Quid hic titulus in ſe cõprehendat, notius eſt ex uerbis tituli, quàm ut à me multis oſtendendum ſit.

De officio Quæſtoris.

¶ Varia fuiſſe Quæſtorum genera, indicat Cornelius Tacitus libro undecimo Hiſtoriarum. Inter alios Quæſtores fuerunt, qui cum Imperatoribus Pop. Romani mittebantur, id eſt, Conſulibus & Prætoribus, ad adminiſtrandam rem pecuniariam, & prædam, ac manubias in rationes publicas referendas. Vide Pomponium Lætum de Magiſtratibus Romanorum: & de his Quæſtoribus hic titulus loquitur: pro quibus hodie ſunt theſaurarij bellici.

De officio Magiſtri officiorum.

¶ Magiſtri officiorum erant, qui procurabant, ut milites in acie cæteros antecederent, quibus ſtipendia meliora darentur, uel labor prolixior faceret anteire. ut. l. ij. eod. tit. Tum ad magiſtros officiorum pertinebat, ſignificare, quotannis Cæſaribus, quemadmodum ſe numerus militum haberet, caſtrorumq;, ac clauſularum Iura procederent. ut ex. l. iiij. eod. tit. colligere licet. Porrò, ni fallor, tum magiſtri officiorum erant hi, qui à Pomponio Læto præfecti caſtrorum uocãtur, quibus (eodem autore) curæ erant caſtrorum poſitiones, ualli, foſſæ, tentoria, tabernacula, tormẽta bellica, & cætera.

De officio Comitis ſacrarum largitionum.

¶ Comes ſacrarum largitionũ, olim is fuiſſe colligitur, per quem Cæſares ſtipendia militibus erogauerũt, ut in. l. unica huius tituli. Imperator uult, ut iudices ad iſtum Comitem breues quadrimenſtruos dirigant, hoc eſt, ut ſingulis quatuor menſibus libellos atributarũ pecuniarum mittant. Atributæ autẽ pecuniæ nuncupantur, quas nunc Aſsignationes dicimus. Varro lib. 1. de Lingua Latina: Tributum, inquit, dictum à tribubus: quòd ea pecunia, quæ à populo imperata erat, tributim à ſingulis pro portione cenſus exigebatur. Ab hoc enim, quæ aſsignata erat, Atributum dictũ. Ad legem unicam huius tituli intelligendam, facit, quod annotauit Alciatus ex Græco Legum interprete, Palatinos communi nomine dictos omnes habitantes in Palatio: alios quidem ſemper in domo Auguſti perſeuerare, qui nunc Comitatenſes, nunc Comites dicuntur. Comitatum autem locum eſſe, in quo Imperator uitam ducat. Cæterum, eos qui in prouincia mittantur, Mittendarios, à mittendo dici.

De officio Comitis rerum priuatarum.

¶ *In hoc titulo loquitur de procuratore Cæſaris, cui(ut Pomponius Lætus autor eſt)omnis res familiaris commiſſa erat: etiam quicquid is egiſſet, ratum erat apud Cæſarem, & penes hunc magna erat autoritas.*

De officio Comitis ſacri Palatij.

¶ *Hic titulus, ex titulo præcedenti ſatis ſuperq́; intelligi poteſt.*

De officio Proconſulis & Legati.

¶ *Hunc titulum ex uerbis pomponij Læti, iuuenis facillimè intelliget, ſed uerba Pomponij ſi quis requirit, ſubijciam. Poſthumio Albo, & Sex. Fuſcio conſulibus, bello infæliciter contra Equos geſto, Proconſul creatus eſt C. Quintius, & is primus in eo Magiſtratu fuit: eum ſex lictores præcedebant, cætera omnia habebat uti conſules. Et inde ſtatutū eſt, ut qui conſules uno anno fuiſſent, ſequenti Proconſules eſſent. Deinde Proconſules ad prouincias mittebantur, & ſinguli ſingulos legatos habebãt, qui adminiſtrationi præſtarent auxilium. Proconſul, poteſtatem exercet in ea prouincia tantū, quæ ei tradita eſt, uel decreta: niſi uocaretur in Iurisdictionem uoluntariã. Hæc Pomponius. Siquid amplius uel de Proconſule, uel legato ſcire uolet iuuenis, is legat Feneſtellã, de Magiſtratibus Romanorum.*

De officio Comitis ſacri patrimonij.

¶ *Hoc eſt, de officio illius, qui præerat parimonio Cæſaris.*

De officio Comitis orientis.

¶ *Hoc eſt, de officio eius, qui agebat procuratorem rerum Cæſaris, quas in Oriente poſsidebat.*

De officio præfecti Auguſtalis.

¶ *Id eſt, de officio præfecti Cæſaris, qui primò omnium, in Ægypto morem conſtituendi præfectos inuexit: cuius officiū eſt, cognoſcere, & referre ad principem ea quæ cognouit: ut eſt cernere in. l. ij. huius tit.*

De officio Vicarij.

¶ *Præfecti aſciſcebant Vicarios quoſdam, qui uicem eorum in cauſis ciuilibus audiendis defungerentur: de quibus hic tit. differit.*

De officio Prætoris.

¶ *Eo tempore, quo pertinacia tribunorum plebis, qui Romæ ſine conſulibus quinq́; annis præfuere, L. Feſtius ex plebe cōſul creatus eſſet, patres Præturam, nouum Magiſtratum Sp. Furio Camillo M. Filio dederunt. Hic primus Prætor urbanus fuit. A præeſſendo Prætor nominatus eſt. Hæc Pomp. Lætus. Quæ uerò ſunt Prætoris munia, hic titulus apertè oſtendit.*

De officio Rectoris Prouinciæ.

¶ *Prouinciæ, dicebantur urbes, quæ à populo Romano bello captæ erant, ad quas gubernandas, rectores & præſides mittebantur, de quorum officio hic tit. differit.*

De officio Præfecti uigilium.

¶ *Cum Vrbis ædificia ſæpenumerò incendio flagrarent, diuus Auguſtus quinq́; cohortes, ut inuigilarent Vrbi, diſpoſuit, et ſinguli duas regiones cuſtodiebant. Tūc enim erant regiones quatuordecim: his quinque cohortibus præerat præfectus uigilū: apud quem cognitio erat omnium ſcelerum, quæ nocturno tempore fieri ſolent, præſertim de incendio, & latrocinio. Hæc ex Pomponio Læto hic referre uoluimus, ut quæ ad. l. unicam huius tituli intelligendam non parū commodatura ſunt.*

De officio Ciuilium iudicum.

¶ *Iudices ciuiles dicebantur, qui cauſis ciuilibus audiendis dabant operam: de his in titulo hoc dicetur.*

De officio militarium iudicum.

¶ *Quæ ſint iudicum militarium partes, quibus dicere ius debeant, quibus non debeãt, in quos imperium habeant, in quos non, differitur.*

De comitibus rei militaris, uel tribunis, lauacra præſtentur curiæ.

¶ *Ciuitates, uel Curiæ nō debent cogi ad calfacienda balnea priuata tribunis, uel ducibus, uel comitibus militum, id eſt, Vicarijs magiſtrorum militū. Hæc lex unica huius tituli habet.*

De officio diuerſorum iudicum.

¶ *Id eſt, de officio diuerſæ conditionis iudicum, uel de diuerſis iudicum officijs, quorum eſt primum. Ne matrem familias in publicum protrahant. Niſi fortaſsis pro fiſcalibus, uel priuatis debitis in ius uocetur. Nam tunc etiam materfamilias iudicem adibit. Deinde officium iudicum, eſt uiris magni nominis honorem debitum habere. Poſtremo, caueant iudices, ne magni ſubſellij uiros, iu ſubſcriptionibus fratres nominent. Porrò in. l. tertia, huius tituli fit mentio cornicularioꝛum, quos Accurſius tubatores fuiſſe exiſtimat. At uerò Aſconius: Accenſi, inquit, dicebantur attributi decurionibus, hoc eſt, miniſtri eorum, quaſi ad cenſum additi, quos nunc Commentarienſes, & Cornicularios appellant. Hæc ille. Per Cornicularios igitur, hic accipio miniſtros additos iudicib. & quaſi uicarios iudicum.*

Vt omnes

Vt omnes iudices, tam ciuiles, quàm militares, poſt adminiſtrationem depoſitã, per quinquaginta dies, in ciuitatibus, uel certis locis permaneant.

¶ *Quid iſte Titulus in ſe complectatur, quilibet facilè ex uerbis tituli intelligere poteſt.*

De officio eius, qui uicem alicuius iudicis, uel Præſidis obtinet.

¶ *Hic Imperator tractat de ijs, qui inuicē mortuorum, iuxta abſentiam tam Iudicū, quàm Præſidum ſurrogantur, & ſufficiūtur. Et (ut paucis dicã) ſuffecti illi omnia agere poſſunt, qui uel partium Iudicis, uel Præſidis Prouinciæ ſunt: niſi quòd ultimo ſupplicio, id eſt, morte. l. ultimum ſupplicium. ff. de Pœnis. neminem mulctare ualent, nec membrum alicui abſcindere, ut in. l. ij. eod. tit. & in Autent. de Collator. collat. ix. §. antequam uerò.*

De aſſeſſoribus, & domeſticis, & cancellarijs iudicum.

¶ *Aſſeſſores dicuntur, qui ab illo, cui eſt delegata iudicandi poteſtas, coguntur, ut ſibi in cauſis cognoſcendis aßidant, & ſuis conſilijs præſtent, quo controuerſiis finis imponatur. Domeſtici uerò dicti ſunt, qui apud Iudices domeſticorū officio fungerentur, ut. l. ij. huius tituli. Cancellarij uocabātur, qui iudicibus libellos ſupplicatorios & offerebant, & legebant. Notarios hodie uocamus. De horum trium officijs, in aliquot legibus huius tituli multa memoriæ prodita ſunt. Vel domeſtici dicuntur, conſcij arcanorū iudicis.*

De annonis, & capitatione adminiſtrantium, & eorum aſſeſſorum, aliorumúe publicas ſolicitudines gerentiū, uel eorum, qui aliquas conſecuti ſunt dignitates.

¶ *Annona non tantum ad fruges, ſed etiã obſonia refertur, unde Annonã macelli, dixit Tranquillus. Vegetius Annonarias expenſas uocat, eas frugum pabuliq; ſpecies, quas Prouinciales militibus expendūt. Capitatio mihi dicta eſſe uidetur, quòd præter annonam, etiam pecunia quædam militibus data ſit, & hoc capitatim, uel in ſingula capita. Vnde in hoc titulo agitur etiã de Annonis, id eſt, expenſis frugū pabulorumq;, & capitatione, id eſt, pecunia capitatim data ijs, qui adminiſtrant, & publicas ſolicitudines gerunt. Tum de Annona & Capitatione aſſeſſorū eorum, uel eorum qui aliquas dignitates conſecuti ſunt.*

De contractibus iudicum, uel eorū qui ſunt circa eos, & inhibendis donationibus in eos faciēdis: & ne adminiſtrationis tempore proprias ædes ædificent, ſine ſanctione pragmatica.

¶ *In hoc titulo agitur primò omnium de contractibus iudicum, nimirum ne iudices contrahant: quia iudices facilè qua pollent autoritate, uenditores conuenire poſſunt: cæterū ea, quibus opus habent, comparare ualēt. Deinde ſtatuitur, ne iudices Prouinciales, nec res uel immobiles, uel mobiles cernant, præter ea quæ ad ueſtitum, aut uictum pertinēt. in. l. unica. §. prouincias. Tum prohibet Imperator, ne iudices Prouinciales, donationes ab aliquo recipiant. Etſi quid receperint, id ratum eſſe non debere, etiamſi poſt geſtam adminiſtrationem, uel donatoris, uel uenditoris calculus acceſſerit. Poſtremò prohibetur in hoc tit. ne iudices ædes proprias extruant: quæ omnia uide in. l. unica, eod. tit.*

De modo Mulctarum, quæ à iudicibus infliguntur.

¶ *Hic Iuſtinianus dicit, quam mulctam iudices imperare poßint, quando eis integrum eſt, ut Iuriſdictionem, quam acceperunt, iudicio, uel pœnæ, uel mulctæ propugnēt. l. j. ff. ſi quis Ius dicen. obtemp. Porrò, mulcta dicitur, delicti animaduerſio pecuniaria, iudicis arbitrio ſtatuenda. l. aliud. ij. §. j. ff. de Verborum ſignificatione. Et obſerua. l. primam in hoc tit. quæ aſtruit, Mulctam, damnum famæ nō irrogare. Nec ſtudioſum iuris lateat, à Mulcta quidem prouocari poſſe. l. antepenult. ff. de Verborum ſignific. Secus uerò eſſe in pœna, ut à qua non detur prouocatio.*

De defenſoribus ciuitatum.

¶ *Defenſores ciuitatū quondam dicebantur uiri, non ex Decurionibus, ſed ex alijs delecti tres numero: quorum partes erant, proſpicere, ne tenuiores, & infimæ ſortis homines, à nobilibus (uti fit) premerentur. Iam in hoc titulo oſtenditur, quomodo conſtituatur defenſor ciuitatis, quæ eius munia ſint, quibus cauſis ſe admiſcere debeat.*

De Magiſtratibus Municipalibus.

¶ *Municipes, ciues Romani erant: ex municipijs, ſuo iure, & legibus ſuis utentes, muneris tantum cum Pop. Ro. honorarij participes, à quo munere capeſſendo appellati uidentur, nullis alijs neceßitatibus, neque ulla Pop. Ro. lege adſtricti: cum nunquam populus eorum fundus factus eſſet. hæc Gell. lib. 16. cap. 13. Deinde obſeruatū eſt, ut unuſquiſq; ſuæ ciuitatis Municeps dicatur. unde & Plin. in Epiſtolis, tam Comum, quàm Mediolanū municipia nominat. Hinc Magiſtratus Municipales dicuntur, ipſi ciuitatū Decuriones. Nec deſunt autores, qui affirment eoſdem eſſe duumuiros, & Magiſtratus Municipales. At duumuiri apud Romanos erant, rerum criminalium iudices, ut indicat Liu. lib. 1. ab Vrbe cond. Quales uerò in alijs urbibus fuerint, oſtendit Vlpian. lib. j. ff. Si quis ius dic. & Iuriſconſultus Paulus in tit. de Albo ſcribendo. De horum Municipiorum Magiſtratibus, hic titulus diſſerit: diſſerit uerò, quod officium eorum fuerit, nimirum exigegere Annonam. ut. l. prima huius tituli adſtruitur: diſſerit*

diſſerit, quo tempore talis Magiſtratus creari debeat. Quæ hic refert Accurſius, prorſus ἀπροσδιόνυσα *ſunt.*

De officio iudicis Alexandriæ.

¶ *Quibus rebus iudex Alexãdriæ implicare poſſit, hic titulus refert. Nimirũ, quòd intereſſe queat adoptionibus, emancipationibus teſtamentorum, in donationum profeßionibus: deniq; quòd & tutorem dare is iudex ualeat, ut. ff. in. l. j. & ultima eiuſdem tituli.*

LIBER II.

De edendo.

EDere, *eſt copiã deſcribendi facere, uel in libello complecti, & dictare. l. prima. §. j. ff. eodem. Eſt uerò Editio actionum: eſt Editio rationum: hoc eſt, quando proferimus rationarium, in quo accepti & expenſi cõſcripta eſt ratio. l. ſi quis. §. rationẽ. ff. eod. Illa uerò eſt, quãdo in libello ſignificamus ius, quo quis rem petat. Siquidem nomenclatura actionis in libello exprimenda non eſt: ut uno ore Interpretes affirmant, in. l. edita actio. eod. tit. Eſt & editio inſtrumentorum, eſt editio actorum: de quarũ rerum editione, cotus hic tit. loquitur.*

De in Ius uocando.

¶ *In hoc titulo diſſeritur, libertũ, uxorem, iuxtà parentes ac liberos, & hæredes patroni ſui, non poſſe in Ius uocare, ſine iudicis permiſſu. Tum, quod nec filius emancipatus aduerſus patrem experiri queat ſine uenia. & hoc in. l. iij. huius tituli.*

De Pactis.

¶ *Pactum eſt conſenſus duorum, pluriúmue in idem. l. j. ff. eod. Iam in hoc titulo diſſeritur, quando pactum initum, aut firmum, aut infirmum ſit: quando pactum actionem pariat, quando actionem non pariat. Porrò, ut interim hoc elegantioris literaturæ ſtudioſos moneam. l. petens. eod. tit. præter aliorum interpretum ſentẽtias, Andreas Alciatus li. 5. Paradox. cap. 2. egregiè, & (ut mihi uidetur) magis appoſitè, quàm ulli alij interpretatur.*

De Tranſactionibus.

¶ *Tranſactio, eſt de re dubia, & lite ancipiti, necdum ad finem ducta, non gratuita pactio. l. tranſactio. eodem tit. In hoc titulo agit Imp. quando Tranſactio unius, alteri præiudicet: agit quibus de rebus tranſigere liceat: agit quid efficiat receptio Tranſactionis: agit de pœna maioris, qui pacta, uel tranſactiones initas reſcindit & diſſoluit, &c.*

De errore calculi.

¶ *Si in calculo, hoc eſt, computatione erratũ ſit, quando præiudicet, & quando non præiudicet: hoc uult hic tit.*

De Poſtulando.

¶ *Poſtulare, eſt deſideriũ, uel ſuum ipſius, uel amici ſui, in Iure apud eum, qui Iuriſdictioni præeſt, exponere, uel alicuius deſiderio contradicere. l. j. § poſtulare. ff. eod. tit. In præſenti titulo agitur, quomodo poſtulandum ſit, & quiſnam poſtulari queat.*

De Aduocatis diuerſorum iudiciorum.

¶ *Aſconius Pedianus, Qui defendit, inquit, alterũ in iudicio, aut Patronus dicitur, ſi Orator eſt: aut Aduocatus, ſi aut Ius ſuggerit, aut præſentiam ſuam commodat amico: aut Procurator, ſi negociũ ſuſcipit, &c. Habet igitur titulus, de Aduocatis diuerſorũ iudiciorum: hoc eſt, de priuilegijs, munere, mercede Aduocatorum, qui in diuerſis iudicijs ſuis operam ſuam hominibus nauant. In hoc titulo enim cum primis obſerua. l. aduocati. ubi Imperator dignitatem, iuxta cõmoditatem Aduocatorum egregiè oſtendit.*

De Aduocatis diuerſorum Iudicum.

¶ *Nam omnino* ἄκαιρον, καὶ ἀπειρόκαλον *uidetur, quod Gloſſa ſuper hac rubrica dicit, inter hunc titulum, & præcedentem hoc diſcriminis eſſe: quòd in titulo præcedenti diſſeratur de priuilegijs Aduocatorũ, qui adhuc aduocationis munere fungãtur: iſtum uerò præſentem titulum, uerba facere de priuilegijs aduocatorum, qui iam munus illud abdicauerint. Porrò Iuuenes ſtudioſi. l. petitiones. obſeruẽt, in qua Imperator ſeriò edicit, ne quis prius aduocationis munus ſubeat, quàm per ſtatuta tempora Legum eruditioni noſcatur inhæſiſſe. Statuta uerò tempora, quinq; anni ſunt. §. ſed quia ſolitum. in procemio Pandectarum.*

De Aduocatis fiſci.

¶ *In hoc titulo Imperator oſtendit, quæ ſint officia, quæ priuilegia Aduocatorum fiſci, id eſt, aduocatorum rerum fiſcalium, id eſt, propriarum, & priuatarum Principis.*

De errore Aduocatorũ, uel libellorum, ſeu preces concipientium.

¶ *Quatenus uel error Aduocatorum, uel eorum, qui libellos partium conſcribunt, noceat, hic Imperator agit. Quibus de rebus uide legem ult. huius tituli.*

Vt quæ deſunt aduocatis partium, iudex ſuppleat.

¶ *Summa tituli eſt, Iudicem ſi quid uel à litigatoribus, uel ab ijs, qui partib. adſunt, omiſſum fuerit, poſſe & ſupplere, & proferre.*

Ex quibus cauſis Infamia irrogetur.

¶ *Quid hic titulus in ſe cõplectatur, nemini nõ ex*

uerbis

uerbis eius conſtare poterit. Porrò in. l. uerbū. eod. tit. eſt uox Græca inſerta Sycophanta, quæ quando ab Accurſio malè intellecta eſt, à me paucis explicanda uidetur. Plutarchus in Comm. de Curioſitate, ſcribit, hoc cognominis inde ortum: quòd cum Athenienſes Lege cauiſſent, nē quis Athenis ficos exportaret: eos qui obſeruatos nōnullos, quòd ficos exportaſſēt, detuliſſent, ſycophantas dictos, παρὰ τὸ σῦκα φαίνεσθαι, id eſt, quòd ficos proderent. Eadem in uita Solonis Plutarchus refert. Inde Sycophanta, pro quouis calumniatore, & uiro nullius precij, apud Terentium, & Plautū uſurpatur. Porrò Andreas Alciatus lib. Diſpunctionū ſecundo, ex antiquis codicibus pro Sycophanta, ἐσυκοφάντησας, id eſt, calumniatus es, legendum admonet.

De Procuratoribus.

¶ *Hic titulus de officio procuratorū Iudiciorum, id eſt, de ijs, qui in iudicio partium cauſas agendas ex mandato ſuſcipiunt, loquitur: exceptis duabus legibus. l. ſi procurator, & l. ſi precium. quæ de procuratorib. negociorum, id eſt, illis qui aliena negocia mandato domini adminiſtrant. l. prima. ff. eodem, tractant.*

Ne liceat potentioribus patrocinium litigantibus præſtare, uel actiones in ſe transferre.

¶ *In hoc Titulo imperator prohibet, ne litigatores accerſant patrocinium potentiorum, ad terrorem aduerſarijs incutiendum, cauſæ iacturam facturi, ſi hoc fecerint.*

De his, qui potentiorū nomine titulos prædijs adfigunt, uel eorum nomina in lite prætendunt.

¶ *In ſumma titulus hæc uult: Partim ne quis prædijs, de quibus in iudicio cœptum eſt litigari, titulos, id eſt, ſuperſcriptiones, inſignia potentiorum, ad ludificandam partem aduerſariam adfigat, facturus aliquando rei, aliquando cauſæ iacturam, ſi hoc fecerit. Partim uult imperator, ne quis de prædijs, lite uel iam mota, uel mouenda, nomina potentium, ad abſterrendum aduerſarium ſuum prætendat, ſub cauſæ quamuis iuſtæ iactura, ſi hoc facere auſus fuerit.*

Vt nemo priuatus titulos prædijs ſuis, uel alienis imponat, uel uela regia ſuſpendat.

¶ *Nemo priuatus ſuis prædijs, uel etiam alienis, ſine præceptione iudicis competentis, titulum adfigat, ſcribendo, hoc prædiū eſt ducis Saxoniæ, hoc prædiū poßidetur uel à me, uel ab alio: nec etiā ad prædia regia uela, id eſt, uexilla ſuſpendat: utrunq; enim & titulos, & uela prædijs ſuis adfigere, Cæſaris eſt. Quòd ſi plebeius prædijs alienis, uel titulos, uel uela regia ſuſpenderit, morti deſtinatur: ſi miles, ſi curialis, ſi clericus exiſtit, proſcribetur, deportabitur.*

Vt nemini liceat ſine Iudicis autoritate ſigna imprimere, rebus quas alius detinet.

¶ *Vult imperator in hoc tit. ne quis rebus alienis ſigna imprimat: quibus deſignet, res ab alio detentas, ad ſe pertinere, & hoc quidem ante litis conteſtationem, & deinde ante latam ſententiam, ut infrà. l. prima, & ſecunda.*

Ne Fiſcus, uel Reſpublica, procurationem alicui patrocinij cauſa, in lite præſtent.

¶ *Fiſcus, id eſt, procurator fiſci Cæſaris, uel reſpublica aliqua, nō debet uel ſub prætextu debiti, uel quia ſibi dimidia pars rerum uel actionum donatur, litigantibus aut patrocinium præſtare, aut procurationem eorum ſuſcipere: ne iniuriarum inde pullulet occaſio, unde Iura pullulant. l. meminerit inferius. Vnde ui.*

De negocijs geſtis.

¶ *Hic titulus de Actione negociorū geſtorum, diſſerit: cui tunc locus eſt, quando aliquis negocia aliena geßit, citra mandatum eius, cuius negocia ſunt: ſiquidem, ſi quis mandauit geſtori, ut negocia ſua gerat: is qui mandauit geſtori, tenetur mandati. Tum negociorum geſtor obligatur domino, et uicißim dominus. Inſtit. de Obligat. quæ ex quaſi contractu. §. j. infrà eo. titulo. l. ſi mandatum.*

De his, quæ ui, metuſq; cauſa geſta ſunt.

¶ *Vis, eſt neceßitas rei faciundæ præter uoluntatē noſtram extorta, uel eſt maioris rei impetus, cui reſiſti non poteſt. l. ſecunda. ff. eodem. Metus, eſt uel inſtantis, uel futuri periculi cauſa, iuſta mentis trepidatio. l. j. ff. eodem. Iam in iſto titulo agitur, quādo ea, quæ aut ui, aut metu à nobis geſta ſunt, aliquid, uel nihil prorſus momenti habeant. Tum, quando huic actioni locus ſit, oſtenditur. Porrò imperator in uerbis tituli huius reſpexit ad uerba edicti: Quod ui, metus ue cauſa geſtū erit, ratum non habeo.*

De dolo malo.

¶ *Dolus malus, eſt machinatio fraudulenta, ad alterum circūueniendum inſtructa. l. prima. §. j. ff. eodem. Vel, ut Cicero in Topicis finit, Dolus malus eſt, cum aliud agitur, aliud ſimulatur. De cuius actione, quando locum habeat, quandiu duret, in hoc titulo Imperator diſputat. Ad hoc, qui nam dolus probari poßit, docet.*

De in integrum reſtitutione.

¶ *Reſtitutio in integrum, eſt reductio in eum ſtatum, in quo quis prius erat, quàm lædebatur. Reſtitutio enim id reparat, quod læſio abſtulit. l. quòd ſi minor*

nor.§.reſtitutio.ff. de minoribus. Porrò Minores *dicuntur, qui nondum annum uigeſimum quintum exceſſerunt: de quibus minoribus hic* Titulus *tractat, oſtendens quæ priuilegia minoribus læſis impertiantur: iuxta, quibus remedijs rebus minorum conſulatur.*

De Filiofamiliâs minore.

¶ Hic *diſſeritur, quo pacto filiusfamiliâs minor uigintiquinq; annis, ſi uel pro extraneo, uel patre etiam ſuo fideiuſſit, in integrum reſtitui queat.* L. *j. eodem* Titulo.

De Fideiuſſoribus Minorum.

¶ *Summa Tituli eſt, reſtitutionem in integrum* Mi*nori conceſſam, fideiuſſorem minoris non iuuare, ut qui conueniri debeat. Cæterùm, fideiuſſori copia datur, id damni quod accepit, in minore reſarcire.* L.*j. & ij. eod.* Titulo.

Si Tutor, uel Curator interuenerit.

¶ Minor, *etiamſi quid uel* Tutore, *uel* Curatore *autore geſſerit, ſi læſus eſt, uel in, uel extra* Iudicium, *in integrum reſtitui poterit.* Hæc Tit. *complectitur.*

Si in communi, eademq; cauſa Reſtitutio in integrum poſtuletur.

¶ Neminem *lateat, quòd* Reſtitutio *minoris non opituletur maiori, quo cum minor aliquid commune habet.* Hoc *uult* Titulus *hic.*

Si aduerſus rem Iudicatam.

¶ *Sententia lata contra minores tutorum, uel curatorum autoritate, uel lata contra tutores, uel curatores,* Reſtitutio *datur minoribus.*

Si aduerſus uenditionem.

¶ Minori *uendenti ea, quæ ſeruari poſſunt ſine decreto, ipſo* Iure *uenditio nulla eſt, & proindè non datur reſtitutio: at uendenti cum decreto, uenditio nulla quidem non eſt, ſed reſtitutio datur, ſi modò ſe læſum eſſe probarit.* L. *lexq;*. C. *de* Admin. Tut. L. *ſi quidem ſine decreto.* C. *de* Præd. min. *Porrò, in hoc* Titulo, Iu*uenis ſtudioſus* Autent. *ſacramenta obſeruet, è quibus* Iuramenta *puberum ſpontè ſuper contractibus rerum ſuarum non retractandis facta, inuiolabiliter ſeruanda diſcet: quæ* Autent. *ſumpta ſunt ex cap.* Cum contingat. *extra de* Iureiurando, *& ex cap. quamuis, extra de* Pactis, *libro* Sexto.

Si aduerſus uenditionem pignorum.

¶ Hic Tit. *habet, an ſi res* Minoris *pignori oppoſita, à creditore diſtrahatur,* Minor *in integrum reſtitui queat aduerſus creditoris uenditionem, ſuæ rei pignoris uice obligatæ.*

Si aduerſus Donationem.

¶ Nolo *lateat* Iuuenem Iuris Ciuilis *ſtudioſum,* Mi*norem, nec cum decreto, nec citra decretum donare poſſe.* C. *ſi maior fact. rem ratam hab.* L. *ult.* Proindè *in integrum reſtitutio hic loci habet nihil.* L. *in cauſæ. ff. de minor.* En habes Tituli τὸν ἔλεγχον.

Si aduerſus Libertatem.

¶ Minor, *neq; manumittendi, neq; uendendi habet copiam: ut ab alio manumiſſione donetur: niſi apud concilium cauſa cognita.* Inſtit. *Quibus ex cauſ. manum. non poſſ.* §. *eo. & ff. de* Ser. *export.* L. *ſi minor.* Et *ſi minor in ſententia libertatis ergô data, aut liber eſſe declaratus ſit, reſtitutio locum non habet: aut ſi libertate donandum minorem exprimatur, reſtitutio locum habet: ut.* L. *j. ij. iij. & iiij. hæc ex* Azone *ferè tranſſcripſimus.*

Si aduerſus tranſactionem, uel diuiſionem, minor reſtitui uelit.

¶ Minor *contra tranſactionem, uel factum, cum ipſemet experiretur aduerſus alium, uel dum alius experiretur aduerſus eum, reſtituitur.* Et *hæc quidem ſi tranſactio nõ euanida fuit, idem in diuiſione ſtatuitur. nam ſi minori eſt res aliqua cum alio communis, ad quam alienandam decreto opus ſit,* Minor, *ſocium ad diuiſionem prouocare non poteſt, ſed ſocio maiori prouocare integrum relinquitur.* C. *de* Prædijs *minor.* L. *inter omnes.* Et *proindè, ex decreto cauſa neceſſaria urgente, diuiſio intercludi nequit, in qua ſi minor circumueniatur, in integrum reſtitutionem petere poterit.* Hæc Tit. *habet.*

Si aduerſus ſolutionem à debitore, uel à ſe factam.

¶ *Si debitor minoris cupit diluere debita minori, & efficere, ne poſthac æris alieni gratia, ei à minore negocium exhibeatur: quicquid eſt debiti, uel* Iudicis *autoritate reluat, uel* Iudicis *iuſſu in ædes deponat: nec multum refert, his in rebus interueniat tutor, uel nõ.* L. *ait præt.* §. *j. ff. de minor.* Porrò *ſi debitor reſoluat debita uel tutori, uel curatori minoris, uel etiam ipſi minori, intercedente tutorum, iuxta curatorum autoritate, uel deniq; adulto, cui non eſt curator, liberatur quidem è* Iuris *præſcripto: cæterum, minor, cauſa cognita, id eſt, facta pecuniæ iactura, reſtitui poteſt.* Hæc Titulus *complectitur.*

Si aduerſus dotem, reſtitutio poſtuletur.

¶ *Mulier minor uigintiquinque annis, ſi plura quàm dignum fuit in dotem promiſit, tam ipſa, quàm hæres eius, in integrum reſtituitur.*

P

Si aduerſus delictum.

¶ *Ne fugiat Iuuenem Iuris Ciuilis cupidum, Minorem doli capacem, in criminibus excuſationem prætexere non poſſe: ut. L. j. eod. Id quod uerò conſentaneum eſt, ſi quid animo ad perniciem inſtructo deſignauerit, ſui improuidentia & incuria quid factum ſit, aduerſus delictum reſtituitur. Hæc uult Titulus hic.*

Si aduerſus Vſucapionem reſtitutio poſtuletur.

¶ *Contra Minorem nulla præſcriptio admittitur. L. fin. ali. In quibus cauſ. in integrum reſtit. non eſt ne. Porrò, quînam hoc uerò accedat, Gloſſa in. L. unica huius Tituli expedit.*

Si aduerſus Fiſcum, reſtitutio poſtuletur.

¶ *Si Minor contraxit cum diſpenſatore Cæſaris, & ei fucus fiat, reſtituitur non aliter, atq; ſi cum priuato contraxiſſet, & de ea reſtitutione, procurator Cæſaris diſceptat. Cæterum, ſi Minor circumueniatur à procuratore Fiſci, quo cum contractus initus eſt, in integrum reſtituitur, & de ea reſtitutione, procurator Cæſ. unà cum Præſide cognoſcit.*

Si aduerſus Creditorem.

¶ *Vt in alijs contractibus, ita in mutuo quoq; minor læſus reſtituitur. Et partes quidem minoris ſunt, probare uel ſe læſum eſſe, uel quod ei datum ſit amiſiſſe. L. minorib. C. de In integ. reſt. min. L. Nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de Iureiur. Sed hic creditoris munia ſunt, probare, quòd minor è pecunia mutuo accepta, collocupletauerit ſe. Et diſcrepat hic Titulus à Titulo. C. ad Senatuſconſul. Maced. Siquidem Senatuſconſ. Macedonianum de filiofamilias uerba facit. Hic uerò Titulus, de Minoribus generatim differit.*

Si Minor ab hæreditate ſe abſtinuerit.

¶ *Vt in omnibus alijs, ita ſi Minor adiuit, aut hæreditatem minus lucroſam, aut agnouit bonorum poſſeßionem, aut ex Trebelliano recepit hæreditatis reſtitutionem, in integrum reſtituitur. Præter hæc, hic Titulus habet nihil.*

Si ut omiſſam hæreditatem, uel bonorum poſſeſſionem, uel quid aliud acquirat.

¶ *Hic Imperator differit, quo pacto minor reſtituitur, ſi aut hæreditatem non adiuerit, aut bonorum poſſeßionem non agnouerit, aut legatum, uel quid aliud ſimile repudiarit.*

In quibus cauſis reſtitutio in integrum non eſt neceſſaria.

¶ *Hic Tit. apertior eſt, quàm ut multis à me explicari debeat. Etenim tractat cauſas, in quibus in integrum reſtitutio neceſſaria non eſt.*

Qui, & aduerſus quos in integrum reſtitutio non poſtuletur.

¶ *Hic Imperator decernit, & de Minoribus, qui in integrum reſtitui non poſſunt, & de hoc genere hominum, aduerſus quos minores reſtitui nequeunt.*

Si Minor ſe maiorem dixerit, uel probatus fuerit.

¶ *In integrum reſtitutio ei, qui ſe minorē eſſe mentitur, non conceditur.*

Si ſæpius in integrum Reſtitutio poſtuletur.

¶ *Si Reſtitutio in integrum ſemel minori negata eſt, Minor deinde reſtitutionis beneficio, excepta appellationis cauſa, gaudere non poteſt: niſi forſitan nouis defenſionibus cauſam ſuā inſtrui poſſe dicat. Hæc in Lege prima, & ſecunda.*

De his, qui Veniam ætatis impetrauerunt.

¶ *Vt Maior uigintiquinq; annis in his factis quæ maior gerit, reſtitui non poteſt: ita nec minor, qui ætatis Veniam impetrauit, ut maioris loco habeatur, in integrum reſtitui poterit. Porrò Veniam ætatis maſculus maior uiginti annis, fœmina octodecim annis impetrat. Cæterum energia impetratæ ætatis ueniæ, ea eſt, quòd ſimul ac uenia ætatis impetrata eſt, etiamſi minus idoneè res ſuas adminiſtrant, in integrum reſtitui non poſſunt: ne hi qui cum eis contrahant, principali autoritate circumſcripti eſſe uideantur: ut Lege prima. At uerò in alienatione immobilium rerum, ſine decreto is, qui ueniam ætatis impetrauit, perindè ac minor habetur. L. penult.*

Si maior factus, ratum habuerit.

¶ *Ea quæ Minor, Maior uigintiquinq; annis factus, rata habuerit, ſiue à ſe, ſiue tutore, ſiue ab utroq; geſta ſunt, reſcindi non poſſunt, & proindè in integrum Reſtitutio locum non habet: ut in lege. ij. huius Tituli.*

Vbi, & apud quem cognitio Reſtitutionis agitanda ſit.

¶ *Iudices Ordinarij, iuxtà Delegati, de cauſa Reſtitutionis in integrum cognoſcere poſſunt. in. L. finali, eod. Titulo.*

De Repu-

De Reputationibus, quæ ſiunt in iudicio in integrum Reſtitutionis.

¶ *Id eſt, de compenſationibus, uel, ut* Azo *putat, de reſtaurationibus, quæ fiunt in iudicio in integrum reſtitutionis: ſiquidem* Minor *petens auxilium reſtitutionis, neq; in lucro, neque in damno morari debet.* Et *ideo quicquid ei uel ex emptione, uel uenditione, uel alio quopiam contractu acceſſerit, reſtituere debet. ut l. j. eod. tit.*

Etiam per Procuratorem, cauſam reſtitutionis in integrum agi poſſe.

¶ *Cauſa reſtitutionis in integrum etiam per procuratorem, nedum per* Minorem *agi poteſt.*

In integrum Reſtitutione poſtulata, ne quid noui fiat.

¶ Hic Imperat. *differit, quòd ſi in integrum reſtitutio poſtuletur, omnia ſarta tecta, ut dici ſolet, donec res tranſigatur, manere debeant: idcirco res eius, cuius in integrum* Reſtitutio *petitur, alienari non debet.* Breuiter, *nihil fieri oportet, quod alteri parti, cauſa non dum tranſacta, fraudi eſſe queat.*

De Reſtitutione militum eorum, qui Reipublicæ cauſa abfuerunt.

¶ Hic *titulus differit, quinam uel hi qui militiæ uacarunt, uel in reipub. negocijs abſuerint, ſi læſi ſunt, in integrum* Reſtitui *debeant.*

De uxoribus militum.

¶ Q*uo pacto aut militum uxores, aut eorum qui* Reipub. *cauſa abſunt, reſtituuntur, oſtenditur.*

De temporibus in integrum Reſtitutionis, tam minorum, & aliarum perſonarum quæ reſtitui poſſunt, quàm etiam hæredum eorum.

¶ Olim *petendæ in integrum* Reſtitutioni *annus utilis præſtiturus erat, idq; ex* Iure Pandectarum, *in. l. j. ff. de* Diuerſ. *& temp. præſcrip.* At *hodie totum quadriennium, continuum reſtitutioni poſtulandæ datur. l. fin. eod. tit. ubi quoq; extat* Gloſſa *memoranda, quæ quid* Annus *utilis, quid continuus ſit, liquidò commonſtrat.* Hoc *uerò mihi in ſumma dicere uidetur, tempus continuum dici illud, quod continuò currat, & in quo ſubducantur tam dies feſti, quàm operarij: tam dies abſentiæ, quàm præſentiæ.* Et *in quem non habeatur ratio iudicis, ne copiã quis habere, uel non habere potuerit. l. fin.* C. *de* Præſcript. *longi temp.* Tempus *uerò utile mihi dici uidetur illud, quod utiliter præterfluerit, in quo dies* Feſti *non ſubducũtur, & in quo actor, uel ſuopte* Marte, *uel per procuratorem agere poteſt.* Denique *in quo habetur reſpectus, an quis* Iudicis *copiam habere quiuerit.*

Quibus ex cauſis Maiores in integrũ reſtituantur.

¶ Minor *uiginti annis, nunquam non ſi offenſio pro eis probetur, reſtitui debet. ut in* Pandect. *de* Minoribus, *idq; intra quadriennij continui decurſum. l. fin.* C. *de tempor. in integ. reſt.* Cæterum, Maiores *non ſemper hoc beneficio reſtitutionis fruuntur: ſed ſunt certæ cauſæ, quæ in hoc titulo enumerantur, ob quas reſtitui poſſunt.*

De alienatione iudicij mutandi cauſa facta.

¶ In *hoc titulo* Imperator *differit, in integrum reſtitutionem, uel ius actionis in factum dari in eum, qui alienauit rem cauſa* Iudicij *mutandi.* Et *uult, ut is, cui res eſt alienata, aut rei uendicatione teneatur, aut alia reali actione, cui ipſa poſſeßio ex iuris præſcripto aduerſarium parit. l. prima. & ff. eodem. l. prima.* Hæc *ex* Azone, *mutatis nonnihil uerbis, transſcripſimus.*

De receptis Arbitris.

¶ Arbiter, *iudex dicitur, non à lege, ſed à litigantibus electus, qui totius rei poteſtatem habet: ab arbitrando, id eſt, exiſtimando dictus.* Cuius *partes ſunt, arbitrari non pro eo ac ſummum ius dictat, ſed* τὸ ἐπιεικὲς *exigit.* Iam *in hoc titulo agitur, an à ſentẽtia arbitrorũ à litigantibus acceptorum, appellari poßit: qua pœna item adficiendus is, qui coràm receptis* Arbitris, *non uadimonium obeat: quomodo* Arbitri *recipi debeant, & quæ perſonæ arbitri officio fungi poſſunt.* Porrò *in contextu huius tit. in. l. ne in arbitris. deeſt uox* Græca, *quam ita repone,* οὐκ ἀντιλέγω, *id eſt, non contradico.* Porrò, *pro uerbo emologo, lege,* ὁμολογέω, *id eſt, ſpondeo.*

De ſatiſdando.

¶ Imperator *hic uerba facit de ſatiſdationibus in iudicio, tam ab actore, quàm reo præſtandis.*

De Formulis & impetrationibus.

¶ Hoc *ſatis in confeſſo eſt, olim quaſdam in* Iudicijs *uiguiſſe* Actionum *formulas, ad quarum præſcriptum in* Iudicijs *experiundum fuerit, adeò, ut qui extra cauſam petijſſet,* Lege *duodecim* Tabularum *cauſa caderet: at qui à formulis præſcriptis recederet, à*

formulis excidiſſe uideretur. Cæterum, illa uerborum aucupia, conſtitutione Conſtantiniana, cuius in hoc titulo fit mentio, ſublata ſunt. Proinde & Cicero in oratione pro Cecinna, cum Ebutius diceret ſe Cecinnam non deieciſſe fundo, ſed obſtitiſſe ne ingrederetur: orator ille pulcherrimè & diſertiſſimè probat, periculoſum eſſe ab æquitate Iuris recedere, & uerborum aucupijs inſiſtere: ne non in æquitate defenſionis, ſed in una litera ius latuiſſe uideatur. Et hac gratia, Claudius Imperator, ut refert Suetonius, ijs qui plus petendo formulis excidiſſent, actiones reſtituit.

De iureiurando propter calumniam dando.

¶ *Calumniari, eſt falſa crimina intendere. l. j. §. calumniari. ff. ad Senatuſconſultum Turpilianum. Inde Calumnia dicitur, cum quis ſciens, falſo quempiam in ius uocat: unde in litis exordio, tã ab accuſatore, quàm reo Iuſiurandum, propter calumniã, ſcilicet uitandum datur, quando utraq; pars iurat, ſe bona fide, & non calumniandi ſtudio, & agere, & reſpondere. Capita iuramenti calumniæ, autor neſcio quis, in hos Verſiculos redegit:*

Illud iuretur, quod lis ſibi iuſta uidetur.
Et ſi quæretur, uerum non inficietur,
Nil promittetur, nec falſa probatio detur,
Vt lis tardetur, dilatio nulla petetur.

Quos uerſus citat Gloſſa in. l. ij. §. ſin autem. infrà eodem.

LIBER III

De Iudicijs.

I*Vdicium, ut ab Azone finitur, eſt legitimus actus, in quo tres perſonæ primariæ intercedunt, Iudex, Actor, Reus. Titulus uerò habet de Iudicijs, & rectè quidem. Nam iudiciorum, alia ſunt ciuilia, alia criminalia. De ciuilibus iudicijs hoc in titulo in primis tractatur: de criminalibus in. l. properandum eo. παρόργως fit mentio. Et quia candidatis Iuris Ciuilis, hic meus deſudat labor, uocem corruptã, & à paucis interpretibus intellectã, in. l. properandum. §. ſin autem eod. & reſtituam, & explicabo. Eſt uerò Ermodiciũ, ubi Iuuenes diſcant, uadimonium eſſe ſponſionem ſiſtendi in iudicio: unde uadimonium obire, eſt ad diem ſe ſiſtere: uadimonium deſerere, eſt φεύγω δίκην, ut Græcè dicam, id eſt, Iudicium fugere. Porrò, uadimonium deſertum, ἐρήμην à Demoſthene non rarò dicitur, uno uerbo Eremodiciũ appellatur: corruptè ergo pro Eremodicium, Ermodicium legitur. Cæterum, ne hoc iuuenem ſtudioſum latere uolo. l. apertiſſimi. eod. tit. ſyncerius quàm ab alijs interpretibus tractari ab Andrea Alciato, libro Paradoxorum 2. cap. 9.*

De Sportulis, & ſumptibus, in diuerſis iudicijs faciendis: & executoribus litium.

¶ *Τὰ δικαστικὰ, id eſt, iudicantiũ mercedes, Latinis Sportulæ iudiciales uocantur: quam uocem copioſiſſimè explicat Alciatus in lib. Diſpunctionũ 3. cap. 17. Hoc in ſumma dicit: Sportulam dici pecuniã, quæ cum conteſtanda lis eſt, et ab actore, & reo cõtribuitur, deponiturq;: ita, ut is, qui à cauſa recidit, nõ luat. Et addit, eam pecuniã uel Fiſco addici, uel iudicib. pro mercede dari. Hæc ille. Porrò, ut titulũ iſtum ad plenũ intelligas, obſerua uaria eſſe genera Iudicum, qui Executores, de quibus in hoc tit. fit mentio, dicuntur. Primò omnium Iudex ordinarius, quilibet executor dicitur: ut cui Ius eſt exequendi propriam ſententiam. Hoc nomine, & is, cui Iuriſdictio demandatur, executoris nomen irrogare ſibi poteſt. l. fin. §. executor. C. ut nemo priuatorum. Deinde Apparitores, nuncijq; Iudicum: de quibus in præſenti titulo mentio multa eſt, Executores appellantur, quorum duos Iudicum quilibet habet, & eorum ignauiam & perfidiam mulcta imperata puniendi autoritatem obtinet. l. omnibus. C. eo. tit. Ex his opinor, iuuenis ſine omni negocio quid titulus ille Codicis complectatur, aſſequitur.*

De Pedaneis Iudicibus.

¶ *Pedanei Iudices dicũtur, qui negocia humiliora diſceptant. l. quædam. eod. tit. quas cauſas iudices hi cognoſcere poſſint, hic titulus oſtendit.*

Qui pro ſua Iuriſdictione, iudices dare, dariq; poſſunt.

¶ *Hic Imperator uerba facit, de illis quib. integrũ eſt, pro ſua Iuriſdictione alios Iudices dare, id eſt, delegare: & qui poſſunt dari, id eſt, delegari. Et obiter Iuuenis obſeruet: eum ſolum, qui ordinaria Iuriſdictione præditus ſit, delegandi Ius habere. l. more maiorum. ff. de Iuriſdict. om. Iud. Quamuis hoc claudicat in Delegato Principis, qui ut maximè Iuriſdictionem delegatam habeat, ſubdelegandi tamen copiam obtinet. l à Iudice. C. de Iudicib. Præterea Iudex Ordinarius habet poteſtatem delegandi eum, qui de ſua Iuriſdictione exiſtat, & cætera.*

Ne quis in ſua cauſa iudicet, uel Ius ſibi dicat.

¶ *Hic titul. ex ſuis ipſius uerbis apertior eſt, quàm ut explicandus à me ſit.*

Qui legitimam perſonam ſtandi in Iudicijs habeant, uel non.

¶ *In hoc titulo diſſeritur, quinam in Iudicio & agere, & conueniri poſſint, & qui nõ poſſint. Sic pupillus*

lus cum autoritate tutoris, & adultus cum curatoris conſenſu rectè tam agere, quàm conueniri poterit. At minores uiginti quinq; annis, per ſe nec agere, nec conueniri ualent, proinde ſententia contra eos lata nullius momenti eſt, in.l.j.eod. tit. quòd ſi pro eis feratur ſententia, non reſcinditur.l.ult.C. Si aduerſ.rem iudic.

Vt nemo inuitus agere, uel accuſare cogatur.

¶ Hunc titulum multis explicare nō opus eſt: cum ex eius uerbis quid uelit, ſatis intelligi queat.

De ordine Iudiciorum.

¶ Hic Imperator oſtendit, quo ordine Iudicia, id eſt, actiones & quæſtiones, & inſtitui, & ſententijs diffinitiuis tranſigi debeant: quæ ex Legibus huius tituli Iuuenis cognoſcet ſine omni negocio.

De litis conteſtatione.

¶ Lis conteſtata putatur, quando Iudex petitione pro eo ac decet in Iure propoſita, & reſponſione audita, cauſam cognoſcere incœperit. l. prima, huius tituli.

De plus petitionibus.

¶ Hic Imperator agit de pœna qua adficiendi ſunt hi, qui plus cauſa, re, loco, tempore petant.

De dilationibus.

¶ In hoc titulo Imperator uerba facit de Dilationibus iudiciarijs, quando hæ, quibus, quoties, quàm magnæ, & quo pacto, & quas ob res, impertiendæ ſint.

De Ferijs.

¶ Hic titulus uarias Ferias recenſet: Ferias ſolennes, repentinas, meßis: & illis Iuſtitiam ſilere debere, niſi Reipub. neceßitas aliter ſuadeat, oſtendit. Porrò, in Ferijs maximè ſolennibus, à litibus acquieſcendum eſſe, & Iudicia ſilere debere, etiam Poeta Faſtorum primo, commonſtrat.

Nec tamen ignores uariorum Iura dierum,
Non habet officium Lucifer omnis idem:
Proſpera lux oritur, linguis, animisq; fauete,
Nunc dicenda bono ſunt bona uerba die:
Lite uacent aures, inſanaq; protinus abſint
Iurgia, differ opus liuida turba tuum.

Et quando hæc tyronibus Iuris Ciuilis, non ueteranis ſcribimus, obiter explicare in animo eſt, quales ſint Iſauri, quorum in.l. prouinciarum, eodem tit. fit mentio. In Strabonis lib.12. reperio, Iſauros, Lycaonibus, Pamphilijs, & Gallogræcis finitimos, latrocinijs inſignes fuiſſe: hinc opinor, Imperatores, Honorius & Theodoſ. in.l. illa præcepiſſe, ut nec uenerabiliū Feriarum Paſchatis habita ratione, in Iſauros quæſtiones exerceantur.

De Iuriſdictione omnium Iudicum, & de foro competenti.

¶ De Iuriſdict. id eſt, poteſtate, quæ congruit omnibus Iudicib. & de Foro competenti, id eſt, de loco ubi quis uadimonium obire, & ſiſtere ſe Iudicio debeat. Nam actori forum rei, & non reo Forum actoris ſequendum eſſe dicitur: hoc eſt, æquum eſſe, ut accuſator ibi potius reum accuſet, ubi reus conueniri poßit, quàm coram Iudice, de cuius foro accuſator ſit.

Quando Imperator inter pupillos & uiduas, uel miſerabiles perſonas cognoſcat, & ut inuiti ne exhibeantur.

¶ Quamuis in Iure Ciuili hoc decantatißimū eſt, ne quis Iudicem ordinarium recuſet, ut eſt etiam memoriæ proditum in.c. ſi quis contra clericum. de Foro compe. & in.c. cum ſpeciali, de Appellat. in hoc tamen titulo pupillis & uiduis, cum alijs perſonis miſerabilibus, copia fit, ut ſi quādo alicuius potentis aduerſarij potentiam perhorreſcant, poßint à Principe poſtulare, quo cauſa eorum à Principe tantum cognoſcatur, nec illis inuitis ab alio Iudice diſceptetur.

Vbi de criminibus agi oportet.

¶ Cauſa Criminalis tractatur, uel in loco quo crimen commiſſum eſt, uel cauſa cœpta eſt agi, uel ubi is qui crimen deſignauit, domicilium obtinet.

Vbi de poſſeſsione agi oportet.

¶ Vbi quis de ſua Poſſeßione deturbatus eſt, ibi agere aduerſus deturbatorem debet.

Vbi Fideicommiſſum peti oportet.

¶ Quid Fideicōmiſſum ſit, docet Imperator in.§.ſ. Inſtit. de Fideicommiſſ. hæred. In hoc titulo Codicis diſſeritur, Fideicommiſſum petendum coram Iudice loci illius, ubi hæreditas relicta eſt, infrà eod.l. unica.

Vbi conueniatur, qui certo loco dare promiſit.

¶ Qui certo loco ſe alicui ſatis facturum recepit, ſi non recepto ſteterit, arbitraria actione, & alio loco in Ius uocari poterit. Porrò, Arbitraria actio dicitur, ut id παχυφῶς explicem, quando ſolus iudex ex ſuo arbitrio damnum æſtimet utriuſque, ſi alibi ſoluatur. Inſtit. de Actionibus. §. præterea.

Vbi in rem actio exerceri debeat.

¶ *Ibi actio in rem (id eſt, rei uendicatio) intendenda eſt, ubi res quæ uendicatur, ſita eſt. Hoc uult tit. ille.*

Vbi de hæreditate agitur, uel ubi hæredes ſcripti in poſſeſsionem mitti poſtulare debent.

¶ *Non alio loco de hæreditate agendum eſt, quàm quo hæreditas ſita eſt: id eſt, coram iudice huius loci, in quo hæreditas repoſita exiſtit. Ad hoc ſcriptus hæres, autoritate, & Iure iudicis illius in poſſeßionem mittatur, ſub cuius Iuriſdictione res hæreditaria eſt. infrà eod. l. unica.*

Vbi de ratiocinijs tam publicis, quàm priuatis, agi oportet.

¶ *Non aliàs de negocio uel priuato, uel publico, ratio reddi debet, quàm ubi negocium geſtum eſt. infrà eod. per totum.*

Vbi cauſa Status agi debeat.

¶ *Vt in cæteris cauſis, ita et in cauſa ſtatus actor forum rei ſequatur, oportet: ut infrà eod. l. iij. & iiij. Sed hoc Iuuenem ſtudioſum latere nolo, quòd is qui eſt in libertatis poſſeßione, rei locũ obtineat. Alter uerò, qui eum ſeruum eſſe prædicat, actoris munere fungatur. Si quis plura requirat, ex Azone petat.*

Vbi quis de Curiali, uel Cohortali, aliáue conditione conueniatur.

¶ *Curia apud Romanos nõ ſolum is locus erat, in quem Senatores ut Reipub. conſulerent, cõueniebant, ſed & ubi Sacrorũ cura agebatur. Tum ſacerdotes in ſua quiſq; Curia, & ſacra facere, & ferias obſeruare ſolebant, ut Varro autor eſt. Noſtro ſeculo Curiã pontificis, iuxtà Cæſaris Curiam dicimus. Olim quælibet ciuitas, quodlibet municipium, ſuas Curias habebat, quæ (ut ego opinor) à decurijs Romanorũ ſumebantur. Iam in præſenti tit. agitur, de hominibus Curialis conditionis, id eſt, de his, qui Curiæ officijs obſtricti ſunt. Porrò, Cohortales mihi dici uidentur, qui in domeſtica militia alicuius cohortis eſſent, quibus nõ licuit ad aliam tranſire militiam ſine annotatione clementiæ principalis. Vbi uerò tam Curiales, quàm Cohortales homines conueniri poſſunt, hic titulus tractat.*

Vbi Senatores, uel Clariſsimi, ciuiliter, uel criminaliter conueniantur.

¶ *Recenſent Iuriſconſulti quatuor dignitatum ſpecies: adeò, ut quidã ſint Illuſtres, quidã ſuper illuſtres, & quidam ſpectabiles, quidã Clarißimi. Patricios & Senatores, ſuperilluſtres uocãt: cõſules, præfectos prætorio, Illuſtres: Præfectum urbis, Prætorem, Proconſulem, ſpectabiles: Præſidem prouinciæ, Clarißimum. Hæc propterea retuli, ut intelligeret Iuuentus, quidnam Imperator uelit cum uoce, Vel Clarißimi. Porrò ubi tam Senatores, quàm Clarißimi, id eſt, prouinciarum Præſides, uel ciuiliter, uel criminaliter conueniri debeant, explicat liquidò lex ultima huius tituli.*

In quibus cauſis militantes fori præſcriptione uti non poſſunt.

¶ *Omnes, qui militiæ nomen dederunt, cuiuſcunq; ſint dignitatis, ſuper publicis uel debitis, uel functionibus: niſi fortè commeatum, id eſt, ueniam abeundi in annum unum ad rem propriam componendam ſe accepiſſe oſtenderint, apud Præſides prouinciarum, & conueniuntur, & exiguntur: nec fori Præſcriptione uti poſſunt, id eſt, præiudicatione Iudicij cuiuſdam, corã quo ſolum, & non in alio in Ius uocari queant.*

Vbi cauſæ Fiſcales, uel diuinæ domus, hominumq; eius agantur.

¶ *Fiſcus aliquando ponitur pro ſacculo, in quo pecuniæ publicæ reponũtur: unde Fiſcum aliquãdo pro Ærario, maximè tamẽ Imperatoris accepimus: à quo Fiſcalis. Hinc in hoc titulo Imperator diſputat, quo loco cauſæ Fiſcales, id eſt, cauſæ Ærarij Cæſaris, uel diuinæ domus, hoc eſt, patrimonij Imperatoris, & hominum eius agitari debeant.*

Quando liceat unicuiq; ſine iudice ſe uindicare, & ob publicam ultionem reſiſtere.

¶ *In hoc titulo Imperator aliquot cauſas in quibus quilibet citra iudicis autoritatem ſe uindicare & ulciſci poßit, refert. in. l. j. & ij.*

De inofficioſo teſtamento.

¶ *Quãdo locus ſit querelæ de Inofficioſo teſtamento, & qui eam intentare poßint, hic titulus docet. Eſt uerò querela Inofficioſi teſtamenti, qua liberi, contra parentes agũt: ut qui eos uel ſine iuſta cauſa, uel iuſta, ſed non probata, exhæredarint. §. j. Inſtit. eod. tit. Dictum teſtamentum Inofficioſum, quòd non ex officio pietatis parentum factum ſit. §. j. Inſtit. eod.*

De inofficioſis Donationibus.

¶ *Inofficioſa donatio eſt, quæ nõ ex pietatis officio eſt facta, per quam uel liberi, uel parentes bonis ſibi debitis, aut ex propoſito donantis, aut re ipſa fraudantur. Porrò Imperator in hoc Titulo tractat, quando*

do, quibus perſonis, hæc querela congruat: dicit uerò eam querelam congruere, ſiue teſtator facto teſtamento, ſiue non facto teſtamento, mortem obeat, infrà eod. L. precibus. Tum aſſerit, iſtam querelam non ſecus atque querelam de Inofficioſo teſtamento, tam aſcendentibus, quàm deſcendentibus integram concedi, infrà eod. L. ſi filius.

De inofficioſis Dotibus.

¶ Vbi mater omnia bona in fraudem filiorum, uel pro ſe, uel pro filia in dotem exhauſerit, filij iuſta querela contra matrem in iudicio experiri poſſunt: ut infrà eod. L. unica.

De petitione Hæreditatis.

¶ In hoc Titulo Imperator agit, quo pacto actio petitionis Hæreditatis & intentari, & à quibus intentari debeat..

De Rei uendicatione.

¶ Rei uendicatio, eſt actio, quæ congruit alicui, uel ratione dominij, uel quaſi: uel ratione poſſeßionis, uel quaſi. Ita enim Iuriſconſ. loquuntur. Hæc actio, quomodo eſt inſtituenda, & à quibus, & contra quos, hoc in Titulo Imperator diſſerit.

De Vſufructu, & Habitatione, & miniſterio ſeruorum.

¶ Quid in hoc Titulo tradatur, etiam ex uerbis eius facilè colligi poteſt. Porrò, quid Vſufructus ſit, uide. §. j. Inſt. eod. quid item Habitatio ſit, uide. §. ſed ſi cui. Inſtit. de Vſu & hab.

De Seruitutibus, & Aqua ducenda.

¶ Seruitutes in Iure Ciuili dicuntur Iura prædiorum urbanorum & Ruſticorum. §. quædam. Inſtit. de Rebus corporal. & incorp. Cæterum, Aquæductus, eſt Ius aquæ ducendæ per fundum alienum. §. Ruſticorum. Inſtit. de Seruit. Ruſt. prædiorum. Imperator in hoc Titulo cōfuſè tradit, iam de Iure ruſticorum prædiorum, iam de Iure urbanorum: maximè tamen de ſeruitute, ſiue Iure Aquæductus, infrà eodem, in multis Legibus.

De Lege Aquilia.

¶ In hoc Titulo agitur, quando locus ſit actioni ex Lege Aquilia. Cæterùm, damni, iniuriæq; actio conſtituitur per Legem Aquiliam. §. j. Inſtit. eod. ueluti ſi quis aut ſeruum meum occidit, uel ſeruum meum uulneribus adfecit, hac Lege Aquilia, mihi domino tenetur. Porrò, Lex Aquilia dicitur ab Aquilio Tribuno plebis, qui eam tulit, de quo etiam ſcribit ſubindè Cicero, cùm aliàs, tum libro ſecundo de Natura Deorū.

Familiæ erciſcundæ.

¶ Familia, præter alia, hæreditatem, uel res hæreditatis ſignificat. L. pronunciatio. §. j. ff. de Verb. ſignif. At erciſcere, uerbum uetus eſt, & diuidere ſonat, unde & actio Familiæ erciſcundæ, id eſt, diuidundæ hæreditatis, quæ congruit hæredibus, quibus ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato obtingit hæreditas. L. Secunda. ff. eodem.

Communia diuidundo.

¶ Hæc actio locū habet inter alias, qui quid poſſident cōmune, uel (ut Iuriſconſulti dicere ſolent) pro indiuiſo. L. per hoc iudicium. ff. eodem. Nec refert, qua ex cauſa dominium fluat. L. ij. ff. eod. Nam, eſto, ex hæreditaria cauſa, dominium manet, tamen pro rebus etiam ſingularibus, communibus, & hæreditarijs, agendi communi diuidundo datur facultas. Porrò, hac actione hoc petitur, ut res pro indiuiſo habita, partiatur, & cuique ſua pars attribuatur.

Communia utriuſq; Iudicij, tam familiæ erciſcundæ, quàm communi diuidundo.

¶ Quid hic Titulus in ſe complectatur, ex uerbis eius nemo non facilè colligere poterit.

Finium regundorum.

¶ Fines regere, eſt diſtinguere, & (ut Cicero in Topicis inquit) fines agrorum magis ſunt, quàm urbis: inde eſt actio Finium regundorum, quæ producitur gratia ſeparandi fines in ruſticis prædijs.

De Conſortibus eiuſdem litis.

¶ Conſortes eiuſdem litis appellantur, quibus aliqua lis communis eſt: in quibus conſortibus litis, olim hoc conſtitutum erat, ut ſi unus ex eis conueniretur, exceptionem obijciendi copiam haberet, ne abſq; ſuo conſorte conueniretur. At hodie exploſa omni exceptionis ope, tam agere, quàm conueniri, nullus non ſociorum, quod ad ſe attinet, poteſt. Cæterum, uel pro ſocio, uel pro ſocijs, lite iam conteſtata, contra omnes, etiam abſq; mandato, ſi modò caueat de rato, agendi facultatem habet. l. j. & ij. eod. Tit.

De Noxalibus actionibus.

¶ Noxa pœnam aliquando ſignificat, unde noxæ tradere, eſt pœnæ tradere: inde Noxalis actio dicta eſt. Nam (ut Iuriſcōſultus inquit. l. j. ff. eod.) noxales actiones appellantur, quæ non ex contractu, ſed ex noxa, atq; maleficio ſeruorū aduerſus nos inſtituuntur: quarum actionum uis & poteſtas eſt, ut ſi damnati fuerimus, liceat nobis deditione corporis quod deliquit, euitare litis æſtimationem, dando ſcilicet corpus uiuum,

Ad Exhibendum.

¶ Exhibere, eſt facere in publico poteſtatem, ut ei qui agit experiundi ſit copia. L. ij. ff. eod. Inde actio ad Exhibendum eſt, quando ago, ut res aliqua in publicum exhibeatur, & promatur: ut ſi ego aſſero te ueſtem meam poſſidere: hac in ſpecie mihi integrum eſt, te cogere actione ad Exhibendum, quò tu ueſtem in publicum efferas, ut & ego, & alij eam contemplentur: ueſte uerò in publicum elata, mihi copia datur petendi ueſtem Rei uendicatione, & à Iudice contendere poſſum quò ueſtis dominium mihi adiudicetur, & tu qui ueſtem poſſides, eam reſtituere cogaris: id quod cum Inſtrumentis, & alijs rebus in Iudicio fieri poteſt.

De Religioſis, & Sumptibus funerum, & aleæ luſu, & aleatoribus.

¶ Hic Imperator agit primò omnium de Interdicto, de Mortuo inferendo. Nam locus religioſus eſt, in quo aliquis ſepultus eſt, etiamſi ſeruus exiſtat. L. ſecunda. ff. eodem. Deinde de actione Funeraria, quæ datur pro ſumptibus in funus alicuius factis. Poſtremò, de actione Repetendi rem, quam in ludo Aleæ amiſit. Porrò Alea dicitur omnis ludus, magna ex parte ex fortuna pendens. Vnde Martial. de Nucibus, inquit:

Alea parua nuces & non damnoſa uidetur,
Sæpè tamen pueris abſtulit illa nates.

Cæterum, propriè de teſſeris dicitur. Sunt autem Teſſeræ, quibus in fritillis, id eſt, alueolis luditur. Porrò, uoces quaſdam ludos ſignificantes, in conſtitutione Iuſtin. de Alea prohibita. §. Epiſcopis: à nemine alio (quod ego ſciam) explicatas, explicat Alciatus libro Prætermiſſorum. j. fol. cap. lxxxiij.

LIBER IIII

De Rebus creditis, & Iureiurando.

IN hoc Titulo Imperator agit, quo pacto creditores & experiri aduerſus debitores, & æs alienum uendicare queant. Tum, quo modo deficiente alia probationum materia, ad Iuſiurandum, ueluti ad ſacram anchoram, ut Græci dicunt, confugiatur: deniq; de Iuramenti inter actorem & reum, ultrò citroq; relatione, &c.

Si Certum petatur.

¶ Certum in hoc Titulo Mutuum eſt, quod peti, id eſt, repeti dicitur, cum à debitore mutuum repetimus: pro quo nobis datur conditio, id eſt, repetitio certi, hoc eſt, mutui.

De Suffragio.

¶ Hic Imperator tractat de mercede, quæ ſuffragij nomine, id eſt, auxilij, quod quis in cauſa alicui præſtitit, petitur, quando, & quo Iure peti queat. l. unica, infrà eodem.

De prohibita Sequeſtratione pecuniæ.

¶ Sequeſter is dicitur, apud quem plures eam rem, de qua controuerſia eſt, deponunt. L. Sequeſter. ff. de Verb. ſignif. Inde Sequeſtratio, id eſt, ſepoſitio pecuniæ. Iam in hoc Titulo prohibetur, ne debitor ex quolibet contractu conuentus cogatur, ut faciat pecuniæ ſequeſtrationem. Oportet enim, inquit Imperator, debitorem primò conuinci, & ſic deinde abſolutionem pulſari. L. unica, infrà eodem.

De Conditione Indebiti.

¶ Hic Imperator agit, quando detur ei qui ſoluit alicui hoc quod non debet, actio conditionis Indebiti, & repetendi indebitum. Et fermè ſumma eſt, quòd qui errore ductus, id quod non debuit alicui ſoluit, condicere, & repetere poſſit: qui uerò ſciens, & prudens indebitum luit, ab hac actione excludatur. L. indebitū. infrà eod. Tit. Et in regula, Cuius per errorem. ff. de Regul. Iuris.

De Conditione ob cauſam datorum.

¶ Actio conditionis ob cauſam datorum eſt, quando quis cōdicit & repetit id quod alicui dedit ob cauſam honeſtam, & cauſa non euenit. Verbi gratia. Numeraui tibi centum florenos, ut filium meum ad humanitatem informares. At tu, id facere poſthabuiſti: proindè ergo illos centum aureos beneficio huius actionis tibi datos, condicere poſſum. L. prima, & ſecunda. ff. eod. Nec latere uolo Iuuenes, quatuor eſſe contractus innominatos, Do ut des, Do ut facias, Facio ut des, Facio ut facias, de quibus in. L. Iuriſgentium. §. j. ff. de Pactis, & in. L. Naturalis. ff. de Præſcriptionibus.

De conditione ob Turpem cauſam.

¶ Hæc conditio ſiue repetitio, locum obtinet, quando aliquid alicui impertitur ob cauſam turpem.

De conditione Furtiua.

¶ Hæc conditio & ſoli domino, & hæredi eius in furem iuxta eius hæredem datur. L. j. ff. eod. Et hac actione, rem tantum ſubtractam perſequimur, ſiue ea apud furem, ſiue apud alium ſit. Porrò, actione Furti, ut & interim hoc moneam, pœnam perſequimur.

De conditione ex Lege, ſine cauſa uel iniuſta cauſa.

¶ *Hæc conditio ex Lege, locum uendicat, quando ex noua Lege obligatio orta eſt, nec ulla lege cauetur, quánam actione quis experiri debeat. Verbi gratia, de mercede danda Aduocatis, qui operam alicui in cauſis præſtant, agitur conditione ex. L. j. C. de Suffrag. Sic & in Iure Canonico non raró ex hoc, uel alio Canone agimus.*

De Actionibus & Obligationibus.

¶ *In hoc Titulo diſſeritur primò omnium, quando Actio directa, quando utilis alicui detur. Vbi Iuuenes paucis admonuiſſe uolo, Directam actionem eſſe, quæ ex apertis Legum uerbis, iuxta uoluntatem Legum datur. Vtilem uerò Actionem dici, quæ ex interpretatione Legum promatur. Exempla harum actionum require in Inſtit. ſub Tit. de Legit. patronorum tutela. Deinde in hoc Titulo & de Obligationibus tractatur, nimirum, quomodo unus alij obligetur. Verbi gratia. Eum qui mutuetur, obligari mutuanti, non eum ad quem propter merces pecunia delata ſit. L. cum cui. infrà eodem.*

Vt Actiones ab Hærede, & contra hæredem incipiant.

¶ *Olim de eo, quod ſibi promiſſum erat ab obitu eius qui promiſerat, agendi copiam quis contra hæredes non habebat. Verbi gratia. Stipulatus ſum abs te, ut mihi florenos des decem: à morte, nec tu, nec hæredes, ut facerent ſatis, cogi poterant. §. poſt mortem. Inſtitut. de Inutil. ſtipulat. At nouo Iure, & ab hærede Actiones incipiũt, & hæredibus intendũtur. Proindé in ſpecie prædicta, hæres tuus, decem illos florenos, quos ut tu mihi dares ſtipulatus ſum, dare cogitur, infrà eod. L. unica.*

Ne Vxor pro Marito, uel Maritus pro uxore, mater pro filio conueniatur.

¶ *Quid ſibi hic Titulus uelit, uerba eius apertè monſtrant. Verum enim eſt, maritum pro uxore conueniri non poſſe, niſi uel pro ea repromiſerit, uel ei ſuffectus ſit: uero quoq; conſentaneum eſt, nec uxorem pro marito conueniri poſſe: adeò, ut ſi etiam pro eo quod quidem in rem ſuam cedat, interceßit, dica ei ſcribi non queat. L. prima. §. ult. ff. ad Velleian. & L. ij. inf. eod. Idem eſt in matre, & filio. quare uera eſt regula Iuris Ciuilis, Ex alterius contractu neminem obligari. L. penul. infrà eod. Secus uerò eſt de Iure Prætorio, quo aliquis ex contractu Inſtitoris magiſtri nauium, ſerui, filij, procuratoris conuenitur. C. de Peculio, per totum. & ff. & C. de Inſtit. & exercitor. act.*

Ne filius pro patre, uel pater pro filio emancipato, uel libertus pro patrono, uel ſeruus pro domino conueniatur.

¶ *Hic Tit. clarior eſt, quàm ut à me ullis uerbis illuſtrari debeat. Eſt uerò memorabile: filium pro patre conueniri non poſſe: niſi forſitan uel pro eo interceßit, uel ei ſurrogatus exiſtat. Et hoc locũ habet tam in filio emancipato, quàm adhuc ſub patria poteſtate degente. L. iij. §. non eo. ff. de Minorib.*

An ſeruus ex ſuo facto, poſt manumiſſionem teneatur.

¶ *In hoc Titulo Imperator hoc tractat, an ſeruus quondam, nunc manumiſſus, & liber, conueniri poſſit, ex eo quòd ſeruus geßit. Et ſolet ferè dici, quòd non eo nomine, quòd alius atq; olim erat, homo factus ſit. in L. qui res. §. aream. ff. de Solutionibus. Claudicat tamen in aliquot ſpeciebus & caſibus, quos Doctores hic referre ſolent.*

Quando Fiſcus, uel priuatus, debitoris ſui debitores exigere poſſit, uel debeat.

¶ *Imperator hic tractat, quando Fiſcus, id eſt, procurator rerum Imperialium, uel etiam priuatus, debitorem ſui debitoris exigere poßit. Exempli gratia. Fiſco eſt debitor Ariſtogiton: & Ariſtogitoni eſt quoq; debitor, Verres ſcilicet: iam in quæſtionem uenit, an Fiſco ſit copia exigere debitorem ſui debitoris, id eſt, Verrem. Vide de hac re in hoc Titulo.*

De Hæreditarijs actionibus.

¶ *Actiones Hæreditariæ uocantur, quæ ad hæredes, uel contra hæredes propagantur, & intentantur. Item, quæ ab hæredibus, uel contra hæredes initium ſumunt. L. hæreditarium actionum. ff. de Action. & obligation. De his Actionibus, uide hunc Titulum.*

Ex delictis defunctorum, inquantum hæredes conueniantur.

¶ *Summa Tituli eſt. Si lis cum defuncto delicti alicuius nomine conteſtata eſt, ij qui defuncto ſuccedunt, in hac ſpecie & tenentur & conueniuntur, & quidẽ in ſolidum. Sin lis cum defuncto conteſtata non eſt, hæredes eius non quidem in ſolidum, ſed inquantum ex re à defuncto ſurrepta acceperunt, obligantur: infrà eod. L. unica. & Inſtit. de Perp. & temp. actio. §. non omnis. Secus eſt de Iure Canonico, quo hæredes defuncti, non habito ullius reſpectu delicti à defuncto commißi ſatis facere coguntur: ut eſt in cap. fin. extrà de Sepulturis.*

De Con-

De Conſtituta pecunia.

¶ *Conſtituere pecuniam, eſt id quod alter debet, ſe ſoluturum alicui recipere. Exempli gratia. Si recipio, me tibi Petro illos ſcilicet centum aureos, quos Ioannes debet, reluiturũ eſſe: iam conſtituo pecuniã. Cæterum, illa Actio datur in quoſcunq;, qui uel pro ſe, uel pro alio ſe ſoluturos conſtituerunt: ita tamen, ne ulla ſtipulatio admiſceatur: qua admixta, is, qui ſtipulanti promiſerit, Iure Ciuili tenetur. §. pecunia conſtituta. Inſtit. de Actionibus.*

De Probationibus.

¶ *Quomodo & actor & reus, ea quæ proponit, probare debeat. Et, ut dominia rerum, ut crimina capitalia probabilia reddi poßint, in hoc Titul. aliquot Legibus traditur.*

De Teſtibus.

¶ *Hic Imp. agit, à quibus teſtes produci debeant, & qui nam produci teſtes poßint, & quánam ratione teſtibus utendum ſit, & quæ à teſtibus productis obſeruari debeant: quod illorum ſit munus, quid teſtimonia in Iudicijs producta ualeant, & ſi quæ alia ſunt.*

De fide Inſtrumentorum, & amiſsione eorum, & de apochis, & antipochis faciendis, & de his quæ ſine ſcriptura fieri poſſunt.

¶ *Quantum fidei Inſtrumentis, id eſt, publicis ſcripturis, adhibendum ſit, & an eorũ amißio, alicui officiat, diſſeritur. Tum de Apochis, quas creditor debitori reddit: & Antipochis, quas debitor creditori conſcribit, agitur. Sed agite, ut Iuuenes uocabula hæc Græca intelligant. Nolo eos latere, Apocham Chirographum ſignificare, & confeßionem, quam debitor, qui fidem ſuam de receptis exoluit, à creditore accipit. Et Antipocham ſignificare, quam debitor creditori, facit in præſtationibus annuis oppidò neceſſariã, propter præſcriptionem, ut in. L. plures. infrà eod. & in Gloſſa. L. eiuſdem. Deniq; in hoc Titulo diſſeritur de ijs, quæ ſine ſcriptura fieri poßint. Et ſanè regulariter nullus non contractus citra ſcripturam fieri poteſt. L. pactum quod bona fide. C. de Pactis. Hic excipiuntur ſpecies, quæ ſine ſcriptura conſtitui nõ queant. de quibus extat Gloſſa in cap. primo, extrà de Cenſibus, libro Sexto.*

Plus ualet quod agitur, quàm quod ſimulate concipitur.

¶ *Summa Tit. eſt, plus ualere, & in contractibus, & alijs rebus ueritatem, quàm ſimulationem. Exempli gratia. Si Petrum aliqua re donaui, & deinde in ſcripturam relatum eſt, me etiam rem ei uendidiſſe: uenditio, ut quæ ſimulata eſt, nullius momenti exiſtit. Donatio enim palmam obtinet. Exempla alia in Legibus huius Tituli comperies.*

De Commodato.

¶ *Commodatum eſt, alicuius rei, quæ in uſum certum uertitur, gratuita facta conceßio: inde Commodatarius, cui aliqua res commodato datur. Diſcrepat autem Commodatum, à Mutuo. Nam in Cõmodato eandem ſpeciem quam accepimus, reddimus. In Mutuo uerò, non eandem ſpeciem recipimus. in. L. mutuum. ff. de Reb. credit. In hoc ergo Titulo, inter cætera agitur, de quo damno rei commodatæ illato, commodatarius teneatur: & quòd creditor prætextu debiti, rem ſibi commodatam apud ſe retinere non queat. uide. L. fin. eod. Titulo.*

De Pignoraticia Actione.

¶ *Actio Pignoraticia locum ſibi uendicat, ubi creditor pecuniam pro re oppignerata datam à debitore recepit. Verbi gratia. Petrus mutuauit Ioanni uiginti aureos, pro quibus Ioannes Petro ueſtem quandam pignori dedit, ubi uiginti aurei Petro redditi ſunt: ipſe Ioanni ueſtem reſtituere cogitur, & tenetur ei Pignoraticia actione. Inſtitut. Quib. mod. re contrah. obligatio. §. creditor. Porrò, in præſenti Titulo diſſeritur tam de directa Actione, quàm contraria Pignoraticia. Directa quidem habet locum, ubi uel totum æs alienũ diſſolutum eſt, uel alio modo creditori ſatisfactum. L. ſi rem. §. omnis. ff. eod. Datur hæc Actio & ei, qui pignus, aut ſuum, aut alienum obligauit, & hoc Domino uel uolente, uel ratum habente. L. aliena res. ff. eod. Quamuis non deſunt qui aſtruant, quòd etiam ſi res aliena, inuito Domino, nomine tamen meo obligetur, huic actioni locum eſſe. L. ſi rem. §. ſi is quoq;. ff. eod. Cæterum, Pignoraticia contraria datur creditori, contra debitorem iuxta hæredem eius, idq; mulctæ loco. Si enim creditori quoquo modo fucus factus ſit à debitore, contraria Pignoraticia creditori conceditur. L. tutor. ff. eod.*

De Inſtitoria, & Exercitoria Actione.

¶ *Inſtitoria actio locum habet, quando quis aut tabernæ, aut alij negociationi ſeruum præponens, quicquid cum eo ſeruo eius rei gratia, cui præfectus eſt, contraxerit, in ea ſpecie Dominus ſerui inſtitoris tenetur. l. j. ff. eo. Porrò, Inſtitor appellatus eſt ex eo, quòd negocio gerẽdo inſtet: nec multũ facit, tabernæ ſit præpoſitus, an cuilibet alij negociationi. l. Inſtitor. ff. eod. Porrò, exercitoria actio locum habet, quum quis ſeruum ſuum magiſtrum nauis præfecit: quicquid cum eo ſeruo eius rei, ſcilicet cui præfectus eſt, cõtractũ fuerit, ea ſpecie dominus ſerui Exercitoria obſtringitur.*

At uero

At uerò Exercitorem dicimus eum, ad quem obuentionis & redditus omnes proueniunt, ſiue is Dominus nauis ſit, ſiue à Domino nauem conduxit. L. j. §. Exercitorem. ff. eod.

Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, geſtum eſſe negocium dicitur, uel de peculio ſiue quod iuſſu, aut de In rem uerſo.

¶ *Hic Imperator agit de ea re, quæ cũ eo, qui alienæ poteſtati obnoxius eſt, geritur: nimirum, cum ſeruo, cum filiofamiliás. Et ea ſpecie congruit, uel actio. Quod iuſſu, aut act. Inſtitoria, aut Exercitoria (de quibus in Titulo præcedenti dictum eſt) aut actio de Peculio, aut de In rem uerſo.*

Peculium propriè ſignificat rem, quæ non in numerata pecunia conſiſtit, ſed uel in ſolo, uel pecoribus, uel in ſupellectile, noſtro labore & induſtria parta, & à nobis lucrifacta. Aliquando pro paruo patrimonio, ut Vlpian. ſcribit, ponitur: inde eſt actio de Peculio, quæ datur contrahentibus cum ſeruo, filiofamilias, & uel patre, uel Domino nolente, uel etiam matre. L. ſi quis. §. ult. ff. de Peculio. Datur & hæc actio Quaſi contrahentibus cum ſeruo: ut ſi quis uel eius negocia gerat, uel ipſe alterius negocia gerat. L. ſi pupilli. §. ſed ſi ego. ff. de Nego. geſt. Cæterum, actio In rem uerſo dicitur, ſi quis noſtræ poteſtati ſubditus, contraxit: & res illa, ſi in rem noſtram eſt uerſa, in nos, primò omnium experiundi copia datur. Verbi gratia: Filiuſfamilias uiginti aureos mutuo accepit, qui in rem patris uerſi ſunt: pater pro illis uiginti aureis conueniri poteſt. §. in rem autem uerſo. Inſtit. Quòd cum eo qui in alie. poteſtate eſt, &c.

Per quas perſonas nobis acquiritur.

¶ *Hic Imperator differit, per quas perſonas nobis dominium, uſus, uſusfructus, poſſeßio rei acquiratur.*

Ad Senatuſconſultum Macedonianum.

¶ *Hoc Senatuſconſultum interdicit, ne quis filiofamilias pecuniam det mutuo. L. j. ff. eodem.*

Ad Senatuſconſultum Velleianum.

¶ *Hoc Senatuſconſultum mulierum imbecillitati conſulit: conſtituens, quòd mulier alienam obligationem, uel ſuſcipiens, uel participans, mandando, iubendo, in ſe rapiendo, non obſtringatur. L. j. & iiij. infrà eod. Sunt tamen aliquot caſus, in quibus hoc Senatuſconſultum loci habet nihil. uide Gloß. in uerſ. ceſſante. in. L. fin. infrà eodem.*

De non numerata pecunia.

¶ *Hic Imperator tractat, quid Iuris ſit, cum exceptione non numeratæ pecuniæ. Si quis enim debere ſe ſcripſerit, quod ſibi numeratum non eſt, de pecunia nõ numerata intra biennium exceptionem opponere poteſt. §. j. Inſtit. de Literarum oblig. Nec latere uolo Iuuenem ſtudioſum, pecuniam in præſenti Titulo, pro quauis re ſumi, quam quis, uel non numerauit, uel ſoluit. L. pecuniæ uerbum. ff. de Verb. ſignific.*

De Compenſationibus.

¶ *Compenſatio, eſt debiti, & crediti inter ſe contributio. L. prima. ff. eod. Verbi gratia. Petrus debet mihi decem, & ego ei quinq; aureos. Si ego decem aureos à Petro peto, quinq;, quos ei debeo, compenſare cogor, & ſic potero alios quinq; aureos exigere. Hoc nomine autem Compenſatio inuecta eſt: quia noſtra intereſt potius non ſoluere, quàm ſolutum repetere. L. iij. ff. eodem.*

De Vſuris.

¶ *Vſurarum nomine, intellige quicquid præter ſortem alicui datur. Iam in hoc Titulo agitur, quomodo uſuræ debeantur, quomodo exigi poßint, & in quibus contractibus exigantur.*

De Nautico fœnore.

¶ *Id eſt, de fœnore, quod impenditur in pecuniam nauticam. Pecunia Nautica eſt, quæ periculo creditoris in nauem recepta, traijcienda committitur. Porrò, periculum huius pecuniæ traiectitiæ (ſic enim dicit Imperator in. L. prima huius Tit.) ad creditorem pertinet, in. L. prima, & in. L. Nautica. ff. eod. Et pertinet quidem periculum huius pecuniæ ad creditorem, quoad debitor in locum quò contendit, peruenerit. Et niſi forſitan iactura huius pecuniæ debitori imputari queat: ut qui locum nauigij non ſeruarit, nec licitas merces in nauem depoſuit. L. iij. huius Tit.*

Depoſiti, uel contrà.

¶ *Depoſitum eſt, quod cuſtodiendi gratia alicui traditur: contrahitur uerò re, obligatio in depoſito. Inſt. Quibus mod. re contra. obli. §. Præterea. Et inde actio Depoſiti, quæ datur contra depoſitarium, id eſt, eum apud quem res eſt depoſita, ut rem reſtituat, in d. §. Præterea. Et in hac actione dolus tamen punitur, iuxta lata culpa, quæ dolo æquiparatur. L. quod Nerua. ff. Depoſiti. §. fin. ff. eod. tit. Porrò, Titulus habet, Vel contrà: quod de actione depoſiti contraria intellige, quæ competit depoſitario ſimul & hæredi eius, in eum qui depoſuit, nomine impendiorum in rem depoſitam factorum.*

Mandati, uel contrà.

¶ *Mandatum hic dicitur munus, quo quis gratuitò quid amici nomine faciundũ ſibi ſumit. Inde actiones, quæ*

quæ partim Directa,uel Contraria. Directa congruit,quando intereſt eius qui mandauit. Si ſua nihil intereſt,hæc actio locum non habet. Verbi gratia. Mandaui Petro, ut domū mihi emeret:ſi mea intererat, ut domus emeretur, Petrus mandati mihi obſtringitur. At ſi eam ipſam domum ego emi, & ſic nihil intererat,hæc actio ſopitur. Contraria actio ei,qui mandato facit ſatis,congruit:ut ſi Petrus meo mandato mihi domum emit,mecum mandati agere poteſt,ut ſi nondum pecuniam uenditori numerarim, ei numerare cogar,&c.

Si ſeruus extero ſe emi mandauerit.

¶ In hoc Titulo Imperator agit,an ſeruus meus data Petro pecunia , & facta ſtipulatione de manumiſſione ab emptione,rogat Petrum, ut eum à me domino emat:an huius generis contractus aliquid momenti habeat,& an ego ſerui Dominus, illum in ſeruitutem poſtliminio retrahere poſsim : quòd ſecum ipſius peculio,à ſeruitute uindicare conatus ſit. Vide L. unicam huius Tituli.

Pro Socio.

¶ Societas,eſt uel duorum , uel plurium cōuentio, contracta ob commodiorem & uſum, & quæſtum: ut Inſtit. de Societate. Inde actio pro Socio , quæ datur Socio pro Socio. Porrò, Imperator in hoc Tit. agit, quando robur obtineat Societas,quàmdiu duret,quomodo contrahatur,&c.

De contrahenda Emptione, & uenditione.

¶ Hic Imperator agit,quando contractus emptionis & uenditionis contrahatur: & aſſerit, conſenſu perfici,ſi modò de precio , & quidem certo inter emptorem & uenditorem conuentum ſit. §. j. Inſtit. de Emptione & uendit.

De Hæreditate , uel actione uendita.

¶ Summa huius Tituli eſt,quid Iuris ſit in hæreditate uendita. Exempli gratia . Vendo Ioanni actionē meam,quæ mihi congruit in Petrum . Et ut paucis dicam, Vendere Actionem,eſt quod aliàs in. L.nominis, infrà eod. uendere nomen dicitur . Et in hac actione hoc obſeruandum eſt , uenditionem actionis etiam ignorante,uel etiam eo inuito fieri poſſe. L. nominis uenditio. eod. Titulo.

Quæ res uendi non poſſunt,& qui uendere,& mercari uetantur.

¶ Hic Titulus in. L. facilè,ſeipſum liquidò illuſtrabit. Hoc unum ſtudioſum Iuuenem admonere uolo , in L. prima huius Tituli , eſſe quaſdam uoces, quæ in exemplaribus fermè corruptè legantur. Sunt uerò Emblata, Oxyblata. Tu lege ἐμβάπτα, hoc eſt, ueſtes intinctas purpura,uel alio colore:lege Oxyblapta , uel, ut Alciatus legendum putat , Oxoblapta , ſiquidem Suidas ſcribit ὄξος,tincturam fuiſſe , qua Phœnices ueſtimenta tinxerunt.

Quæ res exportari non debeant.

¶ Hic Titulus quoq; clarior eſt, quàm ut ulla uerborum luce indigeat.

De Patribus, qui filios ſuos diſtraxerunt.

¶ Non licere patri filium ſuum, aut uendere, aut oppignerare,ſub capitis pœna:niſi extrema,& fame, & inopia rei familiaris facere urgeatur, in. L. j. & ſecunda,eod. Tit.

De Reſcindenda uenditione.

¶ In hoc Titulo agit,quo pacto uenditio inita reſcindatur. Reſcinditur uerò,ſi dolo Emptor egerit, beneficio actionis,de Dolo. & hoc,ſi dolus cauſam contractui dederit,in. L. eleganter. ff. de Dolo. & infrà L. ſi Dolo. eod. Tit.

Quando liceat ab emptione diſcedere.

¶ Titulus hic apertus ſatis eſt. Obſerua tamen, quòd re integra , contractus Emptionis & uenditionis utriuſq; partis conſenſu rumpatur. L. j. eod. Tit.

Si propter publicas penſitationes, uenditio fuerit celebrata.

¶ Quomodo ob tributa non ſoluta, uel alias res Reipub. debitas non præſtitas,uenditio & fiat,& reſcindatur,hic Tit. aperit.

Sine cenſu,& reliquis fundum comparari non poſſe.

¶ Imperator in hoc Titulo interdicit,ne quis fundum emat tali conditione,ne aut integrum cenſum præſtet,ubi tempore iam exacto , ne teruncius quidem ſolutus ſit. Aut ſi quid diſſoluit , ne quod cenſus reſtat, præſtare cogatur,&c.

De Periculo & Commodo rei uenditæ.

¶ Summa huius Tituli eſt,quando uel periculum, uel commodum rei uenditæ,aut ad emptorem,aut uenditorem pertineat. Et hoc ferè dici ſolet, quòd uenditione omnibus numeris abſoluta, omne commodum iuxta damnum rei uenditæ,ad emptorem redundat. L. prima. infrà eodem.

De Actio-

De Actionibus Empti, & Venditi.

¶ *Hoc eſt, de Actionibus, quæ congruunt & ex empto, & uendito: ſiquidē emptori, ut res tradatur, actio Empti datur: uenditori, ut precium accipiat, congruit actio ex Vendito. Vide hic in multis Legibus.*

Si quis alteri, uel ſibi ſub alterius nomine, uel aliena pecunia, emerit.

¶ *In hoc titulo pulchra tradūtur de illis ſpeciebus & caſibus, quibus aut aliquis, ut procurator emit ſibi rem aliquam alterius nomine, aut aliena quidem pecunia rem emit, ſed nomine ſuo. Vide totum Titulum.*

De rebus alienis non alienandis, & prohibita rerū alienatione, uel hypotheca.

¶ *Nemini eſt copia alienādi rem alienā. Etenim nemo eius rei, quæ ſua non eſt, alterum dominum conſtituere poteſt. Nam nemo plus Iuris in alium transferre poteſt, quàm ipſe habet. l. traditio. ff. de Acquir. rerum domi. Sunt tamen ſpecies quædam, quib. ut maximè quis rerum dominus non ſit, eas tamen alienare poteſt. de quibus uide Inſtit. Quibus aliena. licet, uel non.*

De communium rerū alienatione.

¶ *Quando rerum alienarū alienatio uſurpari poſſit, hic Imperator agitat.*

Rem alienam gerentibus, non interdici rerum ſuarum alienatione.

¶ *Hic titulus apertior eſt, quàm ut ullis uerbis explicandus ſit.*

De Pactis inter Emptorē, & Venditorem compoſitis.

¶ *Ex hoc Tit. diſcitur, quo pacto emptor & uenditor in contractu pactum, è quo contractus Legem accipiat, inire poßint. Vt obiter Iuuenes illā regulam diſcant: Ex pacto contractus, legem accipere: ut in regula Contractus. ff. de Reg. Iuris.*

Si ſeruus exportandus uæneat.

¶ *In hoc tit. diſſeritur, quid Iuris ſit, ſi ſeruus exportandus, id eſt, qui certo in loco, certa in urbe commorari non poteſt, uæneat, id eſt, uenundetur.*

Si mancipium ita uæneat, ne proſtituatur.

¶ *Hic Imperator tractat, quid Iuris ſit, ſi mancipium, hoc eſt, ſerua uæneat, ne proſtituatur turpi quæſtui exercendo.*

Si mancipium ita fuerit alienatum, ut manumittatur, uel contrà.

¶ *Hic titulus, ſeipſum declarat.*

De ædilitijs actionibus.

¶ *Ædiles habebant quaſdā actiones in rebus quibuſdam. Inſtit. de Iure Nat. Gent. & Ciui. §. proponebant. de quibus hic titulus diſſerit. Porrò, qui Ædiles quondam fuerint, ex Feneſtella iuuenis ſtudioſus diſcere poterit.*

De monopolijs, & conuentu negociatorum illicito, uel artificio ergolaborū, necnon balneatorum prohibitis illicitis pactionibus.

¶ *Monopolium eſt, cum penes unum aliquem uendendi poteſtas exiſtit, ἀπὸ τοῦ μόνος καὶ πωλέομαι, id quod fit, cum unus ſolus aliquod genus mercaturæ uniuerſum emit, ut ſolus uendat, precium pro ſuo arbitrio ſtatuens. Cæterum, Monopolia in hoc titulo prohibentur. Prohibet etiam Imperator, ne ἐργολάβοι (id eſt, operarij, artifices) opera, quæ inchoarūt, alijs ne abſoluant, paciſcātur. Tum ne balneatores inter ſe pactum ineant, ne alia, quàm qua inter ſe cōuenerunt pecunia, balneis uti liceat. Breuiter, omnes illicitas pactiones hic tit. prohibet.*

De Nundinis, & mercationibus.

¶ *Summa tituli eſt, ne Nundinarū tempore, hi quibus nundinæ conceſſæ ſunt, aut negociatores conueniant, aut merces eorum ſequeſtrent, aut quoquo modo illis moleſti ſint. in. l. unica, eod. tit.*

De Vectigalibus, & commiſsis.

¶ *Pro quibus rebus uectigal non præſtetur, & pro quibus præſtetur, hic tit. oſtendit. Tum, quæ pœna ſit eius, qui in commiſſum cadat, hoc eſt, qui alicubi aliquid uehens, uectigal non ſoluit: pœna uerò eſt confiſcatio rerum, quæ uehuntur.*

Vectigalia noua inſtitui non poſſe.

¶ *Hic titulus ſatis apertus eſt.*

De commercijs & mercatoribus.

¶ *In hoc titulo Imperator praua quædam negociatorum, & mercatorum, quæ ſub Cæſare degunt, recenſet. Tum quædam, quæ omnibus mercatoribus obſeruanda ſint: cuiuſmodi exiſtunt, ne aut pro mancipijs, aut alijs rebus barbaris aurū impertiant. l. ij. eod. tit. Tum uult, ut negociationes in locis ſtatutis exerceantur. Ad hæc, nobiles, à negociationibus ſe abſtinere uult. l. nobiliores. eod. tit.*

De rerum permutatione, & de præſcriptis uerbis.

¶ *Contractus rerũ permutationis nonnullam actionem parit, niſi res quæ permutantur, interueniant: unde non tam ex rerũ interuentu, quàm pacto quod præcedit, agitur. Et quidem bifariàm, et cõditione ob cauſam, & præſcriptis uerbis. Porrò, Actio præſcriptis uerbis, locum ſibi uendicat in pactis, quæ in cõtinenti, (ut ita dicam) fiunt, in cuiuſcunq; generis cõtractu. l. ſecũda. C. de pactis inter empt. & uendit. Vendicat & hæc actio ſibi locum in tribus contractibus anonymis, do ut des, do ut facias, facio ut facias. l. natural. §. j. & ij. ff. de Præſcript. uer.*

De Locato, & conducto.

¶ *Quid in hoc titulo tradatur, ex uerbis eius nemo non (ut nullus moneam) aſſequetur.*

De Iure Emphyteutico.

¶ *Olim conducebant homines fundos, agros, & ſi quæ alia erãt loca ſoli, ea lege, ut meliora reddere uellent. Inde Emphyteuſis, id eſt, melioratio dicitur: & contractus emphyteuticus, id eſt, cõtractus res ſoli meliores reddendi: qui nõ niſi ſcriptura intercedente contrahitur. l. j. tum & domini, & emphyteutæ conſenſu. De hoc contractu, hic tit. diſerte diſputat.*

LIBER V

De ſponſalibus, & Arris ſponſalitijs, & Proxenetis.

SPonſalia dicuntur, mentio & repromiſſio futurarum nuptiarum. l. j. ff. de Sponſal. Arræ id genus munera dicuntur, quæ ſponſaliorum nomine dantur: unde ſponſalitiæ arræ, à Iuſtiniano uocantur. Proxeneta, proprie ſignificat eum, qui inter aliquos eſt conciliator, & medius: unde Arræ proxeneticæ, dicuntur dona, quæ ſponſam & ſponſum inter ſe conciliant & iungunt. Explicatis his uocibus, iam ad ſummam Tituli exponendam progrediamur. Imperator in hoc titulo agit, quòd in Sponſalib. diſtractis, utriq; liberum ſit nouum matrimoniũ contrahere, & quamdiu ſponſa ſponſum abſentem expectare debeat. Agit etiam, quid Iuris ſit, cum Arrís ſponſaliorum nomine datis, ſi prius uel ſponſa, uel ſponſus decedat, quàm nuptiæ ineantur. Deniq;, an uel tutor, uel curator, ſponſalia per patrem puellæ contracta, diſtrahere queat. Vide. ll. tituli.

Si Rector prouinciæ, uel ad eum pertinentes, ſponſalitias dederint arras.

¶ *Ad eum pertinere intelligũtur filij, nepotes, propinqui, cõſiliarij, domeſtici, quibus omnibus copia non eſt ineundi nuptias cum ea muliere, quæ uel de prouincia oriunda eſt, uel ibi commoratur. Sponſaliorum tamen contrahendorum illis facultas datur. l. ſi quis officium. ff. de Ritu nuptiarum. Porrò Ius Canonicum aliter hac de re ſtatuit: quòd ea in ſpecie ſequendum eſt.*

De donationibus ante nuptias, uel propter nuptias, & ſponſalitijs.

¶ *Hunc titulũ paucis explicat Imperator, in Inſt. de Donationibus. §. Eſt & aliud genus.*

De Inceſtis, & Inutilibus nuptijs.

¶ *Interpretes ita fermè ſecernunt Inceſtas nuptias, & Inutiles: quòd illæ ſint, quæ inter collaterales & adfines contrahantur, in. l. ſi adulterium. ff. de Adult. Hæ uerò, nempè Inutiles, quæ aduerſus Leges ineãtur. Iam in hoc tit. Imperator agit, quibus pœnis adficiendi ſint, qui uel Inceſtas, uel Inutiles nuptias cõtrahant.*

De interdicto matrimonio inter pupillam, & tutorem, ſeu curatorem, filioſq; eorum.

¶ *Hic Imperator non uult, ut uel tutor pupillam ducatur, uel curator adultam. Cæterum, Ius Canonicum aliter decernit.*

Si quacunq; præditus poteſtate, uel ad eum pertinentes, ad ſuppoſitarum iuriſditioni ſuæ aſpirare tentauerit nuptias.

¶ *In hoc titulo Imperator prohibet, ne Magiſtratus aliquis, uel maior, uel minor, prætextu poteſtatis, aut cum uirgine, aut cum uidua ſuæ Iuriſdictioni ſubdita, matrimoniũ ineat: id quod etiam de Iure Ciuili locum habet. Secus eſt de Iure Canonico, quod tales perſonas matrimonium contrahere non uetat. Contrahere igitur poſſunt, per cap. cum apud. de Sponſal.*

Si Nuptiæ ex Reſcripto petantur.

¶ *Quid Iuris ſit, ſi Nuptiæ, quæ alioqui non admittuntur, ex Reſcripto Imperatoris petãtur, ut ipſe, quæ ſua eſt autoritas, per Reſcriptum aliquas perſonas Legibus ſoluat.*

De ſecundis Nuptijs.

¶ *Quando mulier ad nuptias ſecundas ire, hoc eſt, ſecundùm nubere poſſit, hic ſtatuitur. Eſt uerò hæc ſumma, mulierem intra annum ab obitu mariti, ſecundùm nubere non debere: pœnam datura, ſi id fecerit. In qua ſpecie quoq; aliter Ius Canonicum ſtatuit, in c. ult. & penult. eod. titulo.*

Si ſe-

Si ſecundò Nupſerit mulier, cui maritus uſumfructum reliquit.

¶ *Similiter, cui maritus uſum fructum rerum ſuarum, mortem obiens reliquit, ſecundò nupſerit, uſus fructus damnum facit, & filijs prioris mariti ex eo die quo nupſit, reſtituere cogitur, ut in l. j. eod. licet Iure. Auten. quod in eod. tit. adſcriptũ eſt, ſecus ſtatutũ ſit.*

De dotis promiſsione, & nuda pollicitatione.

¶ *Promiſsio dotis partim fit per ſtipulationem, partim ſine ſtipulatione. Pollicitatio uerò, eſt ſolius efferentis promiſsio. l. iij. de Pollicit. Iam ſumma tituli eſt: quòd ſi Dos per ſtipulationem promiſſa ſit, et aliquid certi promiſſum, cõditione certi agendũ eſſe. Sin uerò incerti quid promiſsũ ſit, ex ſtipulatu agi. ut Inſtit. de Verbor. obligat. §. in pub. Porrò, ſi Dos nuda pollicitatione cõſtituta ſit, ex Iuris communis ſanctione nulla actio oritur. l. ſi tibi. C. Locati. & l. legem. C. de Pactis. At uerò alia eſt ratio in Dote ex priuilegio conceſſa. l. ad exactionem. eodem.*

De Iure dotium.

¶ *Varium eſt Dotium Ius. Nam aliquod habet reſpectum actionis, quæ olim locum ſibi uendicabat in re petenda Dote, de quo iure uide tit. C. de Rei uxor. actio. Eſt & Ius quoddam, quod ſtatuit, quibus cõgruat actio, & in quos: quibus non congruat actio, ad repetendã Dotem. de quo Iure lege Tit. in. ff. & C. Solut. matr. Deniq; eſt Ius, quod præſcribit rationem conſtituendi Dotem: quod ſtatuit, cuius uel damno, uel lucro conſtitutio Dotis fieri poſsit: & de hoc Iure in præſenti titulo pertractatur.*

De rei Vxoriæ actione, in exſtipulatione transfuſa, & de natura dotibus præſtita.

¶ *In hoc Titulo Imperator tractat de Iure, actione, qua Dotes petuntur, repetuntur. Et quia olim hac in re utebantur ueteres actione rei Vxoriæ, hæc abrogata eſt, & in locum eius ſuffecta actio ex Stipulatu. Porrò ſuſpicio eſt, mulierem nunquam non ſtipulatam eſſe Dotem ſibi reddi, quamuis ſtipulata non ſit: quæ ſuſpicio, uel præſumptio Legis eſſe fertur: agitur ergo hic de actione ex Stipulatu.*

De pactis & conuentis, tam ſuper dote, quàm donatione ante nuptias, & paraphernis.

¶ *In hoc titulo Imperator diſputat, quibus modis partes etiam ſupra Dote, & donatione ante nuptias: deniq; ſuper Paraphernis, id eſt, donis, præter Dotem, ab uxore marito datis, paciſci queant.*

De dote cauta, non numerata.

¶ *Quid Iuris ſit, ſi mulier marito caueat dotem, id eſt, promittat dotem, & tandem ei non numeret, hic diſſeritur.*

De donationibus inter uirum & uxorem, & à parentibus in liberos factis, & ratihabitione.

¶ *Maritus & coniunx, ſe mutuis donationibus ornare prohibentur: ne amor eorum torpeat. l. prima. ff. eo. Nec pater, filio aliquid donare per Ius poterit: quoniam unius perſonæ loco exiſtunt. l. fin. C. de Impub. & alijs ſubſtit. Excipiuntur tamen caſus, in quibus pater filium donationibus adficere poteſt. ut ſi quid ei in dotem det, ut ſi quid in donationem propter nuptias ei largiatur, &c.*

De Repudijs, & Diuortijs, & iudicio de moribus ſublato.

¶ *Diuortium propriè eſt, ſi uir & uxor ſeparentur. Repudiũ uerò, ſi ſponſus à ſponſo dirimatur: quanquàm hæc uocabula ferè confunduntur. Porrò, in hoc titulo Imperator recẽſet cauſas, propter quas maritus uxorem repudiare poſsit: in. l. cõſenſu. infrà eod. Cæterum, de Iure Canonico, ut obiter id moneam, ſolũ adulterium, matrimonium contractum dirimit. in. c. ex publico. de Conuerſat. coniugat. Ad hæc, nec maritus ob mores quoſdam agreſtes & inuerecundos, uxorem ſuã à ſe repudiare poteſt. Vxoris enim mores noueris, non oderis, & hoc uult tit. & iudicio de moribus ſublato.*

Soluto matrimonio, quemadmodum dos petatur.

¶ *In hoc titulo Imperator agit, quomodo Dos repetatur, matrimonio, aut diuortio, aut morte diremepto, & quibus actionibus, pro Dote data recuperanda, locus ſit, hic tractatur.*

Si dos conſtante matrimonio, ſoluta fuerit.

¶ *Si conſtante matrimonio, Dos legitima ex cauſa ſoluta per maritum fuit, Dotis datæ conditio non datur. Sin uerò nulla iuſta cauſa intercedente, Dos à marito ſoluta eſt, dos à marito repeti poteſt, etiam ſi uxor mortem obijt, in. l. unica. eod. tit.*

Ne Fideiuſſores, uel mandatores dotium dentur.

¶ *Mulieris non eſt, à uiro Dotis & conſeruandæ, & reſtituendæ gratia, cautionẽ exigere: ratio in promptu eſt, in. l. ij. infrà eo. ne generetur inter eos perfidia.*

Rerum amotarum.

¶ *Hæc actio inter maritum & uxorem locum ſibi uendicat. cuius loco alioqui eſt actio furti inter extraneos prodita. Neq; uerò maritus in uxorem hac actione*

eti poteſt, niſi res mariti dolo ab uxore amoueātur, & ſubtrahantur. l. contra. ff. eod. In hac actione, ſi ad ſummum res uenit, reſtituitur res quocunq; modo alienata. l. ſi concubina. §. non ſolum. ff. eodem.

Ne pro dote mulieris, bona quondam mariti addicantur, id eſt, in ſolutum dentur.

¶ *Quid hic titulus uelit, ex ſuis ipſius uerbis coniectatu eſt facilè.*

De Fundo dotali.

¶ *Quando Fundus dotalis, id eſt, dotis uice, ab uxore marito datus, alienari poßit, hic diſſeritur: qua de re uide & Inſtit. Quibus alienare licet, uel non. in. §. j.*

Diuortio facto, apud quem liberi morari, uel educari debeant.

¶ *Hic titulus clarus eſt.*

De alendis liberis à parentibus.

¶ *Ne hic titulus ulla interpretatione indiget.*

De Concubinis.

¶ *Marito non licere, concubinā habere, hic titulus tractat.*

De naturalibus liberis, & matribus eorum, ex quibus cauſis iuſti efficiantur.

¶ *Filij naturales dicuntur hi, qui ex concubinis naſcuntur. Iam in hoc titulo Imperator diſſerit, quantum huius generis liberis, uel inter uiuos, uel teſtamento relinqui poßit. Tum, quibus ex cauſis iuſti fiant, id eſt, natalibus reſtituantur, & in parentum poteſtatem redigantur.*

De teſtamentaria Tutela.

¶ *Hunc titulū exponit Imperator, in Inſt. eod. tit.*

De confirmando Tutore.

¶ *Summa tituli eſt, Tutorem per prætorem confirmari, & approbari poſſe.*

De Legitima tutlea.

¶ *Hic titulus quoq; in Inſtit. eod. tit. explicatur.*

Qui petant tutores, uel curatores.

¶ *Hic titulus clarior eſt, quàm ut ullam uerborum lucem deſideret. Hoc tamen nolo quem fugiat, adoleſcentes urgente extrema neceßitate, quod telum acerrimum eſt, curatorē ad litem petere poſſe. infrà eod. l. j.*

Vbi petantur tutores, uel curatores.

¶ *Pupillus eo loci, uel tutorem, uel curatorem petet, è quo aut ortus eſt, aut ubi patrimonium habet, aut commoratur. l. j. eod. tit.*

De tutoribus, uel curatoribus illuſtrium, uel clariſsimarum prouinciarum.

¶ *Cuius generis illuſtrium, uel clarißimarū, uel tutores, uel curatores eſſe debeant, hic tit. aperit.*

Qui dare Tutores uel Curatores, & qui dari poſſunt, uel non.

¶ *Hic titulus ſatis per ſe apertus eſt.*

Quando mulier tutelæ officio fungi poteſt.

¶ *Mulier regulariter tutoris munere fungi non poteſt: quādo id munus uirile eſt. l. j. infrà eo. Quod uerò conſentaneum eſt, niſi tutelam filiorum à Principe impetret. l. ult. ff. de tutel. Tum ſi iuret, & renunciet Senatuſconſulto Velleiano: iuxta omni legitimo præſidio, ac omnem ſuam facultatem in filiorum poteſtatem redigat. l. ult. eodem. Et hoc Iure Codicis decretū eſt. Porrò, Iure Autentico, mulier tutorib. tam legitimis, quàm datiuis præfertur. Vide Auten. Matr. & auiæ. in hoc titulo.*

In quibus caſibus tutorem, uel curatorem habenti, tutor uel curator dari poteſt.

¶ *Regulariter, tutor non poteſt dari habenti tutorem: quæ regula in aliquot caſibus hic in titulo enumeratis, claudicat.*

De adminiſtratione Tutorem, uel curatorum, & pecunia pupillari fœneranda, uel deponenda.

¶ *Nec Tutor, nec curator ſe adminiſtrationi muneris ſui ingerere poteſt, niſi rationarium confecerit. l. fin §. ult. C. de Arbit. tut. Tum & exigitur, ut uterq; eorū iuret, ſe fide, quàm poteſt optima, res adminiſtraturum eſſe. in. l. de creationib. C. de epiſcop. aud. Accedit his, quòd nec curator, nec tutor cū pecunia pupillari fœnerare poßit: ut in Auten. nouißimè. in eod. tit. poſitis. Excipiūtur duo caſus, in dicta Auten. relati.*

De periculo Tutorū, uel curatorū.

¶ *Omnia pericula, quæ rebus pupillorū, uel dolo, uel lata culpa, uel etiā leui cōmittūtur, in tutorū iuxta curatorum capita redundant. l. quicquid. C. de Arbit. tut. Exceptis duobus caſibus. Partim, ſi prædia minus idonea emerint: hac enim ſpecie latam culpam tutores tantùm præſtant. l. tutor qui reperto. § cōpetit. ff. de Adminiſtrat. tut. Partim, ſi quid fortuitò euenit, in tutoris caput non recidit. l. ſi res. infrà eod.*

Quando

Quando ex pacto tutoris uel curatoris, minores agere, uel conueniri poſſunt.

¶ *Finita tutela, Iure ipſo exigente, actiones quæ tutori intentandæ erant, pupillo intentantur. l. prima. infrà eodem. Niſi forſitan finita tutela, tutor facta nouatione, in ſe obligationis onus ſuſtulerit. l. poſt mortē. ff. eod. Tum niſi tutor doli iuxtà culpæ, obſtringi cœperit. Iulianus. §. ſi uenditor. ff. de Actio. empti.*

Si ex pluribus tutoribus, uel curatoribus omnes, uel unus agere pro minore, uel cōueniri poſsint.

¶ *Vbi plures tutela funguntur, etiam unus tantum & agit, & conuenit pupilli nomine. Niſi forſitan tutelæ adminiſtratio partita eſt. l. j. & ij. infrà eod.*

Ne tutor uel curator Vectigalia conducat.

¶ *Tutor uectigalia conducere non poteſt, hac gratia: quod omnia bona eius, qui conducit aliquid à Fiſco, fiſco ſunt obligata. l. prima. C. In quib. cauſ. pig. contrahatur. At cū antehac bona quæ tutor poſsidet, pupillo obligata exiſtant. l. officio. C. de Adminiſtrat. Tut. bona unius duobus obſtringerentur, & ſic tutor crimen Stellionatus incideret. l. tutor. §. contrariū. ff. de Pig. actio.*

De tutore, uel curatore, qui non ſatiſdedit.

¶ *Hunc titulum explicat Imperator in Inſtit. de Satiſdat. tut. uel curat.*

De ſuſpectis tutoribus, uel curatoribus.

¶ *Et hunc titulum, in Inſtit. expoſitum habes.*

De in litem dando tutore, uel curatore.

¶ *Tutor ad litem dari non poteſt, quando is non datur certæ rei, uel cauſæ. Inſtit. Qui dare tut. in teſtamen. poſſ. §. Certè. ſed hodiè receptum eſt, ut ſi minori cum tutore lis intercedat, curator conſtituatur, quamuis olim ad litem prætorius tutor eligebatur. Inſtit. de Autor. tut. & curat. §. fin.*

De eo, qui pro tutore uel curatore negocia geſsit.

¶ *In eum qui ignarus an ſit tutor, uel curator, ſe, & pro tutore, uel curatore geſſit, datur primo omniū actio Pro tutelæ, uti uocant: deinde actio Vtilis Negociorum geſtorum. Sin uterq; compertum habuit, ſe nec tutorem, nec curatorē eſſe, & tamen uterq; in munus ſe intruſit, in utrunq; actio Directa Negociorum geſtorum conceditur. l. iij. §. hac ratione. ff. de Negocijs geſtis.*

Si mater indemnitatem promiſerit.

¶ *Quid Iuris ſit, ſi tutor pupillo indemnitatem promittat, in hoc Titulo diſſeritur.*

Si tutor contra uoluntatem matris datus ſit.

¶ *Tutor contra uoluntatem matris datus, citra labem infamiæ ſubmouetur: niſi cauſa adſit, propter quā infamia ei inuri debeat. l. unica. infrà eod.*

Vt cauſæ poſt pubertatem adſit tutor.

¶ *Titulus eſt clarus.*

Vbi Pupilli educari debeant.

¶ *Pupilli apud matrem, niſi ſecundò nupſerit, educari debent: ſin uerò nupſerit, Iudex ubi Pupilli educandi ſint, decernet.*

De alimentis pupillo præſtandis.

¶ *Pro patrimonij uiribus, pupillo alimenta impertiantur. l. fin. infrà eod.*

Arbitrium tutelæ.

¶ *Id eſt, de arbitraria actione tutelæ, ut quæ in Iudicis arbitrio poſita eſt: & datur Pupillo pariter, & Hæredibus in eum, qui quondam tutor fuit iuxta hæredes eius pro reddenda ratione. l. penul. infrà eodem.*

De diuidenda tutela.

¶ *In hoc titulo diſſeritur, qua ratione poſt tutelam depoſitā, tutores teſtamentarij legitimi datiui, rationē reddere debeant. Etenim, non rarò plures tutores dantur, non rarò tutelam ipſi inter ſe partiuntur. Tum, an is qui ſoluendo eſt, pro ijs qui facere ſatis non poſſunt, obſtringatur.*

De in litem iurando.

¶ *In litem iurare, eſt ſuoipſius iuramento rei, quæ in lite, id eſt, in iudicio petitur, æſtimationē inire, & pro quanto ea carere nolit firmare: de hoc Iuramento præſens tit. diſputat.*

De Hæredibus tutorum, uel curatorum.

¶ *Hic diſſeritur, qua ratione & obſtringantur, & conueniantur hæredes parentum loco.*

Si Tutor, uel curator non geſsit.

¶ *Tutor etiam, propter res malè geſtas à ſuo contutore, quem non ſuſpectè detulit, obſtringitur.*

De Vſuris pupillaribus.

¶ *Quomodo uſuræ pupillares, id eſt, quæ ex pecunia pupillorũ accipiuntur, Iure exigantur, hic tit. diſſerit.*

De Fideiuſſoribus tutorum, uel curatorum.

¶ *Olim optio dabatur minoribus, an prius Fideiuſſores, quàm tutores conuenire uellent. Tum, an à fideiuſſoribus partem, & à tutoribus etiam partem exigere cuperent. l. j. ff. eod. titulo. At hodie receptum eſt, ut antè primarij debitores cõueniantur, quàm fideiuſſor. in Aut. de Fideiuſſ. §. j. collat. j.*

De autoritate præſtanda.

¶ *Hunc titulum Imperator exponit Inſtit. de Autor. tut. & curato.*

Quando tutores, uel curatores eſſe deſinant.

¶ *Et hunc titulum uide expoſitum in Inſtit. Quibus modis finitur tutela.*

De actore à tutore, ſeu curatore dando.

¶ *Quando tam tutor quàm curator actorem in cauſa pupilli conſtituere poſſit, in hoc titulo dicitur. uide & Inſtit. de Curator. §. fin.*

De excuſationibus Tutorũ, & curatorum, & temporibus eorum.

¶ *Hic titulus apertus eſt, & explicatur in Inſtit. eodem titulo.*

Si Tutor uel curator falſis allegationibus excuſatus ſit.

¶ *Falſa allegatio cauſæ, neminem nec à tutela, nec cura uindicat. §. ult. Inſtit. de Excuſat. tutorum.*

Si Tutor, uel curator Reipublicæ cauſa abfuerit.

¶ *Quamdiu uel tutor, uel curator Reipub. cauſa abeſt, tam à tutela, quàm à cura liber eſt. Cæterũ, dum quis uel curator, uel tutor reipub. cauſa abeſt, interim aliũ in ſuumipſius locũ ſurrogare debet. l. tutores. §. qui ſe. ff. de Adminiſtrat. tut. uel curat.*

De Excuſatione Veteranorum.

¶ *Veterani milites, qui honeſte ab Imperatore, poſt uiginti annorum ſtipendia exautorantur, à tutelis, præterquàm filiorum ueteranorum, uel cõmilitonum ſuorum, liberantur: nec pluribus tutelis, quàm una onerari poſſunt. l. j. eod. titulo.*

Qui numero liberorum ſe excuſant.

¶ *Hunc titulum Imperator in Inſtit. de Excuſat. tut. §. j. exponit.*

Qui morbo ſe excuſant.

¶ *Et hic titulus clarior eſt, quàm ut ullis uerbis illuſtrandus ſit.*

Qui ætate ſe excuſant.

¶ *Hic quoq; titulus apertus eſt.*

Qui numero tutelarum.

¶ *Vide Inſtit. de Excuſatio. tutor. §. item tria.*

De curatore Furioſi, uel Prodigi.

¶ *Hunc titulum quia apertus eſt, exponere nõ ſtat ſententia.*

De prædijs, & alijs rebus Minorũ, ſine decreto non alienandis.

¶ *Hic quoq; titulus clarus exiſtit.*

Quando decreto opus eſt.

¶ *In hoc titulo diſſeritur, quòd quando minor à Principe Ius alienandi res ſuas conſecutus eſt, decreto, id eſt, conſenſu Iudicis opus non eſſe, &c.*

Si quis ignorans rem minoris eſſe, ſine decreto comparauerit.

¶ *Quid Iuris ſit, ſi quis abſque decreto ignorans rem Minoris eſſe, ab extraneo emat, diſſeritur.*

Si maior factus, alienationem factam ſine decreto ratam habuerit.

¶ *Si uel pupillus, uel adultus maior factus, rem aliquam uenditam ratam habuerit, id eſt, comprobauerit, uenditio reſcindi non poteſt. Cæterum, ſi maior factus, ignorans ſibi ultra dimidium iuſti precij fucum factũ, uenditionem uel à tutore, uel curatore inuitã corroborauerit, uenditorẽ cõueniendi copia datur, ut uel reddita pecunia, poſſeſſionẽ unà cũ fructibus reſtituat, uel quod pecuniæ iuſtæ deeſt, ſarciat. infrà eod. l. prima.*

De Magiſtratibus conueniendis.

¶ *Hunc titulum interpretatur Imperator in Inſtit. § Sciendum autem. de Satiſdatione tutorum uel curatorum.*

LIB.

LIBER VI.

De Seruis fugitiuis, & Libertis, mancipijsq́, ciuitatum artificibus, & ad diuerſa opera deputatis, & ad rem priuatam, uel dominicam pertinentibus.

IN hoc Titulo Imperator docet, quid Iuris ſit cum Seruis priuatorum, Fiſci Imperatoris. Tum quid Iuris ſit cum Libertis ciuitatum, & artificum diuerſis operibus deſtinatorum, &c.

De Furtis, & Seruo corrupto.

¶ In hoc Titulo habes, quid Iuris ſit, ſi aut quis emat rem furto ſubtractam, aut rem furto ſurreptam poßideat. Tum agitur de Actione Serui corrupti, quæ domino, cuius ſeruus corruptus eſt, datur.

De Operis Libertorum.

¶ Quis Operas libertus patrono ſuo debeat, Imperator hic diſſerit. De operis libertorum elegantißimè diſputat unicum Iuriſconſultorum ornamentum, Vdalricus Zaſius, in. L. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de Condic. indebit.

De bonis Libertorum, & Iure patronatus.

¶ Hic Imperator tractat, patrono eſſe Ius ſuccedendi in bonis liberti. Tum de Iure Patronatus, quod in uarijs rebus uertitur: de quibus, ſi lubet, uide Gloſ. Inſt. de Succ. li. in. §. tũ uerò maiores, in uer. repleatur.

Si in Fraudem patroni, à Libertis alienatio facta.

¶ In hoc Titulo diſputatur, patronum poſſe libertum, qui per fraudem ei alienatus ſit, reuocare.

De obſequijs Patrono præſtandis.

¶ Id eſt, de honoris exhibitione, & reuerenti uerecundia, à liberto patrono manumißionis gratia præſtandis. L. liberto. ff. eod.

Libertis, & eorum Liberis.

¶ Hic Titulus ſuijpſius interpres eſt.

De Iure aureorum annulorum, & de natalibus reſtituendis.

¶ Ius aureorum annulorum donare apud antiquos erat: id fermè, quod equitem facere dicimus. Porrò Natalibus reſtitui, eſt in hoc Titulo, quando libertus patronatus obſeruatione liberatur. Iam de utroq; nimirum, tam de Iure aureorum annulorum, quàm natalium reſtitutione, in hoc Tit. diſſeritur.

Qui admitti ad bonorum Poſſeſſionem poſſunt, & intra quod tempus.

¶ Ad bonorum Poſſeßionem petendam admittitur liber, filiusfamilias, maior. xxv. annis. Et ſeruus bonorum poſſeßionem petere non poteſt, niſi Prætor de eius conditione certior factus eum admiſerit. Tum nec impubes per ſe, ſed per tutorem bonorum poſſeßionem petere poteſt. Porrò, liber intra anni unius ſpacium, agnati, & cognati intra centum dies utiles, bonorum poſſeßionem petere ualent.

Quando non petentium partes, petentibus accreſcunt.

¶ Si duobus eſt delata bonorum Poſſeßio, & alter eam uel repudiat, uel quia tempore excluſus eſt, eius pars alteri accreſcit. L. iij. §. ult. ff. de Bonorum poſſ.

De bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas.

¶ Bonorum poſſeßio ſecundum Tabulas, ſcriptis hæredibus defertur: quòd ſi illi deſunt, ſubſtituti uocentur: quòd ſi nec hi præſtò ſunt, eius ſubſtituti accerſantur. L. ſecunda. §. defertur. ff. eod.

De bonorũ poſſeſſione cõtra Tabulas, quàm Prætor liberis pollicetur.

¶ Hæc bonorum poſſeßio defertur liberis naturalibus, & legitimis, uel legitimis tantum, nimirum adoptiuis. Præcipuè huius bonorũ poſſeßionis participes fiunt emancipati, &c.

De bonorum poſſeſſione contra Tabulas liberti, quæ patronis, liberisq́ eorum datur.

¶ Bonorum poſſeßio patrono defertur ea lege, ſi hæreditas, uel ab uno ex hæredibus ſit adita. Alia ratio eſt, cum bonorum poſſeßione contra Tabulas, quæ liberis tantùm communicantur.

Vnde Liberi.

¶ Hæc bonorum poſſeßio, à Prætore inducta eſt: cum ut emancipati bonis paternis potiantur. §. emancipati. Inſtit. tum ut non emancipati bonis patris fruantur: idq; ex Iure ab inteſtato, hoc eſt, ex lege xij. Tabularum. §. j. Inſtit. de Hæredib. quæ ab inteſt. defer. Præterea hæc bonorum poſſeßio datur ijs, quibus datur bonorum poſſeßio contra Tabulas. L. prima. § rectè. ff. Si tabulæ teſta. null. ex.

Vnde legitimi, & unde cognati.

¶ Hac bonorum poſſeßione, tam agnati, quàm cognati ad bonorum poſſeßionem admittuntur.

De Succeſſorio edicto.

¶ Hoc edictum Succeſſorium, à Prætore inuentum eſt, ut ſi prior bonorum poſſeßionem uel repudiet, uel non petat, alter admittatur. L. j. infrà eod. Tit.

De Carboniano edicto.

¶ *Carbonianum edictum inuentum eſt, ut conſulatur impuberi, cui de ſtatu mouetur quæſtio. Nimirum, an filius huius, uel iſtius ſit: uel quando negatur, bona quæ petit, patris fuiſſe. Hoc certè edicto, impubes adipiſcitur poſſeßionem bonorum corporaliũ, quæ in hæreditate ſunt, nõ ſecus ac ſi ei nulla ſtatus cõtrouerſia mota eſſet.*

Vnde uir, & uxor.

¶ *Per hoc edictum Prætor, uirum ad bona uxoris, & uxorem ad bona uiri, ſi nullus hæres adſit, uocat, etiam Fiſco excluſo. in. l. unica. infrà eodem.*

De repudianda Bonorum Poſſeſſione.

¶ *Quomodo, & qui Bonorum poſſeßionem repudiare poßint, hic diſſeritur.*

De Collationibus.

¶ *Quomodo fiant bonorum collationes, id eſt, quomodo bona in medium conferantur, in hoc Titulo tractatur.*

De Teſtamento militis.

¶ *Hunc Tit. explicat Imperator in Inſtit. eod. tit.*

De Teſtamentis, & quemadmodum teſtamenta ordinentur.

¶ *Quid in hoc Titulo tradatur, ex eius uerbis facilè intelligi poteſt.*

De Hæredibus inſtituendis, & quæ perſonæ hæredes inſtitui non poſſunt.

¶ *Et hic Titulus ſatis apertus eſt.*

De Inſtitutionibus, & Subſtitutionibus, & reſtitutionibus ſub conditione factis.

¶ *In hoc Titulo tractatur, quomodo quis inſtituatur, & ſubſtituatur, & reſtituatur hæres. Quid autem ſit Inſtituere, quid Subſtituere, nemo non qui Latinæ linguæ mediocriter gnarus eſt, intelligat.*

De impuberũ, & alijs ſubſtitutionib⁹.

¶ *Subſtitutionum uaria ſunt genera. Quædam eſt Directa: quando nullo intercedente, aliquis hæreditatem eius qui deeſt, capit. Quædam eſt Obliqua: hæc eſt precaria, uel fideicommiſſaria: de qua in Inſtit. de Singulis reb. per fideicom. hære. §. directa. Tum Directorum, alia eſt Vulgaris, alia Pupillaris, alia Paradigmatica, ſiue Exemplaris, alia Compendioſa: de quibus in hoc Titulo tractatur.*

De neceſſarijs Seruis hæredibus inſtituendis, uel ſubſtituendis.

¶ *Quid hic Tit. ſibi uelit, uerba eius declarant, hoc modo. Dicam, neceſſariũ ſeruum hæredem ita appellari, quòd inſtitutus hæres ſiue nolit, ſiue uelit, ab obitu teſtatoris liber & hæres euadit. Inſtit. de Hæred. qual. & diff. §. j.*

De Liberis præteritis, & exhæredatis.

¶ *Hunc Titulum exponit Imperator in Inſtit. de Exhæredatione liberorum, id eſt, filiorum, nepotum, & aliorũ deſcendentiũ. In. L. liberorũ. ff. de Verb. ſig.*

De Poſthumis hæredibus Inſtituẽdis, uel exhæredandis, uel præteritis.

¶ *In hoc Tit. Imperator tractat, quomodo Poſthumi & hæredes inſtituendi, & exhæredandi ſint, & quid Iuris ſit, ſi prætereantur.*

De Iure deliberandi, & adeunda uel acquirenda hæreditate.

¶ *In hoc Titulo Imperator agit, quid Iuris in deliberando, an quis uel adeat, uel repudiet hæreditatem. Interpretes annotarunt, Hæreditatem adiri ab extraneo: acquiri à quocunq;, tam ſuo, quàm extraneo. An uerò id ratum ſit per omnia, uiderint ipſi. Porrò, ut obiter hoc moneam ex Feſto Pompeio, Creui, ſignificat Hæreditatem adij: à uerbo creſcere, & cernere. Inde uocabulum Cretio eſt, in. L. cretionum. eod. Tit. Vbi per Cretionem, intelliget Iuuenis Hæreditatis aditionem, in qua poſthac ſcrupuloſam ſolennitatem obſeruari Imperator non uult.*

De Repudianda, & abſtinenda hæreditate.

¶ *Hic Imperator diſſerit, quo pacto hæredes, hæreditatem uel repudiare poßint, uel ſe ab ea abſtinere. Interpretes (ſi quid modò πρὸς ἔπος, ut in prouerbio eſt, facit) hic annotarunt, extraneos propriè hæreditatem Repudiare, ſuos uerò ſe ab ea Abſtinere.*

Quemadmodum Teſtamenta aperiantur, aſpiciantur, & deſcribantur.

¶ *Quid hoc Titulo apertius eſſe poteſt?*

De Edicto diui Adriani tollendo, & quemadmodum ſcriptus hæres, in poſſeſſionem mittatur.

¶ *Diuus Adrianus Edicto quodã ſtatuit, ut ſi ſcriptus hæres ſe in poſſeßionem immitti poſtulauerit, non prius ei permitteretur, quàm Reip. uiceſima hæreditatis pars daretur: nec uerbis dici poteſt, quàm uariè hoc edictum interpretatum ſit. Cum uerò eius edicti prætextu pleriq; ſuis hæreditatibus priuarentur, Imperator hoc edictum abrogat: proinde hodie non habita ratione huius edicti, ſcripto hæredi rerum hæreditariarum ſit copia, ut in hoc Titulo copioſiſsimè traditur.*

Si quis aliquem teſtari prohibuerit, uel coegerit.

¶ *In hoc Titulo, Imperator refert duas cauſas, propter quas aliquis ab hæreditate defũcti, excludi queat. Prior eſt,*

Prior eſt,ſi quis prohibeat eum teſtari qui teſtari uolebat. Poſterior,ſi quis aliquem cogat ſecus teſtari atque uelit.

De his, quibus ut indignis Hæreditates auferuntur,& ad Senatuſconſultum Silleianum.

¶ Multæ ſunt cauſæ,propter quas aliquis hæreditate ſua ſpoliatur, quas Iuuenis in uniuerſum. ff.eod. Tit.& L.prima,de Iure Fiſci, legere poteſt. Cæterũ, quia Senatuſconſultum interdicebat,prius adiri Hæreditatem poſſe,ſi dominus à familia occiſus eſſet, quam quæſtio familiæ habeatur. L.ſi ea quæſtio.& l.cũ Silleianum.infrà eod. & ſic Senatuſconſultum hoc,cauſam unam, ob quam hæreditas alicui auferri poſſet, exprimit. Proindè, de eo Imperator in hoc quoq; Tit. diſputat.

De Codicillis.

¶ Codicillus,in Iure Ciuili, dicitur ultima uoluntas,non tanta ſolennitate quanta alioqui Teſtamenta regulariter fieri ſolent,facta.ut infrà eod.& ff.eod.

De Legatis.

¶ Hunc Titulum uide expoſitum in Inſt.eod. Tit.

De Verborũ, & rerum ſignificatione.

¶ In hoc Titulo diſſeritur, quid Fundus inſtructus ſignificet, quid ſimplici Cautionis uocabulo oſtendatur. Coniunctionem diſiunctiuam Aut, non rarò pro Et, copulatiua poni:deniq; ſignificatio uocabuli, Familia,explicatur.

Si omiſſa ſit cauſa Teſtamenti.

¶ Hoc Edictum, Si omiſſa &c. Locum ſibi uendicat,quando quis inſtitutus dolo malo,hoc eſt,ut circũueniret Legatarios, iuxta Fideicommiſſarios ab inteſtato adiuit,repudians hæreditatem ſibi ex teſtamento delatam. Præterea locũ habet, quando quis hæres inſtitutus,hæreditatem repudiauit ex teſtamento, ut alius ab inteſtato adeat. Deniq; locum habet, quando inſtitutus reijcit hæreditatem, ut ea ſubſtitutus potiatur. Porrò, hoc edicto ſubuenitur Legatarijs, Fideicommiſſarijs,Libertate donatis: breuiter, omnibus quibus ſi hæreditas ex Teſtamento adita eſſet, deberi potuit. L.antepenult.§.Inſtitutus. ff.eodem.

De indicta Viduitate,& Lege Iulia miſcella tollenda.

¶ De Lege Iulia Miſcella uide Auten. de Nupt.§. quæ uerò tunc. collat.iiij. At quid hodie Iuris ſit de Viduitate in legando indicta, de qua multa adeò ſtatuit Lex illa Iulia,in hoc Tit. tractatur.

De his,quæ pœnæ nomine in Teſtamento,uel codicillis relinquuntur.

¶ Olim,ſi quid pœnæ nomine, uel legebatur,uel adimebatur,uel etiam transferebatur:illud legatum,illa ademptio,illa translatio nihil roboris habebat:ut.L. prima.ff.eod. At hodie quicquid pœnæ, uel conditionis cauſa legatur,uel relinqui,uel adimi poteſt,quatenus conditio eſt honeſta,& potis eſt fieri. uide.L.unicam.infrà eodem.

De Fideicommiſſis.

¶ Hunc Titulum uide expoſitum in Inſtit. de Legat.§.j.& de Singul.rebus per fideicom.relictis.

Communia de Legatis, & Fideicõmiſſis,& de in rem miſſione tollenda.

¶ In hoc Titulo Imperator primò omnium tractat, quid Legatũ cum Fideicommiſſo commune habeat:deinde,de in rem tollenda miſſione. Siquidem olim Legatario non fiebat copia agendi,rei uendicatione pro re ſibi legata, niſi in poſſeſſionem mitteretur: hæc uerò in rem poſſeſſio,ab Imperatore tollitur. Porrò in. L. iij. huius Tituli, deſunt hæc Græca uerba, ἐν ὄγκῳ. quæ hic annotare ex Alciato(qui doctiſſimè libro Diſpunctionum.iiij. cap.xij. hanc.l. explicat)libuit.

De falſa cauſa adiecta Legato,uel Fideicommiſſo.

¶ Falſa cauſa adiecta,uel Legato,uel fideicõmiſſo, aliquando tam Legatum, quàm Fideicommiſſum uitiat:aliquando non uitiat.uide hunc Tit.

De his,quæ ſub modo Legati,uel Fideicommiſſi relinquuntur.

¶ In hoc Titulo diſſeritur,quid Iuris,ſi quid legetur alicui,aut ſub modo:ut lego tibi uiginti, ut literis bonis des operam. Aut ſub conditione, lego tibi triginta aureos,ſi te optimo præceptori informandum reddideris.

De conditionibus inſertis, tam in Legatis,quam in Fideicommiſſis,& libertatibus.

¶ Hic Titulus ex ſuis ipſius uerbis facilè intelligi poteſt.

De Vſuris,& fructibus Legatorum, ſeu Fideicommiſſorum.

¶ In hoc Titulo diſſeritur, quo pacto hæres non dans Legata, ad fructus ex Legatis acceptos obſtringatur. Tum dicitur & de uſuris, ſi Fideicommiſſum per hæredem non præſtetur.

Ad Senatuſconſultum Trebellianum, & de incertis perſonis.

¶ Hoc Senatuſconſultum proſpicit hæredi inſtituto,qui Fideicommiſſo obſtrictus eſt ad reddendã hæreditatem,uel ex aſſe,uel ex parte: & facit ei copiã detrahendi

trahendi quartam partē hæreditatis, quæ quarta pars, quarta Trebellianica uocatur.

Ad legem Falcidiam.

¶ *Beneficio huius Legis, inſtituto hæredi integrū eſt, de ipſis Legatis particularibus quartam partem detrahere. uide Inſtit. eodem Titulo.*

De Caducis tollendis.

¶ *Tribus modis Legatum fieri caducum, hoc eſt, inutile, hic diſſeritur.*

De his, qui ante apertas Tabulas Hæreditatem tranſmittunt.

¶ *Hic Imperator dicit, hæreditatem aſcendentium, etiam non aditam, per liberos inſtitutos, ante tabularū apertionem ad poſteros tranſmitti. inf. L. unica.*

Quando dies Legati, uel Fideicommiſſi cedit.

¶ *Cedere diem, eſt uenire diem qua res obligata eſt. in. L. cedere diem. ff. de Verbor. ſignific. Iam in hoc Titulo dicitur: iſto die quo hæres hæreditatem adit, diem Legati uenire: ſiquidem tunc rectè Legatum petitur. Id quod tamen uero conſentaneum eſt in Legato puro, aliter eſt in Legato ſub conditione.*

Vt in poſſeſſionem Legatorum, uel Fideicommiſſorum ſeruandorum gratia mittatur, & quando ſatiſdari debeat.

¶ *Quid ſibi hic Titulus uelit, nemo non, ſat ſcio, intelligit.*

De ſuis & legitimis Liberis, & ex filia nepotibus ab inteſtato uenientibus.

¶ *Ne hunc Titulum, quia clarus eſt, ullo ſcholio illuſtrabimus.*

Ad Senatuſconſultum Tertullianum.

¶ *Hoc Senatuſconſulto, matri deferuntur bona filij Inteſtati: quæ alioqui per Legem Tabularum. xij. hæc bona petere non poterat. Vide Inſtit. eodem Tit.*

Ad Senatuſconſultum Orficianum.

¶ *Hoc Senatuſconſulto è contrario, filius in bona matris inteſtatæ admittuntur. Vide Inſtit. eodem.*

De legitimis Hæredibus.

¶ *Id eſt, de Hæredibus ex latere, ſeu tranſuerſo ab inteſtato ſuccedentibus.*

Communia de Succeſſionibus.

¶ *In hoc Tit. Imperator recenſet quædam communia, Succeßionum, quæ ab inteſtato fiunt.*

De bonis maternis, & materni generis.

¶ *In hoc Titulo diſſeritur, quòd pater & auus in bonis maternis, & materni generis, & filij ſui, & nepotis, & aliorum uſumfructum ſibi acquirant: traduntur & alia quædam, quæ in hoc toto Titulo uidere quis poteſt.*

De bonis quæ liberis in poteſtate patris conſtitutis, ex matrimonio, uel aliàs acquiruntur, & eorum adminiſtratione.

¶ *Hic Tit. tradit, & quid Iuris pater in bonis filio acquiſitis acquirat, & quis hæc bona in ſua manu, & adminiſtratione habere debeat. Quibus de rebus uide. L. ante oportet. & L. fin. inf. eodem.*

De hæreditatibus Decurionum, Nauiculariorum, Cohortalium militum, & Fabricenſium.

¶ *Fronto ſcribit, Decurionem aliquando eſſe eum qui præſit turmæ, quæ conſtet ex duobus & triginta equitibus: qua in ſignificatione hic ſumi prorſus exiſtimo, Qui nauem regit, Nauicularius dicitur. De Cohortalib. militibus, ſuprà multa diximus.*

LIBER VII

De Vindicta libertate, & apud concilium manumiſſione.

HVnc Titulum interpretatur Imperator, in. §. multis modis. Inſtit. de Libertinis.

De teſtamentaria Manumiſſione

¶ *Hic Titulus clarus eſt.*

De Lege Fuſia Canina tollenda.

¶ *Hunc Titulum uide expoſitum in Inſtit. eod. tit.*

De Fideicommiſſarijs Libertatibus.

¶ *Fideicommiſſaria Libertas eſt illa, quam teſtator non directò (ut dicam) impertit: ſed per manumißionē alterius, uel hæredis, uel legatarij, uel donatarij, mortis ergò, cuius fidei hoc commiſit, & credidit. §. libertas, Inſtit. de Singulis reb. per Fideicom.*

De dedititia libertate tollenda.

¶ *Hunc Tit. uide liquidò explicatum, in Inſtit. de Libertinis. §. Libertinorum autem. Porrò, qui Dedititij ſint, uide apud Caium Iuriſconſultum lib. j. ff. de Statu hominum.*

De Latina libertate tollenda, & per certos modos in ciuitatem Romanam transfuſa.

¶ *Hunc Tit. in. §. libertinorum. Inſtit. de Libertinis, &c. quoq; illuſtratum inuenies.*

De communi ſeruo manumiſſo.

¶ *Quondam non dabatur copia uni ex dominis ſeruum manumittere: id quod ſi faceret, pars manumittentis do-*

tentis domino accreſcebat ſocio. Inſt. de Dona. §. erat. At hodie integrum eſt uni dominorũ, ſeruum communẽ manumittere, inter uiuos, ultima uoluntate, tam directè, quàm per fideicommiſſum: itat amen, ut ea quæ lex prima huius Tit. præcipit, obſeruentur.

De Seruo pignori dato manumiſſo.

¶ *Quid Iuris ſit, in ſeruo pignori dato manumiſſo, hic Imperator oſtendit.*

De Seruis, Reip. cauſa manumittendis.

¶ *Hic Titulus per ſe clarus eſt.*

De his, qui à non domino manumiſsi ſunt, & de liberali cauſa.

¶ *Qui ſeruum alienum perinde ac ſuum manumiſerit, is uel precium eius domino uero, ſi id expopoſcerit, aut id quantum ſua intereſt. L. prima. eod. Tit. dare cogitur. Diſſeritur & de liberali cauſa, quæ eſt, quando de libertate alicuius agitur.*

Qui manumittere non poſſunt, & ne in fraudem creditorum manumittantur.

¶ *Et hic Titulus, ut nihil dicam, ſatis apertus eſt.*

Qui nõ poſſunt ad libertatẽ peruenire.

¶ *Id eſt, qui non poſſunt manumitti.*

Quibus ex cauſis, ſerui per præmia libertatem accipiunt.

¶ *Quid hoc Titulo clarius?*

De Ingenuis manumiſſis.

¶ *In hoc Tit. Imperator tractat, quid Iuris, ſi ingenui, qui aliquando de facto (liceat mihi ita dicere) manumittuntur, manumiſsione donantur.*

Communia de manumiſsionibus.

¶ *Quæ communia ſint, uarijs manumiſsionum generibus, de quibus in Inſtit. de lib. §. multis modis, Imperator hic diſſerit. Eſt uerò primò omnium hoc omnibus manumiſsionibus commune, quòd manumiſsio omnis, eſt libertatis datio: deinde, quòd omnis manumiſsio, uel à domino, uel à domina, uel eius liberis, cuiuſcunq; gradus, proficiſci poteſt, &c.*

De liberali cauſa.

¶ *Liberalis cauſa dicitur, quando alicui mouetur quæſtio, ſtatus, ſeruus, an liber ſit.*

De aſſertione tollenda.

¶ *Quondam cauſa liberalis per Aſſertores fiebat: qui inde nomen acceperunt, quia eum qui ſeruus dicebatur, liberum aſſerebant: & per iſtam aſſertionẽ multa inepta fiebant. Proinde Imperator in hoc Titulo iſtam aſſertionem tollit: & decernit, ut libertatis cauſa, aut priuato morte, aut per procuratorem agatur. L. ſecunda, infrà eod.*

Quibus ad libertatem proclamare non licet, & de rebus eorum, qui ad libertatem proclamare non prohibentur.

¶ *Hic Titulus ſatis clarus eſt.*

De ordine cognitionum.

¶ *In hoc Titulo Imperator tantum tractat ordinẽ Cognitionum in cauſis liberalibus, id eſt, in quibus de ſtatu quæſtio agitatur.*

De Colluſione detegenda.

¶ *Colluſio, eſt tacita & fraudulenta actoris, & rei conuentio: de qua in præſenti Titulo agitur.*

Ne de ſtatu defunctorum poſt quinquennium queratur.

¶ *Hic Titulus clarior eſt, quàm ut ullis uerbis illuſtrandus ſit.*

De longi temporis præſcriptione, quæ pro libertate, & non aduerſus libertatem opponitur.

¶ *Si quis in poſſeſsione libertatis, totos uiginti annos, ſine omni interpellatione fuit, de ſeruitute conueniri nequit. In qua præſcriptione, non Titulus, ſed bona fides, nimirum, quòd ſe liberum eſſe exiſtimet, requiritur.*

De Peculio eius, qui libertatem meruit.

¶ *In hoc Titulo Imperator diſſerit, quid Iuris cum Peculio, apud quem manere debeat ſimul, atq; ſeruus manumiſſus eſt. uide Legem unicam, eod. tit.*

De Senatuſcõſulto Claudiano tollẽdo.

¶ *Quondam mulier libera ſerui amore capta, ſi ei à domino interminatum erat, ne cum ſeruo rem haberet, & Iudex eius gratia mulierem monuiſſet, & illa nihilominus, cum ſeruo conſuetudinem habere pergebat: propter Senatuſconſultum Claudianum, quicquid rei habuit, unà cum libertate amittebat: id quòd quando indignum uiſum eſt Imperatori, in hoc Titulo illud Senatuſconſultum tollitur.*

De nudo Iure Quiritum tollendo.

¶ *Nudum nomen, quod quis uel in ſeruis, uel alijs rebus habet, tollitur per hanc Legem unicam: & pleniſsimus & legitimus quiſq; dominus, ſiue ſerui, ſiue aliarum rerum conſtituitur.*

De Vſucapione pro emptore, uel pro tranſactione.

¶ *In hoc Titulo Imperator uerba facit de Vſucapione, ſeu Præſcriptione, quæ in emptione iuxta trãſactionem uſurpatur. Siquidem, is, qui emit rem à non domino, perſuadens tamen ſibi eum eſſe dominum, eam ipſam rem pro emptore uſucapit. Tum, ſi alicui res quædam, tranſactionis loco traditur, à non domino recipiens, eam rem uſucapit.*

De uſucapione pro donato.

¶ *Donatarius, qui recipit rem à donatore non domino, animum tamen ſuum inducens, credere eum eſſe dominum, eam rem pro donato uſucapit, &c.*

De uſucapione pro dote.

¶ *Qui accipit rem mobilem Dotis loco, à non domino, credens tamen eum eſſe dominum, eam rem pro Dote uſucapit.*

De Vſu-

De Vſucapione pro Hærede.

¶ *Hæres, qui accipit bona mobilia à ſuo autore, non domino, quem dominum eſſe exiſtimat, bona illa pro Hærede uſucapit.*

Communia de Vſucapionibus.

¶ *Hic Titulus ſatis apertus eſt.*

De Vſucapione transformanda, & de ſublata differentia rerum, mancipi & non mancipi.

¶ *Hic Imperator agit de Vſucapione transformanda, ſcilicet quo ad tempus. Nam olim res mobilis anno, res immobilis triennio, & quidem in Italia ſolũ Vſucapiebatur. Cæterum iam res mobilis triennio, res immobilis longo tempore uſucapitur. Inſtit. de Vſucapion. tranſ. §. primo. Porrò Boethius in commentarijs in Topica Cic. Omnes, inquit, res quæ abalienari poſſunt (id eſt, quæ à noſtro dominio, ad alterius tranſire poſſunt) mancipi dictæ ſunt. Et ea abalienatio, per quandam nexus ſolennitatem fiebat. Nexus autem eſt quædam Iuris ſolennitas, quæ fiebat eo modo, quo Caius ſecundo Commentario expoſuit. Tractatur igitur & hic de ſublata differentia rerum mancipi, & non mancipi.*

De acquirenda, & retinenda poſſeſſione.

¶ *Hic Titulus clarus eſt.*

De Præſcriptione longi temporis decem, uel xx. annorum.

¶ *Et hic Titulus quoq;, ex una, aut altera Lege facilè patebit.*

In quibus cauſis ceſſat longi temporis præſcriptio.

¶ *Quid hoc Titulo clarius?*

Quibus non obijcitur longi temporis præſcriptio.

¶ *Nec hic Titulus ullam Exegeſin deſiderat.*

Si aduerſus Creditorem.

¶ *Hic Titulus tractat de Præſcriptione quæ currit aduerſus creditorem, in re ſibi hypothecata, ſeu pignori oppoſita. Verbi gratia. Tu mihi centum aureos mutuaſti, pro quibus ego tibi domum meam pignori dedi. Iam hic tractatur, qua ratione ego debitor, actionem hypothecariam, quæ creditori in domum meam congruit, præſcribere poſſum.*

De quadriennij Præſcriptione.

¶ *Hæc Præſcriptio quadriennij locum habet, quando Fiſcus rem alienam, non aliter atq; ſuam, uel quocunq; tandem Titulo uendit. Siquidem in hac ſpecie dominus non contra emptorem, ſed Fiſcum, ad æſtimandam rem, intra quadriennij decurſum agere poteſt, & cætera.*

Ne rei Dominicæ, uel templorum uendicatio, temporis præſcriptione ſubmoueatur.

¶ *Omnes res, tam mobiles, quàm immobiles rei Dominicæ, aut Principis, aut Reipublicæ, uel Templorum, omni alienationis ſpecie ſubmota, nulla temporis longi præſcriptione uſurpari poſſunt.*

De Præſcriptione xxx. uel xl. annorum.

¶ *Præſcriptio. xxx. annorũ non requirit uel bonam fidem, uel Titulum de Iure Ciuili. De Iure uerò Canonico, hoc correctum eſt. Præſcriptio quadraginta annorum contra rem Eccleſiæ currit. in Autent. quas actiones. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Et tam Titulum, quàm bonam fidem expoſcit.*

De annali Exceptione Italici contractus tollenda, & de diuerſis temporibus, & exceptionibus, & præſcriptionibus, & interruptionibus earum.

¶ *Quondam in Italico contractu, annalis quædam Exceptio oriebatur. Cæterùm, quando hac in Exceptione multæ altercationum moles prodibant, Imperator eam tollit. ut. L. prima. infrà eod. Tractatur & de diuerſis temporibus, & Præſcriptionibus: ſiquidem quædam uno die, quædam anno, quædam annis præſcribebantur, ut. L. prima. & fin. infrà eod. Deniq;, de Interruptionib. præſcriptionum diſſeritur, quæ multis modis fiunt: de quibus uide Gloſ. in. c. illud. de Præſcriptionibus.*

De Alluuionibus, paludibus, & paſcuis, ad alium ſtatum translatis.

¶ *Id eſt, melioribus, fertilioribus factis. Vide Inſtit. de Rerum diuiſione. §. præterea.*

De ſententijs Præfectorum prætorio.

¶ *Quis Præfectus Prætorio dictus ſit, in libro primo di-*

mo diximus. In hoc Titulo uerò tractatur, à ſententia Præfecti Prætorio prouocare non licere. L. unica. infrà eodem.

Quomodo, & quando Iudex ſententiam proferre debet, præſentibus partibus, uel una parte abſente.

¶ *Hic Titulus per ſe clarus eſt.*

De ſententijs ex periculo recitandis.

¶ *Hic Titulus corruptè legitur. Nam pro Periculo, Breuiculo legi debet: ſiquidem hic tractatur, quomodo ſententiæ ex ſcripto recitari debeant. Breuiculus uerò, eſt uox diminutiua à breui, hoc eſt, ab ſchedula, ſcriptura, pictaceoq;.*

De Sententijs, & Intrelocutionibus Iudicum.

¶ *Hic Titulus clarior eſt, quàm ut ullam uerborum lucem deſideret.*

De ſententia, quæ ſine certa quantitate prolata eſt.

¶ *Si in libello quid certi petitur, & certa ſententia ferenda eſt: ſin quid incerti petitur, Iudex quoq; curare debet: ut, quoad eius fieri poteſt, certam ſententiam ferat. Inſtit. de Action. §. curare. Porrò, aliquando nõ fieri poteſt, ut certa ſententia feratur, ut aut in cauſa noxali, aut cum in genere quid petitur. Deniq; in Iudicijs uniuerſalibus, ubi de hæreditate reſtituenda agitur, &c.*

De Sententijs, quæ pro eo quod intereſt, proferuntur, &c.

¶ *Intereſſe, eſt æſtimatio damni cõtingentis, ex eo quod quis facere debeat, atq; omittit: uel quando facit, quod non debet: uel non dat quod dare debet. Iam in hoc Tit. diſſeritur, quomodo ſententiæ de Intereſſe fieri debeant.*

Si non à competente Iudice, Iudicatum eſſe dicatur.

¶ *Sententia lata à non competenti, id eſt, ſuo Iudice, ipſo Iure nullius momenti eſt.*

De pœna Iudicis, qui malè iudicat, uel eius qui Iudicem uel aduerſarium corrumpere curauit.

¶ *Hic Titulus planus eſt.*

Sententiam reſcindi non poſſe.

¶ *Et hic Titulus planiſsimus exiſtit.*

De fructibus, & litium expenſis.

¶ *Quid his Tituli uerbis apertius?*

De Re Iudicata.

¶ *Res iudicata dicitur, quæ finem pronunciatione Iudicis, qua quis uel abſoluitur, uel condemnatur, accipit. In hoc ergo Titulo Imperator tractat, quomodo ex re iudicata, Actio de re iudicata alicui cõpetat.*

De Executione rei Iudicatæ.

¶ *In hoc titulo Imperator diſſerit, quo pacto, ſententiam, quæ in rem iudicatam abit, exequi poſsit. Exequi uerò eam poſſe, captis pignoribus teſtatur. L. ordo. & l. fin. infrà eodem.*

De Vſuris rei iudicatæ.

¶ *Quas uſuras is, qui rei Iudicatæ non fecit ſatis, præſtare debet, hoc in Titulo Imperator diſputat.*

Si plures una ſententia condemnati ſunt.

¶ *Hic Titulus manifeſtus eſt per ſe.*

Quibus res iudicata non nocet.

¶ *Si à ſententia lata intra. x. dierum defluxum, prouocatum non eſt, res iudicata dicitur. Tum ſententia, tam in ciuili, quàm criminali cauſa inter alios lata, alijs non officit, &c.*

Comminationes, Epiſtolas, programmata, ſubſcriptiones autoritatem rei iudicatæ non habere.

¶ *In hoc titulo Imperator recenſet ea, quæ autoritatem rei iudicatæ non habent: cuiuſmodi ſunt, ſi quid minetur, ſi per Epiſtolam quid decernat, ſi Programata, id eſt, publica edicta, publicas citationes ſuffugiat, ſi ſubſcriptiones fiant à Iudice, &c.*

Si ex falſis Inſtrumentis, uel teſtibus iudicatum ſit.

¶ *Sententia lata ex falſis Inſtrumentis, uel falſis teſtibus, intra uiginti annorum ſpacium retractari poteſt. L. querelam. C. ad. L. Cornel. de falſ.*

De Confeſsis.

¶ *Confeſſos pro iudicatis haberi, hic titulus tractat L. unica. eodem tit.*

Res inter alios acta, alijs nõ nocere.

¶ *Hic titulus planus eſt.*

De Relationibus.

¶ *Relatio, eſt quando ſuper cauſa aliqua ſuperior conſulitur, & interrogatur.*

De Appellationibus, & cõſultationib9.

¶ *Hic titulus clarior eſt, quàm ut à me ullis uerbis illuſtrandus ſit.*

De temporibus,& reparationibus Appellationum,ſeu conſultationum.

¶ *Vnus annus Appellationi proſequendæ datur: qui tamen prout cauſa poſtularit, à Iudice moderari, & aliquando biennium,aliquando triennium, appellanti dari poterit. Hæc in Titulo hoc tractantur.*

Quando Prouocare non eſt neceſſe.

¶ *Quid hoc Titulo clarius?*

Quorũ Appellationes nõ recipiuntur.

¶ *Nec quid obſcuri in hoc Titulo ſit, uideo.*

Si pendente Appellatione,mors interuenerit.

¶ *Quid hac in ſpecie Iuris ſit,hic tractatur.*

De his,qui per metum Iudicis,non appellauerunt.

¶ *Et hic Titulus clariſsimus eſt.*

Si unus ex pluribus appellauerit.

¶ *Quid Iuris in hac ſpecie ſit,hoc in Tit.traditur.*

Si de momentanea Poſſeſſione fuerit appellatum.

¶ *In hoc Titulo Imperat.tractat, quid Iuris, ſi de momentanea Poſſeßione,id eſt,Iudicio poſſeſſorio,appellatum ſit. De momentanea poſſeßione, uide Gloß. L.fin.ſuprà,de his qui legit.perſ.*

Ne liceat in una eademq; cauſa tertiò prouocare, uel poſt duas ſententias Iudicum quas diffinitio præfectorum roborauit,eas retractare.

¶ *Hic Titulus apertus exiſtit.*

Qui bonis Cedere poſſunt.

¶ *Bonis cedere,uerbum Iuris eſt, & ſignificat,bona ſua creditoribus,improbè æs alienum à nobis contendentibus, permittere. Iam in hoc titulo traditur, quid Iuris ſit in bonorum Ceßione,qui homines bonis cedere poſſunt.*

De Bonis autoritate Iudicis poſsidendis, ſeu uenundandis: & de ſeparationibus bonorum.

¶ *In hoc Titulo tria tractantur. Primum omnium, de Bonis autoritate Iudicis Poßidendis. Verbi gratia. Si debitor in Ius uocatur,& non ſe ſiſtit Iudicio, creditoribus datur copia petendi à Iudice, ut in poſſeßionem bonorum debitoris immittantur. Deinde tractat de bonis Venundandis. Exempli gratia. Creditores,ubi in poſſeßionem bonorum debitoris immißi ſunt, à Iudice petere poſſunt,ut eis integrum ſit,bona debitoris latitantis uendere. Poſtremò agit Imperator,de Separationibus bonorum. Verbi gratia. Creditores hæreditarij poſſunt à Iudice poſtulare, ut bona defuncti, à bonis hæredis ſeparentur, & ex bonis defuncti, ipſis fiat ſatis.*

De Priuilegio Fiſci.

¶ *Id eſt,rerum Imperialium.*

De Priuilegio Dotis.

¶ *Hic titulus,ſatis clarus eſt.*

De Reuocandis his, quæ in fraudẽ creditorum alienata ſunt.

¶ *Nec hic titulus,ut exponatur,opus habet.*

LIBER VIII.

De Interdictis.

INterdictæ erant formæ, atq; conceptiones uerborum,quibus Prætor aut iubebat aliquid fieri, aut fieri prohibebat: quod tunc maximè fiebat,cum de Poſſeßione,aut Quaſi poſſeßione inter aliquos contendebatur. Inſtit.eod.tit.§.j.Porrò, illam uerborum ſolennitatem hodie quidem ſublatam eſſe Imperator oſtendit,in.L.incerti Iuris.infrà eod.Cæterum,ad exemplum Interdictorum,& hodie agi quoq; monſtrat.

Quorum Bonorum.

¶ *Hoc Interdictum proponitur gratia adipiſcendi bona corporalia: & intenditur in eum, qui uel pro hærede,uel poſſeſſore poßidet. Porrò, pro hærede Poßidere,eſt ſe hæredem putare, cum nihil minus ſit. Pro poſſeſſore poßidere,eſt, cum is qui nullo Iure,uel partem hæreditatis,uel hæreditatem ex aſſe,id eſt, in ſolidum,ad ſe pertinere compertũ habens, tamẽ poßidet. Inſt.de Interdictis.§. adipiſcendo. &.§.pro hærede.*

Quod Legatorum.

¶ *Hoc Interdictum competit hæredi, iuxta bonorum poſſeſſori, & cuilibet ſucceſſori in ſolidum. Tum etiam hæredibus hæredum: & intentatur in Legatarios, qui præter uoluntatem hæredis, legata occupauerunt.*

Vnde Vi.

¶ *Hoc Interdictum, eſt Interdictum recuperandæ poſſeßionis. Siquidem beneficio eius ſpoliatus, ſuam poſſeßionem,ex qua extruſus fuerat, recuperat. Inſtit. de Interdict. §. Recuperandæ.*

Si per uim,uel alio modo abſentis, perturbata ſit Poſſeßio.

¶ *In hoc Titulo Imperator tractat, quo pacto extraneus,*

traneus, nimirum amicus, colonus, libertus, ſeruus, aliquam poſſeßionem abſentis retinens, huiuſmodi poſſeßionem, uel ſibi ablatam, uel quoquo modo turbatā recuperet, infrà eo. L. prima.

Vti Poſſidetis.

¶ *Hoc Interdicto aliquis defenditur in Poſſeßione ſua, in qua ei ab alio negocium exhibetur.*

De Tabulis exhibendis.

¶ *Hoc Interdicto aliquis conſequitur, ut tabulæ Teſtamenti exhibeantur, id eſt, oſtendantur, & in publicum proferantur.*

De Liberis exhibēdis, ſeu deducendis, & de libero homine exhibendo.

¶ *In hoc Tit. tractantur duo Interdicta. Quorum unum, eſt de Liberis exhibendis, ſeu deducendis. Alterum, de Libero homine exhibendo: de quo tamen in in hoc Titulo nulla lex mentionem facit. Cæterum, Interdictum hoc ultimum locum habet, cum quis dolo malo hominem liberum, & quidem inuitum retinet. l. prima. ff. de Liber. hom.*

De Precario & Saluiano Interdicto.

¶ *Precarium poßidetur, quod precibus alicuius poßidendum datur: de quo quid Iuris ſit, hic tractatur. Porrò, Saluianum Interdictum competit locatori fundi ruſtici, in colonum, & eius hæredem: & competit locatori ad adipiſcendam poſſeßionem eorum, quæ tacitè ei obligata ſunt contra colonum, &c.*

De Ædificijs priuatis.

¶ *Quid Iuris ſit in ædificijs priuatis, & ædificandis, & reficiendis, hic traditur.*

De Operis noui nunciatione.

¶ *In hoc Titulo Imperator tractat de nunciatione & prohibitione operis noui. Et hæc nunciatio locum habet, cum quis in fundo meo ædificare conatur.*

De Ratiocinijs operum publicorum, & de Patribus ciuitatum.

¶ *Hic Titulus per Legem unicam huius tituli ſatis declaratur.*

De Pignoribus, & hypothecis.

¶ *Pignoris appellatione, eam propriè rem contineri dicimus, quæ ſimul etiam traditur creditori, maximè ſi mobilis ſit. At eam, quæ ſine traditione, nuda cōuentione tenetur, propriè Hypothecæ appellatione contineri dicimus. §. item Seruiana. Inſt. de Actionib. Iam de Iure tā pignoris, quàm hypothecæ hic agitur.*

In quibus cauſis Pignus, uel hypotheca tacite contrahatur.

¶ *Hic Titulus planus eſt.*

Si aliena res pignori data ſit.

¶ *Quid Iuris in hac ſpecie ſit, hic tractatur.*

Quæ res pignori obligari poſſunt, uel non, & qualiter pignus contrahatur.

¶ *Hic titulus apertus exiſtit.*

Qui potiores in pignore habeantur.

¶ *Hic iſtam regulam obſerua in Pignoribus, Qui prior eſt tempore, potior eſt Iure: ut infrà eo. L. ſi fundum.*

De his, qui in priorum creditorum loco ſuccedunt.

¶ *In hoc Titulo Imperator tractat, qui nam, ſi uni plures ſint creditores, unus in locum alterius ſuccedat.*

Si antiquior creditor pignus uendiderit.

¶ *Quid in hac ſpecie Iuris ſit, hic tractatur.*

Si communis res Pignori data.

¶ *Hic titulus clarus eſt.*

De Prætorio pignore, & ut in Actionibus etiam debitorum miſſio Prætorij pignoris procedat.

¶ *Pignoris prætorium fit permißione in poſſeßionem ex primo Prætoris, uel Iudicis decreto. L. non eſt mirum. §. ſciendum. ff. de Pign. Actio. Porrò, illa permißio in poſſeßionem hoc efficit, ut creditor in ea retentionem, & actionem hypothecariam obtineat. infrà eod. L. fi. Et hoc quidem in prima huius Tituli parte agitur. In ſecunda parte Imperator tractat, quòd mißio Prætorij pignoris, etiam in Actionibus, & nominibus quæ debitori congruunt, fieri queat.*

Si in cauſa iudicati Pignus captum ſit.

¶ *Quid in hac ſpecie Iuris exiſtat, hic tit. agitat.*

Si Pignus pignori datum ſit.

¶ *Quid Iuris hac in ſpecie ſit, hic tractatur.*

De partu Pignoris, & omni cauſa.

¶ *Vt actio Hypothecaria, uel Pignoraticia locum*

ſibi arrogat in ancilla obligata, ita quoq; in partu, & omni cauſa, ſeu acceßione, locum ſibi uendicat.

De Remiſſione Pignoris.

¶ *In hoc Tit. agitur, qui nam Pignus remittatur, ſeu diſſoluatur.*

Etiam ob chirographariam pecuniam pignus teneri poſſe.

¶ *In hoc Titulo tractatur, quomodo creditor rem ſibi pignori oppoſitam, diſtrahere, ſeu alienare, ſiue uendere poßit.*

Debitorem, uenditionem Pignoris impedire non poſſe.

¶ *Debitor, neq; inter uiuos, neq; in ultima uoluntate poteſt impedire, quo minus creditor pignus, cuius uendendi copiam, uel ex Lege, uel ex pacto habebat, uendere poßit.*

Si uenditio Pignore agatur.

¶ *Quãdo creditor, cui eſt facta copia Pignus uendendi, illud uendiderit minore precio atq; æquum eſt, ut debitor ſibi conſultat, hic tractatur.*

De luitione Pignoris.

¶ *In hoc Titulo diſſeritur, quo pacto luatur, ſeu liberetur pignus. Et luitur Pignus ſolutione, & ſatisfactione totius debiti. L. j. infrà eod. & L. ultimà.*

Si unus ex pluribus Hæredibus creditoris uel debitoris, partem ſui debiti ſoluerit, uel acceperit.

¶ *Quid in hoc caſu Iuris ſit, hic tractatur.*

Si pignoris cõuentionum, numeratio pecuniæ non ſecuta ſit.

¶ *Quid in hac ſpecie Iuris ſit, hic agitur.*

De Iure dominij Impetrando.

¶ *Quando creditor Dominum in Pignore acquirat, in hoc Tit. tractatur.*

De pactis pignorum, & de Lege Commiſſoria in pignoribus reſcindenda.

¶ *In hoc Tit. diſſeritur de pactis, quæ in Pignorũ obligationibus interponi ſolent. Diſſeritur & de Lege Commiſſoria, quàm Imperator in Pignoribus nihil Iuris habere uult. Eſt autem Lex Commiſſoria, uerbi gratia. Vendo tibi domum hac lege, atque conditione, ut ſi intra ferias Michaelis precium non numeraris, domus inempta exiſtat. l. ij. ff. de Lege commiſſ. hæc Lex Commiſſoria hic reſcinditur.*

De Exceptionibus, & Præſcriptionibus.

¶ *Quid in hoc titulo tractatur, ex uerbis eius liquidò conijcitur.*

De Litigioſis.

¶ *Res litigioſa dicitur, res tam mobilis, quàm immobilis, de qua adhuc litigatur. Quid uerò Iuris ſit in re litigioſa, in hoc titulo comperies.*

De contrahenda, & committenda Stipulatione.

¶ *Stipulatio, eſt uerborum cõceptio, quibus is qui interrogatur, daturum, facturumq; ſe id quod interrogatus eſt, ſpondet. L. quinta. §. ſtipulatio. ff. eodem. Iam in hoc titulo diſſeritur, quibus uerbis & contrahatur, & committatur Stipulatio.*

De inutilibus Stipulationibus.

¶ *Quid titulo hoc clarius eſſe poteſt?*

De duobus reis, Stipulandi, & Promittendi.

¶ *Reus Stipulandi is dicitur, qui ſtipulatur, id eſt, interrogat: & reus Promittendi, is, qui promittit. L. prima. ff. eodem. At obligatio duorum reorum conſtituitur, ſtipulatione, emptione, locatione, uenditione, conductione, depoſito, commodato, teſtamento, &c. Hæc obligatio hoc efficit, ut cum aut duo tandem pecuniam pollicentur, aut ſtipulati ſunt, ipſo Iure ſingulis inſolidum debeatur, & ſinguli debeant, &c.*

De fideiuſſoribus, & Mandatoribus.

¶ *Fideiuſſor in præſenti titulo accipitur pro eo, qui intercedente ſtipulatione, ſe pro alio obſtringit: ita tamen, ut is pro quo fideiuſſor ſe obſtringit, obſtrictus quoq; maneat. Porrò Mandator is dicitur, qui aliquid alicui mandat: & is ſolo conſenſu obligatur.*

De Nouationibus, & Delegationibus.

¶ *Nouatio, eſt prioris debiti in aliam obligationẽ, aut naturalem, aut ciuilem transfuſio. Exempli gratia. Vendidi Petro equum triginta aureis: & Petrus emptor precibus agit, quo liceat ſibi illos triginta ex mutuo habere, hac ratione, ut prior conuentio perimatur, &c. Hac ſpecie obligatio ex Empto, in obligationem ex Mutuo transfunditur. Cæterum, Delegatio eſt, quando meo loco, alium rerum uel creditori do, uel ei cui creditor iuſſerit. Ex his, titulus ſatis manifeſtus, ut opinor, exiſtit.*

De Solu-

De Solutionibus, & Liberationibus.

¶ *Quid hoc titulo manifeſti us?*

De Acceptilationibus.

¶ *Acceptilatio, eſt imaginaria ſolutio. uide Inſtit. Quibus modis tollitur obligat. §. eſt autem acceptilatio.*

De Euictionibus.

¶ *Euictio, eſt aut rei emptæ, aut alia ex honeſtâ cauſa acceptæ, Iudicis decreto interpoſito, abductio, uel amiſsio. L. euicta. §. primo. ff. eodem. Verbi gratia. Emo mihi abs te tunicam: hæc non ita multò pòſt, alteri ſententia Iudicis adiudicatur, & euincitur. Tu qui mihi tunicam uendidiſti, de Euictione obſtringeris.*

Creditorem, Euictionem Pignoris non debere.

¶ *Creditor, ſi rem ſibi pignori oppoſitam, aut ex pacto, aut alia quapiam cauſa re euicta, uendit, de Euictione non obligatur. Et hoc uerò conſentaneum eſt, niſi Euictionem promittat. L. j. infrà eodem.*

De Patria poteſtate.

¶ *Hic Titulus ſatis manifeſtus eſt.*

De Adoptionibus.

¶ *Vide hunc Titulum expoſitum in Inſtit. eodem Titulo.*

De Emancipationibus liberorum.

¶ *Emancipatio, eſt manus traditio: & quædam ſimilitudo uenditionis exiſtit: quia & in emancipationibus, præter illum, hoc eſt, certum patrem, alius pater adhibetur, qui Fiduciarius nominatur. Ergo iſte naturalis pater, filium ſuum fiduciario mancipat, hoc eſt, manu tradit, quo fiduciario patre, naturalis pater unũ aut duos nummos, quaſi in ſimilitudinem precij accipit: & iterum cum acceptis nummis fiduciario patri tradit: hoc ſecundò, & tertiò fit, cum fiduciario patri mancipat, ac tradit: & ſic de patris poteſtate exit: quæ tamen Emancipato ſolebat ante Præſidem fieri: modò ante Curiam facienda eſt, ubi quinq; teſtes ciues Romani in præſenti erunt: & pro illo, qui Libripens appellatur, id eſt, ſtateram tenens, & qui Anteſtatus appellatur, alij duo: ut ſeptem teſtium numerus impleatur. Hæc, quo hic titulus rectius intelligeretur, ex libro priore Inſtitutionum Caij Iuriſconſulti adſcripſi.*

De Ingratis Liberis.

¶ *Filius manumiſſus ob ingratitudinem notabilem, in patriam poteſtatem reuocari poteſt. L. prima. eod. Titulo.*

De Captiuis, & poſtliminio reuerſis, & ab Hoſtibus redemptis.

¶ *Hic titulus apertus eſt ſatis.*

De Infantibus expoſitis, liberis, & ſeruis, & de his qui ſanguinolentos nutriendos ſuſceperunt.

¶ *Quid Iuris ſit, cùm Liberis expoſitis, aut qui Sanguinolentos, id eſt, expoſitos, nutriendos ſuſcipiunt, in hoc Titulo diſſeritur.*

Quæ ſit longa Conſuetudo.

¶ *Hic Titulus clarior eſt, quàm ut exponendus ſit.*

De donationibus.

¶ *Nec eſt, quod hoc in Titulo, aliquid uerborum facimus.*

De donationibus, quæ ſub modo, uel conditione, uel certo tempore conficiuntur.

¶ *In hoc Tit. diſſeritur de Donationibus, quæ fiunt ſub modo. Verbi gratia. Do tibi ducẽtos aureos, ut quotidiè Græca profitearis. Quæ fiunt ſub Conditione. ut dono te uiginti aureis, ſi mihi hunc librum effectum reddideris. Diſſeritur & de Donationibus, quæ fiunt ex certo tempore, ut do tibi centum ducatos quos à me ad ferias Paſchales, fide pluſquàm Attica, accipies.*

De reuocandis donationibus.

¶ *Hic Titulus clarus exiſtit.*

De donationibus cauſa mortis.

¶ *De his Donationibus, uide Inſtit. de Donat. in principio, in. §. in ſum.*

De infirmandis pœnis Cœlibatus, & orbitatis, & decimarijs ſublatis.

¶ *Quondam ei qui cœlebs uiuere uolebat, cauſa mortis donare poterat nihil: id hodie corrigitur. Sub hoc, decima pars eorum, quæ à coniuge relinquebantur, quondam ei qui ſine liberis & ſic orbus erat, detrahebatur, & Fiſco inferebatur: id quod etiam hodie corrigitur.*

De Iure Liberorum.

¶ *Olim, ſi uel pater, uel mater filio emãcipato ſuccedere uolebat, à Principe impetrandum erat. At ho-*

die citra Principis impetrationem tam pater, quàm mater ſuccedit.

LIBER IX.

De his, qui accuſare non poſſunt.

H*Ic Titulus manifeſtus exiſtit.*

De Accuſationibus, & Inſcriptionibus.

¶ *Hic Titulus clarus quoq; eſt. Hoc unum monere Iuuenem uolo: Inſcribere, nihil eſſe aliud, quàm ſe obſtringere ad eam pœnam, quam reus ſubire deberet, ſi actor ſuperior in cauſa euaſiſſet.*

De exhibendis, & transmittendis reis.

¶ *In hoc titulo Imperator differit, quo pacto, Rei exhibendi, id eſt, Iudicio ſiſtendi ſint. Exhibendi uerò ſunt Rei, ſi Iudex id decreuerit. Tum differit, de Reis tranſmittendis, ſcilicet, aut ad Iudicem eorum, aut locum ubi crimen deſignarunt.*

De Cuſtodia reorum.

¶ *Hoc titulo, quid clarius eſſe poſſet?*

De priuatis Carceribus inhibendis.

¶ *Nemini copia eſt, priuatum carcerem habere, præter Magiſtratum.*

Si reus, uel Accuſator mortuus fuerit.

¶ *In hoc Titulo tractatur, an ab obitu uel rei, uel actoris, hæredes obſtringantur. Et ferè dici ſolet, quòd regulariter non, ſi modò criminalis aliqua actio intentata ſit. Vide. L. primam & .ij. eodem Tit.*

Si quis Imperatori maledixerit.

¶ *Et hoc quidem animo iniuriandi, ad Imperatorem remittendus eſt, ut in. L. unica. eodem Titulo.*

Ad Legem Iuliam Maieſtatis.

¶ *Hic Imperator tractat, qua pœna mulctandi ſunt hi, qui Crimen læſæ Maieſtatis commiſerunt. Porrò, Crimen læſæ Maieſtatis eſt, quando aliquid uel contra Imperatorem uel Rempublicam moliuntur homines. Inſt. de Publicis Iudic. §. publica iudicia.*

Ad Legem Iuliam, de Adulterijs, & ſtupro.

¶ *Hic Titulus ſatis manifeſtus eſt.*

Si quis eam, cuius tutor fuerit, corruperit.

¶ *Qua pœna is adficiendus ſit, hic differitur.*

De Mulieribus, quæ ſe proprijs ſeruis iunxerint.

¶ *Qua pœna, tam Mulieres, quàm ſerui mulctari debeant, hoc in titulo tractatur.*

Ad Legem Iuliam de Vi publica, & priuata.

¶ *Hac Lege punitur Vis publica, id eſt, quæ fit armis: punitur & priuata, quæ abſq; armis fit.*

De Raptu uirginum, ſeu uiduarum, nec non ſanctimonialium.

¶ *Qua pœna torquendus ſit is, qui honeſtam mulierem rapiat, hic traditur.*

De emendatione Seruorum.

¶ *Hic titulus clarus exiſtit.*

De emendatione Propinquorum.

¶ *Ne hic Titulus ullam lucem deſyderat.*

Ad Legem Corneliam de Sicarijs.

¶ *Hac Lege homicidæ puniuntur, qui ſica, hoc eſt cultro ferreo, hominem interficiunt. Inſtit. de Publicis Iud. §. Sicarij.*

De his, qui Parentes, uel Liberos occiderunt.

¶ *Titulus planiſſimus eſt.*

De Maleficis, & Mathematicis.

¶ *Malefici in præſenti titulo dicuntur, qui malis Artibus homines extinguunt. Mathematici uerò hi damnantur, non qui honeſtiſſima Mathematum ſtudia docent, ſed qui diuinationibus, & aruſpicinis homines ludificantur.*

De Sepulchro uiolato.

¶ *Qua pœna Sepulchri uiolatores adfici debeant, hic differitur.*

Ad Legem Fauiam, de Plagiarijs.

¶ *Hac Lege puniuntur Plagiarij, id eſt, qui ſeruos perſuadent, ut à dominis fugiant: qui hominem, quem ſciunt eſſe liberum, emunt, uenduntq;, aut pro ſeruo tenent. Item, qui liberũ emunt, uenduntq;. Item, qui ſeruum, ſeruamq;, aut inuitò, aut inſciente domino celant, uinctumq; habent, &c.*

Ad le-

Ad Legem Corneliam de Falſis.

¶ *Hac lege punitur, qui* Falſum *quid committit, ut qui teſtamentum, uel aliud inſtrumentũ falſum ſcripſerit, ſignauerit, recitauerit, ſubiecerit, uel ſignum adulterinum fecerit, ſculpſerit, expreſſerit, ſciens, dolo malo.* Inſtit. *de* Public. Iudic. §. Item Lex Cornelia.

De his, qui ſibi adſcribunt in teſtamento.

¶ *Is qui aliquid commodi ex* Teſtamento *ſibi adſcribit, in* Legem Corneliam *de falſis peccat, ut in hoc titulo uidere licet.* Additur *uerò, qubus modis quis excuſari queat à* Lege Cornelia.

De falſa moneta.

¶ Q*ua pœna adficiendus ſit is, qui falſam monetam, aut excuſsit, aut excudi curauit, aut conſilium ut ea excuderetur dedit, in hoc titulo dicitur.*

De mutatione Nominis.

¶ *Mutationem* Nominis *fraudulentã, prohibitam eſſe, hic tractatur.*

Ad Legem Iuliam, de Ambitu.

¶ *In hoc titulo prohibetur, ne quis honorem, quo ſemel functus eſt, ambiat, pœnam daturus ſi id faciat.*

Ad Legem Iuliam Repetundarum.

¶ *Hac* Lege *puniũtur hi qui cum forent* Magiſtra*tus,* Prouincialibus *aut ui, aut dolo eripuerunt pecunias, aut uaſa precioſa, ueſtem, frumentũ, nummos: quorũ omniũ* Reus *agitur à* Cicerone Verres *ille* Siciliæ Prouinciæ *depopulator.*

De crimine Peculatus.

¶ *Huius criminis obnoxij ſunt, qui publicam pecuniam, uel rem ſacram, uel religioſam furati fuerint.* Inſtit. *de* Publicis Iudic. §. Item Lex Iulia.

De crimine Sacrilegij.

¶ *Hic titulus clarus eſt.*

De Seditioſis, & his, qui plebem contra Rempublicam audent colligere.

¶ *Et hic titulus ſatis planus exiſtit.*

Quando Ciuilis actio Criminali præiudicet, & an utraq; ab eodem exerceri poteſt.

¶ Actio Ciuilis *eſt, quãdo quis ciuiliter, & non ad pœnam, & uindictam agit.* Actio Criminalis *dicitur, quando quis de crimine ad pœnam & uindictam in* Iu*dicio experitur.* Porrò, *quando actio* Ciuilis Criminali *præiudicet, uide in* l. *unica. infrà eodem.*

De crimine expilatæ hæreditatis.

¶ *Huic crimini obnoxius eſt is, qui alienam* Hære*ditatẽ expilat, id eſt, extenuat, dum uel hæreditas nondum eſt adita, uel dum res ab hærede non apprehenſæ ſunt.* l. ij. ff. *eodem.*

Vi bonorum raptorum.

¶ *Hunc tit. in* Inſtit. *eodem titulo, expoſitum uide.*

De crimine Stellionatus.

¶ *Huius criminis reus agendus eſt is, qui ſibi in aliqua re non conſtat, & mendacia aperta profert.* Porrò *hæc accuſatio locũ ſibi uendicat, quando nulla alia accuſatio, qua eũ qui deliquit premamus, nobis in promptu eſt.*

De Iniurijs.

¶ *Hic titulus maniſeſtior eſt, quàm ut enodandus exiſtat.*

De Famoſis libellis.

¶ *Nec hic titulus ullam interpretationẽ requirit.*

De Abigeis peculiariorum.

¶ *Abigei dicuntur animalium fures, latrunculiq;, autor* Vall. *lib.* 6. *cap.* 16.

De Nili aggeribus non rumpendis.

¶ Q*ua pœna, aggerum* Nili *ruptores mulctari debeant, in hoc tit. diſſeritur.*

De his, qui latrones, uel alijs criminibus reos, occultauerint.

¶ *Hic titulus planiſsimus eſt.*

De requirendis reis.

¶ *In hoc titulo tractatur, quo pacto* Rei Requiren*di, id eſt, quærendi ſint.*

De Quæſtionibus.

¶ Q*uæſtiones dicuntur, cum crimina per tormenta inquiruntur: quando uerò, & qui homines, per quæſtiones inquirendi ſint, in hoc titulo agitatur.*

De Abolitionibus.

¶ *Abolitio, eſt accuſationis inſtitutæ peremptio:*

quando uerò hæc concedatur, & à quo concedi poſ-ſit, in hoc titulo diſſeritur.

De Generali abolitione.

¶ *Generalis Abolitio dicitur, qua omnes accuſationes ſimul abolentur: quæ à ſolo Principe impertitur, & indulgetur: à quo facta, quãdo accuſatio renouari queat, in hoc titulo comperies.*

Vt intra certum tempus Criminalis quæſtio terminetur.

¶ *Quæſtio criminalis, id eſt, quando de crimine ad pœnam & uindictam agitur, intra biennium, ſimul ac lis conteſtata eſt, abſoluenda eſt. l. fin. inf. eodem.*

Ad Senatusconſultum Turpilianum.

¶ *Hoc Senatuſconſultum locum ſibi uẽdicat, quando quis accuſationem prblici criminis, cauſa iam inſtructa deſerit. l. prima. infrà eodem.*

De Calumniatoribus.

¶ *Hic titulus manifeſtior eſt, quàm ut meam operam deſideret.*

De Pœnis.

¶ *Nec hic titulus à me, quoniam apertus eſt, ulla interpretatione indiget.*

Ne ſine iuſſu Principis, certis Iudicibus liceat confiſcare.

¶ *Quid hoc titulo clarius eſſe poßit, non uideo.*

De Bonis proſcriptorum, ſeu damnatorum.

¶ *Et hunc titulum, quia intellectu facillimus eſt, à me præteritur.*

De bonis eorum, qui mortem ſibi conſciuerunt.

¶ *Stupidus eſt qui hunc titulum non intelligit.*

De ſententiam paſsis, & reſtitutis.

¶ *Quid Iuris in his hominum generibus exiſtat, in hoc titulo tractatur.*

LIBER X

De Iure Fiſci.

DE *hoc iure, eodem Titulo diximus.*

De conueniendis Fiſci debitoribus.

¶ *Hic tit. ſatis nulli nõ expoſitus, & obuius exiſtit.*

De fide inſtrumentorum, & iure haſtæ fiſcalis, & de adiectionibus.

¶ *In hoc titulo Imperator tractat de inſtrumentis, quæ in contractu rerũ fiſcaliũ facta ſunt. Tum de iure haſtæ, id eſt, uenditionis rerũ fiſcalium, quæ haſta in foro poſita fiebat: cuius rei memor eſt Cicero etiam libro Officiorum ſecundo. Porrò in tit. eſt, de Adiectionibus, ubi de Addictionibus legi debet. ſiquidẽ agitur de re addicta in diem certum. Addicere uerò, eſt licitanti rem auferendam permittere: id quod dicimus alioqui, de re aliqua emenda deliberare.*

De Venditione rerum fiſcalium, cum priuato communi.

¶ *In hoc titulo diſſeritur, cui nam res Fiſco & priuato cõmunis uenundari debeat. Et hac in uenditione Fiſcus primas obtinet. ut in. l. unica. infrà eod.*

Ne Fiſcus rem quam uendidit, euincat.

¶ *Hic titulus ſatis clarus eſt.*

De his, qui ex publicis rationibus mutuam pecuniam acceperunt.

¶ *In hoc titulo tractatur, quid Iuris cum hoc hominum genere, quòd à Fiſco pecuniam mutuam accepit.*

Pœnis Fiſcalibus creditores præferri.

¶ *Hic diſſeritur, quòd creditores ex cauſa oneroſa Fiſco anteponuntur. Verbi gratia. Petrus ob delictum Fiſco obſtringitur, & idem alijs quoque ex cauſa maxima obſtrictus eſt, hi certè Fiſco præualent.*

De Fiſcalibus Vſuris.

¶ *Id eſt, de uſuris, quæ Fiſco debentur, & Vſuris quas Fiſcus ipſe alijs debet.*

De Sententijs aduerſus Fiſcum latis, retractandis.

¶ *Hic titulus per ſe liquet.*

De Bonis uacantibus, & incorporatione.

¶ *In hoc titulo diſſeritur, quòd bona deſcendentis ab inteſtato morientis, non relicto cognato, uel uſq; ad decimum gradum, ſi agnatos conſideres: uel uſque ad ſextum, uel ad ſeptimum gradum, ſi cognatos reſpicias: ad Fiſcum recidunt, & hæc bona Vacantia appellantur.*

De dela-

De delatoribus.

¶ *Delatores, in præſenti titulo dicuntur, hi qui bona quæ confiſcanda ſunt, deferunt, & denunciant: de qua uoce uide Plutarchum in Solone.*

De petitis bonorum ſublatis, conſtitutio Gregoriana.

¶ *In hoc titulo tractatur, quòd bona Fiſco illata, nemini, ut olim conſtitutum erat, concedi debeant.*

De his, qui ſe deferunt.

¶ *Id eſt, ſua bona Fiſco, & Fiſci procuratori denunciant.*

Si liberalitatis Imperialis ſocius ſine hærede deceſſerit.

¶ *Si Imperator aliquid duobus ex liberalitate quadam impertierit, uno uita functo, nec relicto filio, id quicquid eſt quod ab Imperatore acceperunt, ad ſolum ſuperſtitem recidit.*

De Theſauris.

¶ *Hic titulus clarus eſt.*

De Annonis, & Tributis.

¶ *In hoc titulo diſſeritur de Annonis & Tributis, quæ Cæſari penduntur. Annona, eſt prouentus omnium rerum totius anni: Tributum, auro & argento uertitur.*

De Indictionibus.

¶ *Aſconius Pedianus quondam tria genera Penſitationum fuiſſe ſcribit, Canonem, Oblationem, & Indictionem: quæ tria genera Cicero in tertia Verrina his uerbis cōplexus eſt Sic enim, inquit, de Sicilia loquēs: Quando illa frumentū quod deberet, ad diem non dedit: ecce Canonem. quando id quod opus eſſe putaret, non ultrò pollicita eſt: ecce Oblationē. quando id quod imperaretur recuſauit: ecce Indictionem. Hæc ille. Porrò, Indictio appellata eſt, quòd anniuerſarijs diplomatis indicitur. Cæterū Budæus: Indictio (inquit) eſt, quam Taleā uocamus, Antiqui Collationem uocabant. Cicero etiam Collectam dicit, ἔρανον appellant, & Symbolum.*

De ſuperindicto.

¶ *Id eſt, acceßione ultra Indictionem facta.*

De Exactoribus tributorum.

¶ *Hic titulus ſatis manifeſtus eſt.*

De Superexactoribus.

¶ *Et hic titulus planus exiſtit.*

De capiendis, & diſtrahendis Pignoribus, tributorum cauſa.

¶ *Et hunc tit. quando ſatis apertus eſt, prætereo.*

De Apochis publicis, & de deſcriptionibus Curialium, & de diſtributionibus ciuilibus.

¶ *Quid Apochæ ſint, diximus ſuprà in titulo de Fide inſtrumentorum: quid uerò Curiales ſint, etiam ſuprà à me ſatis ſuperq; oſtenſum eſt.*

De canone largitionum titulorum.

¶ *Id eſt, de largitionibus prouincialibus, quæ Fiſco præſtantur.*

Ne Operæ à collatoribus exigantur.

¶ *Ex. l. unica huius tituli, quid ſibi titulus uelit, facilè intelligitur.*

De immunitate nemini concedenda.

¶ *Nemo immunis, uel à Tributis pendendis, uel ab alijs muneribus ſubeundis, eſſe debet.*

De conditis in publicis horreis.

¶ *Hic titulus liquet.*

Vt nemini liceat in emptione ſpecierum ſe excuſare de munere Siconiæ.

¶ *In hoc titulo Imperator tractat, nemini licere ſe excuſare ab Emptione ſpecierum, id eſt, frumentorum, hordeorum, &c. quibus urgente neceßitate utendum ſit. Porrò pro Siconiæ, Alciatus legendū eſſe docet Sitocomiæ. Eſt uerò Sitocomia nomen Magiſtratus, qui frumenta, & annonam curabat, ἀπὸ τοῦ σίτου, id eſt, frumento, & κομέειν, id eſt, curare.*

De Collatione Donatorū, uel releuatorum, aut translatorum, ſeu adæratorum.

¶ *Sub Imperio Antiochi Imperatoris, quædam prædia releuata erant à Canone. Alia erant donata immunitate, ut nihil penderent. Alia translata in alium: fortaßis, quòd prior nihil ſolueret. Alia etiā fuiſſe adærata, id, ære æſtimata: hoc eſt, quod à frumētaria, aut uinaria, ſpeciariaq; præſtatione ad ærariam, id eſt, pecuniariam redacta erant. Cæterum, Antiochus ſtatuit, ut id generis prædia, aliquid certi, et pro præterito & futuro luerent: id quod Imperator in. l. unica, approbat, nullo priuilegio reluctante.*

De Col-

De collatione æris.

¶ *In hoc titulo Imperat. decernit, ut pro uiginti libris æris, unus auri ſolidus aureus pendatur.*

De diſcuſſoribus.

¶ *Id eſt, Inquiſitoribus, & æſtimatoribus facultatum hominum.*

De decurionibus, & filijs corũ, qui decuriones habentur, & quibus modis à fortuna curiæ liberentur.

¶ *Valla, libro Elegantiarum ſexto, In municipijs autẽ, inquit, ut mihi quidem uidetur, idem eſt Decurio, qui Romæ Senator. Nam qui in Senatu & conſilijs reipublicæ municipales eſſe poterant, Decuriones erant. Hæc ille. De his ergo in hoc titulo dicitur.*

Si ſeruus, aut libertus ad decurionatum aſpirauerit.

¶ *Quid in hoc caſu fieri debeat, hic diſſeritur.*

De prædijs decurionũ ſine decreto non alienandis.

¶ *Hic titulus manifeſtus eſt.*

Quando, & quibus quarta pars debetur ex bonis decurionũ, & de modo diſtributionis eorum

¶ *Hic tit. quoq; apertus ſatis exiſtit.*

De imponenda Lucratiua deſcriptione.

¶ *In hoc titulo Imperator diſſerit de onere Deſcriptionis, id eſt, præſtationis quatuor ſiliquarũ: quæ imponitur, cum Curialis rem ſoli, lucratiuo titulo uel tradidit, uel reliquit ei, qui non eiuſdem loci, ordinisq; eſt, in eadem ciuitate.*

De Præbendo Salario.

¶ *Cui Salarium præbendum ſit, ex Iuribus reipublicæ hic dicitur.*

Si Curialis, relicta ciuitate, rus habitare uoluerit.

¶ *Quid hac in ſpecie fieri debeat, hic docetur.*

De Municipibus, & Originarijs.

¶ *De Municipibus ſuprà in libro primo multa diximus.*

De incolis, & ubi quis domicilium habere uidetur: & de his, qui ſtudiorum cauſa, in aliena ciuitate degunt.

¶ *Hic titulus ſatis liquet.*

De Muneribus, & honoribus non continuandis inter patrem & filium, & de interuallis.

¶ *Hoc titul. nihil apertius eſſe poſſet.*

De Muneribus patrimoniorum.

¶ *Id eſt, de officijs, quæ ſubeunda ſunt propter patrimonia, & poſſeßiones, quæ quis alicubi habet.*

Quemadmodum Ciuilia Iura indicantur.

¶ *Hic titulus liquet.*

De his, qui ſponte Publica Munera ſubeunt.
De his, quis à principe uacationem acceperunt.
De uacatione publici muneris.

¶ *Hi tituli tres, clariores ſunt, quàm ut à me illuſtrandi ſint.*

De decretis decurionũ ſuper immunitate condenda.

¶ *Quibus perſonis Decuriones immunitatem præſtare poßint, in hoc titulo oſtenditur.*

De Excuſationibus Munerum.

¶ *Quibus ex cauſis ſe quis à Muneribus, & officijs publicis excuſare poßit, hic traditur.*

De quibus Muneribus, uel præſtationibus nemini liceat ſe excuſare.

¶ *Qui ætate, uel profeßione ſe excuſant.*

De his, qui numero liberorum, uel paupertate, excuſationem meruerũt.
De profeſſoribus, & medicis.
De athletis.

¶ *Hi tituli ordine collocati, per ſe ſatis quid uelint, ut nihil dicam, oſtendunt.*

De his, qui non impletis ſtipendijs, ſacramento ſoluti ſunt.

¶ *In hoc titulo diſſeritur, quãdo, & à quibus muneribus*

ribus milites non in expeditione degentes, necdũ ſtipendijs impletis, exautorati excuſantur.

Quibus Muneribus excuſantur hi, qui poſt impletam militiam, &c.

¶ *Hic titulus ſatis manifeſtus eſt.*

De Libertinis.

¶ *Libertini à Muneribus excuſantur.*

De infamibus.

¶ *In hoc titulo de Iure Infamium dicitur, ſiquidem ij neq; à Curialibus, neq; alijs Muneribus uacationem habent. Quando ita Iure cautum eſt, quòd uel pœna, uel delictum nulli immunitatem impertiat. l. relegatorum. §. j. ff. de Interdict. & relegat.*

De Reis poſtulatis.

¶ *In hoc titulo habes, quòd Reus, hoc eſt, de aliquo crimine poſtulatus, ſi ſe non purget, ad honoris faſtigium aſcendere nequeat.*

De his, qui in Exilium dati, uel ab ordine moti ſunt.

¶ *An illi à Muneribus immunes ſint, in hoc titulo tractatur.*

De Filijsfamilias, & quemadmodum his pater teneatur.

¶ *Hic titulus ex ſuis uerbis intelligi poteſt.*

De Periculo ſucceſſorũ parentis.

¶ *Hoc eſt, hæredum, qui parenti ſuccedunt. Verbi gratia. Si patre uiuo, filius aliquo munere fungatur, tunc tam pater, quàm hæredes eius obſtringuntur. ut in. l. unica, hic decernitur.*

De mulieribus, in quo loco Munera ſexui congruentia, uel honores agnoſcant.

¶ *Hic titulus ſatis liquet.*

De Legationibus.

¶ *A quibus Muneribus legatus immunis ſit, in hoc titulo diſſeritur.*

De excuſationibus artificum.

¶ *Scilicet, à Muneribus perſonalibus.*

De potioribus ad Munera nominandis.

¶ *Quid hoc titulo apertius eſſe poßit?*

Si propter inimicitias Creatio facta ſit.

¶ *Ad munus ſcilicet aliquod, appellationi locus eſſe poteſt.*

De ſumptuum recuperatione.

¶ *Si quis ad Munus electus, habet quo ſe excuſet, ſumptus quos in litem fecit, ab eo qui eum elegit, recuperare poteſt.*

Si poſt creationem quis deceſſerit.

¶ *Onus obeundi honores ad hæredes non tranſfunditur.*

De tabularijs, Scribis, Logographis, & Cenſualibus.

¶ *Tabularij, tabelliones alioqui dicuntur. Logographi, qui libros rationum ſcribebãt, dicebantur: uel (ut Ammonius autor eſt) qui acta Iudiciaria ſcribunt. Cenſuales uerò dici uidentur, cenſuum, & redituum ſcribæ.*

De Suſceptoribus, & Præpoſitis, & Arcarijs.

¶ *Suſceptores ſunt ἀποδέκται, qui & ἀποδεκτῆρες dicũtur, & ταμίαι, ab antiquis Coactores appellantur: ἀργυρολόγοι, id eſt, argenti exactores. Præpoſiti, qui præſunt ſuſceptoribus. Arcarij, qui præſunt arcæ rerum publicarum.*

De Ponderatoribus, & auri illatione.

¶ *In hoc titulo diſſeritur, quòd aurum Fiſco inferendum, primò omnium ponderari debeat.*

De auri publici Perſecutoribus.

¶ *Perſecutores ſunt, qui Græcæ ἐκδίκηται dicuntur, quorũ munus eſt, Iudicio experiri contra eos, qui aurum uel pecuniam, uel argentũ Reipub. debent: ita Budæus (ne quem ſua gloria fraudem) exponit.*

De his, quæ ex publica collatione illata ſunt, non uſurpandis.

¶ *In hoc Titulo Imperator prohibet, uſurpationem rerum, ad rempublicam pertinentium.*

De auro coronario.

¶ *Aurum coronarium hoc erat, quod ciuitates, & oppida nouis Imperatoribus offerebant, ſub coronarum ſpecie, ſæpe ab optimo quoque Principum Italiæ ac Prouincijs condonatum. uide Ælium Spartianum in Adriano.*

De

De Irenarchis.

¶ *Εἰρηνάρχοι dicuntur, qui diſciplinæ publicæ, & corrigendis moribus præficiūtur, ἀπὸ τῆς εἰρήνης, id eſt, pace, & ἀρχός quod principem, ſeu præfectum ſonat.*

De Argenti precio, quod theſauris infertur.

¶ *In hoc tit. Imper. decernit, quo pacto argentum pro auro dari poßit. Nam ſtatuit, ut decem aurei pro una argenti libra dentur. l. unica, infrà eodem.*

LIBER XI

De Nauicularijs, ſeu Naucleris, publicas ſpecies tranſportantibus, & de tollenda luſtralis auri collatione.

IN hoc titulo Imperator tractat, quid Iuris ſit cum naucleris, qui publicas ſpecies, id eſt, ſpecies Fiſci tranſportant, uel Romam, uel ad curiam Cæſaris. Porrò, de tollenda luſtralis Auri, id eſt, quod (opinor) ſingulis luſtris datum eſt, collatione: in Legibus nihil reperio.

De Prædijs, & omnibus rebus Nauiculariorum.

¶ *Hic titulus exegeſi non indiget.*

De Nauibus non excuſandis.

¶ *Nimirum ab oneribus ferendi res, quibus Reipublicæ ſubuenitur.*

Ne quid Oneri publico imponatur.

¶ *Quid hoc titulo clarius?*

De Naufragijs.

¶ *Quid Iuris cū naufragijs ſit, hoc in titulo dicitur.*

De Metallarijs, & metallis, & procuratoribus metallorum.

¶ *Metallarij, qui metalla è terræ uiſceribus effodiunt, dicuntur. Procuratores, qui & metalla exigunt, & adſeruant.*

De Murilegulis, & Gynæciarijs, & procuratoribus gynæcij, & de monetarijs, & baſtagarijs.

¶ *Murileguli dicuntur, qui legunt murices piſces, qui in medijs faucibus habent purpuræ florem tingendis expetitū ueſtibus. Plin. lib. 9. cap. 36. Gynæciarij, (opinor) erant, qui mulierum ueſtes tingebant, aurabantq́;, dicti ἀπὸ τῆς γυναικός, id eſt, à fœmina. Monetarij dicūtur quoq́;, qui textrini quodam officio fungebantur. Baſtagarij fortaßis hi fuerūt, qui ueſtes ad tincturam ferebant, referebantq́;. βαστάζω enim, fero ſignificat.*

De ueſtibus Oloberis, & auratis, & de intinctione ſacri muricis.

¶ *Bartolus legit, de Olobaris ueſtibus, id eſt, ueſtibus ob aurum intextum grauibus. Et hanc lectionē nec Alciatus damnat. Porrò, quod dicitur de intinctione ſacri muricis, ideò dicitur, quòd murice tincta ueſtis, inſigne erat Imperatorum, ut teſtatur Lampridius in Alexandro.*

De Fabricenſibus.

¶ *Fabricenſes (opinor) dicūtur, qui faciunt publica arma, & publicas machinas.*

De ueteris Numiſmatis poteſtate.

¶ *Hic titulus liquet.*

Nulli licere in frenis, & equeſtribus ſellis, & in baltheis margaritas, & ſmaragdos, & hiacynthos aptare, & de artificibus palatinis.

¶ *Et hic titulus facile intelligi poterit.*

De Claſsicis.

¶ *Id eſt, de hominibus deſtinatis ad claſſes, id eſt, naues ducendas.*

De Curialibus urbis Romæ.

¶ *Curiales dicuntur eiuſdem curiæ homines.*

De Priuilegio corporatorum urbis Romæ.

¶ *Id eſt, incolarum & ciuium urbis Romæ.*

De Piſtoribus.

¶ *Hic titulus facilior eſt, quàm ut exponendus ſit.*

De Suarijs, & Suſceptoribus uini, & cæteris corporatis.

¶ *Suarij, id eſt, ſuum & porcorum uenditores. Suſceptores, id eſt, coactores uini, &c.*

De Collegiatis, & Chartopratis, & numularijs.

¶ *In hoc titulo tractatur de Collegiatis, id eſt,*

eiuſdem

eiuſdem collegij & ſortis hominibus: & de Chartopratis. ſic enim in Titulo legendum eſt, id eſt, chartarum & papyri uenditoribus, χάρτα enim, chartam ſonat, & πιπράσκω, uendo: nunc Papyropolæ & chartatij uocantur.

De Studijs Liberalibus urbis Romæ, & Conſtantinopolitanæ.

¶ *Hic titulus clarus eſt.*

De honoratorum uehiculis.

¶ *Id eſt, uehiculis uirorũ honoribus inſigniter excellentium.*

De priuilegijs urbis Conſtantinopolitanæ.

¶ *Hic titulus clarus eſt.*

De metropoli Beryto.

¶ *Berytus, metropolitana urbs eſt, cuius Dionyſius meminit,*

καὶ τύρον ὠγύγιω βηρυτοῦ τ' ἄλιον ὄφρα ὕνω.

De Canone frumentario urbis Romæ.

¶ *Id eſt, de annua penſitatione frumentaria urbis Romæ.*

De frumento urbis Conſtantinopolitanæ.

¶ *Hic titulus clariſsimus eſt.*

De annonis Ciuilibus.

¶ *Id eſt, à ciuibus præſtandis.*

De Mendicantibus ualidis.

¶ *Qui mendicant & ualent, tolerandi non ſunt.*

De nautis Tyberinis.

¶ *Id eſt, de nautis in Tyberi uerſantibus.*

De frumento Alexandrino.

¶ *Hic titulus per ſe ſatis conſtat.*

De Alexandriæ primatibus.

¶ *De priuilegijs primatum Alexandriæ, in hoc titulo diſſeritur.*

De Iure Reipublicæ.

¶ *Hic titulus ſatis patet.*

De Adminiſtratione rerum Publicarum.

¶ *Nec hic titulus lucem deſiderat.*

De uendendis rebus ciuitatis.

¶ *Et hic titulus notiſsimus exiſtit.*

De debitoribus ciuitatum.

¶ *Hic titulus illuſtrior eſt, quàm ut ullum uerborum lumen requirat.*

De periculo Nominatorum.

¶ *In hoc titulo Imperator agit, quid periculi ei, qui ad fauorem aliquem nominatus eſt, immineat.*

De Periculo eorum, qui pro Magiſtratibus interuenerunt.

¶ *Id eſt, de periculo eorum, qui intercedunt pro ijs, qui honoribus ornantur.*

Quo quiſque ordine conueniatur.

¶ *Cùm plures eandem rem adminiſtrãt, & quo pacto, & quo ordine conueniri debeant, an in ſolidum, an quilibet pro ſua parte quã geſſit, hæc ſumma tituli eſt.*

Ne quis inuitus actum reipublicæ gerere cogatur.

¶ *Hic titulus liquet.*

Sumptus inuicti Muneris ad omnes collegas pertinere.

¶ *Hic quoq; titulus manifeſtus eſt.*

De his, qui ex officio quod adminiſtrarunt, conueniantur.

¶ *Hic titulus quoq; patet per ſe.*

De Solutionibus, & liberationibus debitorum ciuitatis.

¶ *Quid multa hic dicam? Nihil eſt quod in hoc titulo alicui ſcrupulum inijcere poſsit.*

De Spectaculis, & Scænis, & Lenonibus.

¶ In hoc titulo Imperator uult ſpectacula ſarta tecta, quod aiunt, ſeruari: Lenocinia uerò, à nullo exerceri uult. l. fin. eodem titulo, infrius.

De expenſis ludorum.

¶ Hic titulus interpretationem non deſiderat.

De aquæductu.

¶ De priuilegijs eorum, per quorum fines aquæductus ineant, & qui illis præfecti ſunt, in hoc titulo diſputatur. Porrò, aquæductus, eſt meatus quidā ſubterraneus, per quem aqua fluit, & ducitur.

De Gladiatoribus.

¶ Gladiatores omnino prohibētur ab Imperatore. Porrò, de origine Gladiatorum ita ſcribit Iulius Capitolinus. Multi dicunt apud Veteres, hanc deuotionem contra hoſtes factam, ut ciuium ſanguine litato, ſpecie pugnarum fortunam ſatiarent. Alij hoc literis tradunt (quod uериſimilius credo) ituros ad bellum Romanos, debuiſſe pugnas uidere, & uulnera, & ferrum, & medios inter ſe coeuntes, ne in bello armatos hoſtes timerent, aut uulnera & ſanguinem perhorreſcerent. Hinc mos tractus uidetur, ut Imperatores ad bellum proficiſcentes, munus Gladiatorum darent.

De Venatione ferarum.

¶ Quæ feræ inter uenandum perſequi poßint, hic dicitur.

De Mauinia.

¶ Alciatus Maiuma legit. At Maiuma, Suida autore, feſtiuitas eſt, quæ fit Romæ Maio menſe. Nam Romani maritimā urbem adeūtes Hoſtiā, inter aquas uoluptatibus incumbebant, inuicem ſe inuadentes: quā ſolennitatem ſuſtulit Anaſtaſius Imperator.

Vt armorum uſus, inſcio Principe, interdictus ſit.

¶ Nulli inſcio, & inconſulto Imperatore, arma mouere licere, hic dicitur.

De Agricolis, & cenſitis, & colonis.

¶ De priuilegijs agricolarum, dum uel ſationibus, uel meßi, uel uindemiæ incumbunt, hic dicitur. Tum, quando agros uendere poßint agricolæ. Porrò Cenſiti, ut ego quidem exiſtimo, dicuntur, quorum agris cenſus impoſitus eſt. Cæterum, Coloni, à colendis agris, hic dicuntur.

De Capitatione ciuium cenſibus eximenda.

¶ Capitatio dicitur tributum, quod à ſingulo quoque capite quondam exigebatur. Ab hac ciues Romani ab Imperatore liberantur.

In quibus cauſis coloni, dominos accuſare poſſunt.

¶ Hic titulus ſatis clarus eſt.

De colonis Palæſtinis.

¶ Palæſtina, eſt prouincia Syriæ, coniuncta Arabiæ: uide Pomponium Melam, libro primo, capite undecimo.

De Colonis Thracenſibus.

¶ Thracia, eſt regio proxima Scythiæ, à Pontici littoris fronte, uſque ad Illyricos penitus remiſſa, regio nec cœlo læta, nec ſolo, & niſi qua mari propior eſt, infœcunda, frigida, eorumq́; quæ feruntur, malignè admodum patiens. Hæc ex Pomponio Mela in lib. 2°. aſcribere libuit, quod ad titulum intelligendum nonnihil faciant.

De colonis Illyricanis.

¶ De Illyria ſuprà dictum eſt.

Vt nemo ad ſuum Patrocinium ſuſcipiat ruſticanos, uel uicos eorum.

¶ Hic titulus apertißimus eſt.

Ne Ruſticani ad ullum obſequium deuocentur.

¶ Et hic titulus ſatis patet.

Non licere habitatoribus Metrocomiæ loca ſua, &c.

¶ Alciatus in hunc titulum hoc annotauit. Scire debemus, eos qui in ciuitatibus habitabant, Capitationibus non fuiße ſuppoſitos: qui uerò ruri erant, contrà: ut ex præcedentis tituli prima conſtitutione probatu facilè eſt. Sed quia erant pagi quidam, qui licet ciuitatum nomine cenſerentur, urbis tamen nobiliores erant: & propterea, qui in his habitabāt, Capitatione etiam ipſi exuebantur. Negat Imperator ſe paſſurum, ut in his pagis cæteri admittantur: ne fraus fiat Fiſco. Intelligo igitur per Metrocomiā, pagos hoſce maiores, qui paulùm infra urbis dignitatem ſunt. Hæc ille. Porrò Budæus in Poſterioribus Annotationibus hæc annotauit. Sic eſt Metrocomia inter uicos, ut metropolis inter urbes, à ſuisq́; colonijs agnoſcitur.

Vt nullus

Vt nullus ex uicarijs, pro alienis uicariorum debitis teneatur.

¶ *Hic habes ex cõtractu unius, alterũ non obligari: ut eſt etiam in l. penult.* C. *Ne uxor pro marito.*

De Cenſibus, & Cenſitoribus, & peræquatoribus, & inſpectoribus.

¶ *Id eſt, publicis penſitationibus: & Cenſitoribus, id eſt, cenſuum impoſitoribus: & Peræquatoribus, id eſt, de Exactoribus cenſuũ capitationis. Dicuntur uerò Peræquatores, quòd æqualiter ab omnibus cenſum exigant. Porrò, Inſpectores, in præſenti titulo dicuntur ij, quibus eſt poteſtas prædia prouincialia inſpiciendi, an forſitan aliqua aut deſerta iaceant, aut malè colantur.*

De omni agro deſerto, & quando ſteriles fertilibus imponuntur.

¶ *In hoc titulo tractatur, quid Iuris ſit cum agro deſerto, qui alicui nouo poſſeſſori habitandus datur. Tum etiam tractatur, quando ſteriles agri cum fertilibus compenſantur.*

De fundis Limotrophis, & terris, & paludibus, paſcuis limitaneis, & caſtellorum.

¶ *Limotrophi, fundi dicuntur, à limitaneis militibus: quòd tenerentur eorum poſſeſſiones, annonam inde prouenientem, ad caſtra militum ducere, qui in Imperij limitibus excubabant aduerſus Barbaros. Porrò, ut fundi limitanei à limotrophis diſcrepent, Ælius Lampridius his uerbis indicat. Sola quæ hoſtibus capta ſunt, limitaneis ducibus & hoſtibus donauit: ita, ut eorum eſſent, ſi hæredes eorum militarẽt, nec unquam ad priuatos pertinerent: ducens attentius eos militaturos, ſi etiam ſua rura defenderent. Hæc ex Alciato. Cæterũ, quod in fine tituli additur, Caſtellorum, ratio Grammatica dictat, ut caſtellis, legamus.*

De Paſcuis publicis, & priuatis.

¶ *Hic titulus ſatis liquet.*

De Fundis patrimonialibus, & ſaltuenſibus, & emphyteuticis, & eorum conductoribus.

¶ *In hoc titulo agitur de fundis patrimonialibus, id eſt, proprijs ipſius Imperatoris. Et ſaltuenſibus, id eſt, fundis, qui in cuſtodiam ſaltuum ſunt. Et de fundis emphyteuticis: tum de eorum fundorum cõductoribus.*

De mancipijs, & colonis patrimonialium, & ſaltuenſium, & emphyteuticorum fundorum.

¶ *Hic titulus apertus exiſtit.*

De fugitiuis colonis patrimonialibus, ſaltuenſibus, & emphyteuticis.

¶ *Et hic titulus liquet.*

De collatione fundorum patrimonialium, & ſaltuenſium, & emphyteuticorum.

¶ *Hic titulus, quia clarus eſt, à me præteritur.*

De fundis rei priuatæ, & ſaltibus diuinæ domus.

¶ *Id eſt, de fundis Fiſcalibus, & paludibus diuinæ domus, id eſt, Imperij Cæſ.*

De Fundis & ſaltibus rei dominicæ.

¶ *Hic titulus clarus eſt.*

De Agricolis, & mancipijs dominicis, uel fiſcalibus reipublicæ uel priuatæ.

¶ *Nec in hoc titulo, ut aliquid dicam, opus eſt.*

De prædijs tamiacis, & de his qui ex colonis dominicis, alijsq; liberis conditionis procreantur.

¶ *Alciatus fundos tamiacos eſſe putat, qui diſpenſatori publico præſtabant annuos fructus uectigales, quibus ille poſtea in domo Imperatoria diſpenſabat alimenta. Nam* ταμίας, *diſpenſatorem ſignificat.*

De diuerſis prædijs urbanis, & ruſticis templorũ, & ciuitatum, & omni reditu ciuili.

¶ *Hic titulus ſatis per ſe, quid uelit, oſtendit.*

De locatione prædiorum ciuilium, uel fiſcalium, ſiue templorum, ſiue rei dominicæ, uel priuatæ.

¶ *In hoc tit. Imperator tractat, quid Iuris ſit in locatione prædiorum ciuilium, id eſt, ciuitatum: uel fiſcalium, id eſt, ipſius Imperij: ſiue templorũ, id eſt, ædium ſacrarum: ſeu rei priuatæ, id eſt, uniuſcuiuſq; hominis: uel dominicæ, id eſt, Imperatoris.*

De conductoribus, & procuratoribus, ſiue exactoribus, prædiorũ fiſcalium domus Auguſtæ.

¶ *Id eſt, ipſius Imperij.*

Quibus ad conductionem prædiorum fiſcalium, id eſt, ipſius Imperij, accedere non licet.

¶ *Titulus hic eſt facilis.*

De collatione fundorum fiſcalium, uel rei priuatæ, uel dominicæ, uel ciuitatis, uel templi.

¶ *Quid hoc in titulo apertius eſſe poſſet?*

De priuilegijs domus Auguſtæ, uel rei priuatæ, & quarum collationum excuſationem habent.

¶ *Nec hic titulus ullam Exegeſim requirit.*

De grege dominico.

¶ *Id eſt, grege pecudum ipſius Imperatoris.*

De Palatijs, & domibus dominicis.

¶ *Id eſt, locis in quibus Imperator commoratur.*

De cupreſsis ex luco Daphnes, uel Perſeidos, per Ægyptum non excidendis uel uendendis.

¶ *Daphne Antiochiæ in Syria ſuburbanum eſt, quod lxxx. ſtadiorũ ambitu clauditur, ut ſcribit Strabo: in eo erant ſpectatiſſimæ lauri, autore Auſonio, unde & nomen ſumpſit. Addit Philoſtratus, alibi inſolitas in eo naſci Cupreſſos: in memoriam Cypariſſi, quem Apollo dilexit, cui ille lucus eſt ſacer. Perſeidis autem luci rara eſt admodũ apud autores mentio. Hæc ex Alciato adferre libuit, quæ ad titulum intelligendum, plurimum momenti adferent.*

LIBER XII

De dignitatibus.

H*Ic titulus clarus eſt.*

De Prætoribus, & honore Præturæ, & collatione, & gleba, & claui, & folli, & ſeptem ſolidorum functione ſublata.

¶ *Intellige hunc titulum de Prætoribus militarib. Cæterum, ut hunc titulum ad plenum intelligas, uerba Alciati adſcribam, qui non facilè (inquit) reperies quid gleba, clauis, follis, et ſeptem ſolidorũ functio ſit: quare exiſtimo, quoties aliquis Præturam inibat (intelligo autem Militarem) ſolitos fuiſſe prouinciales, ſeu quoſcunque alios, in magiſtratus initio, illi collationem quandam, ſeu munus ſeptem ſolidorum conferre, quod quidem munus mixtum erat. Vtebantur & fortaſſis ſolennibus donationibus, ut glebam, clauem, follem darent: quas omnes hæc Imperatoria conſtitutio antiquitauit. Ferebant autem glebam, uel propter auertendam caritatem, penuriamq́; : ut memor eſſet Prætor, ita res curare, ut annonæ ratio ſalua eſſet: uel etiã, ut ipſe in adminiſtratione ita ſe gereret, ut omnes accepiſſe uiderentur aruum pro gleba. Clauem uerò idcirco dari credendum eſt, quoniam ea ſignum liberæ poteſtatis, & dominij in rebus acquiſiti: quod utiq; nec noſtri Iuriſconſulti prætermiſere. At follis, aut ad oſtendendã potentiam præſtabatur, ſicut legimus miſſam ad ſe ab Dario pilam, interpretatum fuiſſe Alexandrum Magnum: uel ſanè eum militarium rerum habere poteſtatẽ. Hæc ille. Alia, quæ in hunc Titulum uir ille doctiſſimus ſcribit, in Annotationibus trium poſteriorum librorum Codicis reperientur.*

De conſulibus, & non ſpargendis ab his pecunijs, & de præfectis, & magiſtratibus militum, & patricijs.

¶ *Vt Iuuenis Studioſus intelligat, quid moris fuerit in pecunijs ſpargendis, en Vopiſci uerba in Aureliano ſubſcribam: Vidimus proximè Conſulatum Farij Placidi tanto ambitu in circo æditum, ut non præmia dari aurigis, ſed patrimonia uiderentur. Cùm darentur lineæ ſubſericeæ, lineæ paragaudæ, darentur etiã equi, ingemiſcentibus frugi hominibus. Factum eſt enim, ut iam diuitiarũ ſit, non hominum conſulatus. Hæc ille. Porrò, quod in titulo eſt de Patricijs, nolo Iuuenis intelligat, illos Patricios, qui ex Senatorij ordinis uiris progeniti ſunt, ut eſt apud Liuium lib. 1. ab Vrbe: ſed de Patricijs multo maioribus, ut qui nõ ex ſucceſſione debita, ſed à Principe creari ſolebant.*

De præfectis prætorio, ſiue urbi, & magiſtris militum in dignitatibus exequendis.

¶ *De illis magiſtratibus, in libro primo, à me κατακόρως dictum eſt.*

De Præpoſitis ſacri cubiculi, & de omnibus cubicularijs, & priuilegijs eorum.

¶ *Hic titulus nulli non expoſitus eſt.*

De Quæſtoribus, & magiſtris officiorum, & comitibus ſacrarum largitionum, & rei priuatæ.

¶ *Hic titulus, quia apertus eſt, à me ſilentio præteribitur.*

De Primicerio, & Secundicerio & notarijs.

¶ *Primicerius (autore Alciato) notarius Principis dicitur, & honore inter notarios primus: ſicut ſequens dicitur, Secundicerius. κηρὸς, enim ceram ſignificat:*

λύρωμα, tabulam ceratam, in qua antiqui ſcribebant. Ab huiuſmodi igitur tabulis dicti ſunt Primicerij.

Vt dignitatum ordo ſeruetur.

¶ Hic titulus per ſe patet.

De Magiſtris ſacrorum ſcriniorum.

¶ In hoc titulo Imperator refert priuilegia magiſtrorum ſacrorum ſcriniorum Cæſ. hoc eſt, τῶν ἀντιγραφέων, ut Græci dicunt, id eſt, obſeruatorem pecuniæ Principis. Cicero Cuſtodes uocat.

De Comitibus conſiſtorianis.

¶ Id eſt, de Comitibus conſiſtorij Cæſaris. At Conſiſtoria dicuntur Archiua Cæſarea, & Imperatoris Palatinæ domus: quæ etiam uocantur Auguſtalia.

De Comitibus, & tribunis ſcholarum.

¶ In hoc titulo tractatur de Comitibus, & tribunis ſcholarum, id eſt, locorum, in quibus tyrones ad opera bellica exercentur.

De Comitibus rei militaris.

¶ Id eſt, militum. Obſerua in his titulis uaria genera Comitum.

De Comitibus, & archiatris ſacri palatij.

¶ Id eſt, de Comitibus, & medicis, qui in aula Imperatoria uerſantur.

De Profeſſoribus, qui in urbe Conſtantinopolitana docẽtes, ex Lege meruerunt Comitiuam.

¶ Id eſt, honorem Comitum: hic Tit. planus eſt.

De Silentiarijs, & decurionibus eorum.

¶ Alciatus ex Procopio ita annotauit. Procopius, inquit, ad ea quæ quietis ſunt in palatio, miniſtrũ Silentiarium uocant: ſicut Domeſticum, arcanorũ Principis conſcium. Porrò, Decuriones, dicũtur primarij Cæſarum Conſiliarij.

De domeſticis, & Protectoribus.

¶ Domeſtici, ut iam dictũ eſt, dicuntur arcanorum Principis conſcij. Protectores dicuntur, qui ornati ſtipant latus Principis.

De præpoſitis laborum.

¶ Varia eſt huius tituli lectio. Sunt qui legant, ut uulgò legitur, De Præpoſitis laborum: ut intelligamus omnes miniſtros domus Imperatoriæ. Sunt, qui Eulaborum legant. εὐλαβὴς uerò (autore Suida) negociorum ſuſceptorem ſignificat. Accurſ. annotauit, & Labarum, legi. Et Alciatus ſcribit, labarum eſſe ſpeciem uexilli alijs nobilius, quod ante Imperatores feratur. Denique ſunt, qui legant, de Præpoſitis libellorum. Hæc annotare libuit, ut Lectori coniectandi anſam præberem.

De proximis ſacrorum ſcriniorum, cæteriſq́ue, qui in ſacris ſcrinijs militant.

¶ Sunt qui tradant, tria ſcriniorum genera quondam fuiſſe: epiſtolarum, libellorum, conuentionalium, & cognitionum, & rationatorum: & de præpoſitis omnibus horum ſcriniorum, in hoc titulo tractari: id quod mihi nõ prorſus diſplicet. Scrinia, ſunt plutei & armaria, quibus commentarij & libelli, literariaq́ue monumenta cõcludi ſolent. Vide Budæũ in prioribus Annotationibus Pandect. Iuris Ciuilis.

De agentibus in rebus.

¶ Qui dicãtur Agentes in rebus, oſtendit Imperator inferius. in. l. ſecunda. de Curioſis, & ſtationarijs: in qua lege (ut obiter hoc moneam) euectiones publici curſus, dicuntur diplomata, uel chartulæ ſigno Principis obſignatæ: uel teſſeræ, quibus agnitis, qui ἔπαρχοι dicuntur, hoc eſt, Præſides, & alij magiſtratus, præfectiq́ue, uehicula cum equis publici curſus accommodabant. Budæus in poſterior. Annotat. Iuris Ciuilis.

De Præpoſitis agentium in rebus.

¶ Id eſt, qui præſunt agentibus in rebus.

De principibus agentibus in rebus.

¶ Bartolus hic annotauit, Principes agentiũ in rebus, appellari eos, qui palmam laborum meriti, per defluxum XXV. annorum, per Principem quieti traditi ſint. ut infrà. l. j. & iij.

De Curioſis, & ſtationarijs.

¶ Alciatus ſcribit Curioſos hic appellari, qui commiſſa in Curia Principis, uel in comitatu Præſidum, per omnes prouincias retulerint ad Præfectos, & inde nomen ſumpſiſſe. Porrò, Stationarios, idem Alciatus refert, pro his accipi debere, qui Stationariorum militum debita deferant.

De Palatinis ſacrarum largitionum, & rerum.

¶ Alciatus ex Græco quodã Iuris Interprete hæc

annotauit. Græcus Legum Interpres, Palatini (inquit) communiter dicuntur omnes habitantes in palatio: alij quidem ſemper in domo Auguſti perſeuerãtes, qui Comitatenſes dicuntur. Comitatum autem, locum appellant, in quo uitã ducebat Imperator. Qui uerò in prouincias mittebantur, dicũtur Mittendarij, à mittendo. Hæc ille. Porrò, Palatini ſacrarum largitionum, mihi dici uidentur hi, qui aut ſtipendia erogãt, aut qui procurationem reipublicæ ſuſceperunt. Quod uerò additur, Rerum priuatarũ: ego intelligo, Rerum priuatarum Cæſaris.

De Stratoribus.

¶ *Alciatus mauult hic legere, Statoribus: ut intelligamus eos, quos Princeps uaria neceßitate mittit ad prouincias, ut nunciẽt aliquid, quibus tenentur prouinciales ſubinde mutare equos, quo celerius eant: uulgus uernacula lingua, equitãtes Principis famulos uocat. Porrò, Stratores dicebãtur milites, qui caſtra præibãt, ut loca accommodatiora ad traducendum exercitũ facerent: de quibus Vegetius lib. 2.*

De Caſtrenſianis, & Miniſterianis.

¶ *Alciatus hunc titulum rectius inſcribi putat, de Caſtrenſibus miniſtris: de quorum officio Lampridius in Alexandro, ita ſcribit: Aulicũ (inquit) miniſterium in id contraxit, ut eſſent tot homines in ſingulis officijs, quot neceßitas poſtularet: ita, ut annonas, non dignitatem acciperent, fullones, & ueſtitores, & piſtores, & pincernæ, omnes Caſtrenſes miniſtri. Hæc ille.*

De Decanis.

¶ *Modeſtinus in libro de Rei militaris uocabulis. Decani (inquit) erant decem militibus præpoſiti, qui nunc Caput contubernij uocantur.*

De Menſoribus.

¶ *Menſores (inquit Vegetius, et Modeſtinus) ſunt, qui in caſtris ad podiſmum dimetiũtur loca, in quibus tentoria figant: uel qui hoſpitia in ciuitatibus præſtant.*

De priuilegijs eorum, qui in ſacro palatio militant.

¶ *Titulus clarus eſt.*

De Priuilegijs ſcholarum.

¶ *Id eſt, militantiũ in ſacro palatio. Nam & ſchola militum dicitur, Vegetio autore.*

De caſtrenſi omniũ Palatinorum peculio.

¶ *Hic titulus manifeſtus eſt.*

De equeſtri dignitate.

¶ *Hic titulus multò clarißimus eſt.*

De perfectiſsimatus dignitate.

¶ *Præſes Hiſpaniæ Tarraconẽſis, & præſes Norici, erant perfectißimi tantum, ut hic multis uerbis Alciatus oſtendit.*

Qui militare poſſunt, uel non: de ſeruis ad militiæ dignitatẽ aſpirantibus, & ut nemo duplici militia, uel dignitate, & militia ſimul, utatur.

¶ *Hic titulus per ſe ſatis conſtat.*

Negociatores ne militent.

¶ *Quid hoc titulo apertius?*

De re militari.

¶ *In hoc titulo Imperator tractat de rebus ad militiam pertinentibus.*

De caſtrenſi peculio, & præfecti annonæ.

¶ *Peculiũ caſtrenſe eſt, quod à parentibus, uel cognatis in militia degenti donatum eſt: uel quod ipſe filius familias acquiſiuit. l. ſi fortè & l. caſtrenſe. ff. de Caſtrenſi peculio. Porrò quis præfectus annonæ ſit, ſuprà dictum eſt: & uide Liuiũ lib. 4. ab Vrbe condita.*

De erogatione militaris annonæ.

¶ *In hoc Titulo tractatur, quo pacto annona militaris inter milites partiatur. Porrò Vegetius, Annonas expenſas uocat, eas frugũ pabuliq; ſpecies, quas prouinciales militibus expendunt.*

De excuſatione, & translatione militarium annonarum.

¶ *In hoc titulo tractatur, quomodo cibi in bello excoqui poßint, ut diu durent.*

De militari Veſte.

¶ *Hic titulus clarus exiſtit.*

De Metatis Epidemeticis.

¶ *Alciatus legit, metatores. Cæterum Metatores, ſunt milites, qui præcedentes, locum eligunt caſtris, ut Vegetius autor eſt. At Epidemetici dici uidẽtur, qui in urbibus loca metantur.* ἐπιδημεῖν *enim, idem ualet quod*

quod In ciuitatem, in rem præſentem uenio. Budæus *in poſterioribus annotationibus, ita ſcribit:* Menſores, *inquit* Vegetius, *ſunt, qui ad podiſmum, id eſt, pedũ dimenſionem dimetiũtur loca, in quibus tentoria figant: uel qui hoſpitia in ciuitatibus præſtant: hi etiam* Metatices *dicuntur: & metari uerbum, & metata, in tit.* de Metatis, in Codice. σαθμᾶται *Græcè dicitur, cuius rei maximus erat uſus* Romanis *in caſtris, ut docet* Polybius.

De Salgamo hoſpitibus non præſtando.

¶ *Salgami appellatione, autore* Alciato, *uenit oleum, butyrum, ſal, & huiuſmodi eſculenta ad condiendum, atque etiam alia indies neceſſaria, ueluti ligna.* Auſonius. *Salgama, non hoc ſunt quod* Balſama: *cedite odores.*

De Commeatu.

¶ *Commeatus, in præſenti titulo accipitur, pro copia & facultate abeundi à militia. Vide* Vallam.

De Tyronibus.

¶ *Hic titulus apertus ſatis eſt.*

De Littorum, & itinerũ cuſtodia.

¶ *Et hoc titulus nihil apertius eſſe poſſet.*

De deſertoribus, & occultatoribus.

¶ *De deſertoribus, intellige militiæ: & occultatoribus, id eſt, de his, qui occultant aliquem, qui militiam & caſtra deſeruit.*

De Veteranis.

¶ *Hic titulus ut exponatur, opus non habet.*

De filijs officialium militarium, qui in bello moriuntur.

¶ *Nihil hoc titulo clarius exiſtit.*

De oblatione Votorum.

¶ *Quomodo uotis promiſsis Principis ſatisfieri debeat, hoc in titulo traditur.*

De numerarijs, & actuarijs, & chartularijs, & adiutoribus, ſiue ſcriniarijs, & exceptoribus ſedis excelſæ, cæterorumq; Iudicum, tam militariũ, quàm ciuilium, id eſt, Magiſtratuum.

¶ *Numerarius dicitur, qui ſummas pecuniarũ ſub calculum uocat. Actuarius, qui acta actionesq; calamo præpoſtero deſcribit, & deſcripta recitat. Chartularius, qui chartarum publicarum tractatibus occupatur. Scriniarius uerò, eſt ſcriniorum, id eſt, rerum arcanarum cuſtos. Exceptores mihi dici uidentur hi, qui breuiter aliquid à dictante annotant.*

De Curſu publico, & Angarijs, & Parangarijs.

¶ *Quid Curſus publicus ſit, ita oſtendit* Alciatus. *Sciendum eſt (inquit) per diſpoſitos locos Prouinciarum habuiſſe Imperatores quoſdam equos, qui ſumptu publico alebantur: ut quoties repentinum aliquid accidiſſet, mutatione equorum, citiſsimè, quo uellet Imperator, poſſet mittere quemcunq; nuncium: uulgus Poſtas uocat. Hæc ille. At uerò apud Perſas erat* ἀγγαρεῖον δρόμημα, *curſus peritiſsimus equitum, ut ſcribit* Herodotus *in octauo: unde nomen* Angariæ, & Parangariæ *(ſic enim legendum eſt) promanat.*

De Tractatoribus, & ſtatuis.

¶ *Tractatores, in præſenti titulo dicuntur, qui tractatorios habent, id eſt, licentiam adducendi equos, in curſu publico: quam* Plinius *in epiſtola ultima ad* Traianum, *Diploma uocat. Vide* Budæum *in* Poſterioribus Annotationibus Iuris Ciuilis. *Enimuero pro* Statuis *in titulo,* Statiuis, *legendum eſt,* Alciato *autore. Sunt uerò* Statiua, *loca in quibus aliquis moratur.*

De Apparitoribus præfectorum prætorio, & priuilegijs eorum.

¶ *Id eſt, miniſtris præfectorum prætorio, &c.*

De Apparitoribus præfecti Vrbis.
De apparitoribus magiſtrorũ militum, & priuilegijs eorum.
De apparitoribus comitis orientis.

¶ *Hi tituli tres, per ſe clari ſunt.*

De Cohartalibus, & Principibus cornicularijs, ac primipilarijs.

¶ Alciatus *pro* Cohartalibus, *legit* Cohortalibus: *quod in domeſtica militia alicuius cohortis ſint. Cæterum, quid* Cornicularij *ſint, indicat* Auſonius, *dum inquit:* Accenſi, *dicebantur attributi* Decurionibus: *hoc eſt, miniſtri eorum, quaſi ad centum additi, quos nunc* Commentarienſes, & Cornicularios *appellant. At* Primipilarij, *uel* Primipilus, *dicitur* Centurio *primæ cohortis: autore* Liuio, *libro ſeptimo. Nam ordo, tres partes habebat, quarum unamquamq;* Primumpilum *uocabant. Vide* Vegetium, *lib. ij.*

De Apparitoribus præfecti annonæ.

¶ *Hic titulus clarus eſt.*

De diuerſis officijs, & apparitoribus Iudicum, & approbatoribus eorum.

¶ *Et hic titulus clarus exiſtit.*

De exceptoribus, & exactoribus.

¶ *De exceptoribus, ſcilicet, breuiter ſummæ tributorū conſcriptoribus, & exactoribus tributorum.*

De Lucris aduocatorum, & concuſſione officiorum, ſiue apparitorum.

¶ *Quid Iuris ſit, ſi quis ab aduocatis Cæſaris, & alijs Cæſarianis officijs occupatis lædatur.*

De Primipilo.

¶ *Hanc uocem, non ita multò antè explicauimus.*

Publicæ lætitiæ, uel Conſulum nunciatores, uel inſinuatores conſtitutionum, & aliarum ſacrarum, uel iudicialium literarum, ex deſcriptione, uel ab inuitis, ne quid accipiant immodicum.

¶ *Nuncij publicæ lætitiæ, uel aliarū rerum, in titulo enumeratarum, non debent ab inuitis immodicum accipere: hoc uult titulus.*

FINIS.

ERRATA.

Columna 11 uerſu 23 interpretetur. 11. 33 Diuorum. 11.38 iniuſta. 14.58 iniuſta. 21. 19. Vergil. Æneid. 3 – Cecidere animi, iam amplius armis, Sed uotis, precibus, &c. 33. 10 prouocatio ne eſto. 45. 16 lex iniqua. 54. 26 redire. 54. 43 quæſitos. 56.32 appellantur Inſtit. 58. 28 dominium. 61.41 cauſas 62.32 hæred. quæ ab. 63. 6 qui nupt. iter. 67.39 ſuccedunt. 75.28 ſecandum. 89.22 ex homin. factos dic. 95,21 dominus Old. attulit. 116, uerſu penultimo, 1520.

INDEX ALPHABETICVS TITVLORVM EXEGESEOS.

A

ABigeis peculiariorum 394
Abolitionibus 394
Acceptilationibus 389
Accuſat. & inſcript. 391
Act. & oblig. 349
Act. à tut. ſeu cur. dan. 367
Acquir. & retin. poſſ. 379
Act. empt. & uend. 357
Ad exhibendum 347
Ad legem Corn. de falſis 393
Ad legem Corn. de ſicarijs 392
Ad legem falcid. 375
Ad legem Fauiam de plag. 392
Ad legem Iuliam de adult. 391
Ad legem Iul. de ambitu 393
Ad legem Iul. maieſt. 391
Ad legem Iul. repetund. 393
Ad legem Iul. de ui publ. 392
Adminiſtr. rerum publ. 406
Adminiſtr. tut. 364
Adoptionibus 389
Ad ſenatuſconſ. Maced. 353
Ad ſenatuſconſ. Orfic. 375
Ad ſenatuſconſ. Tertull. 375
Ad ſenatuſconſ. Trebell. 374
Ad ſenatuſconſ. Turpil. 395
Ad ſenatuſconſ. Vell. 353
Aduoc. fiſci 330
Aduoc. diuerſ. iudiciorum 330
Aduoc. diuerſ. Iudicum 330
Ædificijs priuatis 399
Ædilitijs action. 358
Agentib. in reb. 414
Agric. & cenſit. 407
Agric. & manc. dom. uel fiſc. reip. uel pri. 410
Alen. lib. à parent. 363
Alexandriæ primat. 405
Alien. iud. mut. cauſ. fac. 338
Aliment. pub. præſt. 366
Alluu. palud. & paſc. 380
An ſeruus ex ſuo fac. 350
Annali except. Ital. 380
Annonis & capit. ad. 327
Annonis ciuil. 405
Annonis & tribut. 397
Apochis publicis 398
Apoſtatis 319
Apparit. præf. annonæ 419
Apparit. com. orien. 418
Apparit. mag. mil. 418
Apparit. præf. præt. 418
Apparit. præf. urb. 418
Appellat. & conſult. 382
Aquæductu 407
Arbit. tutelæ 366
Arg. precio ad theſ. inf. 403
Aſſertione tollenda 377
Aſſeſſoribus 327
Athletis 400
Auro coronario 402
Auri publ. perſcrut. 402
Autor. præſtan. 367

B

¶ Bonis autoritate iudicis poßidendis ſeu uen. 383
Bonis quæ liberis 376
Bonis uacantibus 396
Bon. poſſeſ. ſec. tab. 370
Bon. poſſeſ. con. tab. 370
Bon. poſſ. con. tab. liber. 370
Bon. eorum qui mor. ſibi conſ. 395
Bonis libertorum 369
Bonis maternis 376
Bonis proſcriptorum 395

C

¶ Caducis tollendis 375
Calumniatorib. 395
Canone frum. urb. 405
Canone largit. tit. 398
Capien. & diſtra. pignoribus tributorũ cauſa 398
Capitatione ciuium cenſ. 408
Capt. & poſtlim. reuerſ. 390
Carboniano edicto 371
Caſtrenſ. & miniſteria. 415
Caſtrenſi om. palat. pecu. 415
Caſtrenſi peculio 416
Cenſib. & cenſitor. 409
Claßicis 404
Codicillis 373
Cohort. & prin. cornic. 418
Collationibus 371
Collat. donatorum 398
Collatione æris 399
Collat. fun. fiſc. 411
Collat. fund. patr. 410
Colluſ. deteg. 378
Colonis Illyric. 408
Colonis Palæſtinis 408
Colonis Thracen. 408
Collegiatis & chartopratis & numularijs 404
Comit. & archiat. ſac. pal. 413
Comit. conſiſtor. 413
Comit. rei milit. 326 & 413
Comit. & tribun. ſchol. 413
Commer. & mercator. 358
Commeatu 417
Commi. epiſt. program. 382
Commodato 352

S 5

Comm.diuidundo 346
Comm.de manumiſ. 377
Comm.de legatis 374
Comm.rer. alienat. 357
Comm.ſeruo manumiſ. 376
Comm.de ſucceſſ. 375
Comm.de uſucap. 379
Com.utri.iud. 346
Compenſationib. 354
Concubinis 363
Coudit.ex lege 349
Condit.furt. 348
Condit.indebiti 348
Condit.inſertis 374
Condit.ob cauſ.dat. 348
Condit.ob turp.cauſ. 348
Conditis in pub.hor. 398
Conduct.& procur. 410
Confeßis 382
Confirm.tut. 363
Conſort.eiuſ.litis 346
Conſul. & non ſpargendis ab his pecunijs 412
Conſtit.pecunia 351
Contract.iud. 327
Contrah.empt.& uend. 355
Contrah.& com.ſtipul. 388
Conuen.fiſci debitor. 395
Cred.euict.pig.non deb. 389
Crimine expilatæ hæred. 394
Crim.peculatus 393
Crim.ſacrilegij 393
Crim.ſtellionatus 394
Cupreſ.ex luco Daph. 412
Curat.fur.uel prod. 368
Curial. urb. Romæ 404
Curioſ.& ſtation. 414
Curſu publico. 418
Cuſtod. reor. 391

D

¶ Debitorem uen.pign. 387
Debitorib.ciuitatis 406
Decanis 415
Decretis decurionum 400
Decurion.& fil.eorum 399
Dedidit.liber.toll. 376
Delatorib. 397
Defenſ.ciuit. 328
Depoſiti,uel contrà 354
Deſert.& occultat. 417
Dignitatibus 412
Dilationibus 341
Diſcuſſorib. 399
Diuer.off. 419
Diuerſ.præd.urban. 410
Diuerſ.reſcrip. 322
Diuiden.tutela 366
Diuor.fac.apud quem liberi morari uel educ. 363
Dolo malo 332
Domeſt.& protect. 413
Donationibus 390
Donat.ante nupt. 303
Donat.inter uir.& ux. 362
Donat.quæ ſub mo.uel con. 390
Donat.cauſa mor. 390
Dote cauta non num. 361
Dotis promiſſ. 361
Duob.reis ſtip.& prom. 388

E

¶ Edendo 329
Edicto diui Adri.toll. 372
Emancip.liber. 389
Emend.Cod.Iuſtin. 316
Emend propinq. 392
Emend.ſeruorum 392
Eo qui pro tut.uel cur. 365
Epiſc.audientia & diuer.cap.quæ ad ius cur. 318
Epiſc.& cler. 317
Equeſt.dignit. 416
Errore aduoc. 330
Errore calculi 329
Erogat.mil.an. 416
Etiam ob chir.pec. 387
Etiam per procur.cauſ.reſt. 337
Euictionibus 389
Exactor.tribut. 397
Except.& exact. 419
Except.& præſcript. 388
Excuſ.artificum 401
Excuſ.ueteran. 367
Excuſ.munerum 400
Excuſ.& tranſ.mil.an. 416
Excuſ.tut.& cur. 367
Ex delic.defunct. 350
Execut.rei iud. 382
Exhib.& tranſ.reis 391
Expen.ludorum 407
Ex quib.cauſ.inf.ir. 330

F

¶ Fabricenſibus 404
Fal.cauſ.ad.leg. 374
Falſa moneta 393
Fam.erciſcundæ 346
Famoſis libel. 394
Ferijs 341
Fideicommiſ. 373
Fideicommiſ.liber. 376
Fide inſtrumen & amiſ.eorum 351 & 396
Fideiuſſ.& mandat. 388
Fideiuſſ. min. 333
Fideiuſſ.tut. uel cur. 367
Filiofam. min. 333
Filijsfam.& quemad. 401
Filijs offic.mil. 417
Fin. regund. 346
Fiſcalib.uſuris 396
Form. & impet. 338
Fruct.& lit.expen. 382

Fruct.

Frumento Alexandrino 405
Frum.urb.Conſtant. 405
Fugitiuis colonis pat. 410
Fundo dotali 363
Fund.limotrophis & terris & paludibus 409
Fundis patrim. 409
Fund.rei priuatæ 410
Fund.& ſalt.rei dom. 410
Furtis,& ſeruo cor. 369

G

¶ Generali abolition 395
Gladiatoribus 407
Grege dominico 411

H

¶ Hæred.actionib. 350
Hæred.uel act.uen. 355
Hæred.decur.nauic. 376
Hæred.inſtit. 371
Hæred.tut.uel cur. 366
Hæreticis & Manicheis & Samaritanis 318
His qui acc.non poſ. 391
His qui uen.æt.imp. 336
His quæ ex pub.coll.illa.ſ. 402
His qui in pri.cred.loc.ſuc. 386
His qui deferunt 397
His qui ad eccl.conf. 320
His qui in exil.dati 401
His quib.ut indig.hær.auf. 373
His qui latro.uel al.cri.re. 394
His quæ ſub mo.leg. 374
His qui num.liber. 400
His qui in Eccl.manu. 320
His qui à non do.manu. 377
His quæ ui met.cauſ. 332
His qui per metum iudicis non appellauerunt 383
His qui ſpon.pub.mun.ſub. 400
His qui ex offi.quod admin. 406
His qui parent.uel lib.oc. 392
His qui ex pub.ration. 396
His qui ad ſtat.conf. 323
His qui non imple.ſtipen. 400
His qui an.apert.tab. 375
His qui ſibi adſcri.in teſt. 393
His quæ pœ.no.in teſt. 373
His qui pot.no.tit. 331
His qui à prin.uac.acce. 400
Honoratorum uehiculis 405

I

¶ Inceſtis & inutil.nupt. 360
Incolis 400
Indictionibus 397
Indicta uiduit.toll. 373
Infamibus 401
Infant.expoſitis 390
Infirm.pœnis 390
Ingen.manumiſ. 377
Ingratis liber. 389
Iniurijs 394
Impub.& alijs ſubſt. 371
In ius uocando 329
In litem iurando 366
In lit.dan.tut.uel curat. 365
In integ.reſtit. 332
In integ.reſt.poſtulata,ne quid noui fiat 337
Immun.nem.conced. 398
Impon.lucrat.deſcript. 399
Inoff.donat. 344
Inoff.dot. 345
Inoff.teſtam. 344
In quibus cauſ.colo.dom. 408
In quibus cauſ.mili. 344
In quib.cauſ.pig.uel hypo. 386
In quib.cauſ.ceſſ.lon.tem.præſcript. 379
In quib.cauſ.reſt.non eſt nec. 335
In quib.caſ.tut. 364
Inſtit.& exercit.act. 352
Iuſtit.& ſubſtit. 371
Interdictis 384
Interd.matr. 360
Inutil.ſtipul. 388
Irenarchis 403
Iudæis & cœlicolis 319
Iudicijs 339
Iure aur.anul. 369
Iure deliberandi 372
Iure domin.impetr. 387
Iure dotium 361
Iure emphit. 359
Iure fiſci 395
Iureiurando propter calumniam dando 339
Iure liberorum 390
Iure reipubl. 406
Iuris & fac.ign. 321
Iuriſd.om.iud. 342
Iuſtin.Cod.confir. 315

L

¶ Latina liber.toll. 376
Legationibus 401
Legatis 373
Lege Aquilia 345
Lege Fuſ.can.toll. 376
Legib.& conſtit.prin. 320
Legit.hæred. 375
Legit.tutela 363
Liberali cauſa 377
Liberis exhibendis 385
Liberis præteritis & exhæredatis 372
Libertinis 401
Libertis & eorum liber. 369
Litigioſis 388
Litis conteſt. 341
Littor.& itin.cuſt. 417
Locatione præd.ciuil. 410
Locato & cond. 359
Lon.temporis præſcript. 378
Lucris aduoc. 419

Luitione pign. 387

M

¶ Magiſtr.conueni. 368
Magiſtr. municip. 328
Magiſtris ſacr. ſcrin. 413
Malefic.& mathem. 392
Mancip.& col.patrimon.& ſalt.& emph. 409
Mand.uel contrà 354
Mand.princ. 321
Mauinia 407
Mendicant.ualidis 405
Menſoribus 415
Metallarijs 403
Metatis,epidem. 416
Metropoli Beryto. 405
Militari ueſte. 416
Modo mulct. 328
Monopolijs 358
Mulierib.in quo loco 401
Mul.quæ ſe pro.ſer.iunx. 392
Munerib. & honor. 400
Muner. patrim. 400
Municipibus 399
Murilegulis & gynæc. 403
Mutatione nominis 393

N

¶ Natur.liberis 363
Nauib.non excuſ. 403
Nauicul.ſeu naucl. 403
Naufragijs 403
Nautis Tyberinis 405
Naut.fœn. 354
Ne ſanc.bapt. reiteretur 319
Ne fiſc.rem quam uen.euin. 396
Ne comit.rei mil. 322
Ne de ſtat.defunct.poſt quinquen.quer. 378
Ne pro dote mul. 363
Ne fideiuſ.uel mand.dot. 362
Ne fil.pro patre 350
Ne fiſ.uel reſp. 332
Ne quis in ſua cauſ.iud. 340
Ne quis inuit.ac.reipub. 406
Ne Chriſt.manc.hære. 320
Ne quid onc.pub.impo. 403
Ne lic.in una ea.cauſ. 383
Ne lic.potent.patr. 331
Ne ſine iuſſu princ. 395
Ne rei dom.præſ.ſub. 380
Ne ruſtici ad ullum obſequium deuocentur 408
Ne tut.uel cur.uect. con. 365
Ne ux.pro marito 349
Ne operæ à collator.exi. 398
Neceſſ.ſer.hære.inſtit. 371
Negocijs geſtis 332
Negociat.ne milit. 416
Nemini lic.ſign.ſaluat. 319
Nili agger.non rump. 394
Non lic.habit.metr. 408
Non numerata pecunia 353
Nouationib.& deleg. 388
Nouo Codice faciendo 315
Noxal.action. 346
Nudo iure Quirit. toll. 378
Nulli licere in frenis 404
Numer.& actuar.& chart. 417
Nund.& mercat. 358

O

¶ Oblatione uotorum 417
Obſeq.patr.præſt. 369
Offic.iudic.Alexand. 329
Officio ciuil.iud. 326
Off.diuer.iud. 326
Off.milit.iud. 326
Off.com.ſacr.larg. 324
Off.com.orien. 325
Off.com.ſacr.pal. 325
Officio comitis ſacri patrimonij 325
Officio com rer.priu. 325
Off.magiſt.milit. 324
Off.mag.offic. 324
Off.præf.præt. Aphr. 319
Off.præf. Auguſt. 325
Off.præfect.præt. ori. 323
Off præf.uigil. 326
Off.præf.præt.Vrb. 323
Offi.prætoris 325
Off.proconſ.& leg. 325
Off.quæſtoris 324
Off.rect.prouinc. 326
Off.uicarij 325
Off.eius qui uic.al.iud. 327
Off.iud.Alexand. 329
Omni agro deſerto 409
Operis libert. 369
Operis nou.nunc. 385
Ord.cognit. 378
Ord.iudiciorum 341

P

¶ Pactis 329
Pact. & conuen. 361
Pact.inter empt.& uend. 357
Pact.pignorum 387
Paganis & ſacr.eor. 320
Palat.& domi.dom. 411
Palat.ſacr. larg. 414
Partu pign. 386
Paſc.pub. & pri. 409
Patria poteſtate 389
Patribus qui filios ſuos diſtraxerunt 356
Peculio eius qui lib.me. 378
Pedan.iud. 340
Perfectiſſ.dig. 416
Per quas perſ.nob. acq. 353
Peric.& com.rei uend. 356
Peric.nomin. 406
Peric.eo.qui pro magiſ. 406

Peric.ſucceſ.parent. 401
Peric.tut. uel cur. 364
Petit.hæredit. 345
Pign.& hypoth. 385
Pign. act. 352
Petitis bon.ſubl. 397
Piſtoribus 404
Plus petit. 341
Plus ual.quod agitur 351
Pœnis 395
Pœna iud.qui mal. iud. 381
Pœnis fiſcalibus 396
Ponderatoribus 402
Poſthu.hæred.inſt. 372
Poſtulando 330
Potior. ad mun.no. 401
Præbendo ſalario 399
Precario,& Saluiano interdicto 385
Prec.Imperator.offeren. 322
Prædijs & om. rebus nauic. 403
Prædijs decurionum 399
Prædijs & al.rebus min. 368
Prædijs tamiacis 410
Præfect.prætorio 412
Præpoſ.agen. in rebus 414
Præpoſ.ſacr.cubi. 412
Præpoſ.lab. 414
Princip.agen.in rebus 414
Præſcrip.lon.tem. 379
Præſcrip.xxx.uel.xl.an. 380
Præt.& hono. præturæ 411
Priuat.carcer.inhib. 391
Prætorio pignore 386
Priuil.corp.urb. Romæ 404
Priuil.urb.Conſtant. 405
Priuil.fiſci 384
Priuil.dotis 384
Priuil.dom. Auguſtæ 411
Primicerio & ſecund. 412
Primipilo 420
Priuilegijs eorum, qui in ſacro palatio mil. 415
Priuil.ſchol. 415
Probationibus 351
Procuratoribus 331
Profeſſ.& medicis 400
Profeſſ.qui in urbe Conſtan. 413
Prohib.ſequeſt.pec. 348
Pro ſocio 355
Proximis ſacr.ſcrin. 414
Publ.læti.uel conſ.nunc. 420

Q

¶ Quadrien.præſcrip. 380
Quan.ciuil.act.crim.præiu. 393
Quando decreto opus eſt 368
Quando liceat ab empt. diſc. 356
Quando fiſcus uel priuatus 350
Quando liceat unic.ſine Iud. 344
Quan.dies leg.uel fid.ced. 375
Quando libel.princ. dat. 322
Quando mul. tut.of. fun. poteſt 364
Quando non pet. part. 370
Quando Prou. non eſt neceſ. 383
Quando Imperator int. pup. 342
Quando & quibus quarta pars de. 399
Quando tut.uel cur.eſ.deſ. 367
Quando ex pac.tut.uel cur. 365
Quæ ſit lon.conſuet. 390
Quæ res exp. non deb. 356
Quæ res pig. obl.poſ. 386
Quæ res uen.non poſ. 355
Quemad.ciu. Iura indic. 400
Quemad.teſt. aper. 372
Quæſtionibus 394
Quæſtoribus & magiſtris officiorum 412
Qui & aduerſus quos in inte. reſt. 336
Qui bon.ced.poſſ. 383
Qui ætate ſe excuſ. 367
Qui num.liber.ſe excuſ. 367
Qui morbo ſe excuſ. 367
Qui numero tutel. 367
Qui pro ſua iuriſdict. 340
Qui non poſ.ad lib. per. 377
Qui manumit. non poſ. 377
Qui milit. poſſ. 416
Qui legit.perſ.ſtandi 340
Qui potior.in pign. 386
Qui admit.ad bon. poſſeſ. poſ. 369
Qui pet.tut.uel cur. 363
Qui dare tut. uel cur. 364
Quibus ad conduct.præd.fiſ. 410
Quibus ad libert.proclam. 377
Quibus ex cauſ.maior. 338
Quibus muner. excuſ.hi 401
Quibus mun.uel præſtat. 400
Quibus non ob.lon.tem. præſ. 379
Quibus res iud.non noc. 382
Quibus ex cauſ.ſer.pro præm. 377
Quo quiſq; ord.conuen. 406
Quod cum eo qui in ali.poteſt. 353
Quomodo & quando iud.ſent. proſ. 381
Quorum appell.non recip. 383
Quorum bonorum 384
Quod legatorum 384

R

¶ Ratioc.ope. pub. 385
Raptu uirginum 392
Re iudicata. 382
Re militari 416
Rebus alienis non alienandis 357
Rebus creditis 347
Rei uendic. 345
Rei ux.actione 361
Rem alien.gerentib. 357
Rerum amotarum 362
Rerum permutatione 359
Res inter alios acta 382
Recep.arbitris 338
Reis poſtulatis 401

Relationi-

Relationibus 382
Relig. & ſumpt. fun. 347
Remiſſ. pignoris 387
Repud. bon. poſſeſ. 371
Repud. & abſtin. hæred. 372
Repud. & diuort. 362
Reputationibus quæ fiunt in Iud. 337
Requiren. reis 394
Reſcind. uend. 356
Reſtit. milit. 337
Reuocan. donat. 390
Reuoc. his quæ in frau. 384

S

¶ Sacroſanc. Eccl. & de reb. & priuil. eorum 317
Salgamo hoſp. non præſt. 417
Satiſdando 338
Secund. nupt. 360
Seditioſ. & his qui pleb. 393
Senatuſcoſ. 321
Senatuſc. Claud. toll. 378
Sent. aduer. fiſc. latis, retr. 396
Sent. præfect. præt. 380
Sent. ex peric. recit. 381
Sent. & interloc. iud. 381
Sent. quæ ſine cer. quan. 381
Sent. quæ pro eo quod intereſt proferuntur 381
Sent. reſcin. non poſ. 381
Sent. paſſ. & reſtit. 395
Sepulchro uiolato 392
Seruis fugitiuis 369
Seruis reipub. cauſ. man. 377
Seruo pig. dato 377
Seruit. & aq. ducen. 345
Si pend. app. mors interu. 383
Si unus ex plurib. app. 383
Si cert. petatur 347
Si poſt creat. quis deceſ. 402
Si prop. inim. creat. fac. ſit 402
Si aduerſ. cred. 335. & 379
Si curialis relic. ciui. rus 399
Si ſer. aut lib. ad decur. aſp. 399
Si aduerſ. delictum 235
Si aduerſ. donat. 334
Si aduerſ. dotem. 334
Si aduer. rem iud. 333
Si dos conſt. matr. ſol. fu. 362
Si quis alt. uel ſibi emerit 357
Si aduerſ. fiſcum 335
Si in fraud. patr. 369
Si min. ab hæred. ſe abſt. 335
Si ut omiſ. hæredit. 335
Si unus ex pluribus hæred. 387
Si quis Imperat. maledix. 391
Si liberal. imperial. ſoc. 397
Si mater indemn. prom. 366
Si ex falſ. inſtr. 382
Si à non compet. iud. 381
Si aduerſ. libert. 334
Si contra Ius, uel util. uel per mend. fu. al. po. 322
Si manc. ita fuer. alien. ut manumit. uel con. 358
Si manc. ita uæn. 357
Si mai. fac. alien. fac. 368
Si maior factus, ra. hab. 336
Si min. ſe maior. dix. 336
Si quis ign. rem min. eſſe 368
Si nupt. ex reſcrip. pet. 360
Si ſecundò nupſ. mul. 361
Si prop. publ. penſit. 356
Si alien. res pign. data ſit 386
Si ant. cred. pign. uend. 386
Si communis res pig. dat. 386
Si in cauſ iud. pig. cap. 386
Si pignus pignori datum ſit 386
Si uend. pig. agatur 387
Si pign. conuen. num. pec. 387
Si de mom. poſſeſ. fu. app. 383
Si quacunq; præd. poteſtate 360
Si mai. fac. rat. hab. 336
Si rector prou. ſpon. ded. ar. 359
Si aduerſ. rem iud. 333
Si ſæp. in integ. reſtit. poſt. 336
Si in com. ea. cauſ. reſtit. 333
Si reus, uel accuſ. mort. fu. 391
Si ſer. exp. uæn. 357
Si ſer. ext. ſe emi mand. 355
Si plur. una ſent. cond. ſunt 382
Si aduerſ. ſolut. 334
Si quis al. teſt. prob. 372
Si omiſ. ſit cauſ. teſt. 373
Si aduerſ. tranſ. 334
Si ex plur. tut. uel cur. 365
Si tut. con. uol. mat. dat. ſit 366
Si tut. uel cur. non geſſ. 366
Si tut. uel cur. int. 333
Si tut. uel cur. fal. alleg. 367
Si tut. uel cur. reipublicæ cauſa abfuerit 367
Si quis eam cu. tut. fu. cor. 392
Si aduerſ. uend. 333
Si aduerſ. uend. pig. 333
Si per uim, uel alio mo. abſ. 384
Si aduerſ. uſucap. 335
Silentiarijs, & decur. 413
Sine cenſu & reliq. fun. 356
Solut. & liberat. 389 & 406
Soluto matrimonio 362
Spectaculis & ſcænis 407
Sponſ. & artis ſponſal. 359
Sport. & ſumpt. 340
Stat. & imagin. 322
Stratoribus 414
Studijs liberal. 405
Suarijs, & ſuſcep. uini 404
Succeſſorio edicto 370
Suffragio 348
Suis & legit. liberis & ex filia nep. 375
Sumpt. recup. 402
Summa trin. & fid. cath. 317
Sumptus inui. mun. ad om. 406
Superexactoribus 398

Superindi-

Superindicto 397
Suſcep.præpoſitis,& arc. 402
Suſpect.tut.uel cur. 365

T

¶ Tabulis exhibendis 385
Tabul.ſcribis, logograph.& cenſualibus 402
Temp.in integ.reſtit. 337
Temp.& repar.app. 383
Teſtam.& quemad. ord. 371
Teſtam.manumiſ. 376
Teſtam.militis 371
Teſtam.tutela 363
Teſtibus 351
Theſauris 397
Tract.& ſtatuis 418
Tranſact. 329
Tutor.uel cur.illuſtr. 364
Tutor. uel cur. qui non ſati. 365
Tyronibus 417

V

¶ Vacat.pub.mun. 400
Vbi in rem ac. ex. 343
Vbi quis de curiali 343
Vbi de criminibus agi opor. 342
Vbi fideicom. pet. opor. 342
Vbi de hæred. ag. 343
Vbi conue.qui cer.loc.da.pro. 342
Vbi de poſſeſſ.agi opor. 342
Vbi pup.educ.deb. 366
Vbi de ratioc. 343
Vbi cauſ.ſtat.agi deb. 343
Vbi ſenat.uel clariſs.ciuil.uel crim.conue. 343
Vbi pet.tutor.uel cur. 364
Vi cauſ.fiſc. 344
Vbi,& apud quem cog.reſt. 336
Vectig.& com. 358
Vectig.nou.inſtit.non poſ. 358
Venatione ferarum 407
Vend.rerum fiſcalium 396
Vend.rebus ciuitatis 408
Verb.& rer.ſign. 373
Veſtibus olobaris & auratis,& de intinct. 404
Veteranis 417
Veter.numiſ.poteſtate 404
Veter.iur.enucl. 321
Vi bon.rapt. 394
Vindict.libert. 376
Vnde legitimi 370
Vnde liberi 370
Vnde uir & uxor 371
Vnde ui 384
Vſucap.pro donato 378
Vſucap. pro dote 378
Vſucap.pro empt. 378
Vſucap.pro hærede 379
Vſucap.transform.& de ſubl.diff.rerum 379
Vſufruc.& habit. 345
Vſuris 354
Vſur.& fruct.leg. 374
Vſur.rei iudicatæ 382
Vſuris pupill. 367
Vt act. ab hæred. 349
Vt quæ deſ.aduoc. 330
Vt arm.uſ.inſcio princ. 407
Vt cauſ.poſt pub.adſ.tut. 366
Vt dig.ordo ſeruetur 413
Vt nem. lic.in empt.ſpec. 398
Vt omnes Iud.tam ciuil. 327
Vt ne inuit.ag. 341
Vt ne lic.ſine iud. autori. 332
Vt lite pend.uel poſt 322
Vt nem.ad ſuũ patr.ſuſc.ruſtic.uel uic.eorũ 408
Vt nemo priu.tit. 331
Vt nul. ex uicar. 409
Vt in poſſeſ.leg. 375
Vt intra cert.temp. 395
Vti poßidetis 385
Vxoribus militum 337

FINIS.

Series chartarum huius Appendicis.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S.

Omnes Terniones,ſed S eſt quaternio.

BASILEÆ, PER IOANNEM HERVAGIVM, M. D. XLIX.



Auguſtinus lib. 1. De conſen. Eua[illegible]
diſputat, Cur olim Romani tam [illegible]
ſacra reciperent, ſolum Hebreorum Deum
neq; colerent. Hanc autem cauſam [illegible]
quod audirent Deum huius, impa[illegible]
Conſortis. ſed ſolum colendum [illegible]
autem rem alijs poſſe.

A7MGMHP US 2 US.




LEXICON